Digitized by Google

BIBL. NAZ.
Vitt. Emanuele III
RACCOLTA
VILLAROSA
H
161/2
NAPOLI

Digitized by Google

18332 Vill. H 161(2

MELLIFLVÆ

DECISIONES

BO: MEM:

R.MI P. D. AMATI DVNOZETI

SACRÆ ROTÆ ROMANÆ

DECANI CELEBERRIMI.

Ex originalibus depromptæ, ſuis neceſſarijs fulcitæ, triplicique Indice Argumentorum, Deciſionum, & materiarum inſtructæ.

PARS SECVNDA.

AD EMINENTISSIMVM, ET REVERENDISS. PRINCIPEM D.

D. PETRVM OTTHOBONVM

S. E. TIT. S. MARCI

CARDINALEM AMPLISSIMVM.

SANCTISS. DOMINI NOSTRI CLEMENTIS IX. PRODATARIVM &c.

Bibliothecae De Rosa Cas. 172



BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EM. III NAPOLI

ROMÆ,

Ex Typographia Reuerendæ Cameræ Apoſtolicæ.

M. DC. LXVIII.

Superiorum permiſſu, & Priuilegio.

Digitized by Google

Digitized by Google

EMINENTISSIMO, ET REVERENDISSIMO DOMINO PETRO S. R. E. TIT. S. MARCI PRESBYTERO CARDINALI OTTHOBONO SANCTISS. D. N. CLEMENTIS IX. Prodatario &c.

Marius Finus in Romana Curia Aduocatus. F.

VEteris Pop. Ro. illam omnium maximam laudem fuiſſe comperio, Princeps Eminentiſſime, quòd ſubiectum ditioni ſuæ terrarum orbem non tam armorum, viriumque præſidio, quam iuris, æquitatiſque cõtinuit. Debuit ſiquidem armis hæc Ciuitas quòd opes poſt homines natos ampliſſimas ab exiguis initijs profecta ſibi parauerit; quòd verò partam bellica virtute magnitudinem diutiſſime tenuerit, beneficium à ſuis legibus accepit; illorum ope vt rerum humanarum caput eſſet, per has vt eſſe deberet, effectum eſt. Cæterùm diſcrimen hac in re longè maximum fuit, quòd bella gerendo fortunas omnium mortalium vexare, ac propemodum perdere neceſſe habuit, iuris autem, legumque adminiſtratione conſtituit, & conſeruauit; vt patrocinium illud orbis terrarum verius quàm Imperium putaretur, eoque fieret

vt Romano de faſtigio nihilo ſecius Trebatij,& Labeones,& Sc
ę
uolæ,quàm Luculli,& Scipiones, & Cæſares mererētur; quin imò tantò pluris illorum opera quàm horum fuit, quantò glorioſius, ampliuſq; eſt mētibus humanis,atq;animis quàm tergo,& ceruicibus imperare, & quò plura in ſæcula iuris Quiritiū maieſtas,quàm cęterarum Reip. partiū porrecta eſt; quippe quam poſt olim amiſſas legiones,& claſſes, & cætera imperij munimenta etiamnum ſuperſtitem, florentemque videmus, nec multò anguſtius quàm antea in omnium penè gentium foris, iudicijſque dominari. Quòd autem ampliſſimum hoc Diuinæ beneficentiæ munus, ex hac ciuitate profectum proprium iam generi humano, ac perpetuum eſt, nequaquam ſtat omnis penes illos primos eius autores, & principes gratia; ſed partem multò maximam ſibi vindicat religioſa conſecutæ poſteritatis æquitas,& ſapientia, poſtquam tranſlata à profanorum Principum ditione ciuitate, vnà cum reliquo rerum proceſſu leges quoque meliore in vſu, & apud imbutos recta de rebus diuinis opinione mortalium animos maiore in cultu, atque honore eſſe cœpere. Vt enim alia huius rei documenta prætercam, & ad rem meam propiùs accedam; nulla profectò ex parte conferenda ſunt antiqua illa apud centumuiros iudicia cum inclyto hoc tempore per omnes gentes Romanæ Rotæ Collegio, in quo non ſorte ducti ex plebe, patribuſque vnius Reip. promiſcui ciues; ſed habito per florentiſſima terrarum delectu optimus quiſque, idemque ſapientiſſimus iudicia exercent; nec modò priuatis ciuibus; ſed ſæpè inter maximos Reges, & populos, quid æquum, quid bonum, quid ſequendum, fugiendumue ſit ſummo cum ordine, ac religione conſtituunt: ac ne errare impunè poſsint, factorum ſuorum teſtes omnium mortalium oculos,animoſque adhibere non dubitant, redigendo in publica commentaria ſingulas ſui quiſque decreti rationes, nec grauioris quicquam rei ſine conſilij ſententia ſtatuendo; egregio ad æquitatem tuendam temperamento, quòd neque vniuerſi in cauſis pronunciant, ne fortè ſingulos reprehenſionis ſecuros ſpes in turba latendi faceret, & minus liberum eſſet vnius in hominum fortunas arbitrium.

In huius tanti muneris functione quanta ſit cum induſtriæ, atque integritatis gloria verſatus collega olim tuus, & collegij Princeps Amatus Dunozettus, non eſt operæ pretium pluribus exequi, præſertim apud te, Princeps Eminentiſſ., quem ille propter glorioſi laboris conſortium vnum omnium habet locupletiſsimum ſuæ virtutis teſtem, ac laudatorem; quique adeò coram, & ex proximo intellige-

re

re potuiſti, quanta fuerit viri non modò in iudicando fides, ſed etiam in rebus iudicatis ſcripto conſignandis doctrina, & eruditio; quæ vis argumentorum, quæ diſputandi ſubtilitas, quæ facilitas explicandi.

Ego verò, qui propter obſequium, quo illi in cauſis cognoſcendis, & ſtudijs ordinandis addictus eſſe merui, grauiſsimi piaculi loco duxerim, ſi monumenta clariſsimi ingenij, hoc eſt commentaria, quæ dixi, &, vt nunc appellamus, Deciſiones, in cauſis ab eo cognitis editas, ritu Sibyllæ foliorum vagari diutius ſuſtinerem, nec in vnum veluti corpus redigendas curarem, quò ſimul memoriæ ſummi viri, de me optime meriti conſulerem, ſimul ſtudijs, votiſque obſequerer hominum in foro verſantium, & iam dudum horum ſcriptorum auctoritate ſententias, actioneſque ſuas cum in patrocinando, tum in iudicando formare, atque illuſtrare cupientium.

Quod autem firmius, ampliuſque tum ipſe Deciſionum ſcriptor, tum earum compilator huic operi tam præclaro patrocinium adoptet, Princeps Eminentiſs., quàm tuum, cuius doctiſsimos in hoc puluere labores aſsidue manibus terimus, & quaſi oracula ad difficillimos quoſque iuris ciuilis & Pontificij nodos expediendos conſulimus, quique adeò accepti à nobis huius muneris eximius æſtimator eſſe potes? qui diù in hac palæſtra cum laude verſatus operæ tuæ fructum, quod in tua conſcientia ſatis amplum, ac magnificum tibi fuerat, primùm in plauſu, & approbatione hominũ, deindè in iſto honore, quem geris, Romanæ Purpuræ vberrimũ tuliſti: qui hunc ipſum honorẽ non pręmium tibi emeritæ militiæ, à qua idcirco ceſſares, ſed incitamentũ ad nouos labores capeſſendos eſſe voluiſti. In his autem mox obeundis non ſolùm Autori ſummæ tuæ dignitatis, quod conſtantiæ eius videri poterat, ſed, quod ſine dubio tuæ virtutis fuit, Succeſſori placuiſti, qui in te ornando, augendoque adeò cum deceſſore ſuo certauit, vt, ſi ita loqui fas eſt, inuidiſſe videatur eius gloriæ, quam te in ampliſſimum ordinem adlecto ſibi præreptam videbat. Cum enim numeroſum tibi Brixienſis Eccleſiæ gregem cõmiſſum cerneret, ſatis autem intelligeret quanto cum communis rei Chriſtianæ diſpendio vnus modò populus, & vna gens tanto rectore, & præſide frueretur; cupide te ad Vrbem, hoc eſt ipſum rerum caput, euocauit, nullumque finem fecit ingenij, conſilijque tui maximis, & grauiſsimis in rebus extra ordinem adhibendi.

Nam quid ego iudicia de tua virtute facta commemorem à Sanctiſs. qui nunc Eccleſiæ præſidet, CLEMENTE Pontifice? qui ad omnem

omnem egregij Principis laudem & a natura factus; & à doctrina inſtitutus, cum tamen liberalitatem, & munificētiam, quaſi præcipuum quoddā imperij ſui decus, & quò maxime excelleret, ſibi ſepoſuiſſet, primam omnium ſui Principatus actionem eſſe voluit ea omnia, quæ ad hanc virtutem rectè, atque ordine explicādam pertinent, tuę fidei, ſapientiæque concredere, vt non antè ſe Principem eſſe factum, quàm inſignem beneficentiæ gloria futurum fama vulgaret. In hac autem tàm illuſtri, tamque latè patente prouincia, & in omni reliquo ſenatorio munere obeundo qualis, quantuſque ſis tacita admiratione quàm verbis exequi facilius eſt; nam integritas iſta, & inuictus aduerſus gratiam, & ſordes animus, quod pleriſque clariſsimis viris omnis laudis columen fuit, naturæ tuæ indoles eſt, & quaſi fructus quidèm ingenij ſpontè, & nullo cultu adhibito proueniens: illud interea non vulgare, nec paſsim obuium, quòd tàm ſeueram virtutem diuerſarum ab ea laudum rariſsima ſocietate miſcuiſti, comitatis, elegantię, facilitatis, & quòd, cum ſumma polleas ad permouendos animos dicendi vi, trahere potius in tuam ſententiam homines quàm impellere videaris. Sed ego nullum dicendi finem facerem, niſi tua me admoneret modeſtia, potius vt cogitem quid aures tuę ferre poſsint, quàm quid virtutibus debeatur: ac ipſa etiam ratio vinceret, vt quod aſsequi non poſſum, ſequi deſinerem. Itaque modum ſtatuam, vno adiecto ex vetere ſupplicandi ad cœlites formula, vt, quem te cumq; & qualemcumque dicere ius, faſque eſt, volens, libenſque, ac propitius adſis honori amiciſsimi hominis, & maximi viri, eiuſque eruditos labores clariſsimi nominis tui luce ſplendeſcere, & feræ poſteritati gratioſos eſſe patiare.

PRIVILEGIORVM SVMMA
Pro Impreſſore Camerali, & Vaticano.

Clemens Papa Octauus Diplomate ſanxit ne quis citra voluntatem Dominici Baſæ, olim in Typographia Vaticana impreſſoris Sacram Bibliam, Concilia generalia, Epiſtolas decretales Libros ad Eccleſiaſticum munus pertinentes, ac etiam Sanctorum Patrum volumina; Libros etiam cuiuſcumque generis, vel nouiter ab ipſo edendos, vel nouis additionibus auctos, per decennium ab editione cuiuſque voluminis imprimat, vel impreſſa venalia habeat. Quod priuilegium Paulus Papa V. peculiari Chirographo in fauorem Hieremiæ Guelfi I.V.D. ac impreſſoris Cameralis tranſtulit, indulſitque. Idem Gregorius Papa XV. litteris expeditis ratum, firmumque haberi voluit. Violatores excommunicationis latæ ſententiæ pœna puniuntur. Quod ſi in terris S. R. E. ſubiectis id contigerit, confiſcatione etiam Librorum, ac quingentorum ducatorum auri ſolutione mulctabuntur; vt latius patet in literis ipsius Gregorij Papæ ſub datum Romæ apud ſanctam Mariam Maiorem ſub annulo Piſcatoris die 21. Octobris 1621, Pontificatus ſui Anno primo. Ac idem Vrbanus Octauus peculiaribus litteris datis apud ſanctum Petrum ſub annulo piſcatoris die 23. Maij 1628. Pontificatus ſui anno quinto in fauorem Andreæ Brogiotti Impreſſoris Cameralis, & Vaticani tranſtulit, indulſitque. Ac iterum Innoc. X. peculiaribus litteris datis apud ſanctum Petrum in fauorem Angeli Balladori, pariter Impreſſoris Cameralis, ac Vaticani; confirmauit ſub annulo piſcatoris die prima Martij 1646. Et tandem omnia ſupradicta priuilegia, & gratias amplè confirmauit, & indulſit Alexander Septimus in fauorem Zenobij Maſotti, præſentis Impreſſoris Cameralis, & Vaticani, datis litteris die 14. Decembris 1663. Pontificatus anno Decimo.

Digitized by Google

Imprimatur, ſi videbitur Reuerendiſsimo Patri Mag. Sac. Pal. Apoſt.

M. Epiſc. Arimini Viceſg.

Imprimatur,

Fr. Hyacinthus Libellus S. Palatij Apoſt. Magiſter.

Digitized by Google

INDEX ARGVMENTORVM HVIVS SECVNDÆ PARTIS IVXTA LIBRI SERIEM.

Argumentum 694. Pampilonen. Beneficij.

Beneficium neutri eſt adiudicandum quando vnius gratia non iuſtificatur, & reſpectu alterius deficit poteſtas in conferente.

Argumentum 696. Romana fideicommiſſi de Incoronatis.

Reſtitutio in integrum aduerſus rem iudicatam quando denegetur, identitas bonorum fideicommiſſariorum ex quibus præbetur: mandatum procuræ quo caſu non expiret per obitum conſtituentis.

Argumentum 697. Meſſanen. Archipresbyteratus.

Examen quamuis ceptum non debet vlterius protrahi quando conſtat de illius irreleuantia. Ad ſubrogationem gratioſam quando dicatur lis adeſſe ſuper titulo & ſine calumnia.

Argumentum 698. Romana fideicommiſſi de Marianis.

Alimenta vt ſint ſubminiſtranda collitiganti, quæ requirantur.

Argumentum 699. Romana Saluiani

Hypotheca deficiente deficit Saluianum, & hypotheca dicitur deficere quoties illi fuit renunciatum.

Argumentum 700. Romana domus.

Saluianum ex defectu hypothecæ denegatur, & ex quibus d. hypotheca deficere dicatur in Muliere reſpectu renunciationis per ipſam factæ.

Argumentum 701. Meleuitana hæreditatis

Remiſsoria & ob calumniam & irreleuantiam articulorum denegatur.

Argumentum 702. Meleuitana Baiuliuatus.

Agitur de conuentione inita inter Equites Hieroſolymitanos circà diuiſionem dignitatum vacaturarum an adſit ſimoniaca, & an huiuſmodi conuentiones ſint permiſſæ.

Argumentum 703. Romana Cambij.

Extinctio crediti ex quibus verbis inferatur, & ex quibus mutuum ſimulatum conuincatur itaut mandata illorum occaſione relaxata nō ſint exequenda.

Argumentum 705. Meleuitana Mareſciallatus.

Statuta Religionis Hieroſolymitanæ ſextum & ſeptimum de contract. & alienat. quid diſponant circa Equites alienantes bona Religionis ſine debitis ſolemnitatibus.

Argumentum 706. Burgi S. Sepulchri Iuriſpatronatus.

Iuriſpatronatus pertinentia vtrum probetur per concordiam initam inter compatronos; & quando iſta dicatur habuiſſe effectum per ſucceſſiuas præſentationes ad illius normam factas: Deſcendentia ab exiſtentibus in poſſeſſione patronatus quomodo iuſtificetur, & an iuſpatronatus pro aliqua parte ſpectans ad Epiſcopum poſſit Sede vacante ſpectare ad Vicarium Capitularem.

Argumentum 707. Romana fideicommiſſi de Marianis.

Agitur de diſpoſitione facta à Religioſo ante ingreſſum in Religionem, & ante purificatum fideicommiſſum ad ſui fauorem, an ſcilicet ſub illa d. fideicommiſſum veniat, ſeù potiùs ad Religionem in qua profeſſionem emiſit, & alia traduntur de ſpe ſuccedendi fideicommiſſo quando iſta ſit tranſmiſſibilis.

Argumentum 708. Vercellen. Vnitatis Capituli.

Iura producta ex quibus dicantur eſſe in forma probanti.

Argumentum 709. Romana Fideicommiſſi de Fuſchis.

Detractiones ex quibus dicantur impedire immiſſionem fideicommiſſarijs.

Argumentum 710. Bononien. de Glauarinis.

Prædium ſi aſſignetur vxori ob vergentiam viri ad inopiam ex quibus dicatur illius dominiū remanere penes virum poſſeſſio ex quibus probetur.

Argumentum 711. Romana Fideicommiſſi de Incoronatis.

Sententiæ Rotalis nullitas ex quibus excludatur quando illa deducitur ex quo vnus Auditor proceſſerit tanquam ſubrogatus, & tamen de illius ſubrogatione non conſtet. Poſſeſſio fideicommittentium quando dicatur probata.

Argumentum 712. Barchinonen. Portionum la prima.

Declaratoria quibus concurrentibus ſit relaxanda.

Argumentum 712. Taurinen. Penſionis la ſeconda.

Agitur de reſeruatione penſionis pura, & de conſenſu illius reſeruationi præſtito, & ſic an Penſionarius teneatur iuſtificare gratiam dictæ reſeruationis.

Argumentum 713. Vicen. Portionum.

Portio in certa ſpecie debita Canonicis, an tractu temporis, vel iuſta de cauſa poſſit immutari in aliā, & quod tempus requiratur, & quę ſolemnitates ſint neceſſariæ.

Argumentum 714. Vercellen. regreſſus.

Manutentio penſionario, conceditur etiam ex vnica ſolutione ſibi facta quamuis agatur contra ſucceſſorem in beneficio.

Argumentum 715. Ariminen. Caſtrorum.

Primogenitura contradiſtincta à dignitate Marchionatus ex quibus per Pontificem non dicatur erecta ſuper oppidis ſuper quibus mandanit erigi dignitatem Marchionatus pro certa linea maſculina & pro iſtius primogenitis.

Argumentum 716. Rauellen. Beneficij.

Iuſpatronatus cum qualitate Gentilitij ex quibus dicatur probatum.

Argumentum 718. Pennen. Archipreſbyteratus.

Gratia Apoſtolica impetrata cum derogatione alterius medietatis Pattronorum non ſuffragatur quando alter per antea fuit preſentatus, Inſtitutus, & in poſſeſſionem immiſſus.

Argumentum 719. Romana locorum Montium.

Agitur de pacto manus iniectionis, de extinctione debiti, quatenus ſequatur ex ſolutione, & de ſimulatione ex quibus remaneat excluſa.

Argumentum 721. Anconitana Cambiorum.

Inuentarii confectio minus legitimè facta non ſuffragatur hæredi: Creditores anteriores in concurſu præferendi ſunt, & quando iſta anterioritas reſultet ex contractu inito poſt obitum debitoris, ex quo ratio bancaria adhuc ſub illius nomine cantabat, itaut quis dicatur creditor defuncti, & non hæredis.

Argumentum 723. Seguntina Beneficij.

Agitur de materia liquidationis fructuum, & expenſarum.

Argumentum 725. Romana, ſeu Tolentina Cenſus.

Exceptio fideicommiſſi quando non retardet executionem ob derogationem Pontificiam eidem fideicommiſſo, & plura alia dicuntur tam de executione contra tertium via executiua, quàm de d. derogatione vniuerſaliſſimè concepta.

Argumentum 726. Ariminen. Caſtrorum.

Detractio legitimæ quando præſumatur conſumpta confeſſio receptæ dotis coſtante matrimonio, quibus concurrentibus veniat attendenda etiam in præiudicium vocatorum ad fideicommiſſum.

Argumentum 727. Romana Cenſus.

Quaſi poſſeſſio exigendi cenſum contra anteceſſorem ſuffragatur contra ſucceſſorem, & ex quibus dicatur acquiſita dicta quaſi poſſeſſio.

Argumentum 728. Bononien. Dotis, ſeu Pecuniaria.

Manutentio non competit poſteriori poſſeſſori etiam ſi poſſideat authore prætore, quando Iudex nulliter proceſſit, ſed debetur anteriori mandatum executiuum ſi ſit nullum non aſſumit nomen ſententiæ itaut cū illo dicantur tres conformes: Statutum Laycale non comprehendit bona, & perſonas Eccleſiaſticas.

Argumentum 729. Panormitana Penſionis.

Solutiones penſionum ex quibus probatæ dicantur ad effectum, vt ſit locus repetitioni in Iudicio conditionis Indebiti.

Argumentum 730. Firmana Hæreditatis.

Continet, quod proximioribus deferatur hæreditas defuncti ab inteſtato deficientibus liberis aut aſcendentibus; & quod ſtatutum non cōprehendit bona extra territorium exiſtentia.

Argumentum 731. Nouarien. Bonorum.

Abbas quo caſu veniat ſiue non nomine Conuentus: Monaci abſentes quando vocandi in alienatione bonorum, & quæ requirantur ad effectum validæ alienationis rei Eccleſiaſticæ.

Argumentum 732. Imolen. Legitimæ.

Legitima matris quando ſit tertia totius & quādo tertia tertiæ portionis quam ab inteſtato ſuiſſet conſecutura; lucrum dotale quo caſu prius ſit detrahendum quam legitima: ſtatutum Domicilij viri ex quibus ſit attendendū in materia lucri Dotis.

Argumentum 733. Vercellen. Penſionis, ſeu Regreſſus.

Manutentio debetur penſionario petenti regreſſum ad beneficium reſignatum donec regreſſus ſequatur, & quomodo hoc procedat dilucidatur.

Argumentum 734. Ianuen. ſeu Romana Cambij.

Contractus initus cum h[illegible] ex quibus ſuſtineatur.

Argumentum 736. Eugubina Liberationis à Moleſtijs.

Emptor aſſignans loco pretij cenſum cum pacto, quod iſte, eiuſque fructus ſint ſemper obligati pro re empta, & in caſum redemptionis eius pretium debeat reinueſtiri ad dictum effectum non debet reclamare aduerſus Iudicem, [illegible] mandauit partem pretij dicti cenſus iam [illegible] empti conſignari alicui creditori venditoris cū obligatione reinueſtiendi ad formam Inſtrumenti, dummodo in reſiduo pariter reinueſtiendo ſit cautus pro molestiis ſibi illatis.

Argumentum 737. Romana, ſeu Tolentina Cenſus.

Derogatio fideicommiſſi quantumuis generaliſſima nunquam comprehen[illegible]t fideicommiſſum, de quo Papa veriſimiliter non intellexit.

Argumentum 738. Brunduſina Aſſiſtentiæ.

Praxis conſueta in Regno Neapolitano in Iudicio Aſſiſtentiæ cum adiudicatione requirit poſſeſſionem Rei conuenti de tempore obligationis.

Argumentum 739. Romana Fideicommiſſi de Togninis.

Ad hæreditatem ex pluribus vocatis ille admitti debet, qui Teſtatori magis coniunctus eſt, & veriſimiliter ab eodem magis prædilectus.

Index Argumentorum.

Argumentum 740. Bononien. Bonorum.

Poſſeſſio capta à fidei commiſſario non citato hærede non eſt manutenibilis etiam ſi hæreditas ab hærede non fuiſſet adita.

Argumentum 741. Auximana Prædij.

Dominium reſpectu bonorum emphyteuticorum probatur ex Inſtrumento conceſſionis iunctis adminiculis, quæ inſimul conſiderata redduntur etiam efficaciora.

Argumentum 742. Romana Societatis Officij.

Societas Officij verè & ſolummodo intelligitur contracta inter dantem pecunias, & officialem in tantum quod ſocietas dicitur ſuperlucrata per adimplementum contentorum in inſtrumento inito inter prædictos, etiam ſi deficiat adimplementum promiſſum extra dictum inſtrumentum.

Argumentum 743. Senogallien. ſupplementi legitimæ.

Statuti diſpoſitione quando ex incolatu quis poſſit iuuari, & ex quibus incolatus dicatur contractus.

Argumentum 744. Romana Cenſus.

Solutiones conſiderabilis ſummæ arguunt mãdatum in ſoluente, & probant quaſi poſſeſſionem contra principalem debitorem, illiuſque ſucceſſores.

Argumentum 745. Bononien. Dotis, ſeu Pecuniaria.

Rei iudicatæ requiſita. Solutio eſt facienda in moneta contenta in obligatione, quando illius bonitas intrinſeca aliqualiter non fuit alterata, ſeu immutata.

Argumentum 748. Sarſinaten. Feudi.

Feudum alicui conceſſum iſtis ſequentibus verbis, illa tibi filijſque tuis maſculis legitimis, & naturalibus deſcendentibus, & hæredibus, ac ſucceſſoribus quibuſcunque &c. ſub annuo cenſu vnius Crateris argentei vnius libræ &c. in feudum nobile, & in perpetuum concedimus, an comprehendat fœminas, & omnes alios hæredes extraneos cum alijs de quibus in Summario.

Argumentum 749. Panormitana Penſionis.

Exigens penſiones ex reſeruatione penſionis nulliter emanata tenetur conditione indebiti ad ſummæ receptæ reſtitutionem.

Argumentum 750. Tarraconen. Primitiarum.

Declaratoria eſt relaxanda contra ſucceſſorem in beneficio ſi fuerit contumax in parendo executorialibus expeditis contra anteceſſorem.

Argumentum 751. Romana Fideicommiſſi de Marianis.

Poſſeſſio ſiuè capta pendente cauſa appellationis ſiue capta poſt præſentatam inhibitionem Rotalem redditur attentata.

Argumentum 753. Cuſentina Parochialis.

Pro Ordinarij Iudicio in electionibus præſumẽdum eſt in tantum quod illud irrationabile allegans cõcludentiſſimè iuſtificare teneatur.

Argumentum 754. Vercellen. Penſionis.

Abſolutio poſt expeditam declaratoriam non conceditur niſi concurrat in omnibus effectuata paritio. Depoſitum vt deponenti debitori releuet quæ requirat.

Argumentum 756. Romana Hæreditis de Scarſellis.

Diſpoſitio captatoria non inducitur ex mutua inſtitutione ceſſante conuentione, & iſta materia late diſcutitur.

Argumentum 758. Ferrarien. Supplementi legitimæ.

Iudex non ritè, & rectè procedens non priuat quem ſua poſſeſſione, qui propterea eſt manutenendus.

Argumentum 759. Oriolen. Beneficiorum.

Immiſſio prouiſo Apoſtolico habenti ſuas litteras iuſtificatas non poteſt retardari.

Argumentum 760. Sarſinaten. Feudi.

Feudum conceſſum pro ſe ſuis filijs legitimis, & naturalibus deſcendentibus, & pro hæredibus ac ſucceſſoribus quibuſcunque comprehendit fœminas, & extraneos.

Argumentum 761. Toletana Penſionis.

Materia penſionum confidentialium, quæ apparent reſeruatæ fauore Hiſpani vulgariter nuncupatus, *Teſta di ferro*, ad commodum tamen Itali latiſſimè diſcutitur vna cum differentia harum reſeruationum in prouiſionibus beneficiorum, & an reſignationibus ad fauorem.

Argumentum 762. Rauennaten. Emphyteuſis.

Emphyteuſi Eccleſiaſtica finita; ſi Eccleſia eam pro ſe retinere nolit, tenetur proximiores defuncti reinueſtire, & quando conſtet Eccleſiam nolle pro ſe retinere, & alia plura circa conceſſionem Emphyteuſis cum conditione, vt poſſit reuocari ad beneplacitum, & libitum concedentis.

Argumentum 763. Bononien. Bonorum.

Facultas ingrediendi poſſeſſionem bonorum propria authoritate, etſi ſit conceſſa fideicommiſſario adhuc iſta exerceri non poteſt, ſiuè fideicommiſſum ſit in controuerſiam deductum, ſiuè detractiones ſint faciendæ.

Argumentum 764. Vladiſlauien. Parochialium.

Beneficium primum vt vacet per aſſecutionem ſecundi incompatibilis quid requiratur.

Argumentum 765. Bononien. Alimentorum.

Alimenta, & ſumptus litis non poſſunt retardari conſtito de paupertate, & bono iure Vxori pauperi ſub prętextu quod bona per virum poſſeſſa ſint fideicommiſſaria, ſaltem quouſque id probetur.

Argumentum 766. Mediolanen. Beneficij.

Præſentato vt ſit debita inſtitutio neceſſaria requiſita iuriſpatronatus. Derogatio ex cauſa permutationis non ſuffragatur, ſi omnia in Litteris contenta non ſint iuſtificata.

Argumentum 767. Bononien. Hæreditatis

Immiſſionem, vt fideicommiſſarius tanquam legitimus contradictor valeat impedire hæredi ſcripto in Teſtamento non cancellato, nec in aliqua parte vitiato, quæ requirantur.

Argumentum 768. Ferrarien. Penſionis.

Penſio ſemel translata, quod non ſit amplius transferibilis, ceſſat quando ex veriſimili mẽ-

te Pontificis apparet facultatem conceſsiſſe transferendi penſiones etiam ſemel translatas, & quando conſtet de huiuſmodi Papæ voluntate.

Argumentum 769. Aquilana Iuriſpatronatus.

Regula menſium reſeruatoria ſi ſit dubium An intret hoc ſufficit vt decretum irritans inibi appoſitum non afficiat poſſeſsionem prouiſi ab inferiori collatore.

Argumenum 770. Auximana Sepulturæ de Cinis.

Deſcendentia cum qualitate hæreditaria à ſucceſsoribus illius, qui ſepulchrum condidit pro ſe, hæredibus, & familia ex quibus probetur, dilucidatur.

Argumentum 771. Marianen. Penſionis.

Beneficiorum vacantium, Sede Apoſtolica vacante, collatio ſpectat ad Ordinarios, ex quo per Pontificis obitum regula menſium reſeruatoria expirat.

Argumentum 773. Baren. Donationis.

Donatio omnium bonorum tam præſentium, quam futurorum abſque vlla reſeruatione ad effectum teſtandi, & inſinuatione fauore Eccleſiæ adminiſtratoribus abſentibus facta inter viuos eſt valida, & irreuocabilis etiam ante acceptationem.

Argumentum 774. Firmana Saluiani.

Poſseſsio anterior manutenenda eſt in concurſu poſseſsionis captæ pendēte termino ad appellandum etiam ſi ſit capta in vim ſententiæ latæ in poſseſsorio, ſi in illa contineatur condemnatio tam in fructibus, quam in expenſis, ſiuè ſimus in terris baronalibus Sedi Apoſtolicæ mediatè ſubiectis.

Argumentum 775. Barchinonen. Alimentorum.

Remiſsoria denegatur quando articuli ſunt irreleuantes, & de calumnia ſuſpecti, & quando tales dicantur.

Argumentum 776. Gerunden. Canonicatus.

Impotentia coadiuti quæ requiratur, & ex quibus probetur ad effectum, vt gratia coadiutoriæ ſuſtineatur, & intret affectio.

Argumentum 777. Bononien. Fideicommiſsi de Ruggerijs.

Fideicommiſsum à Teſtatore ordinatum, ſi N. ſine filijs deceſſerit, expirat ſi dictus N. poſt aditam hæreditatem obiuit cum filio, etiamſi iſte nullos liberos procreauerit, & præſertim quando ex verbis Teſtamenti deficientia filiorum apparet reſtricta ad tempus mortis dicti N.

Argumentum 778. Bononien. Dotis ſeu Pecuniaria.

Sententiarum executioni eſt locus in ea ſumma quæ detractis ſolutis in eadem cauſa apparebat deberi.

Argumentum 779. Cæſenaten. Cenſus.

Exceſſus etiam in obulo reddit totam executionem nullam, & impedit ne ad vlteriora procedatur.

Argumentum 780. Elnen. Iuriſdictionis.

Iuris aſſiſtentia, quæ ſuffragatur Epiſcopo, quo ad exercitium ſuæ ordinariæ iuriſdictionis, ſede Epiſcopali vacante ſuffragatur Capitulo etiam ad effectum manutentionis præſertim concurrente exercitio alicuius actus.

Argumentum 781. Romana Palatij de Ferrinis.

Ex poſſeſſione Palatij bene infertur ad poſſeſſionem ſtabuli, finilis, aliorumque membrorum etiam ad effectum manutentionis, licèt non detur aliquis actus poſſeſſorius reſpectu dictorum membrorum.

Argumentum 782. Ferrarien. Supplementi legitimæ.

Legitima ad quam ſummā aſcendat ſciri poſſit calculari debet hereditas, ex qua debet detrahi & haberi in conſideratione numerus filiorū.

Argumentum 784. Elnen. Iuriſdictionis.

Proceſſiones extraordinarias indicere munus non eſt habentium iura Parochialia, ſed Epiſcopi, & Sede Epiſcopali vacante Vicarij Capitularis.

Argumentum 785. Leodien. Pecuniaria.

Inhibitio Rotalis perſonaliter præſentata reddit attentata omnia poſtea geſta ſiuè ciuiliter, ſiuè criminaliter coram alio Iudice fuerit actū ſi cauſa criminalis ſit connexa cum ciuili.

Argumentum 786. Auenionen. Pecuniaria.

Mandatum in filio ex quibus præſumatur ad hoc, vt ſolutio ipſi facta, eius patri facta cenſeatur, & ſoluentem liberet.

Argumentum 787. Comen. Capellaniæ.

Sententia etiam ſine citatione ad ſententiam ſuſtinetur quando pars appellauit, vel fuit lata Procuratore præſente.

Argumentum 789. Vicen. Beneficij, ſeu Attentatorum.

Attentata quando eſt poſſeſſio poſterior vti capta in vim ſententię latę per Iudicem, cui fuit Inhibitio Rotalis præſentata. Prior poſſeſſor manutenendus eſt quando non habuit ſe pro ſpoliato pro reuocatione attentatorum.

Argumentum 790. Maceraten. Cenſus ſeu Dotis.

Immiſſio non conceditur ſuper bonis, quæ non ſint hæreditaria illius ſuper quibus illa tantū competit.

Argumentum 791. Nazarena ſeu Montis Viridis Beneficij.

Remiſſoria denegatur ſi articuli ſint irreleuantes, inueriſimiles & calumnioſi, & eo magis etiam denegatur quando illam petens ſuccubuit in prima & ſecunda inſtantia, & remiſſoriam non petijt.

Argumentum 792. Romana Domuncularum,

Via executiua etiam ſecundum Rotæ opinionem pro legato competit, quando fuit actum ex remedio vtilis Saluiani. Donatio, ſeù renunciatio facta à muliere ex falſa cauſa non ſuſtinetur ex appoſitione cauſarum ob amorem, & beneuolentiam, quibus proſequebatur Donatarium, & quia ſic ſibi facere placebat.

Argumentum 793. Bononien. Fideicommiſſi de Rubeis.

Aegidianæ quando ſit locus, & quando obſtet mixtura ex quo fuerit etiam cognitum de inualiditate tituli materia plenè explanatur.

Argu-

Index Argumentorum.

Argumentum 794. Regien Bonorum.

Rotæ Tribunal ex officio capit reſolutiones extra dubia præpoſita, quando iſta non applicãtur materiæ, quæ diſputatur.

Argumentum 795. Bononien. Fideicommiſſi de Rubeis.

Qualitas hæreditaria ex quibus inducatur, & excludatur reſpectiuè in filijs, & Nepotibus, Et quando intrent facultates Auditoris Cameræ, vt procedi valeat executiuè diſcutitur.

Argumentum 796. Bononien. Dotis.

Dotis fructus calculantur iuxta ſtatutariam diſpoſitionem conſtante matrimonio, & intra annum luctus, poſtea verò ad rationem quinque pro centenario, & quando ſint debiti etiam nulla præcedente interpellatione.

Argumentum 797. Romana Separationis Tori.

Alimenta per virum ſunt præſtanda vxori quando de iſtius paupertate & bono iure conſtat, etiam ſi vxor moretur extra domum dummodo euenerit ex cauſa litis, & ipſa vitam honeſtam ducat.

Argumentum 798. Comen. Capellæ.

Inſtitutio quando ſit debita præſentato à maiori parte patronorum etiam in quaſi poſſeſſione præſentandi non exiſtentium, Et quando patronó ſit licitum reuocare mandatum procuræ ad præſentañ cum pacto iurato illud non reuocandi articuli examinantur.

Argumentum 799. Romana domus.

Emphyteuticæ rei deuolutio ob eiuſdem alienationem abſque conſenſu Domini directi, & ob non ſolutionem canonum in quibus caſibus euitetur articulus benè explanatur.

Argumentum 802. Anconitana Dotis.

Confeſſio iurata receptionis Dotis facta à marito conſtante matrimonio licet præſumatur facta in fraudem donationis inter virum, & vxorem à lege prohibitæ adhuc contra hæredes confitentis ſuffragatur licet ſecus contra tertios.

Argumentum 803. Nazarena, ſeu Montis Viridis Beneficij.

Remiſſoria etiam in beneficialibus conceditur quando cauſa vertit in tertia inſtantia, concurrit releuantia articulorum, & datur fumus veritatis materiæ articulatæ.

Argumentum 804. Abulen. Portionis.

Beneficij vacatio ſecuta in media nocte quomodo ex horologijs, & teſtibus probetur illud vacaſſe vel ante, vel poſt mediam noctem ad effectum includendi, ſeù excludendi regulam menſium reſeruatoriam.

Argumentum 805. Romana Domunculatum.

Donatio mulieris, vt ſuſtineatur nedum requirit, vt cauſa ſit vera ſed etiam congrua, & ſufficiens.

Argumentum 806. Eccleſien. Vnionis.

Vnio æquè principaliter ſi prætendatur eo caſu per poſſeſſionem quadragenariam cum bona fide etiam abſque titulo probatur præcipuè ad effectum manutentionis.

Argumentum 808. Nepeſina Manutentionis.

Manutentio debetur poſſidenti de tempore motæ litis, quando poſſeſſor anterior legitimè ſua poſſeſſione authore Prætore fuit priuatus.

Argumentum 809. Alexandrina Archipresbyteratus.

Iuſpatronatus in perſonis priuatis probatur ex centenaria quaſi poſſeſſione preſentandi dummodo præſentationes fuerint effectum ſortitæ, immò ex ſola quadragenaria cum fama ſeu adminiculis.

Argumentum 810. Rauennaten. Bonorum.

Immiſſio Fideicommiſſarijs denegari nequit conſtito de purificatione fideicommiſſi, identitate bonorum, & quod hæredi grauato nullæ competant detractiones.

Argumentum 811. Vvladiſlauien. Parochialium.

Beneficium primum, quando vacet per aſſecutionem ſecundi incompatibilis, & alia plura de diſpenſatione retinendi plura incompatibilia, & de decreto dimittendi aliquod ex beneficijs infra bimeſtre appoſito in litteris diſpenſationis, quando excuſetur, vel non materia dilucidatur.

Argumentum 812. Meleuitana Antianitatis.

Statutum Religionis Hieroſolymitanæ 25.tit.2. de reſcript. Fratrum, ac Ordinatio 11. eodem titulo mandantia quod nulli Equiti poſt quinquennium à die ſuæ receptionis aliqua quæſtio inferatur ſuper gradu antianitatis examinantur, & de requiſitis ad effectum præſcribendi in vim dicti pleniſſimè tractatur.

Argumentum 813. Romana Domunculatum.

Diſpoſitio *textus in l. 2. C. de fideicom. & in §. fin. Inſtit. de fideicomm. hæred.* procedit quando voluntas defuncti fuit diſpoſitiua, ſed non ſolemnis, ſecus quando non diſpoſitiuè, ſed tantum dicitur defunctum habuiſſe animum condendi nouum Teſtamentum, & inſtituendi N.

Argumentum 814. Rauennaten. Bonorum

Subſtitutio concepta, *e maneando la ſucceſſione de figlioli, e deſcendenti*, intelligitur purificata per obitum hęredis ſine filijs quamuis illi nunquam nati fuerint.

Argumentu 815. Romana Domorum de Regardis.

Sententiæ quando ſunt conformes, & apparent validæ, & iuſtæ ſunt executioni demandandę.

Argumentum 817. Meleuitana Commendæ.

Optanti ob euictionem beneficij optati debetur reintegratio ad primum beneficium, ſeù ad illud ius quod ſuper illo habebat præſertim accedente proteſtatione ſe non habere primũ pro dimiſſo ſine aſſecutione ſecundi.

Argumentum 818. Meleuitana Commendæ, ſeu Fructuum.

Fructus beneficij ſpectant ad prouiſum à die vacationis ſeu ſaltem datæ, & poſt tamen poſſeſſionem captam etiam ſi poſtea aliud beneficium fuerit optatum, & deinde euictum, ſi in optando adfuerit proteſtatio, quod non intendebat poſſeſſionem dimittere ſine aſſecutione.

Index Argumentorum.

Argumentum 819. Bononien. Fideicommiſsi de Rubeis.

Hæres non docens de Inuentario legitimo confecto tenetur de proprio erga omnes creditores hæreditarios.

Argumentum 820. Comen. Capellæ.

Habetur in alia præcedenti deciſione huius cauſæ edita 27. Aprilis 1648.

Argumentum 821. Romana Cenſus.

Creditor ſicuti poteſt propria authoritate capere poſſeſsionem bonorum debitoris vigore precarii in Inſtrumento appoſiti etiam contra ſingulares ſucceſſores & tertios poſſeſſores, ita facilius poteſt petere aſſociationem.

Argumentum 822. Vercellen. Penſionis.

Audiri quis non debet in petitorio, donec poſſeſſorium ab altera parte intentatum omnino terminatum non ſit.

Argumentum 824. Ciuitatis Caſtellanæ Attentatorum.

Pro purgatione attentatorum non ſuffragatur depoſitum vnius iulii cum oblatione ſoluendi reſiduum facta liquidatione, ſed requiritur realis purgatio vſque ad obulum.

Argumentum 826. Meleuitana Redditionis rationis.

Ratio vt dicatur ſufficienter reddita factis calculis debet reliquatus reſtitui.

Argumentum 827. Mantuana Fideicommiſsi.

Filiorum appellatione etiam in vltimis voluntatibus ex quibus non dicantur comprehenſæ fœminæ, & de hac materia fuſiſsime diſceptatur.

Argumentum 828. Camerinen. Fideicommiſsi.

Habens ius ad aliquod fideicommiſſum poteſt petere bonorum aſſecurationem, & ex quibus inductum dicatur fideicommiſſum fauore illorum de familia Teſtatoris, facultas nominandi alicui conceſſa ad eoſdem ſit reſtricta, & quomodo ſit facienda aſſecuratio materia diſcutitur.

Argumentum 829. Romana Pecuniaria.

Obligans ſe pecunias alicui debitas continuare in cambiis nundinalibus ita quod nunquam ob eius defectum illa ceſſarent, ſi id non præſtiterit tenetur ad damna & intereſſe.

Argumentum 830. Ferrarien. Penſionis.

Indultum Pontificium facultatiuum tranſferendi penſionis ex quibus dicatur comprehendere penſiones alias translatas.

Argumentum 831. Bononien. Liquidationis Fructuum ſeu Dotis.

Fructus regulariter veniunt reſtituendi à die motæ litis & quomodo ſit procedendum in illorum liquidatione fusè pertractatur.

Argumentum 832. Romana Pecuniaria.

Pecuniarum deſcriptio in libris ex quibus earumdem dominium cenſeatur translatum & ex quibus non in perſonam in cuius fauorem leguntur deſcriptæ.

Argumentum 833. Bononien. Dotis.

Remiſſoria denegatur ſi materia articulata ſit irrelevans.

Argumentum 834. Mutinen. Beneficii.

Litteræ Apoſtolicæ quando ſunt iuſtificatę executioni debent demandari.

Argumentum 835. Verulana Bonorum.

Attentata quando dicantur purgata.

Argumentum 836. Romana Caſalis Aguzani.

Dos quo caſu poſſit cõſtitui ex bonis fideicommiſſariis, & in quibus terminis poſſint omnia bona fideicommiſſaria aſſignari in dotem, & quando in dotatione omnium bonorum cenſeantur præſeruata Iura fideicommiſſi.

Argumentum 837. Eugubina Fideicommiſſi.

Fœminæ continentur appellatione filiorum in vltimis voluntatibus; Neptes quando non dicantur excluſæ quamuis fuerint excluſę propriæ filiæ; Et ex quibus non dicatur teſtatorem ſe voluiſſe confirmare eum ſtatuto excluſiuo fœminarum ob exiſtentiam maſculorum, & quando teſtator dicatur voluiſſe admitti filios præmortuorum in eorum locum vna cum patruis ſuperſtitibus.

Argumentum 838. Brunduſina Cenſus.

Mandata obtenta contra Defunctum poſſunt exequi contra illius hæredes etiam ad fauorem hæredum qui dd. mandata obtinuerunt.

Argumentum 839. Reatina Caſtrorum.

Sententia quando eſt notoriè iniuſta, Aegidianæ conſtitutioni non dicitur eſſe locus.

Argumentum 840. Aeſina Expenſarum.

Expenſarum taxatio in quibus non dicatur exceſſiua.

Argumentum 841. Barchinonen. Alimentorum.

Declaratur, an Præpoſiti Eccleſiæ Barchinonẽſ. teneantur præſtare Canonicis portiones canonicales in certa ſpecie iuxta inſtituta antiqua, & ſtatuta hoc diſponentia; Tractatur quomodo probetur dominium.

Argumentum 842. Beneuentana Quartæ.

Mandatum de manutenendo in quaſi poſſeſsione exigendi Quartam Decimarum in tot tumulis frumenti debetur Epiſcopo ſtante illius poſſeſſione, prout etiam quoad quartam ex diſpoſitione Canon.

Argumentum 843. Grauinen. Cenſus.

Inſtrumentum ex quibus non dicatur perfectũ. Inſtrumẽtum celebratũ à ſubdito fauore Domini non ſuſtinetur ex conſtitutione Regni.

Argumentum 844. Romana Domorum de Regardis.

Ius quod competit debitori aduerſus bona ſibi obligata, idem competit dicti debitoris creditori. Dotis promiſſio vt dicatur probata per apocham quæ requirantur.

Argumentum 845. Lauretana Saiuiani.

Mandatum de manutenendo dandum eſt habenti poſſeſſionem.

Argumentum 846. Romana Fideicommiſſi de Zuccaris.

Alienatio rei particulari fideicommiſſo ſubiectæ quando non ſit permiſſa ex cauſa æris alieni fideicommittentis etiam ſub hypotheca ex capite legitimæ dotium meliorameentorum, & ſimilium, itaut dicta alienatione

non

Index Argumentorum.

non obſtante fideicommiſſarijs ſit danda immiſsio.

Argumentum 847. Romana Fideicommiſſi, ſeu Saluiani.

Appellationis cauſa quando fuit commiſſa cum clauſula, *ſine præiudicio legitimæ executionis* non cauſat attentata ſi Iudex à quo ad executionem ſuæ ſententiæ procedat.

Argumentum 848. Compoſtellana Parochialis.

Beneficium venit adiudicandum habenti ſuam prouiſionem iuſtificatam; Indultum conferendi beneficia reſeruata, de qua reſeruatione ſit intelligendum.

Argumentum 849. Romana Domorum de Incoronatis.

Via executiua benè competit contra tertium, qui vigore Conſtitutionis voluit præferri in domo vendita in cuius Inſtrumento venditionis aderat obligatio Cameralis.

Argumentum 850. Parmen. Penſionis.

Penſionario exiſtenti in quaſi poſſeſſione exigendi danda eſt manutentio etiam aduerſus ſucceſſorem in beneficio.

Argumentum 851. Bononien. Fideicommiſſi de Ruggerijs.

Fideicommiſſum ſub conditione ordinatum expirat per non purificationem conditionis.

Argumentum 853. Fugubina Fideicommiſſi.

Fœminæ appellatione filiorum in vltimis voluntatibus regulariter continentur, & ex quibus non dicantur excluſę concurrendo cum Patruis.

Argumentum 854. Bononien. Manutentionis.

Manutentio regulariter datur poſſidenti, & in concurſu anteriori.

Argumentum 855. Mediolanen. Suſtentationis Libri.

Agitur de quaſi poſſeſſione Eccleſiæ Metropolitanæ Ciuitatis Mediolanẽ recipiendi obſequia à Canonicis Eccleſiæ S. Ambroſij eiuſdem Ciuitatis, vt ab vltimo ex iſtis Canonicis ſuſtineatur liber præcum dignitati, ſeu Canonico Eccleſiæ Metropolitanæ; Alia de facultate Epiſcopi conceſſa condendi ſtatuta.

Argumentum 856. Cæſaraugustana Canonicatus.

Narratiua quæ dedit cauſam gratiæ debet iuſtificari, alias gratia executioni non demandatur.

Argumentum 857. Bononien. Gabellæ.

Mercatores Aquæuitæ, an teneantur ſoluere Regimini Ciuitatis Bononiæ gabellam primi & ſecundi obuli pro qualibet libra.

Argumentum 858. Romana Fideicommiſſi, ſeu Saluiani.

Bona fideicommiſſaria ſemel legitimè, & neceſſario alienata non poſſunt à fideicommiſſario reuindicari Cenſus quando dicatur extinctus tranſlatiuè tantum Fideicommiſſarius, ſi pecunias cenſuum extinctorum inueſtiat in alios cenſus inexigibiles an teneatur grauatus qui extinxit.

Argumentum 859. Groſſetana Penſionis.

Litterę reſeruationis penſionis quando dicantur iuſtificatæ & penſio ex quibus dicatur exacta in vita Titularis etiam ſi reſpectu diuerſorum terminorum adſint confeſſiones de recepto.

Argumentum 861. Volterana Capellaniæ.

Litteræ Apoſtolicæ, quando non ſunt iuſtificatas intrat arbitrium pro illarum non executione.

Argumentum 862. Romana Fideicommiſſi de Alicornis.

Immiſſio vigore *l.fin.C.de Ed.Diu.Adr. Toll.* quibus concurrentibus concedatur Fideicommiſſarijs.

Argumentum 863. Romana Pecuniaria.

Salariorum quantitas remittitur arbitrio Iudicis quando illorum certa conuentio non præceſſit inter partes.

Argumentum 864. Verulana Bonorum.

Actorum tranſportatio non integra ex quibus depromitur non obſtante atteſtatione Notarij Actuarij illa fuiſſe integraliter traſportata: Rota non attendit ſententias aliorum Tribunalium niſi guſtata illarum iuſtitia quę per deficientiam Actorum cognoſci non poteſt.

Argumentum 865. Romana Fideicommiſſi de Alicornis.

Immiſſionem Rota non ſolet denegare ex cauſa detractionum, ſed vtrique parti conſulendo, detracta tanta parte bonorum quæ aſcendat ad detractionem faciendam in reliquis ſolet dare immiſſionem fideicommiſſario.

Argumentum 866. Nicieñ Canonicatus.

Poſſeſſor anterior manutenendus eſt, & omnino eſt citandus vt poſſeſſione ſua priuari poſſit & ſignanter coram executore mixto.

Argumentum 867. Monopolitana Profeſſionis.

Recuſatio Iudicis quando, & quomodo fieri poſſit & quid operetur.

Argumentum 868. Rauennaten. Bonorum.

Fructus regulariter reſtituendi à die motæ litis; illorum valor quando æſtimetur de tempore conſumptionis, & quando deferatur libris publicis.

Argumentum 869. Romana Fideicommiſſi, ſeu Saluiani.

Cenſus quando potius verè extinctus, quam tranſlatiuè ceſſus reſultet, & de hac materia magiſtraliter diſceptatur: Cenſus extinctionẽ non poteſt recuſare hæres grauatus eum ſit actus neceſſarius: Reinueſtimentum rei fideicommiſſarię, ad quem ſpectet ad venditorem ſcilicet vel ad emptorem.

Argumentum 870. Elnen. Iuriſdictionis.

Agitur de Statuto à bonæ memoriæ Raynaldo Epiſcopo Elneñ de anno 1408. condito ſuper facultate conceſſa ſyndicis ſolitis deputari in Eccleſia Sancti Ioannis Perpiniani priuandi diſtriburionibus Beneficiatos, & Canonicos eiuſdem Eccleſiæ in proprio munere deficientes; Et an ex quibus illius obſeruantia habeatur, & ex quibus illi non fuerit derogatum.

Argu-

Argumentum 872. Bononien. Separationis bonorum.
Separationi bonorum, vt ſit, vel non ſit locus quæ requirantur.
Argumentum 873. Bononien. Redditionis Rationis.
Ratio de adminiſtratis, ex quibus dicatur ſufficienter reddita.
Argum. 874. Aleriẽ. Parochialis.
Mandatum de manutenendo regulariter conceditur habenti poſſeſſionem etiam inſtrumentalem.
Argumentum 875. Monopolitana Profeſſionis.
Geſta coram Iudice poſt illius recuſationem legitimè factam ſunt attentata: Plura traduntur pro excluſione facultatis procedendi abſque interuentu coniudicis.
Argumentum 876. Monopolitana Canonicatus.
Vnicitas ſubcollectorum requiritur vt beneficia dicantur reſeruata vigore regulæ 5. Et iſta vnicitas quomodo probetur doctiſſimè materia pertractatur.
Argumentum 877. Romana Cenſus.
Dos non poteſt conſtitui ex bonis fideicommiſſo ſuppoſitis, ſi exiſtant libera.
Argumentum 878. Alexandrina Canonicatus.
Beneficiatus vt ob non reſidentiam priuari poſſit quæ requirantur.
Argumentum 879. Reatina Caſtrorum.
Pacto reuerſiuo dicitur factus locus quando euenit caſus ſub quo fuit appoſitum.
Argumentum 880. Groſſetana Penſionis.
Penſio reſeruata ſuper fructibus beneficij de conſenſu Titularis ad fauorem fratris præuiſo decreto, quod penſio eſſet nulla ſi titularis in eius vita, & quandiù beneficium obtineret penſionem verè, & realiter cum effectu non perſoluerit eſt concludentiſſimè iuſtificanda tàm reſpectu valoris narrati, quàm ſolutionis penſionis; quando agitur contra ſucceſſorem in beneficio, qui dictæ reſeruationi non conſenſit; Et de hac materia benè, & fusè agitur.
Argumentum 881. Calaguritana Canonicatus.
Reſignatio facta incapaci non ſuſtinetur ſine noua reſignatione, & gratia Pontificis: Mandatum ad reſignandum an ſufficiat, quod illius reuocatio ſit notificanda ipſi procuratori ſeù potius iamium reſignatario.
Argumentum 882. Cæſenaten. Hæreditatis.
Agitur de inſtitutione ſub certa conditione præordinata, Cui non dicitur factus locus ſine d. conditionis purificatione.
Argumentum 883. Anconitana Alimentorum.
Alimenta quomodo debeantur quando debentur iure actionis. Et quando iſtorum præſtationi ſit locus extra domum in qua promiſſa fuerunt.
Argumentum 884. Bononien. Separationis bonorum.
Remedium ſeparationis bonorum quibus in caſibus ſit permiſſum.
Argumentum 885. Romanà Fideicommiſſi de Zuccaris.
Habes reperitum in alia dec. cauſę edita 4. Febr. 1659. quæ eſt in ordine la 846. cum iſta deciſio ſit ilius confirmatoria.
Argumentum 886. Nazarena ſeu Montis Viridis beneficij.
Gratia Apoſtolica iuſtificata debet exequi: Teſtes remiſſoriales dicuntur nulliter examinati ſi non fuerint interrogati ſuper interrogatorijs exhibitis, & ex quibus depoſitiones deprehendantur erroneæ & præiudiciales.
Argumentum 887. Volaterana Cappellaniæ.
Beneficium manuale ex quibus deprehendatur etiamſi in titulum fuerit collatum: Vltimus ſtatus beneficii quando non ſit attendendus ex quo non fuit præſcriptus & quę requirantur ad d. effectum.
Argumentum 888. Fauentina Penſionis.
Solutiones ex quibus probentur factæ in cauſam penſionis ad effectum; vt penſionarius ratione ſuæ quaſi poſſeſſionis exigendi debeat manuteneri.
Argumentum 889. Alexandrina Canonicatus.
A ſententia priuationis ob nõ reſidentiam quibus in caſibus liceat, vel non liceat appellare: ſententia Priuationis ob non reſidentiam, vt ſuſtineatur requiritur citatio perſonalis quando priuandus eſt in loco vbi citari poteſt.
Argumentum 890. Beneuentana Quartæ.
In materia decimarum proceditur executiuè: Præſcriptione, ſeù conſuetudine poteſt induci, quod Epiſcopis aſſignetur certa quantitas frumenti loco quartæ, & quando ſolutio potius præceſſerit titulo d. conſuetudinis, quam locationum: Et quando loco frumenti non conſignati intra terminum legitimum, & poſt interpellationem Epiſcopi debeatur pretium, quod durante triennio ex illo poterat retrahi.
Argumentum 891. Anconitana Dotis.
Dos conſtitui non debet ex bonis fideicommiſſarijs exiſtentibus liberis. Dos congrua, vt dicatur, quæ requiruntur.
Argumentum 892. Ciuitatis Caſtellanæ bonorum.
Reſtitutio in integrum ex quibus concedenda. Mulier pro aſſecuratione ſuæ dotis contra tertios poſſeſſores quando valeat agere, & an huiuſmodi remedium tranſeat ad filios mortua matre.
Argumentum 893. Romana Fructuum
Alimenta præſtanda per virum vxori deuertenti ab ipſo ex legitima cauſa debentur habita proportione ad fructus dotis: fructus dotis in qua ſumma ſint taxandi non præcedente intimatione, & in qua ſumma poſt intimationem.
Argumentum 894. Romana Nobilitatis, ſeu iuris Honorifici.
Monumenta reponere ac inſcriptiones reſtaurare in memoriam antiquorum de familia quibus ſit permiſſum.

Index Argumentorum.

Argum. 895. Ro mana Domorũ de Regardis.
Solutione illius, quod debetur tollitur omnis obligatio.

Argumentum 896. Reatina Caſtrorum.
Filiatio cum qualitate legitimitatis probatur ſi concurrunt matrimonium, & quomodo, & quando iſtud probatum dicatur.

Argum. 897. Vladislauien. Parochialis.
Litteræ Apoſtolicæ ſi ſint iuſtificatæ executioni demandantur.

Argumentum 899. Elnen. Iuriſdictionis.
Proceſſiones indicete ſpectat ad Epiſcopos, & Sede Epiſcopali vacante ad Capitulum vigore Concil. Trid. & ſic manutentio ſuper dicto iure non poteſt competere alijs perſonis non obſtante illorum poſſeſſione cum iſta remaneat infecta per decretum irritans contentum in quolibet decreto Sac. Conc. Trid.

Argum. 900. Bonon. Cenſus, ſeù Executionis.
In Rota executiuè etia proceditur vigore inſtrumenti obligat. Camerali vallati quando a Signatura fuerunt cõmunicatæ facultates A.C.

Argum. 901. Nazarena ſeù Montis Viridis benef.
Gratia Apoſtolica iuſtificata exequenda eſt.

Argumentum 902. Bononien. Bonorum.
Poſſeſſio capta per Fideicommiſſarium non citato hærede primi grauati, qui tempore mortis bona fideicommiſſaria poſſidebat, eſt nullius momenti nec manntenibilis. Et quid quando fuit data licentia ingrediendi poſſeſſionem propria authoritate, & quid ſi detractiones detrahi debeant.

Argumentum 904. Pampilonen, Parochialis.
Abſolutioni quando ſit locus ob renunciationem recurſibus, & adimplementum omniũ contentorum in breui pro abſolutione à Sanctiſs. impetrato.

Argumentum 905. Leodien. Canonicatus
Litteræ Apoſtolicæ quando ſunt iuſtificatæ debent executioni demandari.

Argum. 906. Calagurit. Beneficij de Logrono.
Conſtitutio Clementis Papæ VIII. ſuper Collatione beneficiorum Diœceſis Calaguritanæ in ea parte, in qua remouet appellationem, & recurſum, an procedat quando fuit iudicialiter proceſſum per concurſum.

Argumenrum 907. Nepeſina Caſtri Filacciani.
Reintegratio non venit concedenda in iuribus renunciatis ab Auctoribus petentis, aut in iuribus iam tranſactis in alium.

Argumentum 909. Romana Alimentotum.
In qua ſumma, & à quibus ſint præſtanda alimenta, & ſumptus litis pauperi litiganti bonum ius habenti.

Argumentum 910. Bononien Bonorum.
Immiſſio non conceditur agenti ex fideicommiſſo nouo quando incontinenti de alio antiquiore docetur. Alienationes quando dicantur adæquare detractiones, & quando teſtator mandauit ſua ſua debita perſolui ex fructibus, quid intelligere voluerit.

Argumentum 911. Eccleſien. Vnionis.
Vnio quibus concurrentibus dicatur probata, latè diſcutitur.

Argumentum 912. Eccleſien Vnionis.
Probatio vigore litterarum remiſſorialiũ quando nequeat tergiuerſari ex defectu nullitatis ſubdelegationis Iudicis in partibus.

Argumentum 914. Vrbeuetana Bonorum.
Immiſſio nunquam conceditur ſuper bonis quę ex eodem teſtamento apparent exempta à fideicommiſſo, Fideicommiſſario vt debeatur immiſſio, & quando nullatenus debeatur.

Argumentum 915. Bononien. Fideicommiſſi
Fideicommiſſa in contractibus fieri valent, & pluriũ conſenſu validè conſtituta, vnius diſſenſu non reuocantur; & an Pater vti primus acquirens hoc caſu poſſit præiudicare filiis.

Argum. 916. Romana ſeu Auximana bonorum
Clauſula conſtituti adiecta donationi omnium bonorum pro certa tamen ſumma quibus in caſibus ſit attendenda, & quibus in caſibus non: Aſſociatio an ſit permittenda ſuper ſtabilibus relictis mobilibus aliaque plura de attentatis traduntur.

Argum. 918. Beneuentana Canonicatus.
Manutentio debetur poſſeſſori anteriori etiam ſi poſterior ſuam poſſeſſionem acceperit de manu executoris quando iſte nulliter proceſſit, & ex quibus dicatur nullter proceſſiſſe.

Argum. 919. Tudertina Donationis.
Mulier maior ſine cauſa, & abſq; ſolemnitatibus non ſolũ pro dote ſed etiã pro illius augmẽto valide donare, contrahere, & obligari poteſt.

Argum. 920. Romana Hæreditatis.
Infans poſſeſſionẽ ſine tutore acquirere nequit.

Argum. 921. Sabinen. Status Montis Libretti
Tertius Peritus an teneatur tradere relationem diſtinctam per ſingula corpora quando non æſtimatur vnica, ſed plures res inter ſe diſtinctæ: Et an cogi poſſit ex officio Iudicis addãdam ſeu illam declarandam diſtinctè poſt traditam relationem in confuſo.

Argum. 922. Romana manutentionis.
Manutentio debetur poſſeſſori, & poſſeſſio adſcribitur illi de cuius ordine fuit exactum.

Argum. 923. Bononien. Fideicom. de Pepulis.
Sequeſtrò ſeu cautioni quando ſit locus ſiue nõ ob timorem dilapidationis.

Argum. 914. Alexandrina Canonicatus.
Qui fructus veniant in mandato de manutenendo declaratur.

Argum. 925. Romana fideiciom. de Martolis.
Diſpoſitio ex quibus dicatur captatoria itaut non ſit attendenda.

Argum. 926. Bononien. Redditionis rationis.
Adminiſtrator ex debito ſui officij tenetur exigere nomina debitorum, & rationem reddere etiam de non exactis, & quomodo procedat declaratur.

Argum. 927. Calaguritana Beneficij.
Cui ex concurrentibus debeatur beneficium in Calagurit. Diœc. & ex quibus non beneficiatus debeat præferri beneficiato.

Argum. 928. Aſculana Dotis, ſeu Pecuniaria.
Dos quando per mulierẽ poſsit exigi nõ obſtãte quos ipſa nõ adimpleuerit contenta in Capitulis matrimonialib. quibus non interuenit.

Argum. 929. Aſculana Hæreditatis.
Pater tranſiens ad binubatum, an portio ſibi debita in bonis filijs reuertatur ad filios primi matrimonij: Portio debita in bonis matris

an

Index Argumentorum.

an ſit obnoxia poſt eius obitum reſtitutioni.

Argum.930. Monopolit. nullitatis profeſſionis.

Profeſsio Monialis quibus concurrentibus irritetur declaratur.

Argum. 931. Pampilonen. Parochialis.

Præſentatus à maiori parte Patronorum quando non cenſeatur ſibi præiudicaſſe in inſtitutione per conſenſum præſtitutum concurſui, ac per ſubiectionem examini vna cum alijs competitoribus.

Argum. 931. Calaguritana Beneficij de Aro.

Beneficium Diœceſis Calaguritanę debetur habenti maiores prærogatiuas, & ex quibus iſtę dicantur concurrere.

Argum.933. Calaguritana Beneficii de Ocon.

Beneficiatus Pauper in concurſu præferri debet in aſſequendis beneficijs.

Argum.934. Meleuitana Redditionis rationis.

Ratio ex quibus dicatur ſufficienter reddita.

Argum. 935. Nepeſina Caſtri Filacciani.

Reintegratio ad poſſeſſionē nequit cōcedi quādo quis fuit ſpoliatus authore Prætore,& quādo quis facto proprio à poſſeſſione cecidit.

Argum.936. Romana Adminiſtrationis.

Adminiſtratori adiunctus quo caſu ſit concedendus ſeu denegandus.

Argum. 937. Romana Cenſus.

Immiſſio in vim *l.fin.C.de E.D.A.T.* nequit dari ſuper bonis per teſtatorem non poſſeſſis; etiā ſi dd.bona fuerint empta ex pecunijs retractis ex bonis fideicommiſſarijs; Item nequit dari ſuper bonis aſſignatis in dotem, Prout nec minus ratione lucri doralis quando extat ſtatutum quo cauetur lucrum non deberi.

Argum. 938. Leodien. Hæreditatis.

Monaſterium poteſt retinere bona profeſsi etiā ſi teſtator mandaſſet quod in caſu mortis alter cenſeretur ſubſtitutus, cum talis mors intelligenda ſit de morte naturali, ſecus de ciuili ob d. profeſſionem.

Argum.939. Romana Domus ſeu Emphyteuſis

Dominium directum ex quibus probatum dicatur adhoc vt Domino directo ſit danda manutentio ob lineam finitam comprehenſorū in inueſtitura.

Argum.940. Romana ſeu Neapolitana Litterarum Cambij.

Litterarum Cambij executioni quando non ſit locus etiā ſi conſtet de illarum acceptatione.

Argum. 941. Nepeſina Bonorum.

Vſusfructus quando dicatur tantum comprehenſus in deliberatione latè declaratur.

Argum. 941. Aſtoricen. Cenſus.

Numerum ſententiarum an faciant præceptū executiua de ſtylo Hiſpaniarum Cenſus ab Eccleſia ſuper rebus Eccleſiaſticis impoſitus eſt nullus ſi defecerint ſolemnitates ac vtilitas & neceſſitas Eccleſiæ.

Argum. 943. Meleuitana Redditionis rationis.

Compulſoria ſpecialis vt obtineri valeat quæ requirantur.

Argum.944. Sabinen. Status Montis Libretti.

Peritus quando teneatur ad declarandum ſingula corpora bonorum æſtimata, & particulares redditus vniuſcuiuſque corporis.

Argum. 945. Leodien. Hæreditatis.

Monaſterium ſuper bonis obuentis ſuo Monacho dicitur habere bonum ius; Conditio mortis appoſita in ſubſtitutione;an debeat intelligi de morte ciuili non expectata naturali.

Argum. 946. Calagurit. Beneficij de Aleſanco.

In Beneficijs Calaguritanæ Diœc. quando non ſit præferendus pauper, & carens beneficio in concurſu eum habente maiores prærogatiuas & poſſidente beneficium.

Argum. 947. Meleuitana Redditionis rationis.

Ratio ex quibus dicatur reddita, & ex quibus exclulus ſeu probatus dicatur dolus in adminiſtratore.

Argumentum 948. Romana Expenſarum.

Taxatio Expenſarū ex quibus nō dicatur exceſſiua:Et quo caſu propina reſiei debeat in Rota

Argum. 949. Interamnen. Saluiani.

Immiſſio ex vtili Saluiano quibus concurrentibus ſit concedenda cenſuario.

Argum. 950. Calaguritana Beneficij de Herſe.

Beneficia Diœceſis Calaguritanæ debent cōſerri digniori, & recenſentur qualitates præponderantes, vt quis dignior cenſeri debeat.

Argum.951. Ariminen. Donationis.

Donatio facta ex cauſa ingreſſus in Religionem, quibus in cauſis poſsit reuocari: An indigeat inſinuatione; & valeat etiam ſi vnus ex donatarijs ſit Curator, & quibus æquiparetur.

Argum. 952. Calaguritana Canonicatus.

Remiſsoria in beneficialibus quibus concurrentibus ſit concedenda, & quando ſecus.

Argum. 953. Ariminen. Donationis.

Donatio facta ex cauſa ingreſſus in Religionem ſolemnitatibus non eget, ſiuè ſit facta à Nouitio intrà annum probationis, ſiuè ab exiſtente in ſeculo.

Argumentum 954. Ariminen. Donationis.

Poſſeſsio ex quibus probetur,& quando dicatur quis ſpoliatus ex ſententia, *Nulla & iniuſta*.

Argum. 955. Meleuitana Redditionis rationis.

Rationem reddere ſine libris quilibet adminiſtrator ſiuè generalis, ſiuè particularis poteſt.

Argum. 956. Nullius Montis Alti Iuriſpatron.

Præſentatio cumulatim patronis Layeis permiſſa quando cenſeatur excluſa per promiſſionem eorumdem alium non nominandi in Sacerdotium, quando ex lege fundationis Iuriſp. requiratur de tempore præſentationis.

Argum. 957. Camerinen. Canonicatus.

Iuſpatronatus quando probetur ex confeſsione collitigantis. Electio vt valida reputetur quæ ſint neceſſaria.

Argum. 958. Narnien. Fideicommiſsi.

Pœna caducitatis & deuolutionis adiecta in caſu alienationis ex quibus non dicatur incurſa & quæ ad dictum effectum ſint neceſſaria.

Argum.959. Toletana Decimarum de Vercial.

Decimæ vt debeantur exuberat ſi prædium pro maiori parte ſit intra limites Parochiæ ſeu Epiſcopatus cui illæ debentur: Præſcriptio quę requiratur pro exemptione Decimarum

Argumentum 960, Romana Cambiorum.

Cambiandi facultas quando non cenſeatur conceſſa. Diſtidia & reſolutio ſocietatis officij in quibus differant.

Argum. 961. Parmen. Penſionis.

Pen-

Digitized by Google

Index Argumentorum.

Penſio ſuſtinetur quando defectus qui poterant ſuper illius reſeruatione opponi, vel non fuerunt probati, vel Papa illos ſanauit.

Argum.962.Romana Prætenſorũ Cambiorum.

Deliberatio exceſſiua nullum ius tribuit. Solutiones ſubſequentes quando inducant præſumptionem præcedentium terminorum Facultas cambiandi ſine intimatione quando fieri nequeat ſine illa, & quomodo procedat d.materia declaratur.

Argum.963. Feſulana Canonicatus.

Inſtitui non debet præſentatus lite pendente.

Argum. 964. Hiſpalen. Decimarum.

Remiſſoria ex quibus concedatur in materia Decimarum.

Argum.965. Calagurit. Beneficij della Baſtida.

Nouo examini reiecti ab Examinatoribus Synodalibus quando non ſit locus.

Argum. 966. Barchinonen. Alimentorum.

Præpoſiti de quibus bonis teneantur ſubminiſtrare Capitulo portiones.

Argum. 967. Burgen. Beneficij.

Dignior quis dicatur pro aſſequendis Beneficiis & recenſentur nonnullæ qualitates pro prælatione facientes.

Argum.968. Neapolitana Donationis.

Reſtitutio in integrum vt detur quæ requirantur; Donationi factæ Religioni irreuocabiliter, & inter viuos quando non ſit locus pœnitentiæ, ac illius reſciſſioni etiam in caſum egreſſus è Religione ipſius Donantis.

Argum. 909. Calaguritana Beneficij S.Crucis.

Beneficia Calaguritanæ Diœceſis Viris magis inſignitis debent conferri.

Argum. 970. Senogallien. Fidcicommiſſi.

Fœminę veniunt appellatione Liberorum etiam ſi fideicommiſſum ſit pro conſeruatione familiæ, & diſcutitur ſtatutum Senogallien. excluſiuum fœminarum.

Argum. 971. Segobricen. Canonicatus.

An gratia ſubrogationis gratioſę ſuffragetur impetranti ad effectum excludendi nouum prouiſum à Capitulo. Et quæ requirantur ad obtinendam ſubrogationem gratioſam à Sede Apoſtoſica.

Argum. 972. Beneuentana Saluiani.

Cenſus remanet extinctus ſi fuerit euictus fundus ſuper quo erat impoſitus, & remanet hac de cauſa etiam reſoluta hypotheca.

Argum. 973. Romana Saluiani.

Requiſita Saluiani recenſentur.

Argum. 974. Rauennaten. ſeu Fauentina pecuniaria

Solutio quando probetur ex libris Mercatorum aliaq; plura de legalitate dd. librorũ, ac de ſatisfactione ob taciturnitatem creditorum traduntur.

Argum.975. Romana Nullitatis Matrimonij.

Matrimonium vt ex cauſa metus dicatur nullum qualis metus requiratur: Adoptionis ac arrogationis differentia aſſignatur.

Argum. 976. Colonien. Canonicatus.

Indultum primarium precum Imperatori conceſſum quantæ ſit efficaciæ declaratur.

Argum. 977. Romana Alimentorum.

Filiatio ad effectum aſſequendi alimenta ab Auia quas probationes requirat.

Argum.978. Ferrarien. ſeu Romana pecuniaria

Pacta Simoniaca vt per Papam cenſeantur remiſſa, qualis ſcientia ſufficiat.

Argum.979. Calaguritana Prædicationis de Naxera.

Remiſſoria quibus concurrentibus ſit concedenda; Prædicare in alia Eccleſia quam Parochiali an conſuetudine poſſit induci.

Argum.980. Romana Canonicatus.

Statuto de duabus vt ſit locus quæ requirantur, & an ſub iſto comprehendantur Clerici, ac ipſorum cauſæ etiam ſpirituales diſcutitur.

Argum.981. Romana Fideicommiſſi de Griffonibus.

Filiatio quibus concurrentibus dicatur probata ad effectum ſuccedendi etiam fideicommiſſo, quamuis præordinato à perſona Eccleſiaſtica.

Argum. 982. Neapolitana Semiuarij.

Seminaria quo caſu comprehendantur,& quando locus ſub conſtitutionibus prohibentibus nouorum conuentuum erectionem infrà certam diſtantiam.

Argumentum 983. Comen. Beneficij.

Pręſentato vt in concurſu debeatur inſtitutio, quæ ſint neceſſaria: Derogatio medietatis vocum quando non habeat locum. Et declaratur quibus in caſibus ſuper beneficijs poſsit compromitti.

Argumentum 984. Romana ſeu Sabinen. Fideicommiſsi.

In fideicommiſſo quando non ſolum fœminæ agnatæ, ſed etiam deſcendentes ab illis cenſeantur vocatæ ex quo teſtator vocauerit filias fœminas & deſcendentes N.

Argum.985. Romana diuiſionis.

Acceptatio partis diuiſæ ex quibus poſſit retractari etiam medio iuramento firmata de non contraueniendo ex eo quod nonnullæ partitę deficiant.

Argumentum 986. Romana Officij.

Decretum habens ad ſui fauorem dicitur habere dominium officiorum, & quando officia vendi poſſint quia fuerit conceſſa facultas officium reſignandi etiam irrequiſitis transferentibus, ac etiam ſi creditum pro quo fuit venditum non ſit æquiualens pretio totius officij.

Argum. 987. Auenionen. Bonorum.

Intereſſe ratione Statuti Auenionen. ex bonis donatis dicitur vſurarium, & non debetur; Ratione non reinuertimenti ex quibus non dicatur debitum.

Argum.988. Nullius ſeu Montis Virginis Iuriſdictionis.

Locus omnimodè exemptus ex quibus iudicetur vt non ſubſit Iuriſdictioni Epiſcopi.

Argum.989. Hortana Bonorum.

Dominium Eccleſiæ etiam quoad effectum deuolutionis, quando probetur ex libro eiuſdem Eccleſiæ adminiculato, & nonnulla adminicula recenſentur.

Argum.990. Leodien. Hæreditatis.

Declaratoria quibus concurrentibus ſit concedenda,& etiam in mandato de manutenendo.

Argum.991. Romana Dotis.

Clau-

Clauſula Parito Iudicato, ex quibus non effe-
ctuata, ſeu illi non obtemperatum.

Argum.992. Forolivien. Lucri Dotalis.

LucrumDotis an debeatur ex bonis liberis tantũ ſeu calculata tota dote conſtituta,& ex liberis ac fideicommiſſarijs: Vir quando iſtud fuerit ſuperlucratus quamis dotem liberè reſtituere promiſerit, & an pro lucro compotat eidem viro manutentio.

Argum.993. Romana Fideicommiſsi de Cæſis.

Agitur de poſſeſſione quæ transfertur per Teſtarorem in hæredem per clauſulam Conſtituti, iuncta clauſula, Ex nunc, & de iſtius ratificatione; Plura de detentatione an iſta transferatur, & de incapacitate teſtatoris acquirendi fideicommiſſum, quod non indè fuerit incapax bonorum acquiſitionis, & ex quibus poſſeſſio anterior comprobetur.

Argum.994. Romana Nullitatis Matrimonij.

Mattimonium vt ſit validum debet eſſe liberũ Teſtes de metu inconcurſu preferendi ſunt.

Argum.995. Cæſaraugustana Cathedralitatis.

Cathedralis Eccleſia quibus ſignis demonſtretur.

Argum.996. Romana Primogenituræ.

Primogenitura conſtituta ſub onere ducendi vxorem & aſſumendi nomen & arma, & ſi fuerit purificata fauore primogeniti vocati, adhuc iſte effectus Sacerdos primogenituram amittit,& ſecũdogenitus illius loco ſuccedit.

Argum.997. Meleuitana Commendæ.

Ius conferendi Commendas Magnis Prioribus vigore ſtatuti 29. de Commend. vt competat requiritur vt vacatio contingat intra quinquennium à die ipſorum promotionis, vt in ſtatuto 27.

Argum.998. Nepeſina Bonorum.

Fideicommiſſum cadit ſuper bonis proprijs ſecus pro indiuiſo poſſeſſis. Habens facultatem alienandi bona fideicommiſſaria, ac illorum loco alia ſubrogandi, tunc alienata remanent ſoluta à quocumque nexu fideicommiſſi: Hæres ex quibus conuincatur.

Argum.999. Ferrarien. Penſionis.

Penſionarius anterior ad inſtar creditoris anterioris venit præferendus in ſolutione penſionis, & quomodo hoc procedat ſi poſterior ſit in poſſeſſione exigendi necnon lis adhuc pendeat ſuper validitate translationis penſionis fauore anteriorum.

Argum.1000. Viterbien. ſeu Piſana Ferracei.

Mandati fines ex quibus non dicantur exceſsi, & contractus nomine mandantis quando dicatur initus licet illius nomine non expreſſo.

Argum.10001. Nullius, ſeu Montis Virginis Iuriſdictionis.

Iuriſdictio ex quibus dicatur adempta ab Epiſcopo ex eo quod Caſtra fuerint totalitèr exempta, necnon ex eo quod reſpectu inferioris vna cum priuilegijs concurrat exercitium iuriſdictionis per 40. annos.

Argum.10002. Romana Fideicommiſsi de Capogallis.

Fideicommiſſum ex quibus dicatur purificatum fauore poſitorum in conditione vt iſtis debeatur immiſſio,ſiue ex remedio *l.fin.C.de Ed.D.Ad.tol.* ſiue ex *Saluiano*.

Argum.10003. Romana Appaltus.

Defalco non eſt locus quando prætenſa impedimenta vigebant tempore locationis,& præcipuè quando locatio fuit ad longum tempus,& impedimentum durauit tempore breui, aliaque plura in hac materia traduntur.

Argum.10004. Auenionen. Tranſactionis.

Filij in conditione Poſiti ex quibus cenſeantur diſpoſitiuè vocati, Bulla Pij V. reuocatoria legitimationum in præiudicium ſubſtitutorum quando non habeat locum filiatio ex quibus probetur.

Argum.10005. Romana Officij.

Habens reſeruationem decreti ſuper aliquo officio vacabili dicitur habere illius abſolutum dominium.

Argum. 10006. Bononien. Fideicommiſsi de Monterentijs.

Aegidianæ quando ſit locus: Dotes congruæ quibus concurrentibus reputentur; Electio perſonæ in alterius arbitrio an poſſit remitti declaratur.

Argum.10007. Fauentina Iuriſpatronatus.

Clauſula verificato prius iurepatronatus ex fundatione, vel dotatione operatur quod abſque dicta iuſtificatione litteræ Apoſtolicæ executioni nõ poſſint demandari; Et quę requirantur pro d.clauſulæ iuſtificatione.

Argum.10008. Romana Vineæ.

Obligatio facti alieni quando ſuſtineatur,& obligatus poſſit conueniri.

Argumentum 10009. Bonon. Separationis bonorum.

Manutentio debetur habenti poſſeſſionem ex pacto præcarij ad ſui fauorem appoſito in aliquo Inſtrumento.

Finis Argumentorum Secundæ Partis.

DECISIONVM R. P. D. AMATI DV NOZETI SACRAE ROTAE ROMANAE DECANI

PARS SECVNDA.

PAMPILONEN. BENEFICII.

Veneris 9. Ianuarij 1643.

ARGVMENTVM.

Beneficium neutri eſt adiudicandum quando vnius gratia non iuſtificatur, & reſpectu alterius deficit poteſtas in conferente.

SVMMARIVM.

1. *Nuntij Hiſpaniarum facultates quoád collationem beneficiorum ſunt reſtricta ad beneficia non exceden̄ ducat. 24. auri de Camera.*
2. *Narratiua per non exceſſum debet iuſtificari alias gratia corruit ex capite obreptionis.*
3. *Valor per non exceſſum non probatur per teſtes de auditu.*
4. *Confeſſio erronea nec ipſi confitenti nocet.*
5. *Valorem ad effectum probandi non computantur diſtributiones quotidianæ.*
6. *Hoc non procedit ad effectum vt intrent facultates Nuntij Hiſpaniarum.*

DECISIO DCXCIV.

VACANTE beneficio ſimplici, de quo agitur fundato in Parrocchiali Eccleſia loci de Olloqui Pampilonen̄ Diœc. fuit de eo vti non exceden̄ ducat. 24. prouiſus per Nuntium Hiſpaniarum Michael Iniquez poſtea vero de eodem fuit prouiſus à Papa Martinus de Laraingoa ſub expreſſione pariter, quod non excederet 24. duc. auri de Camera, orta in partibus controuerſia inter iſtos, prouiſos Martinus ſententiam fauorabilem reportauit à qua pro parte Michaelis interiecta appellatione, & cauſa ad Rotam delata propoſui dubium, cui nam ex dd. prouiſis eſſet adiudican̄ d. beneficium, & Domini neutri eſſe adiudicandum reſponderunt. Non quidem Michaeli Prouiſo à Nuntio, quia cum ipſe ſe fundet in dicta prouiſione tenetur probare valorem in ea narratum per non exceſſum 24. ducat. auri de Camera; cum obſtent fa-
1 cultates eiuſdem Nuntij, quæ † ſunt reſtrictæ
circa collationem ad beneficia non exceden̄
ducat. 24. auri de Camera prout aduertit, *Gonzal. ad regul. 8. §. 1. proem. num. 56. & ſeqq.* Non etiam Martino Prouiſo Apoſtolico, quia apparet falſa eius narratiua valoris ducat. 24.
2 per non exceſſum, † quam tamen iuſtificare
tenetur, cum alioquin gratia illius corruat ex

capite obreptionis, *Mantic. deciſ. 175. num. 4. bo. me. Coccin. deciſ. 82. num. 2. Bur. deciſ. 769. numer. 7. Greg. XV. deciſ. 13. num. 5.*

Quod autem valor iſtius Beneficij non excedat duc. Cameræ 24. non ſolum non iuſtificatur ex Teſtibus pro parte Michaelis examinatis, quia omnes deponunt de auditu præ-
3 ter † quartum, & ideo valorem non probant, *Caual. deciſ. 383. num. 5.* ſed etiam contrarium probatur per quatuor Teſtes examinatos ad Inſtantiam Martini, qui optimè deponunt valorem beneficij deductis oneribus aſcendere ad duc. 50. quorum aliqui fuerunt decimatores huius Eccleſiæ per multum tempus, omneſque reddunt optimam cauſam ſcientiæ, enunciando ſingulas ſpecies reddituum, eorumque valorem.

Non obſtat, quod Martinus Faſſus fuerit in ſua prouiſione beneficium non excedere ducat. 24. Quia cum ex ſupradictis Teſtibus cōſtet de contrario, & ſic d. confeſſionem eſſe
4 erroneam illa † nec ipſi confitenti, præiudicare poteſt, *l. 1. C. de falſ. cauſ. abiect. Aucar. conſ. 291. num. 3. Aegid. deciſ. 691. in tertia fallent. num. 4. Rot. deciſ. 320. nu. 7. par. 5. rec.* nec ſuffragari Michaeli ad probañ valorem per non exceſſum, quidquid diceñ eſſet ſi de errore non conſtaret, in quibus terminis loquitur, *Garz. de beneſ. par. 5. cap. 3. nu. 202. & ſeqq.*

Non obſtat, quod ad effectum probañ va-
5 lorem † non computentur diſtributiones quotidianæ, *Caſ. de Graſſ. deciſ. 7. de probat. Rot. deciſ. 8. de prab. in nou.* Quia vltra quòd etiam demptis diſtributionibus Teſtes probant valorem excedere ducat 24. de illis ſolet haberi ratio in calculando valore ad effectum vt intrent fa-
6 cultates † Nuntij Hiſpaniarum, quibus nititur Michael vt in puncto, *Caſtropal. oper. moral. tom. 2. tract. 13. diſp. 2. punct. 26. num. 6.* vbi diſtinctionem facit inter oblationes conſuetas, quales ſunt iſtæ, ac voluntarias, & liberas, ſeu eleemoſynas incertas, quæ ad certam ſummã reduci non poſſunt, quibus etiam demptis dd. Teſtes deponunt valorem beneficij adhuc aſcendere ad dd. ſcu. 50.

Et ita &c.

ARIMINEN. FIDEICOMMISSI.

Veneris 16. Ianuarij 1643.

ARGVMENTO.

Non eget.

SVMMARIVM.

1 *Inſtrumentum locationis probat contra locatorem, vel eius hæredem quantitatem penſionis perceptæ.*

2 *Fructuum liquidatio dicitur difficilis probationis, & ſic admittuntur coniectura & præſumptiones.*

DECISIO DCXCV.

CAROLVS, & alij de Maſijs, ſub die 19. Octobris 1619. mouerunt Iudicium, *l. fin. C. de E. D. A. T. pro Immiſſione in poſſeſſionem Domus*, de qua agitur tanquam ſubiectæ fideicommiſſo q. Vincentij de Maſijs ad eorum fauorem purificato contra q. Laurentium Gambuccium illius detentorem, & ſucceſſiuè reportarunt ſententiam Rotalem fauorabilem cum condemnatione ad reſtitutionem fructuum perceptorum contra Bonifatium d. Laurentij filium, & hæredẽ, cuius vigore poſſeſſionem eiuſdem Domus ſub die 27. Septẽbris anni præteriti adepti fuerunt. Fuit hodie dubitatum ad quam ſummam aſcenderent fructus, quos idem Bonifatius reſtituere tenetur, & Domini dixerunt illos aſcendere pro nunc ad ſummam ſc. 1250.

Quia ex Inſtrumento locationis dato in ſummario apparet d. q. Vincentiũ anno 1625. locaſſe Domum prædictam ad decẽnium pro annua penſione ſcu. 125. quæ calculata ſpatio decem annorum cōſtituunt prædictam ſum-
1 mam ſcu. 1250. Inſtrumentum † enim locationis Domus quamuis non probet verum valorem illius. Nihilominus probat contra locatorem, vel eius hæredem quantitatem penſionis, quæ inde percepta fuit, *Rot. deciſ. 65. num. 24. & ſeq. par. 2. & deciſ. 725. n. 2. p. 4. diuer. & deciſ. 253. num. 4. p. 7. rec.*

2 Præſertim cum materia liquidationis † fructuum ſit difficilis probationis; Ideoque pro ea ſufficiant etiam coniecturæ, & præſumptiones, *Bald. in l. 1. num. 16. C. de fruct. & lit. expenſ. Natt. conſ. 576. num. 5. verſ. reperio etiam Seraphin. deciſ. 1245. num. 7. Rot. deciſ. 479. num. 2. par. 2. rec. Caual. deciſ. 361. num. 3. & deciſ. 186. num. 2. Buratt. deciſ. 163. num. 6. & deciſ. 921. num. 5.*

Ad quam autem ſummam aſcendant fructus pro reliquo tempore ante, & poſt d. Inſtrumentum locationis Domini nihil firmarunt, ſed reſeruarunt videre de hoc in alia diſputatione, & interim poterit coadiuuari probatio.

Et ita Maſijs tantum informan. reſolutum fuit.

ROMANA FIDEICOMMISSI de Incoronatis.

Veneris 16. Ianuarij 1643.

ARGVMENTVM.

Reſtitutio in integrum aduerſus rem iudicatam quando denegetur, identitas bonorum fideicommiſſariorum ex quibus præbetur: mandatum procuræ quo caſu non expiret per obitum conſtituentis.

SVMMARIVM.

1 *Appellans ſi intra terminum iuris non redierit pro Apoſtolis cenſetur appellationi renunciaſſe, & ſententia tranſit in iudicatum.*

2 Sen-

Digitized by Google

1 *Sententia valida & iuſta venit exequenda cum exequutio ſit fructus rei iudicatæ.*

3 *Validitas reſultat ſi concurrant requiſita recenſita* per Verall.deciſ.260.par.2.

4 *Iuſtitia ſententiæ rotalis reſultat ex deciſionibus in cauſa editis.*

5 *Fideicommiſſarius inter alia tenetur probare bona fuiſſe fideicommittentis.*

6 *Inuentarium probat rem in eo deſcriptam fuiſſe in bonis teſtatoris de cuius hæreditate agitur.*

7 *Confeſſio probat contra confitentem & ab eo cauſam habentem.*

8 *Clauſula conſtituti, eſt tranſlatina poſſeſſionis in Conſtitutarium.*

9 *Inſignia affixa domibus alicuius familiæ plurimum deſeruiunt ad probandam illas ſpectaſſe ad dictam familiam.*

10 *Exceptio requirens altiorem indaginem non admittitur in poſſeſſorio ad impediendam executionem rei iudicatæ.*

11 *Titulis diuerſis vna eademque res poteſt alicui deberi.*

12 *Reſtitutio in integrum ſine læſione non datur.*

13 *Mandatum pro cura regulariter expirat morte mandantis.*

14 *Hoc procedit re integra ſecus quando deſijt eſſe integra per conteſtationem litis quod intellige nõ procedere quando mandãs deceſſiſſet ſine hærede n.15. & quando excludatur quem deceſſiſſe ſine hærede. numer.16.& 17.*

DECISIO DCXCVI.

QANGELVS Incoronatus petijt Immiſſionem in poſſeſſionem Domus, de qua agitur contra Vener. Congregationem Plagarum ex duplici fideicommiſſo ad eius fauorem purificato, altero Marcelli, qui vocatis omnibus ſuis deſcendentibus maſculis vltimo morienti ſubſtituit Paulum Iuniorem ſuum Agnatum, eiuſque filios, & Nepotes. Altero Franciſci, eiuſdem Marcelli filij, qui in donatione omnium bonorum præſentium & futurorum facta Cæſari filio præſenti, & acceptañ vocauit eius deſcendentes maſculos, hiſque deficientibus proximiorem familiæ, prohibita quauis alienatione, & detractione, ac præuijs duabus deciſionibus ſub diebus 29. Maij 1641. & 14. Martij anni pręteriti extenſis à R. P. D. meo Ghiſlerio tanquam ſuffecto in locum bo. me. Pirouani prædefuncti, ſentẽtiam fauorabilem ab eodem reportauit. A qua ſententia quamuis dicta Congregatio appellaſſet infra legitima tempora, attamen quia nõ curauit redire pro Apoſtolis infra terminum Iuris ei à Iudice datum, fuit ei præfixus terminus ad doceñ de prætenſis cauſis reſtitutionis in integrum. Quo elapſo propoſui dubium, an conſtaret de re iudicata, quæ ſit exequeñ, vel potius de cauſis reſtitutionis in integrũ, & Domini affirmatiuè quoad primam partem, & negatiuè quoad ſecundam reſponderunt.

Nam quoad rem iudicatam attinet illa non poteſt controuerti, quia prædicta ſententia lata fuit die 7. Iulij anni præteriti, Terminus verò Iuris ad redeundum pro Apoſtolis datus fuit Congregationi appellanti ſub die 15. eiuſdem menſis. Vnde cum eadem Congregatio infra d. terminum non redierit pro Apoſtolis,
2 cenſetur appellationi per eam interpoſitæ renunciaſſe, perinde ac ſi non appellaſſet, ac cõſequenter ſententia in iudicatum tranſijt, *cap. ab eo de appell. in 6. Clem. quamuis 2. eod. tit. C. Indicibus 24. C. eod. Caſſad. deciſ. 8. num. 8. eod. tit. Rot. deciſ. 10. num. 30. de appell. in nou. veſtr. in prax. lib. 7. cap. 3. num. 33.* & ibi *Grauat. num. 63. & in Foroliuien. de Tocellis coram Cardin. Marcomontio apud Marcheſ. 1. 2. fol. 79. num. 1. 2. deciſ. 420. num. 2. p. 2. recent. Gregor. XV. deciſ. 573. num. 1.* & ibi *Adden. num. 12. Buratt. deciſ. 556. & deciſ. 743. vtrobique num. 1.*

1 Et propterea eadem ſententia tanquam valida † & iuſta venit exequeñ, cum executio ſit fructus rei iudicatæ, *l. ſi ſe non obtulit 4. §. 5. ex conuentione ff. de reiud. Scacc. de Iud. lib. 1. cap. 97. C. de appell. q. 12. num. 143. Rota apud Marcheſ. p. 2. fol. 78. num. 5. & deciſ. 69. n. 3. p. 6. rec.*

3 Validitas † enim probatur ex reuolutione actorum, ex quibus apparet omnia requiſita interueniſſe, quæ recenſentur à *Verall. dec. 260. par. 2.*

4 Iuſtitia † vero liquet ex rationibus optimè deductis in prædictis deciſionibus, cõtra quas nil releuans deductum fuit, *Rot. deciſ. 350. nu. 1. in fin. par. 1. & deciſ. 325. num. 4. par. 5. recent. & in* terminis ad effectum exequeñ rem iudicatam dixit, *Rot. deciſ. 665. num. 1. poſt med. verſ. de prædicta Iuſtitia par. 3. & deciſ. 220. num. 6. par. 4. recent.* & in nullius confirmationis concordiæ, ſeù *Legionen. Decimarum 27. Iunij anni præteriti coram R. P. D. meo Carillo in fine.*

Neque dicta Iuſtitia, tollitur ex eo, quod non probetur Domum, de qua agitur fuiſſe dd. Marcelli & Franciſci fideicommittẽtium,
5 prout fideicommiſſarius † inter alia probare debet ad effectum cõſequendi bona, quæ prętendit ſibi deberi ex alterius fideicommiſſo, *Peregr. de fideic. art. 44. in princ. Petr. eod. tract. q. 11. num. 1. Fuſar. de ſubſt. qu. 616. qui alios cumulant.* Quoniam reſpectu Marcelli eius poſſeſſio probatur tàm ex Inuentario bonorum hæreditatis confecto à Iulia matre, & Tutrice eius hæredum, in quo eadem Domus inter cętera
6 ſtabilia reperitur deſcripta, cum † Inuentariũ probet rem in eo deſcriptam fuiſſe in bonis Teſtatoris de cuius hæreditate agitur, *l. fin. C. de arbitr. Tut. Pariſ. conſ. 45. num. 20. lib. 2. Decian. conſ. 76. num. 8. lib. 3. Peregr. de fideic. art. 44. num. 2. verſ. 1. itaque Rot. deciſ. 387. num. 2. verſ. poſſeſſio autem par. 1. & dec. 407. num. 2. verſ. Inuentarium autem p. 2. recent.*

Quàm etiam ex actuali poſſeſſione eiuſdẽ Domus, quam Cæſar hæres grauatus defuncto Franciſco Patre adeptus fuit cum expreſſione, quod illa ſubiecta eſſet fideicommiſſo
7 prædicti Marcelli, quę confeſſio † d. fideicõmiſſi probat contra d. Cæſarem confitentem, & Congregationem habentem cauſam ab illo vt in ſpecie tradunt, *Odd. conſ. 39. num. 17. & ſeq. Pariſ. conſ. 52. num. 32. lib. 1. & conſ. 144. num. 7.*

& ſeqq. lib. 5. Fuſar. conſ. 1. ſub num. 27. Mantic. de coniect. lib. 3. tit. 1. n. 28.

Reſpectu verò Franciſci probatur pariter
eius poſſeſsio, ſiquidem Pompeus Colum-
na, ad quem portio d. domus peruenerat ven-
didit illam d. Congregationi, quæ poſtea fuit
coacta illam retrocedere iure conſortij d. Frã-
ciſco, qui alteram partem poſſidebat, ſicque
tota domus in ipſum Franciſcum conſolida-
ta fuit vigore Inſtrumenti eiuſdem retroceſ-
8 ſionis habeñ clauſulam Conſtituti, † quæ
tranſtulit omnem poſſeſſionem in ipſum Frã-
ciſcum Conſtitutarium, *l. quod meo 18. ff. de acq. vel amitt. poſſ. Rim. ſen. conſ. 89. nu. 15. verſ. comprobantur prædicta. Afflict. decíſ. 139. num. 9. Rot. deciſ. 83. num. 1. verſ. quia de eius primo extremo par. 1. deciſ. 520. num. 2. verſ. & ſuffragatur p. 2. rec.*

Dictaque poſſeſſio reſpectu vtriuſque rectè
comprobatur ex Armis, & Inſignijs familiæ
de Incoronatis eidem domui affixis, quæ plu-
9 rimum † deſeruiunt ad probañ eamdem Do-
mum fuiſſe in bonis dd. Marcelli, & Franciſci
eiuſdem familię cuius ſunt illa Inſignia ex re-
latis à *Maſcard. de probat. concl. 551. num. 3. & Fuſar. de ſubſtit. q. 618. n. 43.*

Nec releuat, quod prædicta Domus fuerit
ſubiecta antiquiori fideicommiſſo Pauli Se-
nioris; & vti talis peruenerit ad M. Antonium
filium, & ſucceſsiuè ad Paulum Iuniorem ne-
potem poſt mortem q. Bernardi fratris eiuſ-
dem Pauli ſenioris. Vnde infertur illam non
fuiſſe ſubiectam poſterioribus fideicommiſſis
dd. Marcelli, & Franciſci, qui per diuerſam
lineam ab eodem Paulo ſeniore deſcendunt.
Quandoquidem ex Iuribus datis in Summa-
rio pro parte D. Angeli fuit animaduerſum,
quod olim orta controuerſia inter ipſos Mar-
cellum, ex vna, & Marcellum Antonium,
ſeù Paulum Iuniorem eius filium ex altera,
ſuper ſucceſſione in bonis dd. Bernardi, ac
Pauli ſenioris, re diſcuſſa in Rota fuit pronũ-
ciatum bona Pauli Senioris deberi hæredibus
Marcelli lite pendente defuncti. Bona autem
Bernardi ui deferenda eſſe Marco Antonio,
ſeu Paulo Iuniori eius filio, in cuius ſententię
executionem emanarunt hinc inde ceſſiones.
Et in omnem euentum huiuſmodi exceptio
cum percutiat defectum dominij apud ipſos
Marcellum, & Franciſcum fideicommitten-
tes non viſa fuit admittenda in hoc Iudicio
10 poſſeſſorio † præſertim ad effectum retardan-
di executionem rei iudicatæ prout ſæpè, *Rota reſpondit, & ſignanter deciſ. 35. num. 20. p. 1. & deciſ. 755. n. 2. p. 3. rec.*

Minus refragari viſa fuit ponderatio, quod
Franciſcus non vendicaſſet portionem eiuſ-
dem Domus à d. Pompeo iure conſortij, ſi
illam Iure fideicommiſſi conſequi potuiſſet,
quia inter alias reſponſiones placuit illa, quod
non repugnet, quin ex pluribus capitibus poſ-
11 ſit vna, † eademque res deberi, *l. 3. §. ex pluribus ff. de acqu. vel amitt. poſſ. Rot. deciſ. 218. num. 15. par. 6. rec.*

Quo verò ad ſecundam partem reſolutio-
nis, qua dictum fuit non conſtare de cauſis
reſtitutionis in integrum illa caret difficulta-
te. Quia cum ex prædictis appareat d. ſenten-
tiam in iudicatum tranſactam eſſe validam,
& iuſtam, ceſſat prætenſa læſio, ſine quá re-
12 ſtitutio † non datur, *Abb. in cap. ex litteris 4. ſub num. 5. de reſtit. in integr. Rot. deciſ. 1. eod. tit. in nou. Put. deciſ. 209. num. 1. lib. 3. in correct. Crauett. conſ. 271. num. 8. verſ. quinto reſpondeo Seraph. deciſ. 634. n. 1. bo. me. Coccin. deciſ. 263. num. 5.*

Nec refragatur prætenſus defectus legitima
tionis perſonæ D. Io. Nicolai Angelonij ho-
die comparentis pro executione d. rei iudica-
13 tæ; Quia licet mandatum † procuræ regula-
riter expiret morte mandantis *§. rectè quoque iuncto verſ. Item ſi adhuc Inſtit. mandat. l. mandatum 15. C. mandat. cum alijs alleg. à Gabr. tit. de Procur. concl. 2. num. 1.* Attamen d. concluſio procedit
14 re † integra, ſecus autem quando, prout hic
deſijt eſſe integra per conteſtationem litis,
quia tunc mandatum non expirat per obitum
conſtituentis, ſed adhuc durat in perſona
eiuſdem Procuratoris Domini litis effecti, *l. ſi defunctus 15. ff. de procur. l. nulla 23. C. eod. gloſ. in d. l. mandatum in verb. finitur, C. mandat. Oldrad. conſ. 139. num. 3. verſ. & mandatum ipſius Gabr. d. tit. de procur. concl. 3. num. 1.*

15 Nec releuat, quod prædicta limitatio † non
procedat quando conſtat principalem conſti-
tuentem deceſſiſſe ſine hærede, *Gabr. d. concl. 2. ſub num. 37. & concl. 3. num. 17. de procur. Medices in tract. mors omnia ſoluit par. 2. num. 203.* Quia Con-
gregatio non probat nullum extare, qui velit
eſſe hæres d. q. Angeli. Quinimo conſtat ad-
eſſe Marcum Antonium Iuniorem eiuſdem
Angeli filium, qui pro hærede ſe gerit, & in
d. litis proſecutione pecunias & Iura ſubmi-
niſtrat eidem Procuratori Domino litis effe-
cto, quo ſtante dici non poteſt, quod d. An-
16 gelus ſine hærede † deceſſerit prout in termi-
nis ex mente *Bart. Fulgoſ. & aliorum optimè declarat Cirias. contr. 396. num. 6. verſ. namque & nu. ſeqq.*
17 Præſertim cum decedens † ſuperſtitibus legi-
timis nõ præſumatur nullos hæredes reliquiſ-
ſe, *gloſ. in l. ſancimus 5. §. cum autem verb. hærede, & ibidem Bart. nu. 3. Salic. ſub num. 5. Fulgoſ. nu. 1. C. ad Trebell.*

Et ita vtraque &c.

MESSANEN. ARCHIPRESBYTERATVS.

Lunæ 19. Ianuarij 1643.

ARGVMENTVM.

Examen quamuis cepti non debet vlterius protrahi quando conſtat de illius irreleuantia, Ad ſubrogationem gratioſam quando dicatur lis adeſſe ſuper titulo & ſine calumnia.

SVMMARIVM.

1 *Arbitrium regulatur à Iure.*
2 *Litteræ Apoſtolicæ de iure ſunt exequendæ quando ſunt iuſtificatæ.*
3 *Lis vt dicatur introducta ad effectum ſubrogationis ſufficit citatio legitimè executa.*

4 *Lis*

4 *Lis in materia ſubrogationis gratioſæ requiritur ſuper titulo.*

5 *Commiſſio vigore iactationis & iactationum ſolam poſſeſſionem videtur concernere.*

6 *d. Commiſſio quando non & reſtricta ad poſſeſſionem comprehendit de ſui natura etiam petitorium & præſertim quando fuit expreſſum moleſtias inferri ſuper ipſo beneficio & pacifica poſſeſſione, & num.7.*

8 *Clauſula quam & quas &c. rebuſque alijs &c. vna cum omnibus & ſingulis inciden. dependen. annexis &c. totoque negotio principali in commiſſ. iactationis appoſita præſertim ſimul iuncta declarant cauſam ſuper negotio principali fuiſſe commiſſam, & n.9. 10.*

11 *Lis ſuper titulo beneficij dicitur adeſſe ſi à parte expreſſe fuerit narratum ſe fuiſſe prouiſum de beneficio & concurſum partis fuiſſe nullum.*

12 *Lis ad effectum ſubrogationis ſufficit ſi probetur quomodo Papa fuit expreſſa.*

13 *Defenſio cuilibet eſt de iure permiſſa & tanquam naturalis nemini denegatur.*

14 *Concurſus eo ipſo redditur inualidus quo in illo interuenit aliquis, qui non ſit examinator Synodalis a: Quod procedit etiam ſi in illo interuenerint examinatores ſynodales, & nu.15.*

16 *Concurſus vt dicatur nullus ſufficit ſolus interuentus examinatoris non ſynodalis: Itaut neque admittatur excuſatio, quod potuerit interuenire pro maiori cautela, & nu.17.*

18 *Teſtis vniens iuncta qualitate perſonæ, & alijs adminiculis plenè probat.*

19 *Teſti habenti intereſſe non eſt adhibenda fides.*

20 *Forma requiſita à Concilio in concurſu parocchialium an fuerit obſeruata dubium eſt an ſit ſtandū aſſertioni ordinarij dumtaxat.*

21 *Lis calumnioſa non ſuffragatur ad effectum ſubrogationis gratioſæ.*

22 *Lis vt dicatur calumnioſa debet apparere notoriè talis ab initio qualis dici non poteſt adhuc nō factis probationibus.*

23 *Litigator improbus non dicitur quandiu poteſt ius ſuum iuſtificare.*

24 *Lis vt non dicatur calumnioſa ſufficit qualibet litigandi cauſa etiam colorata & quando d. cauſa cōcurrere dicatur, n.25.*

26 *Ordinarius non poteſt conferre beneficia reſeruata.*

27 *Decretum irritans vbi eſt iuſtificatum inficit poſſeſſionem & operatur vt illa pro vacua habeatur.*

28 *Subrogatus gratioſè ad ius & poſſeſſionem collitigantis non tenetur citare intruſum lite pendente prouiſum ab Ordinario.*

29 *Intruſus lite pendente non habetur pro poſſeſſore.*

30 *Subrogatio ad ius & poſſeſſionem collitigantis operatur quod poſſeſſio, quæ erat penes collitigantem in ſubrogatum cenſeatur tranſlata authoritate Papæ abſque alterius miniſterio.*

31 *Remiſſoria quamuis fuerit conceſſa non attenditur neque expectatur pro terminando negotio principali quando ſuperuenit calumnia, vel iuſta cauſa illam non attendendi.*

32 *Dilatio probatoria à Iudice conceſſa eiuſdem arbitrio relinquitur illam reuocare.*

DECISIO DCXCVII.

FIRMATVM fuerat ſub die 5. Maii anni præteriti non intrare arbitrium pro retardañ executione mandati de immitteñ in poſſeſſionem Archipresbyteratus, de quo agitur relaxati ad fauorem Marcelli Impallomeni vigore litterarum ſubrogationis gratioſę, quā ille obtinuerat ad Ius, & poſſeſſionem Bartoli Collitigantis prædefuncti. Verum quia Antonius de Leone interim prouiſus ab Ordinario inſtabat examinari nonnullos Teſtes in Curia, & è conuerſo d. Impallomenus eidem examini ſeſę opponebat præcipuè ex capite irreleuantiæ dedi dubium. An eſſet procedendum ad examen dd. Teſtium, eoque poſito ſub die 7. Nouembris præteriti DD. mandarunt reuideri d. deciſionem emanatam ſuper arbitrio, hodieque illa iterum examinata, adhuc placuerunt illius fundamenta, & ſic non eſſe proceden̄ ad vlteriora in d. examine fuit reſolutum.

1 Cum enim arbitrium † reguletur à Iure
illud intrare non poteſt ad retardan. executio
nem dd. litterarum ſubrogationis gratioſę, cū
2 de iure litteræ Apoſtolicæ † paratam habeant
executionem, quando, prout hic, ſunt iuſti-
ficatæ, *gloſ. in cap. ſi Capitulo in verb. exequatur de
conceſſ. præben. Mohed. dec. 13. circa med. vt lit. pend.
Caſ. de Graſſ. deciſ. 12. num. 1. & 2. de probat. Rota
deciſ. 45. nu. 1. & dec. 633. n. 2. p. 1 rec.*

Iuſtificatio autem dd. litterarum Apoſtolicarum eſt euidens. Nam Clericatus ipſius Impallomeni, & obitus prædicti Bartoli Collitigantis in poſſeſſione huius Archipresbyteratus exaduerſo non controuertebantur, & abundè etiam iuſtificabantur ex Iuribus datis pro parte d. Impallomeni lis verò cum eodē Bartolo prædefuncto, ad quam informantes pro d. Leone ſe reſtringebant, redditur manifeſta ex commiſſione iactationis & iactationum obtenta pro parte d. Bartoli Anteceſſoris cum citatione & inhibitione aduerſus ipſum Impallomenum legitimè exequuta, & in actis reproducta. Vndè denegari non poteſt, quin
lis fuerit introducta, cum ad hunc effectum
3 ſufficiat † citatio legitimè exequuta, *Clem. 2. de
lit. pend. Caſſad. deciſ. 1. num. 4. eod. tit. Greg. XV. de-
ciſ. 27. n. 2. Buratt. deciſ. 927. nu. 3. Rot. dec. 549. n. 14.
& dec. 107. n 6. p. 2. p. 5. rec.*

Neque ſubſiſtit talem litem non fuiſſe ſu-
4 per titulo beneficij, qualis † requiri ſolet ad
effectum ſubrogationis gratioſæ, *Mandoſ. in re-
gul. 29. de ſubrogan. q. 13. num. 4. Greg. XV. dec. 335.
num. 2. Rot. deciſ. 342. nu. 1. verſ. primo An lis fuerit
par. 1. & deciſ. 7. nu. 9. par. 7. rec.* ex eo quod illa
illa fuerit introducta vigore d. commiſſionis
5 iactationis, & iactationum, quæ † ſolam poſ-
ſeſſionem videtur concernere, *Mandoſ. ſuper
reg. 29. de ſubrogan. collitigan. quæſt. 14. ſub num. 3.
verſ. amplius cum in Commiſſione.* Quia cum d.
1 Commiſſio † non fuerit reſtricta ad poſſeſſo-
rium comprehendit de ſui natura etiam peti-
torium, *Mandoſ. ſuper eadem reg. 29. de ſubrogan.
q. 14. num. 4. & ſeq. cum alijs relatis à Rot. deciſ. 500.*

Digitized by Google

num.4.par.2.par.5.rec.& in deciſ.R.P.D. mei Cerri ſub die 29.Aprilis 1641.

Præſertim cum in ea fuerit expreſſum mo-
7 leſtias inferri, ſeu illatas fuiſſe† ſuper ipſo Ar-
chipresbyteratu, ac pacifica poſſeſſione, quæ
expreſſio ſatis oſtendit cauſam etiam reſpectu
petitorij introductam fuiſſe, *Mandoſ.loc. proxime alleg. num.7.poſt med.verſ.ſecus vero, Rot. dicta deciſ.500. num.7.par.2.partis 5. & deciſ.57. n.34. par.7.recent*

Eoque magis attentis clauſulis, quam, &
quas &c. rebuſque alijs &c. vnà cum omni-
bus, & ſingulis inciden̄ dependen̄, annexis,
& connexis &c. totoque negotio principali,
8 &c. in eadem Commiſſione adiectis, † quæ
clauſulæ præſertim ſimul iunctæ declarant
cauſam etiam ſuper negotio principali com-
9 miſſam fuiſſe, prout de clauſula † quam, &
quas &c. tradunt, *Gomez.in reg.de infirm. qu.34. num.4.verſ.& hoc vlterius Mandoſ.ſuper eadem regula de ſubrogan.d.q.14.ſub num.6. Rot.d.deciſ.500. num.6.par.2.part.5.rec. & d.deciſ.57.num.33. p.7.*
10 Ac de clauſula; † rebuſque alijs &c. tradit, *Rot.deciſ.254.ſub num.2. verſ.poſtremo ſuperuenit par.5.diuerſ.& d. deciſ.500. numer.9.par.2. part.5. recent.*

Quibus accedit altera Commiſſio obtenta
cum eiſdem clauſulis ex parte ipſius Impallo-
meni, qui narrans ſe fuiſſe prouiſum de dicto
Archipresbyteratu, per concurſum, in quo d.
Bartolus ſe fundabat fuiſſe nullum, obtinuit
à Signatura Sanctiſſimi cauſam committi ap-
11 pellatione remota, quæ narratiua † probat
litem etiam ſuper titulo beneficij extitiſſe,
iux.doctr.Innoc. in cap.cum M.Ferrarien. ſub nu.9. verſ. ſecus autem de Conſtit. cum alijs relat. in d. deciſ.R.P.D. mei Cerri, & in deciſ.607.ſub n.8.& 9. par.2.part. 5.rec. Vltra quod ſat eſſe videba-
12 tur † litem fuiſſe iuſtificatam eo modo, quo
narrata fuit adhoc vt intret ſubrogatio gra-
tioſa, etiam quod illa ſuper ſolo poſſeſſorio
introducta fuiſſet, *Sarnen. ſuper reg.de trien.q.11. num.53.in fin.verſ.vbi vero, Seraph.990. n.7. Rota deciſ.71.nu.12.par.6.rec.*

Nec releuat, quod prædicta ſubrogatio fuerit conceſſa Impallomeno ſub conditione, dummodo talis lis fuerit verè, & legitimè introducta. Quoniam veritas prædictę litis olim introductæ inter d.Bartolum, & Impallomenū ſuper illo Archipresbyteratu, ac poſſeſſione illius ſatis apparet ex prędictis Commiſſionibus aliiſque ſuperiùs ponderatis, eandem verò litem fuiſſe legitimam, ſeu iuſtam ex parte ipſis Impallomeni apparet ex eo quia, cum ille impetraſſet à Sanctiſſimo hunc Archiepiſcopatum ob non ſeruatam formam, in concurſu Parocchialium requiſitam à Sac. Concilio Tridentino ſeſſ.24. cap,18. de reſor. & à Conſtitutione Pij V. de conferen. Parocchial. d. Bartolus merito litem contra ipſum
Impallomenum, qui propterea aduerſus illam
13 ſe defendere cępit, cum defenſio † cuilibet ſit
de iure permiſſa, ac tanquam naturalis nemini denegetur, *l vt vim 3. §.cum arietes ff. ſi quadrup. pauper. feciſſ. dicat. cum alijs congeſtis per Afflict. deciſione 391. numer. 2. & ſeq.*

Eoque magis cum inualiditas d. concurſus
14 apertè reſultet ex eo quod in illo † interue-
nit ac votum tradidit quidam Religioſus Societatis IESV, qui non erat Examinator Synodalis, qualis eſſe debuit iuxta formam prę-ſcriptam à d. Sac.Conc. Trident. qua non ſeruata concurſus corruit in totum, prout pluries cenſuit Sac. Congregatio eiuſdem Conc. in declarationibus relatis à *Garz. de benef. p.9. cap.2.ſub num.83.cum ſeq. & ſub num.25. verſ.fuit & oppoſitum, & 325.& ſub num.341. cum alijs relatis in d.deciſ.& per Add.ad Buratt.deciſ.479. ſub num.19.& à Barboſ.de poteſt.Paroch.p.1.num.7.& in collect.ad Concil.d.ſeſſ.24.c.19.num.109.* Quod
15 procedit† etiamſi in illo interuenerint exami-
natores Synodales à Concilio requiſiti, cum
in propoſito vtile per inutile vitietur, vt in terminis tradit *Maſſobr.in prax. haben. recurſ. requiſit.13.dub.1.per tot.& præcipuè nu.7.*

Nec ſubſiſtere viſum fuit, quod prædictus Religioſus (P.Raymundus nuncupatus) quā-uis interuenerit in d. concurſu, & interrogauerit concurrentes, nihilominus votum ſuū non dederit in illorum approbatione. Nam
vltra quod pro nullitate concurſus ſufficit ſo-
16 lus† interuentus Examinatoris non Synoda-
lis ſecundū mentem eiuſdem Sac.Congr.Cō-
cilij, & Rotæ reſolutionem, de qua per *Garz. de benef.d.par.9.c.2.ſub num.343.poſt med. verſ. &*
17 *ſufficit*; Itaut neque admittatur † excuſatio,
quod potuerit interuenire potius ex abundā-ti, & pro maiori cautela, cum in ipſo Concilio inducatur certa forma, cui nihil addi, vel minui poteſt, prout reiecta contraria opinione ſic reſolutum fuiſſe ab eadem Sac. Congregatione, & à Rota refert idem *Garz. vbi proxime num.324.& ſeq.* Contrarium conuincitur ex depoſitione P. Benedicti Pontecorui vnius ex prædictis Examinatoribus Synodalibus Theatini Nobilis, & in Religione Viri conſpicui, qui formiter examinatus apertis verbis profitetur d. P. Raymundum quamuis non Synodalem interfuiſſe d. concurſui vnà cum ipſo, & alijs Examinatoribus Synodalibus, & interrogaſſe concurrentes, ſuumque votum protuliſſe, prout reliqui Synodales tradiderunt, qui Teſtis eſto quod eſſet vnicus circa huiuſmodi voti prolationem. Nihilominus cum ſit Religioſus omni exceptione maior, & deponat ſuper re geſta in loco, in quo pauci interfuerunt, & corroboretur ex alijs Teſtibus deponen̄ pariter d. P. Raymū-dum interueniſſe in d.concurſu, & vna cum cæteris Examinatoribus Synodalibus interrogaſſe concurrentes plenam meretur fidem, cū
18 Teſtis † vnicus iuncta qualitate perſonæ, &
alijs adminiculis plenè probet, *Mantic. deciſ. 325.num.4.Verall. deciſ.271. num.3. verſ. ſecus eſt par.3.bo: me: Coccin. deciſ.462.num.1.Buratt.deciſ. 117.num.16.*

Neque contrarium probatur ex Inſtrumēto d. concurſus, ac litteris teſtimonialibus Domini Archiepiſcopi, qui poſtea formiter examinatus aſſerit quatuor dumtaxat Examinato-

natores Synodales in d. concurſu interueniſ-
ſe, eorumque vota ſuper concurrentium
approbatione protuliſſe. Quoniam reſpectu
Inſtrumenti prædicti concurſus, in quo legũ-
tur deſcripti Examinatores Synodales, qui ei-
dem concurſui interfuerunt, talis deſcriptio,
non excludit interuentum d. P. Raymundi
non Synodalis, cum in eo non exprimatur
nullum alium non Synodalem interueniſſe.
Reſpectu verò atteſtationis, ſeù depoſitionis
D. Archiepiſcopi vltra quod eliditur ex con-
traria depoſitione d. P. Benedicti alijs Teſtibus,
& adminiculis roborata, illa non meretur at-
tendi, cum tendat ad ſuſtinendam prouiſio-
nem factam in d. concurſu ab ipſomet Ordi-
19 nario, cui propterea † tanquam Teſti haben-
ti intereſſe non videtur adhibẽdi fides ex rela-
tis à *Farinacc. de Teſtib. q. 60. num. 4.* Eoque mi-
nus cum circa obſeruantiam formæ requiſi-
tæ à Concilio in concurſu Parocchialium
20 dubia res ſit, an ſtandum ſit † atteſtationi
dumtaxat Ordinarij ex adductis à *Buratt. deciſ.
264. num. 4.*

Et hinc ceſſant ea quæ repetebantur ad pro-
21 band. d. litem fuiſſe calumnioſam, ac propte-
rea non ſuffragari ad effectum ſubrogationis
gratioſæ, *Mandoſ. in d. reg. 27. de ſubrog. litigan. qu.
11. num. 6. cum alijs exaduerſo allegatis.* Siquidem
prætenſa calumnia præſertim ab initio litis
nullibi probatur, prout exaduerſo liquidò pro
bari deberet, cum lis adhoc vt dicatur calum-
22 nioſa † debeat apparere notoriè talis ab ini-
tio qualis dici non valet adhuc non factis pro
bationibus, *Arcbill. deciſ. 7. num. 6. vt lit. pend. Gre-
gor. XV. deciſ. 27. num. 6. & deciſ. 125. nu. 5. & ſeqq.*
Et propterea ſufficit collitigantem docere de
ſuo bono Iure in progreſſu cauſæ, ad hoc vt
prætenſa calumnia remoueatur, cum impro-
23 bus litigator † quis non dicatur quandiu po-
teſt Ius ſuum iuſtificare, *Bellam. deciſ. 103. nu. 1.
Gregor. XV. d. deciſ. 126. num. 20. Buratt. d. dec. 927.
24 num. 15.* Imò ſufficiat pro excluſione † illius
quælibet litigandi cauſa etiam colorata, & le-
uis, vt intret ſubrogatio, *Seraphin. deciſ. 1165.
num. 10. Gregor. XV. d. deciſ. 87. num. 8. Caual. d. de-
ciſ. 126. num. 7. cum alijs relatis à Rota d. deciſ. 207.
num. 17. par. 2. partis 5. recent.* Quæ cauſa in
propoſito non deficit, cum illa ſatis reſultet
25 præcipuè † ex nullitate prædicti concurſus,
vel ſaltem ex eo, quod articulus huiuſmodi
eſſet diſputabilis, *Gregor. XV. d. deciſ. 127. ſub
num. 7.*

Denique non obſtat prætenſa nullitas eiuſ-
dem mandati de immittendo deducta ex eo,
quod illud fuerit relaxatũ non citato D. Leo-
ne prouiſo ab Ordinario, & poſſeſſore, quia
cum ex prædictis appareat reſeruationem be-
neficij cõtrouerſi eſſe indubitatam ex eo præ-
cipuè, quod illud eſſet litigioſum in Curia,
26 Ordinarius †, non potuit idem beneficium
dicto Leoni, aut alteri conferre, *cap. 2. vt lit.
pend. in 6. Pariſ. de reſignat. lib. 2. quæſt. 3. numer. 97.
Gomez. in reg. de impetr. benef. vacan. per obit. fa-
mil. Cardin. quæſt. 80. numer. 7. Mandoſ. in reg. 34.
de annal. quæſt. 87. num. 8. Gonzal. ad regul. 8. gloſ. 6.
num. 142.* Et propterea prouiſio facta ab eo-
dem Ordinario fuit inualida, quoad omnem
effectum virtute decreti irritantis contenti in
eodem *cap. 2.* quod vbi, prout hic, eſt iuſtifi-
27 catum, † inficit etiam poſſeſſionem, & ope-
ratur, vt illa pro vacua habeatur *bon. memor.
Coccin. deciſ. 54. numer. 4. Lotter. de re benef. lib. 2.
quæſt. 20. numer. 197.* Et conſequenter Impal-
28 lomenus gratiosè ſubrogatus † ad Ius, &
poſſeſſionem Bartoli Collitigantis prædefun-
cti non tenebatur citare dictum Leonem In-
truſum, vt rectè probat Felin. loquens in
terminis prouiſi ab Ordinario lite penden. in
*cap. cum olim 14. ſub numer. 10. verſ. Confirmatur
prædicta de ſentent. & re iudic.* Et ſanè quia intru-
29 ſus † lite pendente non habetur pro poſſeſ-
ſore; *Creſcent. deciſ. 19. num. 3. de ſentent. & re iu-
dicat. Rota poſt Poſth. in tract. de manutent. dec. 176.
num. 3. in fin. & ſeq.* Vbi dicitur Intruſum
ob id non eſſe citandum. Præſertim in præ-
ſenti caſu poſt obtentam ſubrogationem gra-
tioſam; cum virtus illius ſuppoſita lite in
Curia, aut reſeruatione indubitata, quæ in
propoſito reſultabat etiam ratione Protho-
notarius Apoſtolici, eiuſdem Bartoli præde-
functi, ea ſit vt poſſeſſio, quæ erat penes
30 Collitigantem defunctum † dicatur transla-
ta auctoritate Papæ ſubrogantis in ipſum ſu-
brogatum abſque alterius miniſterio, *Caſſad.
deciſ. 1. num. 3. vt lit. pendent. Mantic. deciſ. 711. nu-
mer. 3. Lotter. de re benefic. dicto lib. 2. quæſtion. 20.
numer. 188. & ſeq. cum alijs relatis in deciſione, quæ
reuidetur.*

Ex quibus inferebant Domini non eſſe
procedendum ad vlteriora in examine Te-
ſtium; quia licet illud fuerit cęptum, ni-
hilominus cum hodie liqueat non eſſe fa-
ciendum tanquam irreleuans, aut calumnio-
ſum, eſt reijciendum exemplo Remiſſoriæ
31 iam conceſſæ, quæ † non attenditur, ne-
que expectatur pro terminando negotio
principali, quando ſuperuenit calumnia,
vel iuſta cauſa, quæ ſi à principio extitiſſet,
vel detecta fuiſſet, ſufficiens fuiſſet ad illam
impediendam, *Rota deciſion. 582. numer. 3. par. 2.
recent. & in Barbaſtren. Decimarum 25. Iunij 1640.
§. final. coram Reu. P. Domino meo Carillo.* Iu-
32 dicis † enim arbitrio relinquitur dilationem
probatoriam à ſe conceſſam contrario im-
perio ſuſpendere, aut reuocare, *l. quod iuſſit
14.* & ibi *gloſſ. in verb. præter in fine, & Bartol.
numer. 5. ff. de re iudicat. Grat. conſil. 77. numer.
17. lib. 2. Veſtr. in prax. lib. 7. cap. primo circa fin.
numer. 15.*

Et ita vaque &c.

RO-

ROMANA FIDEICOMMISSI DE MARIANIS.

Lunæ 19. Ianuarij 1643.

ARGVMENTVM.

Alimenta vt ſint ſubminiſtranda collitiganti, quæ requirantur.

SVMMARIVM.

1 *Alimentorum præſtationi vt ſit locus Actor duo copulatiuè probare tenetur paupertatem ſcilicèt, & præſumptionem boni iuris.*

2 *Præſumptio boni iuris ad dictum effectum requiritur non lenis.*

3 *Præſumptio boni iuris an excludatur per ſententiam quamuis ſuſpenſam per appellationem.*

4 *Alimenta debentur ſi quis vltra paupertatem habeat ad ſui fauorem ſententiam etiam ſuſpenſam per appellationem.*

5 *Remedium* Auth. resq; C. comm. de legat. *non habet locum in dote confeſſata.*

6 *Hæres acceptans hæreditatem ſimpliciter nullo confecto inuentario confundit actiones ſi ſit creditor, & præſumitur ſatisfactus ex bonis hæreditarijs donec ſufficientem de illis rationem reddiderit.*

DECISIO DCXCVIII.

RESOLVTVM fuit Cæciliæ Morellæ non eſſe ſubminiſtranda alimenta, neq; ſumptus litis, quia ad effectum, vt illa † ſint ſubminiſtranda, duo ex parte actoris copulatiuè requiruntur, nempe paupertas, & præſumptio boni iuris *l. fin. § quod ſi ei C. de ordin. cognit. Aretin. in cap. ſi qui teſtium num. 141. & 15. ibique Felin. num. 9. verſ. ſecundus caſus de teſtib. Surd. de alim. tit. 1. qu. 120. num. 9. Guidop. deciſ. 561. num. 1. Boer. deciſ. 304. num. 4. Afflict. deciſ. 10. num. 1. & 2. Creſc. deciſ. 8. num. 1. de Iudic. Greg. XV. deciſ. 189. num. 1. & ibid. Adden. num. 7. Buratt. deciſ. 15. num. 1. & deciſ. 107. num. 1. & ibid. Adden. Rota in Romana ſumptuum litis 19. Ianuarij 1633. & in Romana fideicommiſſi de Zuccaris 10. Iunij 1632. coram me.*

(Margin: 1 beside “ptus litis”.)

In propoſito autem, quicquid ſit de paupertate d. Ceciliæ poſſidentis quandam Vineam pro ſua dote, & bona libera viri cuius eſt hæres, viſa fuit deficere præſumptio boni iuris, ſiquidem illa † ad iſtum effectum debet eſſe non lenis *Gabr. conſ. 25. poſt num. 2. vol. 1. Menoch. conſ. 491. num. 3. verſ. etenim vol. 5. Couarruu. pract. cap. 6. num. 5. verſ. idem ipſe profiteor Adden. ad Greg. d. deciſ. 189. num. 7. verſ. præſumptio boni iuris, idem Greg. XV. deciſ. 524. num. 2.*

Qualis tamen præſumptio in præſenti caſu non concurrit, ſiuè deducatur ex Teſtamento q. Antonij Mariani, qui d. Ceciliam eius vxorem hæredem vniuerſalem instituit, ſiuè deſumatur ex aſſerto Inſtrumento dotali eiuſdem Ceciliæ.

Nam quoad Teſtamentum d. q. Antonij illud non ſuffragatur pro bono iure ipſius Ceciliæ tanquam hæredis in eo inſtitutæ quandoquidem A. C. in huiuſmodi cauſa citatis, tàm dicta Cecilia, quàm Papiniis aſſertis Creditoribus eiuſdem Antonij tulit ſententiam, ac pro fideicommiſſo q. Marij de Marianis cuius idem Antonius erat hæres grauatus, declarauitq; Hoſpitali S. Ioannis Colabitæ dandam eſſe immiſſionem in poſſeſſionem bonorum eidem fideicommiſſo ſubiectorum ex perſona fratris Pacifici in eo vocati Traiani in ſeculo nuncupati, quæ quidem ſententia potiùs inducit præſumptionem mali iuris cõtra ipſam Ceciliam ſaltem ad effectum de quo agitur ſcilicet conſequendi alimenta, & ſumptus litis, quamuis ab eadem ſententia fuerit appellatum; quia licet controuerſa ſit opinio Doctorum † an præſumatur pro ſententia, cuius effectus fuit ſuſpenſus per appellationem, ex traditis per *Abbat. in cap. quoniam contra num. 19. & ſeqq. de probat. & ibidem Felin. num. 21. & ſeqq. & Ber. num. 228. & ſeqq.* Nihilominus negari non poteſt quin ex talis ſententia oriatur quædam † præſumptio iuſtitiæ, & rectitudinis, quæ operatur, vt alimenta, & ſumptus litis deneganda ſint ei, qui ſententiam contrariam reportauit, ſicut è conuerſo efficit, vt illa ſint præſtanda ei qui ſententiam fauorabilem obtinuit, etiam ſi ab ea appellatio interpoſita fuiſſet *Dec. ind. cap. quoniam contra num. 134. verſ. quarta facit, Alciat. de præſumpt. reg. 3. præſumpt. 9. num. 5. Menoch. eod. tract. lib. 2. præſumpt. 67. num. 41. Couarruu. pract. cap. 6. num. 6. verſ. ſecundum quod Doctores Caual. deciſ. 554. num. 2. Buratt. deciſ. 906. num. 2. Adden. ad Greg. deciſ. 189. num. 7. verſ. Præſumptio bonis iuris.*

(Margin: 3 beside “ctorum † an præſumatur”; 4 beside “dam † præſumptio iuſtitiæ”.)

Quo verò ad prætenſum creditum dotis, illud nec etiam releuare viſum fuit pro bono iure, tùm quia non iuſtificatur niſi ex ſimplici confeſſione receptæ, & auctæ dotis facta conſtante matrimonio, quæ non ſuffragatur ad effectum illam detrahendi ex huiuſmodi bonis fideicommiſſo ſubiectis, cum priuilegium † *Auth. res quæ*, non habeat locum in dote confeſſata *Angel. in Auth. de reſtit. & ea quæ parit. 11. menſe, num. 3. ad fin. verſ. vnde Aretin. in l. 1. num. 7. verſ. circa illud, & Soccin. Sen. num. 87. in fin. verſ. vnde, & Pariſ. num. 163. ante med. verſ. non autem ff. ſol. matr. Rip. in l. filiusfamilias §. Diui num. 77. verſ. ego in facti coniugentia, de legat. 1. Iaſ. in d. Auth. res quæ nu. 32. col. penult. in fin. verſ. Nono limita, ibique etiam Curt. iun. num. 42. Petr. de fideic. qu. 8. num. 380. verſ. Primus eſt Rubeus Alex. conſ. 78. num. cum alijs congeſtis à Fuſar. de ſubſt. quæſt. 532. num. 230. & 24.*

(Margin: 6 beside “gium †”.)

6 Tùm etiam quia dicta Cecilia † acceptauit ſimpliciter hæreditatem d. q. Antonij eius viri nullo, vt ſupponitur, confecto Inuentario; Vnde cum actiones ſint confuſæ præſumitur ſatisfacta de ſuo prætenſo credito ex bonis hæreditarijs, donec de illis ſufficientem rationem reddiderit *Afflict. deciſ. 13. num. 8. & etiam Caual. deciſ. 171. num. 2. & deciſ. 453. num. 3. & in Bononien. fideicommiſſi 2. Maij 1540. coram me §. Non obſtat quod Catharina.*

Et ita vtraq; &c.

ROMA-

ROMANA SALVIANI.

Veneris 23. Ianuary 1643.

ARGVMENTVM.

Hypotheca deficiente deficit Saluianum, & hypotheca dicitur deficere quoties illi fuit renunciatum.

SVMMARIVM.

1 *Aegidiana non intrat quando ſententia ex eiſdem actis apparet iniuſta.*

2 *Saluiano interdicto ſine hypotheca locus eſſe non poteſt.*

3 *Creditor expreſſè conſentiens venditioni pignoris facti à ſuo debitore illud amittit.*

4 *Renunciatio facta non ſolum cum ſolemnitatibus, ſed etiam cum iuramento operatur vtilia ſaltem de iure canonico ſuſtineatur itaut neque ipſa mulier neque ipſius hæredes contrauenire poſſint.*

5 *Mulier immiſſa in poſſeſſionem alicuius ſtabilis pro ſecuritate ſuæ dotis obvergentam viri ad inopiã non poteſt venditioni eiuſdem ſtabilis poſtea conſentire, & iura ſua hypotheca remittere, ſed debet d. ſtabile retinere ad hoc, vt ex illius fructibus ſe ſuaque familiam, & virum ſuſtineat : declara, vt num. 7.*

6 *Mulier pro redimendo virum à carceribus poteſt alienare fundum dotalem.*

8 *Renunciatio hypotheca dotali facta à muliere præſertim cum iuramento ex iuſta cauſa ſuſtinetur.*

9. *Conditionis natura in quo diſcrepet à natura modi.*

10 *Fideicommiſſarius non habet regreſſum ad rem legitimè per hæredem grauatum alienatam, ſed ſolum ad illam quæ eius loco ſubrogata fuit.*

11 *Res habetur pro completa contra eum per quem ſtat quominus illa impleatur.*

12 *Decretum Iudicis inducit præſumptionem omnia legitimè geſta fuiſſe.*

13 *Iurium præſeruatio intelligitur præterquam in expreſſis.*

14 *Dictio*, Altri, *licet denotet ſimilia operatur tamen diuerſa à ſpetificatis.*

15 *Mandatarius acceptans mandatum irreuocabile pro faciendo in veſtimento tuto, ſi tutum non faciat remanet obligatus ad damna, & intereſſe.*

16 *Actum facere, & actui conſentire ſunt diuerſa.*

17 *Cautela abundans non præiudicat.*

18 *Ea quæ ſunt facultatis neceſſitatem non inducunt.*

19 *Emptor non tenetur eſſe ſollicitus de conuerſione pecuniarum quas venditori perſoluit.*

DECISIO DCXCIX.

VICTORIA, & Cæcilia ſorores de Amodeis anno 1639. intentarunt remediũ Saluiani coram A.C. ſuper Domo, de qua agitur pro reſiduo dotis q. Angelæ earum matris prædefunctæ in ſum. ſcut. 500. contra D. Marchioniſſam Liuiam Primã Sanctacruciam contra quam ſententiam fauorabilem reportarunt. Appellauit d. March. à d. ſententia, & cauſa cõmiſſa in Rota Reuerendiſſimo D. meo Patriarchæ Conſtantinopolitano cum clau. Conſtito. quod ſit locus Aegidianæ, duæ emanarunt deciſ. Prima ſub die 20. Aprilis 1640. in qua firmatũ fuit non eſſe locum Aegidianæ. Altera ſub die 14. Iunij 1641. in qua fuit à dicta prima deciſione receſſum ex rationibus in vtraque deciſione deductis. Verum hodiè tertiò poſita cauſa ſuper eiſdem coram me vti ſubrogato in locum dicti Reuerendiſſimi Domini mei Patriarchæ Nuntij Apoſtolicæ Sedis apud Regem Hiſpaniarum, Domini receſſerunt ab vltimo loco deciſis, & ſteterunt in primo, & ſic non eſſe locum Aegidianæ reſponſum
1 fuit, cum illa non † intret quando ſententia, prout hic apparet iniuſta ex eiſdem actis. *Gabr. conſ. 36. nu. 1. lib. 2. Pacific. de Saluian. inſpect. 4. cap. 2. num. 52. Vbi plures deciſiones cumulat, & inſpect. 5. cap. vnic. num. 36. Put. deciſ. 4. poſt princ. tit. de Aegidian. Mantic. deciſ. 33. num. 2. Burat. dec. 751. num. 10. Rot. diuerſ. deciſ. 19. num. 20. part. 3. lib. 2. & in rec. dec. 291. num. 6. part. 2. & deciſ. 102. num. 4. part. 4. & dec. 88. num. 2. part. 6. & dec. 187. n. 1. part. 7.*

Iniuſtitia autem d. ſententiæ liquet, quia illa concedit immiſſionem in poſſeſſionem Domus controuerſæ prædictis ſororibus de Amodeis non habentibus ſuper illa hypothe-
2 cam ſine qua † Saluianũ interdictum locum habere non poteſt. *Corn. conſ. 190. num. 2. lib. 1. Natt. conſ. 474. num. 34. Pacific. de Saluian. inſpect. 1. cap. 4. num. 105. bo. me. Coccin. num. 2. Canal. deciſ. 213. nu. pr. Rot. deciſ. 12. num. 7. part. 5. & deciſ. 205. n. 2. part. 7. recent.*

Defectus verò hypothecæ ſuper Domo controuerſa patet, quia Sorores de Amodeis illã aliundè non deducunt niſi ex Inſtrumẽto dotali q. Angelæ earũ matris, quæ tamen anno 1650. cum certiorata fuiſſet quod Petrus Paulus eius maritus ad euitañ imminentem carcerationem propter æs alienum, quo erat grauatus, vendiderat b. m. March. Tarquinio Sanctacrucio, à quo d. Marchioniſſa cauſam habet, duas Domos ſimul iunctas, vnam ſubiectam fideicommiſſo q. Franciſci Cantugij, alteram verò, de qua hodie agitur, renunciauit cuicumque Iuri ſibi competeñ ſuper eiſdem domibus, etiam ex cauſa dotis, aliorumque Iurium dotalium quoad prioratem, & potioritatem ſuæ hypothecæ, promiſitque, etiam ſub obligatione Camerali d. Marchionem Tarquinium amplius ſuper eiſdem domibus non moleſtare, neque moleſtari facere, propter quam expreſſam renũciationem non eſt dubiũ, quin d. Angela hypothecã, quam ſuper iſta Domo habebat, amiſerit cum creditor
3 † expreſsè conſentiens venditioni pignoris facti à ſuo debitore, illud amittat *l. ſi conſenſit 7. in princip. ff. quib. mod. pign. vel hypoth. ſolu. l. Creditor 118. ff. de reg. iur. l. p. & l. cum te à debitore 4. de remiſſ. pign. Alex. conſ. 12. ſub num. 90. verſ. Non obſtat ſecundum argumentum lib. 2. Natt. d. conſ. 474. num. 29. lib. 2. & conſ. 730. num. 1. lib. 3. Pacific. de Saluian. d. inſpect. 5. cap. vnic. nu. 48. Gregor. XV. deciſione 67. nu. 8.* quam in his terminis ſequuta

ta

Digitized by Google

ta fuit etiã *Rot. in Romana Saluiani Interdicti co-
ram b. me. Manzanedo impreſ. poſt Marcheſ. de com-
miſſ. part. 2. fol. 468. num. 6. & ſeqq.* Præſertim
quia d. renunciatio facta fuit non ſolum ſo-
lemniter, verùm etiam cum iuramento, quod
4 operatur? Vt illa ſaltem de Iure Canonico ſu-
ſtineatur adeout neque ipſa mulier renuncians
neque eius hæredes contrauenire poſſint *c.
cum contingat 28. de Iure iur. c. licet mulier 2. eod.
tit. in 6. ſpeculat. tit. de empt. & vendit. §. 3. loco. n. 6.
verſ. ſecus ſecundum Canon. Caſtr. conſ. 8. num. 2.
verſ. Sed breuiter bis non obſtan. par. 2. Alex. conſ.
83. num. 5. verſ. e contra videtur lib. 6. Pariſ. conſ.
75. num. 2. & ſeqq. lib. 3. Surd. conſ. 367. num. 13.
Seraph. de priuileg. Iuram. priuil. 66. num. 2. Boer. de-
ciſ. 23. num. 9. verſ. niſi iurauerit Theſau. deciſ. 223.
num. 8. Rot. deciſ. 774. num. 7. part. 2. recent. Caual.
dec. 482. n. 2. Duran. dec. 153. n. 21.*

Neque obſtare viſum fuit vnicum funda-
mentum ſecundæ deciſionis, nempè, quod
prædicta Angela vſque ab anno 1602. fuerit
immiſſa per ſententiam A.C. in poſſeſſionem
huius Domus pro ſecuritate ſuæ dotis ob ver-
gentiam d. Petri Pauli eius viri ad inopiam;
Vndè inferebatur illam non potuiſſe vendi-
tioni eiuſdem Domus poſteà conſentire, &
Iura ſuæ hypothecæ remittere, ſed debuiſſe
eandem Domum retinere ad hoc vt ex fructi-
bus, ſeu penſionibus illius ſe, Maritum, filioſ-
que ſuſtentaret *iuxt. l. vbi adhuc 29. & ibi Doct.
C. de Iur. dot. Curt. ſen. conſ. 57. num. pr. verſ.
contrariam ſententiam Socc. Iun. conſ. 55. num. 11.
verſ. tamen æquior lib. 2. Surd. conſ. 269.* Quoniam
quidquid ſit, an diſpoſitio *d. l.*, quæ prohibet
Mulieri alienationem; ſeu obligationem rei
ſibi aſſignatę pro aſſecuratione Dotis ob ver-
gentiam viri ad inopiam comprehendat
necne etiam alienationem, ſeu obligationem
factam prout hic, cauſa redimēdi virum à car-
ceribus, cum talis cauſa reputetur iuſta ad
6 hoc vt mulier poſsit alienare fundum dota-
lem *l. mutus 73. verſ. manente matrim.* & ibidem
*gloſ. in verſ. ſuſtineant ff. de Iur. dot. l. quamuis 20. l.
ſi conſtante 24. ff. ſol. matr. relat. à Gratian. di-
ſcept. 408. num. 1. & ſeqq.* fuit reſponſum prohi-
bitionem *d. l.* fuiſſe inductam ad effectum eui-
tandi præiudicium vxoris, mariti, & filiorum.
7 Ideoque illam ceſſare ſi eorum præiudicium
ceſſet, vel conſenſus intercedat, vt in ſpecie
tradit *Maluaſia conſ. 13. n. 42.*

Quæ facilius procedere viſa fuerunt in hac
facti ſpecie, in qua d. mulier renunciauit Iuri
hypothecæ ſibi competeñ ſuper iſta Domo
ſolum pro reſiduo dotis in ſumma 1500. reſ-
pectu quorum reſeruauit etiam ſibi Iura ſu-
per alijs bonis viri, & ſuper multiplico fa-
ciendo ex pretio d. Domus, & ſic non reman-
ſit omnino indotata, ſed retinuit maiorē par-
tem Dotis aſcendeñ ad ſcut. 506. cum renū-
8 ciatio hypothecæ dotalis facta à Muliere præ-
ſertim cum iuramento ex iuxta cauſa ſuſti-
neatur abſque difficultate, ſi remaneat illimi-
dietas dotis *Theſau. d. deciſ. 225. num. 13. verſ.
Verum cum à tali ſententia Mancin. de Iuramen. ef-
fect. 202. num. 6. Arnat. dec. March. 62. num. 14.
& 18. Ciriac. controu. 216. n. 20.*

Neque propterea ſubſiſtit, quod prædicta
Renunciatio facta fuit ſub conditione facien-
di multiplicum, quod ſtare deberet pro eui-
ctione d. Domus ad hoc vt Angela poſset de
ſuo Credito dotali ſatisfieri; Ideoque d. mul-
tiplico non ſequuto talis Renunciatio cor-
ruat ex defectu conditionis, ſeu cauſę finalis,
ob quam illa facta fuit. Quia placuit reſponſio
data in prima deciſione §. nec poteſt dici, cum
enim d. multiplicum eſset faciendum poſt-
quam Marchio Tarquinius acquiſiuiſset ir-
reuocabiliter Dominium huius Domus ſibi
venditæ à Petro Paulo, vtique illud non fuit
conuentum per viam conditionis, ſed per
9 viam modi, cum natura conditionis ea ſit, vt
impleatur, ſeu purificetur ante executionem
actus, modi verò vt impleatur poſt executio-
nem, ſeu perfectionem ipſius actus iuxta *do-
ctr. Bart. in l. quibus 40. §. Termus num. prim. ff.
de cond. & demonſt. Bero. conſ. 30. nu. 6. & conſ. 66.
num. 5. lib. 2. Crauet. conſ. 59. n. 1. & 2.* cum alijs
in d. deciſ. relatis.

Præterea obiectum ceſsat ex facto, quia ex
Iuribus dat. in ſummario March. appatet d.
multiplicum fuiſse iam completum vſque ab
anno 1626. ex cuius pecunijs Fuluius filius d.
Angelæ emit à Marchione Franciſco filio
Tarquinij cenſum, cuius Fruct. fuerunt aſ-
ſignati pro ſatisfactione Iurium dotalium ei-
dem Angelæ, quæ attenta huiuſmodi aſsi-
gnatione renunciauit alijs præcedentibus aſsi-
gnationibus, ad eius fauorem factis. Vnde
dicebant Domini d. Angelam, ſiue eius hæ-
redes nō potuiſse amplius habere regreſsum,
ad hanc Domum legitime alienatam, ſed ſo-
lum ad cenſum in eius locum ſubrogatum ad
10 inſtar fideicommiſsarij, qui non habet re-
greſsum ad rem, quam hæres grauatus legiti-
mè alienauit, ſed ſolummodo ad illam rem,
quæ eius loco ſubrogata fuit *Peregrin. de fideic.
art. 4. num. 30. & 31. verſ. contrarium determina-
runt Ciriac. controu. 303. nu. 37. Rot. in Romana
Vineæ 23. Iunij anni præteriti coram R. P. D. meo
Bichio, verſ. quod itaque fiunt.*

Nec releuat quod Cenſus, qui fuit creatus
ex pecunijs d. multiplici non ſit hodiè tutus,
ac ſecurus; qui proindè haberi debet, ac ſi
creatus non fuiſset. Quia ſat eſse dicebatur il-
lum fuiſse tutum ſaltem ad effectum, de quo
agitur, nempè pro ſatisfactione d. Angelę à
principio creationis ab anno videli. 1626. quo
11 Marchio Franciſcus illum impoſuit vſq; ad
annum 1634. quo idem Marchio Franciſcus
è vita migrauit, cum toto d. tempore ipſa
Angela exegerit Fructus illius & exinde con-
ſenſerit quod illi perciperentur pro maio-
ri parte à Fuluio filio reſeruando ſibi ſolum
annua 150. prout liquet ex Iuribus datis in
ſummar. eiuſdem Marchioniſſæ. Vnde ſe-
quitur, quod Angela vel remanſit integrè ſa-
tisfacta, & gratis dicitur cenſum habendum
eſse pro non creato; vel non, & cum per ip-
ſam ſteterit quominus ſatis fieret haberi debet
ac ſi ſatisfacta fuiſſet, cum res habeatur pro
impleta contra eum per quem ſtat, quo
minus illa impleatur ex relat. *Alex. conſ. 102.
nu. 1.*

Google

*nu. 1. & 6. lib. 1. Rota in Romana Pecuniaria 9. Iunij
1604. ſub num. 4. coram Mellino impreſſ. poſt Mar-
cheſ. de Commiſſ. par. 2. fol. 81.*

Et viſa fuit ceſſare omnis amaritudo ex eo
quia eadem Angela anno 1634. defuncto iam
viro cum ſolemnitatibus pariter, & iuramen-
to prædictam renunciationem hipothecæ rati-
ficauit, & huiuſmodi inueſtimentum appro-
bauit, neque d. approbatio eliditur ex eo quod
ipſa non fuerit certiorata de nullitate primæ
renunciationis, & ſic ratificatio illius cum in-
de ſequutis tanquam emanata ex falſa cauſa ſit
etiam nulla, prout reſpondet ſecunda deciſio
in §. Minus obſtat. Quia cum d. Angela ratifi-
cauerit d. renunciationem cum decreto Iudi-
cis præſumitur certiorata de viribus illius,
12 cum decretum Iudicis † inducat præſumptio-
nem omnia legitimè geſta fuiſſe *l. manumiſſio
ff. manum. vind. Becc. conſ. 52. nu. 14. Surd. deciſ. 231.
num. 20. Greg. deciſ. 406. num. 7. Rota deciſ. 76. nu. 13.
& deciſ. 98. num. 7. & 5. par. 6. rec.*

Nec releuat quod prædicta ratificatio facta
fuerit à d. Angela citra præiudicium ſuorum
Iurium doralium. Quia vltra quod talis pre-
13 ſeruatio † intelligitur præterquam inexpreſſis
*Oldra. conſ. 330. num. 9. verſ. & quod dicitur Hond.
conſ. 86. num. 46. & 47. lib. 2. Gratian. diſcept. 599.
num. 23. Cancer. var. reſol. 4. numer. 259. lib. 3. Rota
deciſ. 236. num. 3. verſ. non obſtat par. 1. diuerſ. & de-
ciſ. 791. num. 2. par. 2. recent.* obiectum remoue-
tur ex tenore eiuſdem præſeruationis, quæ
facta fuit ſuper aliijs bonis viri ibi (*ſupra altri
14 beni*) ponderando dictionem altri, † quæ li-
cet denotet ſimilia, operatur tamen diuerſa à
ſpecificatis *Corn. conſ. 5. num. 3. lib. 1. Syluan. con-
ſil. 40. num. 31. Pariſ. conſ. 18. num. 21. lib. 2. Decian.
reſp. 24. num. 90. lib. 1. Menoch. conſ. 335. num. 10. &
ſeqq. Hond. conſ. 69. num. 25. lib. 2. Rota deciſ. 316.
num. 6. & 7. par. 5. recent.*

Et hinc ceſſat quod Marchio Tarquinius
Emptor acceptauerit mandatum irreuocabile
pro faciendo Inueſtimento tuto pecuniarum
d. Multiplici, ad hoc vt Angela ſibi ſatisface-
ret. Et propterea ſequuto Inueſtimento in
15 Cenſu † non tuto remanſerit obligatus ad
damna, & intereſſe *l. ſi tibi mandauero 22. §. ſicut
ff. mandat. l. ad comparandas C. eod. tit. Pariſ. conſ. 91.
num. 10. lib. 1. cum alijs relat. in vltima deciſione in
fine*. Quia vltra quod prætenſum damnum
quod Angela paſſa fuiſſet ob non ſequutam
ſatisfactionem eueniſſet ex proprio facto eiuſ-
dem Angelæ, quæ conſenſit, vt fructus præ-
dicti Cenſus perciperentur à Fuluio filio, vt
ſupra dictum fuit; Ceſſat difficultas ex lectu-
ra Inſtrumenti ipſius venditionis, in quo fuit
conuentum, quod Inueſtimentum fieri debe-
ret in tot locis Montium, ſeù annuis Cenſi-
bus ad electionem Petri Pauli venditoris cum
ſcientia tamen, & conſenſu Marchionis Em-
ptoris, qui propterea non tenebatur omni-
nò curare d. Inueſtimentum, cum reuera
16 aliud ſit † actum facere, & aliud actui con-
ſentire *l. aliud eſt vendere. 220. l. cum quis poſſit
alienare 225. & ibidem gloſſ. in princ. ff. de reg. iur.
Ceph. conſ. 558. num. 35. & ſeqq. Surd. conſ. 421. ſub
num. 10. verſ. & quod verè, & num. ſeqq. Ciriac.
controu. 110. nu. 46. & 47.* Et quamuis in Inſtru-
mento ſubiungatur quod Marchio Emptor
conſtituebatur Procurator ad faciend. d. Inue-
ſtimentum, quatenus venditor illud non fe-
ciſſet, attamen cum talis facultas inueſtiendi
fuerit illi conceſſa pro maiori eius ſecuritate
non debet in eiuſdem præiudicium retorque-
17 ri, cum abundans cautela † non præiudicet
*l. non ex eo 30. C. de euict. Gabr. conſ. 92. num. 7. lib. 1.
Rota deciſ. 173. num. 1. & deciſ. 228. num. 2. par. 7. rec*
18 Et ea quæ † ſunt facultatis neceſſitatem non
inducant, ſed liberam voluntatem *l. 2. §. quod
ait Prætor à quorum legat. l. ſi quis filiam 5. §. ſtipula-
tio autem ff. de collat. bonorum cap. cum aliquibus 4.
vbi gloſſ. in verb. concedimus de reſcript. in 6. Decian.
reſponſ. 83. nu. 5. & 6. vol. 2. Buratt. deciſ. 848. nu. 10.*

Maximè quia d. Marchio Tarquinius tali
facultate vſus non fuit ex eo quod Inueſti-
mentum factum fuit ab eodem venditore ſiuè
ab eius hæredibus, qui illud agere promiſerunt
licet cum conſenſu d. Tarquinij Emptoris, qui
propterea non tenebatur inueſtire, aut de in-
ueſtimento eſſe ſollicitus cum regulariter em-
ptor † non teneatur eſſe ſollicitus de conuer-
ſione pecuniarum, quas venditori perſoluit
*ex relat. à Surd. deciſ. 156. num. 3. & ferè per tot. Gre-
gor. XV. deciſ. 511. num. 9. & ibidem Add. num. 33.
Rotæ deciſ. 312. num. 40. par. 6. recent.*

Et ita vtraque parte informante reſolutum
fuit.

ROMANA DOMVS.

Lunæ 26. Ianuarij 1643.

ARGVMENTVM.

Saluianum ex defectu hypothecæ denegatur, &
ex quibus d. hypotheca deficere dicatur in
Muliere reſpectu renunciationis per ipſam
factæ.

SVMMARIVM.

1 *Saluianum interdictum ſine hypotheca non habet lo-
cum.*
2 *Alienationis rei emphiteuticæ prohibitio etiam alie-
nationis latiſſimè ſumpto vocabulo operatur, vt
cenſeatur prohibita etiam hypotheca.*
3 *Cenſus poteſt imponi ſuper melioramentis factis in
re etiam expreſsè alienari prohibita.*
4 *Hoc procedit quando de tempore impoſitionis iam
melioramenta exiſtunt ſecus ſi pecuniæ fuerunt ac-
ceptæ ad cenſum pro fabricanda, ſeu melioranda
domo, cum eo caſu cenſus non poſſet dici impoſitus
niſi ſuper re expreſsè alienari prohibita.*
5 *Cenſus ſuper re incerta imponi non poteſt.*
6 *Cenſus ab initio nullus non reconualeſcit ob ſuperue-
nientiam melioramentorum.*
7 *Hypotheca extinguitur eo ipſo quo illi fuit expreſsè
renunciatum.*
8 *Hypotheca competens mulieri ſuper re mariti extin-
guitur ſi illi per eamdem fuerit renunciatum.*
9 *Falſa cauſa in contractu emiſſa quod ſit talis debet
probari ab illo qui eam allegat.*
10 *Enunciatiua emiſſa in Inſtrumento ab aliquo non
nocet tertio.*

11 *Dos*

11 *Dos mulieris quando eſt redacta ad pecuniam non
poteſt commutari in fundum dotalem niſi vltra con
ſenſum mulieris adeſſet eius vtilitas.*
12 *Mulieri magis expedit habere dotem liberam in pe-
cunia quam domum obnoxiam euictioni.*
13 *Fundum dotalem mulierem habuiſſe excluditur ſi
obtinuit aſſecurari dotem ſuper omnibus bonis
viri.*
14 *Renunciatio ſi comprehendit dotem multo magis
comprehendet alia credita non adeo priuilegiata.*

DECISIO DCC.

IO: Baptiſta Subregundius Ceſſionarius fi-
liarum, & hæredum q. Martiæ Belleonæ
petijt Immiſſionem in poſſeſſionem Domus,
de qua agitur ex remedio Saluiani. Interdicti
contra RR. Moniales Monaſterij S. Siluestri
de Vrbe coram R. P. D. Vicegerente, qui ta-
men ſententiam abſolutoriam ad earum fa-
uorem protulit, à qua cum d. Subregundius
appellaſſet, & cauſa dictæ appellationis mihi
commiſſa fuiſſet; Dubitaui An d. ſententia
eſſet confirmañ, vel infirmañ, & Domini pro
illius confirmatione reſponderunt. Quia va-
liditas non controuertitur & Iuſtitia liquet ex
1 defectu hypothecæ, ſine qua † Saluianum
Interdictum locum non habet, *Corn. conſ. 190.
num. 2. lib. 1. Natt. conſ. 474. num. 24. Pacific. de Salu.
inſpect. 1. cap. 4. num. 105. bon. me. Coccin. deciſ. 50.
num. 2. Caual. 253. num. 1. Rota deciſ. 17. nu. 11. p. 5.
& dec. 205. num. 2. p. 7. rec.*

Defectus ſiquidem hypothecæ patet, quia
illa deducitur ex tribus creditis ſpectañ ad
prædictam Martiam aduerſus Petrum Paulũ
de Cecilianis eius Virum, ſcilicet Cenſus ſc.
60. in ſorte, dotis ſcutorum 200. & mutui ſc.
150. quorum reſpectu nulla, adhuc admiſſa
illorum exiſtentia competit ipſi hypotheca
ſuper iſta Domo.

Non quidem reſpectu crediti Cenſus, quia
ille fuit impoſitus ad fauorem d. Martię à Pe-
tro Paulo eius marito ſuper domo contro-
uerſa emphiteutica dict. Monialium aliena-
nari prohibita etiam alienationis latiſſime sũ-
2 pto vocabulo, quæ † prohibitio operatur, vt
cenſeatur prohibita etiam hypotheca, *l. fin. &
ibi gloſ. in verb. hypothecam C. de reb. alien. nõ alien.
Socc. ſen. conſ. 75. num. 2. lib. Mantic. de tacit. lib. 11.
tit. 4. num. 30. Mareſcott. var. reſol. lib. 3. par. 1. cap. 49*
cum alijs congeſtis *à Cratian. diſcept. 855. n. 10.
& ſeqq. & diſcept. 881. num. 6. Rota deciſ. 73. nu. 74.
Vtrobique nu. 1. poſt Cenc. de cenſib. iuxta nouiſſimam
editionem & deciſ. 426. nu. 8. p. 1. diuerſ. Add. ad Bu-
ratt. dec. 749. num. 29.*

Neque talis hypotheca ſuſtineri valet re-
ſpectu melioramentorum, quę ſuper d. domo
3 facta fuerunt ex eo quod Cenſus † imponi va-
leat ſuper melioramentis factis in re etiam
expreſsè alienari prohibita, *Rot. dec. 40. poſt Cenc.
de cenſ. & deciſ. 349. nu. 4. par. 2. & deciſ. 116. nu. 21.
& 22. par. 6. recent.* Quoniam quidquid ſit in
caſu quo melioramenta iam facta reperiuntur
tempore impoſitionis, in quibus terminis lo-
quuntur prędictę deciſiones ſecus eſt quando
melioramenta adhuc non ſunt prout in præ-
ſenti caſu, in quo pecuniæ fuerunt acceptæ
ad Cenſum pro fabricanda, ſeu melioranda
4 domo, quia tunc Cenſus † impoſitio non
poteſt cenſeri facta niſi ſuper ipſa re expreſsè
alienari prohibita, ne alioquin Cenſus dica-
tur impoſitus ſuper re non exiſtente, quæ vẽ-
di non poteſt, *Molin. de contract. tract. 2. diſp. 340.
num. 17. Facundez de Iuſt. & contract. lib. 5. cap. 24.*
5 *num. 6.* Vel ſuper re incerta, ſuper qua † Cen-
ſus imponi non valet, *Rot. poſt Cenc. de cenſ. dec.
81. num. 4. & deciſ. 95. num. 6.* Adeout neque fa-
ctis deinde melioramentis Cenſus conuale-
ſcere potuerit. Tùm quia ille fuit impoſitus
ſuper domo, non autem ſuper melioramen-
tis. Tum etiam quia Cenſus, data illius nul-
litate ab initio, vel ſequuta extinctione non
6 reconualeſcit † propter ſuperuenientiam me-
lioramentorum prout in propoſito tradit *Na-
uar. in Comment. de vſur. 16. q. n. 118.* quem ſequi-
tur *Molin. de contract. tom. 2. diſp. 294. nu. 3.*

Neque etiam intuitu crediti dotis, quia d.
Martia, & Felix eius filia anno 1602. ſolem-
niter, & cum Iuramento conſenſerunt ven-
ditioni huius Domus factæ à d. Petro Paulo
Viro, & reſpectiuè patre pro quocunque ea-
rum Iure, & intereſſe etiam dotali; & renun-
ciarunt cuicunque hypothecæ priori, & po-
tiori, quam habere potuiſſent ſuper eadem
domo ad fauorem Hieronymi Mambrillæ
emptoris, cuius lore Moniales vtuntur, pro-
7 pter quam expreſſam renunciationem † om-
nis hypotheca, ſi quæ ſuper d. domo ad illarũ
fauorem adfuiſſet, extincta remanſit, *l. ſi debi-
tor 4. §. ſi in venditione l. ſi conſenſit 7. l. ſicut re cor-
porali 8. §. ſi voluntate ff. quib. mod. pign. vel hypoth.
ſolu. l. Creditor 18. ff. de reg. iur. & in terminis mulie-*
8 *ris*, † quæ renunciauit hypothecæ ſibi com-
petenti ſuper re à marito alienata tradunt,
*Boer. deciſ. 23. numer. 9. Tomat. deciſ. 109. numer. 10.
Gratian. diſcept. 932. num. 20. & ſeqq. Gregor. XV de-
ciſ. 67. num. 9.* Vbi quod ſtante renunciatione
obſtat mulieri exceptio cedendarum, quam
in his terminis ſequitur *Rota in Romana Saluia-
ni coram bo. me. Manzanedo impreſſ. apud Marcheſ.
de Commiſſ. par. 2. fol. 468. num. 6. & ſeqq. & in alia
Romana Saluiani 20. Aprilis 1640. coram Reueren-
diſſ. D. meo Patriarca Conſtantinopolitano, quæ fuit
nuper confirmata ſub die 22. Ianuarij proximi præte-
riti coram me.*

Neque ſubſiſtit, quod prædicta Renuncia-
tio fuerit nulla vti emanata ex falſa cauſa, ni-
mirum ex eo quod prædictæ Mulieres aſſer-
uerunt ſe eſſe cautas pro earum dotibus ſuper
vinea, & alijs bonis dicti Petri Pauli Mariti,
& patris reſpectiuè, quæ tamen cauſa præten-
ditur falſa, ex eo quod d. Petrus Paulus non
habebat alia bona, ſuper quibus illæ ſatisfieri
potuiſſent, quia cum dd. Moniales habeant
intentionem fundatam ſuper d. renunciatione
facta cum expreſſione, quod illę eſſent cautæ
ſuper alijs bonis, onus probandi alia bona nõ
adfuiſſe, quæ pro ſuis dotibus non ſufficiant,
9 incumbit † eiſdem Mulieribus allegantibus,
ſiue ſubregũdio habenti cauſam ab illis, *Caſtr.
in l. Meuia 50. nu. 4. ff. ſol. matr. Guttier. de iuramen.
confirm. par. 1. cap. 1. num. 20. Barboſ. in 3. par. nu. 68.*
verſ.

Digitized by Google

verſ. quæ tamen concluſio ff. ſol. matr. Ant. Fab. in ſuo Codic. lib. 4. tit. 25. ad Sen. Conſ. Velleian. definit. 13. circ. med. verſ. ſed quid ſi contendatur Duran. deciſ. 341. num. 3. In propoſito autem tantum abeſt, quod probetur, inſpecto præſertim tempore dictæ renunciationis, quæ emanauit an. 1602. d. Petrum Paulum alia bona non habuiſſe præter d. domum alienatam, quinimo contrarium detegitur ex Iuribus datis in Summ. Monialium ex quibus apparet illum de tempore factæ renunciationis habuiſſe vineam, eamque poſtea, nempè anno 1607. vendidiſſe ipſimet Subregundio pretio ſc. 460.

Nec viſa fuit releuare replicatio, quod ſc. 460. fuerint erogata in extinctionem Creditorum anteriorum eiuſdem Petri Pauli. Quia huiuſmodi anterioritas non probatur niſi ex enunciatiua emiſſa in eodem Instrumento
10 venditionis, † quæ non probat contra tertiū, *Caſtr. in l. eum aliquis 21. in fin. verſ. quid autem in alijs C. de iur. delib. Rot. deciſ. 295. num. 6. par. 1. rec.* præſertim cum illa ſit vnica, *Rota deciſ. 169. numer. 2. verſ. quia vltra quod & d. deciſ. 225. numer. 6. verſ. præſertim cum vnicum ſit Instrumentum par. 1. recent.*

Rurſus non obſtat, quod hæc domus eſſet fundus dotalis d. Martiæ, ideoque nō potuerit vendi à d. Petro Paulo eius Viro ad fauorem Mambrillæ, à quo Moniales cauſam habent. Quia fuit animaduerſum, quod prædicta Martia habebat quidem ab initio quamdam vineam vti dotalem ſibi relictam à Margarita Caluina, ſed illam poſtea vendidit ann. 1586. Horatio Fuſco pretio ſc. 300. ad effectū vt illud reinueſtiretur à Petro Paulo eius viro in ædificatione, & melioratione huius domus cum pacto, quod ipſa Domus ſtare deberet perpetuo obligata pro euictione d. vineæ, & pro cautione dotis, ac Iurium dotalium ipſius Martiæ, quę verba non concludunt fundum
11 fuiſſe dotalem, quia cum dos† dictæ Martiæ redacta eſſet ad pecuniam non potuit commutari in fundum dotalem niſi vltra conſenſum mulieris adeſſet eius vtilitas, prout inter alios explicant, *Honded. conſ. 14. ſub num. 5. lib. 1. Soccin. Iun. conſ. 166. nu. 11. & ſeqq. lib. 3.* quę quidem vtilitas in præſenti caſu deficit; ex quo
12 magis expediebat mulieri † habere dotem liberam in pecunia quam Domum obnoxiam euictioni vineæ, *Honded. d. conſ. 14. ſub numer. 58.* Et hoc ipſum agnouit eadem Martia, quę an.
13 1610. obtinuit † aſſecurari dotem ſuper omnibus bonis Viri, quod ei non licuiſſet, ſi fundum dotalem habuiſſet, *Rot. deciſ. 292. n. 7. p. 1. recent.*

Neque demum reſpectu crediti mutui poteſt conſiderari aliqua hypotheca. Quia dicta Renunciatio comprehendit omnia Iura tam reſpectu dotis, quam ex quauis alia cauſa, &
14 ideo cum valeat quoad dotem, † quę eſt magis priuilegiata, fortius valere debet quoad creditum aſs. mutui prout per *text. in l. Paulus in princ. ff. quib. mod. pign. &c.* notat in ſpecie alijs relat. *Barboſ. in l. 1. p. 5. n. 62. verſ. ſi maritus igitur, & n. 63. ff. ſolut. matrim.*

Et ita vtraque &c.

MELEVITANA HAEREDITATIS.

Lunæ 26. Ianuarij 1643.

ARGVMENTVM.

Remiſſoria & ob calumniam & irreleuantiam articulorum denegatur.

SVMMARIVM.

1 *Remiſſoria paſſim denegatur ob vehementem calumniæ ſuſpicionem.*

2 *Calumniæ præſumptio ad effectum denegandi remiſſoriam reſultat ſi remiſſoria petatur poſt plures deciſiones Rotales.*

3 *d. Calumniæ præſumptio pariter reſultat ſi diu in partibus, & in Curia cauſa fuit ventilata nec curarunt facere ſimiles probationes.*

4 *Remiſſoria conceditur etiam aduerſus rem iudicatam quando pendet cauſa reſtitutionis in integrum.*

5 *Hoc non procedit indiſtinctè, ſed tunc tantum, quando datur magnus fumus rei articulatæ.*

6 *Fumus contrarijs probationibus eliditur ad effectum ne detur remiſſoria.*

7 *Remiſſoria ex ſola articulorum irreleuantia denegatur.*

8 *Teſtes magis in ſpecie deponentes de ſana mente in concurſu cum teſtibus deponentibus in genere de inſania ſunt præferendi etiam ſi eſſent numero pauciores, num. 9.*

10 *Teſtes qui deponunt de ſanà mente alicuius nituntur præſumptioni iuris.*

11 *Sanæ mentis de iure vnuſquiſque præſumitur.*

12 *Teſtes quibus ius commune aſſiſtit præferuntur alijs, qui iuri communi aduerſantur.*

13 *Decrepiti regulariter mente laborant.*

14 *Sanæ mentis præſumptio viget in quantumuis ſene quantumuis centum annorum cum adhuc non præſumatur delirare.*

15 *Teſtamenti confectionem non impedit imbecillitas ingenij, vel memoriæ, quæ oritur ex ætate graui cum non excludat vſum rationis.*

DECISIO DCCI.

ITERVM hodie denegarunt Domini Remiſſoriam Andreæ Vaſſallo, & litis conſortib. moti pręcipuè ex duobus fundamentis in alia deciſione deductis.
1 Primo ſcilicet ex vehementi ſuſpicione calumniæ. propter quam Remiſſoria paſſim denegatur, *Rom. conſ. 273. in fin. Milis in ſuo repert. in verb. Remiſſio non eſt danda Seraphi. dec. 364. num. 5. Gregor. deciſ. 414. num. 8. bon. mem. Coccin. deciſ. 21. ſub num. 1. & deciſ. 339. num. 1. Rot. dec. 275. num. 6. cum ſeq. par. 5. & deciſ. 311. num. 3. & dec. 79. num. 9. par. 7. recent.* Quæ ſuſpicio calumniæ ſatis in propoſito reſultare viſa fuit ex eo quod illa petitur poſt plures deciſiones Rotales, quo
2 caſu† non leuem oriri præſumptionem quod materia articulata fuerit ſtudiosè compoſita ad euitandas dd. deciſiones dixit *Rot. coram Seraph. deciſ. 1460. num. 1. Rot. deciſ. 342. num. 8. & deciſ. 315. num. 5. par. 6. & dec. ſ. 21. num. 7. recent.* Maximè quando prout hic, petitur poſt rem iu-

 dica-

dicatam. *Verall.deciſ.51.num.1.par.3. Seraphin.*
deciſ.1308.num.1.Rot.deciſ.424.num.4.par.1.deciſ.
406.ſub num.2. verſ.Vnde tanto magis par.2. recen.
Gregor.XV.deciſ.184.num.2. & ibi *Add.num.7.&*
deciſ.285.num.1. Quibus accedit quod cauſa
diu fuit agitata in partibus, & in Curia, quo
tempore Vaſſallus, & litis conſortes non cu-
rarunt facere probationes, quas hodie facere
intendunt. Hinc enim oriri vehementem ſu-
3 ſpicionem † calumniæ ad effectum denegan.
Remiſſoriam ſæpe, *Rota reſpondit*, & ſignanter
in deciſ.128.num.2.par.3.lib.3.& deciſ.712.nu.5.
verſ.& hodie amplius par.1.rec.Verall.deciſ.63.p.1.
num.1.

4 Nec releuat quod Remiſſoria † conceda-
tur etiam aduerſus rem iudicatam, quando
pendet cauſa reſtitutionis in integrum, *Verall.*
deciſ.67.num.1.par.3.Add.ad Greg.d.dec.184.n.7.
verſ ſi tamen poſt rem iudicatam idem Greg.XV.de-
ciſ.272.num.2.& ibidem Add.nu.7.Buratt.dec.555.
num.4. Quia hoc non procedit ſimpliciter, &
indiſtincte in gradu reſtitutionis in integrum
5 niſi cõcurrat † magnus fumus rei articulatæ,
Boccat. de litter.remiſſ. cap.3.ſub num.43. verſ. ſed
iſtis Add.ad Greg.d.deciſ.276.num.7. verſ.bene vi-
ſum eſt Rot. deciſ.125.num.36. verſ.ſi detur magnus
fumus p.5.recent.

Fumus autem qui in propoſito prætendi-
tur reſultare ex Iuribus datis in Summar. An-
dreę & litis conſortiũ excluditur ex Teſtibus
pro Io: Maria examinatis deponeñ q. Federi-
cum de tempore conditi Teſtamenti fuiſſe ſa-
næ mentis, pro denegatione, autem Remiſ-
6 ſorię ſufficit quod fumus † contrarijs proba-
tionibus elidatur, *Rot.deciſ.464. ſub num.5.lib.3.*
par.3.diuerſ.& in rec.deciſ.491.num.5.in fin.par.2.
& deciſ.570. ſub num.2. verſ. nam prætenſus fumus
par. 4.

7 Secundo principaliter mouebantur Do-
mini ex articulorum irreleuantia, quæ ſola
ſufficit ad effectum denegandi Remiſſoriam,
l.ad proban.22.C.dè prob.Veral.deciſ.66.num.1. &
ſeq.& deciſ.68.num.2.par.3.Caual.deciſ.331.nu.1.
& deciſ.58.num.2.Greg.XV.deciſ.184.num.3. Rot.
deciſ.250.num.1.p.5.rec.& paſſim in alijs.

Irreleuantia autem articulorum deſumitur
ex eo quod illi tendunt ad proban. q. Federi-
cum Teſtatorem fuiſse inſanæ mentis, quæ
tamen probatio, quatenus fieret, viſa fuit ir-
releuans, quia contrarium apertè probant
Teſtes pro Ioanne examinati deponen. d. q.
Federicum fuiſſe bonæ, & ſanæ mentis, præ-
ſertim de tempore ſecundi Teſtamenti, qui
Teſtes non eſt dubium quin eſſent præferen-
8 di, cum Teſtibus † deponen. magis in ſpecie
de ſana mente magis deferatur quam Teſti-
bus deponen. in genere de inſania, *Dec. conſ.*
448.num.10.Ruin.conſ.67.num.1.verſ.quo fit lib.4.
Gabr.com.opin.de teſtib.concl.4.num.19. Bur. deciſ.
9 *256.num.39.* etiam ſi eſſent numero † paucio-
res, cũ maior fides adhibeatur Teſtibus pau-
cioribus deponen. de ſana mente, quam plu-
ribus deponeñ de inſania, *Iaſ. d.conſ.178.nu.3.*
lib.3.Corn.conſ.219.num.1.lib.1.Mantic.de coniect.
vlt.vol.lib.2.tit.5.num.6.verſ.addo quod etiam, Te-
10 ſtes enim qui † deponunt de ſana mente ni-
tuntur præſumptioni Iuris iuxta quam quili-
11 bet † etiam naturaliter præſumitur ſanæ mẽ-
tis, vt in ſpecie dixerunt, *Bart. in l. nec Codicil-*
los 5. ante num.1.C.de probat. Dec.d.conſ.448.n.9.
Socc.ſen.conſ.42.num.1.lib.1.Pariſ.conſ.87. num.1.
& conſ.88.num.18.lib.3.Ruin.d.conſ.67.nu.1.lib.1.
Honded.conſ.78.num.53.lib.1.Bero.conſ.56. nu.21.
lib.2.Rol.conſ.27.num.78.lib.3.Reuerendiſs.Duran.
deciſ.68. num.9. Vnde intrat concluſio quod
12 Teſtes, † quibus Ius commune aſſiſtit, præ-
feruntur alijs, qui Iuri communi aduerſantur,
vt in propoſito tradunt, *Dec. d.conſ.448. nu.11.*
Ruin.d.conſ.67.nu.1. verſ.& ideo cum talis præſum-
ptio Coccin. d.conſ.219.num.3. lib.1. Rol.d.conſ.27.
lib.3.Boer.23.num.95.

Nec releuat, quod præſumptio ſanæ men-
tis non procedat in decrepitis, qualis diceba-
tur eſſe d. q. Federicus ætatis annorum 93. cũ
13 illi † regulariter mente laborent, vt ex Lucre-
tio, Platone, & Iuuenali tradit *Paulus Zacchia*
quæſt.medic.legal.tit.1.quæſt.10.nu.19.& ſeq. Tùm
14 quia præſumptio † ſanæ mentis in quantum-
uis ſene, prout notant, *Doct.in l.ſenium 3.* & ſi-
gnanter *Bald.& Salic.nu.2.l.qui Teſtam.fac. poſs.*
Mantic.de coniect.lib.2.tit.5.num.3.cum alijs cumu-
lat. à Burat. d.deciſ.256. num.2. Etiam quod ille
eſſet ſenex centum annorum, quia adhuc non
præſumitur delirare, *Caſtr. in d. l.ſenium num.2.*
C.qui Teſt.fac.poſs. quem ſequitur *Mantic.de cõ-*
iect.d.lib.2.tit.5.nu.3.in fin. & dixit Rot.in Romana
donationis 11. Ianuarij 1619. coram bo.me. D. meo
Archiepiſcopo Seleucien. §. nec poteſt nullitas in fin.
15 Tùm etiam quia ſola imbecillitas † ingenij,
vel memoriæ, quæ oriri ſolet ex ætate graui,
non excludit vſum rationis, nec proinde im-
pedit confectionem Teſtamenti, ſicut ex au-
ctoritate Galen. & aliorum firmauit, *Rot. corã*
Buratt.d.deciſ.256.ſub num.10.cum tribus ſeqq.& in
prædicta Romana donationis coram bon.mem.D. meo
Archiepiſcopo Seleucien. verſ.nec obſtant Teſtes exa-
minati.

Quæ facilius procedere viſa fuerunt atten-
ta qualitate ſecundi Teſtamenti, cuius ſeries
vti congrua cuilibet ſanæ mentis arguit illud
factum fuiſſe tempore habili, & pendente di-
lucido interuallo, etiam ſi doceretur de aliqua
illius dementia, *Bero. d.conſ.56.nu.20. verſ.præ-*
terea ex dictis lib.2.Hond.d.conſ.78. num.60. lib.2.
Mantic.de coniect.d.lib.2.tit.5.num.7.circa med.cum
alijs adductis à Caual.deciſ.366.num.8.& deciſ.621
num.1.& ſeq. Bur.d.dec.216.n.14.Rot.dec.235.n.28
in fin.& ſeq.p.7.rec.

Minus releuat, quod Io: Maria Arnaldus,
qui in prędicto ſecundo Teſtamento fuit hæ-
res inſtitutus petierit dari Curatorem eidem
Federico tanquam inſanę mentis. Quia ta-
lis petitio, ſeu deputatio Curatoris non con-
cludit per neceſſe dementiam pro excludeñ
validitate Teſtamenti, *Boer.deciſ.23.num.79.Re-*
uerendiſs Vrgellen. deciſ.178. num.30. Eoque mi-
nus, cum talis petitio, ſeu confeſſio facta fue-
rit ad alium effectum, quæ proinde deſeruire
non poteſt pro aliqua releuanti probatione,
Surd.conſ.5.num.45.& ſeqq. lib.1. Rot. deciſ.218.
num.8.& ſeq.par.6. recent. Et in omnem euen-
tum talis confeſſio detegitur ex prædictis er-
ronea,

Digitized by Google

ronea, quæ non præiudicat confitenti, *l. non ſatetur 1. ff. de confeſſ. Dec. conſ. 408. num. 5. Rol. conſ. 69. num. 48. lib. 3. Greg. XV. deciſ. 125. numer. 10. & deciſ. 522. num. 14. Rot. deciſ. 188. num. 2. & ſiq. & deciſ. 282. num. 18. par. 6. rec.*

Et ita vtraque &c.

MELEVITANA BAIVLIVATVS.

Veneri. 30. Ianuarij 1643.

ARGVMENTVM.

Agitur de conuentione inita inter Equites Hieroſolymitanos circà diuiſionem dignitatum vacaturarum an adſit ſimoniaca, & an huiuſmodi conuentiones ſint permiſſæ.

SVMMARIVM.

1 *Patroni poſſunt inter ſe diuidere ius præſentandi vt alternis vicibus clericum ſibi bene viſum præſentare valeant; Et hæc conuentio poteſt fieri ſiue plena ſiue Eccleſia vacet, & num. 2.*

3 *Simonia non committitur ſi detur aut recipiatur aliquid pro re ſpirituali non per modum pretij, ſed per modum ſuſtentationis proprij miniſtery.*

4 *Simoniam non committit is qui habens ius acquiſitum in beneficio aliquid dat illi, qui ipſum iniuſtè vexat.*

5 *habens ius ad beneficium poteſt redimere pecunia futuram vexationem quam timet ſibi iniuſtè allaturam.*

6 *Conſuetudines aliquæ ſunt quæ poſſunt honeſtare promiſſionem, aut receptionem pecuniarum pro miniſterio rei ſpiritualis.*

7 *Simonia vt excludatur quæuis poſſibilis interpretatio ſufficit.*

8 *Simoniam ad excludendum plurimum operatur qualitas perſonarum.*

9 *Magnus Magiſter habet iuriſdictionem ordinariam, quoad dignitates & Commendas ſui Ordinis etiam quoad penſiones ſuper illis reſeruandas.*

10 *Simoniæ prauitatem excludit interuentus ex iuſta cauſa habentis ordinariam iuriſdictionem.*

11 *Simoniam eliminat, ſi inconuentione adſit reſeruatio beneplaciti Apoſtolici.*

12 *Beneplacitum Apoſtolicum reſeruatum ſub conditione quatenus opus ſit, actum non vitiat ob illius non impetrationem ſi non fuit neceſſarium.*

DECISIO DCCII.

ORTA controuerſia inter DD. Priorem Narum, & Baiulium Valdinam ſuper concurſu, ad Dignitates linguæ Italiæ, fuit inita inter eos conuentio auctoritate Magni Magiſtri etiam comprobata, vt illis vacantibus in primo menſe, Prior Natus, & in vacantibus in ſecundo Valdina concurrerent, & ita cõtinuarunt alternis menſibus ſubſequentibus.

Deinde inter Valdinam, & Commendatorem Seluagum cum eadem auctoritate Magni Magiſtri, & reſeruatione beneplaciti Apoſtolici fuit pariter inter eos conuentum, vt ad certas Dignitates vacaturas concurreret Seluagus, & ad reliquas Valdina; pacto inſuper adiecto per hęc verba. *E ſuccedendo il caſo che detto Signore Balio Valdina ſi promoua al alcuna Dignità prima del detto Commendatore Selnago, e che eſſo Seluago entri nell' Amiatragliato eſſo Sig. Valdina ſia tenuto ſomminiſtrare al Seluago per aiuto della ſpeſa dell' Albergia, finche ſarà prouiſto d'alcuna Dignità ſcut. 70. di moneta il meſe*, prout in Apocha inter eos confecta continetur.

Vacauit poſtea Dignitas Admiratus in Turno, ſeu in menſe Prioris Nari, qui illam aſſequutus fuit, deinde vacauit Baiuliuatus Sancti Stephani in Turno, ſeu menſe Valdinæ, qui de illa vigore tàm Statutorum Religionis quàm prædictę conuentionis factæ cum Naro ſibi prouideri obtinuit. Ab huiuſmodi prouiſione appellauit Eq. Malabaila prætendens illam ſibi deberi tanquam magis Antiano, atq; introducta lite ſuper huiuſmodi Antianitate primo in Partibus, ac poſtea in Rota, eaque adhuc indeciſa pendente, oppoſuit prędictam conuentionem factam inter ipſum Valdinam, & Seluagum fuiſſe ſimoniacam; Quo circa datum fuit particulare Dubium. An d. prouiſioni Baiuliuatus factę ad fauorẽ Valdinæ obſtaret prædicta conuentio inter eoſdem Valdinam, & Seluagum inita, & Domini negatiuè reſoluerunt.

Fuit enim ponderatum hanc conuentionẽ habere duas partes. Alteram quæ continet diuiſionem Dignitatum, & alteram continẽtem d. promiſſionem ſcut. 70. quolibet menſe in euentum in quem Valdina prouideretur de aliqua Dignitate, & Seluagus deinde obtineret Dignitatem Admiratus.

Quoad primam partem conuentio non viſa fuit ſimoniaca, ſed licita, cum diuiſio beneficiorum, aut dignitatum per Turnum, ſeu alternatiuam non reperiatur prohibita; Imò in propoſito vti facta ad euitandas contentiones, ac faciliorem reddendam illorum prouiſionem recipiat fomentum à Iuris diſpoſitione iuxta quam in ſimili materia diuiſio Iuris præſentandi inter Compatronos non prohi-
1 betur, ſed imò poſſunt † inter ſe liberè conuenire, vt alternis vicibus Clericum ſibi bene viſum ad beneficium præſentare valeant, ad hoc vt faciliùs Eccleſiæ prouideatur, *Clement. plures 2. §. & vt facilius de Iurepatr. & ibidem gloſ. in verbo liberè*, vbi d. verbum, liberè, declarat, ideſt ſine Superioris auctoritate, *Ancar. num. 13. Abb. num. 4. & 5. Card. Zabarell. in d. §. & vt facilius num. 2. & ibidem Boniſac. de Vitalin. n. 2. Lambert. de Iurepatr. lib. 1. par. 2. q. 2. art. 36 num. 6. Sanchez conſ. moral. lib. 2. cap. 13. dub. 72. num. 2. Rota deciſ. 174. num. 7. par. 5. rec.* Etiamſi Eccleſia
2 adhuc non vacet, cum talis † conuentio fieri poſſit Eccleſia ſiue plena, ſiue vacante, *gloſ. in d. verb. liberè, Abb. num. 5. verſ. Item ſiue vacat Eccleſia Ancar. d. num. 13. verſ. ſed quærit Paulus Card. Zabarel. d. §. & vt facilius num. 2. verſ. quod dic vt in gloſ. Sanchez conſ. moral. lib. 2. cap. 3. dubio 72. num. 3.*

Quo vero ad ſecundam partem conuentio prædicta viſa fuit pariter licita. Siquidem aducr-

aduertebant Domini Dignitatem Admiratus
eſſe maximæ impenſæ propter onus Albergię
illi annexæ: Vnde promiſſio d. menſtruę pre-
ſtationis pecuniarum, quam Valdina fecit
Saluago in euentum in quem ille aſſequere-
tur aliquam Dignitatem, & iſte Dignitatem
Admiratus, reuera non fuit facta per modum
pretij pro re ſpirituali à d. Saluago ceſſa,
ſed per modum cuiuſdam recompenſationis
pro expenſis, quas idem Saluagus quando eſ-
ſet prouiſus de Admiratu teneretur erogare
occaſione d. Albergiæ. Et propterea illa nõ
3 fuit Simoniaca cum ſimonia † non commit-
tatur ſi detur, aut recipiatur aliquid pro re
ſpirituali nõ per modum pretij, ſed per modũ
ſuſtentationis proprij miniſterij, prout do-
cent *Caetan. in Sum. verbo Simonia §. ex eo autem
col. 3. verſ. poteſt ſiquidem fol. 614. in paru. Nauar. in
Manual. cap. 23. num. 10. ad fin. verſ. quarto non eſt
Rodriq. in ſum. p. 2. cap. 6. num. 5. verſ. hic in foro Gut-
tier. canon. quæſt. lib. 1. cap. 29. num. 13. Bald. conſ. 373
num. 1. verſ. nec ſimonia committitur lib. 4. Sanchez
conſ. moral. lib. 2. cap. 1. dub. 11. num. 1. & ſeqq. Leſſ.
de Iuſt. & Iur. lib. 2. cap. 35. Suarez de Relig. tom. 1.
tract. vlt. lib. 4. cap. 21. num. 17. fol. 484.* dicens eſſe
mentem omnium authorum, *Caſtropal. oper.
moral. tom. 3. tract. de Simon. diſp. 3. punct. 11. num. 3.
& 5.* vbi quod abſque vlla controuerſia ap-
probatur ab omnibus.

Præterea dicebant Domini quod Valdina,
qui promiſit ſe daturum Saluago d. menſtruã
pecuniarum quãtitatem in euentum in quem
ille prouideretur de aliqua Dignitate, iſte ve-
ro de Dignitate Admiratus, iam nitebatur
præcedenti, & licitæ conuentioni initæ cum
Priore Naro, cuius etiam conuentionis vigo-
re Dignitatem huius Baiuliuatus aſſequutus
fuit. Vnde d. promiſſio tanquam facta ad
euitandas futuras vexationes, quas Saluagus
iniuſte ei inferre potuiſſet, eò minus redargui
poteſt de ſimoniaca prauitate. Nam ſicuti is,
4 qui habet Ius† acquiſitum in beneficio poteſt
citra labem ſimoniæ dari aut promittere cer-
tam pecuniarum ſummam alteri, qui illum
iniuſtè vexat, *gloſ. in cap. dilectus in verb. reſtituere
quod recepit verſ. ſed verius de ſimon.* & ibi *Ancar.
in 2. notab. & num. 2. verſ. dic quod quandoque Butr.
num. 2. in primo notab. & num. 8. verſ. opponit. gloſ. 1.
idem Ancar. in cap. ſuper eo in 4. notab. de tranſact.
cum alijs relatis à Buratt. deciſ. 307. num. 5.* Ita pa-
5 riter ille, qui habet† Ius ad beneficium poteſt
redimere pecunia futuram vexationem, quã
timet ſibi iniuſtè allaturam ab eo qui obeſſe,
non autem prodeſſe ſibi poteſt, qualis erat Sal-
uagus in caſu iſto, cum id non ſit emere, aut
redimere rem ſpiritualem, ſiue Ius ad illam,
ſed remouere iniuſta impedimenta prout ex
Theologorum ſententia docent, *Leſſ. lib. 2. c. 35
dub. 18. nu. 108. Malder. de Iuſt. tract. 9. c. 3. dub. 17.
Silu. in reſol. var. ver. ſimonia 2. concl. 1. Filiuc. tom. 3
tr. 45. c. 11. n. 6. & 7. Baſs. in flor. Theolog. pract. verb.
ſimonia n. 5. & Suar. de Relig. tom. 1. lib. 4. c. 50. n. 23*
quos refert & ſequitur *P. Diana var. reſ. par. 6.
tract. 8. reſol. 17. verſ. probatur tertio.*

Quibus accedit conſuetudo faciẽdi ſimiles
conuentiones inter Eq. Religionis ſuper Di-
gnitatibus, & Commendis vacaturis, Idq; pro
bono pacis, & ad euitan. diſcordias, & rixas,
quæ aliàs nõ ſine eiuſdem Religionis pertur-
batione orirentur inter ipſos Equites ad illas
concurrentes, & meritis inter ſe diſceptantes,
prout apparet ex atteſtatione Magni Magiſtri,
& Conſilij, quę data fuit. Quæ cõſuetudo viſa
fuit etiam excuſare à labe ſimonię, cum aliquę
6 ſint conſuetudines, † quæ poſſunt honeſtare
promiſſionem, aut receptionem pecuniarum
pro miniſterio rei ſpiritualis prout in ſpecie
ad effectum euitan. ſimoniam tradunt, *Suarez
de Relig. domib. tom. 1. lib. 1. cap. 48. num. 3. Io. Vigers
de Iuſt. & Iur. tract. 7. cap. 4. dub. 8. num. 45. Layman.
Theolog. moral. lib. 4. tract. 10. cap. vltim. diſp. 5. num.
46. Leſſ. lib. 2. c. 35. dub. 9. num. 58. & dub. 10. nu. 62.*
quos in terminis conſuetudinis, de qua agitur,
refert, & ſequitur *idem P. Diana d. p. 6. tract. 8. re-
ſol. 17. verſ. probatur ſecundo.*

Quæ facilius procedere viſa fuerunt. Tùm
7 quia quæuis poſſibilis interpretatio † ſufficit
pro excludenda ſimonia, *Pariſ. de reſignat. lib.
14. quæſt. 7. nu. 55. & ſeq. Rot. deciſ. 101. nu. 10. poſt
primum volum. conſ. Farinac. & coram Buratt. deciſ.
445. num. 5.* Tùm etiam quia d. conuentio fa-
cta fuit non ſolum bona fide, palam, & pu-
blicè inter viros prouidos, ac nobilitate con-
ſpicuos, interuenientibus etiam Equitibus eiuſ-
8 dem Religionis, cum qualitas † perſonarum
plurimum operetur ad excluden. ſimoniam
iuxta *tex. in cap. niſi eſſent 21. de præbend.* Verum
etiam cum expreſſa auctoritate, & conſenſu
9 Magni Magiſtri, † qui habet Iuriſdictionem
ordinariam quoad Dignitates, & Commen-
das ſui Ordinis, etiam quoad penſiones ſuper
illis reſeruandas, prout ex Conſtitutionibus
Pij Quarti, & aliorum Pontificum, dixit *Rota
deciſ. 136. num. 4. & deciſ. 119. in princ. p. 7. rec. Se-
raph. dec. 1390. num. 1.* quæ authoritas cum in-
10 teruenerit † ex iuſta cauſa videtur excludere
ſimoniæ prauitatem, *Nauar. conſ. 46. in fin. de
ſimon. Rota in Aretina Simoniæ nu. 72. poſt 2. volum.
conſ. Farin. & dec. 135. in fin. poſt idem vol.* prout
in ſimili excludi ſimoniam propter conſenſũ
præſtitum à Generali Ord. Ciſtercien. *Menoch.
conſ. 67. num. 21.*

Et videtur ceſſare omnis difficultas ex eo,
quia d. conuentio facta fuit cum expreſſa re-
ſeruatione beneplaciti Apoſtolici, quatenus
11 opus eſſet, quę † reſeruatio omnem prorſus
ſimoniam eliminat, *gloſ. in c. cum pridem in verb.
illicitè vbi Imol. & alij de pact. Felin. in c. ad audien-
tiam il ſecondo n. 3. de reſcru. Caſsad. deciſ. 2. nu. 4. de
ſimon. Gonz. ſuper reg. 8. gloſ. 12. n. 80.*

Nec releuat quod d. beneplacitum adhuc
non fuerit obtentum. Quia cum illud fuerit
reſeruatum ſub conditione, quatenus ſcilicet
opus eſſet, nec probatur eſſe neceſſarium illius
12 omiſſio† non præiudicat, *Gonz. ad reg. 8. gloſ. 12.
n. 98. Rot. dec. 519. ſub n. 3. verſ. minus facit p. 1. diu.
& dec. 367. n. 16. p. 5. rec. Seraph. dec. 1319. n. 2. verſ.
Primo quia reſeruatur Bur. dec. 307. nu. 4. verſ. Quo
vero ad beneplacitum Apoſtolicum.*

Et ita D. Valdina informante altera parte
ſæpius intimata, & informare recuſante reſo-
lutum fuit.

RO-

Digitized by Google

ROMANA CAMBII.

Veneris 30. Ianuarij 1643.

ARGVMENTVM.

Extinctio Crediti ex quibus verbis inferatur, & ex quibus mutuum ſimulatum conuincatur itant mandata illorum occaſione relaxata non ſint exequenda.

SVMMARIVM:

1. *Acceptans ordinem cenſetur probare omnia in eo contenta ſi non contradicat.*
2. *Verbum,* totale, *ſignificat plenitudinem, & integritatem.*
3. *Verbum,* Intiero, *importat rem perfectam, & abſolutam.*
4. *Verba,* Per tutto quello può pretendere appoſita in quietantia *facta ad fauorem debitoris comprehendunt quæcunque credita.*
5. *Contractus ſimulatus non meretur executionem etiamſi ſit obligatione camerali vallatus.*
6. *Exceptio ſimulationis in continenti probata impedit executionem obligationis Cameralis.*
7. *Contractus ad hoc vt dicatur ſimulatus plures debent concurrere coniecturæ.*
8. *Enunciatiua in inſtrumento facta demoſtrat partes habuiſſe notitiam rei enunciatæ.*
9. *Correſpectiua inter ſe dicuntur ea quæ in eodem inſtrumento continentur.*
10. *Fides Procuratoris atteſtantis actum ad quem fuit conſtitutus fuiſſe ſimulatum inducit vrgentem coniecturam ſimulationis.*
11. *Simulatio probatur per vnicum teſtem concurrentibus alijs coniecturis.*
12. *Inuериſimilitudo maximè attenditur ad detegendam ſimulationem.*
13. *Acceptatio ceſſionis crediti inexigibilis inducit præſumptionem ſimulationis.*
14. *Cedens tenetur de veritate crediti ceſſi etiamſi id non fuerit in inſtrumento expreſſum.*
15. *Pacta inſolita in inſtrumento appoſita ſunt argumenta ſimulationis.*
16. *Simulatio facilius arguitur inter coniunctos.*
17. *Simulatio vnius contractus influit in alios ſubſequentes habentes dependentiam à primo.*
18. *Decretum Iudicis interpoſitum ſuper ſecunda obligatione minoris non validat primam alioquin nullam.*

DECISIO DCCIII.

RESOLVTVM fuit mandatum A.C. relaxatum ad fauorem Philippi Coſtæ contra D. Carolum de Aſte in ſumma ſcut. 102. pro Cambijs, de quibus agitur, non eſſe exequendum.

Moti fuerunt Domini, quia d. mandatum apparet iniuſtum vti relaxatum vigore cuiuſdã inſtrumenti, in quo D. Carolus ſe obligauit ſoluere q. Octauio Coſtę ſcut. 4280. auri, eorũque cambia vſq; ad integralem ſatisfactionum, quod quidem Inſtrumentum non meretur executionẽ ſiue fuerit celebratum pro Cambijs prouenien. ex credito Cãbij ſcut. 600. auri in ſorte alias contracti in Oppido Baleſtrini inter d. D. Carolũ ex vna, & q. Octauium Coſtam eius ſocerum ex altera ſiue dicatur celebratum pro Cambijs prouenien. ex Cambio mutui ſcut. 734. auri inito ab eodẽ Carolo cum bo. me. D. Vſimbardo, qui deindè creditum d. mutui ceſſit eidem q. Octauio à quo d. Philippus eius filius cauſam habet.

Inſpecto ſiquidẽ credito Cambii ſcut. 6. m. auri contracti in Oppido Baleſtrini iniuſtitia d. mandati patet, quia prætenſum creditum huiuſmodi Cambij longè ante remanſit extinctum mediante ordine Eminentiſſimi D. Cardinalis Barberini, qui pro executione obligationis factæ à q. Io. Baptiſta de Aſte Patre d. Caroli de ſoluen. ſcut. 25. mil. ipſius Caroli mandauit ſub die 4. Septembris 1631. eidem Io. Baptiſtæ, vt ſolueret ſcut. 4. mil. d. Octauio Coſtæ *per totale, & intiera ſodisfattione del ſuo credito tanto per ſorte principale, come per frutti per tutto quello può pretendere da eſſo Si-*
1 *gnore Carlo ſuo figlio.* Quem ordinem cum d. Octauius ſimpliciter acceptauerit cenſetur illi acquieuiſſe cum omnibus in eo contentis *Burſat. conſ. 39. num. 14. Ciriac, contr. 351. nu. 5. & ſeqq. & præſertim. nu. 7. tom. 2. Mantic. de coniect. vlt. volunt. lib. 10. tit. 2. num. 17. Rot. Ian. deciſ. 58. num. 9. & deciſ. 136. ſub num. 5. à verſ. Ne viſum fuit Rot. coram Burat. deciſ. 591. nu. 10. & dec. 345. num. 8. part. 5. rec.*, & conſequenter illum etiam pro totali extinctione d. Cambii recepiſſe, attentis expreſſis, & vniuerſalibus verbis, quibus idem ordo conceptus fuit ibi. *Per totale, & intiera ſodisfattione del ſuo credito, tanto per ſorte principale, come per frutti, e per tutto quello può pretendere da eſſo Sig. Carlo,* quæ ſatis demonſtrant extinctionem totius
2 prædicti crediti, ſiue inſpiciatur verbum, Totale, quod plenitudinem, & integritatem ſignificat *c. Abbate 3. §. 1. in fin. de ſent. excom. in 6. Monach. conſ. 191. num. 13. Rot. dec. 164. nu. 22. par. 6. recent.* ſiuè attendatur ſubſequens
3 verbum, *& intiera*, quod rem perfectam, & abſolutam indicat *l. nomen 34. §. fin. ff de leg. 3. l. 1. §. cum dicitur in verb. Integrum ff. ſi cui pluſquam per l. Falcid. l. ſi quando 2. l. de bon. vacan. lib. 10. Alex. conſ. 141. in fin. lib. 2. Io. de Amic. conſ. 12. nu. 31. Surd. conſ. 351. nu. 7. lib. 4. Bertaz de Clauſul. Inſtrum. clauſ. 26. gloſſ. 7. num. 3.* Siuè
4 demum conſiderentur verba, *e per tutto quello può pretendere da eſſo Sig. Carlo ſuo figliuolo,* quæ omne prętenſum creditum comprehendunt *Surd. deciſ. 217. num. 14. Menoch. conſ. 496 num. 62.*

5 Inſpecto pariter credito prætenſi mutui prædictum mandatum eſt iniuſtum, quia cum d. mutuum deregatur ſimulatum, nullam meretur executionem, etiam ſi fuerit ſub obligatione Camerali contractum cum
6 exceptio ſimulationis, quæ, prout hic, incontinenti probatur impediat executionem etiam obligationis Cameralis. *Galleſ. de oblig. Cam. par. 4. q. 2. num. 5. Farinac. de ſimulat. quæſt. 162. num. 64. Caſ. de Graſſ. deciſ. 16. num, 10. de prob. Burat. dec. 76. num. 1. Rot. deciſ. 61. num. 9. par. 5. & deciſ. 259. num. 8. part. 6.* cum alijs relatis

tis in ſimili cauſa Romana prætenſi Cambij
27. Aprilis 1640. §. 1. *coram b. me. Merlin.*

Simulatio autem d. mutui ſatis probatur.
Nam vltra cauſam ſimulandi cōcurrunt plu-
7 res coniecturæ illam ſuadentes, prout re-
quiritur ad hoc, vt contractus dicatur ſimu-
latus. *Bart. in l. ſi poſt contractum num 2. ff. de donat. & conſ. 65. num. 4. lib. 1. Ancar. conſ. 227. num. 3. Bellam. deciſ. 705. num. 2. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 600. n. 18. Rot. deciſ. 318. n. 15. part. 5. & deciſ. 11. n. 2. part. 7. recent.*

Cauſa ſimulandi viſa fuit eſſe fere illa eadem, quæ fuit canonizata in alia cauſa Romana prætenſi Cambii ſub die 27. Aprilis 1640. coram b. me. Merlino, nempè quod eum Eminentiſſimus D. Cardinalis Barberinus ad ſedanda diſſidia inter Io. Baptiſtam Caroli patrem, & eiuſdem Caroli Creditores, impuliſſet Io. Baptiſtam ad ſoluen. illis ſcut. 25. mil. iuxta ordines ab eodem Eminentiſſimo ſubſcribendos, & deindè idem Cardinalis ſubſcripſiſſet ordinem ad ſcut. 4000. perſoluen. Octauio pro omni, & toto eo quod à Carolo prætendere poſſet, Octauius, qui ſe longè maioris ſummæ creditorem prætendebat, ne commodum d. ordinis amitteret, & ex alia parte ſibi per quietationem finalem in reſiduo præiudicaret, curauit, vt ante huiuſmodi quietātiam à ſe facien. Carolus acciperet mutuo ab Vſimbardo ſcut. 7348. eaque eidem Octauio ſolueret pro reſiduo vltra dd. ſcut. 4. mil. & hanc fuiſſe intentionem partium apparet ex ipſo Inſtrumento Procuræ Caroli in perſonam Benedicti Octauij Filij ad accipiendum mutuo dd. ſcut. 7348. ab Vſimbardo in quo debitum Caroli calculatur in d. ſumma demptis ſcut. 4. mil. contentis in ordine ſubſcripto ab Eminentiſſimo Cardinale
8 Barberino, quæ enunciatiua ordinis, demon-
ſtrat partes notitiam illius habuiſſe, & eiuſ-
dem ordinis occaſione d. mutuum contra-
9 ctum fuiſse, cum contenta in eodem Inſtru-
mento dicantur inter ſe correſpectiua, &
vnum geſtum propter alterum *Dec. conſ. 279. num. 7. & ſeqq. Pariſ. conſ. 97. num. 23. & 24. lib. 3. Caputaq. dec. 206. par. 1. Rota apud Farinac. deciſ. 225. n. 14. dec. 528. nu. 3. par. 1. rec.*

10 Coniecturæ autem ſimulationis plures cō-
currunt. Primò, quidem Benedictus, qui fuit Procurator Caroli ad accipiendum mutuo pecunias ab Vſimbardo, & Octauij ſui patris ad recipiendum eaſdem à Carolo in ſatisfactionem Crediti, teſtatur pecunias reuerà non fuiſſe numeratas ab Vſimbardo, neque ſolutas Octauio, ſed eàs interueniſſe ſolum, vt dicitur, *per moſtra*. Quæ quidem atteſtatio Benedicti tanquam de facto proprio, & in præiudicium Octauij patris plurimum vrgere viſa fuit ſaltem pro ſimulationis coniectura, quam etiam ex dicto Proxenetæ deſumpſit *Rota in d. Romana Cambij coram D. meo Merlin. §. Verum ex doctr. Benint. dec. 6. num. 4. & ſeqq. Seraph. dec. 889. num. 3.* Maximè concur-
11 rentibus alijs coniecturis, quia tunc etiam
vnicus Teſtis probat ſimulationem. *Gabr. conſ. 51. ſub num. 7. lib. 2. Mantr. deciſ. 323. num. 4.* cum alijs *alleg. in d. Romana Cambij §. Et vnum Teſtem.*

Secundò, quia inueriſimile omnino eſt, quod D. Vſimbardus tam ingentem ſummam voluerit mutuare Carolo filio familias abſque fideiuſſore, & nulla deſuper adhibita
12 cautione, vel ſecuritate, quę inueriſimilitu-
do paſſim attenditur ad detegendam ſimulationem. *Rot. deciſ. 61. num. 10. part. 5. & dec. 283. num. 9. in fin. & num. 11. part. 5. rec. & in Romana pecuniaria 9. Iunij 1636. coram b. m. Merlino ſub verſ. quintam eignet*, & in præcitata Romana præten. Cambij coram eodem *b. m. Merlino §. hic autem.*

Tertiò, quia paulòpoſt Vſimbardus ceſſit creditum mutui eidem Octauio, qui profectò ceſſionem huius noui crediti non acceptaſſet aduerſus Carolum, à quo nec antiquum integrè exegerat, vt ponderat *Mandel. conſ. 512. n. 5. verſ. Quarum prima eſt*; ſed ideò acceptauit, quia ſic ab initio cum Vſimbardo, & Carolo conuenerat ad eludendum ordinem D. Cardinalis Barberini, & mentem Io. Baptiſtæ Caroli Patris, qui nunquam ſoluiſſet, niſi totum, & integrum debitum extingui cogitaſſet.

13 Quartò, quia in ceſſione Vſimbardus de-
14 clarauit nolle ſe teneri de veritate Crediti, de
qua eum Cedens ſemper teneatur etiamſi non expreſſerit *Bertrand. conſ. 217. num. 1. lib. 7. Becc. conſ. 105. num. 13. Dec. conſ. 101. num. 1. Fabian. de Mont. de empt. & vend. quaſt. 6. princ.*
15 *num. 67.* Vtique hæc inſolita declaratio ſimu-
lationem arguit *Roland. conſ. 40. num. 39. lib. 2. Aym. conſ. 587. ſub num. 16. Mandel. conſ. 791. n. 16. Rota deciſ. 24. n. 6. part. 3. recent.*

Quintò, quia Carolus alios cōtractus ſimulatos geſſit ad eludendos ordines eiuſdem Eminentiſſimi Cardinalis Barberini, & agi-
16 tur inter coniunctos, inter quos facilis præ-
ſumitur ſimulatio *Laderch. conſ. 75. nu. 6. Surd. conſ. 373. n. 39.*

17 Neque obſtant ſubſequentes contractus ex
eadem cauſa mutui vt ſupra ceſſi celebrati ſuper liquidatione Cambiorum, quia præcedens ſimulatio mutui influit in omnes contractus poſtea ſubſequutos. *Pariſ. conſ. 55. num. 58. & ſeqq. lib. 1. Decian. conſ. 104. num. 3. lib. 2. Rota in d. Romana Cambij coram bo. me. Merlino*, maximè quia in illis non agebatur de ſimulatione, ſed de liquidatione Cambiorum, ſuper qua interceſſit tam arbitrium bo. me. Pirouan, & Buccabellæ, quam Sereniſſimi Principis Mauritij tunc Cardinalis à Sabaudia, qui admittendo liquidationem non cenſetur approbaſſe contractum reſpectu ſimulationis, de qua non fuit actum, ſed potius ſuppoſuiſſe veritatem ipſius contractus, ſicut
18 dicimus, quod decretum Iudicis interpoſi-
tum ſuper ſecunda obligatione minoris non validat primam alioquin nullam *Rot. in Romana Pecuniaria 24. Aprilis 1657. coram bo. me. Merlino §. nec ſanatur*, vbi allegantur concordantes.

Et ita vtraque.

ROMA.

Digitized by Google

MANA DOMVS AD TRANSTYBERIM.

Veneris 6. Februarij 1643.

ARGVMENTVM.

Collige ex Summario.

SVMMARIVM.

1 *Confeſſio de æquitate canonica probat etiam ſi ſit emiſſa parte abſente.*
2 *Confeſſio extraiudicialis partis probatur per duos teſtes.*
3 *Teſtes præſumuntur conteſtes etiam ſi alter de altero mentionem non faciat dummodo in ſubſtantia conueniant.*
4 *Poſſeſſio probatur ex confeſſione partis licet qualificata ex quo qualitas reiicitur.*
5 *Poſſeſſor anterior manutenendus eſt.*
6 *Donans rem communem intelligitur donaſſe ſuam portionem.*

DECISIO DCCIV.

DOMINI dixerunt Franciſco Verardo
dandum eſſe mandatum de manutenē-
do inpoſſeſſionem Domus de qua agitur pro
medietate; non autem Patribus Collabi-
tis, quia conſtat de illius anteriori poſſeſ-
ſione ex Teſtibus deponeñ ne dum de auditu
ab ipſo, ſed etiam de viſu, & de confeſſione
1 Octauij Auctoris Collabitarum, quæ † de
æquitate Canonica vtique probat, etiam ſi
emiſſa parte abſente *Felin. in c. olim num. 3. & ſeqq. de Reſcript. Gabr. de confeſſ. concl. 1. num. 46. Rot. deciſ. 4. num. 1. par. 2. diuerſ. & deciſ. 158. n. 11. verſ. quod autem procedit par. 1. rec.* & pro illius
2 probatione † ſufficiunt duo Teſtes *Put. deciſ. 466. lib. 2. in correct. Rot. deciſ. 406. n. 3. & dec. 611.*
3 *num. 3. par. 2. rec.* Qui Conteſtes † præſumuntur
etiam ſi alter de altero mentionem non faciat
dummodo in ſubſtantia conueniant *Surd. conſil. 12. num. 43. & ſeqq. cum aliis alleg. per Buratt. deciſ. 458. ſub nu. 8.* eamdemque Franciſci poſ-
ſeſſionem faſſi fuerunt Teſtes inducti per ip-
ſos Collabitas, nec non ipſimet Collabitæ,
qui licet dixerint Franciſcum habitaſſe Do-
4 mum Iure familiaritatis, poteſt † tamen hac
qualitate reiecta acceptari eorum confeſſio
Rot. deciſ. 230. num. 2. & ſeq. inter impreſſ. apud Moderu. de manutent. Vltra, quod etiam bene ex-
cluditur, quod d. habitatio Franciſci fuerit
Iure familiaritatis. Nam ſi hoc deducitur ex
eo quod ipſe inhabitaret Domum tanquam
Procurator Octauij, hoc remouetur ex facto
etenim tàm ex Teſtibus ipſius Franciſci, quàm
ex Chirographo Procuræ Octauij in perſonā
Thomaſſini clarè probatur, quod Franciſcus
longe ante annum 1631. & ſic ante motam
litem deſierat eſſe Procurator Octauij, & con-
ſtitutus fuerat Thomaſſinus.

Aut verò pretenditur hoc elici ex quo con-
ſtaret de dominio ſolius Octauij ſuper hac Do-
mo, & pariter ceſſat obiectum, quia cum
Domus eſſet hereditaria Domitij Patris Octa-
uij, & Antonij, ac vterque eam poſſideret,
vt faſſus fuit Octauius, ac deponunt Teſtes
Colabitarum, & iuſtificatur ex Inſtrumento
Cenſus ab vtroque deſuper impoſit. Do-
minium Octauij reſtringebatur ad medieta-
tem Domus, alia verò medietas ſpectabat ad
Antonium, cuius hæreditatem Octauius ceſ-
ſit ipſi Vbaldo, & propterea cum poſſeſſio
5 Franciſci † ſit de anno 1631. & ſic anterior
Colabitis, qui poſſeſſionem ceperunt de anno
1635. ſequitur ipſi deberi manutentionem *c. licet cauſam cum ibi not. de probat. Menoch. de retinen. remed. 3. num. 725. & ſeqq. Seraph. deciſ. 810. num. 1.* Maximè quia Colabitæ nituntur In-
ſtrumentali poſſeſſioni captæ in executionem
donationis factæ ab Octauio de ſuis bonis,
6 ſub qua † non venit niſi medietas ad Octa-
uium ſpectans *Iaſ. in l. ſerui electione 5. §. 1. nu. 6. verſ. adde etiam ff. de leg. 1. Surd. conſ. 13. num. 2. & ſeqq. Mantic. de tacit. lib. 13. tit. 23. num. 6.*

Non obſtat exceptio ſimulationis, & alia quæ deducebantur per Informantes contra Ceſſionem factam Franciſco ab Antonio, quia illa non viſa fuerunt eſſe præſentis Indaginis, ſed reiicieñ eſſe ad petitorium.

Et ita &c.

MELEVITANA MARESCIALLATVS.

Veneris 27. Februarij 1643.

ARGVMENTVM.

Statuti Religionis Hieroſolymitanæ ſextum & ſeptimum de contract. & alienat. quid diſponant circa Equites alienantes bona Religionis ſine debitis ſolemnitatibus.

SVMMARIVM.

1 *Eques hieroſolimytanus alienans bona Religionis ſine bene placito Apoſtolico, vel magni Magiſtri, & Capituli Generalis cenſetur priuatus omnibus commendis, & beneficijs, quæ obtinet.*
2 *Bona Eccleſiaſtica regulariter alienari non poſſunt.*
3 *Alienatio rei Eccleſiaſticæ, vt ſuſtineatur duo copulatiue requirit cauſam, quæ debet eſſe neceſſitas, vel euidens vtilitas Eccleſiæ, & ſolemnitatem nẽpe beneplacitum Apoſtolicum aut alterius ſuperioris autoritatem habentis.*
5 *Bona Eccleſiæ locari ſolita poſſunt relocari abſque alia ſolemnitate.*
6 *Bona, vt dicantur locari ſolita, quæ requirantur.*
7 *Bona Eccleſiaſtica etiam locari ſolita non poſſunt iterum relocari abſque ſolemnitate quando ſolitum alteratur.*
8 *Pœna priuationis beneficij contra male alienantes bona Eccleſiæ licet incurratur ipſo iure non habet tamen locum niſi præcedat ſententia declaratoria facti.*
9 *In Notorijs poteſt deueniri ad executionem abſque alia ſententia declaratoria.*

DECISIO DCCV.

DOMINI reſponderunt D. Commendatori fratri Ioanni Laſax de la Tour non eſſe adiudicandam dignitatem Mareſciallatus de qua agitur, moti præcipue ex eius incapacitate, quæ reſultare viſa fuit ex eo quod ille alienauit propria auctoritate Molendinum vnà cum Pratis, & Tenimentis ſpectañ ad Cõmendam, quam obtinebat, illudque conceſſit in emphyteuſim perpetuam cuidam laico recipienti pro ſe, & ſucceſſoribus cum expreſſa obligatione ſtabilium d. Commendæ pro talis contractus obſeruantia propter quam
1 alienationem † factam ſine beneplacito Apoſtolico, vel Magni Magiſtri, et Capituli Generalis incidit in penas comminatas per ſtatuta Religionis ſextum, & ſeptimum de contract. & alienar. Et conſequentet cenſetur priuatus omnibus Commendis, & beneficiis, etiam ſi id non fuerit expreſſum, prout diſponitur in altero Statuto 27. de verb. ſignif. quæ ſtatuta conueniunt cum diſpoſitione Iuris
2 communis, iuxta quam res Eccleſiæ † regulariter alienari non poſſunt *c. ſine exceptione 52. cauſ. 12. quæſt. 2. c. nulli liceat 5. de reb. Eccleſ. non alien. c. hoc conſultiſſimo 2. eod. tit. in 6. Clem. 1. & ca. ii auag. ambitioſæ eod. tit.*

Neque alienatio d. Molendini viſa fuit excuſari poſſe ſub prætextu, quod minaretur ruinam. Quia periculum aſſ. ruinæ quatenus deſeruire potuiſſet pro ſufficienti cauſa alienãdi, non tamen eſt ſufficiens ad ſuſtinendam alienationem factam abſque ſolemnitate cum
3 alienario † rei Eccleſiaſticæ duo copulatiuè requirat, cauſam ſcilicet, quæ debet eſſe neceſſitas, vel euidens vtilitas Eccleſiæ, & ſolemnitatem, nempè beneplacitum Apoſtolicum, aut alterius ſuperioris auctoritatem habentis *c. 1. de reb. Eccleſ. non alien. in 6. d. Clem. 1. eod. tit. Abb. in c. 2. num. 10. verſ. duo enim ſunt neceſſaria de his quæ vi metuſue cauſ. fiunt & in c. ad naturam 11 num. 8. de reb. Eccleſ. non alien. Dec. in auth. qui rem num. 23. verſ. & in alienatione bonorum Eccleſiæ C. de ſacroſ. Eccleſ. & conſ. 142. num. 4. Couar. var. reſ. lib. 2. cap. 17. num. 2. Redoan. in tract. de reb. Eccleſ. alien. vel non quæſt. 51. cap. 7. num. 2. Molin. de contract. diſp. 468. num. 2. & 14. Quarant. in Sum. Bull. in verb. alienatio rerum Eccleſiæ num. 2. Rot. coram Seraph. deciſ. 508. num. 1. & in diuerſ. deciſ. 160. nu. 1 & 178. num. 1. par. 2. & in recent. deciſ. 430. num. 1. par. 2. & deciſ. 367. num. 5. par. 5. & in Gerunden Scribaniæ 1. Iulij 1637. §. Præſertim quia, & 27. Nouembris eiuſdem anni §. Circa alios autem, & 26. Februarij 1638. §. 1. coram bo. mem. Merlino.*

Non obſtat, quod prædictum Molendinum fuerit alias locatum, ſeu conceſſum in emphyteuſim, & propterea tanquam locari ſolitum
4 potuerit relocari abſque alia ſolemnitate *c. 2. & ibidem gloſ. in verb. Inueſtire, & Abb. num. 3. de feud. Dec. in d. auth. qui rem num. 20. verſ. prima eſt C. de ſacroſ. Eccleſ. Calder. conſil. vlt. circa med. verſ ſed nego conſuetudinem tit. de conſuetud. Ruin. conſ. 41 num. 39. lib. 1. Ber. conſ. 86. nu. 1. lib. 1. Iul. Clar. lib. 4. Sent. § emphyteuſis quæſt. 6. poſt princ. verſ. ſi verò res Eccleſiæ Molin. de contract. d. diſput. 468. nu. 17. Couar. var. reſ. d. lib. 2. cap. 17. num. 4. Quarant. in ſum. Bull. in d. verb. Alienatio rerum Eccleſiæ n. 39. verſ. bona igitur, & in terminis bonorum huius Religionis conſuluit Gabr. conſ. 71. num. 2. & 7. lib. 2.*

Tum quia huiuſmodi ſolitum non probatur niſi ex aſſertione eiuſdem fratris Ioannis alienantis, cui non creditur, ſed debet aliunde iuſtificari, nimirum vel ex vna locatione ſo-
5 lemni, ac valida, † vel ea deficiente ex duabus non ſolemnibus ſpatio tamen 40. annorũ effectum ſortitis *Dec. in d. auth. qui rem num. 20. C. de ſacroſ. Eccleſ. & d. conſ. 142. ſub num. 4. verſ. ſolum ſupereſt reſpondere Molin. de contract. d. diſp. 468. num. 20. Ruin. d. conſ. 41. num. 39. verſ. dicitur autem inducta conſuetudo lib. 1. Alex. conſ. 189. n. 19. lib. 2. & conſ. 9. num. 6. lib. 3. Seraph. deciſ. 434. n. 5. Rota deciſ. 367. num. 18. & 19. part. 5. recent.*

Tum etiam, quia ex Inſtrumento eiuſdem locationis, ſeu conceſſionis in emphyteuſim apparet illam factam fuiſſe pro minori quantitate Canonis in perpetuum, & cum aliis cõditionibus in aſſ. præcedenti locatione non appoſitis. Vnde dicebant Domini illam non potuiſſe fieri abſque ſolemnitatibus, ſcilicet beneplacito Sedis Apoſtolicæ, vel Magni Ma-
6 giſtri, cum † res Eccleſiaſtica etiam locari ſolita non poſſit iterum locari abſque ſolemnitate, quando ſolitum alteratur *Dec. in d. auth. qui rem num. 22. C. de ſacroſ. Eccleſ. Clar. in d. § emphyteuſis quæſt. 6. verſ. ſuas tamen bene Alex. d. conſil. 9. num. 2. lib. 3. Vrſil. ad Afflict. deciſ. 305. num. 8. verſ. Primò quod iſta, & num. 9. verſ. Item ex ſecundò Decian. conſ. 73. num. 43. lib. 2. Redoan. de reb. Eccleſ. non alien. q. 51. num. 19. & ſeqq. Molin. de Iuſt. & Iur. cap. 468. num. 19. Ferdin. à Caſtrpal. Moral. par. 2. tract. 12. punct. 15. § 4. nu. 4. Quarant. in d. verb. alienatio rerum Eccleſiæ num. 40. verſ. concluſionem hanc Rot. deciſ. 176. num. 42. & ſeqq. par. 5 recent. & in d. Gerunden Scribaniæ 1. Iulij 1637. §. neque dicatur, & 27. Nouembris eiuſdem anni §. Circa alios verſ. Tamen huiuſmodi ſolitum, & 26. Februarij 1628. §. nec obſtat verſ. Alienatio autem coram bo. me. Merlino.*

Minus obſtat, quod pœna priuationis beneficij, quæ imponitur contra male alienantes bona Eccleſiæ licet incurratur ipſo Iure non
7 tamen habet locum, niſi præcedat † ſententia declaratoria facti, ſcilicet alienationem factam fuiſſe ex relatis per *Sanchez ad Decalog. lib. 2. c. 202. n. 20. Quarant. in ſum. Bull. in d. verbo. alienatio rerum Eccleſiæ num. 49. verſ. in pœna verò priuationis Farinac. conſ. 205. ſub num. 32.*

Quia d. concluſio non procedit quando factum alienationis, prout hic eſt notorium, neque aliquid probatur, quod excuſationem
8 præbere poſſit, cum in notorijs † deueniri poſſit ad executionem abſque alia ſentẽtia declaratoria *Abb. in c. peruenit il primo nu. 7. & ibidem Præpoſit. num. 8. de appell. Bero. conſ. 176. num. 96. lib. 1. cum aliis cumulatis in Bonon. ſucceſſionis de Zanis 17. Maij 1641. coram R. P. D. meo Bichio.*

Et ita vtraque &c.

BVR-

BVRGI S. SEPVLCHRI IVRISPATRONATVS.

Veneris 6. Martij 1643.

ARGVMENTVM.

Iuriſpatronatus pertinentia vtrum probetur per concordiam initam inter compatronos; & quãdo iſta dicatur habuiſſe effectum per ſucceſſiuas præſentationes ad illius normam factas: Deſcendentia ab exiſtentibus in poſſeſſione patronatus quomodo iuſtificetur, & an iuſpatronatus pro aliqua parte ſpectans ad Epiſcopum poſſit Sede vacante ſpectare ad Vicarium Capitularem.

SVMMARIVM.

1 *Concordia inita inter compatronos æquiparatur ſententiæ quæ tranſitum fecit in iudicatum.*

2 *Concordia in parte effectuata etiam quoad omnia capita dicitur eſſe in obſeruantia.*

3 *Quaſi poſſeſſio præſentandi acquiritur ex vnica præſentatione effectum ſortita.*

4 *Iuſpatronatus non deſinit eſſe indiuiduum per diuiſionem præſentandi per turnum inter compatronos factam cum turnus diuidet tantum exercitium.*

5 *Præſentatio vnius ex compatronis in dubio conſeruat poſſeſſionem aliorum ex eodem iure venientium, & num. 23.*

6 *Poſſeſſio etiam per procuratorem acquiri poteſt.*

7 *Poſſeſſio præſentandi reſpectu vnius beneficij trahitur ad omnia alia contenta ſub eadem diſpoſitione.*

8 *Generalitas omnia comprehendit.*

9 *Actus præſumitur geſtus in executionem præcedentis tractatus.*

10 *Ex obſeruantia poſt contractum ſubſequuta declaratur qualis fuerit præcedens intentio contrahentium.*

11 *Mandatum procuræ regulariter non probatur ex enunciatiua illius facta in aliquo inſtrumento etiam ſi Notarius dicat ſe de illo rogatum fuiſſe.*

12 *Hoc limitatur quando dictum mandatum enunciatur in inſtrumento antiquo.*

13 *Talis enunciatiua afficit vt illud præſumatur præſertim iunctis adminiculis, & n. 14.*

15 *Deſcendentia à Patronis, ex quibus reſultare dicatur.*

16 *Vox quæ ſpectat ad Epiſcopum ſede vacante accreſcit compatronis.*

17 *Inſtitutio habet vim præſentationis quando eſt facta ab illo qui præſentare poteſt.*

18 *Capitulum ſede vacante non ſuccedit niſi in his quæ ſunt iuriſdictionis ſpiritualis non autem in his, quæ Prælato competunt ex aliquo iure ſpeciali.*

19 *Nemo dat quod non habet.*

20 *Capitulum ſede vacante poteſt præſentare quando periculum eſt in mora; Quod procedit quando præſentatio originaliter ſpectat ad Capitulum cum conſenſu tamen Epiſcopi, ſecus quando præſentatio abſolutè ſpectat ad Epiſcopum, & n. 21.*

22 *Capitulum ſede vacante poteſt facere collationem neceſſariam.*

DECISIO DCCVI.

ECCLESIA Parocchialis, de qua agitur; ſub inuocatione SS. Laurentini, & Præſcentini ſita in Villa, ſeu loco Gragnani Dioc. Burgi Sancti Sepulchri vacauit in menſe Auguſti anni 1634. per obitum q. Ioannis Nomij Sede Epiſcopali tunc vacante. Quocirca D. Comes Franciſcus Gonzaga præſentauit Matthæum Mazonum, qui narrans inter alia ſe fuiſſe præſentatum à medietate Patronorum obtinuit prouiſionem Apoſtolicam cum derogatione alterius medietatis. E contra verò Parocchiani eiuſdem loci præſentarunt Hilarium Paſcuccium, quem Vicarius Capitularis decreuit eſſe inſtituendum. Cauſa ad Rotam delata firmatum fuit primo loco ſub die 5. Iulij 1638. coram bon. mem. Coccino Iuſpatronatus d. Eccleſiæ ſpectare pro vna tertia parte ad D. Epiſcopum Burgi Sancti Sepulchri, & pro alia tertia parte ad Parochianos eiuſdem loci Gragnani, & pro alia tertia parte ad Comites Montis Dolci ex rationibus deductis in deciſione deſuper extenſa, qua præſuppoſita fuit ſucceſſiuè reſolutum ſub die 19. Decembris 1639. coram eodem d. Mazonum vti præſentatum à medietate Patronorum cum derogatione alterius medietatis eſſe inſtituendũ ex rationibus pariter deductis in alia deciſione, quæ cum hodie reuideretur coram me, placuit DD. in ea perſiſtere, quia narrata in gratia prouiſionis obtentæ ab ipſo Mazono apparent ſufficienter iuſtificata.

Clericatus enim, & idoneitas d. Mazoni, vacatio huius Eccleſiæ, & alia requiſita pro obtinenda inſtitutione ſatis iuſtificantur ex iuribus datis in Summario, & ponderatis in eadem deciſione.

Exiſtentia iuriſpatronatus eiuſdem Eccleſiæ, illiuſque diuiſio in tres partes non controuertebatur, & firmata fuit in prima deciſione, quæ etiam hodie præſupponebatur.

Pertinentia verò eiuſdem iuriſpatronatus ad prædictum Com. Franciſcum Gonzagam, à quo idem Mazonus præſentatus fuit probatur ex Inſtrumento Tranſactionis initæ vſque de anno 1574. inter Com. Petrum Franciſcum ex vna, Chriſtophorum Gonzagam (à quo deſcendit d. Com. Franciſcus) ex alia, & DD. fratres de Stufa partibus ex altera per ſe, eorumque hæredes, & ſucceſſores, qui omnes habentes nedum tertiam vocem quoad iſtam Eccleſiam loci Gragnani; Verumetiam ius præſentandi ad quãplures alias Eccleſias conuenerunt inter ſe, vt alternatim præſentarent, nempe ad Eccleſiam de Mauiano Dioc. Aretinæ Domini Gonzaghæ, & Stufę præſentarẽt pro prima vice, & pro ſequenti vice præſentaret Com. Petrus Franciſcus, & è conuerſo ad cœteras Eccleſias d. Com. Petrus Franciſcus pro prima vice, & pro ſequenti vice pręſentarent DD. Gonzaghæ, & Stufę, quę concordia ſufficienter probat pertinentiam d. Iuriſpatronatus quoad omnes in ea cõpręhen-
1 ſos, cum illa † æquiparetur ſententiæ, quæ tranſitum fecit in iudicatum, *l. non minorem* 20.

C. de

Cod. de Tranſact. Ber. conſ.176. nu.26. vol.1. Soccin. iun. conſ.32.num.7.vol.3. Roland. conſ.23.n.17. lib.4. Surd. conſ.418. num.12. Gratian. diſc. for. cap.400. num.22. bon. mem. Duran. dec.121.n.2.

Eoque magis cum illa fuerit effectum ſortita nedum quoad alias Eccleſias ex pluribus inſtitutionibus factis ad illorum præſentationem diuerſis temporibus cum expreſſa men-
2 tione eiuſdem cōcordiæ, quę † proinde etiam quoad hanc Eccleſiam effectuata cenſetur, *Add. ad Gregor. XV. deciſ.557. numer.9. verſ. prout etiam concordia*; Verum etiam quoad hanc ipſam Parochialem loci Gragnani; ſiquidem ea vacante anno 1575. d. Com. Petrus Franciſcus vnus ex nominatis in prædicta concordia exiſtens in ſuo turno præſentauit ſimul cum Epiſcopo, & Parochianis habentibus reliquas duas tertias partes Sebaſtianum de Tondolis, cuius præſentatio fuit etiam effectum ſortita, ex eo quia per eius obitum fuit præſentatus, atque inſtitutus prædictus Ioannes Nomius, per cuius obitum contigit vacatio, de qua agitur; ex tali enim effectuatione probatur quaſi poſſeſſio præſentandi non ſolum quoad ipſum Com. Petrum Franciſcum, qui actu præſentauit, cum etiam ex vnica preſentatione effectū
3 ſortita acquiratur † quaſi poſſeſſio preſentandi, *Bald. conſ.32. num.4. lib.1. Corn. conſ.42. num.4. verſ. ex prima præſentatione lib.3. Dec. conſ.117. num.2. & conſ.124. nu.1. Rimin. iun. conſ.214.n.14. Rota dec.174. num.1. par.1. rec.* Sed etiam quoad cęteros Compatronos, qui non preſentarunt, quia licet Iuſpatronatus dd. Eccleſiarum fuerit inter eos diuiſum quoad actum præſentationis per turnum, attamen talis turnus non
4 efficit † quin Iuſpatronatus ſit indiuiduum quoad proprietatem, cum ille diuidat dumtaxat vſum, ſeu exercitium præſentandi, *Innoc. in cap.1. num.1. de Iurepatr. Vitalin. in Clem. plures, §. & vt facilius num.3. eod. tit. Lotter. de re benef. lib.2. q.10. n.99. Rota in Gerunden. benef. 4. Iulij anni præteriti coram R.P.D. meo Bichio,* & conſequenter preſentatio facta à D. Co. Petro Franciſco ſuffragatur etiam Comiti Chriſtopharo
5 eius Compatrono, cum in dubio † præſentatio † vnius ex Compatronis conſeruet poſſeſſionem aliorum ex eodem iure venientium, *Abb. conſ.54. ſub num.3. verſ. Nec obſtat ſi dicatur, vol.1. Ruin. conſ.50. num 9. & ſeqq. lib.5. Rim. iun. conſ.214. num.40. Lambert. de iurepatr. lib.2. par.1. q.3. princip. art.16. num.15. & 22. Veral. dec. 291. 366. & 415. p.2. Garz. de benef. par.5. c.5. n.115. Add. ad Greg. XV. dec.417. n.15.*

Et videbatur ceſſare difficultas, ex eo, quia prædicti Tranſigentes viciſſim ſe conſtituerunt Procuratores, & ſic vnuſquiſque in ſuo turno dicitur acquiſiuiſſe poſſeſſionem nomine nedum ſuo, ſed etiam Compatronorū,
6 cum poſſeſſio etiam † per Procuratorem acquiri poſſit, *l.1. §. per Procuratorem, & d. l. cum ſeruus 42. §. Procurator, ff. de acquiren. vel amitt. poſſeſſ.*

Quibus accedunt predictę aliç præſentationes quoad alias Eccleſias cum expreſſa relatione ad predictam tranſactionem ſucceſſiuè factę ab eiſdem Compatronis in ea nominatis, qui propterea dicuntur acquiſiuiſſe quaſi poſſeſſionem preſentandi etiam quoad hanc
7 Eccleſiam cum poſſeſſio † preſentandi reſpectu vnius beneficij trahatur ad omnia alia beneficia contenta ſub eadem diſpoſitione, prout reſoluit *Rota in Viterbien. Iuriſpatronatus 4. May 1665. coram Satrato, quam refert, & ſequitur Add. ad Greg. XV. ad dec.557. n.8.*

Nec releuat, quod prædicti tranſigentes nō fecerint ſpecificam mentionem omnium Eccleſiarum, quarum iuſpatronatus ad eos ſpectat, & ſignanter huius, de qua agitur. Quia cum illi trāſegerint non ſolum quoad Eccleſiam de Mauiano expreſsè nominatam; Verùm etiam indefinitè quoad cœteras Eccleſias, in quibus habebant ius præſentandi, nulla facta reſtrictione potiùs ad vnam, quam ad aliam, cenſentur etiam hanc Eccleſiam in d. tranſactione comprehendere voluiſſe tùm
8 ex eius generalitate, quæ eſt apta omnia comprehendere, *Curt. iun. conſ.191. numer.20. Surd. conſ.418. num.4. Greg. XV. dec.354. num.12.* Tùm etiam ex prædicta ſucceſſiua præſentatione ad illam facta anno ſequenti poſt d. tranſactionem nempe anno 1575. à Com. Petro Fran-
9 ciſco, quæ quidem præſentatio † non docto de alio titulo præſumitur facta in executionē præcedentis tranſactionis, *Menoch. de præſumpt. lib.6. præſumpt.67. num.1. & ſeqq. Surd. conſ.24. num.16. & dec.70. num.9. Rota dec.100. num.5. p.2. diuerſ.* & conſequenter plurimum operatur ad demonſtrandum Eccleſiam, de qua agitur, fuiſſe ſub d. tranſactione comprehenſam, cum
10 ex obſeruantia † poſt contractum ſubſequuta declaretur qualis fuerit præcedens intentio contrahentium, *Ceph. conſ.58. num.27. Rimin. iun. conſ.214. num.13. Rota dec.301. n.8. par.1. recent.*

Neque ſubſiſtere visum fuit, quod prædicta trāſactio reſpectu d. Com. Petri Franciſci fuerit inita à Procuratore non habente ſpecialem mandatum ad tranſigendum. Quia contrarium conuincitur ex Inſtrumento eiuſdem tranſactionis, in quo d. mandatum expreſsè enunciatur, licet enim mandatum regulariter
11 non probetur † ex enunciatiua illius facta in aliquo Inſtrumento, etiam ſi Notarius dicat ſe de illo rogatum fuiſſe ex relatis à *Surd. deciſ.231. ſub num.2. & 3. & Add. ad Bur. dec.209. num.15.* Nihilominus d. concluſio limitatur,
12 quando, prout hic, illud † enunciatur in Inſtrumento antiquo, *Add. ad Bur. d. deciſ. 209.*
13 *num.18.* Vel ſaltem talis † enunciatiua efficit, vt illud præſumatur, *Gabr. com. opin. tit. de procur. concl.1. num.9. Menoch. præſ.33. num.25. lib.2. Rota deciſ.440. num.5. in fin. par.2. recen.* Iunctis
14 præſertim † adminiculis, *Rota dec.183. num.1. par.1. diu. Greg. XV. dec.101. num.2. par.5. diuerſ. num.19.*

Quod autem prædictus Comes Franciſcus deſcendat a Com. Chriſtopharo nominato in prædicta tranſactione apparet ex partitis formiter compulſatis ex libris decimarum Florētiæ, in quibus ipſe reperitur deſcriptus vna cum fratribus per hæc verba: *Il Conte Gio: Battiſta, Conte Aſtorre, e Conte Franceſco del Chri-*

Digitized by Google

Conte Chriſtopharo del Conte Gio. Franceſco Gonzaga da Montedoglio. Qui libri cum ſint adminiculati ex alijs partitis formiter extractis ex alijs libris olim Abbatiæ, nunc menſę Epiſcopalis Burgi Sancti Sepulchri, atque ex Inſtrumento venditionis bonorum factæ de anno 1615. in quibus eadem fit enunciatio, necnon ex plurium Curialium atteſtatione, ſufficienter probant deſcendentiam ipſius Com. Fran-
15 ciſci ex d. Com. Chriſtopharo, cum illa † ſufficienter probetur ex huiuſmodi libris iunctis adminiculis, prout in ſpecie dixit *Rota coram Buratt. in deciſ. 358. num. 9. in fin. & ibidem Add. litt. B. & dec. 84. num. 3. par. 5. recen. vbi alia deciſiones recenſentur.*

Narratiua deniq; quod ipſe Mazonus fuerit præſentatus à medietate Patronorum viſa fuit ſufficienter iuſtificari, ex eo, quod ille fuit præſentatus à prædicto Com. Franciſco Gonzaga, qui tempore vacationis Parochialis habebat medietatem vocum, quamuis enim Iuſpatronatus huius Parochialis ſpectet pro vna tertia parte ad D. Epiſcopum, & pro alia tertia parte ad Parochianos, & pro reliqua tertia parte ad prædictos Com. Montisdolci, nihilominus, quia de menſe Auguſti 1634. quo contigit vacatio huius Parochialis Sedes Epiſcopalis erat vacans, vox quæ ſpectabat ad Epiſcopum conſolidata fuit pro illa vice penès alios Compatronos, & ſic integrum Iuſpatronatus reſedit penès d. Com. Franciſcum pro vna medietate, & Parochianos pro alia
16 medietate, † ne reliqua tertia pars ſpectans ad Epiſcopum dicatur in ſuſpenſo remanſiſſe, *Creſc. deciſ. 2. in fin. de iurepatr. cum alijs allegatis in deciſ. quæ reuidetur.*

Neque d. vox potuit tranſire ad Vicarium Capitularem, qui inſtituendo d. Mazonum cenſeri debet eumdem prę̨ſentare voluiſſe, ex eo, quod inſtitutio † habeat vim prę̨ſentationis quando facta eſt ab illo qui prę̨ſentare poteſt, *Panormit. in cap. cauſam 8. num. 6. verſ. & ſic nota ſingulariter de elect. Pauin. in tract. de poteſt. capit. ſed. vac. par. 2. q. 5. num. 4. verſ. non obſtat, quod præſentata, Felin. in cap. cum venerabilis nu. 38. in fin. de except. Lambert. de Iurepatr. lib. 2. par. 5. q. 2. art. 14. num. 2. verſ. neque obſtat*; quia talis Vicarius non potuit d. prę̨ſentationem facere, quia
18 ſicut Capitulum † ſede vacante non ſuccedit niſi in his, quæ ſunt iuriſdictionis ſpecialis, nō autem in his, quæ Prę̨lato competunt ex aliquo iure ſpeciali, vt poſt *Felin. & alios in c. cum olim de maiorit. & obed. tradit Strozz. de off. Vicar. lib. 2. q. 30. num. 3. & q. 188. num. 6.* Ita quoque Vicarius ab eo deputatus non poteſt exercere ea, quæ competebant Prę̨lato ex iure ſpeciali, quale eſt huiuſmodi ius prę̨ſentandi, cum ne-
19 mo † poſſit dare quod non habet, *l. nemo poteſt, ff. de reg. iur. l. Traditio ff. de acquir. rer. domin. cum ſimilib.*

20 Nec obſtat replicatio, † quod Capitulum ſede vacante poſſit prę̨ſentare, quando periculum eſt in mora, puta quia conſumaretur vacatio beneficij antequam Eccleſia de Rectore prouideretur iuxta limitationem adductam à *Pauino de poteſt. Capit. ſed. vac. par. 2. q. 5. nu. 4. ad med. verſ. Et etiam.* Quia d. limitatio tunc demum procederet, quando prę̨ſentatio ſpe-
21 ctaret originaliter ad Capitulum † cum conſenſu tamen Epiſcopi, ſecus verò, quando, prout hic, prę̨ſentatio abſolutè ſpectat ad Epiſcopum, vt in ſpecie declarat *Lambert. de Iurepatr. lib. 2. par. 1. q. 2. art. 14. ſub num. 8. verſ. Eſt bene verum.*

22 Neque applicatur ſimile de collatione neceſſaria, quam Capitulum ſede vacante facere poteſt, vt per *Rebuff. & alios alleg. per Garz. de benef. par. 5. cap. 7. num. 55. & plurib. ſeqq.* Quia talis neceſſitas non cadit in præſentatione ad beneficium, cuius Iuſpatronatus ſpectat ad plures, cum illud prouideri poſſit ad præſentationem aliorum Cōpatronorum, per quam non infertur præiudicium Epiſcopo, ſed imo
23 ius illius † præſeruatur, *d. l. communis ſeruus, ff. de acquir. poſſeſſ. Abb. d. conſ. 54. ſub num. 3. verſ. nec obſtat ſi dicatur vol. 1. Ruin. d. conſ. 50. num. 9. & ſeqq. vol. 5. cum alijs ſupra alleg.*

Et ita vtraq; &c.

ROMANA FIDEICOMMISSI DE MARIANIS.

Lunæ 16. Martij 1643.

ARGVMENTVM.

Agitur de diſpoſitione facta à Religioſo ante ingreſſum in Religionem, & ante purificatum fideicommiſſum ad ſui fauorem, an ſcilicèt ſub illa d. fideicōmiſſum veniat, ſeù potiùs ad Religionem in qua profeſſionem emiſit, & alia traduntur de ſpe ſuccedendi fideicommiſſo quando iſta ſit tranſmiſſibilis.

SVMMARIVM.

1 *Fideicommiſſarius inter alia pro conſecutione bonorum fideicommiſſariorum tenetur docere de fideicommiſſi purificatione.*

2 *Nepos ex fratre, aut ſorore prædefunctis ab inteſtato ſine aſcendentibus, aut deſcendentibus dicitur legitimus hæres illorum.*

3 Statut. Vrb. lib. 1. cap. 142. *habens filios poſitos in conditione pro vocatis habet locum etiam in conſanguineis affinibus agnatis, ſeu cognatis.*

4 *Proximiores deſcendentes tunc ſuperuenientes quando fuerunt vocati tunc proximitas requiritur de tempore obitus, & fideicommiſſi purificatione.*

5 *Hæredum legitimorum appellatione quando fuerunt ſolum poſiti in conditione veniunt ſolum filij, & deſcendentes inſtitutorum ſecus agnati tranſuerſales.*

6 *Poſitus in conditione cenſetur vocatus d.* Stat. Vrb. lib. 1. cap. 142.

7 *Lineæ appellatione ſi adſit genitiuum alicuius tunc venit ſolum linea effectiua, & diſcenſiua ab illo.*

8 *Hæreditas, quæ obuenit Monacho poſt profeſſionem defertur immediatè Monaſterio vbi profeſſio fuit emiſſa.*

9 *Hæreditas delata Monacho poſt emiſſam profeſſionem neque momento temporis penes illum reſidere dicitur, ſed recta via Monaſterio acquiritur.*

10 *Et*

Digitized by Google

10 *Et hoc ne Monachus deueniret e.ſpax dominij contra votum paupertatis.*

11 *Teſtator ſub vniuerſali diſpoſitione cenſetur voluiſſe comprahendere etiam ius fideicommiſſi ad quod erat vocatus.*

12 *Monachus ante ingreſſum in Religionem liberè diſponere valet de bonis ſuis etiam priuatiuè ad Religionem in qua eſt profeſſurus.*

13 *Fideicommiſſum aut legatum conditionale relictum in vltima voluntate ad fauorem alicuius ante euentum conditionis non tranſmittitur ad eius hæredes.*

41 *Fideicommiſſum aut legatum conditionale nec etiam ad liberos, ſeu deſcendentes tranſmittitur ante euentum conditionis.*

15 *Fideicommiſſum, aut legatum relictum ſub conditione ante euentum illius non dicitur eſſe in bonis noſtris.*

16 *Ideoque illud interim legari non poteſt cum verſemur in legato ſub conditione.*

17 *Subſtitutus per fideicommiſſum etiam ante conditionis euentum dicitur interim habere ſpem in illo ſuccedendi à iure approbatam ſaltem mortuo primo Teſtatore.*

18 *Ius in ſpe à iure approbatum tranſmittitur ad hæredes.*

19 *Hoc procedit in ſpe qua oritur ex contractu ſecus, qua ex vltima voluntate num. 20. & ratio differentiæ aſſignatur num. 21. & 22.*

23 Text. in l. ſeruum filij 26. ff. de leg. 1. *in quibus terminis illius diſpoſitio procedat declaratur n. 24.*

25 *Conditio, ſeu ſpes, quæ oritur ex diſpoſitione iuris non impedit tranſmiſſionem ſecus quæ prouenit ex diſpoſitione Teſtatoris.*

26 *Spes ſuccedendi quæ ex fideicommiſſo oritur ſi fuerit ad actum perducta dicitur probabilis, & ad hæredes tranſmiſſibilis.*

27 *In vltimis voluntatibus attenditur tempus purificata conditionis.*

28 *Relictum conditionale quod pendente conditione non requiritur virtute tranſmiſſionis acquiritur ex vi diſpoſitionis Teſtatoris.*

29 *Fideicommiſſum conditionale tranſmittitur ad hæredes fideicommiſſarij etiam ante purificatam conditionem ſi ex coniecturis appareat hanc fuiſſe voluntatem Teſtatoris.*

30 *Tranſmiſſio fideicommiſſi difficilius inducitur ad fauorem hæredis extranei quam liberorum.*

31 *Proximitatis qualitas requiſita à Teſtatore tanquam inhærens perſona non eſt tranſmiſſibilis.*

DECISIO DCCVII.

MARIVS Marianus, & Clara Alicorna coniuges in Teſtamento inſimul condito de anno 1581. ſe ad inuicem inſtituerunt cum reciproca ſubſtitutione, & ipſis quandocunque decedentibus vulgaritèr pupillaritèr, & per fideicommiſſum, & aliàs omni meliori modo &c. ſubſtituerunt Traianum, & Antonium eorum filios cum reciproca paritèr ſubſtitutione inter ipſos, & caſu quo ipſi ſine liberis decederent vniuerſam hæreditatem deferri voluerunt ad Erſiliam eorum filiam pro duabus portionibus, & pro alia tertia parte ad Gabriellam, & Claram de Marianis eorumdem filias Moniales pro æquali portione, & ipſis Gabriella, & Clara Monialibus non exiſtentibus tunc earum portiones peruenire voluerunt ad proximiores deſcendentes tunc ſuperuiuentes ex linea vtriuſque coniugis, itaut quælibet linea pro medietate ſuccederet, & vna non extante altera exiſtens in vtraq; ſubintraret.

Deceſſit ante Teſtatores ipſe Traianus filius ſine prole, ſucceſſiuè obierunt Teſtatores ſuperſtite Antonio vnico maſculo, qui hæreditatem adiuit, Erſilia verò nupſit, prædeceſſitque d. Antonio ſub anno 1603. relicto ex ſe altero Traiano Iuniore filio, qui ante ingreſſum Religionis Camaldulenſium (in qua de anno 1606. profeſſionem emiſit vocando ſe Pacificum) condidit Teſtamentum, in quo hæredem vniuerſalem ſcripſit Hoſpitale Sancti Ioannis Colabitæ de Vrbe, nuncupatum de Benfratelli. Obierunt quoque ante d. Antonium prædictæ Moniales, & vltimo deceſſit ipſe Antonius nullis relictis filijs, & inſtituta ſibi hærede Cecilia vxore.

Hinc orta controuerſia inter Corneliam Alicornam Neptem Claræ Teſtatricis, & Ceſſionariam Religionis Camaldulēſium ex vna, & Ceciliam Morellam vti hæredem d. Antonij eius viri ex a ia, & Papinum Creditorem hæreditatis d. Antonij, atque d. Hoſpitale S. Ioannis vti hæredem d. Traiani Iunioris partibus ex altera quoad ſucceſſionem in bonis dd. Marij, & Claræ Teſtatorum, eaq; introducta coram A.C. emanauit ſententia, qua fuit declaratum d. Hoſpitale eſſe immittendū in poſſeſſionem bonorum, de quibus agitur durante vita d. P. Pacifici Traiani in ſæculo nuncupat. remanente in poſſeſſione d. Papino Creditore eiuſdem Antonij Mariani grauati, donec de prætenſo credito fuerit ſatisfactus. Quam ſententiam hodie in gradu appellationis dixerunt Domini eſſe infirmandam ex capite Iniuſtitiæ, quæ ſatis reſultare viſa fuit ex eo quod prædicta ſententia concedit Immiſſionem Hoſpitali in poſſeſſionem dd. bonorum vigore fideicommiſſi purificati ad eius fauorem ex perſona d. Traiani Iunioris, qui illud hæredem vniuerſalem inſtituit de qua
1 tamen purificatione fideicommiſſi † non docetur, prout illam idem Hoſpitale veniens ex illius perſona inter alia concludentèr probare debuiſſet ad effectum conſequen̄ bona, quæ prætendit ſibi deberi ex alteriùs fideicommiſſo *ex relat. d Peregr. de fideic. art. 43. num. 9. & 10. Petr. eod. tract. qu. 11. num. 1. & ſeqq. Fuſar. de ſubſt. qu. 614. num. 1.*

Non obſtat quod prædictus Traianus Iunior fuerit vocatus ad fideicommiſſum prædictorum Marij, & Claræ non ſolum tanquam poſitus in conditione in ſecunda ſubſtitutione facta ad fauorem Erſiliæ, & aliarum filiarum ibi *Quod ſi ambo filij prædicti* (Traianus ſcilicèt Senior, Antonius hæredes inſtituti) ſine liberis legitimis, & naturalibus, vel legitimis hæredibus, & ſucceſſoribus quandocunque deceſſerint, tali caſu vniuerſam hæreditatem deferri, & ipſo iure deuolui voluerunt ad d. Erſiliam eorum filiam pro duabus &c. ponderatis

Digitized by Google

ratis illis verbis, vel legitimis hæredibus quo-
2 rum † appellatione etiam d. Traianus Iunior
tanquam Nepos Antonij ex Erſilia Germana
Sorore venire dicebatur, cum Nepos ex fra-
tre, aut Sorore prædefunctis ab Inteſtato ſi-
ne Aſcendentibus, aut Deſcendentibus dica-
tur legitimus hæres illius Auth.ceſſãte vbi Caſtr.
num.1. C. de legit. hæred. Auth.poſt fratres la prima
vbi Bald.in princip. verſ.& in primo, & Auth. poſt
fratres la ſeconda vbi Caſtr.num.1.& 3. eod.tit.§. ſi
igitur el ſecondo, & §.ſi autem defuncto Auth.de hæ-
red.ab Inteſt.Ven.Nicol.de Vbald.in tract.de ſucceſſ.
ab Inteſt.par.3.num.1. & 2. Et conſequentèr ta-
citè vocatus ad idem fideicommiſſum ex diſ-
3 poſitione † Stat. Vrb. lib.1. cap.142. quod licet
loquatur de filijs, nihilominus locum habere
etiam in Conſanguineis, affinibus, & agnatis,
ſeù cognatis, dixit Rota deciſ.332. num.1. & 2.
& deciſ.403.num.1.2.& 3.in fin.par.2. recent. & in
Romana fideicommiſſi de Incoronatis 13.Nou. 1637.
coram bo. me. Pirouano, in qua aliæ deciſiones recen-
ſentur. Verum etiam tanquam expreſsè vo-
catus in altera ſubſtitutione facta ad fauorem
proximiorum lineæ vtriuſque Teſtatoris ibi.
Ipſis autem Gabriella, & Clara monialibus non ex-
tantibus, tunc earum portiones peruenire voluerunt
ad proximiores deſcendentes tunc ſuperuiuentes lineæ
vtriuſque coniugis &c. Attentis illis verbis pro-
4 ximiores † deſcendentes tunc ſuperuiuentes,
quæ operantur vt idem Traianus Iunior ſolus
ex omnibus proximioribus deſcendentibus ex
linea fideicommittentiũ tempore obitus præ-
dictarum Monialium ſuperuiuens cenſeatur
expreſsè nominatus Ruſtic. in l. cum Auus lib.6.
cap.14.num.71.in fin.& ſeqq.Pariſ.conſ.9. num.24.
& conſ.37.num.53.lib.2.

Quoniam reſpectu vocationis deſumptæ ex
illis verbis, vel legitimis hæredibus, adiectis
in ſecunda ſubſtitutione, illa non viſa fuit
ſubſiſtere, quia cum prædicti Teſtatores fece-
runt mentionem de legitimis hæredibus Tra-
iani Senioris, & Antonij filiorum Inſtituto-
rum non diſpoſitiuè, ſed conditionaliter, vi-
dentur ſenſiſſe de illis hæredibus dumtaxat,
qui eſſent eorum filij, aut deſcendentes, cum
in vltimis voluntatibus quando legitimi hæ-
redes non fuerunt poſitiuè vocati, ſed poſiti
5 ſolummodò, prout hic, in conditione † eorum
appellatione veniunt ſolum filij, & deſcen-
dentes hæredum Inſtitutorum, ſecus autem
Agnati tranſuerſales Cuman.in l.Gallus §. etiamſi
ſub nu.1.in fin.verſ.idem dico ſi fiat mentio de hære-
de legitimo ff.de lib.& poſthum. Ber.conſ.69. num.9.
verſ.præterea etiam lib.1.Pariſ.conſ.30.nu.10.lib.2.
Guidop. deciſ.457. ſub num.1. verſ.credo tamen con-
trarium Gratian.diſcept.313.num.1. & ſeqq. Fuſar.
de ſubſtit.qu.339.num.73.cum alijs in propoſito rela-
tis in Albanen. hæreditatis 23. Iunij anni præteriti
coram R. P. D. meo Cerro. Quæ concluſio faci-
liùs procedit in hac facti ſpecie, in qua Teſta-
tores non extantibus legitimis hæredibus Tra-
iani, & Antonij filiorum vocarunt Erſiliam
eorum Sororem, nam hinc apertè colligitur
eos ſub illis verbis (ac legitimis hæredibus)
ſenſiſſe ſolum de hæredibus, qui eſſent filij
deſcendentes, alioquin ſpecifica vocatio Erſi-
liæ fruſtatoria fuiſſet, ſi etiam agnatos tranſ-
uerſales dd. hæredum comprehendere voluiſ-
ſent, cum & ipſa tanquam in conditione po-
6 ſita † cenſeretur vocata ex Stat. Vrb. d.cap.142.
lib.1. cuius diſpoſitio etiam tranſuerſalibus
ſuffragatur ex Iuribus ſupra allegatis.

Reſpectu verò vocationis deſumptæ ex al-
tera ſubſtitutione quamuis Traianus Iunior
fuerit in ea vocatus ſub nomine proximiorũ
deſcendentium lineæ vtriuſque Coniugis, ſci-
licet Mariani, & Claræ fideicommittentium
cum ille ſit Nepos dd. Coniugum ex Erſilia
eorum filia; Ideoq; contineatur ſub illorum
linea effectiua excluſis tranſuerſalibus, qualis
eſt Cornelia Neptis ex Fauſto fratre Claræ,
cum in dubio appellatione lineæ, quæ, prout
hic, non fuit vocata ſimplicitèr, ſed adiecto
7 genetiuo ibi, Lineæ vtriuſque Coniugis, † veniat
ſolum linea effectiua, & deſcenſiua ab ipſis
Ruin.conſ.153.nu.10.& 11.lib.2.Menoch.conſ.424.
nu.12.verſ.præterea Mantic.de coniect.vlt.vol.lib.8.
tit.12.nu.20.verſ.ſed ego, cum alijs relatis à Fuſar.
de ſubſt.qu.351.num.32. Nihilominus huiuſmo-
di vocatio non ſuffragatur Hoſpitali, quia
cum fideicommiſſum, in quo fuit vocatus
prædictus Traianus Iunior non fuerit purifica-
tum niſi poſtquam ille fuit ingreſſus Religio-
nem Camaldulenſium, ibique aſſumpto no-
mine fratris Pacifici profeſſionem emiſit de-
latum fuit non Hoſpitali, ſed ipſi Religioni
Camaldulenſium, in qua ille profeſſionem
8 emiſit, cum hæreditas † quæ obuenit Mona-
cho poſt emiſſam profeſſionem deferatur im-
mediatè Monaſterio, in quo ille profeſſus fuit
iuxtà communem opinionem Canoniſtarum,
quam tenent Innoce. in cap.in præſentia 8. num.0.
circa fin.verſ.hæc autem, & ibidem Hoſtien.num. 3.
verſ.hoc tamen Io.Andr. ſub num.21. verſ.illud au-
tem Butr.num.28.verſ.vnde capacitas iuncto verſ.&
omnia Abb.num.76.& ſeqq. Bero.conſ.557. Ancar.
num.18.verſ.Io. Andr.tit.de probat.Barbat.conſ.20.
num.19.Ruin.conſ.204.num. 2.& conſ.205.num.1.
verſ.tamen communis & conſ.206. in fin.vol.1. Bel-
tran.conſ.68. num.1. in fin.verſ. quia ſi hæres vol.6.
Socc.Sen.conſ.183. poſt princ. verſ. tamen communis
opinio lib.2. Curt. Iun.conſ.48. num.8. lib.1. Hond.
conſ.49.num.15.lib.1.& conſ.76.num.11.lib.2. Mo-
lin.de Iuſt.& Iur.tom.1.diſp.140.col.8.ſub.§.non ſo-
lum bona cum alijs cumulat. à Saneh.in præcept De-
calog.lib.7.cap.12.num.36.à Ferdin. à Caſtr. Pal. in
oper.Moral.de oblig.relig.diſp.3.punct.d.num.3.Grat.
diſcept.363.num.17.& ſeq. Quam etiam opinio-
nem Rota ſæpiùs amplexa fuit, & ſignanter
in deciſ.128.n.2.par.2.rec. & coram Caual.dec.346.
num.2.& coram Burat.deciſ.394.num.3.ibique Add.
num.10. & deciſ.756. num.6. & nuper in Romana
Succeſſionis de Comitibus 23. Iunij anni præteriti co-
ram me in §. neque applicatur. Adeout hæredi-
9 tas † delata Monacho poſt emiſſam profeſſio-
nem neque etiam momento temporis penes
illum reſidere dicatur, ſed recta via Monaſte-
rio acquiratur Io Andr.in d.cap.in præſentia 8.nu-
mer.21.verſ.illud autem, ibique Ancar.num.18.verſ.
Io.Andr.de probat.cum alijs relat.à Vinc. de Franch.
deciſ.40. num.2. & 3. Nè aliàs ipſe Monachus
10 deueniret † capax dominij contra votum pau-

aduertebant Domini Dignitatem Admiratus
eſſe maximæ impenſæ propter onus Albergię
illi annexæ : Vnde promiſſio d. menſtruę prę-
ſtationis pecuniarum , quam Valdina fecit
Saluago in euentum in quem ille aſſequere-
tur aliquam Dignitatem, & iſte Dignitatem.
Admiratus, reuera non fuit facta per modum
pretij pro re ſpirituali à d. Saluago ceſſa ,
ſed per modum cuiuſdam recompenſationis
pro expenſis, quas idem Saluagus quando eſ-
ſet prouiſus de Admiratu teneretur erogare
occaſione d. Albergiæ . Et propterea illa nõ
3 fuit Simoniaca cum ſimonia † non commit-
tatur ſi detur , aut recipiatur aliquid pro re
ſpirituali nõ per modum pretij,ſed per modũ
ſuſtentationis proprij miniſterij , prout do-
cent *Caetan.in Sum. verbo Simonia §. ex eo autem col.3.verſ.poteſt ſiquidem fol.614.in paru.Nauar.in Manual.cap.23.num.10. ad fin. verſ. quarto non eſt Rodriq.in ſum.p.2.cap.6.num.5.verſ.hic in foro Gutier.canon.quæſt.lib.1.cap.29.num.13.Bald.conſ.373 num.1. verſ.nec ſimonia committitur lib.4. Sanchez conſ.moral.lib.2.cap.1.dub.11.num.1.& ſeqq. Leſſ. de Iuſt.& Iur.lib.2.cap.35. Suarez de Relig.tom.1. tract.vlt.lib.4.cap.21.num.17. fol.484.* dicens eſſe
mentem omnium authorum , *Caſtropal. oper. moral.tom.3.tract.de Simon.diſp.3.punct.11.num.3. & 5.* vbi quod abſque vlla controuerſia ap-
probatur ab omnibus .

Præterea dicebant Domini quod Valdina ,
qui promiſit ſe daturum Saluago d. menſtruã
pecuniarum quãtitatem in euentum in quem
ille prouideretur de aliqua Dignitate, iſte ve-
ro de Dignitate Admiratus , iam nitebatur
præcedenti , & licitæ conuentioni initæ cum
Priore Nato, cuius etiam conuentionis vigo-
re Dignitatem huius Baiuliuatus aſſequutus
fuit . Vnde d. promiſſio tanquam facta ad
euitandas futuras vexationes , quas Saluagus
iniuſtè ei inferre potuiſſet, eò minus redargui
poteſt de ſimoniaca prauitate . Nam ſicuti is,
4 qui habet Ius† acquiſitum in beneficio poteſt
citra labem ſimoniæ dari aut promittere cer-
tam pecuniarum ſummam alteri , qui illum
iniuſtè vexat, *gloſ.in cap. dilectus in verb. reſtituere quod recepit verſ.ſed verius de ſimon.* & ibi *Ancar. in 2.notab.& num.2.verſ.dic quod quandoque Butr. num.2.in primo notab.& num.8.verſ.opponit. gloſ.1. idem Ancar.in cap. ſuper eo in 4. notab. de tranſact. cum alijs relatis à Buratt.deciſ.107.num.5.* Ita pa-
5 riter ille, qui habet† Ius ad beneficium poteſt
redimere pecunia futuram vexationem , quã
timet ſibi iniuſtè allaturam ab eo qui obeſſe ,
non autem prodeſſe ſibi poteſt,qualis erat Sal-
uagus in caſu iſto , cum id non ſit emere , aut
redimere rem ſpiritualem, ſiue Ius ad illam ,
ſed remouere iniuſta impedimenta prout ex
Theologorum ſententia docent, *Leſſ.lib.2.c.35 dub.18. nu.108. Malder.de Iuſt.tract.9.c.3.dub.17. Silu.in reſol.var.ver.ſimonia 2.concl.1.Filiuc.tom.3 tr.45.c.11.n.6.& 7.Baſs.in flor.Theolog.pract.verb. ſimonia n.5.& Suar.de Relig.tom.1.lib.4.c.50.n.23* quos refert & ſequitur *P.Diana var. reſ. par.6. tract.8.reſol.17.verſ.probatur tertio .*

Quibus accedit conſuetudo faciẽdi ſimiles
conuentiones inter Eq. Religionis ſuper Di-
gnitatibus,& Commendis vacaturis, Idq; pro
bono pacis, & ad euitan. diſcordias , & rixas ,
quæ aliàs nõ ſine eiuſdem Religionis pertur-
batione orirentur inter ipſos Equites ad illas
concurrentes, & meritis inter ſe diſcepantes,
prout apparet ex atteſtatione Magni Magiſtri,
& Conſilij,quę data fuit. Quæ cõſuetudo viſa
fuit etiam excuſare à labe ſimonię,cum aliquę
6 ſint conſuetudines, † quæ poſſunt honeſtare
promiſſionem, aut receptionem pecuniarum
pro miniſterio rei ſpiritualis prout in ſpecie
ad effectum euitan. ſimoniam tradunt, *Suarez de Relig.domib.tom.3.lib.1.cap.48.num.3.Io. Vigers de Iuſt.& Iur.tract.7.cap.4.dub.8.num.45.Layman. Theolog.moral.lib.4.tract.10.cap.vltim.diſp.5.num. 46. Leſſ.lib.2.c.35.dub.9.num.58.& dub.10.nu.62.*
quos in terminis conſuetudinis,de qua agitur,
refert, & ſequitur *idem P.Diana d.p.6.tract.8.reſol.17.verſ.probatur ſecundo .*

Quæ facilius procedere viſa fuerunt . Tùm
7 quia quæuis poſſibilis interpretatio † ſufficit
pro excludenda ſimonia , *Pariſ. de reſignat. lib. 14.quæſt.7. nu.55.& ſeq. Rot.deciſ.101. nu.10. poſt primum volum.conſ.Farinac.& coram Buratt. deciſ. 445.num.5.* Tùm etiam quia d. conuentio fa-
cta fuit non ſolum bona fide , palam , & pu-
blicè inter viros prouidos , ac nobilitate con-
ſpicuos,interuenientibus etiam Equitibus eiuſ-
8 dem Religionis , cum qualitas † perſonarum
plurimum operetur ad excluden ſimoniam
iuxta *tex.in cap.niſi eſſent 21. de præbend.* Verum
etiam cum expreſſa auctoritate , & conſenſu
9 Magni Magiſtri, † qui habet Iuriſdictionem
ordinariam quoad Dignitates , & Commen-
das ſui Ordinis , etiam quoad penſiones ſuper
illis reſeruandas , prout ex Conſtitutionibus
Pij Quarti, & aliorum Pontificum, dixit *Rota deciſ.136.num.4.& deciſ.119.in princ. p.7. rec. Seraph. dec.1390. num.1.* quæ authoritas cum in-
10 teruenerit † ex iuſta cauſa videtur excludere
ſimoniæ prauitatem, *Nauar.conſ.46. in fin. de ſimon.Rota in Aretina Simoniæ nu.72.poſt 2. volum. conſ.Farin.& dec.135. in fin. poſt idem vol.* prout
in ſimili excludi ſimoniam propter conſenſũ
præſtitum à Generali Ord.Ciſtercien. *Menoch. conſ.67.num.21.*

Et videtur ceſſare omnis difficultas ex eo ,
quia d.conuentio facta fuit cum expreſſa re-
ſeruatione beneplaciti Apoſtolici , quatenus
11 opus eſſet , quę † reſeruatio omnem prorſus
ſimoniam eliminat,*gloſ.in c.cum pridem in verb. illicitè vbi Imol.& alij de pact.Felin.in c.ad audientiam il ſecondo n.3.de reſeru.Caſsad.deciſ.2.nu.4. de ſimon.Gonz.ſuper reg.8.gloſ.12.n.80.*

Nec releuat quod d. beneplacitum adhuc
non fuerit obtentum . Quia cum illud fuerit
reſeruatum ſub conditione , quatenus ſcilicet
opus eſſet,nec probatur eſſe neceſſarium illius
12 omiſſio† non præiudicat,*Gonz.ad reg.8.gloſ.12. n.98.Rot.dec.519.ſub n.3.verſ.minus facit p.1. diu. & dec.367.n.16.p.5.rec.Seraph.dec.1319.n.2.verſ. Primo quia reſeruatur Bur.dec.307.nu.4. verſ.Quo vero ad beneplacitum Apoſtolicum .*

Et ita D. Valdina informante altera parte
ſæpius intimata, & informare recuſante reſo-
lutum fuit .

ROMANA CAMBII.

Veneris 30. Ianuarij 1643.

ARGVMENTVM.

Extinctio Crediti ex quibus verbis inferatur, & ex quibus mutuum ſimulatum conuincatur itaut mandata illorum occaſione relaxata non ſint exequenda.

SVMMARIVM:

1. *Acceptans ordinem cenſetur probare omnia in eo contenta ſi non contradicat.*
2. *Verbum,* totale, *ſignificat plenitudinem, & integritatem.*
3. *Verbum,* Intiero, *importat rem perfectam, & abſolutam.*
4. *Verba,* Per tutto quello puó pretendere appoſita in quietantia *facta ad fauorem debitoris comprehendunt quacumque credita.*
5. *Contractus ſimulatus non meretur executionem etiamſi ſit obligatione camerali vallatus.*
6. *Exceptio ſimulationis in continenti probata impedit executionem obligationis Cameralis.*
7. *Contractus ad hoc vt dicatur ſimulatus plures debent concurrere coniectura.*
8. *Enunciatiua in inſtrumento facta demoſtrat partes habniſſe notitiam rei enunciata.*
9. *Correſpectiua inter ſe dicuntur ea quæ in eodem inſtrumento continentur.*
10. *Fides Procuratoris atteſtantis actum ad quem fuit conſtitutus fuiſſe ſimulatum inducit vrgentem coniecturam ſimulationis.*
11. *Simulatio probatur per vnicum teſtem concurrentibus alijs coniecturis.*
12. *Inuriſimilitudo maximè attenditur ad detegendam ſimulationem.*
13. *Acceptatio ceſſionis crediti inexigibilis inducit præſumptionem ſimulationis.*
14. *Cedens tenetur de veritate crediti ceſſi etiamſi id non fuerit in inſtrumento expreſſum.*
15. *Pacta inſolita in inſtrumento appoſita ſunt argumenta ſimulationis.*
16. *Simulatio facilius arguitur inter coniunctos.*
17. *Simulatio vnius contractus influit in alios ſubſequentes habentes dependentiam à primo.*
18. *Decretum Iudicis interpoſitum ſuper ſecunda obligatione minoris non validat primam alioquin nullam.*

DECISIO DCCIII.

RESOLVTVM fuit mandatum A.C. relaxatum ad fauorem Philippi Coſtæcontra D. Carolum de Aſte in ſumma ſcut. 102. pro Cambijs, de quibus agitur, non eſſe exequendum.

Moti fuerunt Domini, quia d. mandatum apparet iniuſtum vti relaxatum vigore cuiuſdã inſtrumenti, in quo D. Carolus ſe obligauit ſoluere q. Octauio Coſtę ſcut. 4280. auri, eorũque cambia vſq; ad integralem ſatisfactionum, quod quidem Inſtrumentum non meretur executionẽ ſiue fuerit celebratum pro Cambijs prouenieñ ex credito Cãbij ſcut. 600. auri in ſorte alias contracti in Oppido Baleſtrini inter d. D. Carolũ ex vna, & q. Octauium Coſtam eius ſocerum ex altera ſiue dicatur celebratum pro Cambijs prouenien. ex Cambio mutui ſcut. 714. auri inito ab eodẽ Carolo cum bo. me. D. Vſimbardo, qui deindè creditum d. mutui ceſſit eidem q. Octauio à quo d. Philippus eius filius cauſam habet.

Inſpecto ſiquidẽ credito Cambij ſcut. 6. m. auri contracti in Oppido Baleſtrini iniuſtitia d. mandati patet, quia prætenſum creditum huiuſmodi Cambij longè ante remanſit extinctum mediante ordine Eminentiſſimi D. Cardinalis Barberini, qui pro executione obligationis factæ à q. Io. Baptiſta de Aſte Patre d. Caroli de ſoluen. ſcut. 25. mil. ipſius Caroli mandauit ſub die 4. Septembris 1633. eidem Io. Baptiſtæ, vt ſolueret ſcut. 4. mil. d. Octauio Coſtæ *per totale, & intiera ſodisfattione del ſuo credito tanto per ſorte principale, come per frutti per tutto quello può pretendere da eſſo Si-*
1 *gnore Carlo ſuo figlio*. Quem ordinem cum d.
Octauius ſimpliciter acceptauerit cenſetur
illi acquieuiſſe cum omnibus in eo contentis
Burſat. conſ. 39. num. 14. Ciriac, contr. 351. nu. 5. & ſeqq. & præſertim. nu. 7. tom. 2. Mantic. de coniect. vlt. volunt. lib. 10. tit. 2. num. 17. Rot. Ian. deciſ. 58. num. 9. & deciſ. 136. ſub num. 5. à verſ. Ne viſum fuit Rot. coram Burat. deciſ. 591. nu. 10. & dec. 345. num. 8. part. 5. rec., & conſequenter illum etiam pro totali extinctione d. Cambii recepiſſe, attentis expreſſis, & vniuerſalibus verbis, quibus idem ordo conceptus fuit ibi. *Per totale, & intiera ſodisfattione del ſuo credito, tanto per ſorte principale, come per frutti, e per tutto quello può pretendere da eſſo Sig. Carlo*, quæ ſatis demonſtrant extinctionem totius
2 prædicti crediti, ſiue inſpiciatur verbum, Totale, quod plenitudinem, & integritatem ſignificat *c. Abbate 3. §. 1. in fin. de ſent. excom. in 6. Monach. conſ. 191. num. 13. Rot. dec. 164. nu. 22. par. 6. recent.* ſiuè attendatur ſubſequens
3 verbum, *& intiera*, quod rem perfectam, & abſolutam indicat *l. nomen 34. §. fin. ff de leg. 3. l. 1. §. cum dicitur in verb. Integrum ff. ſi cui pluſquam per l. Falcid. l. ſi quando 2. l. de bon. vacan. lib. 10. Alex. conſ. 141. in fin. lib. 2. Io. de Amic. conſ. 12. nu. 31. Surd. conſ. 351. nu. 7. lib. 4. Bertaz de Clauſul. Inſtrum. clauſ. 26. gloſſ. 7. num. 3.* Siuè
4 demum conſiderentur verba, *e per tutto quello può pretendere da eſſo Sig. Carlo ſuo figliuolo*, quæ omne prętenſum creditum comprehendunt *Surd. deciſ. 217. num. 14. Menoch. conſ. 496 num. 62.*

5 Inſpecto pariter credito prætenſi mutui prædictum mandatum eſt iniuſtum, quia cum d. mutuum deregatur ſimulatum, nullam meretur executionem, etiam ſi fuerit ſub obligatione Camerali contractum cum
6 exceptio ſimulationis, quæ, prout hic, incontinenti probatur impediat executionem etiam obligationis Cameralis. *Galleſ. de oblig. Cam. par. 4. q. 2. num. 5. Farinac. de ſimulat. quæſt. 162. num. 64. Caſ. de Graſſ. deciſ. 16. num. 10. de prob. Burat. dec. 76. num. 1. Rot. deciſ. 61. num. 9. par. 5. & deciſ. 259. num. 8. part. 6.* cum alijs rela-

tis in ſimili cauſa Romana prætenſi Cambij 27. Aprilis 1640. §. 1. *coram b. me. Merlin.*

Simulatio autem d. mutui ſatis probatur. Nam vltra cauſam ſimulandi cōcurrunt plu-
7 res coniecturæ illam ſuadentes, prout requiritur ad hoc, vt contractus dicatur ſimulatus. *Bart. in l. ſi poſt contractum num 2. ff. de donat. & conſ. 65. num. 4. lib. 1. Ancar. conſ. 227. num. 3. Bellam. deciſ. 705. num. 2. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 600. n. 18. Rot. deciſ. 318. n. 15. part. 5. & deciſ. 11. n. 2. part. 7. recent.*

Cauſa ſimulandi viſa fuit eſſe fere illa eadem, quæ fuit canonizata in alia cauſa Romana prætenſi Cambii ſub die 27. Aprilis 1640. coram b. me. Merlino, nempè quod cum Eminentiſſimus D. Cardinalis Barberinus ad ſedanda diſſidia inter Io. Baptiſtam Caroli patrem, & eiuſdem Caroli Creditores, impuliſſet Io. Baptiſtam ad ſoluen. illis ſcut. 25. mil. iuxta ordines ab eodem Eminentiſſimo ſubſcribendos, & deindè idem Cardinalis ſubſcripſiſſet ordinem ad ſcut. 4000. perſoluen. Octauio pro omni, & toto eo quod à Carolo prætendere poſſet, Octauius, qui ſe longè maioris ſummæ creditorem prætendebat, ne commodum d. ordinis amitteret, & ex alia parte ſibi per quietationem finalem in reſiduo præiudicaret, curauit, vt ante huiuſmodi quietātiam a ſe facieñ, Carolus acciperet mutuo ab Vſimbardo ſcut. 7348. eaque eidem Octauio ſolueret pro reſiduo vltra dd. ſcut. 4. mil. & hanc fuiſſe intentionem partium apparet ex ipſo Inſtrumento Procuræ Caroli in perſonam Benedicti Octauij Filij ad accipiendum mutuo dd. ſcut. 7348. ab Vſimbardo in quo debitum Caroli calculatur in d. ſumma demptis ſcut. 4. mil. contentis in ordine ſubſcripto ab Eminentiſſimo Cardinale
8 Barberino, quæ enunciatiua ordinis, demonſtrat partes notitiam illius habuiſſe, & eiuſdem ordinis occaſione d. mutuum contra-
9 ctum fuiſſe, cum contenta in eodem Inſtrumento dicantur inter ſe correſpectiua, & vnum geſtum propter alterum *Dec. conſ. 279. num. 7. & ſeqq. Pariſ. conſ. 97. num. 23. & 24. lib. 3. Caputaq. dec. 206. par. 1. Rota apud Farinac. deciſ. 225. n. 14. dec. 528. nu. 3. par. 1. rec.*

10 Coniecturæ autem ſimulationis plures cōcurrunt. Primò, quidem Benedictus, qui fuit Procurator Caroli ad accipiendum mutuo pecunias ab Vſimbardo, & Octauij ſui patris ad recipiendum eoſdem à Carolo in ſatisfactionem Crediti, teſtatur pecunias reuerà non fuiſſe numeratas ab Vſimbardo, neque ſolutas Octauio, ſed eàs interueniſſe ſolum, vt dicitur, *per moſtra*. Quæ quidem atteſtatio Benedicti tanquam de facto proprio, & in præiudicium Octauij patris plurimum vrgere viſa fuit ſaltem pro ſimulationis coniectura, quam etiam ex dicto Proxenetæ deſumpſit *Rota in d. Romana Cambij coram D. meo Merlin. §. Verum ex doctr. Benint. dec. 6. num. 4. & ſeqq. Seraph. dec. 889. num. 3.* Maximè concur-
11 rentibus alijs coniecturis, quia tunc etiam vnicus Teſtis probat ſimulationem. *Gabr. conſ. 51. ſub num. 7. lib. 2. Mantr. deciſ. 323. num. 4.* cum alijs *alleg. in d. Romana Cambij §. Et vnum Teſtem.*

Secundò, quia inueriſimile omninò eſt, quod D. Vſimbardus tam ingentem ſummam voluerit mutuare Carolo filio familias abſque fideiuſſore, & nulla deſuper adhibita
12 cautione, vel ſecuritate, quę inueriſimilitudo paſſim attenditur ad detegendam ſimulationem. *Rot. deciſ. 61. num. 10. part. 5. & dec. 283. num. 9. in fin. & num. 11. part. 5. rec. & in Romana pecuniaria 9. Iunij 1636. coram b. m. Merlino ſub verſ. quintam igitur*, & in præcitata Romana præten. Cambij coram eodem *b. m. Merlino §. hic autem.*

Tertiò, quia paulòpoſt Vſimbardus ceſſit creditum mutui eidem Octauio, qui profectò ceſſionem huius noui crediti non acceptaſſet aduerſus Carolum, à quo nec antiquum integrè exegerat, vt ponderat *Mandel. conſ. 512. n. 5. verſ. Quarum prima eſt*; ſed ideò acceptauit, quia ſic ab initio cum Vſimbardo, & Carolo conuenerat ad eludendum ordinem D. Cardinalis Barberini, & mentem Io. Baptiſtæ Caroli Patris, qui nunquam ſoluiſſet, niſi totum, & integrum debitum extingui cogitaſſet.

13 Quartò, quia in ceſſione Vſimbardus de-
14 clarauit nolle ſe teneri de veritate Crediti, de qua cum Cedens ſemper teneatur etiamſi non expreſſerit *Bertrand. conſ. 217. num. 1. lib. 7. Becc. conſ. 105. num. 13. Dec. conſ. 101. num. 1. Fabian. de Mont. de empt. & vend. quaſt. 6. princ.*
15 *num. 67.* Vtique hæc inſolita declaratio ſimulationem arguit *Roland. conſ. 40. num. 39. lib. 2. Aym. conſ. 587. ſub num. 16. Mandel. conſ. 791. n. 16. Rota deciſ. 24. n. 6. part. 3. recent.*

Quintò, quia Carolus alios cōtractus ſimulatos geſſit ad eludendos ordines eiuſdem Eminentiſſimi Cardinalis Barberini, & agi-
16 tur inter coniunctos, inter quos facilis præſumitur ſimulatio *Laderch. conſ. 75. nu. 6. Surd. conſ. 373. n. 39.*

17 Neque obſtant ſubſequentes contractus ex eadem cauſa mutui vt ſupra ceſſi celebrati ſuper liquidatione Cambiorum, quia præcedens ſimulatio mutui influit in omnes contractus poſtea ſubſequutos. *Pariſ. conſ. 55. num. 58. & ſeqq. lib. 1. Decian. conſ. 104. num. 3. lib. 2. Rota in d. Romana Cambij coram bo. me. Merlino*, maximè quia in illis non agebatur de ſimulatione, ſed de liquidatione Cambiorum, ſuper qua interceſſit tam arbitrium bo. me. Pirouan, & Buccabellæ, quam Sereniſſimi Principis Mauritii tunc Cardinalis à Sabaudia, qui admittendo liquidationem non cenſetur approbaſſe contractum reſpectu ſimulationis, de qua non fuit actum, ſed potius ſuppoſuiſſe veritatem ipſius contractus, ſicut
18 dicimus, quod decretum Iudicis interpoſitum ſuper ſecunda obligatione minoris non validat primam alioquin nullam *Rot. in Romana Pecuniaria 24. Aprilis 1657. coram bo. me. Merlino §. nec ſanatur*, vbi allegantur concordantes.

Et ita vtraque.

ROMA-

Digitized by Google

ROMANA DOMVS AD TRANSTY-BERIM.

Veneris 6. Februarij 1643.

ARGVMENTVM.

Collige ex Summario.

SVMMARIVM.

1 *Confeſſio de æquitate canonica probat etiam ſi ſit emiſſa parte abſente.*
2 *Confeſſio extraiudicialis partis probatur per duos teſtes.*
3 *Teſtes præſumuntur conteſtes etiam ſi alter de altero mentionem non faciat dummodo in ſubſtantia conueniant.*
4 *Poſſeſſio probatur ex confeſſione partis licet qualificata ex quo qualitas reiicitur.*
5 *Poſſeſſor anterior manutenendus eſt.*
6 *Donans rem communem intelligitur donaſſe ſuam portionem.*

DECISIO DCCIV.

DOMINI dixerunt Franciſco Verardo
dandum eſſe mandatum de manutenē-
do inpoſſeſſionem Domus de qua agitur pro
medietate; non autem Patribus Collabi-
tis, quia conſtat de illius anteriori poſſeſ-
ſione ex Teſtibus deponeñ ne dum de auditu
ab ipſo, ſed etiam de viſu, & de confeſſione
1 Octauij Auctoris Collabitarum, quæ † de
æquitate Canonica vtique probat, etiam ſi
emiſſa parte abſente *Felin. in c. olim num. 3. & ſeqq. de Reſcript. Gabr. de confeſſ. concl. 1. num. 46. Rot. deciſ. 4. num. 1. par. 2. diuerſ. & deciſ. 158. n. 11. verſ. quod autem procedit par. 1. rec.* & pro illius
2 probatione † ſufficiunt duo Teſtes *Put. deciſ. 466. lib. 2. in correct. Rot. deciſ. 406. n. 3. & dec. 611.*
3 *num. 3. par. 2. rec.* Qui Conteſtes † preſumuntur
etiam ſi alter de altero mentionem non faciat
dummodo in ſubſtantia conueniant *Surd. conſil. 12. num. 43. & ſeqq. cum aliis alleg. per Buratt. deciſ. 458. ſub nu. 8.* eamdemque Franciſci poſ-
ſeſſionem faſſi fuerunt Teſtes inducti per ip-
ſos Collabitas, nec non ipſimet Collabitæ,
qui licet dixerint Franciſcum habitaſſe Do-
4 mum Iure familiaritatis, poteſt † tamen hac
qualitate reiecta acceptari eorum confeſſio
Rot. deciſ. 230. num. 2. & ſeq. inter impreſſ. apud Modern. de manutent. Vltra, quod etiam bene ex-
cluditur, quod d. habitatio Franciſci fuerit
Iure familiaritatis. Nam ſi hoc deducitur ex
eo quod ipſe inhabitaret Domum tanquam
Procurator Octauij, hoc remouetur ex facto
etenim tàm ex Teſtibus ipſius Franciſci, quàm
ex Chirographo Procuræ Octauij in perſonā
Thomaſſini clarè probatur, quod Franciſcus
longe ante annum 1631. & ſic ante motam
litem deſierat eſſe Procurator Octauij, & con-
ſtitutus fuerat Thomaſſinus.
Aut verò pretenditur hoc elici ex quo con-
ſtaret de dominio ſolius Octauij ſuper hac Do-
mo, & pariter ceſſat obiectum, quia cum
Domus eſſet hereditaria Domitij Patris Octa-
uij, & Antonii, ac vterque eam poſſideret,
vt faſſus fuit Octauius, ac deponunt Teſtes
Colabitarum, & iuſtificatur ex Inſtrumento
Cenſus ab vtroque deſuper impoſit. Do-
minium Octauij reſtringebatur ad medieta-
tem Domus, alia verò medietas ſpectabat ad
Antonium, cuius hæreditatem Octauius ceſ-
ſit ipſi Vbaldo, & propterea cum poſſeſſio
5 Franciſci † ſit de anno 1631. & ſic anterior
Colabitis, qui poſſeſſionem ceperunt de anno
1635. ſequitur ipſi deberi manutentionem *c. licet cauſam cum ibi not. de probat. Menoch. de retinen. remed. 3. num. 725. & ſeqq. Seraph. deciſ. 810. num. 1.* Maximè quia Colabitæ nituntur In-
ſtrumentali poſſeſſioni captæ in executionem
donationis factæ ab Octauio de ſuis bonis,
6 ſub qua † non venit niſi medietas ad Octa-
uium ſpectans *Iaſ. in l. ſerui electione 5. §. 1. nu. 6. verſ. adde etiam ff. de leg. 1. Surd. conſ. 13. num. 2. & ſeqq. Mantic. de tacit. lib. 13. tit. 23. num. 6.*

Non obſtat exceptio ſimulationis, & alia quæ deducebantur per Informantes contra Ceſſionem factam Franciſco ab Antonio, quia illa non viſa fuerunt eſſe præſentis Indaginis, ſed reiicieñ eſſe ad petitorium.

Et ita &c.

MELEVITANA MARESCIALLATVS.

Veneris 27. Februarij 1643.

ARGVMENTVM.

Statuti Religionis Hieroſolymitanæ ſextum & ſeptimnm de contract. & alienat. quid diſponant circa Equites alienantes bona Religionis ſine debitis ſolemnitatibus.

SVMMARIVM.

1 *Eques hieroſolimytanus alienans bona Religionis ſine bene placito Apoſtolico, vel magni Magiſtri, & Capituli Generalis cenſetur priuatus omnibus commendis, & beneficijs, quæ obtinet.*
2 *Bona Eccleſiaſtica regulariter alienari non poſſunt.*
3 *Alienatio rei Eccleſiaſticæ, vt ſuſtineatur duo copulatiue requirit cauſam, quæ debet eſſe neceſſitas, vel euidens vtilitas Eccleſiæ, & ſolemnitatem nēpe beneplacitum Apoſtolicum aut alterius ſuperioris autoritatem habentis.*
4 *Bona Eccleſiæ locari ſolita poſſunt relocari abſque alia ſolemnitate.*
5 *Bona, vt dicantur locari ſolita, quæ requirantur.*
6 *Bona Eccleſiaſtica etiam locari ſolita non poſſunt iterum relocari abſque ſolemnitate quando ſolitum alteratur.*
7 *Pæna priuationis beneficij contra male alienantes bona Eccleſiæ licet incurratur ipſo iure non habet tamen locum niſi præcedat ſententia declaratoria facti.*
8 *In Notorijs poteſt deueniri ad executionem abſque alia ſententia declaratoria.*

DE-

DECISIO DCCV.

DOMINI reſponderunt D. Commendatori fratri Ioanni Laſax de la Tour non eſſe adiudicandam dignitatem Mareſciallatus de qua agitur, moti præcipue ex eius incapacitate, quæ reſultare viſa fuit ex eo quod ille alienauit propria auctoritate Molendinum vnà cum Pratis, & Tenimentis ſpectañ ad Cõmendam, quam obtinebat, illudque conceſſit in emphyteuſim perpetuam cuidam laico recipienti pro ſe, & ſucceſſoribus cum expreſſa obligatione ſtabilium d. Commendæ pro talis contractus obſeruantia propter quam
1 alienationem † factam ſine beneplacito Apoſtolico, vel Magni Magiſtri, et Capituli Generalis incidit in penas comminatas per ſtatuta Religionis ſextum, & ſeptimum de contract. & alienat. Et conſequenter cenſetur priuatus omnibus Commendis, & beneficijs, etiam ſi id non fuerit expreſſum, prout diſponitur in altero Statuto 27. de verb. ſignif. quæ ſtatuta conueniunt cum diſpoſitione Iuris
2 communis, iuxta quam res Eccleſiæ † regulariter alienari non poſſunt *c. ſine exceptione 52. cauſ. 12. quæſt. 2. c. nulli liceat 5. de reb. Eccleſ. non alien. c. hoc conſultiſſimo 2. eod. tit. in 6. Clem. 1. & extrauag. ambitioſæ eod. tit.*

Neque alienatio d. Molendini viſa fuit excuſari poſſe ſub prætextu, quod minaretur ruinam. Quia periculum aſſ. ruinæ quatenus deſeruire potuiſſet pro ſufficienti cauſa alienãdi, non tamen eſt ſufficiens ad ſuſtinendam alienationem factam abſque ſolemnitate cum
3 alienatio† rei Eccleſiaſticæ duo copulatiuè requirat, cauſam ſcilicet, quæ debet eſſe neceſſitas, vel euidens vtilitas Eccleſiæ, & ſolemnitatem, nempè beneplacitum Apoſtolicum, aut alterius ſuperioris auctoritatem habentis *c. 1. de reb. Eccleſ. non alien. in 6. d. Clem. 1. eod. tit. Abb. in c. 2. num. 10. verſ. duo enim ſunt neceſſaria de his quæ vi metuſue cauſ. fiunt & in c. ad naturam 11 num. 8. de reb. Eccleſ. non alien. Dec. in auth. qui rem num. 23. verſ. & in alienatione bonorum Eccleſiæ C. de ſacroſ. Eccleſ. & conſ. 142. num. 4. Couar. var. reſ. lib. 2. cap. 17. num. 2. Redoan. in tract. de reb. Eccleſ. alien. vel non quæſt. 51. cap. 7. num. 2. Molin. de contract. diſp. 468. num. 2. & 14. Quarant. in Sum. Bull. in verb. alienatio rerum Eccleſiæ num. 2. Rot. coram Seraph. deciſ. 508. num. 1. & in diuerſ. deciſ. 160. nu. 1 & 178. num. 1. par. 2. & in recent. deciſ. 430. num. 1. par. 2. & deciſ. 367. num. 5. par. 5. & in Gerundeñ Scribaniæ 1. Iuly 1637. §. Præſertim quia, & 27. Nouembris eiuſdem anni §. Circa alios autem, & 26. Februarij 1638. §. 1. coram bo. mem. Merlino.*

Non obſtat, quod prædictum Molendinum fuerit alias locatum, ſeu conceſſum in emphyteuſim, & propterea tanquam locari ſolitum
4 potuerit relocari abſque alia ſolemnitate *c. 2. & ibidem gloſ. in verb. Inueſtire, & Abb. num. 3. de feud. Dec. in d. auth. qui rem num. 20. verſ. prima eſt C. de ſacroſ. Eccleſ. Calder. conſil. vlt. circa med. verſ ſed nego conſuetudinem tit. de conſuetud. Ruin. conſ. 41 num. 39. lib. 1. Ber. conſ. 86. nu. 1. lib. 1. Iul. Clar. lib. 4. Sent. §. emphyteuſis quæſt. 6. poſt princ. verſ. ſi verò res Eccleſia Molin. de contract. d. diſput. 468. nu. 17. Couar. var. reſ. d. lib. 2. cap. 17. num. 4. Quarant. in ſum. Bull. in d. verb. Alienatio rerum Eccleſiæ n. 39. verſ. bona igitur, & in terminis bonorum huius Religionis conſuluit Gabr. conſ. 71. num. 2. & 7. lib. 2.* Tum quia huiuſmodi ſolitum non probatur niſi ex aſſertione eiuſdem fratris Ioannis alienantis, cui non creditur, ſed debet aliunde iuſtificari, nimirum vel ex vna locatione ſo-
5 lemni, ac valida, † vel ea deficiente ex duabus non ſolemnibus ſpatio tamen 40. annorũ effectum fortitis *Dec. in d. auth. qui rem num. 20. C. de ſacroſ. Eccleſ & d. conſ. 142. ſub num. 4. verſ. ſolum ſupereſt reſpondere Molin. de contract. d. diſp. 468. num. 20. Ruin. d. conſ. 41. num. 39. verſ. dicitur autem inducta conſuetudo lib. 1. Alex. conſ. 189. n. 19. lib. 2. & conſ. 9. num. 6. lib. 3. Seraph. deciſ. 434. n. 5. Rota deciſ. 367. num. 18. & 19. part. 5. recent.*

Tum etiam, quia ex Inſtrumento eiuſdem locationis, ſeu conceſſionis in emphyteuſim apparet illam factam fuiſſe pro minori quantitate Canonis in perpetuum, & cum alijs cõditionibus in aſſ. præcedenti locatione non appoſitis. Vnde dicebant Domini illam non potuiſſe fieri abſque ſolemnitatibus, ſcilicet beneplacito Sedis Apoſtolicæ, vel Magni Ma-
6 giſtri, cum † res Eccleſiaſtica etiam locari ſolita non poſſit iterum locari abſque ſolemnitate, quando ſolitum alteratur *Dec. in d. auth. qui rem num. 22. C. de ſacroſ. Eccleſ. Clar. in d. §. emphyteuſis quæſt. 6. verſ. ſuas tamen bene Alex. d. conſil. 9. num. 2. lib. 3. Vrſill. ad Afflict. deciſ. 305. num. 8. verſ. Primò quod iſta, & num. 9. verſ. Item ex ſecundò Decian. conſ. 73. num. 43. lib. 2. Redoan. de reb. Eccleſ. non alien. q. 51. num. 19. & ſeqq. Molin. de Inſt. & Iur. cap. 468. num. 19. Ferdin. à Caſtrpal. Moral. par. 2. tract. 12. punct. 15. §. 4. nu. 4. Quarant. in d. verb. alienatio rerum Eccleſiæ num. 40. verſ. concluſionem hanc Rot. deciſ. 176. num. 42. & ſeqq. par. 5 recent. & in d. Gerundeñ Scribaniæ 1. Iuly 1637. §. neque dicatur, & 27. Nouembris eiuſdem anni §. Circa alios verſ. Tamen huiuſmodi ſolitum, & 26. Februarij 1628. §. nec obſtat verſ. Alienatio autem coram bo. me. Merlino.*

Minus obſtat, quod pœna priuationis beneficij, quæ imponitur contra male alienantes bona Eccleſiæ licet incurratur ipſo Iure non
7 tamen habet locum, niſi præcedat † ſententia declaratoria facti, ſcilicet alienationem factam fuiſſe ex relatis per *Sanchez ad Decalog. lib. 2. c. 202. n. 20. Quarant. in ſum. Bull. in d. verbo. alienatio rerum Eccleſiæ num. 49. verſ. in pœna verò priuationis Farinae. conſ. 205. ſub num. 32.*

Quia d. concluſio non procedit quando factum alienationis, prout hic eſt notorium, neque aliquid probatur, quod excuſationem
8 præbere poſſit, cum in notorijs† deueniri poſſit ad executionem abſque alia ſentẽtia declaratoria *Abb. in c. peruenit il primo nu. 7. & ibidem Præpoſit. num. 8. de appell. Bero. conſ. 176. num. 96. lib. 1. cum alijs cumulatis in Bonon. ſucceſſionis de Zauis 17. May 1641. coram R. P. D. meo Bichio.*

Et ita vtraque &c.

BVRGI S. SEPVLCHRI IVRISPATRONATVS.

Veneris 6. Martij 1643.

ARGVMENTVM.

Iuriſpatronatus pertinentia vtrum probetur per concordiam initam inter compatronos; & quãdo iſta dicatur habuiſſe effectum per ſucceſſiuas præſentationes ad illius normam factas: Deſcendentia ab exiſtentibus in poſſeſſione patronatus quomodo iuſtificetur, & an iuſpatronatus pro aliqua parte ſpectans ad Epiſcopum poſſit Sede vacante ſpectare ad Vicarium Capitularem.

SVMMARIVM.

1 *Concordia inita inter compatronos æquiparatur ſententiæ quæ tranſitum fecit in iudicatum.*

2 *Concordia in parte effectuata etiam quoad omnia capita dicitur eſſe in obſeruantia.*

3 *Quaſi poſſeſſio præſentandi acquiritur ex vnica præſentatione effectum ſortita.*

4 *Iuſpatronatus non deſinit eſſe indiuiduum per diuiſionem præſentandi per turnum inter compatronos factam cum turnus diuidet tantum exercitium.*

5 *Præſentatio vnius ex compatronis in dubio conſeruat poſſeſſionem aliorum ex eodem iure venientium, & num. 23.*

6 *Poſſeſſio etiam per procuratorem acquiri poteſt.*

7 *Poſſeſſio præſentandi reſpectu vnius beneficij trahitur ad omnia alia contenta ſub eadem diſpoſitione.*

8 *Generalitas omnia comprehendit.*

9 *Actus præſumitur geſtus in executionem præcedentis tractatus.*

10 *Ex obſeruantia poſt contractum ſubſequuta declaratur qualis fuerit præcedens intentio contrahentium.*

11 *Mandatum procuræ regulariter non probatur ex ennunciatiua illius facta in aliquo inſtrumento etiam ſi Notarius dicat ſe de illo rogatum fuiſſe.*

12 *Hoc limitatur quando dictum mandatum ennunciatur in inſtrumento antiquo.*

13 *Talis ennunciatiua efficit vt illud præſumatur præſertim iunctis adminiculis, & n.14.*

15 *Deſcendentia à Patronis, ex quibus reſultare dicatur.*

16 *Vox quæ ſpectat ad Epiſcopum ſede vacante accreſcit compatronis.*

17 *Inſtitutio habet vim præſentationis quando eſt facta ab illo qui præſentare poteſt.*

18 *Capitulum ſede vacante non ſuccedit niſi in his quæ ſunt iuriſdictionis ſpiritualis non autem in his, quæ Prælato competunt ex aliquo iure ſpeciali.*

19 *Nemo dat quod non habet.*

20 *Capitulum ſede vacante poteſt præſentare quando periculum eſt in mora; Quod procedit quando præſentatio originaliter ſpectat ad Capitulum cum conſenſu tamen Epiſcopi, ſecus quando præſentatio abſolutè ſpectat ad Epiſcopum, & n.21.*

22 *Capitulum ſede vacante poteſt facere collationem neceſſariam.*

DECISIO DCCVI.

ECCLESIA Parocchialis, de qua agitur; ſub inuocatione SS.Laurentini, & Præſcentini ſita in Villa, ſeu loco Gragnani Dioc. Burgi Sancti Sepulchri vacauit in menſe Auguſti anni 1634. per obitum q. Ioannis Nomij Sede Epiſcopali tunc vacante. Quocirca D. Comes Franciſcus Gonzaga præſentauit Matthæum Mazonum, qui narrans inter alia ſe fuiſſe præſentatum à medietate Patronorum obtinuit prouiſionem Apoſtolicam cum derogatione alterius medietatis. E contra verò Parocchiani eiuſdem loci præſentarunt Hilarium Paſcuccium, quem Vicarius Capitularis decreuit eſſe inſtituendum. Cauſa ad Rotam delata firmatum fuit primo loco ſub die 5. Iulij 1638. coram bon. mem. Coccino Iuſpatronatus d. Eccleſiæ ſpectare pro vna tertia parte ad D. Epiſcopum Burgi Sancti Sepulchri, & pro alia tertia parte ad Parochianos eiuſdem loci Gragnani, & pro alia tertia parte ad Comites Montis Dolci ex rationibus deductis in deciſione deſuper extenſa, qua præſuppoſita fuit ſucceſſiuè reſolutum ſub die 19. Decembris 1639. coram eodem d. Mazonum vti præſentatum à medietate Patronorum cum derogatione alterius medietatis eſſe inſtituendũ ex rationibus pariter deductis in alia deciſione, quæ cum hodie reuideretur coram me, placuit DD. in ea perſiſtere, quia narrata in gratia prouiſionis obtentæ ab ipſo Mazono apparent ſufficienter iuſtificata.

Clericatus enim, & idoneitas d. Mazoni, vacatio huius Eccleſiæ, & alia requiſita pro obtinenda inſtitutione ſatis iuſtificantur ex iuribus datis in Summario, & ponderatis in eadem deciſione.

Exiſtentia iuriſpatronatus eiuſdem Eccleſiæ, illiuſque diuiſio in tres partes non controuertebatur, & firmata fuit in prima deciſione, quæ etiam hodie præſupponebatur.

Pertinentia verò eiuſdem iuriſpatronatus ad prædictum Com. Franciſcum Gonzagam, à quo idem Mazonus præſentatus fuit probatur ex Inſtrumento Tranſactionis initæ vſque de anno 1574. inter Com. Petrum Franciſcum ex vna, Chriſtophorum Gonzagam (à quo deſcendit d. Com. Franciſcus) ex alia, & DD. fratres de Stufa partibus ex altera per ſe, eorumque hæredes, & ſucceſſores, qui omnes habentes nedum tertiam vocem quoad iſtam Eccleſiam loci Gragnani; Verumetiam ius præſentandi ad quãplures alias Eccleſias conuenerunt inter ſe, vt alternatim præſentarent, nempe ad Eccleſiam de Mauiano Dioc. Aretinæ Domini Gonzaghæ, & Stufę præſentarẽt pro prima vice, & pro ſequenti vice præſentaret Com. Petrus Franciſcus, & è conuerſo ad cœteras Eccleſias d. Com. Petrus Franciſcus pro prima vice, & pro ſequenti vice pręſentarent DD. Gonzaghæ, & Stufę, quę concordia ſufficienter probat pertinentiam d. Iuriſpatronatus quoad omnes in ea cõpręhen-
1 ſos, cum illa † æquiparetur ſententiæ, quæ tranſitum fecit in iudicatum, *l. non minorem 20. C. de*

C. de Tranſact. Ber. conſ. 176. nu. 26. vol. 1. Soccin. iun. conſ. 32. num. 7. vol. 3. Roland. conſ. 23. n. 17. lib. 4. Surd. conſ. 418. num. 12. Gratian. diſc. for. cap. 400. num. 22. bon. mem. Duran. dec. 121. n. 2.

Eoque magis cum illa fuerit effectum ſor-
tita nedum quoad alias Eccleſias ex pluribus
inſtitutionibus factis ad illorum præſentatio-
nem diuerſis temporibus cum expreſſa men-
2 tione eiuſdem cōcordiæ, quę † proinde etiam
quoad hanc Eccleſiam effectuata cenſetur,
*Add. ad Gregor. XV. decis. 557. numer. 9. verſ. prout
etiam concordia*; Verum etiam quoad hanc ip-
ſam Parochialem loci Gragnani; ſiquidem ea
vacante anno 1575. d. Com. Petrus Franci-
ſcus vnus ex nominatis in prædicta concordia
exiſtens in ſuo turno præſentauit ſimul cum
Epiſcopo, & Parochianis hab. ā reliquas duas
tertias partes Sebaſtianum de Tondolis, cuius
pręſentatio fuit etiam effectum ſortita, ex eo
quia per eius obitum fuit præſentatus, atque
inſtitutus prædictus Ioannes Nomius, per cu-
ius obitum contigit vacatio, de qua agitur;
ex tali enim effectuatione probatur quaſi poſ-
ſeſſio præſentandi non ſolum quoad ipſum
Com. Petrum Franciſcum, qui actu præſenta-
uit, cum etiam ex vnica pręſentatione effectū
3 ſortita acquiratur † quaſi poſſeſſio pręſentan-
di, *Bald. conſ. 32. num. 4. lib. 1. Corn. conſ. 42. num. 4.
verſ. ex prima præſentatione lib. 3. Dec. conſ. 117.
num. 2. & conſ. 124. nu. 1. Rimin. iun. conſ. 214. n. 14.
Rota dec. 174. num. 1. par. 1. rec.* Sed etiam quoad
cęteros Compatronos, qui non pręſentarunt,
quia licet Iuſpatronatus dd. Eccleſiarum fue-
rit inter eos diuiſum quoad actum præſenta-
tionis per turnum, attamen talis turnus non
4 efficit † quin Iuſpatronatus ſit indiuiduum
quoad proprietatem, cùm ille diuidat dumta-
xat vſum, ſeu exercitium præſentandi, *Innoc.
in cap. 1. num. 1. de Iurepatr. Vitalin. in Clem. plu-
res, §. & vt facilius num. 3. eod. tit. Lotter. de rē be-
nef. lib. 2. q. 10. n. 99. Rota in Gerunden. benef. 4. Iulij
anni præteriti coram R. P. D. meo Bichio*, & conſe-
quenter pręſentatio facta à D. Co. Petro Fran-
ciſco ſuffragatur etiam Comiti Chriſtopharo
5 eius Compatrono, cum in dubio † præſenta-
tio † vnius ex Compatronis conſeruet poſſeſ-
ſionem aliorum ex eodem iure venientium,
*Abb. conſ. 54. ſub num. 3. verſ. Nec obſtat ſi dicatur,
vol. 1. Ruin. conſ. 50. num 9. & ſeqq. lib. 5. Rim. iun.
conſ. 214. num. 40. Lambert. de iurepatr. lib. 2. par. 1.
q. 8. princip. art. 16. num. 15. & 22. Veral. dec. 291.
366. & 415. p. 2. Garz. de benef. par. 5. c. 5. n. 115.
Add. ad Greg. XV. dec. 417. n. 15.*

Et videbatur ceſſare difficultas, ex eo, quia
prædicti Tranſigentes viciſſim ſe conſtitue-
runt Procuratores, & ſic vnuſquiſque in ſuo
turno dicitur acquiſiuiſſe poſſeſſionem no-
mine nedum ſuo, ſed etiam Compatronorū,
6 cum poſſeſſio etiam † per Procuratorem ac-
quiri poſſit, *l. 1. §. per Procuratorem, & d. l. cum
ſeruus 42. §. Procurator, ff. de acquiren. vel amitt.
poſſeſſ.*

Quibus accedunt prędictę alię præſentatio-
nes quoad alias Eccleſias cum expreſſa rela-
tione ad prędictam tranſactionem ſucceſſiuè
factę ab eiſdem Compatronis in ea nomina-
tis, qui propterea dicuntur acquiſiuiſſe quaſi
poſſeſſionem pręſentandi etiam quoad hanc
7 Eccleſiam cum poſſeſſio † pręſentandi reſpe-
ctu vnius beneficij trahatur ad omnia alia be-
neficia contenta ſub eadem diſpoſitione, prout
reſoluit *Rota in Viterbien. Iuriſpatronatus 4. Maij
1605. coram Sacrato, quam refert, & ſequitur Add.
ad Greg. XV. d. dec. 557. n. 8.*

Nec releuat, quod prædicti tranſigentes nō
fecerint ſpecificam mentionem omnium Ec-
cleſiarum, quarum iuſpatronatus ad eos ſpe-
ctat, & ſignanter huius, de qua agitur. Quia
cum illi trāſegerint non ſolum quoad Eccle-
ſiam de Mauiano expreſsè nominatam; Ve-
rùm etiam indefinitè quoad cœteras Eccle-
ſias, in quibus habebant ius præſentandi, nul-
la facta reſtrictione potiùs ad vnam, quam ad
aliam, cenſentur etiam hanc Eccleſiam in d.
tranſactione compręhendere voluiſſe tùm
8 ex eius generalitate, quæ eſt apta omnia com-
pręhendere, *Curt. iun. conſ. 191. numer. 20. Surd.
conſ. 418. num. 4. Greg. XV. dec. 354. num. 12.* Tùm
etiam ex prædicta ſucceſſiua præſentatione ad
illam facta anno ſequenti poſt d. tranſactio-
nem nempe anno 1575. à Com. Petro Fran-
9 ciſco, quæ quidem præſentatio † non docto
de alio titulo præſumitur facta in executionē
præcedentis tranſactionis, *Menoch. de præſumpt.
lib. 6. præſumpt. 67. num. 1. & ſeqq. Surd. conſ. 24.
num. 16. & dec. 70. num. 9. Rota dec. 100. num. 5. p. 2.
diuerſ.* & conſequenter plurimum operatur ad
demonſtrandum Eccleſiam, de qua agitur,
fuiſſe ſub d. tranſactione compręhenſam, cum
10 ex obſeruantia † poſt contractum ſubſequu-
ta declaretur qualis fuerit præcedens inten-
tio contrahentium, *Ceph. conſ. 58. num. 27. Ri-
min. iun. conſ. 214. num. 13. Rota dec. 301. n. 8. par. 1.
recent.*

Neque ſubſiſtere viſum fuit, quod prædicta
trāſactio reſpectu d. Com. Petri Franciſci fue-
rit inita à Procuratore non habente ſpeciale
mandatum ad tranſigendum. Quia contra-
rium conuincitur ex Inſtrumento eiuſdem
tranſactionis, in quo d. mandatum expreſsè
enunciatur, licet enim mandatum regulariter
11 non probetur † ex enunciatiua illius facta in
aliquo Inſtrumento, etiam ſi Notarius dicat
ſe de illo rogatum fuiſſe ex relatis à *Surd. de-
ciſ. 231. ſub num. 2. & 3. & Add. ad Bur. dec. 209.
num. 15.* Nihilominus d. concluſio limitatur,
12 quando, prout hic, illud † enunciatur in In-
ſtrumento antiquo, *Add. ad Bur. d. deciſ. 209.*
13 *num. 18.* Vel ſaltem talis † enunciatiua efficit,
vt illud præſumatur, *Gabr. com. opin. tit. de pro-
cur. concl. 1. num. 9. Menoch. præſ. 33. num. 25. lib. 2.
Rota deciſ. 440. num. 5. in fin. par. 2. recen.* Iunctis
14 præſertim † adminiculis, *Rota dec. 183. num. 1.
par. 1. diu. Greg. XV. dec. 1011. num. 2. par. 5. diuerſ.
num. 19.*

Quod autem prædictus Comes Franciſcus
deſcendat a Com. Chriſtopharo nominato in
prædicta tranſactione apparet ex partitis for-
miter compulſatis ex libris decimarum Flo-
rētiæ, in quibus ipſe reperitur deſcriptus vna
cum fratribus per hæc verba: *Il Conte Gio:
Battiſta, Conte Aſtorre, e Conte Franceſco del
Chri-*

Conte Christophoro del Conte Gio: Franceſco Gonzaga da Montedoglio. Qui libri cum ſint admi-
niculati ex alijs partitis formiter extractis ex
alijs libris olim Abbatiæ, nunc menſæ Epiſco-
palis Burgi Sancti Sepulchri, atque ex Inſtru-
mento venditionis bonorum factæ de anno
1615. in quibus eadem fit enunciatio, necnon
ex plurium Curialium atteſtatione, ſufficien-
ter probant deſcendentiam ipſius Com. Fran-
25 ciſci ex d. Com. Christopharo, cum illa † ſuf-
ficienter probetur ex huiuſmodi libris iunctis
adminiculis, prout in ſpecie dixit *Rota coram Buratt. in deciſ. 358. num. 9. in fin. & ibidem Add. litt. B. & dec. 84. num. 3. par. 5. recen. vbi aliæ deciſiones recenſentur.*

Narratiua deniq; quod ipſe Mazonus fue-
rit præſentatus à medietate Patronorum viſa
fuit ſufficienter iuſtificari, ex eo, quod ille
fuit præſentatus à prædicto Com. Franciſco
Gonzaga, qui tempore vacationis Parochialis
habebat medietatem vocum, quamuis enim
Iuſpatronatus huius Parochialis ſpectet pro
vna tertia parte ad D. Epiſcopum, & pro alia
tertia parte ad Parochianos, & pro reliqua ter-
tia parte ad prædictos Com. Montisdolci, ni-
hilominus, quia de menſe Auguſti 1634. quo
contigit vacatio huius Parochialis Sedes Epi-
ſcopalis erat vacans, vox quæ ſpectabat ad E-
piſcopum conſolidata fuit pro illa vice penès
alios Compatronos, & ſic integrum Iuſpatro-
natus reſedit penès d. Com. Franciſcum pro
vna medietate, & Parochianos pro alia
26 medietate, † ne reliqua tertia pars ſpectans ad
Epiſcopum dicatur in ſuſpenſo remanſiſſe,
Creſc. deciſ. 2. in fin. de iurepatr. cum alijs allegatis in deciſ. quæ reuidetur.

Neque d. vox potuit tranſire ad Vicarium
Capitularem, qui inſtituendo d. Mazonum
cenſeri debet eumdem præſentare voluiſſe, ex
eo, quod inſtitutio † habeat vim præſentatio-
nis quando facta eſt ab illo qui præſentare po-
teſt, *Panormit. in cap. cauſam 8. num. 6. verſ. & ſic nota ſingulariter de elect. Pauin. in tract. de poteſt. capit. ſed. vac. par. 2. q. 5. num. 4. verſ. non obſtat, quod præſentare, Felin. in cap. cum venerabilis nu. 38. in fin. de except. Lambert. de Iurepatr. lib. 2. par. 5. q. 2. art. 14. num. 2. verſ. neque obſtat*; quia talis Vica-
rius non potuit d. præſentationem facere, quia
28 ſicut Capitulum † ſede vacante non ſuccedit
niſi in his, quæ ſunt iuriſdictionis ſpecialis, nō
autem in his, quæ Prælato competunt ex ali-
quo iure ſpeciali, vt poſt *Felin. & alios in c. cum olim de maiorit. & obed. tradit Strozz. de off. Vicar. lib. 2. q. 30. num. 3. & q. 188. num. 6.* ita quoque
Vicarius ab eo deputatus non poteſt exercere
ea, quæ competebant Prælato ex iure ſpeciali,
quale eſt huiuſmodi ius præſentandi, cum ne-
29 mo † poſſit dare quod non habet, *l. nemo poteſt, ff. de reg. iur. l. Traditio ff. de acquir. rer. domin. cum ſimilib.*

20 Nec obſtat replicatio, † quod Capitulum ſe-
de vacante poſſit præſentare, quando pericu-
lum eſt in mora, puta quia conſumaretur va-
catio beneficij antequam Eccleſia de Rectore
prouideretur iuxta limitationem adductam
à Pauino de poteſt. Capit. ſed. vac. par. 2. q. 5. nu. 4. ad med. verſ. Et etiam. Quia d. limitatio tunc
demum procederet, quando præſentatio ſpe-
21 ctaret originaliter ad Capitulum † cum con-
ſenſu tamen Epiſcopi, ſecus verò, quando,
prout hic, præſentatio abſolutè ſpectat ad Epi-
ſcopum, vt in ſpecie declarat *Lambert. de Iurepatr. lib. 2. par. 1. q. 2. art. 14. ſub num. 8. verſ. Eſt bene verum.*

22 Neque applicatur ſimile de collatione ne-
ceſſaria, quam Capitulum ſede vacante facere
poteſt, vt per *Rebuff. & alios alleg. per Garz. de benef. par. 5. cap. 7. num. 55. & plurib. ſeqq.* Quia
talis neceſſitas non cadit in præſentatione ad
beneficium, cuius Iuſpatronatus ſpectat ad
plures, cum illud prouideri poſſit ad præſen-
tationem aliorum Cōpatronorum, per quam
non infertur præiudicium Epiſcopo, ſed imo
23 ius illius † preſeruatur, *d. l. communis ſeruus, ff. de acquir. poſſeſſ. Abb. d. conſ. 54. ſub num. 3. verſ. nec obſtat ſi dicatur vol. 1. Ruin. d. conſ. 50. num. 9. & ſeqq. vol. 5. cum alijs ſupra alleg.*

Et ita vtraq; &c.

ROMANA FIDEICOMMISSI DE MARIANIS.

Luna 16. Martij 1643.

ARGVMENTVM.

Agitur de diſpoſitione facta à Religioſo ante in-
greſſum in Religionem, & ante purificatum
fideicommiſſum ad ſui fauorem, an ſcilicèt
ſub illa d. fideicōmiſſum veniat, ſeù potiùs ad
Religionem in qua profeſſionem emiſit, &
alia traduntur de ſpe ſuccedendi fideicommiſ-
ſo quando iſta ſit tranſmiſſibilis.

SVMMARIVM.

1 *Fideicommiſſarius inter alia pro conſecutione bonorum fideicommiſſariorum tenetur docere de fideicommiſſi purificatione.*

2 *Nepos ex fratre, aut ſorore prædefunctis ab inteſtato ſine aſcendentibus, aut deſcendentibus dicitur legitimus hæres illorum.*

3 Statut. Vrb. lib. 1. cap. 142. *habens filios poſitos in conditione pro vocatis habet locum etiam in conſanguineis affinibus agnatis, ſeu cognatis.*

4 *Proximiores deſcendentes tunc ſuperuenientes quando fuerunt vocati tunc proximitas requiritur de tempore obitus, & fideicommiſſi purificatione.*

5 *Hæredum legitimorum appellatione quando fuerunt ſolum poſiti in conditione veniunt ſolum filij, & deſcendentes inſtitutorum ſecus agnati tranſuerſales.*

6 *Poſitus in conditione cenſetur vocatus à* Stat. Vrb. lib. 1. cap. 142.

7 *Lineæ appellatione ſi adſit genitiuum alicuius tunc venit ſolum linea effectiua, & diſcenſiua ab illo.*

8 *Hæreditas, quæ obuenit Monacho poſt profeſſionem defertur immediatè Monaſterio vbi profeſſio fuit emiſſa.*

9 *Hæreditas delata Monacho poſt emiſſam profeſſionem neque momento temporis penes illum reſidere dicitur, ſed recta via Monaſterio acquiritur.*

10 *Et*

10 *Et hoc ne Monachus deueniret capax dominij contra votum paupertatis.*

11 *Teſtator ſub vniuerſali diſpoſitione cenſetur voluiſſe comprehendere etiam ius fideicommiſſi ad quod erat vocatus.*

12 *Monachus ante ingreſſum in Religionem liberè diſponere valet de bonis ſuis etiam priuatiuè ad Religionem in qua eſt profeſſurus.*

13 *Fideicommiſſum aut legatum conditionale relictum in vltima voluntate ad fauorem alicuius ante euentum conditionis non tranſmittitur ad eius heredes.*

14 *Fideicommiſſum aut legatum conditionale nec etiam ad liberos, ſeu deſcendentes tranſmittitur ante euentum conditionis.*

15 *Fideicommiſſum, aut legatum relictum ſub conditione ante euentum illius non dicitur eſſe in bonis noſtris.*

16 *Ideoque illud interim legari non poteſt cum verſemur in legato ſub conditione.*

17 *Subſtitutus per fideicommiſſum etiam ante conditionis euentum dicitur interim habere ſpem in illo ſuccedendi à iure approbatam ſaltem mortuo primo Teſtatore.*

18 *Ius in ſpe à iure approbatum tranſmittitur ad heredes.*

19 *Hoc procedit in ſpe quæ oritur ex contractu ſecus, quæ ex vltima voluntate num. 20. & ratio differentiæ aſſignatur num. 21. & 22.*

23 Text. in l. ſeruum filij 26. ff. de leg. 1. *in quibus terminis illius diſpoſitio procedat declaratur n. 24.*

25 *Conditio, ſeu ſpes, quæ oritur ex diſpoſitione iuris non impedit tranſmiſſionem ſecus quæ prouenit ex diſpoſitione Teſtatoris.*

26 *Spes ſuccedendi quæ ex fideicommiſſo oritur ſi fuerit ad actum perducta dicitur probabilis, & ad heredes tranſmiſſibilis.*

27 *In vltimis voluntatibus attenditur tempus purificatæ conditionis.*

28 *Relictum conditionale quod pendente conditione non requiritur virtute tranſmiſſionis acquiritur ex vi diſpoſitionis Teſtatoris.*

29 *Fideicommiſſum conditionale tranſmittitur ad hæredes fideicommiſſarij etiam ante purificatam conditionem ſi ex coniecturis appareat hanc fuiſſe voluntatem Teſtatoris.*

30 *Tranſmiſſio fideicommiſſi difficilius inducitur ad fauorem hæredis extranei quam liberorum.*

31 *Proximitatis qualitas requiſita à Teſtatore tanquam inhærens perſonæ non eſt tranſmiſſibilis.*

DECISIO DCCVII.

MARIVS Marianus, & Clara Alicorna coniuges in Teſtamento inſimul condito de anno 1581. ſe ad inuicem inſtituerunt cum reciproca ſubſtitutione, & ipſis quandocunque decedentibus vulgaritèr pupillaritèr, & per fideicommiſſum, & alias omni meliori modo &c. ſubſtituerunt Traianum, & Antonium eorum filios cum reciproca paritèr ſubſtitutione inter ipſos, & caſu quo ipſi ſine liberis decederent vniuerſam hæreditatem deferri voluerunt ad Erſiliam eorum filiam pro duabus portionibus, & pro alia tertia parte ad Gabriellam, & Claram de Marianis eorumdem filias Moniales pro æquali portione, & ipſis Gabriella, & Clara Monialibus non exiſtentibus tunc earum portiones peruenire voluerunt ad proximiores deſcendentes tunc ſuperuiuentes ex linea vtriuſque coniugis, itaut quælibet linea pro medietate ſuccederet, & vna non extante altera exiſtens in vtraq; ſubintraret.

Deceſſit ante Teſtatores ipſe Traianus filius ſine prole, ſucceſſiuè obierunt Teſtatores ſuperſtite Antonio vnico maſculo, qui hæreditatem adiuit, Erſilia verò nupſit, prædeceſſitque d. Antonio ſub anno 1603. relicto ex ſe altero Traiano Iuniore filio, qui ante ingreſſum Religionis Camaldulenſium (in qua de anno 1606. profeſſionem emiſit vocando ſe Pacificum) condidit Teſtamentum, in quo hæredem vniuerſalem ſcripſit Hoſpitale Sancti Ioannis Colabitæ de Vrbe, nuncupatum de Benfratelli. Obierunt quoque ante d. Antonium prædictæ Moniales, & vltimo deceſſit ipſe Antonius nullis relictis filijs, & inſtituta ſibi hærede Cecilia vxore.

Hinc orta controuerſia inter Corneliam Alicornam Neptem Claræ Teſtatricis, & Ceſſionariam Religionis Camaldulẽſium ex vna, & Ceciliam Morellam vti hæredem d. Antonij eius viri ex alia, & Papinum Creditorem hæreditatis d. Antonij, atque d. Hoſpitale S. Ioannis vti hæredem d. Traiani Iunioris partibus ex altera quoad ſucceſſionem in bonis dd. Marij, & Claræ Teſtatorum, eaq; introducta coram A.C. emanauit ſententia, qua fuit declaratum d. Hoſpitale eſſe immittendũ in poſſeſſionem bonorum, de quibus agitur durante vita d. P. Pacifici Traiani in ſæculo nuncupat. remanente in poſſeſſione d. Papino Creditore eiuſdem Antonij Mariani grauati, donec de prætenſo credito fuerit ſatisfactus. Quam ſententiam hodie in gradu appellationis dixerunt Domini eſſe infirmandam ex capite Iniuſtitiæ, quæ ſatis reſultare viſa fuit ex eo quod prædicta ſententia concedit Immiſſionem Hoſpitali in poſſeſſionem dd. bonorum vigore fideicommiſſi purificati ad eius fauorem ex perſona d. Traiani Iunioris, qui illud hæredem vniuerſalem inſtituit de qua
1 tamen purificatione fideicommiſſi † non docetur, prout illam idem Hoſpitale veniens ex illius perſona inter alia concludentèr probare debuiſſet ad effectum conſequẽdi bona, quæ prætendit ſibi deberi ex alteriùs fideicommiſſo *ex relat. à Peregr. de fideic. art. 43. num. 9. & 10. Petr. eod. tract. qu. 11. num. 1. & ſeqq. Fuſar. de ſubſt. qu. 614. num. 1.*

Non obſtat quod prædictus Traianus Iunior fuerit vocatus ad fideicommiſſum prædictorum Marij, & Claræ non ſolum tanquam poſitus in conditione in ſecunda ſubſtitutione facta ad fauorem Erſiliæ, & aliarum filiarum ibi *Quod ſi ambo filij prædicti* (Traianus ſcilicèt Senior, Antonius hæredes inſtituti) ſine liberis legitimis, & naturalibus, vel legitimis hæredibus, & ſucceſſoribus quandocunque deceſſerint, tali caſu vniuerſam hæreditatem deferri, & ipſo iure deuolui voluerunt ad d. Erſiliam eorum filiam pro duabus &c. ponderatis

Digitized by Google

ratis illis verbis, vel legitimis hæredibus quo-
2 rum † appellatione etiam d. Traianus Iunior
tanquam Nepos Antonij ex Erſilia Germana
Sorore venire dicebatur, cum Nepos ex fra-
tre, aut Sorore prædefunctis ab Inteſtato ſi-
ne Aſcendentibus, aut Deſcendentibus dica-
tur legitimus hæres illius *Auth.ceſſãte vbi Cnſtr.
num.1. C. de legit. hæred. Auth.poſt fratres la prima
vbi Bald.in princip. verſ.& in primo, & Auth. poſt
fratres la ſeconda vbi Caſtr.num.1.& 3. eod.tit.§. ſi
igitur el ſecondo, & §.ſi autem defuncto Auth.de hæ-
red.ab Inteſt.Ven.Nicol.de Vbald.in tract.de ſucceſſ.
ab Inteſt.par.3.num.1. & 2.* Et conſequenter ta-
citè vocatus ad idem fideicommiſſum ex diſ-
3 poſitione † *Stat. Vrb. lib.1. cap.142.* quod licet
loquatur de filijs, nihilominus locum habere
etiam in Conſanguineis, affinibus, & agnatis,
ſeù cognatis, dixit *Rota deciſ.332. num.1. & 2.
& deciſ.403.num.1.2.& 3.in fin.par.2. recent. & in
Romana fideicommiſſi de Incoronatis 13.Nou. 1637.
coram bo me. Pirouano, in qua alia deciſiones recen-
ſentur*. Verum etiam tanquam expreſsè vo-
catus in altera ſubſtitutione facta ad fauorem
proximiorum lineæ vtriuſque Teſtatoris ibi.
*Ipſis autem Gabriella, & Clara monialibus non ex-
tantibus, tunc earum portiones peruenire voluerunt
ad proximiores deſcendentes tunc ſuperuiuentes linea
vtriuſque coniugis &c.* Attentis illis verbis pro-
4 ximiores † deſcendentes tunc ſuperuiuentes,
quæ operantur vt idem Traianus Iunior ſolus
ex omnibus proximioribus deſcendentibus ex
linea fideicommittentiũ tempore obitus præ-
dictarum Monialium ſuperuiuens cenſeatur
expreſsè nominatus *Ruſtic. in l. cum Auus lib.6.
cap.14.num.71.in fin.& ſeqq.Puriſ.conſ.9. num.24.
& conſ.37.num.53.lib.2.*

Quoniam reſpectu vocationis deſumptæ ex
illis verbis, vel legitimis hæredibus, adiectis
in ſecunda ſubſtiturione, illa non viſa fuit
ſubſiſtere, quia cum prædicti Teſtatores fece-
runt mentionem de legitimis hæredibus Tra-
iani Senioris, & Antonij filiórum Inſtituro-
rum non diſpoſitiue, ſed conditionalitèr, vi-
dentur ſenſiſſe de illis hæredibus dumtaxat,
qui eſſent eorum filij, aut deſcendentes, cum
in vltimis voluntatibus quando legitimi hæ-
redes non fuerunt poſitiuè vocati, ſed poſiti
5 ſolummodò, *prout hic*, in conditione † eorum
appellatione veniunt ſolum filij, & deſcen-
dentes hæredum Inſtitutorum, ſecus autem
Agnati tranſuerſales *Cunnan.in l.Gallus §. etiamſi
ſub nu.1.in fin.verſ.idem dico ſi fiat mentio de hære-
de legitimo ff.de lib.& poſthum. Ber.conſ.69. num.9.
verſ.præterea etiam lib.1.Pariſ.conſ.30.nu.10.lib.2.
Guidop. deciſ.457. ſub num.1. verſ.credo tamen con-
trarium Gratian.diſcept.313.num.1. & ſeqq. Fuſar.
de ſubſtit.qu.339.num.73.cum alijs in propoſito rela-
tis in Albanen. hæreditatis 23. Iunij anni præteriti
coram R. P. D. meo Cerro*. Quæ concluſio faci-
liùs procedit in hac facti ſpecie, in qua Teſta-
tores non extantibus legitimis hæredibus Tra-
iani, & Antonij filiorum vocarunt Erſiliam
eorum Sororem, nam hinc apertè colligitur
eos ſub illis verbis (ac legitimis hæredibus)
ſenſiſſe ſolum de hæredibus, qui eſſent filij
deſcendentes, alioquin ſpecifica vocatio Erſi-
liæ, fruſtatoria fuiſſet, ſi etiam agnatos tranſ-
uerſales dd. hæredum comprehendere voluiſ-
ſent, cum & ipſa tanquam in conditione po-
6 ſita † cenſeretur vocata *ex Stat. Vrb. d.cap.142.
lib.1.* cuius diſpoſitio etiam tranſuerſalibus
ſuffragatur ex Iuribus ſupra allegatis.

Reſpectu verò vocationis deſumptæ ex al-
tera ſubſtitutione quamuis Traianus Iunior
fuerit in ea vocatus ſub nomine proximiorũ
deſcendentium lineæ vtriuſque Coniugis, ſci-
licet Mariani, & Claræ fideicommittentium
cum ille ſit Nepos dd. Coniugum ex Erſilia
eorum filia; Ideoq; contineatur ſub illorum
linea effectiua excluſis tranſuerſalibus, qualis
eſt Cornelia Neptis ex Fauſto fratre Claræ,
cum in dubio appellatione lineæ, quæ, *prout
hic*, non fuit vocata ſimplicitèr, ſed adiecto
7 genetiuo ibi, *Linea vtriuſque Coniugis*, † veniat
ſolum linea effectiua, & deſcenſiua ab ipſis
*Ruin.conſ.153.nu.10.& 11.lib.2.Menoch.conſ.424.
nu.12.verſ.præterea Mantic.de coniect.vlt.vol.lib.8.
tit.12.nu.20.verſ.ſed ego, cum alijs relatis à Fuſar.
de ſubſt.qu.351.num.32.* Nihilominus huiuſmo-
di vocatio non ſuffragatur Hoſpitali, quia
cum fideicommiſſum, in quo fuit vocatus
prædictus Traianus Iunior non fuerit purifica-
tum niſi poſtquam ille fuit ingreſſus Religio-
nem Camaldulenſium, ibique aſſumpto no-
mine fratris Pacifici profeſſionem emiſit de-
latum fuit non Hoſpitali, ſed ipſi Religioni
Camaldulenſium, in qua ille profeſſionem
8 emiſit, cum hæreditas † quæ obuenit Mona-
cho poſt emiſſam profeſſionem deferatur im-
mediatè Monaſterio, in quo ille profeſſus fuit
iuxtà communem opinionem Canoniſtarum,
quam tenent *Innoc. in cap.in præſentia 8. num.6.
circa fin.verſ.hæc autem, & ibidem Hoſtien.num.3.
verſ.hoc tamen Io.Andr. ſub num.21. verſ.illud au-
tem Butr.num.28.verſ.vnde capacitas iuncto verſ.&
omnia Abb.num.76.& ſeqq. Bero.conſ.557. Ancar.
num.18.verſ.Io. Andr.tit.de probat.Barbat.conſ.20.
num.19.Ruin.conſ.204.num. 2.& conſ.205.num.1.
verſ.tamen communis & conſ.206. in fin.vol.1. Bel-
tran.conſ.68. num.1. in fin.verſ. quin ſi hæres vol.6.
Socc.Sen.conſ.183. poſt princ. verſ. tamen communis
opinio lib.2. Curt. Iun.conſ.48. num.8. lib.1. Hond.
conſ.49.num.15.lib.1.& conſ.75.num.11.lib.2. Mo-
lin.de Iuſt.& Iur.tom.1.diſp.140.col.8.ſub.§.non ſo-
lum bona cum alijs cumulat. à Sanch.in præcept De-
calog.lib.7.cap.12. num.36.Ferdin. à Caſtr. Pal. in
oper.Moral.de oblig.relig.diſp.3.punct.d.num.3.Grat.
diſcept.363.num.17.& ſeq.* Quam etiam opinio-
nem Rota ſæpiùs amplexa fuit, & ſignanter
*in deciſ.128.n.2.par.2.rec. & coram Caual.dec.346.
num.2.& coram Burat.deciſ.394.num.3.ibique Add.
num.10. & deciſ.756. num.6. & nuper in Romana
Succeſſionis de Comitibus 23. Iunij anni præteriti co-
ram me in §. neque applicatur.* Adeout hæredi-
9 tas † delata Monacho poſt emiſſam profeſſio-
nem neque etiam momento temporis penes
illum reſidere dicatur, ſed recta via Monaſte-
rio acquiratur *Io Andr.in d.cap.in præſentia 8.nu-
mer.21.verſ.illud autem, ibique Ancar.num.18.verſ.
Io.Andr.de probat.cum alijs relat.à Vinc. de Franch.
deciſ.40. num.2. & 3.* Nè aliàs ipſe Monachus
10 deueniret † capax dominij contra votum pau-

pertatis, vt elegantèr explicat *Caſtr. Pal. oper. Moral.tom.3.de oblig. Relig.ſtat.diſp.3.punct.5.nu.3. verſ. ſecundo efficacius*.

Nec releuat quod ipſe Traianus Iun. ante ingreſſum d.Religionis Camaldulenſium cõdiderit Teſtamentum, in quo inſtituit hæredem vniuerſalem d. Hoſpitale S. Ioannis in omnibus,& ſingulis bonis ſuis mobilibus &c. Iuribus, actionibus, & creditis quibuſcunq; vbilibet exiſtẽ præſentibus, & futuris. Vnde inferebatur illum ſub vniuerſali diſpoſitione
11 voluiſſe † comprehendere etiam Ius prædicti fideicommiſſi, in quo ille vocatus fuit *ex not. à Laderch. conſ.133. num.3. & Buratt. deciſ.639. num.12. verſ. nec poteſt dici comprehenſa*, cum
12 Monachus ante ingreſſum in Religionem liberè diſponere valeat de bonis ſuis etiam priuatiuè quoad ipſam Religionem, in qua eſt profeſſurus Auth. nunc autem ibi, ſi priùs teſtatus non ſit *C.de Epiſc. & Cleric. canonizata in cap.ſi qua Mulier 18.qu.3.C.de his in fin.uerſ.ſed illud de teſtam.Clar.in §. Teſtamentum qu.28. num.6. uerſ.dixi ſecundum tempus Craſſ.eod.§.qu.34.num.5. Menoch.lib.6.præſ.84.num.12.Nouar.Com.2. de regul.num.49. circa fin. uerſ. cuiuſcunque enim Molin. Theolog.de.Iuſt.& Iur.diſp.139. col.3. ad fin. verſ. his ita conſtitutis, & alter Molin. de Primog. lib.2. cap.9.num.39.& 52.* Quia cum d.fideicommiſſum fuerit à dictis Coniugibus relictum ſub conditione, quæ tempore, quo ipſe Traianus Iun. condidit Teſtamentum adhuc non erat purificata. ius illius tranſmitti non potuit ad Hoſpitale eius hæredem inſtitutum, cum re-
13 gularitèr fideicommiſſum † aut legatum conditionale relictum in vltima voluntate ad fauorem alicuius ante euentum conditionis nõ tranſmittatur ad eius hæredes *l.vnic.§.ſin autem aliquid ſub conditione verſ. quod ſi in medio C. de caduc.toll.l.4.verſ.ſed etſi deceſſit ff.de alim. & cib. legat.cum alijs plena manu congeſtis à Gabr. com. opin. lib.4.de hæred.Inſt.concl.2.num.1.& 2. Peregr.de fideic.art.22.nu.4.verſ.nec etiam tranſmittitur Mantic. de coniect.lib.11.tit.20.num.1.Fuſar.de ſubſt.q.490. num.1.& ſeqq. Bellon.de Iur. accreſc.cap.7. qu.34. num.7.Noal.de tranſmiſſ.caſ.1.nu.2. Rota deciſ.263. num.7.par.1.recent.*

Eoque minus ad hæredes extraneos, qualis eſt d. Hoſpitale, cum regularitèr fideicom-
14 miſſum † aut legatum conditionale nec etiam ad liberos,ſeù deſcendentes tranſmittatur ante euentum conditionis *gloſſ. in l. vnic. §.derelictis circa med.verſ.quod non placet, & ibidem Cin.in fin. verſ. vltimo quæritur, & Bart.num.4. C.de his qui ant.apert.tabul. hæred. tranſmitt. Caſtr. conſ.67. ſub num.3.circa fin.verſ.ſed ſi filia par.2.Bald.conſ.146. num.1.verſ.ſed alia gloſa lib.5. Alex.conſ.92.num.5. lib.7.& conſ.167.num.4.lib.5. Dec.conſ.430.nu.8. verſ.venio ad ſecundum & conſ.574.num.1.verſ.non obſtat, & num.ſeqq. Aldobrand.conſ.21.nu.21.lib.1. cum alijs cumulatis à Gabr. d.concl.2.nu.10. Peregr. de fideic.art.31. num.6. Mantic de coniect.d.lib.11. tit.20.num.1.verſ. Ampliatur primo Noal. de tranſmiſſ.d. caſ.1. num.32. Greg. d.deciſ.551. num.2.* Et ratio inter alias ea eſt, quia fideicommiſſum,
15 aut legatum relictum ſub conditione † ante euentum illius non dicitur eſſe in bonis noſtris, prout ſunt *text.aperti in l.ſubſtit.42.& ibid. gloſ.in eodem verb.ſubſtitutio ff.de acq.rer.domin.l.Is cui ſub conditione 42. ff.de action. & oblig.l. ſi ita ſit ſcriptum 45.§.ſi ſub conditione ff.de leg.2.l.legata ſub conditione 41.ff.de cond.& dem. Noal.de tranſmiſſ.d.*
16 *caſ.1.num.3.* Ideoq; illud † interim legari non poteſt prout infert *idem text.in l.legata ſub conditione ff. de cond. & demonſtr. cuius verba ſunt hæc*, legata ſub conditione relicta non ſtatim, ſed cum conditio extiterit deberi incipient; Ideoque interim legare non potuerunt,quem textum loqui de legatis non tranſmiſſibilibus, qualia regularitèr ſunt legata conditionalia, non autem de tranſmiſſibilibus aduertit *Sanchez. in repet.l.hæredes mei §.cum ita par.4.nu.472. verſ.non obſtat*, vbi ſub hac diſtinctione conciliat ea, quæ in numeris præcedentibus in contrarium attulerat.

Non obſt. quod prædictus Traianus Iun. tempore conditi Teſtamenti haberet ſaltem ſpem ſuccedendi in bonis ſubiectis prædicto
17 fideiuſſo,cum ſubſtitutus † per fidecõmiſſum, etiã ante cõditionis euẽtũ dicatur interim habere ſpem in illo ſuccedendi à Iure approbatam ſaltem mortuo primo Teſtatore. *Bart. in l. Is poteſt 18.nu. 11.verſ. ſed ſi eſſet ſubſtitutus per fideicommiſſum*, ibiq; etiam *Alex. n. 5.verſ. etiam inducit hic. Bart. & ſub num. 6. verſ. non obſtat, quod res. Iaſ. num. 48. verſ. ſubdit. Bart. ff. de acquir. hæred. Cagnol. in l. fin. num. 283, C. de pact. Soc. Iun. conſ. 95, nu.33. verſ. Sed fidei ſpes conditionalis lib.3. Peregr. de fideic. art. 23. num.62. & art. 52. num.3. verſ.Aut ius habet originem. Anton. Gam. deciſ. Luſit. 92. num. 2.* Vndè inferebatur d. Traianum potuiſſe huiuſmodi ſpem ad Hoſpitale eius hæredem tranſmittere, cum
18 Ius † in ſpe à Iure probatum tranſmittatur in hæredes *l. ſpem 3.C.de donat.§.ex conditionali Inſt. de verb. oblig. Zanch. d. l. hæredes mei §. cum ita part. 4.n. 127.Verſ. Sed benè tamen ſpes Alex.conſ. 91. ſub nu. 11. lib. 1. Ruin. conſ. 212. num. 7. & num.14. verſ. non obſtat igitur lib. prim. Laderch. d. conſ. 133 num.3. verſ.2. idem, & nu.5.in fin. verſ. quod autem in diſpoſitione Gam. d. deciſ. 92. num. 2. verſ. Idea videtur.* Quia fuit reſpoſum id pro-
19 cedere † in ſpe, quæ oritur ex contractu, vel quæ transfertur per viam contractus, & in iſtis terminis loquuntur *text. in d.l.ſpem ſecunda C. de donat.& in d.§. ex conditionali Inſtit. de verb. oblig.cum Doct.Supra allegatis.* Secus autem in
20 ſpe. † quæ oritur ex vltima voluntate, quia talis ſpes hoc caſu non tranſmittitur ad hæredes ante euentũ conditionis, prout in ſpecie diſtingũt *Gloſſ.in d.l.ſubſtitutio.42. in eodem verb. in fin.verſ.& nota aliud eſſe in ſtipulatione ff.de acqu.rer.ſubſtit.dom.& in d.l.is cui ſubcõditione 42. in verb. Creditorem eſſe verſ. in Legato ſecus ff. de act. & oblig.& in d. §. ex conditionali in verb. contigerit*, vbi extendit etiam ad hæreditates conditionales, & ibidem *Oinot. num.2.Miſing. nu.2. Tob. Non. num. 4.& ſeqq. Zanch. in d.l. hæredes mei §. Cum ita par.4. num.10.& ſeqq. Archid.in d. c. Statutum in fin.verſ. Secus in Legatis 18.quæſt.1.Bero. conſ.107. num.10. lib.2. Surd. conſ.403. num.2.& 3. Cancer. var. reſol.lib.3.cap.31.num.116.& ſeqq. Noal. de tranſmiſſ. d. caſ.1. n.197.*

Et

Et ratio differentiæ ea aſſignari poteſt, quia
in contractibus interuenit factum contrahen-
21 tium, qui † in dubio præſumuntur voluiſſe
proſpicere ſibi, & hæredibus *l. ſi pactum 9. in fin.*
ff. de probat. In vltimis vero voluntatibus nul-
lum interuenit factum Fideicommiſſarij, aut
22 Legatarij, ſed Teſtatoris dũtaxat, qui † in du-
bio non præſumuntur voluiſſe etiã hæredibus
Fideicommiſſarijs, aut Legatarij proſpicere,
prout aduertit. *Gloſſ. in d. §. ex conditionali in*
verb. contigerit Inſtit. de verb. oblig. Oinot. ibidem. n.
3. Miſing. num. 2. verſ. ratio eſt. Non. num. 4. & ſeqq.
Bero. d. conſ. 197. num. 10. lib. 2. Zanch. in l. hæredes
mei §. Cum ita part. 4. n. 15. Noal. de tranſmiſſ. d.
caſ. 1. n. 5.
23 Nec applicatur *text.* † *in l. ſeruum Filij 26. ff.*
de leg. 1. per quem text. nonnulli Doct. aiunt Ius in
ſpe probabili legari poſſe ex eo quod Teſta-
tor ſimpliciter diſponens de re aliqua, cen-
ſeatur diſpoſuiſſe de Iure quod habet ſuper il-
la re, etiam ſi tale Ius in ſpe, vel in potentia
conſiſtat, prout ibidem adnotarunt *Gloſſ. in*
verb. conſiſtit Bald. in princ. & in fin. Caſtr. num. 3. &
4. Alex. num. 2. in fin. verſ. ex qua habes, & Iaſ. n. 9.
verſ. ex hoc ſequitur. idem *Alex. in l. ſi Domus 68.*
§. fin. n. 1. verſ. nota eod. & d. conſ. 91. n. 11. verſ. quia
reſpondeo lib. 1. Roman. conſ. 208. num. 5. Gomeſ.
var. reſol. tom. 1. c. 12. de leg. ſub num. 15. circa fin.
verſ. Item adde, & extende Mantic. de coniect. vlt.
vol. lib. 9. tit. 1. nu. 17. Surd. conſ. 113. num. 16. &
24 *ſeqq.* Quia aduertebant Domini *text.* † *in d. l.*
Seruum Filij 46. ff. de leg. primo. loqui de ſpe ſuc-
ceſſionis, quam Pater haber ſuper peculio Ca-
ſtrenſi ſui filij, & ſic de ſpe, quæ oritur ex di-
ſpoſitione legis, non autem de ſpe, quæ,
prout hic, deſumitur ex diſpoſitione Teſta-
toris, & ſic illum non applicari, cum maxi-
ma ſit inter vtrumque caſum differentia.
25 Nam conditio, ſeu ſpes, † quæ oritur ex diſ-
poſitione Iuris non impedit tranſmiſſionem,
ſecus autem ea, quæ prouenit ex diſpoſitione
Teſtatoris. *Pereg. de fideic. art. 31. num. 24. Rot. dec.*
782. num. 24. & 52. par. 1. diuerſ. quam ſequitur
Cancer. var. reſ. d. lib. 3. cap. 21. num. 116. &
ſeqq.

Nec dicatur prædicta procedere, quando
conditio ſub qua fideicõmiſſum relictum fuit
non purificatur in vita fideicommiſſarij, tunc
enim huiuſmod ſpes regulariter non tranſmit-
titur, ſecus autem quando illa purificatur in
26 vita ipſius, quia tunc ſpes, † quę ex illo oritur,
cum fuerit ad actum perducta, dicitur pro-
babilis, proindeque ad hæredes tranſmittitur
ex relat. *à Zanch. in d. l. Hæredes mei §. Cum ita*
part. 4. ſub nu. 127. verſ. Verumtamen tuendo.

Quia cum conditio d. fideicommiſſi non
fuerit purificata, niſi poſtquam Traianus Iu-
nior erat profeſſus in d. Religione, & ſic eſſet
mortuus ciuiliter, talis purificatio ſuffragatur
eidem Religioni in qua idem Traianus pro-
27 feſſionẽ emiſit, cum in vltimis voluntatibus
† attendatur tempus purificatæ conditionis, vt
in proximis terminis notat *Archidiac. in d. c. Sta-*
tutum num. 3. & 8. 12. quæſt. 1. quem ſequitur Abb.
in d. cap. in præſentia num. 27. circa finem verſ. Vide
tamen de probat.

Denique non obſt. quod huiuſmodi fidei-
commiſſum quamuis non ſpectet ad Hoſpi-
tale iure tranſmiſſionis ex perſona dicti Tra-
iani iun., qui illud hæredem inſtituit, com-
petat illi ſaltem iure diſpoſitionis factę à præ-
dictis Teſtatoribus, qui fideicommiſſum in-
ſtituerunt *iuxta d. conſ. Bald. 146. ſub n. 1. verſ. cla-*
rius ſuper hoc puncto lib. 5. Vbi ait, quod relictũ
28 † conditionale, quod pendente cõditione non
erat quęſitũ virtute tranſmiſsionis fuiſſe quæ-
ſitum ex vi diſpoſitionis Teſtatoris, eius nem-
pè, de cuius hæreditate, aut legato tranſmit-
tendo agitur. Quoniam huiuſmodi diſtinctio
ſuffragari poſſet vbi ex inditijs, aut coniectu-
ris conſtaret eoſdem Teſtatores voluiſſe, vt
eorum fideicommiſſum conditionale tranſ-
mitteretur ad hæredes d. Traiani iunioris, aut
alterius fideicommiſſarij etiam ante euen-
29 tum cõditionis, cum fideicommiſſum † con-
ditionale tranſmittatur ad hæredes fideicom-
miſſarij etiam ante purificatam conditionem
ſi ex coniecturis appareat hanc fuiſſe volunta-
tem primi Teſtatoris fideicommittentis *Bald.*
in l. vnic. ſub num. 10. verſ. tu dic quod Gloſſ. noſtra
& ibidem *Corn. ſub num. 13. circa med. verſ. Sed*
reſponde l. de his, ant. apert. tabul. hæred. tranſmitt.
Iaſ. conſ. 233. ſub n. 2. verſ. vnde quando vol. 2. Curt.
Iun. conſ. 16. num. 6. par. 1. Dec. conſ. 397. num. 5.
Pariſ. conſ. 51. num. 18. lib. 3. Socc. Iun. conſ. 145.
num. 20. verſ. Tamen iſtud non procedit lib. 2. cum
alijs relat. à Gabr. d. tit. de hæred. Inſtit. concl. 2. n. 15.
Noal. de tranſmiſſ. d. caſ. 1. num. 63. Greg. XV. dec.
551. num. 3. & ibidem Add. num. 11. Vbi alios cu-
mulat. In propoſito autem tantum abeſt,
quod concurrant coniecturæ ſuadentes hu-
iuſmodi tranſmiſſionem, & quidem vrgen-
tes, quales requiruntur quando, prout hic, agi-
tur de tranſmiſſione prætenſa ad fauorem hę-
30 redis extranei, cum illa difficilius † inducatur
ad fauorem hæredis extranei, quam liberorũ,
vt in ſpecie dixit *Rot. in d. deciſ. 783. num. 3. verſ.*
nihilominus par. 1. div. Quinimò illæ ſatis exclu-
duntur ex qualitate proximitatis requiſitæ à
Teſtatoribus in hęrede ſubſtituto, quę quidem
31 qualitas † tãquam inhærens perſonæ non eſt
tranſmiſsibilis *Surd. conſ. 403. nu. 4. & ſeqq. vol. 3.*
Robleſ de repræſent. lib. 3. c. 14. num. 97.

Et ita partibus informantibus, ac citato
d. Papino, & informare recuſañ reſolutum
fuit.

VERCELLEN. VNITATIS CAPITVLI.

Veneris 24. Aprilis 1643.

ARGVMENTVM.

Iura producta ex quibus dicantur eſſe in for-
ma probanti.

SVMMARIVM.

1 *Exemplum deſumptum ab originali producto in actis, & ibidẽ regiſtrato auctoritate Iudicis æquè probat ſicut ipſum originale.*
2 *Scriptura non dicitur de actis ſi fuerit producta parte non citata ad dicen. contra.*

3 *Productio ſufficit ſi fiat parte, vel Procuratore præſente adhoc non ſit neceſſaria citatio ad dicen. contra.*

4 *Scriptura quod non ſit in forma probanti non poteſt allegari poſtquam contra illam, nil fuit oppoſitum in illius productione.*

5 *Procurator poteſt præiudicare principali in omittendo.*

6 *Tranſactio quæ probatur effectuata in parte etiam in reliquis effectum ſortita cenſetur.*

7 *Tranſactio quamuis informis iunctis adminiculis facit fidem.*

8 *Inſtrumentum ſi contineat diem menſem, annum indictiones, teſtes, & rogitum notarij habet omnia requiſita quæ legali inſtrumento conueniunt.*

9 *Sigillum in inſtrumento eſt neceſſarium quando contrahentes voluerunt illud apponi.*

10 *Limita quando illud requiſiuerunt ad tutiorem firmitatem quia tunc illius omiſſio non adimit fidem inſtrumento habenti alias ſolemnitates.*

11 *Inſtrumentum antiquiſſimum non eget alia recognitione, & præſertim ſi concurrant adminicula pro illius veritate n. 12.*

13 *Tranſumptum antiquiſſimum ſcriptum in pergameno à tribus Notarijs Apoſtolicis cum decreto Iudicis præſumitur exemplatum cum omnibus ſolemnitatibus à iure requiſitis.*

14 *Scriptura etiam informis iunctis adminiculis plenam fidem facit præſertim iuncta obſeruantia* n. 15. & 16.

17 *Bulla ſi ſit ſcripta in pergameno habeatq; ſigillum SS. Petri, & Pauli in plumbo appenſo cum cordulis, aliaſque ſolemnitates in Bullis Pontificijs apponi ſolitas, reputatur originalis.*

18 *Bulla antiquiſſima excedens ſpatium centum annorum non indiget recognitione.*

19 *Vicecancellariatus Officium adfuiſſe tempore Alexan. III. quis teſtetur.*

20 *Dies expeditionis in Bullis Apoſtolicis originalibus ſolet apponi ad differentiam tranſumptorum.*

21 *Litteræ Apoſtolicæ dicuntur expeditæ quando ſunt plumbatæ.*

22 *Scripturarum. Pluralitas plurimum confert ad probat. earum legalitatem.*

DECISIO DCCVI.

FVERAT vltimo loco reſolutum in hac cauſa ſub die 22. Iunij 1616. coram b. m. Card. Pamphilio Canonicis Eccleſiæ Sancti Euſebij ſolum informantibus Iura producta pro parte Canonicorum Sanctæ Mariæ Maioris ad probañ vnitatem Capituli Eccleſiæ Cathedralis Vercellen. non eſſe in forma probanti ex rationibus deductis in deciſione deſuper extenſa, quæ cum hodiè reuideretur coram me Domini ab ea receſſerunt.

Nam quoad Scripturam Tranſactionis initæ vſque de anno 1220. inter dd. Canonicos vtriuſque Eccleſiæ, ſcilicet Sanctę Mariæ Maioris, & Sancti Euſebij fuit animaduerſum, illam fuiſſe extractam ab Inſtrumēto originali d. trāſactionis productę in prima inſtātia corā Nuncio Taurinen. & illius auctoritate regiſtrato de verbo ad verbum in proceſſu ad Rotam deindè tranſportato eodem originali producenti reſtituto. Vnde negari non poteſt, quin d. ſcriptura tranſactionis ſit in forma probanti, & in Curia faciat plenam
1 probationem, cum exemplum † deſumptum ab originali producto in actis, ac ibidem regiſtrato authoritate Iudicis æquè probet ſicuti ipſummet originale *Bart. in d. l. Chirographis 12. num. 2. verſ. ex hoc collegi ff. de adm. Tut. Caſtr. in l. Publicani 2. num. 5. c. de teſtam. ſpecul. in tit. de reſcript. præſent. num. 4. verſ. ſed obycitur cum alijs relat. per Felin. in c. quoniam con. 11. num. 50. verſ. 6. quæro de probat. Veral. dec. 351. num. 5. & 6. part. 2.*

Non obſt. quod prædictum Inſtrumentum
2 originale fuerit productum † parte non citata ad dicendum contra, & ſic non dicatur de actis, nec propterea fidem faciat. *Rom. conſ. 519. num. 2. & ſeqq. Caſſad. deciſ. 12. num. 9. in fin. ſuper reg.* cum alijs alleg. in prædicta deciſione. Quia cum illud fuerit productum in actis, ac repetitum in termino citationis executæ, & in actis reproductæ ad inſtantiam Canonicorum S. Euſebij eorum Procuratore præſente, non egebat alia citatione ad dicendū contra,
3 cū partis, † aut eius Procuratoris præſētia ſuppleat defectum citationis, prout in ſpecie tradunt *Caſtr. conſ. 382. circa med. verſ. nec obſtat,* quod Lazarus *lib. 2. Rota coram bon. Coccino dec. 404. ante fin. verſ. Iura vero exhibita. Add. ad Burat. deciſ. 134. num. 15. verſ. limita 2.* Præſertim quia d. Procurator nihil oppoſuit contra d. Inſtrumentum in actis productum, ac repetitum, contra quod propterea dd. Canonici Sancti Euſebij non videntur poſſe amplius opponere, quod illud, ſiue eius exemplum non ſit
4 in forma probanti, quia cenſetur † illud tacitè approbaſſe *Put. dec. 155. ſub num. 1. verſ. tamen fuit dictum, & deciſ. 116. in fin. lib. 2. in correct. Verall. deciſ. 5. num. 5. par. 3. Rota deciſ. 581. num. 1. par. 2. & deciſ. 193. num. 10. par. 3. rec. Gregor. XV. deciſ. 292. num. 3. & ibidem Add. num. 6.* Nam cer-
5 tum eſt quod Procurator † præiudicare poteſt principali in ommittendo, prout in ſpecie fuit reſolutum *in Aſtica fructuum* 19. *Ian.* 1618. *coram Manzanedo,* quem refert, & ſequitur *Add. ad Greg. XV. deciſ. 292. num. 6. verſ. Et hoc procedit.*

Quibus accedit obſeruantia eiuſdem tranſactionis deſumpta præcipuè ex pluribus actibus poſitiuis factis tàm ab Epiſcopis pro tempore, qui annis 1563. 1587. & 1589 1590. reſpectiuè acceperunt poſſeſſionem Epiſcopatus in vtraque Eccleſia, nimirum S. Mariæ Maioris, & S. Euſebij tanquam Cathedrali, quam etiam à Canonicis vtriuſque paritèr Eccleſiæ, qui tanquam conſtituentes vnum Capitulum pluries deputarunt Vicarium, & alios Officiales Sede Epiſcopali vacante alioſque actus peregerunt in eadem tranſactione ſpecificatos, ex quibus duo reſultant primum quod prædi-
6 cta tranſactio, quæ † probatur effectuata in parte, etiam in reliquis effectum ſortita cenſetur, niſi contrarium probetur *l. 1. & 2. & l. ſi veritas 23. C. de fideic. Bald. conſ. 400. num. 5. lib. 4. Rota diuerſ. deciſ. 113. num. 11. par. 1. Buratt. deciſ. 10. num.*

Digitized by Google

num. 21. & ibi Add. nu. 32. & 33. Rota diu. deciſ. 113.
num. 11. par. 1. & in recent. deciſ. 184. num. 32. par. 6.
7 Alterum vt illa † quamuis eſſet informis, iun-
ctis tamen prædictis adminiculis fidem faciat
Verall. deciſ. 234. par. 1. Seraph. deciſ. 119. nu. 2. Rota
recent. deciſ. 418. num. 5. par. 2. & in Roſſanen. exem-
ptionis 27. Ianuarij 1640. §. Et quatenus coram R.
P. D. meo Carillo.

Et viſa fuit ceſſare omnis difficultas ex eo
quia nouiſſimè fuit in Rota productum In-
ſtrumentum ratificationis d. tranſactionis ce-
lebratum annò 1511. inter eoſdem Canoni-
cos vtriuſque Eccleſiæ, & Epiſcopum tunc
temporis toto eiuſdem tranſactionis inſerto
7 tenore, quod Inſtrumentum † cum contineat
diem, menſem, annum, indictionem Teſtes,
& rogitum Notarij habet omnia requiſita,
quæ conueniunt publico, & legali Inſtrumen-
to gloſ. in l. generali verb. ſeruitute verſ. Item ordo C.
de tabular. lib. 2. Bertazz. de clauſ. Inſtrum. in proœm.
num. 3. & ſeqq. Rota deciſ. 184. nu. 1. & 2. & dec. 233
num. 7. par. 6. recent.

Nec releuat quod in eodem Inſtrumento
9 non appareat ſigillum, † quod videtur neceſ-
ſarium quando, prout hic, contrahentes vo-
luerunt illud apponi Abb. in cap. inter dilectos ſub
nu. 3. verſ. niſi ubi ſigillum de fid. Inſtrum. Quia vl-
tra quod ex oculari inſpectione apparet adhuc
extare veſtigium ſigilli quamuis temporis an-
tiquitate conſumpti. Fuit reſponſum d. con-
cluſionem procedere quando partes expreſsè
conuenerunt quod Inſtrumentum absque ſi-
gillo non valeat, ſecus autem quando illud
requiſiuerunt, prout in caſu iſto ad maiorem
10 firmitatem, quia tunc illius † omiſſio non
admit fidem Inſtrumento, dummodò aliæ ſo-
lemnitates in eo concurrant, prout egregiè
declarat Hoſtien. in d. cap. inter dilectos ſub num. 13.
verſ. non ergo videtur de fid. Inſtr. eumque ſequi-
tur idem Butr. num. 24. Cardin. ſub num. 10. verſ. &
quod dixi Bellamer. ſub num. 5.

Minùs refragatur defectus probationis No-
tariatus, & recognitionis manus Notarii, qui
de eodem Inſtrumento rogatus fuit: Quia
11 cum d. Inſtrumentum † ſit antiquiſſimum
non eget alia recognitione cum ſola illius an-
tiquitas ſufficiat Afflict. deciſ. 245. num. 3. Put.
deciſ. 9. de fid. Inſtr. Caual. deciſ. 518. num. 1. Add. ad
Greg. deciſ. 3. num. 5. & ad Buratt. deciſ. 667. num. 8.
Rota deciſ. 105. num. 3. & deciſ. 263. num. 2. par. 6.
recent. & in Tiburtina Caſtri Sancti Angeli 26. Iu-
nij 1641. coram R. P. D. meo Pentingerio. Eoque
minus quando, prout hic, pro veritate Inſtru-
12 menti † concurrunt etiam adminicula Rota
d. deciſ. 263. num. 3. par. 6. recent.

Quo verò ad Bullas Innocentij III. Grego-
rij IX. & Vrbani IV. illæ pariter viſæ fuerunt
in forma probanti, cum earum legalitas ap-
pareat ex Tranſumpto antiquiſſimo, & ſcrip-
to in pergameno à tribus Notarijs Apoſto-
licis cum decreto Iudicis, præſumitur exem-
13 platum cum omnibus ſolemnitatibus à Iure
requiſitis Menoch. de præſumpt. lib. 2. præſumpt. 80.
num. 2. Tiraquell. de præſcript. §. 1. cum alijs allegatis
in d. Roſſanen. exemptionis coram R. P. D. meo Ca-
rillo §. Attamen dixerunt.

Eoque magis cum dd. Bullæ vltra antiqui-
tatem ſint etiam adminiculatæ tàm ex alijs
Bullis Apoſtolicis in eodem tranſumpto enũ-
ciatis, quàm ex prædicta tranſactione, illiuſq;
ratificatione, quapropter probarent etiamſi
eſſent informes, cum ſcriptura etiam infor-
14 mis † iunctis adminiculis plenam fidem faciat
Menoch. conſ. 928. num. 25. Verall. deciſ. 234. par. 1.
Seraph. deciſ. 1192. num. 2. Rota deciſ. 418. numer. 5.
par. 2. recent. Eoque fortiùs iuncta obſeruantia
15 ſupra † relata canonizata etiam à Rota in de-
ciſionibus emanatis in hac eadem cauſa ſub
diebus 12. Iunij 1598. coram bo. me. Fenia, & 18.
Aprilis 1614. coram bo. me. D. meo Archiepiſcopo
16 Seleucien. quæ obſeruantia † qualificat non ſo-
lum ſupradictam tranſactionem, verum etiam
prædictas Bullas idem in ſubſtantia continen-
tes ex relat. per Aym. in conſ. 101. nu. 4. & conſ. 158.
num. 1. & in tract. de antiquit. temp. par. 1. §. 4. limitat.
num. 14. Rota coram bo. me. Coccino deciſ. 128. n. 7.
inter eius impreſſ. & in d. Roſſanen. exemptionis in
eodem §. Et quatenus circa med. coram D. meo Ca-
rillo.

Et remouetur omnis ſcrupulus ex d. Bulla
Vrbani IV. hodie in actis producta, in qua
narrantur Bullæ dd. aliorum Summorum
Pontificum prædeceſſorum ſuper vnitate Ca-
pituli dd. Eccleſiarum, quæ quidem Bulla
17 cum † ſit ſcripta in pergameno, habeatque
Sigillum SS. Petri, & Pauli in Plumbo ap-
penſo cum cordulis, aliaſque ſolemnitates in
Bullis Pontificijs apponi ſolitas reputatur ori-
ginalis Rebuff. in prax. in 3. par. Signat. tit. Bullæ no-
uæ, ac ſimplicis prouiſionis num. 15. Rota in recent.
deciſ. 470. num. 2. par. 4. Buratt. deciſ. 667. num. 1. &
deciſ. 776. num. 4. cumque illa excedat ſpatium
centum annorum, & ſic ſit antiquiſſima non
18 indiget † recognitione, prout in ſpecie de
Bulla Apoſtolica dixit Rota in rec. d. deciſ. 470.
num. 1. verſicul. neque egent recognitione & coram
Buratt. d. deciſ. 667. num. 2. & deciſ. 776. nume. 4.

Nec reſiſtit quod hæc Bulla Vrbani non
appareat ſubſcripta à Vicecancellario, cuius
19 officium viguiſſe † etiam temporibus Ale-
xandri III. & ante teſtatur Azor. Inſtit. moral. p. 2.
lib. 5. cap. 36. ſub. 3. quæſt. verſ. dicendum eſt, neque
contineat à tergo diem expeditionis, quæ in
20 Bullis † Apoſtolicis originalibus ſolet appo-
ni ad differentiam tranſumptorum, in quibus
talis dies expeditionis non apponitur, prout
aduertit gloſat. antiq. in Reg. Cancell. 53. in princip.
& ibi etiam Ioan. à Cochier. num. 7. Quia quoad
ſubſcriptionem V. Cancellarij non probatur
illam de tempore Vrbani IV. fieri conſueuiſ-
ſe, cumque illa appareat plumbata præſumi-
tur legitimè expedita cum litteræ Apoſtolicæ
21 dicantur † expeditæ, quando ſunt plumbatæ
Pariſ. de reſignat. lib. 6. qu. 2. num. 18. Garz. de benef.
par. 4. cap. 2. num. 56. Lotter. de re benef. lib. 1. qu. 37.
num. 13. Mantic. deciſ. 50. num. 4.

Quo verò ad prætenſum defectum adnota-
tionis diei expeditionis ille non probatur, imò
videtur excludi ex oculari inſpectione eiuſ-
dem Bullæ, in qua adſunt veſtigia cuiuſdam
annotationis, quæ tamen ob temporis anti-
quitatem rectè dignoſci non valet.

Digitized by Google

Prædictaque omnia comprobantur ex eo, quod prædicta Iura ſunt numero plura, quæ propterea non præſumuntur conficta præſertim à Canonicis Inſignis Eccleſiæ, ac probitate conſpicuis, ſed vera, & legalia, cum
22 pluralitas ſcipturarum † plurimum conferat ad probañ earum legalitatem, *Accbill. deciſ. 5. de fid. Inſtrum. bo. me: Coccin. deciſ. 258. num. 6. Rot. deciſ. 418. num. 5. part. 2. & deciſ. 45. num. 33. part. 5. recent.*

Et ita vtraque &c.

ROMANA FIDEICOMMISSI DE FVSCHIS.

Lunæ 18. Maij 1643.

ARGVMENTVM.

Detractiones ex quibus dicantur impedire immiſſionem fideicommiſſarijs.

SVMMARIVM.

1 *Legitima quando eſt certa ratione loci, & quotæ non ſolet impedire immiſſionem pro indiuiſo fideicommiſſarijs.*

2 *Hoc non procedit quando vltra legitimam, & trebellianicam competunt aliæ detractiones.*

3 *Fratri defuncto ab inteſtato ſine liberis mater & ſorores ſuperſtites ſuccedunt pro æquis portionibus.*

4 *Locationes probant bona locata fuiſſe locatoris contrà eius hæredem.*

5 *Hoc ampliatur quando ſunt plures & plareq; continent ſolutionem penſionis.*

6 *Hæreditatis aditio præſumitur ſi fuerint perſoluta debita hæreditaria, & conſtitutus procurator ad hæreditatem adeundam.*

7 *Bona aliena non cadunt ſub fideicommiſſo.*

8 *Dos prælegata à matre filia quando dicatur prælegata animo ſoluendi debitum neceſſarium Patris cuius ipſa erat hæres, & non conſtituta ex proprijs pecunijs.*

9 *Dos relicta iure prælegati non facit quin illa non potuerit relinqui pro extinguendo debito neceſſario illud ſoluendi.*

10 *Bona hæreditaria poſt aditam hæreditatem efficiuntur propria adeuntis.*

11 *Dicto, in euentum, indicat facultatem fuiſſe datam in ſubſidium.*

12 *Legatum relictum ſub onere reſtitutionis, aut fideicommiſſi conditionalis, non excludit animum compenſandi niſi quando reſtitutio eſt facienda in continenti ſecus ſi ex interuallo, & aſſignatur ratio.*

13 *Per Codicillos quis non cenſetur mutaſſe voluntatem de qua in teſtamento niſi in eo quod in illis diſponitur.*

14 *Legatum quando præcedit debitum neceſſarium cenſetur relictum animo compenſandi cum eodem debito.*

15 *Legatum ſi in quantitate correſpondet debito inde arguitur animus compenſandi.*

16 *Coniectura vrgentiores in concurſu præualere debent.*

17 *Inuentarium probat bona in eo deſcripta fuiſſe in bonis defuncti non ſolum contra hæredem confitentem, ſed etiam contra eius hæredes n. 18.*

19 *Inuentarium non probat credita ibi deſcripta ad fauorem illud conficientis niſi aliundè iuſtificentur.*

20 *Inuentario quod quis non poſſit vti in parte niſi illud acceptet in totum, quomodo procedat declaratur.*

21 *Inſtrumenta acquiſitionum probant dominium acquirentis.*

22 *Confeſſio ſeu declaratio ſi in pluribus detegatur erronea nullatenus venit attendenda.*

23 *Renuncians alieni facto excluditur ab omni iure, quod ſibi inde prouenire poterat.*

DECISIO DCCIX.

OLIMPIA, & Sorores de Fuſchis petierunt Immiſſionem ſuper quatuor Corporibus, de quibus agitur tanquam ſubiectis fideicommiſſo q. Erſiliæ earum matris contra Felicem, & Sorores de Compagnis hæredes Virginiæ alterius filiæ eiuſdem Erſiliæ fideicommittentis, quam Immiſſionem Rota ſub die 19. Nouembris 1640. reſoluit non eſſe dandam ex eo quia d. Virginiæ competerent quatuor detractiones, pro quibus erat concedenda retentio dd. Sororibus de Compagnis cauſam ab ea habeñ. Cauſa deinde repropoſita ſuper eiſdem ſub die 2. Decembris 1641. Domini dixerunt prædictas detractiones non obſtare omnino petitæ Immiſſioni, ſed conceſſa Sororibus de Compagnis retentione vnius ex dictis Corporibus nempe Domus Tranſtyberinæ ex cauſa primæ detractionis ſc. 400. firmarunt prædictis Sororibus de Fuſchis dandam eſſe Immiſſionem in reliquis bonis ex rationibus latè deductis in deciſione deſuper extenſa. Hodie autem tertio poſita cauſa receſſerunt ab hac vltima reſolutione, & ſteterunt in primo loco deciſis.

Ex quatuor enim detractionibus prima ſc. 400. quæ Virginia ſoluit Sororibus Cohæredibus pro æquandis portionibus aſſignatis in diuiſione inter eas inita, non controuertitur.

Altera vero pro legitima debita eidem Virginiæ in bonis Erſiliæ matris fideicommitten-
1 tis eſt clara, nam quamuis legitima, † vbi eſt certa ratione loci, & quotæ non ſoleat impedire fideicommiſſarijs Immiſſionem pro indiuiſo iuxta Rotæ opinionem. Nihilominus huiuſmodi concluſio procedit vbi eſt detrahenda ſola legitima, vel Trebellianica. Secus autem quando, prout hic, vltra illam compe-
2 tunt etiam † aliæ detractiones, prout in terminis declarat, *Rot. deciſ. 51. num. 15. & deciſ. 88. num. 31. p. 6. rec. & in Aſſiſien. fideicommiſſi 13. May 1638. coram bo: me. Pirouano.*

Tertia autem, quæ conſiſtit in portione debita eidem Virginiæ ſuper hæreditate Hieronymi Fratris prædefuncti controuerti non valet, quia cum ille deceſſerit ab Inteſtato, ſine
3 liberis ſuperſtitibus † d. Erſilia matre, & alijs quatuor Sororibus; illius hæreditas ſpectauit

ad

ad omnes æqualiter & ſic etiam ad Virginiam ſororem pro ſexta parte iuxta diſpoſitionem *text. in auth. Defuncto C. ad Sen. Conſ. Tertull.*

Neque viſa fuit ſubſiſtere reſponſio data in ſecunda deciſione, nimirum, quod non appareat d. Hieronymum reliquiſſe bona propria poſt eius obitum. Quia contrarium apparet ex Inſtrumentis locationum hodie productis, in quibus legitur illum locaſſe domū in Platea Sancti Stephani del Cacco, Apothecam è conſpectu Eccleſiæ S. Silueſtri in Regione Campi Martij, & alteram Domum è conſpectu paruæ Ianuæ d. Eccleſiæ S. Silueſtri tanquam bona propria, quæ quidem Inſtru-
4 menta † locationum probant bona locata fuiſſe Hieronymi Locatoris contra d. Erſiliam eius hæredem, *Rota deciſ. 314. num. 1. p. 1. diuerſ. & deciſ. 141. num. 11. apud Zacch. de obligat. Camer.* etiam non probata dd. locationum effectuatione, *Rota deciſ. 291. num. 5. poſt 2. volum. conſ. Farin. Buratt. deciſ. 275. ſub num. 3. Add. ad Greg. dec. 6.*
5 *num. 5.* Eoque magis quia illę ſunt plures, † & pleræque continent ſolutionem penſionis, *Gabr. com. opin. tit. de locat. concl. 4. num. 7. Menoch. de retinen. remed. 3. num. 572. Add. ad Greg. d. dec. 6. n. 6. Buratt. d. deciſ. 275. num. 4.* Et vlterius conſtat eumdem Hieronymum replantaſſe vineam eiuſdem Vincentij hæreditariam, vt ex Iuribus datis in Summar.

Quod autem Erſilia fuerit hæres Hieronymi, & hæreditatem illius adiuerit patet ex eo quia illa conſtituit Procuratorem ad prædictam hæreditatem adeundam, debita hæreditaria perſoluit, alioſque actus hæreditarios geſſit, & ſignanter eadem bona locauit, quæ, vt ſupra, idem Hieronymus locauerat, ex qui-
6 bus præſumitur † eamdem hæreditatem adiuiſſe, *l. 2. C. de iur. delib. Caſtr. conſ. 292. nu. 3. lib. 2. Corn. conſ. 82. ſub nu. 2. verſ. Et hac ratione videmus, lib. 1. Gregor. XV. deciſ. 98. num. 5.* & ibidem *Add. num. 9.* Et conſequenter Fuſchi petentes Immiſſionem ſuper eiſdem bonis tāquam fideicommiſſarij Erſiliæ, ſunt repellendi, cum talia bona ſpectent ad Sorores de Compagnis ex perſona dictę Virginiæ, & propterea tan-
7 quam bona † aliena non cadunt ſub eiuſdem Erſiliæ fideicommiſſo, *l. ſequens quæſtio 70. ff. de legat. 2. gloſ. in l. conficiuntur 8. §. ſi poſt factum verb. teſtatur in fine ff. de Iur. Codicellor. Surd. deciſ. 93. nu. 17. in fine cum alijs relatis à Fuſar. de ſubſtit. q. 648. num. 1.*

Quarta demum pro dote ſcut. 2300. debita eidem Virginię in bonis Vincentij Patris eſt etiam clara. Quia licet huiuſmodi des in d. quantitate fuerit prælegata ipſi Virginię ab eadem Erſilia matre in ſuo Teſtamento; Attamen cenſetur conſtituta ex bonis hæreditarijs Vincentij Patris, non autem ipſius Erſilię matris, quia cum d. Vincentius qui tenebatur dotare Virginiam filiam, reliquerit hęredem pro medietate ipſam Erſiliam ſuam vxorem, ſequitur Erſiliam, quę prælegauit Virginię d. dotem ſcu. 2300. illam, † non ex bonis
8 proprijs, † & animo donandi, ſed ex bonis Vincentij eius mariti, ac animo perſoluendi debitum neceſſarium reliquiſſe iuxta text. *in l. ſi cum dotem §. ſi Pater ff. ſol. matr. Galuan. conſ. 46. numer. 26. Rouit. conſ. 25. num. 2. lib. 1. Rota deciſ. 28. num. 5. par. 5. recent. cum alijs relatis in prima deciſione.*

Nec releuat reſponſio data in ſecunda deciſione, nimirum d. dotem preſumi relictā ex bonis Erſilię matris tàm ex coniecturis, quàm ex inſufficientia bonorum Vincentij pro conſtitutione d. dotis.

Nam quoad coniecturas dictum fuit illas non eſſe concludentes. Prima ſiquidem deſumpta ex eo quod prędicta dos fuerit relicta
9 non ſimpliciter, ſed Iure prelegati, † & ſic quodammodo Iure donationis, prout adhunc effectum ponderat, *Corn. conſ. 292. ſub numer. 3. verſ. Item perſuadetur lib. 1.* eſt parui momenti, & illam propterea reiiciunt, *Honded. conſ. 50. num. 38. vol. 2. Lancellott. Gall. conſ. 78. numer. 20. & ſeqq. Menoch. præſumpt. 5. 10. num. 11. verſ. hæc coniectura lib. 1. Rota deciſ. 28. num. 12. p. 5. rec.*

Altera ducta ex eo quod Erſilia dederit Virginię liberam facultatem accipiendi dotem prędictam ex ſua hereditate, non excludit quin illa præſumatur legaſſe dotem animo compenſandi eum debito hęreditario Vincentij Patris, cuius erat hęres. Tùm quia verba, *nella ſua heredità*, comprehendunt etiam
10 bona Vincentij, quę † poſt aditam illius hęreditatem effecta fuerunt propria Erſilię adeuntis, *l. cum heredes ff. de acquir. hered. l. poſt aditā ff. de vulg. & pupill. l. bonorum ff. de verb. ſignif.*

Tum etiam quia Erſilia non abſolutè conceſſit Virginiæ d. facultatem, ſed in hoc caſu moræ ibi, *Dandoli libera, & ampla facoltà, & auttorità in euento della retardatione della conſignatione di eſſa dote, di poterla pigliare nella ſua he-*
11 *redità &c.* Quæ dictio, in euentum, † indicat Erſiliam non dediſſe dictam poteſtatem Virginiæ ſimpliciter, ſed in ſubſidium, quatenus ſcilicet exactio dotis difficilior eſſet in bonis Vincentij, & ſic noluiſſe ex proprijs bonis legare dotem niſi prius facta diſcuſſione bonorum Vincentij, an illa ſufficerent pro eiuſdem dotis conſtitutione, prout in proximis terminis tradunt, *Surd. conſ. 531. ſub num. 6. Buratt. deciſ. 401. num. 13. Barboſ. dict. 160.*

Tertia demum coniectura deſumpta ex eo, quod Erſilia grauauit ipſam virginiam onere reſtituendi dd. ſcuta ei prælegata pro dote in caſu obitus ſine filijs legitimis, & naturalibus non excludit animum cōpenſandi eum debito hæreditario Vincentij, cum Legatum relictum ſub onere reſtitutionis, aut fideicommiſſi conditionalis non excludat animum compenſandi niſi quando reſtitutio eſt facienda incontinenti. Secus autem ſi ex interuallo, quia tunc Legatarius habet commodum fructuum medij temporis, & ſpem caducitatis fideicommiſſi ob deficientiam conditio-
12 nis, cuius reſpectu † locus eſt compenſationi, vt in terminis diſtinguit, vt reſpondet, *Honded. d. conſ. 50. num. 35. lib. 2. Ancar. q. 41. nu. 8. par. 2.*

Vltra quod Erſilia in Teſtamento, ex quo deſumitur eius originaria voluntas dotem prælegauit purè, onus vero reſtitutionis appoſuit

13 poſuit deinde in Codicillis, per quos † non
cenſetur mutata voluntas niſi in eo, quod ibi
diſponitur, *Natt.conſ.476.num.4.& 5.Bellon.Iun.
conſ.15.ſub num.37.Peregr.conſ.68.nu.7.lib.3.Me-
noch.conſ.452.num.11.*

Prædictęque Coniecturæ eò minus viſæ
fuerunt in propoſito releuare. Quia in con-
trarium plures aliæ concurrunt, quę ſuadent
Erſiliam legaſſe prædictam dotem nō ex me-
ra liberalitate; ſed ex neceſſitate, qua illa vti
hætes mariti tenebatur, quarum.

Prima oritur ex ipſa præſumptione Iuris,
iuxta quod vbi præcedit debitum neceſſariū
14 legatum † cenſetur relictum animo com-
penſandi cum eodem debito iuxta *d.l.ſi cum do
tem §.ſi Pater ff.ſol.matr. Hond.d.conſ.50. num.13.
& ſeqq.volum.2. Gabr.conſ.16. num.30.& 31. vo-
lum.primo.*

Altera reſultat ex eo quod prædicta quan-
titas legata Virginię conuenit cum quantita-
te alijs ſororibus aſsignata, quæ vniformitas
15 quantitatis arguit etiam animum compen-
ſandi, vt in ſpecie ponderat, *Hond. dict.conſ.50.
num.23. volum.2. poſt plures per eum allegatos.*

Tertia demum, omiſsis alijs, elicitur ex In-
ſtrumento inito inter ipſam Erſiliam, & Fau-
ſtinam alteram filiam, in quo fuit cōuentum
quod Erſilia deberet in ſuo Teſtamento, vel
alia diſpoſitione relinquere eidem filiæ (de-
tractis dotibus relictis Virginiæ, & alijs filia-
bus nuncupatis) eamdem partem, quam alijs
filiis reliquiſſet, quæ partis æqualitas verifi-
cari non poſſet ſi dos Virginiæ onere fidei-
commiſsi grauari potuiſſet.

Quæ quidem coniecturæ cum ſint vrgen-
16 tiores † præualere debent alijs ſuperius pon-
deratis, *Socc.Iun.conſ.76.num.66.lib.1. Grammat.
conſ.17.num.7. cum alijs cumulatis à Menoch. de
præſumpt.q.30.num.1.lib.1.Seraph.deciſ.619.nu.3.*
Et quatenus res eſſet dubia iudicādum eſt pro
compenſatione, *Honded,d.conſ.50.n.31.*

Quo vero ad inſufficientiā bonorum Vin-
centij pro conſtitutione dotis Virginię eius fi-
liæ, illa tollitur ex Inuentario inito ab eadem
Erſilia tanquam hærede Vincentij mariti, in
quo deſcripſit plura corpora bonorum ipſius
Vincentij excedentia valorem ſc.12000.quod
17 Inuentarium † probat bona in eo deſcripta
fuiſſe in bonis Vincentij defuncti non ſolum
contra d. Erſiliam confitentem, *l. fin. C. de ar-
bitr.tutel.Bald.conſ.407.nu.6.vol.1. Rom.conſ.102.
ſub num.3. verſ.cum itaque Afflict. deciſ.13.num.6.
penes Merlin.de legit.& in recent.deciſ.90.numer.2.
par.7.* & paſſim in alijs; Verum etiam contra
18 Sorores de Fuſchis eius hæredes, *Bald. d. conſ.
407.num.6.vol.1.Caual.deciſ.578.num.5.Rot.d.de-
ciſ.96.num.3.p.7. recent.*

Neque obſtat reſponſio data in d. ſecunda
deciſione, nimirum quod in eodem Inuenta-
rio fuerint deſcripta plurima credita ad fauo-
rem Erſiliæ aſcenden̄ ad ſcu. 1800. pro quorū
ſatisfactione eadem Erſilia cenſetur omnia
bona mariti retinuiſſe. Quia cum deſcriptio
dd. Creditorum fuerit facta ab ipſamet Erſi-
lia, quæ Inuentarium confecit, non probat ad
19 ſui † fauorem, niſi eadem credita aliunde iu-
ſtificentur, *Gratian.diſcept.foren.cap.766.num.29.
Capic.dec.107.n.11.Seraph.dec.1394.n.2.*

Nec releuat replicatio, quod Sorores de
Compagnis non poſſint vti d. Inuentario in
ea parte, qua continet deſcriptionem bonorū
20 Vincentij circa approbationem † æris alieni
ibidem deſcripti, vt in ſpecie limitat *Laderch.
conſ.138.num.6.* quem refert *Gratian.diſcept.765.
num.30.* Quia talis limitatio non applicatur
præſenti caſui, in quo exiſtentia bonorum
Vincentij probatur non ſolum ex Inuentario
confecto ab Erſilia, ſed etiam quoad aliqua
corpora etiam ex Inſtrumētis acquiſitionum
factarum ab eodem Vincentio, quæ Inſtru-
21 menta † probant dominium acquirentis, *Rot.
deciſ.419.n.5.p.3.rec.*

Minus releuat, quod credita Erſiliæ iuſtifi-
centur ex confeſſione Vincentij mariti ema-
nata in articulo mortis, quia in ea exprimun-
tur plura corpora bonorum tāquam propria
Erſiliæ, quæ verè probantur acquiſita ab eo-
dem Vincentio, Vnde talis confeſſio, ſeu de-
claratio cum in pluribus detegatur erronea,
22 nullatenus venit attendenda, *Menoch.conſ.643.
num.6.lib.7.Dec.conſ.536.num.10.tom.2.Plot.conſ.
58.num.8.Pariſ.conſ.53.lib.1.Rot.deciſ.153.num.5.
p.2.recent.Buratt.deciſ.453.num.8.* Eoque minus
quia Erſilia in Inſtrumento Tranſactionis po-
ſtea initæ cum filiabus expreſsè renunciauit
23 eidē declarationi, quæ † propterea amplius
ſuffragari non poteſt, *Menoch.conſ.1.numer.209.
Gallerat.de renunciat.lib.2.cap.5.n.4. & ſeqq.*

Et ità vtraque &c.

BONONIEN. DE GLAVARINIS.

Lunæ 18. Maij 1643.

ARGVMENTVM.

Prædium ſi aſſignetur vxori ob vergentiam viri ad inopiam ex quibus dicatur illius dominium remanere penes virum poſſeſſio ex quibus probetur.

SVMMARIVM.

1 *Mulieri ſi ob vergentiam viri ad inopiam aſſignetur aliquod prædium pro aſſeruanda ſua dote, dicitur eo caſu impropia dotis reſtitutio, & dominium, & poſſeſſio ſemper remanet penes virum.*

2 *Et hoc caſu fructus qui ſuperſunt deductis alimentis cedunt in beneficium viri, & illius creditorum.*

3 *Dos aſſicurata iure pignoris, & hypotheca, & non vera illius reſtitutio quando euincatur non obſtantibus actis poſſeſſorijs.*

4 *Res fideicommiſſaria ſemel alienata pro reſtitutione dotis ſemper remanet libera à fideicommiſſo.*

5 *Hoc procedit in alienatione facta irreuocabiliter, ſecus ad tempus.*

6 *Poſſeſſio probatur ex recognitione alicuius fauore facta à colonis.*

7 *Poſſeſſio probatur ex confeſſione iudiciali, in qua poſſeſſor vocetur occupator.*

8 *Poſſeſſio probatur ex decreto Iudicis mandantis relaxari poſſeſſionem.*

9 *Pri-*

Digitized by Google

9 *Priuatio præſupponit habitum.*
10 *Decretum conditionale non purificata conditione euaneſcit.*
11 *Vir vendens prædium poſſeſſum à muliere ipſi non inferre præiudicium valet.*

DECISIO DCCVIII.

PER binas reſolutiones primã ſub die 4. Maij
1640. coram R.P.D. meo Rojas, altera ſub
die 30. Maij 1642. coram me emanatas fuit fir-
matum executionem factam per DD. Glaua-
uarinos fideicommiſſarios non fuiſſe exceſſi-
uam etiam reſpectu prædij nuncupati, *della
ſtrada*, eo quia non probatur illud fuiſſe poſſeſ-
ſum per Lauram pro ſua dote, prout prætcu-
debant DD. Pieritij Ceſſionarij eiuſdem Lau-
ræ. Hodie tertio propoſita cauſa ſuper iiſdem,
licet ex nouiter deductis pro parte eorumdẽ
de Pieritijs probaretur poſſeſſio d. Lauræ Do-
mini tamen reſoluerunt non conſtare de di-
cto prætenſo exceſſu, ſed nihilominus DD. Pie-
ritijs competere retentionem dicti Prædij pro
credito dotali D. Lauræ, & ſic declarandas, ſeu
reformandas eſſe dd. deciſiones hanc retentio-
nem denegantes.

Pro fundamento ſiquidem d. reſolutionis
circa non exceſſum Domini animaduerte-
bant, quod licet vt dictum eſt ſupra probetur
Lauram poſſediſſe hoc prædium, tamen non
iuſtificatur ei fuiſſe traditum niſi pro colloca-
tione ſuæ dotis in tuto ob vergentiam viri ad
inopiam, quo caſu dicitur impropria dotis re-
1 ſtitutio, & dominium, † & poſſeſſio ſemper
remanet penès virum, vt latè tradit *Bald. No-
uell. de dot. par. 8. priuil. 6. num. 14. Afflict. dec. 199.
num. 2. verſ. ſacrum Conſilium, Barboſ. in l. ſi ceſ-
ſante num. 45. & ſeqq. verſ. contrarium, ff. ſol. matr.*
2 & propterea fructus, † qui ſuperſunt deductis
alimentis cedunt in beneficium eiuſdem viri,
& illius creditorũ, non autem vxoris, vt plenè
poſt alios *Fontanell. de pact. nupt. tom. 2. clauſ. 7.
gloſ. 2. par. 3. num. 50. Surd. de alim. tit. 1. q. 35. n. 5.
Rota poſt tract. de manut. dec. 173. n. 7. & 9.*

Non obſtant actus poſſeſſorij per eamdem
Lauram facti, de quibus infra dicetur, quia
concludunt ſolum aſſecurationem dotis ob
3 vergentiam viri ad inopiam, † non autem ve-
ram dotis reſtitutionem, & tranſlationem do-
minij in Lauram, cum dicatur ſolum dos aſ-
ſicurata iure pignoris, & hypothecæ, vt de ve-
ra, & magis communi opinione poſt plures
cumulatos, *Caſtill. deciſ. 25. ſub num. 2. Fontanell.
vbi ſupra num. 48.* Vbi etiam ex reſolutione Se-
natus, quod nullum Ius tributum cenſetur
vxori, ſed ſola hypotheca conſeruata, *Canal.
dec. 446. num. 19. & deciſ. 576. nu. 2.* Et propterea
non applicatur concluſio firmata in vltima
4 deciſione, † quod res fideicommiſſaria ſemel
alienata pro reſtitutione dotis vigore *auth. res
quæ C. com. de legat. ſẽper remaneat libera à fideicom-
5 miſſo, Rot. dec. 312. num. 46.* cum illa † procedat,
quando alienatio fuit facta irreuocabiliter, ſe-
cus autem quando, vt hic, ad tempus, ſcilicet
donec ſequatur ſatisfactio crediti; Nam hoc
caſu non dicuntur exiiſſe à fideicommiſſo ex
ſupra allegatis.

Quod autem ſit probata poſſeſſio Lauræ
6 non poteſt controuerti, † nam illa probatur
ex recognitione eius fauore facta à Colonis,
Hond. conſ. 20. num. 9. lib. 1. Surd. conſ. 481. numer. 9.
7 ex confeſſione † iudiciali Gherardi eius viri
vocantis eam occupatricem, *Canal. deciſ. 535.
num. 2. Rota deciſ. 260. num. 2. par. 3. rec.* Ex decre-
8 to Iudicis † mandantis per Lauram relaxari
poſſeſsionem præſtita exaduerſo cautione de
9 reſtituẽ dote; nam priuatio † præſupponit
habitum, *Rota deciſ. 130. num. 3. par. 7. recen. cum
alleg. in Rauennaten. Saluiani 10. Iunij 1639. coram
R.P.D. meo Bichio;* & cum nunquam probetur
10 præſtita d. cautio, † non fuit purificata expul-
ſio Lauræ ſub ea conditione concepta, *Gre-
gor. XV. dec. 31. num. 7.* Et his accedunt Teſtes
bene de tali poſſeſſione deponentes, qui licet
inter alios examinati faciunt adminiculum.

Non obſtat, quod poſt ſupradictam reco-
gnitionem Colonorum factam vigore præce-
pti iudicialis idem Iudex præceptum reduxe-
rit ad viam iuris, quia vltra quod iſta reductio
præcepti non elidit effectum actualis poſſeſ-
ſionis d. Lauræ reſultañ ex d. recognitione
Colonorum, quæ ſubſiſtit licet præceptum
eſſet nullum, vel iniuſtum, donec ſaltem vti
tale reuocetur, ceſſat difficultas ex quo illa
emanauit ad inſtantiam Hieronymi Mare-
ſcotti, contra quem poſtea de anno 1623. Lau-
ra ſententiam fauorabilem obtinuit.

Minus obſtat, quod poſt d. recognitionem
de menſe Maij 1627. Gherardus hoc prædium
11 vendiderit; Quia non ideò † vxoris poſſeſſo-
ni præiudicium potuit inferre, *l. rem alienam,
ff. de contrah. empt. Hond. d. conſ. 20. num. 14. lib. 1.*
prout declarauit euentus, nam poſtmodum
ipſe vir mulierem poſſidere recognouit con-
fitendo prædium ab ea occupari, & conſen-
tiendo quod ipſa deſuper iura ſua venderet
DD. Pieritijs.

Stante igitur hac poſſeſſione Lauræ, cum
cœtera tollantur ex deductis in dd. deciſioni-
bus Domini firmarunt competere retentio-
nem Dominis Pieritijs eius Ceſſionarijs ra-
tione hypothecæ dotalis, quam vigore *authen.
res quæ*, exercere poteſt etiam ſuper bonis fi-
deicommiſſi ex ſupra allegatis.

Et ita vtraque &c.

ROMANA FIDEICOMMISSI DE INCORONATIS.

Veneris 22. Maij 1643.

ARGVMENTVM.

Sententiæ Rotalis nullitas ex quibus excludatur quando illa deducitur ex quo vnus Auditor proceſſerit tanquam ſubrogatus, & tamen de illius ſubrogatione non conſtet. Poſſeſſio fideicommittentium quando dicatur probata.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Rotæ Auditores omnes conſtituunt vnum Tribunal vnaq; eſt omnium iuriſdictio, & vnus dicitur ſubrogatus in locum alterius, & hoc præſertim parte non opponente ceſſat nullitas ex defectu iuriſdictionis, ex quo non conſtet de ſubrogatione, n. 2.*

3 *Inuentarium probat bona in eo deſcripta fuiſſe in hæreditate Teſtatoris.*

4 *Confeſſio probat contra confitentem, & habentem cauſam ab eo.*

5 *Ceſſionarius ſuccedit in locum cedentis quoad omnia iura iſti competentia.*

6 *Clauſula,* conſtituti, *poſſeſſionem transfert in conſtitutarium.*

7 *Dominium rei emptæ non acquiritur ſine ſolutione pretij.*

8 *Fideicommiſſarius qui agit pro immiſſione contra tertium poſſeſſorem habentem cauſam ab hærede grauato non tenetur probare dominium fideicommittentis, ſed ſufficit probare poſſeſſionem illius.*

9 *Negatiua probari debet ab eo, qui in ea ſe fundat.*

10 *Bona redempta vigore pacti redimendi per Donatarium, quando dicātur acquiſita ipſi donanti etiamſi ex proprijs pecunijs donatarij dd. bona fuerint redempta.*

11 *Pactum, ſeu ius redimendi dicitur adeſſe in hæreditate fideicommittentis non ſecus, ac cætera iura illius.*

12 *Bona redempta ab hærede grauato vigore pacti celebrati cum Teſtatore defuncto redeunt ad primeuā cauſam, & dicuntur eſſe in hæreditate defuncti.*

13 *Redimens tanquam donatarius alienius præſumitur rem redemptam hæreditati donantis acquirere voluiſſe.*

14 *Retentio competit pro pretio ſoluto illi, qui bona redemit vigore pacti redimendi initi cum fideicommittente.*

15 *Creditum redditur illiquidum ex fructibus perceptis ex aliquo ſtabili poſt motam litem.*

16 *Inſtrumentum venditionis non probat dominium venditoris in præiudicium tertij.*

DECISIO DCCIX.

NON acquieſcente Veñ Congregatione Plagarum deciſioni emanatæ in hac cauſa ſub die 16. Ianuarij proximè præteriti, in qua firmatum fuit conſtare de re iudicata ad fauorem q. Angeli Incoronati, non autem de cauſis reſtitutionis in integrum petitæ pro parte ipſius Congregationis. Iterumque hodie poſita cauſa ſuper eiſdem, Domini quoad vtramque partem ſteterunt in deciſis ex rationibus in prædicta deciſione deductis, quæ adhuc hodie placuerunt.

Nec viſa fuit obſtare prætenſa nullitas oppoſita contra ſententiam Rotalem ex defectu iuriſdictionis R.P.D. mei Ghiſilerij, qui illam protulit prætextu quod ille proceſſerit tanquā ſubrogatus in locum bon. mem. Pirouani, & tamen de illius ſubrogatione non conſtet niſi ex commiſſione ſubrogatoria obtenta ad inſtantiam Excellentiſſimi Principis Burgheſij in cauſa pendente inter ipſum, & q. Angelum Incoronatum. Quoniam illa facile tollitur vel ex lectura d. commiſſionis ſubrogatoriæ: quæ licet emanauerit ad inſtantiam d. Principis, eſt tamen generalis, in locum bon. mem. Pirouani olim Iudicis cauſarum ſuper bonis ſubiectis fideicommiſſo DD. de Incoronatis, vel ex eo, quia firmata iuriſdictione Rotę radicata olim in perſona bon. mem. Pirouani, quilibet Auditor d. ſententiam proferre po-
1 tuit, cum omnes Auditores † Rotæ conſtituant vnum Tribunal, vnaque ſit omnium iuriſdictio, & vnus dicatur ſubrogatus in locum alterius, *Put. dec. 339. num. 2. lib. 3. in correct. Burat. dec. 318. num. 1. Greg. XV. dec. 369. num. 2. & ibidem Add. littera A. Rota dec. 16. num. 4. par. 4. diuerſ. & dec. 199. num. 5. & 7. par. 5. rec. & in Toletana penſionis 10. Nouembris 1628. coram me in §. quibus nec viſum fuit obſtare,* præſertim parte,
2 prout † hic non opponente, *Put. d. dec. 339. n. 2. in fin. lib. 3. Burat. d. deciſ. 318. num. 2. Gregor. XV. d. dec. 369. num. 2. verſ. maximè quando pars non opponit, Rot. d. dec. 199. num. 6. par. 5. rec.*

Minus obſtare viſa fuit prætenſa iniuſtitia eiuſdem ſententiæ ex eo, quod non probetur domum, de qua agitur, fuiſſe poſſeſſam à Marcello, & Franciſco fideicōmittentibus; Quia talis poſſeſſio reſpectu Marcelli ſatis iuſtificata remanet non ſolum ex inuentario bono-
3 rum † hæreditatis confecto à Iulia matre, & Tutrice filiorum, & hæredum eiuſdem Marcelli, in quo eadem domus reperitur deſcripta inter cœtera ſtabilia illius, *l. fin. §. ſin autem C. arbitr. tutel. Pariſ. conſ. 45. num. 20. lib. 2. Peregr. de fideic. art. 44. ſub num. 2. verſ. primo itaque, Rot. deciſ. 387. num. 2. verſ. poſſeſſio autem par. 1. recen. cum alijs alleg. in deciſ. quæ renidetur, §. neque d. iuſtitia;* Verum etiam ex actuali poſſeſſione eiuſdem domus, quam Cæſar hæres grauatus defuncto Franciſco patre adeptus fuit cum expreſsione, quod illa ſubiecta eſſet fideicommiſſo prędicti Marcelli, quæ confeſſio fideicōmiſſarij negari
4 non poteſt quin probet † contra d. Cæſarem confitentem, & Congregationem habentem cauſam ab illo *Odd. conſ. 39. num. 17. & ſeqq. Pariſ. conſ. 51. num. 32. lib. 1. cum alijs alleg. in d. deciſione.*

Nec releuat, quod Paulus iunior de Incoronatis anno 1559. acceperit poſſeſſionem huius Domus tanquam ſubiectæ antiquiori fideicommiſſo q. Pauli ſenioris eius aui; Vnde inferebatur eamdem domum non ſubiacere poſterioribus fideicommiſsis dd. Marcelli, & Franciſci, quorū vigore d. q. Angelus egit. Quia fuit iterum animaduerſum d. Paulum iuniorem in executionem mandati Rotalis anno 1576. ceſsiſſe Marcello, ſiue eius hęredibus omnia iura ſibi competentia vigore fideicommiſſi d. q. Pauli ſenioris, cuius ceſſionis
5 vigore † idem Marcellus, ſiue eius hæredes Ceſsionarij acquiſiuerūt omnia iura eiuſdem Pauli iunioris cedentis, *Bald. in l. emptoris n. 3. C. de hæred. vel act. vendit. Port. Imol. conſ. 132. n. 34. Becc. conſ. 105. num. 17. Surd. conſ. 22. num. 16. lib. 1. Gratian. diſc. for. cap. 733. num. 22. Rot. deciſ. 88. num. 11. par. 6. rec.*

Reſpectu verò Franciſci poſseſsio eiuſdem domus

domus controuerti non valet. Cum enim Pompeius Columna ad quem portio d. domus peruenerat, illam vendidiſſet ipſi Congregationi, d. Franciſcus qui alteram partem eiuſdem domus poſsidebat, retraxit illam iure conſortij ab eadem Congregatione, ſicque poſſeſſionem totius domus acquiſiuit vigore Inſtrumẽti retroceſsionis ſibi factæ ab eadem Congregatione cum clauſula, *Conſtituti*, quæ
6 omnem poſſeſſionem † tranſtulit in ipſum Franciſcum conſtitutarium, *l. quod meo 18. ff. de acquir. vel amitt. poſſeſſ. Rimin. ſen. conſ. 30. nu. 15. verſ. comprobantur prædicta cum alijs allegatis in eadem deciſ.*

Nec dicatur quod prædictus Franciſcus nõ
7 acquiſiuerit dominium † d. domus, ſeu partis ſibi retroceſſæ à d. Congregatione ex eo, quod non ſoluerit pretium Columnæ primo venditori, *l. quod vendidi 19. ff. de contrah. empt. l. fiſtulas 78. §. qui fundum, ff. eod. Surd. conſ. 101. num. 7. lib. 1. & deciſ. 220. num. 11.* Quia vltra
8 quod fideicommiſſarius † qui agit pro immiſsione contra tertium poſſeſſorem habentem cauſam ab hęrede grauato non tenetur probare dominium fideicommittentis, ſed ſufficit probare poſſeſsionem illius, *Caſtr. conſ. 94. num. 3. verſ. quantum verò in fin. lib. 2. Crauett. conſ. 316. nu. 5. verſ. 9. dubitatur ſub verſ. ſed iſtud de probatione dominij, Peregr. de fideic. art. 44. nu. 6. num. 14. & num. 2. verſ. ſi tamen tertius poſſeſſor, Menoch. de adipiſc. remed. 4. n. 363. & ſeq. Seraph. dec. 29. num. 3. Rota dec. 444. ſub num. 1. par. 3. & deciſ. 279. num. 1. par. 5. rec.* Cum res hodie non agitur cum ipſo Columna, huiuſmodi negatiua ſolutionis pretij eſſet probanda ab eadem Congregatione, quæ illam allegat, cum regu-
9 lariter negatiua † probari debeat per eum, qui in illa ſe fundat, *Bart. in l. in illa 8. nu. 5. & ibid. Alex. ſub num. 9. verſ. ex gloſa tetigit, ff. de verb. oblig. Alex. conſ. 109. num. 5. lib. 5. Crauett. conſ. 112. num. 6. Gratian. diſcept. foren. cap. 793. num. 9. Rot. deciſ. 502. num. 7. par. 1. & deciſ. 422. num. 2. par. 2. rec.*

Præterea neque ipſa Congregatio viſa fuit refricare poſſe prædicti dominij quæſtionem, prout nec poſſet Cæſar eius author, cum enim d. Columna vendidiſſet Congregationi portionem d. Domus cum pacto redimendi, & Franciſcus illam retraxiſſet à d. Congregatione reſeruato d. pacto redimendi eidem Columnæ primo venditori, Cæſar tanquam Donatarius Franciſci, in cuius bonis erat prædictum pactum redimendi, iam redemit, & conſequenter agnouit prędictam Domum ſpectare ad Franciſcum, illique quatenus opus eſ-
10 ſet acquiſiuit, † etiam ſi ex proprijs pecunijs redemiſſet, vt in his terminis reſoluit *Rota in Bononien. fideicommiſſi de Glauarinis 4. May 1640. coram R.P.D. meo Roias*; ſicuti enim prædictum
11 Ius † redimendi aderat in hæreditate d. Franciſci fideicommittentis, non ſecus ac cætera Iura illius *Rota deciſ. 190. ſub nu. 1. verſ. cum enim Ius iſtud par. 1. recent.* Ita & portio d. Domus vigore d. pacti redempta dicitur eſſe in eadem
12 hæreditate, cum bona † redempta per hæredem grauatum vigore pacti celebrati cũ Teſtatore defuncto redeant ad primæuam cauſam, & ſic dicantur eſſe in hæreditate eiuſdem defuncti *Decian. conſ. 18. num. 17. verſ. primo dubitatur lib. 2. Caball. conſ. 152. num. 5. lib. 1. Peregr. de fideic. art. 10. n. 2. verſ. aut quia hæres ex pacto Giurb. deciſ. 92. num. 8. Caual. deciſ. 58. nu. 1. Rot. d. dec. 190. per tot. part. 1. recent. & in Bononien. fideicommiſſi de Lucio 9. Decembris 1619. coram bon. mem. Sacrato.* Præſertim, quia Cæſar redemit partem d. Domus tanquam eiuſdem Franciſci Donatarius,
13 qui † propterea præſumitur illam hæreditati d. Franciſci acquirere voluiſſe *Ang. inter conſ. Crot. conſ. 418. num. 6. lib. 3. Fuſar. de ſubſtit. q. 627. num. 22. Rot. deciſ. 30. num. 6. par. 5. recent.*

Nec refragatur, quod eidem Cæſari, ſiue Congregationi ab eo cauſam habenti compe-
14 tat ſaltem retentio † ratione pretij, quod ille ſoluit ex proprijs pecunijs ex cauſa d. redemptionis prout inter alios explicant *Peregr. de fideic. d. art. 10. num. 2. verſ. in ſpecie autem huius caſus Giurb. d. deciſ. 92. num. 8.*

Quia pro reſponſione ſat eſſe dicebatur, quod huiuſmodi creditum reddatur illiquidũ
15 cum in illud Congregatio † debeat imputare fructus eiuſdem domus perceptos à die motæ litis *Rot. deciſ. 411. num. 26. & 27. par. 5. recent. Caual. deciſ. 539. num. 5. & 6. cum alijs relatis in Signina Saluiani 16. Aprilis 1638. & 13. Iunij eiuſdem anni coram R. P. D. meo Carillo, & Auenionen. fideicommiſſi 26. Nouembris 1640. coram R. P. D. meo Roias.*

Denique non obſtat, quod idem Cæſar poſtea vendiderit Congregationi eamdem Domum tanquam propriam, & liberam. Quia cum ex prædictis appareat illam fuiſſe acquiſitam hæreditati Franciſci, Cæſar non potuit in eius præiudicium quidquam agere, atque de domo vti propria diſponere, neque Inſtrumẽ-
16 tum † venditionis probat dominium venditoris in præiudicium tertij *gloſ. in l. cum res 12. in verb. & vacuam paulo ante med. C. de probat. Caſtr in l. proprietatis 4. num. 3. C. eod. Alex. conſ. 98. num. 7 lib. 2. Ciriac. controu. 258. num. 15.*

Et ita vtraque &c.

BARCHINONEN. PORTIONVM.

Veneris 29. Maij 1643.

ARGVMENTVM.

Declaratotia quibus concurrentibus ſit relaxanda.

SVMMARIVM.

1 *Declaratoria datur contra obedire renuentes mandatis rotalibus.*

2 *Quod procedit etiam reſpectu mandati de manutenendo.*

3 *Clericus de iure præſumitur reſidere in Eccleſia cui inſeruire tenetur.*

4 *Clericorum expulſio ſupponit eos antea reſidiſſe.*

5 *Clericus legitimè impeditus cum non reſederit debet conſequi totum illud, quod fuiſſet conſecutus ſi reſidiſſet.*

6 *Pœna priuationis non habet locum niſi in caſibus expreſſis.*

7 *Li-*

7 *Liquidatio reſpectu certarum deſtributionum, ſcil. portionum debitarum Clericis reſultat ex conſueto, ſeu ſolito.*

8 *Declaratoriam niſi infra menſem dare paſſim Rota ex benignitate ſolet.*

DECISIO DCCXI.

PRAETENDENTIBVS Præsbyteris, & Beneficiatis reſidentibus in Eccleſia Monaſterij Monialium ſub Inuocatione B.Mariç de Petris albis manutentionem, ſeù potius reintegrationem ad poſſeſſionem, ſeù quaſi percipiendi ab Abbatiſſa d. Monaſterij portiones ordinarias, & extraordinarias, de quibus agitur, tres occaſione d. prætentionis emanarunt deciſiones prima ſub die 21. Iunij 1641. in qua Domini dixerunt prædictis Præsbyteris, ac Beneficiatis tunc informantibus dandam eſſe reintegrationem; Altera ſub die 20. Nouembris eiuſdem anni, in qua eiſdem Præsbyteris, ac Beneficiatis rurſus inſtantibus pro manutentione, reſolutum fuit illam eſſe concedendam. Tertia denique ſub die 21. Februarij anni præteriti, in qua Domini informante etiam d. Abbatiſſa firmatunt conſtare de bono iure vtriuſque partis, ſcilicet Præsbyterorum quoad poſſeſſionem percipiendi dd. portiones tanquam aſſignatas pro eorum congrua ſuſtentatione in erectione d. Monaſterij, & Abbatiſſæ quoad facultatem inter alia ſubtrahendi eaſdem portiones Præsbyteris pro diebus, quibus illi ceſſante iuſto impedimento, non inſeruirent. Succeſſiue dd. Præsbyteri curarunt expedire mandatum de manutenendo in vim ſecundæ deciſionis, illudque ſub die 31. Ianuarij proximi præteriti curarunt perſonaliter intimari eidem Abbatiſſæ, quæ cum ei obedire recuſet, propoſui, hodie dubium, An contra illam danda eſſet declaratoria, & Domini reſponderunt affirmatiuè niſi infra menſem à die factæ intimationis paruerit.

Cum autem d. Abbatiſſa fuerit perſonaliter monita per intimationem d. mandati de manutenendo continentis expreſſam monitionem de parendo ſub cenſuris Eccleſiaſticis & poſt illius reproductionem vnà cum intimationę factam in actis fuerint quoque ſeruari ſoliti quatuor termini ad docendum de paritione, & vſque adhuc de illa doctum non fuerit, ſatis apparet de contumacia eiuſdem
1 Abbatiſſæ, contra quam † propterea venit relaxan. declaratoria *Abb. in c.1.num.10. de Iudic. & in c. ſanè quia num. 5. de offic.deleg. Soccin. in c. nulli num.5. & 8. de ſent. excom. Oldrad. conſ.277. num.1. Caſſad.deciſ.5. num.7. de conſtit. & deciſ.6. num.10. de cauſ.poſſeſſ. & propriet. Rot. deciſ.478. num.1. & 2.par.2. & deciſ.208.num.17.par.5. re-*
2 *cent.* & in ſpecie declaratoriæ † ob non paritionem mandati de manutenendo *Caual.deciſ.364 num.5. Martin. Andr.deciſ.208.num.2.*

Non obſtat, quod portiones, de quibus agitur, tanquam correſpectiuæ ad ſeruitium dd. Præsbyterorum non debeantur niſi appareat de tali illorum ſeruitio. Quia Domini tria tempora conſiderabant. Primum à die 28. Maij 1637. vſque ad diem 22.1638. reſpectu cuius temporis nulla viſa fuit adeſſe dubitatio, quia de actuali illorum reſidentia, & ſeruitio in d. Eccleſia apparet ex Teſtibus formiter examinatis. Secundum à die 22. Septembris 1638. vſque ad diem 22. Martij 1639 reſpectu cuius temporis illorum reſidentia viſa fuit probari ex Iuris præſumptione, iuxta
3 quam Clericus † præſumitur reſidere in Eccleſia, cui inſeruire tenetur *Alciat. in tract. de præſumpt. reg. 1. præſumpt. 35. in princ. verſ ſicut Clericus cum alijs relatis à Gonzal. ad reg.8.gloſ.43 num.88.* Iuncta præſertim eorum expulſione facta per Abbatiſſam ſub eadem die 22. Mar-
4 tij 1639. quæ † ſupponit eos antea reſediſſe. Tertium verò tempus ab eadem die 22. Martij 1639. citra, reſpectu cuius temporis defectus reſidentię nequaquam releuare viſus fuit Siquidem dd. Præsbyteri non potuerunt reſidere facto eiuſdem Abbatiſſæ, quæ ſub eadem die 22. Martii præcepit illis, vt domos per eos inhabitatas penes Monaſterium ſitum in loco campeſtri extra Ciuitatem, ab illa die in futurum dimitterent, neque reſiderent in Choro d. Monaſterij, neque in illud amplius ingrederentur, aut aliquem actum facerent reſidentiæ, prout colligitur ex eo, quod ijdem Præsbyteri ſub die 27. eiuſdem menſis conqueſti fuerunt coram ipſa Abbatiſſa de tali præcepto ſub die 22. Martij ſibi facto. Proteſtantes vlterius, quod per ipſos non ſtabat, quo minus reſiderent, ſe etiam offerentes paratos ad reſidendum, cui proteſtationi ipſa Abbatiſſa reſpondens ingenuè faſſa fuit ſe tale præceptum feciſſe, & vlterius titulis beneficialibus eos priuaſſe. Vnde cum dd. Præsbyteri, & Beneficiati à d. tempore citra non reſederint, neque inſeruierint d. Eccleſiæ culpa, ſeù facto eiuſdem Abbatiſſæ, debent con-
5 ſequi dd. portiones perindè † ac ſi reſediſſent, ac inſeruiſſent tàm ex diſpoſitione Iuris communis, vt in ſimilibus terminis dixit, *Rota in Salamantina cenſurarum prima Iunij 1594. coram Corduba, in Cæſarauguſtana diſtributionum 18. Iunij 1638. coram bon: mem: Coccino, & in Bracharen. fructuum 26. Maij anni præteriti coram R.P.D. meo Royas*, quàm etiam ex lege fundationis eiuſdem Monaſterij, quæ expreſsè excipit caſum iuſti impedimenti prout cõſiderauit *Rota in hac eadem cauſa ſub die 21. Februarij anni præteriti coram me.*

Minùs obſtat, quod prædicti Præsbyteri, & Beneficiati reclamauerint ab alio primo præcepto eiuſdem Abbatiſſæ, quæ mandauerat, vt illi miſſas in Eccleſia d. Monaſterij ſingulis diebus hora, & Altari ſibi aſſignatis celebrarent, omneſque inſimul in vna, eademque menſa comederent, aliaque iuxta eorum Inſtitutum adimplerent, ac litem deſuper introductam proſequuti fuerint. Quia cum illi inſpectis primò, & ſecundò tempore iam inſeruierint, & pro reliquo tempore fuerint impediti facto Abbatiſſæ, ne inſeruirent, non ſunt priuandi ſolitis emolumentis, quæ contemplatione eiuſdem ſeruitij illis fuerunt aſ-
ſignata,

Digitized by Google

ſignatā, quamuis d. Præcepto in reliquis non paruerint, cum ſubtractio talium portionum non legatur expreſſa niſi in caſu, quo dd. Præsbyteri ceſſante iuſto impedimento non inſeruirent ibi. Volumus &c. quod ipſa die vel ipſis diebus, qua, ſeù quibus deficiant in dicto ſeruitio, prædicta portio eis pro ſuſtentatione vitæ vt prædicitur aſſignata, niſi eſſent iuſto impedimento detenti, penitus ſubtrahatur in cæteris autem caſibus prædicta ſubtractio non legitur, quæ proinde non cen-
6 ſetur inducta cum pœna † priuationis non habeat locum niſi in caſibus expreſſis *l. & ſi quis* 14. §. *Diuus ff. de Relig. & ſumptib. funer. Menoch. de arbitr. Iudic. caſ.* 276. *num.* 1. *& conſ.* 85. *num.* 107.

Neque dicatur, quod prædicta Declaratoria non poſſit relaxari, niſi præuia liquidatione portionum, quas d. Abbatiſſa præſtare te-
7 netur, quia earum liquidatio † ſatis iuſtificata remanet ex conſueto, ſeù ſolito, iuxta quod illæ hactenus præſtari conſueuerunt *Achill. deciſ.* 22. *num.* 1. *de reſtit. ſpoliat. Burat. dec.* 173. *num.* 5. *&* 6. *Rot. deciſ.* 479. *num.* 1. *in fin. par.* 2. *rec. & in Peruſina oblationum* 10. *Febr.* 1642. *coram R.P.D. meo Cerro* §. *nec obſtat, quod non deponant.*

Verum Domini conſiderantes, quod prædicta Abbatiſſa potuit habere aliqualem excuſationem, quoad paritionem d. mandati de manutenendo forte ob tertiam deciſionem, quæ illius bonum Ius canonizauit iuxta modum prædictum, cenſuerunt dandam eſſe declaratoriam cum prædicta modificatione, niſi ſcilicet infra menſem à die intimationis d. declaratoriæ in partibus eadem Abbatiſsa parue-
8 rit d. mandato. prout *Rota* † *paſſim ex benignitate ſeruare conſueuit, vt in Bracharen. Archidiaconatus* 15. *Ianuarij* 1625. *coram bo. me. Coccino, & alias ſæpe,*

Et ita vtraque &c.

TAVRINEN. PENSIONIS.

Veneris 29. *Maij* 1643.

ARGVMENTVM.

Agitur de reſeruatione penſionis pura, & de conſenſu illius reſeruationi præſtito, & ſic an Penſionarius tenentur iuſtificare gratiam d. reſeruationis.

SVMMARIVM.

1 *Quando quis ſe obligauit in forma Cameræ ad ſolutionem penſionis, litteræ reſeruationis ſunt exequendæ abſque aliqua illarum iuſtificatione.*
2 *Ablatiui abſoluti important conditionem.*
3 *Reſeruatio fructuum beneficij diuerſa eſt à reſeruatione penſionis.*
4 *Subrogatum non aſſumit naturā eius in cuius locum ſubrogatur, quando in illo viget diuerſa qualitas.*
5 *Reſeruatio fructuum eſt magis odioſa, quam reſeruatio penſionis.*
6 *Reſeruatio fructuum concedi non ſolet niſi dempta aliqua portione pro titulari.*
7 *Dictio, Seù, eſt alternatiua, & diuerſificat vnum caſum ab alio.*
8 *Diſpoſitiones duæ concurrentes habentes qualitates, & onera diuerſa, conditio vnius non cenſetur re, petita in alia quamuis vtraque diſpoſitio contineatur in eadem ſcriptura.*
9 *Penſionarius, qui in vim alternatiuæ ſibi conceſſæ ſemel elegit non poteſt amplius variare.*

DECISIO DCCXII.

RESOLVTVM fuit mandata relaxata ab A.C. ad fauorem D. Thomæ Vibo contra D. Claudium eius fratrem pro terminis penſionis reſeruatæ ad illius fauorem ſuper fructibus Abbatiæ de qua agitur, eſſe exequenda, quia apparet illa eſſe valida, & Iuſta.

Validitas probatur ex actorum reuolutione Iuſtitia verò liquet, quia cum dd. mandata fuerint relaxata vigore litterarum Apoſtolicarum reſeruationis d. penſionis contra d. Claudium, qui reſeruationi eiuſdem penſionis expreſsè conſenſit, illamque etiam ſub obligatione Camerali ſoluere promiſit, vtique merentur executionem abſque iuſtificatione dd. litterarum cum Penſionarius agens
1 pro conſecutione penſionis contra eum, † qui illius reſeruationi conſenſit nō teneatur iuſtificare gratiam d. reſeruationis, quando illa, prout hic, eſt pura, non autem conditionalis *Seraph. deciſ.* 1017. *num.* 3. *Rot. in Salamantina Penſionis* 26. *Martij* 1593. *coram Gipſio poſt Marcheſ. par.* 1. *fol.* 537. *& in Abulen. Penſionis* 27. *Ianuarij* 1600. *coram Litta num.* 1. *poſt eumdem Marcheſ. d. par. fol.* 514. *Garz. de benef. par.* 1. *cap.* 5. *n.* 456 *Add. ad Greg. XV. deciſ.* 57. *num.* 11. *& Add ad Buratt. deciſ.* 20. *ſub num.* 17. *verſ. & talis iuſtificatio, & in Peruſina Parochialis, ſeù Penſionum* 1. *Iulij* 1641. *coram me* §. *nec refragatur.*

Non obſtat, quod iſta penſio fuerit reſeruata ſub eiſdem modo, & forma, & cum omnibus decretis appoſitis in priori reſeruatione alterius penſionis ad fauorem Eminentiſſimi D. Cardinalis Sabelli, qui hanc Abbatiam ipſi Claudio aliàs reſignauit Reſeruatio autem ad fauorem d. Eminentiſſimi Cardinalis contineat inter alia clauſulam, demptis tamen centum ſcutis monetæ pro eodem Claudio
2 Reſignatario, quæ † clauſula vti concepta per ablatiuum abſolutum dicebatur inducere conditionem *l. à Teſtatore* 109. *vbi gloſ. in verb. conditio eſſet ff. de cond. & demonſtr. Iaſ. in Rubr. num.* 1. *ff. ſol. matr. Verall. deciſ.* 150. *num.* 2. *par.* 1. *Greg. XV. deciſ.* 49 2. *n.* 7. Quia fuit animaduerſum litteras prioris reſeruationis emanatas ad fauorem d. Eminentiſſimi Cardinalis habere duas partes, quarum prima continet reſeruationem omnium fructuum huius Abbatiæ ad illius fauorem, ſub duplici conditione. vna vt Reſeruatarius fructuum ſubiret omnia onera beneficij ibi, ſupportatis tamen prius debitis, & conſuetis illius oneribus &c. & altera, quod demerentur ſcuta centum monetæ pro titulari, ibi, demptis tamen ſcutis centum monetæ Romanæ pro eodem Claudio. Alia verò pars dd. litterarum, quæ fuit alterna-

natiuè concepta contine. reſeruationem pen-
ſionis in quantitate pecuniarum , nempe ſcu-
torum 1100. abſque alia conditione , ibi , ſeù
loco perceprionis , & exactionis omnium , &
ſingulorum fructuum &c. quatenus tibi ma-
gis placuerit , penſionem annuam ab omni
quarta , decima &c. liberam reſeruamus &c.
Vnde quamuis reſeruatio fructuum fuerit fa-
cta ſub d. conditione , demptis tamen ſcutis
centum &c. Nihilominus huiuſmodi condi-
tio non cenſetur repetita in ſecunda parte,
quæ continet reſeruationem penſionis , quia
3 cum reſeruatio † fructuum diuerſa ſirà reſer-
uatione penſionis *Lotter. de re benef.lib.1.qu.35.
num. 55.& ſeqq. Rota in Romana penſionis 28. Ia-
nuarij 1641. coram Eminentiſſimo D. Cardinali Ve-
roſpio*, conditio appoſita in prima reſeruatio-
ne non cenſetur repetita in alia ſequenti quã-
uis concepta per viam ſubrogationis, cum
4 ſubrogatum † non aſumat naturam eius , in
cuius locum ſubrogatur, quando in illo viget
diuerſa qualitas *Alex.conſ.106.num.17.lib.3. Pa-
riſ.conſ.49.n.18.lib.3. Menoch. conſ.340. ſub n.43.
verſ. & ad rem , & de arbitr.lib.1. quæſt.54.nu.29.
verſ. aliter ſatisfacit cum alijs relatis à Gabr. com.
opin. de reg.iur.concluſ.2.num.66. & à Gratian di-
ſcept.forenſ.cap.848.num.28.* Eoque minùs cum
5 reſeruatio † fructuum ſit magis odioſa, quam
reſeruatio penſionis *Rot.deciſ.217.num.3. & de-
6 ciſ.454.num.1.verſ. maximè part.1. diu.* † Illaque
concedi non ſoleat niſi dempta aliqua porrio-
ne pro Titulari *Mandoſ. in prax. Signat. Grat. in
verb. fructuum reſeruationes verſ. vel ſaltem*.
Quibus accedit , quod ſecunda pars dd.lit-
7 terarum non ſolum incipit à dictione , † *ſeù* ,
quæ alternat, & diuerſificat ſecundum caſum
à primo iuxta doctrinam *Bart. in l. generale 13.
n.2.C.de ſacroſanct.Eccleſ.Rot.deciſ.255.n.4.par.5.
rec.* Verùm etiam continet reſeruationẽ pen-
ſionis exemptæ ab omnibus oneribus , & ſic
habet in ventre qualitatem omninò diuerſam
à reſeruatione fructuum contentam in prima
parte, cuius vigore Reſeruatarius ſubire te-
8 netur omnia onera beneficii . Quando † au-
tem concurrunt duæ diſpoſitiones , quarum
quælibet habet qualitates , ſeù onera diuerſa ,
conditio vnius non cenſetur repetita in alia,
quamuis vtraque diſpoſitio in eadem ſcriptu-
ra contineatur , prout ex *gloſ. in l. ſub conditio-
ne 73. in verb. purè verſ. reſponde ff. de hæred. In-
ſtit. tradit Alba conſ.478.num.20.*
Et viſa fuit ceſſare difficultas ex eo , quia
Eminentiſſimus Cardinalis Sabellus , ad cu-
ius fauorem fuerunt reſeruati omnes fructus
huius Abbatiæ , ſeù loco illorum, ſi magis il-
li placeret , annua penſio ſc. 1100. monetæ ,
iam elegit ſecundam partem , nempè reſerua-
tionem penſionis , & ſucceſſiuè conſenſit ex-
tinctioni medietatis eiuſdem penſionis ad ef-
fectum , vt ſimilis penſio reſeruaretur ad fa-
uorem d. Thomæ , & non aliàs , aliter , nec
alio modo ; Vnde ſequitur non eſſe amplius
agendum de reſeruatione, fructuum, ſed pen-
9 ſionis , cum penſionarius , † qui in vim alter-
natiuæ ſibi conceſſæ iam ſemel elegit reſerua-
tionem aut fructuum , aut penſionis non poſ-
ſit amplius variare , prout in terminis reſpon-
dit *Rot. coram Put. deciſ. 193. ſub num. 1. lib.3. in
correct.* quam refert , & ſequitur *Lotter. de re
benef.lib.1.quæſt.39.num.18. vſque 21.*
Et ita vtraque &c.

VICEN. PORTIONVM.

Lunæ 1. Iunij 1643.

ARGVMENTVM.

Portio in certa ſpecie debita Canonicis , an tractu temporis , vel iuſta de cauſa poſſit immutari in alia, & quod tempus requiratur, & quæ ſolemnitates ſint neceſſariæ .

SVMMARIVM.

1 *Debitum in certa ſpecie contractum poteſt ex iuſta , vel rationabili cauſa præſtari in alia ſpecie .*

2 *Portio in certa ſpecie præſtari ſolita ſi poſtea in alia fuerit præſtita ſpatio 40. annorum hoc ſufficit , vt dicatur præſcripta .*

3 *Alienari non poſſunt res Eccleſiæ ſine cauſa , & ſolemnitate .*

4 *Permutatio dicitur ſpecies alienationis , & ſic cauſa & ſolemnitates requiruntur .*

5 *Iuſta cauſa requiſita pro validitate alienationis , aut permutationis rei Eccleſiaſticæ connumeratur etiam incommoditas , & pietas .*

6 *Beneplacitum Apoſtolicum præſumitur interueniſſe ſpatio 30. annorum .*

7 *Factum affirmatiuum regularitèr non præſumitur niſi probetur .*

8 *In alienatione rei Eccleſiaſticæ ſufficit contractum à principio fuiſſe vtilem Eccleſiæ .*

9 *Læſionis ad effectum inſpicitur tempus contractus quamuis agatur de re habente tractum ſucceſſiuum.*

10 *Conſtitutio S.m.Vrb.8. de præiudicialibus Eccleſiarum ædita de menſe Iunij 1641. in quibus terminis procedat declaratur.*

DECISIO DCCXIII.

NON acquieſcentibus Modernis Canonicis, & Beneficiatis Eccleſiæ S.Ioannis de Abbatiſſis vltimæ reſolutioni emanatæ in hac cauſa ſub die 5. Decembris anni præteriti , in qua dictum fuit vinum eis non deberi niſi tempore Quadrageſimæ , iterumque hodie poſita cauſa ſuper eiſdem Domini ſteterunt in deciſis .

Omiſſis enim ijs , quæ longa ſeriè repetebantur præcipuè ad probandum portionem canonicalem quam antiquitus Abbas d. Eccleſiæ conſueuerat præſtare dietim Canonicis Regularibus tunc in ea reſidentibus conſiſtere in vna libra panis cum dimidia, & in vna iuſta vini , cum omnia ferè Iura concernentia probationem huiuſmodi præſtationis percutiant tempus antiquiſſimũ ante annum 1451. quo tempore inſpecto Dignitates illam non controuertebant , adhuc viſa fuerunt ſubſiſtere fundamenta eiuſdem deciſionis , ex quibus apparet prædictam portionem ob difficilem illius præſtationem quoad vinum fuiſſe tractu

tempo-

Digitized by Google

temporis permutatam, ac proinde redactam
ad maiorem quantitatem panis, videlicet ad
duas libras cum dimidia qualibet die, & ad
modicam portionem vini in ſolis diebus qua-
dragesimalibus, exceptis Dominicis, vſque
ad feriam quintam in Cœna Domini præ-
ſtandam. Vnde meritò dicebant Domini vi-
num hodie deberi non ſingulis diebus iuxtà
modum, quo antiquitus illud præſtari con-
tendebatur, ſed iuxtà modernum, ſeù poſtre-
mum, quo ſolis quadrageſimalibus diebus,
aucta portione panis præſtari conſueuit, cum
1 debitum † in certa ſpecie contractum poſſit
ex iuſta, aut rationabili cauſa præſtari in alia
ſpecie etiam inuito Creditore per ea, quæ tra-
dit *Surd.de alim.tit.4.qu.3.num.13.* & in terminis
debitoris vini *Bald. in l.ſi quis argentum 35. nu.8.
verſ.quaro promitto tibi C.de donat.Iaſ.in l.non am-
plius 25.§.cum bonorum num.3. verſ.tu adde ff. de
leg.1. cum alijs alleg. in eadem deciſione §. quamuis
2 enim*, præſertim cum præſtatio † talis portio-
nis in maiori quantitate panis loco vini fuerit
ſpatio 40.annorum,& vltra obſeruata, vnifor-
mis, & pluribus adminiculis roborata, quæ
propterea inducit obligationem perſoluendi
illam iuxtà poſtremum modum, quo eadem
portio ſpatio tanti temporis præſtita fuit, etiā
ſi ab initio alitèr præſtari conſueuiſſet iuxtà
doctrinam *Paul.Eleuzar.in cap.in litteris 5.nu.24
verſ.ſecundo caſu de reſtitut.ſpoliat;* quam vltra rela-
tos in vltima deciſione in §.*Ex quibus omnibus ſequu-
ta fuit Rota in Segobien. Cantorum 11. Febr. 1604.
coram Card. Lancellotto, confirmata 9. Dec. 1611.
coram Manzaneda, qua eſt deciſ.365.num.3.& ſeqq.
par.2.recent.*

Nec releuat dicere, quod antiqua portio
dietim præſtari ſolita in pane, & vino non
potuerit permutari in maiorem quantitatem
panis abſque cauſa, & ſolemnitate, quæ à iu-
3 re requiruntur non ſolum † in alienatione
rei Eccleſiæ *c.1.de reb.Eccleſ.non alien.in 6. Clem.
prima eod.tit.cap.ſine exceptione 12.quaſt.2. Seraph.
deciſ.508.num.1. bo. me. Coccin. deciſ.374. num.3.
& deciſ.391. num.1. cum alijs cumulatis à Ciarlin.
contron.105.num.2.& ſeqq.* verum etiam in illius
permutatione, cum etiam permutatio ſit ſpe-
4 cies † alienationis *Rebuff.in d. cap. ſine exceptione
cauſ.12.qu.2.nu.66. Redoan.de reb. Eccleſ.non alien.
qu.2. & 20.num.1. Quarant.in Sum. Bullar. verb.
alienatio rerum Eccleſia num.15.* etiamſi alienatio
aut permutatio fiat inter duas Eccleſias, aut
perſonas eiuſdem Eccleſiæ *ex relat. à Rota de-
ciſ.561.num.7.& ſeqq.par.5. recent. in ſecundo tom.*
Nam placuerunt reſponſiones datæ in prædi-
cta deciſione, in qua reſpectu cauſæ fuit ani-
maduerſum, illam ſatis iuſtificari ex difficul-
tate præſtandi vinum quolibet die ob Cœli aſ-
peritatem, ac defectum illud tranſportandi ad
illas partes, iunctis etiam diſſidijs, ac iurgijs
quæ occaſione huiuſmodi quotidianæ præſta-
tionis vini inter Abbatem, & Canonicos non
ſine diminutione cultus Diuini oriebantur, ex
eo quod prædicti Canonici ſæpiùs vinum ſibi
oblatum recipere recuſabant prætextu malæ
qualitatis illius, quæ ſaltem ſimul iuncta po-
tuerunt præbere iuſtam cauſam prædictæ mu-
tationi in maiorem quantitatem panis loco
vini, quamuis eſſemus in re, quæ ſine cauſa
permutari non potuiſſet, cum inter iuſtas cau-
ſas requiſitas pro validitate alienationis, aut
5 permutationis rei Eccleſiæ † connumerentur
etiam incommoditas, & pietas *ex relat. à Qua-
rant.in Summ. Bullar.d.verb.alienatio rerum Eccle-
ſia num.3.* Reſpectu verò ſolemnitatis, ſcilicet
6 beneplaciti Apoſtolici illud † pariter quatenus
fuiſſet neceſſarium præſumeretur interueniſſe
ex lapſu 30. annorum, & vltra cum obſer-
uantia ſubſequuta *Ancar.conſ.136. num.2. verſ.
praterea d. Monaſterium Gabr.conſ.80. num.17. &
18.lib.2.Mantic.deciſ.101.nu.2. Seraph.deciſ.1125.
num.3. Rota deciſ.694. num.5. par.1. & deciſ.506
num.2. & 4. par.2. & deciſ.191. num.9. par.5. &
deciſ.32.num.3.par.6.& deciſ.5.num.6.par.7.recent.
Add.ad Greg.XV.deciſ.343. num.4.& 5.& ad Bur.
deciſ.45.num.8.*

Neque talis curſus 30. annorum, & vltrà
cum obſeruatione ſubſequuta exaduerſo con-
trouerti poteſt, cum ille ſatis iuſtificetur ex
Iuribus, ac Teſtibus ponderatis in eadem de-
ciſione. Et in omnem euentum cum talis
obſeruantia reſpectu vini conſiſtat in facto ne-
gatiuo, Canonicis, & Beneficiatis allegenti-
bus factum affirmatiuum, ſcilicet, vinum
fuiſſe ſibi præſtitum ſingulis diebus, incum-
beret onus id probandi concludentèr, cum
7 factum † affirmatiuum regularitèr non præ-
ſumatur, niſi probetur *Corn. conſ.181.num.26.
lib.2.Menoch.de praſ.lib.6.praſ.14. num.1. & ſeqq.
Rota deciſ.398.num.4.par.2. & deciſ.274. num.11.
par.5.recent.*

Neque viſum fuit ſubſiſtere aſſertum præ-
iudicium Canonicorum in d. mutatione ex
eo quia panis ſit minoris valoris, quam vi-
num, prout conantur deponere nonnulli Te-
ſtes pro parte dd. Canonicorum vltimo loco
in Curia examinati. Quia omiſſis exceptio-
nibus tàm contra perſonas, quàm contra eo-
rum dicta; quæ pugnant cum propria con-
feſſione ipſorum Canonicorum, qui repeten-
tes à dd. Dignitatibus portionem vini pro
anno 1638. affirmarunt illud ſibi deberi ad ſo-
lam rationem ſcut. trium pro qualibet ſalma,
non autem ad rationem quatuor; aut quin-
que, prout deponunt prædicti Teſtes.

Reſponſum fuit quod ad hunc effectum
probandus eſſet valor vtriuſque rei, ſcilicet
panis, & vini de tempore eiuſdem permuta-
8 tionis, cum in alienatione † rei Eccleſiæ ſuf-
ficiat contractum fuiſſe ab initio vtilem Eccle-
ſiæ *Butr.in cap.1.num.19.& ſeqq. de in integ. reſtit.
vbi etiam Franc.num.10.verſ.Item nota, & nu.16.
circa fin.cum alijs allegat. à bo:me. Coccin.deciſ.445.
num.5.* Et regulare ſit quod ad effectum læſio-
9 nis † inſpiciatur tempus contractus, quamuis
agatur de re habente tractum ſucceſſiuum,
qualis videtur eſſe præſtatio portionum, de
quibus agitur, nulla habita ratione incerti
euentus tractu temporis in damnum termina-
ti iuxta veriorem ſententiam, quam tenet
Menoch.conſ.156.nu.35. quam ſequuta fuit *Rota
deciſ.584.num.7. par.4.rec. cum alijs relat.in Bono-
nien. Cenſus 16. Decembris 1639. coram Reueren-*

diſſimo D. meo Patriarcha Conſtantinopolitano S. Nec releuat replicatio.

Denique non applicatur Conſtitutio San-
10 ctiſſimi D. N. † ſuper prȩiudicialibus Eccle-
ſiarum edita de menſe Iunij 1641. Siquidem
illa non loquitur de contractu inter Eccleſiam
& Eccleſiam, & intentio Summi Pontifi-
cis in d. Conſtitutione videtur fuiſſe ſolum
prouidere præiudicijs Eccleſiarum contra
Clericos, vel Eccleſię Romanæ contra parti-
culares; Hic autem agitur de permutatione
ex iuſta, & rationabili cauſa ſaltem ab initio
inter ſolos Miniſtros Eccleſiæ, & tamdiù ob-
ſeruata, vt apparet ex iam dictis.

Et ita vtraque &c.

VERCELLEN. REGRESSVS.

Luna 1. Iunij 1643.

ARGVMENTVM.

Manutentio penſionario, conceditur etiam ex vnica ſolutione ſibi facta quamuis agatur cõtra ſucceſſorem in beneficio.

SVMMARIVM.

1 *Inſtrumenta quietantiarum ſufficiunt ad effectum manutenſionis.*

2 *Manutentio datur ex vnica ſolutione penſionis facta penſionario.*

3 *Quod procedit etiamſi agatur contra ſucceſſorem in beneficio.*

4 *Ius actoris ab eius perſona metiri debet quando agitur de continuanda poſſeſſione.*

5 *Confeſſiones de recepto regularitèr non probant contra ſucceſſorem in beneficio.*

6 *Hoc limitatur, vel quando confeſſiones ſunt veriſimiles, vel pluribus adminiculis reperiuntur fulcita & num. 7.*

8 *Confeſſio de recepto facta ante motam litem, & ſic tempore non ſuſpecto eſt veriſimilis, & praiudicat ſucceſſori.*

9 *Solutio vera etiam contra tertium ex quibus probetur.*

10 *Leuiores probationes ſufficiunt ad effectum manutentionis.*

11 *Penſionis extinctio licet reſultat ex petitione regreſſus ad beneficium adhuc dicitur præſeruatum ius penſionarij, quoad poſſeſſionem exigendi ſi fuit proteſtatus ſe velle manuteneri in poſſeſſione exigendi donec fuerit ſequutus regreſſus.*

12 *Petens reintegrationem in caſu quo ſequutum ſit ſpolium non videtur ſe habuiſſe pro ſpoliato ex quo d. petitio dici debet euentualis.*

DECISIO DCCXIV.

DOMINI reſoluerunt Salomonio dan-
dum eſſe mandatum de manutenendo
in quaſi poſſeſſione exigendi penſionem, de
qua agitur, quia de d. ſua quaſi poſſeſſione
docetur ex Inſtrumentis quietantiarum, quæ
dantur *in Sum. num. 2. 3. & 4.* quæ ad effectum
1 manutentionis † ſufficiunt, imò etiam vnica
2 ſolutio † ſufficeret *cap. cum Eccleſia Sutrina 3.*
vbi Rip. n. 53. de cauſ. poſſ. & propriet. Rom. conſ. 311.
num. 7. Seraph. deciſ. 436. num. 1. Quod procedit
etiamſi, prout in præſenti caſu, agatur con-
3 tra † ſucceſſorem in beneficio *Buratt. deciſ. 542*
num. 1. Reuerendiſs. Vrgellen. deciſ. 48. num. 2. Greg.
XV. deciſ. 275. num. 1. & ibi Add. num. 17. & fuit
dictum *in Spoletana Penſionis 1. Iunij* 1620. *coram*
Vbaldo. Ex mutatione ſiquidem Titularis non
4 immutatur Ius Actoris, quod † ab eius per-
ſona metiri debet, vbi agitur de continuanda
poſſeſſione *Guidop. deciſ. 629. nu. 1. Bur. deciſ. 100.*
num. 11. Rota deciſ. 44. num. 2. par. 7. recent.

Non obſtat quod Receptæ quæ dantur ad
probandam exactionem pẽſionis ſint tantum-
modò confeſſiones de recepto, quæ regulari-
tèr non probant contra ſucceſſorem in bene-
5 ficio, cum requiratur realis † numeratio, vt
fuit reſolutum *in Lucana penſionis 27. Nouembr.*
1617. *coram bo. me. Pirouano, & in Parmen. Pen-*
ſionis 5. Iunij 1629. *coram bo. me. Merlino,* quas
refert, *& ſequitur Add. ad Buratt. deciſ. 156. n. 14.*
6 Quia hoc fallit, quando confeſſio † de recepto
eſt veriſimilis *Alex. conſ. 18. num. 2. lib. 3. Dec. con-*
ſil. 463. num. 20. & ſeqq. Cuman. conſ. 31. num. 2. Surd.
deciſ. 325. num. 5. & 6. Vel quando pluribus ad-
7 miniculis † reperitur fulcita *Alex. d. conſ. 18. n. 7*
& 8. lib. 3. Mobed. deciſ. 202. alias 2. num. 2. tit. de con-
feſſ. in fin. & fuit dictum *in Romana pecuniaria 26*
Iunij 1595. *coram Penia.* Quæ qualitates benè
in prȩſenti caſu concurrunt, nam reſpectu
primæ, illa clarè elicitur ex quo confeſſio re-
ceptionis primi termini penſionis facta fuit
die 14. Maij 1633. longè ante litem motam
de anno 1642. Et propterea vti facta tempore
8 non † ſuſpecto, videtur veriſimilis, & prȩiu-
dicat Succeſſori, vt ſequendo prȩallegatam
deciſ. Surd. 325. firmauit Rota in Cremonen. beneficij
26. *Aprilis* 1621. *coram bo. me Vbaldo.* Secunda
qualitas bene etiam iuſtificatur, dum in præ-
ſenti concurrunt multę coniecturæ, & admi-
nicula, nempè præexiſtens reſeruatio penſio-
nis, promiſſio de eam ſoluendo mandatum
procuræ ad eam ſoluẽ factum à Titulari;
Confeſſio de recepto à Procuratore ſic con-
ſtituto, & quantitas conſiderabilis, quam Pen-
ſionarius faſſus fuit recepiſſe, quàm veriſimi-
litèr exegiſſe faſſus non fuiſſet, ſi reuera non
recepiſſet ne alioquin dicatur voluiſſe iactare
9 ſuum, ex quibus † omnibus reſultat probatio
veræ ſolutionis etiam contra tertium *Rot. deciſ.*
591. num. 2. par. 2. & deciſ. 335. num. 2. & 5. par. 6.
rec. Greg. XV. deciſ. 275. num. 6. cum alijs alleg. per
Modern. de manut. obſeru. 35. num. 23. & bene con-
ferunt ad propoſitum tradita *per Lotter. de re*
benef. lib. 1. qu. 38. nu. 119. & ſeqq. Maximè quan-
do, *prout hic,* agitur ad ſimplicem effectum
10 manutentionis, quo caſu leuiores † probatio-
nes admittuntur *Menoch. retinen. cap. vlt. num. 34.*
Caſtr. conſ. 3. num. 2. lib. 2. Buratt. deciſ. 827. num. 6.

Non obſtat quod Salomonius petierit re-
greſſum ad Canonicatum, per quem cenſeri
debet extincta penſio, quia dum ipſe in peten-
do huiuſmodi regreſſum fuit proteſtatus velle
manuteneri in poſſeſſione exigendi d. penſio-
nem donec fuiſſet ſequutus regreſſus, ſatis per

d. pro-

11 d. proteſtationem fuit conſeruatum † Ius ip-
ſius quoad poſſeſſionem exigendi ex trad. per
Bart.in .l.non ſolum 8. §. *morte nu*.24.*ff.de oper.nou.*
nunciat.Rot.deciſ.1.*nu*.10.*de donat.int.vir.& vxor.*
in antiquior. Caual.deciſ.237. *num*.2. & fuit dictũ
in Legionen. confirmationis Electionis 1. *Iuny* 1609.
coram Lancellotto poſt Marcheſ. de commiſſ. part. 1.
12 *fol*.987.*num*.4. vbi quod ſi quis petat † reinte-
grationem in caſu, quo ſequutum eſſet ſpo-
lium non videtur ſe habuiſſe pro ſpoliato, cũ
talis petitio dici debeat euentualis & tradit
Poſt.tract.de manut.obſer.57.*n*.97.

Et ita vna tantum parte informante &c.

ARIMINEN. CASTRORVM.

Luna 15. *Iunij* 1643.

ARGVMENTVM.

Primogenitura contra diſtincta à dignitate Marchionatus ex quibus per Pontificem non dicatur erecta ſuper oppidis ſuper quibus mandauit erigi dignitatem Marchionatus pro certa linea maſculina & pro iſtius primogenitis.

SVMMARIVM.

1 *Verba* eiſdem modis, & forma *deſignant identitatem in omnibus*.

2 *Clauſula, pleno iure indicat liberam dominij tranſlationem*.

3 *Qui omne dicit nihil excludit*.

4 *Correctio incontinenti ne ſequatur in litteris Papæ ea interpretatio ſumenda eſt*.

5 *Clauſula, pro potiori cautela, non innouat præcedentem conceſſionem validam ſed potius illam confirmat*.

6 *Clauſula, ſine præiudicio cuiuſcumque prioris iuris &c. eſt præſeruatiua iurium præcedentium fauore illius cui diſpoſitio directa fuit*.

6 *Bona libera ſi ſint ſuppoſita alicui primogenituræ, iſta extincta in primam libertatem redeunt*.

8 *Dictio, & ſic, eſt limitatiua, & reſtrictiua qualitatis ſuperius expreſſæ*.

9 *Dictio, Ita quod, eſt reſtrictiua diſpoſitionis præcedentis*.

10 *Dictio, in perpetuum, poteſt verificari in linea maſculina alicuius ad quam fuit reſtricta diſpoſitio*.

11 *In Dignitatibus maioribus prout Ducatus, & Marchionatus, & ſimilium ſoli primogeniti de iure ſuccedunt*.

12 *In dignitate Marchionatus ſæpe etiam contingit non ſuccedere ſolos primogenitos, ſed illum diuidi inter omnes deſcendentes*.

14 *Dignitates Marchionatus, & ſimiles non ſolent concedi niſi viris, & familijs nobilitate præſtantibus*.

14 *Cauſa finalis ex proemio elicitur*.

DECISIO DCCXV.

EMANARVNT in hac cauſa tres deciſiones, prima ſub die 23. Ianuarij 1641. coram bon: me: Pirouano in qua firmatum fuit ſucceſsionem in Caſtris Rocofredi, &

Pars II.

Montiſiani, de quibus agitur ſpectare ad D. Comitiſſam Victoriam, & Dominos Ferrettos vti fideicõmiſſarios q. Iacobi de Malateſtis non autem ad D. Franciſcam Iſabellam filiã, & hæredem Marchionis Leonidi vltimi Primogeniti maſculi ex familia de Malateſtis; Altera ſub die 29. Aprilis eiuſdem anni, coram eodem, in qua receſſum fuit à dicta deciſione tertia ſub die 4. Februar. anni præteriti coram me, in qua Domini pro maiori parte ſteterunt in primo loco deciſis, & hodie quarto poſita cauſa fuit confirmata hæc reſolutio ex rationibus & fundamentis, latè deductis in eadem deciſione.

Neque obſtare viſum fuit obiectum repetitum, nempe Iacobum non potuiſſe immutare naturam, aut ſubſtantiam Primogenituræ, quam ſan. mem: Pius V. in ſuo ſecundo Motu proprio ſuper iſtis Caſtris, vt dicebatur erexit, & conſequenter per eius diſpoſitionẽ priuare d. D. Franciſcam Iſabellam in eadem Primogenitura comprehenſam. Quoniam placuerunt reſponſiones datæ in eadem deciſione, in qua fuit animaduerſum nos non verſari in terminis Primogenituræ auctoritate Principis erectæ, & quam poſtea inſtituens vellet propria auctoritate reuocare, prout præſupponunt Doct. exaduerſo alleg. ſed in terminis longè diuerſis; Quandoquidem Pius V. in prima parte Motus proprij, animaduertens quod Idem Iacobus erogauerat magnam pecuniarum ſummam pro recuperãdis dd. duobus Caſtris à Cęſenatibus, & Leonidæ filiæ dotem condecentem præbere intendebat, adeout eadem Caſtra ad ipſum ſpectare merito dici poſſet; Quodque de eius mandato acceſſurus eſſet ad bellum contra Turcas, egregiãque operam nauaturum nobilitas generis, & præclaræ eius animi dotes promitterent, proindeque eumdem iudicans dignum, cui non modo antiqua confirmarentur priuilegia; Verum etiam maioribus honorum titulis ſublimaretur, abdicauit eadem duo Caſtra à d. Leonida, illaque tranſtulit in Iacobũ patrem pleno iure eiſdem modo, & forma, quibus olim ad Paulum Sabellum, & alios, ac demum ad Leonidam ſpectabant. In altera vero, quæ incipit ſub numero 22. ibi *Nec non tam illa &c.* vniuit eadem duo Caſtra cum alijs iam poſſeſsis tàm à Iacobo, quam à Ruberto eius fratre æque tamen principaliter, & ſine præiudicio eorum particularium, & diſtinctorum dominiorum, ita quod vnum alterius non efficeretur, aut illi ſubijceretur, ſed æquè principaliter remaneret, omniaque Caſtra ſic vnita erexit in Marchionatum Roncofredi nuncupandum, quem ſic erectum conceſſit pro potiori cautela eidem Iacobo pro ſe, & eius Primogenito maſculo, alijſq; Primogenitis in perpetuum, ita tamen vt deficiente linea maſculina d. Iacobi, titulus eiuſdẽ Marchionatus ſuppreſſus, & extinctus cenſeretur. Ex quibus duo apertè reſultant, primum d. Pontificem voluiſſe quoad iſta duo Caſtra ſubrogare Iacobum in locum, & Ius quod antea habuerant tàm Sabellus, & alij,

Digitized by Google

quam ipſamet Leonida eius filia. Alterum
noluiſſe in ſecunda parte eiuſdem Motus pro-
prij immutare, aut alterare naturam eorum-
dem Caſtrorum, ſed illa (quæ tam ſeria diſpo-
ſitione abdicauit à Leonida, & pleno Iure trã-
ſtulit in Iacobum, adeout penes eum eſſent
eiſdem modo, & forma. prout fuerant penes
Sabellum, & alios, ac ipſam Leonidam) vo-
luiſſe potius conſeruare in eorum primæua
natura, & ſic vti libera, franca, & allodialia
qualia erant penes alios prædictos Anteceſſo-
res, ponderatis illis verbis, eiſdem modo, &
1 forma; quæ identitatem in omnibus deſignãt
Pariſ. conſ. 37. num. 58. lib. 2. Rimin. Iun. conſ. 313.
num. 30. Marzar. conſ. 5. num. 20. Ruin. conſ. 142. nu.
13. ante verſ. tertio principaliter lib. 3. Crauett. conſ.
98. num. 1. lib. 1. Alb. conſ. 599. num. 12. Rot. deciſ.
603. num. 3. verſ. & de verbis par. 3. rec. cum alijs re-
lat. à Barboſ. de diction. dict. 122. num. 2. Item clau-
2 ſula, † pleno iure, quæ indicat liberam domi-
nij translationem, *Ruin. conſ. 219. num. 1. verſ. &*
hoc infert lib. 1. Menoch. conſ. 1406. num. 5. cum alijs
relatis in d. vltima deciſione §. quibus non obſtat in
fine, Et in idem tendunt alia verba ibi, *omne*
Ius &c. transferimus, & transfundimus, qui enim
3 omne dicit, nihil excludit, *l. Teſtatorem 68.*
ff. de legat. 3. Ruin. conſil. 109. numer. 9. lib. 2. Dec.
conſ. 472. num. 1. Surd. conſ. 31. num. 27. & conſ. 73.
num. 63. Aliàs enim ſequeretur quod Summus
ille Pontifex illico ſibi contradixiſſet, ſi libe-
ram facultatem diſponendi iam conceſſam
tollere voluiſſet, & ſic id quod in vna parte
liberaliter conceſſit, mox in alia ademiſſet,
cum tamen ea interpretatio ſumi non debeat,
ob quam præcipuè in litteris Papæ ſequatur,
4 correctio † incontinenti, *l. non ad ea 89. ff. de*
cond. & demonſtr. l. præcipimus 32. in fin. C. de appell.
Surd. conſ. 313. num. 107. cum alijs relatis à Gonzal.
ad reg. 8. gloſ. 8. num. 76. Attentis præſertim clau-
5 ſula, † pro potiori cautela, quæ non innouat
præcedentem conceſſionem validam, ſed po-
tius illam confirmat, *Dec. conſ. 341. num. 7. Rot.*
6 *deciſ. 30. num. 3. par. 2. diuerſ.* † ac ſine præiudicio
cuiuſque prioris iuris &c. quæ præſeruat om-
nia Iura præcedentia ad fauorem illius cui di-
ſpoſitio directa fuit, *Grat. conſ. 126. num. 8. lib. 1.*
Burſatt. conſ. 101. num. 23. lib. 1. cum alijs allegatis in
alia deciſione.

Minus obſtare viſa fuerunt ea, quæ repete-
bantur ad probañ eumdem Pontificem ſuper
his Caſtris erexiſſe Primogenituram contra-
diſtinctam ab ipſo Marchionatu. Siquidem
talis erectio Primogenituræ nullibi probatur,
imò repugnare viſa fuit tàm menti, quàm
verbis eiuſdem Pontificis concedentis in ea-
dem deciſione latè ponderatis, & hodie iterũ
examinatis, ex quibus apparet illum nullam
erexiſſe Primogenituram, ſed Marchionatum
duntaxat, in quo vocauit Primogenitos ac-
ceſſoriè, & dependenter ab ipſo Marchionatu
antea erecto neque ſimpliciter, & in perpe-
tuum, ſed quouſque duraret linea maſculi-
na ipſius Iacobi, adeout illa deficiente titulus
eiuſdem Marchionatus eſſet extinctus, & cõ-
7 ſequenter † Caſtra ſub illo comprehenſa re-
manſerunt libera, ſicuti antea erant ex traditis
à *Molin. de primog. lib. 1. cap. 11. ſub nu. 26. & ſeqq.*

Neque talis contradiſtinctio dici poteſt cla-
rius reſultare ex cedula, ſiue ſupplicatione
eiuſdem Motus proprij, ex eo quod in ipſius
prima parte ſub num. 27. & 28. leguntur illa
verba. Et nihilominus pro potiori cautela
Marchionatum prædictum ſic erectum, nec
non omnia &c. eidem Iacobo Marchioni pro
ſe, & eius Primogenito maſculo legitimo, &
naturali, ſeu pro tempore naſcituro, & eius
Primogeniti Primogenito ſimiliter legitimo
& naturali, & ſic de Primogenito in Primo-
genitum, donec Primogeniti fuerint, & illis
deficiẽtibus ijs, quibus ipſe Iacobus Marchio,
& Primogeniti, ac eorum hæredes, & ſuc-
ceſſores per ſuum Teſtamentum dederit, &
reliquerit, concedimus, & aſſignamus. In
ſecunda vero parte eiuſdem ſupplicationis
ſub num. 29. Papa loquatur de ſolo Marchio-
natu, & non amplius de Primogenitura ibi.
Et quoad erectionem Marchionatus pro Iaco-
bo, & ſuo, & alijs Primogenitis tantum, ita
quod deficiente linea maſculinà d. Iacobi ti-
tulus Marchionatus ſuppreſſus, & extinctus
ſit, & eſſe cenſeatur. Ex qua diſpoſitione tan-
quàm diſcretiua inferebatur. Pontificem in
d. §. Et nihilominus, pro potiori cautela erexiſſe
ſuper his Caſtris Primogenituram contradi-
ſtinctam, & ſeparatam ab alia virtualiter cõ-
tenta in Marchionatu prius erecto, illamque
vti extenſam indefinitè ad omnes Primoge-
nitos in perpetuum, & quoſcunque hæredes,
& ſucceſſores, & ſic etiam ad fœminas habe-
re longiorem progreſſum, & latius patere quã
iſtam ad ſolos maſculos reſtrictam. Quoniam
ſiue ſpectetur ſupplicatio motus proprij, ſiue
attendantur litteræ deſuper emanatę apparet
Pontificem duo præcipue conceſſiſſe. Pri-
mum ſcilicet translationem horum duorum
Caſtrorum à Leonida in Iacobum eiſdem
modo, & forma, quibus olim erant apud Sa-
bellum primum Emptorem, & alios, ac ipsã
Leonidam; Alterum erectionem Marchio-
natus pro Iacobo, & eius Primogenito ma-
ſculo alijſque Primogenitis, donec linea ma-
ſculina duraret; Animaduertebant enim
Domini, quod in *d. §. Et nihilominus pro potiori*
cautela, Papa loquitur de ſola Dignitate Mar-
chionatus ſuperius erecti, non autem de ali-
qua Primogenitura ibi. *Et nihilominus pro po-*
tiori cautela Marchionatum ſic erectum &c. quæ di-
ſpoſitio cum regatur, & claudatur à verbis
inferioribus concedimus, & aſſignamus, aper-
tè indicant id omne, quod in medio legitur
nõ poſſe referri niſi ad Marchionalem ipſam
Dignitatem, quam Pontifex voluit cenſeri
erectam ſolum pro Primogenitis, quorum
non aliter fit mentio niſi dependenter, & ac-
ceſſoriè ab eadem Dignitate Marchionatus,
non autem principaliter, ac diſtinctè, cum
nullibi reperiatur expreſſum, quod Papa
dixerit, erigimus primogenituram, ſed tan-
tum erigimus Marchionatum, & Marchio-
natum ſic erectum &c. eidem Iacobo Mar-
chioni pro ſe, & eius Primogenito maſcu-
lo &c. concedimus, & aſſignamus, ponderata
di-

8 dictione, & ſic, † quæ eſt limitatiua, & reſtri-
ctiua qualitatis ſuperius expreſſæ, *Hond.conſ.45
num.40.lib.2.Rot.deciſ.455.num.16. verſ.tam pon-
derando par.1.& deciſ.687num.9.verſ.quæ dictio,ſic
p.2.rec.Grat.diſt.241.n.2.*

Minus talis contradiſtinctio deſumi valet
ex verbis ſequentibus. *Ita quod deficiente linea
maſculina &c.* ponderata illa dictione,Ita quod
9 quæ tanquam reſtrictiua dispoſitionis præce-
dentis ex notatis, in *l. Lucius Titius 78. §. quæ
habebat ff.ad Trebell.Dec.conſ.521.num.16.* vide-
batur ſupponere præcedentem diſpoſitionem
contentam in §. *Et nihilominus pro potiori caute-
la*, eſſe magis latam quam Primogenituram
virtualiter contentam in dignitate Marchio-
natus. Siquidem dd. verba *Itaquod &c.* ſtant
contradiſtinctè non ad prætenſam Primoge-
nituram ſeparatim à dignitate Marchionatus,
ſed ad translationem Caſtrorum à Leonida
in Iacobum, quam Pontifex voluit eſſe per-
petuam,non autem temporalem. Cum enim
ille duo conceſſiſſet. Primum abdicationem
Caſtrorum à Leonida, eorumque plenam
translationem in Iacobum; Alterum erectio-
nem Marchionatus,Reſtrinxit hoc ſecundum
ad lineam maſculinam, qua finita voluit
Marchionatum eſſe diſſolutum, Caſtra verò
remanere libera, franca, & allodialia pro hæ-
redibus, & ſucceſſoribus quibuſcunque, ſicu-
ti antea erant, alioqui daretur manifeſta con-
tradictio in vna, eademque diſpoſitione re-
ſultans ex eo quod Pontifex, qui expreſsè pro
fitetur ſe velle Iacobum cumulare fauoribus,
& gratijs, incontinenti eas reſtrixiſſet,& quas
prius conceſſerat ſtatim ſuſtuliſſet. Cumque
dd. verba *Ita quod &c.* fuerint appoſita imme-
diatè poſt cõceſſionem Marchionatus pro Ia-
cobo,eiuſq;Primogenito maſculo legitimo,&
naturali, & eiuſdẽ primogeniti Primogenito,
& ſic de Primogenito in Primogenitũ in per-
petuum, donec Primogeniti extitiſſent, oſtẽ-
dunt Pontificem in verbis immediatè præce-
dentibus, ſcilicet in vocatione Primogenito-
rum non intellexiſſe de Primogenitis maſcu-
lis, etiam ſi adiecerit dictionem, in perpetuũ,
10 cum talis perpetuitas † ſatis verificetur du-
rante linea maſculina ipſius Iacobi, ad quam
Papa ſe reſtrinxit iux. *text.in l.1.ff.pro ſoc.*quem
in terminis d. clauſulę in perpetuum ponde-
rat,*Rot.dec.77.n.14.& 15.p.7.rec.* vbi adducun-
tur concordantes.

Nec refert, quod in dignitate Marchio-
natus virtualiter contineatur Primogenitura
11 ex eo, quod in dignitatibus † maioribus ſoli
Primogeniti de Iure ſuccedant iuxta *text.in §.
præterea Ducatus de probib.feud. alien. per Federic.
Tiraquell.de Iur.primog.q.4.num.49. Clar. ſentent.
lib.4.§.feudum q.44.nu.1.* Vnde infertur Papam
per expreſſionem Primogenitorum voluiſſe
nouam, ac ſeparatam Primogenituram in-
ducere. Quia talis expreſſio fuit eius, quod
tacitè inerat ad demonſtrandum Primogeni-
tos eſſe ſubiectum Marchionatus,illaque facta
fuit non ſimpliciter, & abſolutè, ſed cũ clau-
ſula, pro potiori cautela, quæ deſignat quod
licet ſufficeret erectio Marchionatus, nihilo-
minus ex abundanti idem Marchionatus ſic
erectus concedebatur Iacobo,eiuſque Primo-
genito, maſculoq́, & alijs Primogenitis adhoc
vt remoueretur omnis hæſitatio, cum ſæpe
12 cõtingat etiam in Marchionatu † non ſucce-
dere ſolos Primogenitos, ſed illum diuidi in-
ter omnes deſcendentes, vtpotè ſi talis ſit cõ-
ſuetudo, vel ita caueatur in prima conceſſio-
ne, *Bald.in d.§.præterea Ducatus ſub nu.3. verſ. &
nota de probib. alien. feud. per Feder. Clar.dicto §.
feudum, quæſt.44. verſ. ſcias tamen cum alijs ab eo
relatis.*

Nec releuat, quod Pontifex in proemio
tàm cedulę, quàm etiam litterarum ſuper ea
expeditarum narrauerit nobilitatem familiæ
de Malateſtis ibi. (Hinc eſt quod nos atten-
dentes domum, & familiam nobilem de Ma-
lateſtis inter cęteras Prouincię noſtræ Romã-
diolę domos,& familias ſemper hactenus cla-
ruiſſe &c.) Vnde pariter inferebatur illum
fuiſſe præcipuè motum ad conceſſionem gra-
tiarum in eodem motu proprio expreſſarum
intuitu, & cõtemplatione nobilitatis eiuſdem
familiæ, & ſic voluiſſe non ſolum decorare
maſculos dignitate Marchionali, ſed etiam
inſtituere nouam, ac diuerſam Primogenitu-
ram comprehenſiuam etiam fœminarum
pro eiuſdem domus, & familiæ conſerua-
tione.

Quoniam expreſſio nobilitatis d. familiæ
non fuit ſimpliciter, & indiſtinctè facta, ſed
ordinatè ad perſonã ipſius Iacobi, cuius etiã
merita, virtutes, aliaſque animi dotes pręci-
puè idem Pontifex contemplatus fuit, adhoc
vt oſtenderet ſe eidem Iacobo, eiuſque Pri-
mogenitis maſculis decentius, & rationabi-
lius conferre dignitatem Marchionatus, cum
13 huiuſmodi † dignitates nonniſi viris,& fami-
lijs nobilitate præſtantibus concedi ſoleant,
iuxta *text.in l.honor & in l. honores §. his qui ff. de
decurion. §.1. in verb. viri obſcuri, & in verb. vni-
uerſi nobiliores. ibique gloſ.in auth.de defenſor.Ciuit.
Bart.in l.1. C.de dignit. lib.12. Barbat. conſ.35. in
princ.lib.2.Tiraquell.de nobilit.cap.8.ſub num.3.*ibi
Dignitas propria eſt nobilitatis, & latiſſimè cap. 20.
vbi plenè cumulat priuilegia nobilitatis,adeo-
ut merito Summus ille Pontifex, in proemio
prius narrauit nobilitatem dictę familiæ, &
deinde deuenerit ad d. Iacobum his verbis.
Tàm ex præmiſſis, quam ad eam animi vir-
tutem, & nobilitatem generis, quam in dile-
cto filio Iacobo de Malateſtis Comite Mon-
tis Gorgorutij cum ſumma integritate, fide,
modeſtia, & religione coniunctam reſplende-
re videmus,debitum reſpectum habentes &c.
Ex quibus verbis apertè colligitur mentem
d. Pontificis non fuiſſe erigendi aliquam Pri-
mogenituram in familia de Malateſtis contra
diſtinctam à Marchionatu,ſed erigendi dum-
taxat Marchionatũ pro Iacobo, eiuſq;Primo-
genitis maſculis, attenta illius nobilitate,
meritis, integritate, alijſque virtutibus deco-
rata,prout fuit expreſſum in eodem proemio,
14 ex quo † elicitur cauſa finalis, quæ in totam
diſpoſitionem influit ex *not. in l.1. ff. ad Mace-
don.& l.fin.ff.de hæred.inſtit.Bald.in l.regula in prin-
cip.*

quam ipſamet Leonida eius filia. Alterum
noluiſſe in ſecunda parte eiuſdem Motus pro-
prij immutare, aut alterare naturam eorum-
dem Caſtrorum, ſed illa (quæ tam ſeria diſpo-
ſitione abdicauit à Leonida, & pleno Iure trã-
ſtulit in Iacobum, adeout penes eum eſſent
eiſdem modo, & forma, prout fuerant penes
Sabellum, & alios, ac ipſam Leonidam) vo-
luiſſe potius conſeruare in eorum primæua
natura, & ſic vti libera, franca, & allodialia
qualia erant penes alios prædictos Anteceſſo-
res, ponderatis illis verbis, eiſdem modo, &
1 forma; quæ identitatem in omnibus deſignãt
Pariſ. conſ. 37. num. 58. lib. 2. Rimin. Iun. conſ. 313.
num. 30. Marzar. conſ. 5. num. 20. Ruin. conſ. 142. nu.
13. ante verſ. tertio principaliter lib. 3. Crauett. conſ.
98. num. 1. lib. 1. Alb. conſ. 599. num. 12. Rot. deciſ.
603. num. 3. verſ. & de verbis par. 3. rec. cum alijs re-
lat. à Barboſ. de diction. dict. 122. num. 2. Item clau-
2 ſula, † pleno iure, quæ indicat liberam domi-
nij translationem, *Ruin. conſ. 219. num. 1. verſ. &*
hoc infert lib. 1. Menoch. conſ. 1406. num. 5. cum alijs
relatis in d. vltima deciſione §. quibus non obſtat in
fine, Et in idem tendunt alia verba ibi, *omne*
Ius &c. transferimus, & transfundimus, qui enim
3 omne dicit, nihil excludit, *l. Teſtatorem 68.*
ff. de legat. 3. Ruin. conſil. 109. numer. 9. lib. 2. Dec.
conſ. 472. num. 1. Surd. conſ. 31. num. 27. & conſ. 73.
num. 63. Aliàs enim ſequeretur quod Summus
ille Pontifex illico ſibi contradixiſſet, ſi libe-
ram facultatem diſponendi iam conceſſam
tollere voluiſſet, & ſic id quod in vna parte
liberaliter conceſſit, mox in alia ademiſſet,
cum tamen ea interpretatio ſumi non debeat,
ob quam præcipuè in litteris Papæ ſequatur,
4 correctio † incontinenti, *l. non ad ea 89. ff. de*
cond. & demonſtr. l. præcipimus 32. in fin. C. de appell.
Surd. conſ. 313. num. 107. cum alijs relatis à Gonzal.
ad reg. 8. gloſ. 8. num. 76. Attentis præſertim clau-
5 ſula, † pro potiori cautela, quæ non innouat
præcedentem conceſſionem validam, ſed po-
tius illam confirmat, *Dec. conſ. 341. num. 7. Rot.*
6 *deciſ. 30. num. 3. par. 2. diuerſ.* † ac ſine præiudicio
cuiuſque prioris iuris &c. quæ præſeruat om-
nia Iura præcedentia ad fauorem illius cui di-
ſpoſitio directa fuit, *Grat. conſ. 126. num. 8. lib. 1.*
Burſatt. conſ. 101. num. 23. lib. 1. cum alijs allegatis in
alia deciſione.

Minus obſtare viſa fuerunt ea, quæ repete-
bantur ad probañ eumdem Pontificem ſuper
his Caſtris erexiſſe Primogenituram contra-
diſtinctam ab ipſo Marchionatu. Siquidem
talis erectio Primogenituræ nullibi probatur,
imò repugnare viſa fuit tàm menti, quàm
verbis eiuſdem Pontificis concedentis in ea-
dem deciſione latè ponderatis, & hodie iterũ
examinatis, ex quibus apparet illum nullam
erexiſſe Primogenituram, ſed Marchionatum
dumtaxat, in quo vocauit Primogenitos ac-
ceſſoriè, & dependenter ab ipſo Marchionatu
antea erecto neque ſimpliciter, & in perpe-
tuum, ſed quouſque duraret linea maſculi-
na ipſius Iacobi, adeout illa deficiente titulus
eiuſdem Marchionatus eſſet extinctus, & cõ-
7 ſequenter † Caſtra ſub illo comprehenſa re-
manſerunt libera, ſicuti antea erant ex traditis
à Molin. de primog. lib. 1. cap. 11. ſub nu. 26. & ſeqq.

Neque talis contradiſtinctio dici poteſt cla-
rius reſultare ex cedula, ſiue ſupplicatione
eiuſdem Motus proprij, ex eo quod in ipſius
prima parte ſub num. 27. & 28. legantur illa
verba. Et nihilominus pro potiori cautela
Marchionatum prædictum ſic erectum, nec
non omnia &c. eidem Iacobo Marchioni pro
ſe, & eius Primogenito maſculo legitimo, &
naturali, ſeu pro tempore naſcituro, & eius
Primogeniti Primogenito ſimiliter legitimo
& naturali, & ſic de Primogenito in Primo-
genitum, donec Primogeniti fuerint, & illis
deficiẽtibus ijs, quibus ipſe Iacobus Marchio,
& Primogeniti, ac eorum hæredes, & ſuc-
ceſſores per ſuum Teſtamentum dederit, &
reliquerit, concedimus, & aſſignamus. In
ſecunda vero parte eiuſdem ſupplicationis
ſub num. 29. Papa loquatur de ſolo Marchio-
natu, & non amplius de Primogenitura ibi.
Et quoad erectionem Marchionatus pro Iaco-
bo, & ſuo, & alijs Primogenitis tantum, ita
quod deficiente linea maſculinà d. Iacobi ti-
tulus Marchionatus ſuppreſſus, & extinctus
ſit, & eſſe cenſeatur. Ex qua diſpoſitione tan-
quàm diſcretiua inferebatur. Pontificem in
d. §. Et nihilominus, pro potiori cautela erexiſſe
ſuper his Caſtris Primogenituram contradi-
ſtinctam, & ſeparatam ab alia virtualiter cõ-
tenta in Marchionatu prius erecto, illamque
vti extenſam indefinitè ad omnes Primoge-
nitos in perpetuum, & quoſcunque hæredes,
& ſucceſſores, & ſic etiam ad fœminas habe-
re longiorem progreſſum, & latius patere quã
iſtam ad ſolos maſculos reſtrictam. Quoniam
ſiue ſpectetur ſupplicatio motus proprij, ſiue
attendantur litteræ deſuper emanatę apparet
Pontificem duo præcipue conceſſiſſe. Pri-
mum ſcilicet translationem horum duorum
Caſtrorum à Leonida in Iacobum eiſdem
modo, & forma, quibus olim erant apud Sa-
bellum primum Emptorem, & alios, ac ipsã
Leonidam; Alterum erectionem Marchio-
natus pro Iacobo, & eius Primogenito ma-
ſculo alijſque Primogenitis, donec linea ma-
ſculina duraret; Animaduertebant enim
Domini, quod in *d. §. Et nihilominus pro potiori*
cautela, Papa loquitur de ſola Dignitate Mar-
chionatus ſuperius erecti, non autem de ali-
qua Primogenitura ibi. *Et nihilominus pro po-*
tiori cautela Marchionatum ſic erectum &c. quæ di-
ſpoſitio cum regatur, & claudatur à verbis
inferioribus concedimus, & aſſignamus, aper-
tè indicant id omne, quod in medio legitur
nõ poſſe referri niſi ad Marchionalem ipſam
Dignitatem, quam Pontifex voluit cenſeri
erectam ſolum pro Primogenitis, quorum
non aliter fit mentio niſi dependenter, & ac-
ceſſoriè ab eadem Dignitate Marchionatus,
non autem principaliter, ac diſtinctè, cum
nullibi reperiatur expreſſum, quod Papa
dixerit, erigimus primogenituram, ſed tan-
tum erigimus Marchionatum, & Marchio-
natum ſic erectum &c. eidem Iacobo Mar-
chioni pro ſe, & eius Primogenito maſcu-
lo &c. concedimus, & aſſignamus, ponderata
di-

8 dictione, & ſic, † quæ eſt limitatiua, & reſtrictiua qualitatis ſuperius expreſſæ, *Hond.conſ.45 num.40.lib.2.Rot.deciſ.455.num.10. verſ.iam ponderando par.1.& deciſ.687num.9.verſ.quæ dictio,ſic p.2.rec.Grat.dict.241.n.2.*

Minus talis contradiſtinctio deſumi valet ex verbis ſequentibus. *Ita quod deficiente linea maſculina &c.* ponderata illa dictione, Ita quod

9 quæ tanquam reſtrictiua diſpoſitionis præcedentis ex notatis, in *l. Lucius Titius 78. §. quæ habebat ff. ad Trebell.Dec.conſ.521.num.16.* videbatur ſupponere præcedentem diſpoſitionem contentam in §. *Et nihilominus pro potiori cautela*, eſſe magis latam quam Primogenituram virtualiter contentam in dignitate Marchionatus. Siquidem dd. verba *Ita quod &c.* ſtant contradiſtinctè non ad prætenſam Primogenituram ſeparatim à dignitate Marchionatus, ſed ad translationem Caſtrorum à Leonida in Iacobum, quam Pontifex voluit eſſe perpetuam, non autem temporalem. Cum enim ille duo conceſſiſſet. Primum abdicationem Caſtrorum à Leonida, eorumque plenam translationem in Iacobum; Alterum erectionem Marchionatus, Reſtrinxit hoc ſecundum ad lineam maſculinam, qua finita voluit Marchionatum eſſe diſſolutum, Caſtra verò remanere libera, franca, & allodialia pro hæredibus, & ſucceſſoribus quibuſcunque, ſicuti anteà erant, alioqui daretur manifeſta contradictio in vna, eademque diſpoſitione reſultans ex eo quod Pontifex, qui expreſsè profitetur ſe velle Iacobum cumulare fauoribus, & gratijs, incontinenti eas reſtrixiſſet, & quas prius conceſſerat ſtatim ſuſtuliſſet. Cumque dd. verba *Ita quod &c.* fuerint appoſita immediatè poſt cōceſſionem Marchionatus pro Iacobo, eiuſq; Primogenito maſculo legitimo, & naturali, & eiuſdē primogeniti Primogenito, & ſic de Primogenito in Primogenitū in perpetuum, donec Primogeniti extitiſſent, oſtēdunt Pontificem in verbis immediatè præcedentibus, ſcilicet in vocatione Primogenitorum non intellexiſſe de Primogenitis maſculis, etiam ſi adiecerit dictionem, in perpetuū,

10 eum talis perpetuitas † ſatis verificetur durante linea maſculina ipſius Iacobi, ad quam Papa ſe reſtrinxit iux. *text.in l.1.ff.pro ſor.* quem in terminis d. clauſulę in perpetuum ponderat, *Rot.dec.77.n.14.& 15.p.7.rec.* vbi adducuntur concordantes.

Nec refert, quod in dignitate Marchionatus virtualiter contineatur Primogenitura

11 ex eo, quod in dignitatibus † maioribus ſoli Primogeniti de Iure ſuccedant iuxta *text.in §. præterea Ducatus de probib.feud. alien. per Federic. Tiraquell.de Iur.primog.q.4.num.49. Clar. ſentent. lib.4.§.feudum q.44.nu.1.* Vnde infertur Papam per expreſſionem Primogenitorum voluiſſe nouam, ac ſeparatam Primogenituram inducere. Quia talis expreſſio fuit eius, quod tacitè inerat ad demonſtrandum Primogenitos eſſe ſubiectum Marchionatus, illaque facta fuit non ſimpliciter, & abſolutè, ſed cū clauſula, pro potiori cautela, quæ deſignat quod licet ſufficeret erectio Marchionatus, nihilominus ex abundanti idem Marchionatus ſic erectus concedebatur Iacobo, eiuſque Primogenito, maſculo, & alijs Primogenitis adhoc vt remoueretur omnis hæſitatio, cum ſæpè

12 cōtingat etiam in Marchionatu † non ſuccedere ſolos Primogenitos, ſed illum diuidi inter omnes deſcendentes, vtpotè ſi talis ſit cōſuetudo, vel ita caueatur in prima conceſſione, *Bald.in d.§.præterea Ducatus ſub nu.3. verſ. & nota de probib. alien. feud. per Feder. Clar.dicto §. feudum, quæſt.44. verſ. ſecus tamen cum alijs ab eo relatis.*

Nec releuat, quod Pontifex in proemio tàm cedulę, quàm etiam litterarum ſuper ea expeditarum narrauerit nobilitatem familiæ de Malateſtis ibi. (Hinc eſt quod nos attendentes domum, & familiam nobilem de Malateſtis inter cęteras Prouincię noſtræ Romādiolę domos, & familias ſemper hactenus claruiſſe &c.) Vnde pariter inferebatur illum fuiſſe præcipuè motum ad conceſſionem gratiarum in eodem motu proprio expreſſarum intuitu, & cōtemplatione nobilitatis eiuſdem familiæ, & ſic voluiſſe non ſolum decorare maſculos dignitate Marchionali, ſed etiam inſtituere nouam, ac diuerſam Primogenituram comprehenſiuam etiam fœminarum pro eiuſdem domus, & familiæ conſeruatione.

Quoniam expreſſio nobilitatis d. familiæ non fuit ſimpliciter, & indiſtinctè facta, ſed ordinatè ad perſonā ipſius Iacobi, cuius etiā merita, virtutes, aliaſque animi dotes præcipuè idem Pontifex contemplatus fuit, adhoc vt oſtenderet ſe eidem Iacobo, eiuſque Primogenitis maſculis decentius, & rationabilius conferre dignitatem Marchionatus, cum

13 huiuſmodi † dignitates nonniſi viris, & familijs nobilitate præſtantibus concedi ſoleant, iuxta *text.in l.honor & in l. honores §. his qui ff. de decurion. §.1. in verb. viri obſcuri, & in verb. vniuerſi nobiliores. ibique gloſ.in auth.de defenſor.Ciuit. Bart.in l.1. C.de dignit. lib.12. Barbat. conſ.35. in princ.lib.2.Tiraquell.de nobilit.cap.8.ſub num.3.* ibi *Dignitas propria eſt nobilitatis*, & latiſſimè *cap. 20.* vbi plenè cumulat priuilegia nobilitatis, adeo ut merito Summus ille Pontifex, in proemio prius narrauit nobilitatem dictę familiæ, & deinde deuenerit ad d. Iacobum his verbis. Tàm ex præmiſſis, quam ad eam animi virtutem, & nobilitatem generis, quam in dilecto filio Iacobo de Malateſtis Comite Montis Gorgorutij cum ſumma integritate, fide, modeſtia, & religione coniunctam reſplendere videmus, debitum reſpectum habentes &c. Ex quibus verbis apertè colligitur mentem d. Pontificis non fuiſſe erigendi aliquam Primogenituram in familia de Malateſtis contra diſtinctam à Marchionatu, ſed erigendi dumtaxat Marchionatū pro Iacobo, eiuſq; Primogenitis maſculis, attenta illius nobilitate, meritis, integritate, alijſque virtutibus decorata, prout fuit expreſſum in eodem proemio,

14 ex quo † elicitur cauſa finalis, quæ in totam diſpoſitionem influit ex *not. in l.1. ff. ad Macedon.& l.fin.ff.de bæred.inſtit.Bald.in l.regula in principio.*

cip.ff.de iur.& fact.ignor. Alex.conſ.204.nu.9. lib.5. Curt.Iun.conſ.135.n.3.

Quæ autem iterum adducebantur ad proban. Iacobum non potuiſſe vti libera facultate diſponendi viuente Carolo eius filio Primogenito tanquam conceſſa ſub conditione defectus Primogenitorum, quæ de tempore diſpoſitionis eiuſdem Iacobi adhuc non erat purificata, viſa fuerunt abundè ſublata ex reſponſionibus datis in eadem vltima deciſione in §.*neque ſubſiſtere viſum fuit, & ſeqq.*

Et ita vtraque &c.

RAVELLEN. BENEFICII.

Lunæ 15. Iunij 1643.

ARGVMENTVM.

Iuſpatronatus cum qualitate Gentilitij ex quibus dicatur probatum.

SVMMARIVM.

1 *Iuſpatronatus cum qualitate Gentilitij in antiquis ſufficienter probatur ex publica voce, & fama.*

2 *Iuſpatronatus cum qualitate gentilitij in antiquis probatur ex deſcriptione appoſita Eccleſiæ: De Progenie nobilium de . . . maſculini generis tantum.*

3 *Progeniei appellatione veniunt fœminæ, quod procedit ſi non adeſſent verba maſculini generis.*

4 *Progeniei appellatione non veniunt fœminæ quando fuit conſiderata nobilitas.*

5 *Progeniei appellatione non veniunt fœminæ ſi adſint verba maſculini generis tantum, cum iſta taxatiua, tantum maſculos includat, & fœminas excludat.*

6 *Sententia lata ſuper ſtatu beneficij probat, & facit ius quoad omnes.*

7 *Negatiua probari debet ab eo, qui in ea ſe fundat.*

8 *Iuſpatronatus eſſe gentilitium declarat obſeruantia ſubſequuta ſi ſcilicet maſculi tantum præſentarunt.*

9 *Præſentatio controuerſa & quæ dedit cauſam liti nõ conſtituit in quaſi poſſeſſione.*

10 *Patronis abſentibus & non vocatis non dicitur illatum præiudicium per præſentationes ab alijs factas ſine eorum ſcientia & acquieſcentia.*

11 *Quod fit à minori parte patronorum nullum eſt, & num.13.*

12 *Approbatio omnium requiritur in his quæ ſingulos tangunt.*

DECISIO DCCXVI.

VACANTE ſimplici beneficio ſub Inuocatione S.Margaritæ Rauellen. Diœc, quod eſt de Iurepatronatus Nobilium de Griſonis, ad illud fuit præſentatus Federicus Griſonus per maſculos de eadem familia Griſona, & nonnullæ eius filiæ nominarunt Petrũ Paulum de Ambroſio, inter quos præſentatos, ſeu nominatos orta lite in Partibus corã Ordinario Rauellen. emanauit ſententia, qua fuit pronunciatum Ius præſentandi ſpectaſſe ad Nobiles de Griſonis maſculini generis, excluſis fœminis & proinde Federicum eſſe inſtituendum. Delata poſtmodum cauſa in gradu appellationis ad Rotam, & propoſito me dubio, cui ex dictis duobus præsẽtatis eſſet dãda Inſtitutio, Domini ad fauorem Federici reſponderunt, & tota controuerſia (quia cætera inter partes non controuertebantur) reſtringebatur ad pertinentiam de qua clariſſime conſtare viſum fuit ad fauorem illorũ, qui præſentarunt d. Federicum. Nam iſtud Iuſpatronatus fuiſſe inſtitutum pro ſolis maſculis, excluſis fœminis, ex pluribus iuſtificatur.

Primo ex Teſtibus formiter examinatis deponeñ hoc beneficium eſſe de Iurepatronatus nobilis familiæ Griſonorum, illudque ſemper ſpectaſſe ad maſculos, ſeu lineam maſculinam tantum eiuſdem familiæ, & de hoc in Ciuitate Rauelli, & alibi ſemper fuiſſe, & eſſe
1 publicam vocem, & famam, † ex qua dum verſamur in antiquis ſufficiẽter probatur Iuſpatronatus cum qualitate gentilitij, *Dec. conſ. 117.in fin.Crauett.conſ.322.num.2.Burſat.conſ.324 num.8.lib.3.Rot.deciſ.77.num.2.& deciſ.312.nu.3. par.1.& deciſ.360.nu.4.par.2.rec.* & fuit dictum *in Compoſtellana Parochialis 4. Aprilis 1629. coram bo:me:Merlino.*

Secundo ex lapide affixo muro d. Eccleſiæ cum inſcriptione ſub his verbis concepta anno 1521. De progenie nobilium de Griſono maſculini generis tantum. Nam huiuſ-
2 modi Inſcriptio in antiquis probat Iuſpatronatus, *gloſ. in c. cum cauſam 13. verb. per libros in fin.verſ.Item ſi reperiatur ſcriptura de probat. Bart. in l.monumentorum 6.nu.2.verſ.& iſtud puto verum C.de Relig.domib.Caſtr.in l.ſi ſepulchrum 4. num.6. C.eod.tit.Rip.in c.cum Eccleſia Sutrina 3.num.97. de cauſ.poſſeſſ.& propriet.& in l.bene eſt num.73.ff. ſi cert.pet.Bald.conſ.319.num.1.verſ. incontrarium. lib.5.Dec.conſ.135.num.1. verſ. ſecundo narratur, Ferrett.conſ.293.num.9.lib.2.Vallaſch. de Iur. emphit.q.9.nu.28.Lambert.de Iurepatr. lib.2.p.2.q.10. art.9.num.3.& ſeq.Seraph.deciſ.1141. num.7. Rot. deciſ.518.num.5.par.1 & deciſ.334.num.7.p.2. rec.* maxime quando prout in præſenti caſu, probata eſt antiquitas inſcriptionis, & ſer.ſer. fuit iudicialiter extracta, *Hoſtien.in cap. cum cauſam num.5.de probat.Put. deciſ.136. circa med. lib.3. in correct.*

Non obſtat verbum illud, progeniei, appoſitum in d. inſcriptione, cuius verbi ap-
3 pellatione † fœminas comprehendi tradunt relati à *Fuſar. de ſubſtit. q.335. num.5.* & ſæpius reſoluit Rota, & ſignanter *deciſ.166.nu.15.p.6. in rec.& apud Viuian.de Iurepatr.deciſ.69.n.7.& 8.* Quia aduertendum eſt inſcriptionem non dicere ſimpliciter de progenie, ſed in ea adijciũtur alia verba ibi. Maſculini generis, quare perinde eſt, ac ſi diceret de progenie maſculina, maximè dum conſiderata eſt nobilitas,
4 quo caſu ſub nomine, progeniei, † non veniunt fœminæ, *Cephal.conſ.511.num.26.Add. ad Buratt.deciſ.92.num.6.* & fuit dictum in *Aſculana Iuriſpatronatus coram Eminentiſſimo Card. Verospio*

Digitized by Google

*roſſuo, & in Florentina Canonicatus coram bo.mem.
Buratto relatis per Viuian.in prax.Iuriſpatr. par.3.
lib.14. cap.2.nu.36.* Maximè attenta illa dictio-
5 ne taxatiua, tantum, † quæ maſculos inclu-
dit & fœminas excludit, *l. Galius 20. §.& quid
ſit tantum ff.deliber.& poſth. Rip.in l.fin. num.136.
C.de reuoc.donat.Bart.in l.rationes 6.in fin.C.de pro-
bat.Iaſ.in l.1.nu.9.ff.ſi quis Ius dicen.Pariſ.conſ.85.
num.47.lib.2.Rim.Iun.conſ.262.num.2. lib.3.* & in
terminis Iuriſpatronatus *Rocch.de Curt. in tract.
de Iurepatr.in verb.ipſe, vel is à quo num.73. Pariſ.
conſ.48.num.7.lib.4.Seraph.dec.364.n.4.*

Tertio adhoc iuſtificandum concurrit ſen-
tentia Ordinarij lata de anno 1496. qua fuit
declaratum Iacobum, & Antonium de Gri-
ſonis eſſe veros Patronos dicti beneficij, quæ
6 tanquam † lata ſuper ſtatu beneficij probat,
& facit Ius quoad omnes *Gabr. conſ.198. nu.4.
vol.2.Rot.deciſ.482.nu.3.par.1.rec.Baratt.dec.142.
num. 14.*

Quarto plurimum etiam facit Teſtamentũ
Nicolai Griſoni conditum de anno 1373. cũ
præſentia, conſenſu, & auctoritate Sergij
Epiſcopi, in quo claris verbis præſcribitur, vt
Iuſpatronatus peruenire debeat ad fratres ip-
ſius Teſtatoris, & eorum filios maſculos, ita
quod nullo vnquam tempore perueniat ad
fœminas. Et licet in d. Teſtamento Nicolaus
vocet maſculos in caſu, in quo filius eius pu-
pillus decederet ſine filijs, hoc tamen nihil fa-
cit cum ex obſeruantia ſubſequuta appareat
omnes præſentationes fuiſſe factas à ſolis ma-
ſculis. Vnde oritur præſumptio eueniſſe d.
conditionem; & Petro Paulo contrarium
7 aſſeren. incumbit onus probañ, *l. in except.19.
ff.de probat.Alex.conſ.37.num.13. lib.2. Dec. conſ.
649.num.9.Caual.deciſ.315.num.5. Rot. deciſ.362.
n.2.p.1.& dec.328.n.7.p.7.rec.*

Nec releuat ſi dicatur d. Nicolaum non po-
tuiſſe præiudicare vocatis, quia non poteſt
conſiderari aliquod præiudicium dum d. Ni-
colaus conformauit ſe cum antiquo ſtatu, in
quo maſculi tantum erant capaces iſtius Pa-
tronatus vt ſupra fuit oſtenſum.

Quinto denique idem comprobatur ex ſuc-
ceſſiuis preſentationibus factis à maſculis tan-
tum, huiuſmodi enim obſeruantia ſubſequu-
8 ta plenè probat Iuſpatronatus † eſſe gentilitiũ
ex relat. per *Gratian.diſcept.for. cap.531. num.19.
Rot.dec.482.num.6.par.1.rec.* & fuit dictum in
*Maceraten. Iuriſpatronatus 6.Nouembris 1628. co-
ram Eminentiſſ. D.Card. Vbaldo, & in Florentina
Iuriſpatronatus 10. Martij 1603. coram bon. mem.
Card.Lancellotto apud Viuian. de Iurepatr. lib. 4.
cap.1.num.71.*

Non obſtat, quod de anno 1620. ſequuta
vacatione huius beneficij Leonora Vxor Io:
Baptiſtæ Griſoni tàm nomine proprio, quàm
etiam vti Procuratorio Viri ſui præſentauerit
Franciſcum Capiccium Piſcicellum, qui li-
tem ſuſtinuit contra Mutium preſentatum
ab Annibale, & Franciſco de Griſonis, & cõ-
tra quem ſententiam fauorabilem reportauit
ab Ordinario. Quia d. ſententia fuit ſuſpenſa
per appellationem, & cauſa appellationis fuit
commiſſa in Rota, vt patet *ex deciſ. Burat.525.*
& pendente huiuſmodi cauſa Piſcicellus ceſ-
ſit liti ad fauorem d.Mutij à maſculis præſen-
tati. Vnde vel iſta vacatio propter exitum,
quem habuit, fauet Federico; vel ſaltem nul-
9 lum ſtatum firmat pro fœminis, † cum fuerit
controuerſa, *Rot. deciſ.117. num. 2. par.6. diuerſ.
Gregor.deciſ.417.num.4. Add.ad Buratt.deciſ.633.
num. 19.*

Neque demum obſtat, quod in lite inter
Mutium Griſonum, & Piſcicellum ann.1620.
fuerit oppoſitum de incapacitate fœminarũ,
& quod in narratiua prouiſionis Apoſtolicæ
d.Mutius faſſus fuerit d. Piſcicellum præſen-
tatum fuiſſe à maiori parte Patronorum ex
quo videtur approbaſſe pertinentiam fœmi-
narum.

Nam benè reſpondebant Informantes pro
Federico, quod lis non erat tunc inter Patro-
nos, ſed inter præſentatos, & Mutius ſatis
apertè contradixit appellando. Quod autem
in prædictis litteris fuerit facta ſupradicta nar-
ratiua nil ad rem, vel quia hæc cõcernit præ-
tenſiones partium, vel quia hæc non potuit
per Mutium, qui expediuit confirmationem
concordiæ, vt ſeſe forſan redimeret à vexa-
tione, præiudicium inferri Patronis abſenti-
bus, & non vocatis, cum tamen conſtare de-
10 beret de † eorum ſcientia & patientia, *Rota
deciſ.33.num.7.par.5.recent.* Etiam ſi Mutius eſ-
11 ſet Compatronus, quod enim † à minori par-
te fit, nullum eſt, *l.per fundum ff. de ſeruit.ruſtic.
12 præd.* vbi in iis † quę ſingulos tangunt omniũ
approbatio requiritur, *c. quod omnes de reg. iur.
13 in 6. Rip.reſp.91.* Et narratiua † Mutij pro ni-
hilo reputari debet in præiudicium maioris
partis Patronorum, *Rot. deciſ.332.num.2. par.5.
recent.*

Et ita vtraq; &c.

PENNEN. ARCHIPRESBYTERATVS.

Veneris 19. Iunij 1643.

ARGVMENTVM.

Gratia Apoſtolica impetrata cum derogatione
alterius medietatis Patronorum non ſuffraga-
tur quando alter per antea fuit præſentatus,
Inſtitutus, & in poſſeſſionem immiſſus.

SVMMARIVM.

1 *Ordinarius inſtituendo dicitur gratificaſſe prout po-
teſt in paritate vocum.*

2 *Præſentatus vt dicatur habere ius conſiderabile re-
quiritur quod præſentatio ſit talis, vt præſentatus
veniat ex illa neceſſario inſtituendus ſecus quando
præſentatio eſt facta à medietate patronorum, quia
eo caſu nulli cenſetur ius quæſitum.*

3 *Gratificatus ab Ordinario perinde eſt ac ſi ſolus præ-
ſentatus fuiſſet.*

4 *Clauſula, dummodo de tempore datæ præſentiam,
&c.*

& c. præſeruat collationem etiam imperfectam quãdo illa eſt pura & non conditionalis.

5 *Clauſula, verificato prius coram Ordinario loci iurepatronatus ex fundatione, vel dotatione, requirit ſuper iſta qualitate concludentes & veras probationes.*

6 *Nominatio ſeu electio præſertim in perſonis Laycalibus vti contradiſtincta à iure præſentandi nõ videtur probare veram præſentationem aut iuſpatr. ſed potius quandam honorantiam.*

7 *Confeſſio emiſſa in ſupplicatione quod iuſpatronatus ſpectet ad certam perſonam probat contra confitentem.*

DECISIO DCCXVII.

DOMINI reſoluerunt Thomam Mariottum non eſſe inſtituendum ad Archipresbyteratum Collis Montis Coruini, moti præcipuè ex eo, quia ipſe impetrauit illum à Sede Apoſtolica tanquam præſentatus à maiori parte, vel ſaltem à medietate Patronorũ cum derogatione alterius medietatis, quę tamen prouiſio Apoſtolica, vti emanata poſtquam Io: Baptiſta de Petris præſentatus ab Vniuerſitate loci fuerat præuia edictorum affixione inſtitutus, & in poſſeſſionem immiſſus, non ſuffragatur, cum habeat in ventre clauſulam, dummodo tempore datę pręſentium non fuerit alteri ius quæſitum, quæ pręſeruat Ius quęſitum ex pręſentatione effectũ ſortita per inſtitutionem, & poſſeſſionis Immiſſionem, quamuis inſtitutus pręſentatus fuiſſet à medietate Patronorum, ea ratione
1 quia Ordinarius † inſtituendo videtur gratificaſſe prout potuit in paritate vocum, ſicuti in terminis d. clauſulę dixit *Rota in Calaguritana de Turbano 14. Februarij 1605. coram Pen. a, & in Camerinen. beneficij 16. Februarij 1629. coram bon. memor. Merlino relat. per Add. ad Buratt. deciſ. 651. num. 13.*

Et hinc non obſtat, quod dicta concluſio procedat, quando Ius pręſentati eſt cõſiderabile, nimirum quando præſentatio talis eſt, vt pręſentatus veniat ex illa neceſſario inſtituendus. Secus autem quando præſentatio facta eſt, prout hic, à medietate patronorum,
2 quia tunc nulli cenſetur Ius quæſitum ex relat. à *Garz. de benefic. par. 4. cap. 3. num. 14. & Add. ad Buratt. dicta deciſ. 651. num. 11.* Quia cum ante obtentam dictam gratiam Apoſtolicam d. Io: Baptiſta alter pręſentatus à medietate fuerit inſtitutus, & in poſſeſſionem Immiſ-
3 ſus, ideoque gratificatus † ab Ordinario, perinde eſt ac ſi ille ſolus præſentatus fuiſſet, *Vitalin. in Clement. plures 2. §. fin. num. 4. verſ. ratio decidendi eſt de Iurepatron. Lambertin. eod. tract. lib. 2. par. 2. quæſt. 3. art. 6. num. 1. & art. 7. pariter num. 1. verſ. niſi dicamus cum alijs in propoſito relat. per Add. ad Buratt. d. deciſ. 651. n. 12.*

Minus obſtat, quod prædictus Io: Baptiſta non fuerit examinatus ab Examinatoribus Synodalibus; Quia vltra quod de illius examine conſtat; Non ideò ſequitur Ius eiuſdem Io: Baptiſtę, qui fuit inſtitutus, & ſucceſſiuè poſſeſſionem accepit eſſe conſiderabile ad effectum, de quo agitur cum dicta clauſula,
4 dummodo de tempore datę præſentium &c. pręſeruet collationem etiam imperfectam, quando illa, prout hic, eſt pura, non autem conditionalis, *Acchill. de Graſſ. deciſ. 4. num. 11. & 17. de præben. cũ alijs congeſtis à Mart. de clauſ. p. 1. clauſ. 35. num. 7. Iuncto verſ. limita procedere Add. ad Buratt. d. deciſ. 651. n. 14.*

Quibus accedit, quod Mariottus adhuc non probauit Dominum temporalem, ſeu Baronem Terræ Collis Corbini, qui eum præſentauit, habere Iuſpatronatus ex fundatione, vel dotatione prout hanc qualitatem probare debuiſſet, cum eius gratia emana-
5 uerit cum clauſula. † Et verificato prius coram Ordinario loci d. Iurepatronatus ex fundatione, vel dotatione, quæ requirit veras, & concludentes probationes, prout in terminis dictæ clauſulę reſpondit, *Rota coram Buratt. deciſ. 178. num. primo, & in Regien. Beneficiorum apud Viuian. de Iurepatronat. deciſ. 87. la prima*, quæ incipit, cenſuerunt Domini, & *deciſ. 88. ante num. 1. & deciſ. 89. n. 2. verſ. ſecundum quod Cappellania, & ſæpe in alijs.*

Neque refragatur, quod Vniuerſitas eiuſdem loci, ſeu maior pars illius, quę pręſentauit dictum Ioannem Baptiſtam non habeat niſi Ius nominandi, ſeu eligendi ad hunc Archipresbyteratum; Ius autem pręſentandi ſpectet ad Baronem loci, quæ quidem nomina-
6 tio, † aut electio, præſertim in perſonis laycalibus vti contradiſtincta à Iure præſentandi non videtur probare veram pręſentationem, aut Iuſpatronatus, ſed arguere dumtaxat quamdam honorantiam & præeminentiam, ad hoc vt de Paſtore eis grato prouideatur iuxta text. *in cap. quod Dei timorem 5. de Stat. Monac. Ferrett. conſ. 33. num. tertio.* Vbi in ſpecie loquitur de electionibus factis à Communitate Laycorum, *Gonzal. ſuper regul. octaua, gloſ. 18. num. 90. & ſeqq. Buratt. deciſ. 551. num. quinto, verſ. non obſtat, quod prima collatio.* Quia pro reſponſione ſat eſſe dicebant Domini, quod ipſe Mariottus in eius gratia, in qua obtinuit derogationẽ Iuriſpatronatus pro medietate faſſus fuerit huiuſmodi Archipresbyteratum eſſe de Iurepatronatus Dominorum in temporalibus, & Vniuerſitatis, & ho-
7 minum d. loci, quę confeſſio † probat in pręiudicium ipſius Confitentis, *Caſſador. deciſ. 7. num. 7. & 8. de Iurepatr. Put. deciſ. 316. poſt med. verſ. hoc non obſtantib. lib. 2. in correct. Buratt. deciſ. 183. num. 2. & ibidem Add. num. 25. vbi allegat Concordantes.*

Et ita vaque &c.

PI.A-

PLACENTINA BENEFICII.

Veneris 19. Iunij 1643.

A R G V M E N T V M.

Ex Summario.

S V M M A R I V M.

1 *Inſtrumentum adeptæ poſſeſſionis alio non exiſtente in poſſeſſione plenè probat ad effectum manutentionis.*

2 *Poſſeſſionis vera ſigna ſunt locationes, ac fructuum perceptio.*

3 *Clauſula dummodo de tempore datæ præſentium alteri canonicè commiſſum non exiſtat, facit executorem mixtum.*

4 *Iudex mixtus tenetur aſſumere partes Iudicis.*

5 *Manutentio tàm in beneficialibus quam in prophanis datur ex mero facto abſque productione tituli, & num.6.*

7 *Manutentio vt ſit deneganda poſſeſſori requiritur, quod conſtet de non iure ipſius vel per confeſſionem propriam, vel per rem iudicatam.*

D E C I S I O DCCXVIII.

DOMINI reſponderunt ad fauorem Io: Dominici Nicelli, ſcilicet dandum ei eiſe mandatum de manutenendo in poſſeſſione ſimplicis beneficij Hoſpitale nuncupati ſub Inuocatione Sancti Lazzari Placentiñ Dioec. quia docet de ſua anteriori poſſeſſione nedum ex Inſtrumento adeptę poſſeſſio-
1 nis, quod † alio non exiſtente in poſſeſſione plenè probat, *Bart. in l. prædia* 415. *num.* 1. *ff. de acquir. poſseſſ. Bald. in l. non idcirco num.* 1. *C. de fid. Inſtrum. Put. deciſ.* 350. *num.* 4. *& ſeq. lib.* 1. *in correct. Gregor. XV. deciſ.* 138. *num.* 1. *& Rota deciſ.* 516. *num.* 1. *&* 634. *num.* 4. *par,* 1. *deciſ.* 601. *num.* 1. *p.* 2. *& deciſ.* 280. *num.* 1. *par.* 3. *recent.* Sed etiam ex locationibus bonorum eiuſdem Eccleſiæ per ipſum factis, nec non etiam ex exactione fru-
2 ctuum, † quę omnia ſunt poſſeſsionis vera ſigna, *Afflict. deciſ.* 325. *num.* 1. *Cæſ. de Graſſ. deciſ.* 10. *num.* 3. *de cauſ. poſſeſs. & propriet. Rot. deciſ.* 291. *poſt* 2. *volum. Farinacc. & Gregor. XV. deciſ.* 6. *nu.* 4. & ibi *Adden.*

Non obſtat poſſeſsio capta à Domino Epiſcopo Placentino de mandato Executoris litterarum Apoſtolicarum. Quia cum dictę litterę non ſint fundatę in aliqua reſeruatione, ſed Papa prouiderit per viam pręuentionis cum ſuppoſito, quod ad huc Hoſpitale vacaret, & cum clauſula, dummodo de tempore datę pręſentium alteri canonicè commiſſum non exiſtat, Executor erat mixtus, *Rotæ in recent. deciſ.* 516. *num.* 3. *par.* 1. *& deciſ.* 52. *num.* 2. *&* 195. *num.* 3. *par.* 2. *recent.* Et tanquam
4 talis tenebatur partes Iudicis † aſſumere, *Seraph. deciſ.* 827. *num.* 1. *&* 2. *Garz. de benef. p.* 6. *cap.* 2. *num.* 126. *poſt med. verſ. quod maximè, & in ſupradicta dec.* 516. *num.* 2. *par.* 1. *rec.*

Non obſtat, quod dicatur poſſeſsionem dicti Io: Dominici fuiſse improbam, ex eo quod capta fuerit non præcedente confirmatione Epiſcopi præſeruata in pręſentatione de eo facta à Canonicis Collegiatę Florentiolæ, aut pręuijs edictis, alijſque de Iure ſeruandis. Quia cum verſemur in ſummariſsimo poſseſsorio, Io: Dominico non incumbit onus prædicta probandi, ſed ei ſufficit, quod conſtet de mero facto poſseſsionis, cum etiam in beneficialibus non ſecus ac in
5 prophanis detur ex eo † manutentio, abſque productione tituli, *Rot. deciſ.* 698. *num.* 3. *par.* 2. *recent. & deciſ.* 242. *num.* 6. *poſt Cenc. de cenſ. & dec.* 328. *num.* 8. *apud Modern. Peruſ. de manut. Gregor. XV. deciſ.* 323. *num.*

Quæ dicuntur de libertate beneficij, & alia ſimilia viſa fuerunt reſpicere petitorium, nec eſſe diſcutienda in hoc ſummariſſimo Iudicio, in quo non attenditur Iuſtitia, vel Iniuſtitia tituli, ſed tantum nudum factum poſ-
6 ſeſſionis, *Buratt. deciſ.* 259. *num.* 11. *Gregor. XV. deciſ.* 9. *num.* 9. *& deciſ.* 275. *num.* 12. *Seraphin. deciſ.* 835. *num* 7. Et ad effectum impediendi manutentionem Io: Dominico deberet conſtare
7 de non iure ipſius, vel per confeſſionem propriam, vel per rem iudicatam, idem *Seraphin. deciſ.* 876. *num.* 2. Vbi quod ita ſemper Rota ſeruauit.

Et ita deciſum vtraque parte informante &c.

ROMANA LOCORVM MONTIVM.

Lunæ 22. Iunij 1643.

A R G V M E N T V M.

Agitur de pacto manus iniectionis, de extinctione debiti, quatenus ſequatur ex ſolutione, & de ſimulatione ex quibus remaneat excluſa.

S V M M A R I V M.

1 *Citationis notitia deducitur ex comparitione poſtea facta.*

2 *Mandatum procuræ dicitur conſtare ex productione ſcripturarum ad cauſam facientium.*

3 *Pactum manus iniectionis eſt à iure approbatum.*

4 *Pactum manus iniectionis habet paratam executionem.*

5 *Debiti extinctio non reſultat niſi pecunia penès creditorem remaneat irreuocabiliter.*

6 *Obligatio debitoris reuiuiſcit ſi pecunia fuit reſtituta prioribus, & anterioribus creditoribus ad cuius normam fuerit ſoluta.*

7 *Res redempta vigore pacti redimendi redijt obnoxia obligationibus, quibus per antea ſuppoſita erat.*

8 *Numeratio vera pretij probatur ex verbis Notarij præſentis temporis coram ſe, & teſtibus.*

9 *Simulationis qualibet ſuſpicio corruit data veritate cauſa.*

10 *Et hoc caſu coniecturæ quæ ad eam probandam aliter ſufficerent ſunt nullius momenti.*

11 *Maximè ponderato effectu in vim præcedentis pacti ſequuto.*

12 *Suſpicio ceſſat attenta qualitate perſonarum, & hac de cauſa etiam reſpectu miniſtrorum, & n.* 13.

DE-

Digitized by Google

DECISIO DCCXIX.

MANDATVM de aſſociando cōceſſum
ab A.C.Marchioni Palumbariæ ad loca
65. Montium Montis Alumeriarum contra
D.Hieronymum Gauottum, vti validum, &
iuſtum DD. dixerunt eſſe confirmandum.

Non obſtant nullitates, quæ opponebantur
contra validitatem eiuſdem mandati; Nam
prima deducta ex defectu citationis, ſub præ-
textu, quod Hieronymus fuerit citatus in Cu-
ria, vbi prætenditur non habuiſſe domicilium,
illa videtur ſublata ex comparitione in iudi-
cio, facta pro parte eiuſdem Gauotti poſt exe-
quutam citationem, cùm citatio non requi-
1 ratur ad alium effectum, quàm ad inducẽdam
ſcientiam contentorum in ea, de quibus Ga-
uottus ſatis fuit certus; dùm poſt talem cita-
tionem fuit pro eius parte comparitum, *Ruin.
conſ.61.n.33. in princ.verſ. hinc etiam dicitur lib.5.
Felin. in cap. cum contingat 24. col.7. in princ.nu.8.
verſ. ſimiliter dixit, de reſcript. & in c. gratum 20.
col. 2. circa med. num. 4. verſ. ſed nota, vbi agitur
vſque ad verſ. vtrum citatio anomola, de off. deleg.
Marſ. in rubr. C.de probat.num.371. & in l.de vno-
quoque num.152. ad fin. ff.de re iudic. Dec. in c. cum
cauſa, in 3. notab. in fin. de off.deleg. & conſ. 449.
n.8. Caputaq. dec.112.n.1. Afflict.dec.2.num.7.*

Minus obſtat altera nullitas ex defectu mã-
dati Lælij Sebaſtiani, qui comparuit pro Mar-
2 chione; Quia ſatis videtur de illo conſtare ex
productione iurium ad cauſam facientium,
facta per ipſum nomine d.Marchionis, iuxtà
notata per *Bart. in l.vulgo in fin. ff. de admin. tut.
Iaſ. in l.1. num. 12. verſ. Item vltra, C. de procur.
Caſſad. dec.3. num.3. verſ. & ſi apud eod. tract. de
procur. Greg.XV. dec.86.num.2. & 176.num.8. Rot.
dec.440.n.7. par.2.rec.*

Iuſtitia etiam dicti mandati eſt euidens;
Nam apparet ex Inſtrumento venditionis vi-
neæ, celebrato inter bon.mem. Ducem Ale-
xandrum Sfortiam, & dictum Marchionem,
fuiſſe conuentum inter ipſos, vt pretium in-
ueſtiretur ſub vinculis, hypothecis, & pacto
manus iniectionis ad fauorem Marchionis
emptoris pro conſeruatione indemnitatis il-
lius in caſu euictionis, aut moleſtiarum, con-
ſtatque loca 48. montis fidei fuiſſe ſubrogata
cum eiſdem pactis, & vinculis, quibus ſubia-
cebant loca 38. montis Religionis empta ex
pretio dictæ vineæ; Vnde ſequuto caſu eui-
ctionis competebat Marchioni aſſociatio ad
d. loca propter d. pactum manus iniectionis,
3 quod eſt † à iure approbatum, *l.Titius 9. & ibi
Bald. in vtraque lect. ff. de ſeru. expoſt. l. ſi quis ſub
pacto 56. ibique idem Bald. ff. de contrahen. empt.
Bart. in repet. l. Creditores, num.23. ad fin. verſ. &
ideò cum tale pactum C.de pignor. Bald.in rubr.n.24.*
4 *C.de contrah. empt.* & habet paratam executio-
nem, *Neguſ. de pign.4. par. princ. num.20. verſ.7.
concluſio, l. ſi quis poſthac 9. in princip. ibi: Manu
iniecta mox vendicet, & ibi: quoquomodo occupatas
ſtatim recipiat, C.de bon. proſcript. l.1. vbi gloſ.verb.
non denegatur, & l.2. vbi etiam gloſ.verb. vti potes,
C. ſi ſeru. export. ven.* Immò etiam contra ter-
tium poſſeſſorem exerceri poteſt, *d. l. ſi quis
ſub hoc pacto, vbi Bart. & Bald. ff. de contrah.empt.
cum alijs relat. per Gratian. diſcept.523. n.15.*

Non obſtat, quod Marchio poſt ſequutam
euictionem vineæ obtinuerit mandatum con-
tra Ducem Sfortiã pro recuperatione pretij,
& in vim dicti mandati auocauerit à Vecchijs
loca 65. empta ex pretio Caſtri Vallis Mon-
tanæ, quæ poſtea cum pacto redimendi ven-
didit Excellentiſſimo D. Principi Burgheſio
pretio ſcut.4445. atque ita videatur ſatisfactus,
& excluſus ab hoc remedio aſſociationis; quia
animaduertebant DD. d.Marchioni non fuiſ-
ſe aſſignata dd. loca montium in ſolutum,
tanquam ſpeciem pro ſuo credito pecuniario
in quibus terminis diſceptabant Doctor. An
euictis bonis pro pecunijs in ſolutum datis,
poſſit creditor ad iura primæua redire, ſed fuiſ-
ſe conſignata tanquam pecuniam, quam Vec-
chij creditores Ducis conſequuti erant ex pre-
tio Vallis Montanæ cùm onere præſtandi cau-
tionem de reſtituendo anterioribus, & potio-
ribus Ducis creditoribus, vel ad illam inue-
ſtiendam cùm eodem onere loco idoneæ cau-
tionis; & ſic Vecchios reſtituiſſe Marchioni
vti creditori anteriori Ducis pecunias, quas
ipſi à communi debitore receperant, & inue-
ſtiuerant in illis locis montium; & conſe-
quenter dicebant nos verſari in ſolutione pe-
cuniæ pro debito pecuniario, quo caſu non
5 introducitur extinctio debiti, † niſi pecunia
ſoluta maneat irreuocabiliter penès credito-
rem, *Bald. in l. libera 8.num.6. C.de ſent.& interl.
omn. iud. Surd.conſ.145.n.34. l. ſi rem 20. l. ſi quis
aliam 46. & l.qui res 98. in princ. ff. de ſolut. cum
alijs per Ant.Fab. in C.Fabrian.lib.8. tit.8. definit.
49. poſt med.verſ. ſed tamen, Affl. deciſ.16. num.3.
verſ. ad hoc reſpondetur, & num. 4. verſ. nec obſtat
Theſaur. qui Capoll. contrarium ſentientem, cautel.
123. reprobat, q. forenſ. lib.2.q.88. num.10. & ſeq.*
Et propterea cum pecunia inueſtita per Vec-
chios in dd.locis montium non peruenerit ad
Marchionem irreuocabiliter, ſed cum obli-
gatione de reſtituendo prioribus, & potiori-
bus, & eis poſtmodum fuerit reſtituta, non
potuit receptio illa operari aliquam extin-
ctionem, ſed ſolùm ceſſationem quandam, &
ſuſpenſionem liberationis debitoris, ita vt per
reſtitutionem pecuniæ acceptæ obligatio de-
6 bitoris, videatur reſurrexiſſe tanquam à ſom-
no, non tanquam à morte; vt eleganter *Bald.
in l.vnica, C.quand.non pet.par. num.36.verſ. atten-
de hic, Neguſ. de pign. primo mem. 6. par. num.43.
& duob. ſeqq. Franch.dec.64. num.12. & deciſ.200.
num.5. in fin. & 6. & 11.*

Nec releuat, quod Marchio eadem loca
vendiderit Excellentiſſimo Principi Burghe-
ſio, & ſic per huiuſmodi venditionem exeme-
rit ſe à periculo, quod illa à ſe auocarentur;
Quia iſta venditio fuit facta cum pacto redi-
mendi; vndè, ſequuta redemptione, dd. loca
ad Marchionem rediſſe intelliguntur cum ea-
dem obligatione de illa reſtituẽdo prioribus,
ac potioribus, & ſic cum eadem reuocabili-
7 tate, † quæ illis inerat ante venditionem, *Soc.
iun.conſ.20.num.31.lib.1. Franch. d.dec.64. num.5.
& ſeqq. Ant.de Amat. reſol.4. num.4. & ſeq. Surd.
conſ.*

conſ.179.num.37.Caſtill.dec.27.nu.2. lib.1. Ciriac. contr.500.num.32. tom.3.

Coniecturæ, quæ deducebantur ad inducendam ſimulationem retrouenditionis factę à D. Principe Burgheſio, nullius viſæ fuerunt momenti, non ſolùm, quia conſtat de vera numeratione pretij per verba Notarij pręſentis temporis, coram ſe, & teſtibus, quæ nume-
8 rationem † probant, *Bart. in l. ſi ex cautione, ſub num.23. Roman. in l. prædia ſub num.4. ff. de acquir. poſſeſſ. Cagnol. in l. ſi librarius, num.78. ff. de regul. iur. Bertaz. clauſ.74. gloſ.8. nu.1.* Sed etiam quia præeſiſtebat vera cauſa retrouendendi vigore pacti in primo Inſtrumēto appoſiti, qua ſtante
9 euaneſcit penitùs † omnis ſuſpicio ſimulationis, *Farin. de ſimulat. & falſ. q.164. n.95. Rota Ianuen. dec.195. num.12. Rota dec.334. num.12. par.5. rec.* Et coniecturæ, quæ ad eam probandam
10 aliter ſufficerent, † nullius ſunt momenti, *Dec. conſ.641. num.5. Hond. conſ.33. nu.36. & ſeq. lib.2. Ciriac. contr.255. nu.38. & fuit dictum in Feretrana Prædij 1. July 1642. corā R.P.D. meo Bichio;* maxi-
11 mè conſiderata propria † vtilitate, & cōmodo Marchionis redimentis, ſtante pacto retrouendendi appoſito in d. Inſtrumento, vt benè *Franch. d. deciſ.64. num.18.* His accedit inſignis
12 qualitas perſonarum, propter quam † nedùm earum reſpectu omnis ſuſpicio ſimulationis excluditur, vt fuit reſolutum in *Ianuen. ſeu Romana Cambij 2. Decembris 1644. coram me;* ſed
13 etiam reſpectu ipſorum Miniſtrorum, nè ipſi Domini dicantur doli ipſorum participes, vt benè aduertit *Aegid. in deciſ.550. in fin. cum alijs per Add. ad Greg. XV. dec.336. n.15.*

Et ita vtraque &c.

VERCELLEN. VNITATIS CAPITVLI.

Lunæ 22. Iunij 1643.

Argumento, & Summario non indiget cum ſit tantum relatiua aliarum deciſionum in cauſa factarum.

DECISIO DCCXX.

POSTQVAM fuit in hac cauſa ſub die 12. Iunij 1598. coram bo. me. Penia reſolutum Canonicis Eccleſię S. Mariæ Maioris Ciuitatis Vercelleñ dandum eſſe mandatum de manutenendo quoad omnes actus etiam iuriſdictionales competentes alijs Canonicis Eccleſiæ Sancti Euſebij, & deinde coram bon. mem. D. meo Archiepiſcopo Seleucieñ in locum Peniæ ſubrogato, ſub die 18. Aprilis 1614. deciſum in petitorio Canonicos vtriuſque Eccleſiæ conſtituere vnum corpus, vnicum Capitulum Eccleſiam Cathedralem conſtituens, & ſtante huiuſmodi vnitate Canonicos vtriuſque Eccleſię debere ſimul conuenire ſeruato ordine, & gradu receptionis ſecundum Conſtitutionem, *cap. ſtatuimus 15. de maiorit. & obed.* vt ſcilicet Presbyteri Diaconos, Diaconi Subdiaconos præcederent, nulla habita diſtinctione quod alij reſideant in Eccleſia Sancti Euſebij, & alij in Eccleſia S. Mariæ Maioris, quodq; prius Diaconi, vel Subdiaconi recepti fuerint, prout fuſius in deciſione deſuper extenſa, iuxta tenorem cuius cum nuper peteretur expeditio cauſæ pro parte dd. Canonicorum S. Mariæ, Rota animaduertens hanc reſolutionem eſſe nimis antiquatam, mandauit iuxta ſtylum, vt cauſa de nouo reproponeretur ſuper ijſdem, quo dubio hodie poſito Domini ſteterunt in deciſis ex rationibus, & fundamentis in deciſione deductis, quæ iterum hodie examinata placuerunt.

Non obſtat, quod poſtmodum de anno 1616. Rota reſoluerit iura, quibus nituntur fundamenta d. deciſionis emanatæ ſuper petitorio non eſſe in forma probanti, quia ab huiuſmodi reſolutione fuit receſſum die 24. Aprilis præteriti coram me.

Non obſtat, quod Canonici S. Euſebij de anno 1614. obtinuerint Remiſſoriã ad probandũ contrariam conſuetudinem, & deinde proceſſus Remiſſorialis fuerit de anno 1615. in Rota productus, qui propterea debet in præſenti poſitione examinari. Quia cum ex fide Notarij cauſæ appareat d. proceſſum non reperiri; Canonicoſque S. Mariæ Maioris non habuiſſe ſummarium Teſtium, ſed Canonicos S. Euſebij tantum, qui non curarunt, nec curant illum reportare penès acta Notarij cauſæ, ſatis apparet culpa dd. Canonicorum Sancti Euſebij d. proceſſum non poſſe hodie examinari in Rota, & ſic iſta exceptio non eſt apta retardare cauſæ expeditionem, maximè cum ſimus in cauſa ordinaria, & ſuperſit alia inſtantia, in qua poterit videri de d. prætenſa conſuetudine, quatenus Canonici S. Euſebij exhibeant d. proceſſum remiſſorialem.

Et itá altera tantum &c.

ANCONITANA CAMBIORVM.

Mercurij 1. Iulij 1643.

ARGVMENTVM.

Inuentarij confectio minus legitimè facta non ſuffragatur hæredi: Creditores anteriores in concurſu præferendi ſunt, & quando iſta anterioritas reſultet ex contractu inito poſt obitum debitoris, ex quo ratio bancaria adhuc ſub illius nomine cantabat, itaut quis dicatur creditor defuncti, & non hæredis.

SVMMARIVM.

1 *Inuentarij beneficium non confundit actiones cum defuncto, ſed conſeruat hæredi omnia iura perinde ac ſi hæreditatem non adiuiſſet.*

2 *Inuentarium, vt dicatur legitimè confectum requiritur citatio perſonalis reſpectu creditorum certorum per adictum verò reſpectu incertorum.*

3 *Inuentarium pro non confecto habetur quoad creditores non citatos.*

4 *Hæres etiam non confecto inuentario habet retentio-*

nem pro ſuo credito in bonis defuncti debitoris, quamuis pro illo agere non poſſit.

5 *Hoc procedit reſpectu fideicommiſſariorum, ſecus quoad alios creditores hæreditatis.*

6 *Creditores defuncti præferuntur creditoribus hæredis illius in bonis ipſius defuncti per viam ſeparationis bonorum, & n. 12.*

7 *Mandata per obitum extinguuntur.*

8 *Societas, ſeu ratio bancaria iam inita non extinguitur morte Teſtatoris, qui iuſſit illam continuari per eius filios, aut hæredes.*

9 *Separatio bonorum non conceditur vltra quinquennium elapſum à die aditionis, & quando contrarium admittatur.*

10 *Præſcriptio non datur ſine negligentia creditoris.*

11 *Creditum hypothecarium præualere debet credito chirographario.*

DECISIO DCCXXI.

CVM hodie reuideretur deciſio emanata in hac cauſa ſub die 14. Martij anni præteriti, in qua informantibus Eliſabetta, & Comitiſſa ſororibus de Fanellis, firmatum fuit eſſe procedendum ad vlteriorem executionem ſuper bonis, de quibus agitur hæreditarijs q. Hieronymi Gori ſenioris, informantes pro Ioanna Benincaſa auia materna, & hærede q. Hieronymi iunioris nepotis d. q. Hieronymi ſenioris ex Creſcentio filio, impugnabant prædictam deciſionem in ea ſolum parte, qua dictum fuit d. Ioannam non poſſe impedire vlteriorem executionem ſuper eiſdem bonis, prætextu quod velit illa retinere pro dote q. Minerbę matris d. Hieronymi iunioris eius authoris. Sed non obſtañ ijs, quæ opponebantur pro retentione d. crediti Domini ſteterunt in deciſis ex fundamentis in eadem deciſione deductis, quæ viſa fuerunt adhuc ſubſiſtere.

Quibus non obſtat, quod prædictus Hieronymus iunior adiuerit hæreditatem Creſcentij ſui patris, & debitoris d. dotis maternæ cũ beneficio legis, & inuentarij, prout in inſtrumento aditionis, quod hodie datum fuit; Ideoque ceſſet confuſio actionum conſiderata in d. deciſione ad effectum excludeñ retentionē
1 pro d. credito dotali, cum beneficium † inuentarij non confundat actiones cum defuncto, ſed conſeruet hæredi omnia iura perinde, ac ſi hæreditatem non adiuiſſet, *l. fin. §. Etſi præfatam, C. de iur. delib. Menoch. conſ. 203. nu. 27. Surd. conſ. 7. num. 31. & conſ. 143. num. 40. Rot. deciſ. 331. num. 1. par. 5. & dec. 2. num. 3. & deciſ. 298. num. 5. par. 6. recent. bon. mem. Coccin. dec. 151. n. 2.* Quia cum d. Inuentarium non appareat confectum citatis creditoribus certis perſonaliter, incertis verò per edictum, prout inter alia
2 requiritur ad hoc † vt inuentarium hæredis dicatur validè confectum, *Bart. in l. fin. §. cum igitur num. 3. & ibidem Iaſ. ſub num. 3. verſ. quinto requiritur, C. de iur. deliber. Bald. conſ. 383. num. 5. lib. 1. Cravet. conſ. 225. numer. 1. lib. 2. Rolan. conſ. 73. n. 22. lib. 2. Dec. conſ. 633. num. 8. Monticell. in tract. de inuent. cap. 7. num. 15. Caual. dec. 508. num. 2. Rot.*
3 *d. dec. 2. num. 1. par. 6. rec.* illud habetur † pro non facto quoad ipſos creditores non citatos, *Bald. in auth. ex Teſtamento num. 3. verſ. Tu dic ad l. Falcid. Iaſ. in d. l. fin. num. 4. verſ. & ſi aliqui C. de iur. deliber. cum alijs relatis à Gregor. XV. deciſ. 473. n. 1. Add. ad Burat. deciſ. 637. num. 17. idem Buratt. deciſ. 750. n. 5.*

4 Nec releuat quod hæres etiam non confecto inuentario habeat retentionem pro ſuo credito in bonis defuncti debitoris, quamuis pro illo agere non poſſit, *Cravett. conſ. 144. n. 5. & conſ. 163. num. 3. Decian. conſ. 94. num. 6. verſ. quinimò, & num. 27. lib. 3. Vinc. de Franch. dec. 39. num. 3.* Quia fuit reſponſum id procedere aduerſus fideicommiſſarios, & in iſtis terminis loquuntur *Cravett. & Decian. locis ſuperius alleg.*
5 Secus autem aduerſus † alios creditores hæreditatis, prout bene diſtinguendo declarat idem *Vinc. de Franch. d. dec. 39. ſub num. 3. verſ. Vbi concludit.*

Præterea adhuc ſubſiſtere viſum fuit alterũ fundamentum eiuſdem deciſionis, nempe quod cum prędictę ſorores de Fanellis ex perſona Io: Baptiſtæ earum patris, & auctoris ſint creditores anteriores vti habentes obligata bona q. Hieronymi ſenioris pro cambijs, de quibus agitur ſunt proindè pręferendæ creditoribus Creſcentij filij, & hæredis eiuſdem Hieronymi ſenioris, cum in bonis defuncti
6 creditores † illius præferantur creditoibus hęredis ex beneficio ſeparationis iuxta *text. in l. 1. & tot. tit. ff. de ſeparat. cum alijs relatis à Caual. dec. 41. num. 3.*

Neque aduerſatur quod creditum Cambij, cuius vigore facta fuit executio ſuper bonis, de quibus agitur, fuerit creatum anno 1613. & ſic poſt mortem Hieronymi ſenioris, qui deceſſit anno 1610. & propterea licet cantet ſub nomine d. Hieronymi ſenioris, eò quia ratio bancaria cantabat etiam poſt eius mortem ſub nomine illius. Nihilominus illud reuera dicatur debitum Creſcentij eius filij, & hæredis, qui d. rationem bancariam exercebat, non autem ipſius Hieronymi defuncti, per cuius obitum omnia mandata videntur
7 extincta † ex adductis per *Decian. conſ. 11. ſub num. 192. in fin. verſ. vnum hoc quoque lib. 1.* Quia fuit reſponſum nos non verſari in caſu, quo iura rationis bancariæ per obitum patris fuerint extincta, & ſolum conceſſa fuerit hæredi facultas hypothecandi bona defuncti, in quibus terminis loquitur *Decian. exaduerſo allegat.* Sed in caſu, quo iura rationis bancariæ adhuc vigebant ex mandato ipſius patris, qui propterea tenetur pro debitis poſtea contractis per Creſcentium filium nomine ipſius rationis bancariæ non ſecus, ac ſi pater ipſe
8 ſuperuixiſſet, cum † ſocietas, ſeu ratio bancaria iam inita non extinguatur morte Teſtatoris, qui iuſſit illam continuari per eius filios, aut hæredes, *Bald. in l. 4. in princip. ff. de cond. inſtit. Dec. conſ. 441. num. 3. Decian. conſ. 22. num. 12. & 13. lib. 3. Rimin. iun. conſ. 711. n. 8. & ſeq.*

9 Minus refragatur, quod ſeparatio bonorum non concedatur vltra quinquennium elapſũ, prout hic, à die aditionis, *d. l. 1. §. præterea, verſ. quod dicitur, ff. de ſeparat.* Quia cum non prius

eue-

euenerit caſus petendi d. ſeparationem, non poteſt conſiderari aliqua negligentia Credito-
10 ris, ſine qua † non datur præſcriptio *Felin. in cap. vigilanti num. 5. de præſcript. Rota deciſ. 17. nu. 3. verſ. & facit par. 4. & deciſ. 403. num. 15. & ſeq. p. 5. recent.*

Denique non obſtat quod Creditum huius Cambij ſit Chirographarium, creditum verò
11 dotis hipothecarium, quod † ptopterea præualere debet *Neguſant. de pignor. 4. par. princip. q. 4. num. 33. Gratian. d. diſcept. 356. num. 23. Gait. de credit. cap. 2. tit. 8. num. 31.* Nam quidquid ſit de d. concluſione obiectum procedere poſſet, ſi ageretur ſuper bonis eiuſdem Creſcentij debitoris dotis. At hic agitur ſuper bonis Hie-
12 ronymi Teſtatoris, in quibus † per viam ſeparationis Creditores illius præferri debent Creditoribus Creſcentij eius hæredis *d. l. 1. & l. quoties ff. de ſeparat. Bald. in l. 1. in fin. C. de bon. auct. Iud. poſſiden. Decian. d. conſ. 11. num. 193. lib. 1.*

Et ita vtraque &c.

PAMPILONEN. BENEFICII.

Merc. 1. Iulij 1643.

Argumento non indiget.

SVMMARIVM.

1 *Recurſus ad Iudices laycos habitus à Procuratore præſumitur a principali ratificatus ſi ſtatim hac habuit de illo notitiam non renunciauit.*
2 *Recurſus ad Iudices laycos non videtur damnatus quando fit non ad impediendam iuriſdictionem Eccleſiaſticam, ſed ad illam adiuuandam.*
3 *Iudex laycus tanquam inferior authoritate, & poteſtate non poteſt ſe intromittere in hijs, quæ fecit Iudex Eccleſiaſticus quamuis iſte malè, vel iniuſtè decreuerit.*

DECISIO DCCXXII.

RESPONSVM fuit contra Martinum Laringoa Informantem, ſcilicet ei obſtare recurſum ad Iudices Laycos, quia talis recurſus non controuertitur, & licet fuerit habitus ab eius Procuratore nihilominus cenſetur ratificatus ab ipſo Martino principali, qui habi-
1 ta † notitia d. Recurſus ſtatim illi non renunciauit, prout reſoluit *Rota in Hiſpalen. Attentatorum 27. Februarij 1617. coram bo. me. Cardinal. Pamphilio*, quam refert *Add. ad Greg. XV. dec. 336 num. 15. verſ. & in ſimili de recurſu.*

Nec releuat quod huiuſmodi recurſus fuerit habitus ad effectum obtinendi prorogationem termini 40. dierum præfixi à Iudice Eccleſiaſtico pro obtinen̄ Inhibitione ſuperioris. Ideoque videatur licitus tanquam habitus ad coadiuuandam Iuriſdictionem Iudicis Eccle-
2 ſiaſtici, cum recurſus † ad Iudices Laicos non videatur damnatus, quando fit non ad impedien̄ Iuriſdictionem Eccleſiaſticam, ſed ad illam adiuuandam, prout in ſimili reſpondit *Rota coram Archill. deciſ. 36. de appell. Seraph. deciſ. 1103. nu. 1. & in Salamantina Canonicatus 24. Maij 1595. coram Sacrato.* Quia imò talis recurſus tendit potius ad deſtruendam Iuriſdictionem Eccleſiaſticam, ex eo quia fuit habitus aduerſus decretum præfixionis termini latum à Iudice Eccleſiaſtico ad effectum, vt longior terminus concederetur à Iudice Layco, qui ta-
3 men † id agere non poterat tanquam inferior auctoritate, & poteſtate quamuis Iudex Eccleſiaſticus malè, vel iniuſtè decreuiſſet, prout dixit *Rota in Oſcen. Pœnitentiariæ 10. Aprilis 1591 coram bo. me. Blanchetto relat. per Modern. Ceſenaten. in tract. de citat. tom. 1. cap. 4. ſub num. 104.*

Et ita Martino informante &c.

SEGVNTINA BENEFICII.

Merc. 1. Iulij 1643.

ARGVMENTVM.

Agitur de materia liquidationis fructuum, & expenſarum.

SVMMARIVM.

1 *Poſſeſſor præſumitur fructus percipiſſe niſi probet illos ab alio perceptos fuiſſe.*
2 *Valor beneficij regulariter probari debet per teſtes deponentes per decennium cum hoc ſeruet Rota.*
3 *Liquidatio fructuum dicitur difficilis probationis.*
4 *Fructuum perceptione probata in ſubſtantia admittuntur probationes etiam leuiores ſuper quantitate.*
5 *Fructus beneficij dicuntur deductis oneribus.*
6 *Fructus regulariter ſunt reſtituendi a die mota litis.*
7 *Fundamentum ſuæ intentionis quis probare tenetur.*
8 *Taxationi expenſarum de partibus Rota deferre ſolet donec exaduerſo doceatur de exceſſu.*

DECISIO DCCXXIII.

CVM Beneficium, de quo agitur, vacaſſet anno 1637. per obitum Io: Antonij Verdelletti Sanctiſſimus contulit illud Didaco de Zunica, qui litteris expeditis vna cum ſubrogatione ad Ius, & poſſeſſionem defuncti, obtinuit à Rota coram Reuerendiſs. D. Patauino ſententiam ſuper immiſſione in poſſeſſionem d. beneficij contra Didacum de Silua illius detentorem, qui etiam fuit condemnatus in fructibus, pro quorum liquidatione expedito Inſtrumento ſubdelegationis Iudicis ad partes eoque vna cum proceſſu delato ad Curiam fuit hodie dubitatum coram me, ad quam ſummam aſcenderent dd. fructus vna cum expenſis factis pro illorum liquidatione.

Et quoad fructus attinet, Domini non dubitarunt quin Silua illos perceperit, quia patet eum poſſediſſe iſtud beneficium, tàm ex propria confeſſione emanata de anno 1640. qua aſſeruit ſe poſſeſſorē à tribus annis, quàm etiam ex mandato de manutenendo alias per ipſum obtento à Nuntio; Vnde præſumitur
1 fructus † percepiſſe, niſi probet illos ab alio perceptos fuiſſe *Rota deciſ. 25. de præbend. in nou. & deciſ. 269. num. 2. par. 1. & deciſ. 571. num. 5. p. 3. recent. Seraph. deciſ. 1245. num. 1. Greg. XV. deciſ. 50.*

num. 2. & ibi Add. Litt. 6. Duran. deciſ. 384. numer. 1. & fuit dictum *in Paduana Beneficij 4. Iulij anni præteriti coram me*.

Quantitas verò annua dd. fructuum probatur ſufficienter ex Teſtibus deponentibus annuos redditus huius beneficii aſcendere à ſeptem annis citrà ad ſummam ducatorum 250. monetæ Regni Caſtellæ. Quamuis enim ex dd. Teſtibus vnus deponat de auditu, alter per non exceſſum, & nullus eorum deponat
2 de decennio, prout Rota † regulariter requirit ad firmandum valorem *Acchill. de Graſſ. deciſ. 24. num. : de Teſtib. Put. deciſ. 374. num. 3. lib. 3. in correct. Seraph. deciſ. 1340. num. 1. Adden. ad Bur. deciſ. 538. ſub num. 22.* Nihilominus cum verſe-
3 mur in materia liquidationis † fructuum, quæ ſolet eſſe difficilis probationis, viſum fuit illos probare ſufficienter prædictum annuum redditum ducat. 250. monetæ Caſtellæ, cum
4 probata † perceptione in ſubſtantia admittantur probationes etiam leuiores ſuper quantitate *Acchill. deciſ. 22. de reſtit. ſpoliat. Seraph. deciſ. 1245. num. 7. bo. me. Coccin. deciſ. 439. num. 2. Rot. in Imolen. Prædij 25. Maij 1640. coram R. P. D. meo Royas verſ. vltra quod, & in d. Paduana Beneficij 4. Iulij anni præteriti coram me §. liquidationem*.

Verum ex prædictis annuis ducatis 250. monetæ Caſtellæ aduertebant Domini eſſe demenda iuxtà eorumdem Teſtium depoſitiones onera eidem beneficio annexa, nimirum Regalia 300. pro excuſato, 100. pro conuiuio in die decimationis, & quintam decimam pro Adminiſtratore, quæ aſcendit ad ducatos ferè 16. & ſic in totum eſſe demendos ducatos monetæ Caſtellæ 58. Itaut annuus redditus huius beneficij aſcendat ad ducatos eiuſdem
5 monetæ 194. cum fructus † dicantur deductis oneribus *Caſſad. deciſ. 19. num. 1. & 2. de præbend. Verall. deciſ. 328. num. 1. & 2. par. 3. Rota deciſ. 189. num. 2. par. 1. diuerſ. & deciſ. 266. numer. 8. part. 7. recent.*

Cæterum quoad terminum à quo prædicti fructus debentur Zunicæ, licet informantes illum deſumerent à die ſuæ prouiſionis, nempe 12. Iunij 1638. ſupponentes ita diſponi in Conſtitutionibus Epiſcoparus Seguntini, attamen cum dd. Conſtitutiones non exhibeantur Domini ſtatuerunt prædictum terminum
6 à die motæ litis, cum à d. die fructus † regulariter debeantur *l. 3. ff. de Interdict. Alex. in l. Neſennius num. 4. ff. de re indic. Canal. deciſ. 419. num. 1. Rota deciſ. 343. num. 7. par. 1. & deciſ. 3. num. 1. par. 7. recent.* Reſpectu verò termini ad quem, licet iſte ſit menſis Septembris 1642. quo Zunica poſſeſſionem accepit. Attamen animaduerſum fuit prędictos Teſtes ſuper valore examinatos non deponere in qua ſpecie huiuſmodi fructus conſiſtant. Vnde quamuis de dicto menſe Septembris eſſet completa recollecta frumenti, non tamen Silua debet condemnari ad fructus totius anni, cum illi potuerint conſiſtere etiam in vino, cuius recollecta adhuc non maturauerat, & propterea Zunicę tanquam Actori incumberet onus probandi quod prędicti fructus conſiſterent ſolum in
7 frumento † tanquam fundamentum ſuæ intentionis *l. qui accuſare 4. C. de eden. l. Actor. 23. C. de probat. cum ſimilib.*

Ex quibus concluſerunt Domini Siluam non eſſe condemnandum ad integros fructus anni 1642. ſed aliorum dumtaxat annorum à die motæ litis ad prædictam rationem ducatorum 194. monetæ Caſtellæ pro quolibet anno.

Quoad expenſas autem factas occaſione liquidationis eorumdem fructuum, dictum fuit illos aſcendere ad Regalia 295. ſoluta Notario pro eius mercede, vt in eius quietantia, quæ data fuit *in Sum. num. 9.* & ad alia Regalia 316. pro Salario Iudicis, alijſque taxatis in
8 partibus, † prout in taxatione, quæ pariter data fuit, cui videtur ſtandum, donec exaduerſo doceatur de exceſſu, prout ſeruatum fuit *in Lunen. Sarzanen. expenſarum 29. Octob. 1627. coram bo. me. Coccino, & in Oueten. fructuum, & expenſarum 17. Martij 1634. coram me, & in alijs &c.*

Et ita Zunica informante reſolutum fuit.

ROMANA DOMVS.

Mercurij 1. Iulij 1643.

Argumento, & Summario caret cum tantum confirmet alteram primam in cauſa editam.

DECISIO DCCXXIV.

DVAE in hac cauſa emanarunt deciſiones prima ſub die 4. Iulij 1641. in qua informante ſolum Petro Paulo Saluato fuit reſolutum non conſtare de cauſis reſtitutionis in integrum petitæ per Marium, & alios de Donatis aduerſus ſententiam A. C. latam ſuper reſtitutione Domus, de qua agitur, ſecunda verò ſub die 24. Nouemb. 1642. In qua vtraque parte informante fuit receſſum à deciſis, & firmatum conſtare de dd. cauſis reſtitutionis in integrum tàm ex capite nullitatis, quàm Iniuſtitiæ d. ſententiæ. Hodie repropoſita cauſa ſuper iiſdem Domini ſteterunt in vltimo loco deciſis rationibus, & fundamentis in deciſione deductis, quæ iterum hodie examinata placuerunt.

Non obſtat quod dicatur illos, qui Domum æſtimarunt eſſe Aeſtimatores Cameræ Apoſtolicæ, & de illius mandato æſtimationem feciſſe, quia hoc nullibi iuſtificatur, & contrarium conuincitur ex depoſitione ipſorum Aeſtimatorum, dum dicunt ſe æſtimaſſe Domum ad inſtantiam Petri Pauli, qui erat Dominus Domus.

Et ita concluſum Donatis tantùm Informantibus, altera parte ſæpius citata, & informare recuſante.

ROMA-

ROMANA, SEV TOLETANA CENSVS.

Lunæ 13. Iunij 1644.

ARGVMENTVM.

Exceptio fideicommiſſi quando non retardet executionem ob derogationem Pontificiam eidem fideicommiſſo, & plura alia dicuntur tàm de executione contra tertium via executiua, quàm de d. derogatioue vniuerſaliſſimè concepta.

SVMMARIVM.

1 *Obligatio Cameralis habet executionem paratam.*

2 *Inſtrumentum Publicum facit probationem probatam.*

3 *Via executiua non poteſt procedi contra tertium.*

4 *Quod procedit etiam ſi agatur vigore obligationis Cameralis.*

5 *Et ampliatur ſi poſſeſſor fuerit proteſtatus ne aliqua executio fieret ſuper re ab ipſo poſſeſſa.*

6 *Es hoc caſu executio dicitur nulla.*

7 *Bona fideicommiſſaria euadunt libera per derogationem fideicommiſſo à Pontifice factam.*

8 *Teſtatoris fideicommiſſum, ſeù prohibitio eius creditoribus nocere non poteſt.*

9 *Derogatio verbis vniuerſalibus concepta quando comprehendat quæcumque fideicommiſſa.*

10 *Verba vniuerſalia quando ſunt geminata comprehendunt omnia quæ excogitari poſſunt.*

11 *Verbum, & aliarum perſonarum in derogatione appoſitum fideicommiſſum aliarum perſonarum diuerſarum ab expreſſis includit.*

12 *Amplia ſi ſubſequantur verba, quarumcumque perſonarum.*

13 *Exceptio certæ perſonæ includit alias quaſcunq;*

14 *Diſpoſitio quæ in alijs verificari non poteſt comprehendit etiam bona, quæ ſub illa non venirent.*

15 *Proemium arguit mentem, & animum diſponentis.*

16 *Derogatio poſterior cum præſeruatiua, ſine præiudicio iurium N. denotat Summum Pontificem iſtā noluiſſe concedere in præiudicium anterioris derogationis.*

17 *Subreptio oppoſita contra impetrantem concludenter probari debet ab eo qui de illa excepit.*

18 *Derogatio fideicommiſſi vt dicatur ſubreptitia ob exiſtentiam bonorum liberorum debet probari de tempore derogationis.*

19 *Derogationis gratia fideicommiſſi vt non dicatur expiraſſe per curſum temporis ſufficit quod illa fuerit deducta quando fideicommiſſum fuit oppoſitum.*

20 *Cenſus fructus non poſſunt peti niſi pro 30. annis cum pro alijs terminis intret præſcriptio.*

21 *Præſcriptio 30. annorum non ſuffragatur contra contractum iuratum, ſed requiritur quadragenaria.*

22 *Præſcriptio interrumpitur ex citationibus actibuſque iudicialibus.*

23 *Præſcriptionis exceptio non tollit actionem ipſo iure, ſed quatenus opponatur.*

24 *Reus abſque ſui iuris detrimento ante mandati executionem poteſt ſoluere ſummam debitam, & ſic ab executione ſe liberare.*

DECISIO DCCXXV.

ALEXANDER, & Cæſar de Pariſanis anno 1585. impoſuerunt ſuper quodam viridario annuum Cenſum ſcut. 120. quem vendiderunt Federico, & Hieronymo de Comitibus pretio ſc. 1800.

Præfatis Alexandro, & Cæſari defunctis ſucceſſit vltimo loco D. Pariſanus de Pariſanis, prædictis verò Federico, & Hieronymo pariter defunctis ſucceſſit D. Dux Camillus de Comitibus, qui tanquam Creditor hæreditatis dd. Alexandri, & Cæſaris in ſumma ſcut. 4460. pro fructibus d. Cenſus egit pro illorum conſecutione coram A. C. qui mandatum contra bona hæreditaria dd. Alexandri, & Cæſaris relaxauit. Cum autem d. mandatum fuiſſet executioni demandatū ſuper quodam Palatio poſito in Ciuitate Tolentini, fuit exaduerſo oppoſitum illud non eſſe hæreditarium dd. Alexandri, & Cæſaris, ſed ſuppoſitum fideicommiſſo bo. me. Card. Pariſani. Quocirca idem A. C. decreuit ſuperſederi, & poſtmodum ſuperſeſſoriam reuocauit. Ab huiuſmodi reuocatione d. Pariſanus appellauit, & cauſa mihi commiſſa dedi dubium. An proceden̄ eſſet ad legitimam executionem, vel potiùs illa eſſet reuocanda, quo hodie poſito DD. reſoluerūt eſſe proceden̄ ad executionem. Quia d. mādatum eſt validum, & iuſtum, fuitque relaxatum pro fructibus d. Cenſus vi-
1 gore obligationis Cameralis, quæ † paratam habet executionem *Vrſill. ad Afflict. deciſ. 30. n. 6. in fin. Mohed. deciſ. 3. num. 2. verſ. ſed reſpectu Zacch. de obl. Cam. qu. 2. num. 4. Rota deciſ. 12. deciſ. 70. & deciſ. 90. vbique num. 1. poſt eundem tract. Buratt. deciſ. 770. num. & alibi.*

Validitas apparet ex reuolutione actorum.

Iuſtitia verò liquet ex publico Inſtrumento Impoſitionis eiuſdem Cenſus, quod facit
2 probationem † probatam *Bart. in l. 1. in princ. num. 8. ff. de nou. oper. nunc. Dec. conſ. 36. ſub num. 2. Ruin. conſ. 80. num. 1. lib. 4. Pariſ. conſ. 104. num. 64. & ſeq. li. 1. Greg. XV. dec. 157. n. 13. & dec. 180. n. 1.*

Neque obſtare viſum fuit, quod Palatium, ſuper quo executio d. mandati facta fuit, ſubiaceat fideicommiſſo Card. Aſcanij Pariſani, & vti tale poſſideatur à d. D. Pariſano, contra quem propterea tanquam tertium non
3 poſſit procedi † via exequutiua *Alex. in l. à Diuo Pio §. ſi ſuper rebus ſub num. 28. verſ. & pro hoc bene facit ff. de re iud. Burſatt. conſ. 361. nu. 1. lib. 4. Aret. conſ. 46. in fin. Greg. XV. deciſ. 22. num. 1.* Etiamſi
4 agatur † vigore obligationis Cameralis *Zacch. de obl. Cam. qu. 6. num. 36. Burſatt. d. conſ. 361. nu. 1. vol. 4. Caſ. Barz. deciſ. Bonon. 108. num. 33. cum alijs relat. in S. Seuerini Dotis 23. Ian. 1638. coram me.*

Præſertim quia idem Pariſanus proteſtatus
5 fuit, † ne aliqua executio fieret ſuper d. Palatio per eum poſſeſſo iuxta cautelam *Angel. in d. §. ſi ſuper rebus num. 1. & ibidem Caſtr. num. 2. & ſeqq.* Propterquam proteſtationem eò magis
6 dicebatur nulla † executio ſuper eo poſtea ſubſequta *Bald. in l. ob Maritorum num. 5. verſ. quæro nunquid pendente proteſtatione C. ne Vx. pro Marit. Alex. in d. §. ſi ſuper rebus ſub num. 9. verſ. ad-*

datit quod Baldus Greg. XV. d.deciſ.22.num.2. Rota
in d. S. Seuerini Dotis coram me §. Præſertim quia
d. Barthol. & in Anconitana Dotis 24. Aprilis anni
præteriti coram R.P.D. meo Cerro §. Nec obſtat
obiectum. Quia eſto quod Palatium fuiſſet aliàs
ſub fideicommiſſo d.Cardinalis Aſcanij com-
prehenſum, nihilominus exceptio huiuſmo-
di fideicommiſſi non impedit vlteriorem exe-
cutionem ſuper illo, quia ex Iuribus datis in
Summario apparet ſa: me: Clementem VIII.
vſque ab anno 1598. conceſſiſſe facultatem
alienandi omnia, & ſingula dd. Alexandri,
& Cæſaris bona immobilia, & vbique non
tamen in Vrbe exiſtentia, quæ ad eorum filios
& hæredes, ac poſſeſſores via hæreditatis do-
nationis inter viuos, aut cauſa mortis, vel
alia quacunque ratione peruenerunt, ad effe-
ctum vt illa conſignarentur prædicto D.Duci
pro ſatisfactione, ſui crediti, & cuicunque
fideicommiſſo purificato, & purificando de-
7 rogare propterquam † derogationem d. Pala-
tium quatenus alias fuiſſet prædicto fideicom-
miſſo ſubiectum, euaſit reſpectu D. Ducis li-
berum, perinde ac ſi eidem fideicommiſſo
ſuppoſitum non fuiſſet, vt in ſpecie dixit *Rot.*
in Romana Saluiani de Caſalibus 21. Iunij 1641.
coram R.P.D. meo Cerro §. Immò nulla videtur,
& in Romana Dotis 14. Febr. 1641. coram me §.
Repugnat etiam.

Neque ſubſiſtit quod prædicta derogatio
reſtringatur ad bona propria dd. Alexandri,
& Cæſaris qui Cenſum impoſuerunt, & prop-
terea non comprehendat Palatium, de quo
agitur ſubiectum fideicommiſſo d.Cardinalis.
Quia contrarium apertè colligitur tàm ex
mente, quàm ex verbis eiuſdem Pontificis.

Ex mente, quia cum ille derogauerit fidei-
commiſſis pro ſolutione fructuum d. Cenſus,
quem ijdem Alexander, & Cæſar impoſue-
runt, vtique cenſetur derogaſſe fideicommiſ-
ſis potius aliarum perſonarum quam dd. Ale-
xandri, & Cæſaris debitorum, quorum fidei-
commiſſis non erat neceſſaria aliqua deroga-
8 tio, cum prohibitio † Teſtatoris eius Credi-
toribus nocere non poſſit *l.1. C. debitorem ven-*
dit pign. imped. non poſſ. & ibi gloſ. in verb. manife-
ſtum eſt Bald. in l.2. num.4. C. ſi adu. Credit. pignor.
Bertazz. conſ.76. num.7. lib.1. Natt. conſ.145. nu.22.
lib.1. Seraph. deciſ.504. num.2. Rota in Romana fidei-
commiſſi de Zuccaris 14. Nouembris 1639. coram
me §. Præſertim cum Creditores.

Ex verbis quoq; idem colligitur ibi. (Om-
nia, & ſingula Cæſaris, & Alexandri bona
immobilia quomodolibet qualificata, & in
quibuſuis rebus conſiſten͂, & ad eorum, &
cuiuſlibet eorum filios, & hæredes, & poſſeſ-
ſores Iure hæreditatis &c.) vel alia quacunq;
ratione peruenerunt, & ibi. (Ab omni, &
quocunque fideicommiſſo purificato, vel pu-
rificando etiam per q. Lactantium d. Octauij
Prædeceſſorem facto donatione, & ſubſtitu-
tione ex prædictorum, & aliarum perſona-
rum diſpoſitione factis). Quæ quidem ver-
9 ba tanquam vniuerſalia † comprehendunt om-
nia bona etiam prætenſo fideicommiſſo ſubie-
cta *Decian. d.conſ.57. num.13. & ſeqq. lib.1. Ruin.*
conſ.150. num.13. lib.3. Socc. Iun. conſ.68. num.13. &
verſ. verumtamen iſtis non obſtan. lib.4. Lader ch.
conſ.11. num.4. Surd. conſ.352. num.13. verſ. hac au-
tem ſententia Rota in Narnien. bonorum 26. Iunij
1634. & 30. Aprilis 1635. coram bo. me. Pirona-
no, & in Narnien. Iuriſpatronatus 13. Martij eiuſ-
dem anni 1635. coram me. Præſertim cum dd.
10 verba vniuerſalia † ſint geminata, quæ prop-
terea videntur comprehendere omnia, quæ
excogitari poſſunt *Franc. Ant. Coſta conſ.66. n.35.*
& ſeqq. Decian. conſ.11. ſub num.11. lib.3. Giurb. ad
Conſuet. Meſſan. cap.1. gloſ.3. par.1. ſub num.1.

Eoque magis attentis verbis, & aliarum
quarumcunque perſonarum, cum verbum
11 illud, & † aliarum fideicommiſſum aliarum
perſonarum diuerſarum ab expreſſis includat
gloſs. in c. Sedes in verb. maiores de Reſcript. Staphil.
de litt. grat. de vi, & effect. clauſ. §.6. ſimiles motus
num.10. in fin. Rota deciſ.190. num.16. par.7. recent.
12 Iunctis præſertim verbis ſubſequen͂ † quarū-
cunque perſonarum, quę vti magis amplia-
tiua fortiùs oſtendunt ſub illis comprehendi
bona quarumcunq; perſonarum vltra expreſ-
ſas *Merach. deciſ. Lucen.58. num.19. Intrigl. deciſ.3.*
à num.140. lib.1. Giurb. d. gloſ.3. par.1. ſub num.4.

Prædictaque faciliùs procedunt, tùm quia
Pontifex excepit à d.derogatione ſolum fidei-
commiſſum Franciſci Roncioni, cum talis
13 exceptio † operetur incluſionem aliarum qua-
rumcunque perſonarum *Ioſeph. Roman. conſ.25.*
num.13. & ſeqq. Salon. de Pac. conſ.25. num.31. Socc.
conſ.200. num.7. tom.2. Menoch. conſ.688. nu.3. verſ.
ſecunda coniectura num.17. verſ. reſpondetur & n.19.
& 20. Tum etiam quia non apparet alia fidei-
cōmiſſa maiorū extare, in quibus talis dero-
14 gatio verificari poſſit, cum diſpoſitio, † quæ
in alijs verificari non poteſt, comprehendat
etiam bona, quæ ſub illa non venirent *Dec.*
conſ.389. col. fin. verſ. & expreſſum etiam ex eo vide-
tur lib.2. Surd. d.conſ.73. num.80. verſ. ſecundo reſ-
pondeo, & Gabr. lib.6. tit. de reg. iur. concluſ.12. n.40.

Quibus accedit narratiua eiuſdem Breuis,
in quo Pontifex expreſſit Ducem coactum
fuiſſe vendere Caſtra maiorum fideicommiſ-
ſis ſubiecta, vt ſuis Creditoribus ſatisfaceret;
Ideoque æquum eſſe, vt è contra ei quoque
non obſtan͂ fideicommiſſis ſatisfieret à debi-
toribus, ex qua narratiua colligi videtur mens
eiuſdem Pontificis volentis derogare etiam fi-
deicommiſſo d. Cardinalis, cum prœmium
15 arguat † mentem, & animum diſponentis *l.*
fin. ff. de hæred. Inſtit. Aym. conſ.192. num.21. Grat.
diſcept.491. num.5. Rota deciſ.466. num.1. par.1.
recent.

Quæ omnia comprobantur ex alio Breui,
quo idem Clemens VIII. conceſſit d. Pariſa-
no derogationem fideicommiſſi d. Cardina-
lis Pariſani cum hac præſeruatiua, videlicèt
ſine præiudicio iurium D. Ducis, quæ mani-
feſtè declarat hanc derogationem poſterio-
rem non fuiſſe conceſſam ab ipſo in præiudi-
16 cium anterioris derogationis, † quæ ſuper
eodem fideicommiſſo eidem D.Duci conceſ-
ſa fuerat, vt in ſimili dixit *Rota in Bononien. de*
Maluetijs 24. Febr. 1612. coram Sacrato.

Nec releuat exceptio ſubreptionis oppoſita
con-

Digitized by Google

contra gratiam d. derogationis, ex eo præcipuè quia Pontifici narratum non fuit adeſſe alia bona libera dd. Cæſaris, & Alexandri ſuper quibus D. Dux creditum ſuum conſequi potuiſſet. Quia huiuſmodi exceptio exiſtentiæ aliorum bonorum liberorum penes Alexandrum, & Cæſarem, quæ nec etiam in actis deducta fuit, non iuſtificatur, prout re-
17 quiritur cum excipiens † de ſubreptione contra impetrantem, teneatur eam plenè iuſtificare *Gemin.in cap.1.ſub.num.8.verſ.in litteris vero beneficialibus, & ibidem Franc. ſub num.10. de lit. conteſt.in 6.Abb.in cap.conſtitutus 19.num.4. de Reſcript.Rota deciſ.9.de except.in nou. Greg.XV.deciſ. 108.num.1.& ibidem Add.num.12.* Et quidem de
18 tempore, quo † d. derogatio conceſſa fuit, cum non ſufficiat anterior, ſiuè etiam poſterior exiſtentia bonorum liberorum, ſed tempore eiuſdem derogationis requiratur *Rota deciſ.210.num.7.& 8.par.6.rec.& in Romana Dotis 24. Ian. 1635. coram Motmanno.*

Minus releuat obiectum, quod gratia d. derogationis expirauerit ex non vſu annorum 30. Nam aſſ. non vſus illius vltra quod ruit ex facto, in iure etiam non ſubſiſtit, cum
19 ſufficiat † illam deductam fuiſſe, quando fideicommiſſum fuit oppoſitum, & ſic vbi venit occaſio ea vtendi, ad hoc vt eadem gratia non dicatur amiſſa *Bellon. Sen. conſ.1. num.11. Surd.conſ.419.num.28.Buratt.deciſ.204.num.2.*

Demum non obſtat prætenſus exceſſus d. mandati ex eo quod illud fuit relaxatum pro omnibus fructibus præteritis, cum tamen peti nō poſſent niſi fructus decurſi pro annis 30. ante litem motam, pro alijs verò terminis
20 antea † decurſis obſtaret præſcriptio *ex relat. à Rot.deciſ.303.num.1. poſt Cenc.de cenſ. iuxta primam impreſſ.*

21 Quia vltra quod præſcriptio 30. † annorum non ſufficit contra contractum, prout hic, Iuramento firmatum, ſed quadragenaria requiritur, *Cephal.conſ.724.num.35.& ſeq. lib.5. Mandell.conſ.607.num.7.in fin.& 8. Rolan.conſ.25.n.19 & ſeq.lib.2.Buratt.deciſ.457.num.2.* Ceſſat obiectum. Tum quia ab anno 1585. quo Cenſus fuit impoſitus vſque ad annum 1598, quo derogatio fuit conceſſa plures interceſſerunt
22 citationes, & actus iudiciales, † ex quibus prętenſa præſcriptio interrupta fuit, *l.fin. C.de annal.except.Abb.conſ.484.num.80.Socc.Iun.conſ.145 num.35.vol.1.Menoch.conſ.307.nu.57.& ſeq. Balb. de præſcript.3.part.6.part.princip.numer.3. cum ſeq.* Tùm etiam quia huiuſmodi exceptio præſcriptionis non fuit oppoſita in actis, prout
23 opus fuiſſet, cum talis † exceptio non tollat actionem ipſo Iure, ſed quatenus opponatur, *Balb.de præſcript.q.8.num.1. par.prima, Guidopap. deciſ.21.lib.1.Magon.deciſ.Floren. 42. num.17. & deciſ.145.num.24.*

Minus etiam obſtat, alter prætenſus exceſſus dicti mandati, in eo quod fuit relaxatum pro fructibus ad rationem octo pro centenario, cum tamen peti non poſſent niſi ad rationem ſeptem pro centenario, ad quam poſtea redactus fuerat d. Cenſus. Quia vbi etiam ita eſſet, adhuc mandatum ſuſtineretur, cum enim dicti mandati executiuo conſumpta nō
24 fuerit, poteſt Reus † abſque Iuris ſui detrimento ſoluēn ſummam debitam ab executione ſe liberare, *Rota in Romana Dotis 14. Iunij 1630.coram bo. me.Motmanno.*

Et ita vtraque &c.

ARIMINEN. CASTRORVM.

Veneris 17. Iunij 1644.

ARGVMENTVM.

Detractio legitimæ quando præſumatur conſumpta confeſſio receptę dotis coſtante matrimonio quibus concurrentibus veniat attendenda etiam in præiudicium vocatorum ad fideicommiſſum.

SVMMARIVM.

1 *Legitima alicui debita non tranſmittitur in eum qui non eſt hæres illius.*
2 *Confeſſio in iudicio emiſſa plenè probat contra confitentem.*
3 *Confeſſio propria ſuperat quamcumque aliam ſpeciem probationis.*
4 *In legitimam hæredis grauati imputantur bona primo loco alienata.*
5 *Hæredi grauato ſeu ab ipſo cauſam habenti incūbit onus probandi bona primo loco alienata non ſuffeciſſe pro legitima quando illa fuerunt particulariter alienari prohibita.*
6 *Legitima non debetur Nepoti ſi exiſtat pater.*
7 *Legitima in teſtamento prohibita niſi fuerit in acceptatione verbis indiuiduis, & ſpecificis renunciatū talis acceptatio quoad legitimam non præiudicabit.*
8 *Legitima ſpecificam ac indiuiduam renunciationem præſefert acceptatio diſpoſitionis facta in omnibus, per omnia, & ſingula in diſpoſitione contenta.*
9 *Confeſſio receptionis dotis facta coſtante matrimonio non probat effectiuam illius ſolutionem in præiudicium vocatorum ad fideicommiſſum.*
10 *Priuilegium* auth. reſque C. comm. de legat. *non habet locum in dote confeſſata.*
11 *Confeſſio receptionis dotis præcedente illius promiſſione probat veram ſolutionem non ſolum contra confitentem & hæredes, ſed etiam contra creditores & fideicommiſſarios, & n.12.*
13 *Confeſſio receptionis dotis facta coſtante matrimonio quibus concurrentibus veram ſolutionem plenè probet.*
14 *Confeſſio ſimplex facta coſtante matrimonio contra fideicommiſſarios nil operatur.*
15 *Bona fideicommiſſaria tranſeunt in fideicommiſſarios cum ſuo onere.*
16 *Mariti dotes & non lites peroptant.*
17 *Aes alienum vt ex bonis fideicommiſſarijs detrahi poſſit requiritur illius exiſtentia & quod hæres grauatus illud ſoluerit.*
18 *Remedium* auth. reſq; C.comm. de leg. *eſt ſubſidiarium.*

D E-

DECISIO DCCXXVI.

POSTQVAM firmatum fuit per tres deciſiones emanatas ſub diebus 23. Ianuarij 1641. coram bo:me: Pirouano, 4. Februarij, & 15. Maij anni præteriti coram me, Caſtra Roncofredi, & Montis Iani, de quibus agitur, ſpectare ad D. Comitiſſam Victoriam, & alios fideicommiſſarios q. Marchionis Iacobi Malateſtæ excluſa D. Franciſca Iſabella filia, & hærede Marchionis Leonidi vltimi primo geniti maſculi ex d. familia de Malateſtis, prędicti fideicommiſſarij petebant aſſociationem ad poſſeſſionem dd. Caſtrorum vigore clauſularum adiectarum in donatione, ac Teſtamento eiuſdem Iacobi fideicommittentis. Verum d. D. Franciſca Iſabella, & litis conſortes ad illam impedień oppoſuerunt plures detractiones, quarum inter alias.

Prima erat legitimæ Caroli Felicis filij d. q. Iacobi fideicommittentis. Secunda Dotis, & quarti dotalis D. Marchioniſſæ Dianiræ vxoris eiuſdem Leonidi, ac matris d. D. Iſabellæ aliarumque filiarum. Tertia ſcut. 10. mil. ratione iocalium, quæ idem Leonidus faſſus fuit recepiſſe à dicta D. Dianira eius vxore. Quarta dotium tàm ipſius Franciſcę Iſabellę, quam ſororum. Quinta æris alieni eiuſdem q. Caroli fideicommittentis. Sexta denique bonorum emphyteuticorum, in quorum Inueſtituris eædem Sorores prętendebant ſe eſſe comprehenſas. Quocirca dato particulari dubio. An, & quid eſſet detrahendum, eoq; hodie poſito Domini omiſſis pro nunc infradicen̄ detractionibus, ſuper quibus non inſteterunt, cæteras non eſſe faciendas reſponderunt.

Etenim quoad primam detractionem legitimæ Caroli Felicis illa ceſſare viſa fuit, ſiue deducatur ex perſona eiuſdem Caroli Felicis hæredis grauati. Siue ex perſona propria ipſius Marchionis Leonidi vltimo defuncti. Nō quidem ex perſona eiuſdem Caroli Felicis. Tum quia nō probatur d. Marchionem Leonidum fuiſſe illius hæredem, prout opus eſſet, ad hoc vt ex perſona illius legitima detrahi
1 poſſit, cum legitima † debita alicui non trāſmittatur in eum, qui nō eſt hæres illius, *Bald. in l. cum virum num. 18. verſ. ideo dixi ff. de ſubſtit. pupill. Zanc. in l. hæredes mei §. cum ita par. 5. n. 195. & par. 6. num. 9. tertio præſens quæſtio ff. ad Trebell. Natt. conſ. 199. num. 5. Petr. de fideic. q. 15. num. 114. Merlin. de legit. lib. 5. tit. 3. q. 9. num. 18. Rot. dec. 462. num. 6. par. 4. recent.* Tùm etiam quia d. Carolus Felix alienauit plura bona prouenientia ex d. q. Iacobo fideicommittente, prout ipſemet Leonidus iudicialiter faſſus fuit in libello ibi. Subiunxitque pariter ad eius aures, & notitiā deueniſſe prout ipſe D. Marchio Carolus Felix eius Pater quamplura bona, & Caſtra prouenientia ab ipſo D. Donante, & Teſtatore alienauit contra formam dd. donationis, & Teſtamenti in graue, imò grauiſſimum ſui præiudicium, & vltra alienauit, & vendidit DD. Marchionibus Ruinis Bononień Caſtra, & Iuriſdictiones Montis Cogrutij, & Ciolæ pro ſcu. 28. mil. D. Io: Franciſco Aldobrandino ſtatum Pondi, & eius annexa pro ſc. 13. mil. DD. Marchionibus Beuilacquis Ferrarień Caſtra Tornani Serræ Paterni Caſtri Falcini pro ſcu. 16320. & alia quamplura bona alijs diuerſis. Quæ quidem confeſſio in Iu-
2 dicio † emiſſa plenè probat contra confitentem, *c. veſtra 7. §. cæterum,* & ibidem *gloſ. in verb. non diffitetur, & c. fin. de cohabit. Cler. & Mulier. c.*
3 *cum olim 24 de verb. ſignif.* magiſque † operatur quam alia ſpecies probationis, *l. generaliter in fin. C. de non num. pec. Aym. conſ. 217. num. 10. Rolan. conſ. 75. num. 23. & ſeqq. lib. 2. Alex. conſ. 122. num. 1. lib. 4. cum alijs relatis à Mareſcot. var. reſol. lib. 2. cap. 44. num. 2.* Vnde intrat concluſio paſſim à Rota recepta quod bona primo aliena-
5 ra per hæredem grauatum imputantur in legitimam ei debitam, *l. Marcellus §. res quæ,* & ibi *DD. ad Trebell. Alex. conſ. 178. num. 4. lib. 5. Aretin. conſ. 18. num. 5. Ruin. conſ. 135. num. 11. lib. 3. Soec. Iun. conſ. 28. num. 11. lib. 2. Peregr. de fideicom. art. 39. num. 4. Rot. deciſ. 298. nu. 3. par. 6. rec.* Cum alijs relatis in *Auximana fideicōmiſſi 3. Ian. 1641. coram me §. 1.* Adeout onus probandi eadem bona priùs alienata non ſuffeciſſe pro detractione legitimæ incumbat eidem hæredi grauato, ſiue haben. cauſam ab illo, quando,
5 prout hic, illa fuerunt particulariter alienari prohibita, *Natt. d. conſ. 194. num. 9. verſ. Accedat lib. 1. Mareſc. var. reſ. lib. 2. cap. 73. numer. 4. Ciriac. contr. 5. num. 1. Rot. deciſ. 483. num. primo, part. 4. diuerſ.*

Neq; etiam ex perſona propria ipſius Marchionis Leonidj. Quia cum tempore obitus d. q. Marchionis Iacobi, qui d. fideicommiſſum reliquit, extaret d. Carolus Felix eius filius qui erat prior in gradu, vtique ipſi Leonido nepoti, & ſic exiſtenti in gradu vlteriori
6 legitima † non debetur, *Natt. d. conſ. 194. nu. 1. verſ. hoc igitur ſtante Craſſ. de ſucceſſ. §. legitima q. 4. ſub num. 1. verſ. ſin vero parens Coccin. deciſ. 300. num. 1. verſ. quo vero ad bona Rota deciſ. 47. num. 1. par. 5. rec.*

Eoque minus, quia prædictus Leonidus acceptauit prædictam donationem factam à d. q. Iacobo qui in ea expreſse prohibuit detractionem legitimę, & Trebellianicæ, & Falcidiæ, iubens vt vocati, antequam caperent poſſeſſionem bonorum, tenerentur iurare in manibus Epiſcopi, ſeu Conſeruatorum Ciuitatis Ceſenæ de obſeruań omnia, & ſingula cōtenta in ipſa donatione prout idem Leonidus egit, ob quam acceptationem cenſetur eidem
7 legitimę renunciaſſę; Quia licet † acceptatio diſpoſitionis, in qua fuit expreſsè prohibita detractio legitimæ non præiudicet quoad ipſam legitimam niſi verbis indiuiduis, & ſpecificis fuerit eidem renunciatum, *l. ſi quando §. & generaliter,* & ibi. *Doct. C. de inoffic. teſtam. Suarez in l. quoniam in prioribus ampliat. 9. per tot. Ruin. conſil. 56. num. 8. & conſil. 52. numer. 3. lib. 2. Dec. conſ. 217. num. 3. verſ. non obſtat, & conſ. 419. num. 1. verſ. & hoc etiam habet locum Rolan. conſ. 78. num. 5. lib. 1. Pariſ. conſ. 46. num. 3. & ſeqq. lib. 2. Ceph. conſ. 95. num. 7. & ſeqq. lib. 1. Mantic. de coniect. vlt. vol. lib. 7. tit. 8. num. 10. & lib. 10. tit. 2. numer. 19.*

Digitized by Google

mer.19. Merlin. de legit. lib.3. tit.3.q.3.num.2. & ſeqq. Mart.de ſucceſs.legal.par.4.q.23.art.8.num.10. & ſeqq. Quam opinionem ſequuta fuit etiam *Rota in Romana ſupplementi legitimæ 18.Maij 1640 §. Et nihilominus coram R.P.D.meo Cerro.* Attamen d. concluſio non procedit quando quis acceptauit, prout hic, huiuſmodi diſpoſitio-
8 nem in omnibus, † & per omnia, & ſingula in eo contenta quia tunc talis acceptatio ampliſſimis verbis concepta habet vim ſpecificæ & indiuiduæ renunciationis etiam quoad ipſam legitimam expreſsè prohibitam, *Molin. de primog. Hiſp.lib.2.cap.3.num.7. Pereg.de fid. art. 36.num.8.Caſtill.contr.tom.5.cap.67.num.32.Fuſar de ſubſt.q.296.num.93.& ſeq.Gabr.de legit. concl.8. num.12.Mazzar.in Epitom. fideic.q.50. Rot. in Romana fideicommiſſi de Ceulis 14. Ian. 1641. coram R. P. D. meo Carillo.*

Quo verò ad alteram detractionem Dotis, & lucri dotalis Dianiræ vxoris d. q. Marchionis Leonidi Informantes pro fideicommiſſarijs ponderabant illam non eſſe faciẽ. Et quidem reſpectu dotis ex eo præcipuè, quia non conſtaret de ſolutione illius niſi ex confeſſio-
9 ne ipſius Mariti, quæ † vbi facta eſt, vt hic, conſtante matrimonio regulariter non probat veram ſolutionem illius in præiudicium vocatorum ad fideicommiſſum, *Franc. Aret. in l.1.ſub num.7.verſ.ſed quia Ego, & ibidem Socc. Sen.num.75.verſ.tertia concluſio ff.ſol.matrim. Bald. Nouell.in tract.de dot.par.6.priuil.13.in fin. Fuſar. de ſubſt.q.532.num.28.* Et conſequenter minus ſuffragatur pro detractione eiuſdem dotis ex huiuſmodi bonis fideicommiſſo ſubiectis vi-
10 gore, *auth.res quæ C.com.de leg.cum † priuilegium d.auth. non habeat locum in dote confeſſata. Angel. in auth. de reſtitutionib.& ea quæ parit in 11.menſ.poſt mort.vir.ſub num.3.verſ.in gloſ.quæ incipit Aret. in d.l.prima ſub num.7. verſ.& circa iſtud priuilegium prælationis ff.ſol.matrim.Iaſ.in eadem Auth. res quæ num.33.verſ.nono limita Rip. in l. filius familias §. Diui num.77.verſ.Ego in facti contingentia ff.de leg. primo, Pariſ.conſ.52. num.40. lib.2. Alb.conſ.522. num.11.Rolan.conſ.85.num.25.verſ.ſecundo principaliter facit lib.1.Bald.Nouell.d.p.6.priuil.13. n.3. verſ.qua tamen ſingularis diſpoſitio Odd.de fideicom. q.44.art.7.num.19. Fuſar. de ſubſt. q.532. num.23. Cancer.var.reſ.par.1.c.9.num.182.Merlin.de legit. lib.2.tit.1.q.17.num.11.*

Verum Domini animaduertebant prędictas concluſiones procedere in ſimplici cõfeſſione receptæ dotis, & in iſtis terminis loquuntur prædicti Doct. Secus autem in confeſſione, quam, prout hic, pręcedit promiſſio eiuſdem
11 Dotis; quia tunc illa † probat veram ſolutionem non ſolum contra maritum confitentẽ, & hæredes illius, *l. in contractibus §. ſed quoniam* & ibi *Cin.num.3. in fin. C.de non num.pec. Bart.in auth.de temp.non ſolut.pec. num.6.Caſtr.in l.1. n.8. verſ.quartus eſt ff. ſol.matr.Gabr.de Iur.dot.concl.4. Menoch.de præſumpt.lib.3.præſ.12.num.13.Mareſc. var.reſ.lib.1.cap.8.num.13.Sanch.de matrim. lib.6. diſp.9.num.10.Molin.de contract.diſp.439.numer.6. Fontanell.de pact.nupt.clauſ.4. gloſ.26.nu.32.vol.1. Afflict.deciſ.402.num.3. circa finem Gratian. deciſ. March.103.num.7.Caſtil.deciſ.106.nu.36. Seraph. deciſ.637.num.10.Gregor.XV.deciſ.62.numer.6. & deciſ.49. num.7.* & ibi *Add. num.12.* Sed etiam
12 contra † Creditores, aut fideicommiſſarios, prout de Creditoribus tradunt, *l.in contractibus §. ſed quoniam vbi Cin.in 2. quæſt. & alij C. de non n.pec.10.Andr.in addit.ad Spec.in Rubr.C.de donat. int.vir.& vx.circa fin.verſ.hoc verum Caſtr. in l.1. ſub num.8.verſ.quartus eſt ff.ſol.matr.Rom.conſ.445 ſub num.8.verſ. vnde ſi confitetur, Surd. conſ.117. num.23.Couar.var.reſ.lib.1. cap.2. num.6. Mareſc. var.reſ.lib.1.cap.8.num.13. Afflict. deciſ.402. nu.3. cum alijs relat. per Add.ad Buratt. deciſ.108.litt.B. verſ.quanto autem Conſtat.* Et de fideicommiſſarijs *Peregr.de fideic.art.52.num.33.in fin. Merlin.de legit.d.lib.2.tit.1.q.17.num.17.in fin. Fuſar. de ſubſtit.d.q.532.num.29.Seraph.deciſ.678.num.10. Rota in Romana Dotis 2.Martij 1638.coram me,*

Eoque magis quando, vt in propoſito, vltra præcedentem promiſſionem dotis concurrunt etiam plures coniecturæ ſuadentes illam reuera ſolutam fuiſſe, nempe lapſus temporis, ſuſtentatio onerum matrimonij, veriſimilitudo, conſuetudo patriæ, & qualitas familiæ tàm mariti, quàm vxoris quia tunc
13 talis cõfeſſio † receptæ dotis huiuſmodi præſumptionibus, & adminiculis ſuffulta plenè probat, *Bald.in Rubr.ff.de priuil.dot.Neuiz.conſ.57 num.8.verſ.& pro Baldo Rolan.conſ.85. numer.43. lib.1.Cranett.conſ.40.num.4.Menoch.conſ.7. nu.10. Gramat.deciſ.103.num.6.Rota diuerſ.deciſ.155.n.2. & ſeqq.par.2. & in Romana Dotis 2. Martij 1635. §.1.coram me.*

Reſpectu verò quarti Dotalis D. Dianiræ Domini nihil firmarunt eo quia non fuit exhibitum Inſtrumentum dotale, ex cuius inſpectione reſolutio huius articuli pendere viſa fuit.

Quo verò ad tertiam ſcut. 10. mil. ratione Iocalium, in quibus idem Marchio Leonidus faſſus fuit ſe debitorem, Dominis viſum fuit illi non eſſe locum, quia receptio huiuſmodi Iocalium ſaltèm in tali ſumma nõ deducitur niſi ex ſimplici confeſſione eiuſdem Leonidi Viri facta conſtante matrimonio, quæ con-
14 tra † Creditores, aut fideicommiſſarios nihil operatur, *Alciat.conſ.149.num.8. lib.9. Bald.in c. fin.nu.7.de confeſſ.Tiraquel.in l. ſi vnquam in verb. donatione largitus num.87.de leg.connub.gloſ.5.num. 113.Melch.Palez. de maior.p.7.cap.14.n.7. Peregr. de fid.art.11.num.61.& ſeq.*

Quo verò ad dotes D. Franciſcæ, Iſabellæ, & Sororũ fideicommiſſarij ponderabant nec etiam illas eſſe detrahendas ex eo præcipuè, quia adhuc non venit caſus earum conſtitutionis cum dd. Sorores adhuc nuptę non ſint, & propterea aliud petere non poſſint niſi alimenta, quæ non impediunt fideicommiſſario Immiſſionem ſuper bonis fideicommiſſo
15 ſubiectis, cum talia † bona tranſeant in illos cum onere ſuo, *Bald.in l. fin. C. de dot. promiſſ. Hond.conſ.50.nu.17.& ſeq.lib.2.Rot.deciſ.30. n.9. & ſeq.par.7.rec.Hond.conſ.50.num.17.& ſeq.lib.2. Rot.deciſ.30.num.9.& ſeq.par.7.recent. & in Anconitana Dotis 24. Aprilis anni præteriti coram R. P. D.meo Cerro.*

Verum Dominis æquum non videbatur,

quod

Digitized by Google

quod iſtæ nobiles Puellæ cogantur è manu aliena precari, & mendicare alimenta, nec minus quod earum Dotes remaneant ſub litibus, & controuerſijs & ob id deterior fiat earum conditio pro inueniendo Viro, cum ma-
16 riti † velint Dotes, & non lites, vt dixit *Rota in Bononien. fideicommiſſi de Maluetijs* 10. *Martij* 1642.*coram R.P.D. meo Peutingerio*.

Quoad quintam æris alieni eiuſdem Iacobi fideicommittentis animaduerſum fuit, ſolutionem illius non probari niſi quoad ſcu.600. quæ d. Carolus vigore cuiuſdam concordiæ perſoluit Alexandro Ferretto marito d. Leonidæ eius filiæ ad computum ſcu.5924. ratione prætenſionum, quas idem Alexander habebat ſuper Caſtris, de quibus nunc agitur. Vnde dempta dicta ſumma ſcut.600. viſum fuit non eſſe locum detractioni prætenſi æris alieni pro altera ſumma, ex eo præcipuè quia non docetur de exiſtentia, ac ſolutione illius,
17 prout † vtrumque requiritur ad hoc vt illud ex bonis fideicommiſſi detrahi poſſit, *Caual. deciſ.*476.*num.*1.*in fin. Rot. deciſ.*516.*num.*2. *par.*2. *& deciſ.*184.*num.*10.*& deciſ.*185.*num.*16.*& deciſ.* 368. *num.*12.*par.*5.*& deciſ.*5.*num.*12.*par.*6. *& deciſ.*88.*num.*20.*&* 21. *& deciſ.*126. *num.*23. *par.*7. *recent.*

Demum quoad bona emphiteutica Domini non inſiſtebant, quia nec etiam fideicommiſſarij illa hodie prætendebant. Quod tamen Domini intellexerunt, quatenus non exiſterēt alia bona libera, cum quibus poſſit illis dos conſtitui, cum veniant ex remedio, *auth. res*
18 *quæ*, quod † eſt ſubſidiarium.

Et ità fideicommiſſarijs informantibus reſolutum fuit.

ROMANA CENSVS.

Lunæ 20. *Iunij* 1644.

ARGVMENTVM.

Quaſi poſſeſſio exigendi cenſum contra anteceſſorem ſuffragatur contra ſucceſſorem, & ex quibus dicatur acquiſita dicta quaſi poſſeſſio.

SVMMARIVM.

1 *Poſſeſſio ſeu quaſi exigendi in Iudicijs poſſeſſorijs dicitur legitimè probata ex ſolutionibus antea factis.*

2 *Poſſeſſio ſeu quaſi acquiſita contra debitorem cenſus tranſit paſſiuè etiam in eius hæredes, & ſucceſſores præſertim quando poſſident rem prò cenſu obligatam.*

3 *Ius Actoris non immutatur ex mutatione perſonarum.*

4 *Clauſula conſtituti appoſita in donatione transfert veram poſſeſſionem in donatarium.*

5 *Fides ſimplex ſi ſit veriſimilis, & adminiculis fulcita ſufficienter probat.*

6 *Teſtes examinati ad perpetuam rei memoriam faciunt adminiculum.*

7 *Promittens releuare & conſeruare aliquem indemnem cenſetur conſtituiſſe ſe ſoluturum pro illo.*

DECISIO DCCXXVII.

POSITO dubio ſub die 28. Martij 1642. An decretum A. C. latum ad fauorem Helenæ Alphanæ ſuper manutētione in quaſi poſſeſsione exigeñ fructus Cenſus, de quo agitur, contra Antonium Franciſcum de Graſsis, eſſet confirmañ, vel infirmañ, Rota cenſuit illud eſſe infirmandum ex eo, quod non conſtaret de d. quaſi poſſeſsione exigendi ſine qua manutentio competere non poteſt ex Iuribus alleg. in deciſione. Verum hodie cauſa iterum poſita ſuper eiſdem ex Iuribus nouiter in facto deductis receſsit à deciſis.

Conſtat enim de quaſi poſſeſſione d. Helenæ quoad exactionem fructuum d. Cenſus ex pluribus ſolutionibus ei factis per d. Antonium Franciſcum, ac iuſtificatis ex quietātijs, quas idem Antonius Franciſcus in actis exhibuit, cum in huiuſmodi Iudicijs poſſeſſorijs
1 quaſi poſſeſsio † exigendi dicatur legitimè probata ex ſolutionibus antea factis, *Foller. in pract. Cenſual. in verb. huiuſmodi nu.*101. *Maſcard. de probat. vol.*1.*concl.*279.*num.*15.*Cenc. de cenſ. p.*2. *cap.*2.*q.*5.*art.*4.*n.*3. *Rota poſt d. tract. deciſ.*68.*nu.*1. *verſ. de quaſi poſſeſſione Greg. XV. deciſ.*313.*nu.*1.

Nec releuat quod aliquæ ex prædictis ſolutionibus legantur factæ per hæc verba, *Io Elena &c. hò ricenuto dal Sig. Gentile de Graſſis ſc.* 45. *moneta per li frutti del Cenſo &c. per le mani del Sig. Antonio Franceſco de Graſſis*. Aliæ verò his verbis concipiantur. *Hò riceuuto dal Sig. Franceſco Antonio ſcut.*45. *quali me li paga per il Signor Gentile per li frutti del Cenſo &c.* Vnde inferebatur illas non probare quaſi poſſeſsionem exigendi contra ipſum Antonium Franciſcū per actum dumtaxat numerationis factæ per ipſum tanquam nudum miniſtrum, ſiue tertium ſoluentem pro alio iuxta concluſiones firmatas in deciſione *in §. Non obſtant ſolutiones*. Quia cum dd. ſolutiones probent quaſi poſſeſsionem exigeñ ſaltem contra ipſum Gentilem principalem debitorem Cenſus tanquā filium, & hæredem q. Darij, qui illum impoſuit, ſuffragantur etiam contra ipſum Antonium Franciſcum illius Donatarium vniuer-
2 ſalem, cum quaſi poſſeſsio † exigeñ acquiſita contra debitorem Cenſus tranſeat paſsiuè etiam in eius hæredes, & ſucceſſores, præſertim quando illi poſsident, prout hic, rem pro Cenſu obligatam, ex eo quia in remedio retinendæ poſſeſsionis Ius metitur ex parte Ac-
3 toris † quod non immutatur ex mutatione perſonarum, *Guidopap. deciſ.*629.*num.*1. *& ſeqq. Gig. de penſ. q.*47.*num.*10.*Put. deciſ.*151.*lib.*3.*in correct. deciſ.*341. *num.*1. *par.*1.*rec.* Et in his terminis Cenſus *Gratian. diſcept.*113. *num.*16. *Cenc. de cenſ. q.*92.*num.*24.*Seraph. deciſ.*876.*num.*1. *Gregor. XV. deciſ.*313.*num.*3. *& ibidem Add. litt. A. verſ. ſic etiam Cenſuario Rot. deciſ.*1.*num.*7.*par.*3. *recent. & deciſ.*391.*num.*1.*poſt Cenc. de cenſib. iuxta ſecundam impreſſ. cum alijs deciſionibus relat. à Poſt. de manutent. obſeru.*56.*num.*1.

Quod autem d. Antonius Franciſcus poſsideat bona, ſuper quibus q. Darius de Graſsis eius Auus impoſuit Cenſum, de quo agitur,

nem-

nempè vnum petium Terræ Rubr. 14. nun-
cupat. la Valle di Maſsimo ſitum in Agro Za-
garoli, Item aliud Rubr. 12. ſitum in eodem
loco nuncupatum il quarto di S. Ceſareo.
Item aliud Rubr. 18. nuncupat. Caſa Roma-
na. Item aliud Rubr. 10. nuncupat. S. Polla-
ria probatur non ſolum ex Inſtrumento do-
nationis omnium bonorum factę ad ſui fauo-
rem per d. Gentilem eius Patruum cum clau-
4 ſula Conſtituti, † quæ tranſtulit veram poſſeſ-
ſionem d. Gentilis Donatoris in ipſum An-
tonium Franciſcum Donatarium, *l. quod meo, ff. de acquir. vel amitt. poſseſs. Rimin. Sen. conſ. 89. num. 14. Afflict. deciſ. 139. num. 9. Rot. deciſ. 83. nu. 1. par. 1. & deciſ. 520. num. 2. circ. med. part. 2. recent.*
Verùm etiam ex fide eiuſdem Gentilis, qui
apertis verbis atteſtatur d. Antonium Franci-
ſcum vigore prædictæ donationis factæ ad ſui
fauorem anno 1629. poſſidere omnia bona
ipſius, nempè prædicta Corpora exiſtentia in
Agro Zagaroli cū eiſdem vocabulis & quan-
titatibus in Inſtrumento Cenſus vt ſupra ſpe-
cificatis, eorumq; fructus abi inde citra exi-
5 gere, quæ quidem fides † licet extraiudicialis
cum ſit veriſimilis, & adminiculis ſuffulta
ſufficienter probat, *Iaſ. conſ. 129. num. 11. lib. 1. Rota deciſ. 192. num. 7. circa med. par. 5. rec. & deciſ. 123. num. 2. poſt 2. lib. conſ. Farinac. Baratt. dec. 306. num. 6. Add. ad Greg. XV. deciſ. 214. litt. B. verſ. ſi tamen fides.*

Adminicula autem deſumuntur nedum ex
Inſtrumento d. donationis, ſed etiam ex Teſti-
bus datis in Summar. Helenæ num. 10. depo-
neñ prædicta bona fuiſſe olim poſſeſſa à d. q.
Dario, & poſt eius obitum à d. Gentile eius
filio, & hærede, & hodie poſsideri ab ipſo An-
tonio Franciſco filio Marci Attilij alterius fi-
lij, & cohæredis eiuſdem q. Darij, qui Teſtes
6 licet examinati ad perpetuam rei memoriam
faciunt adminiculum, *Bart. in l. admonendi n. 41. ff. de iureiur. Cranett. conſ. 198. num. 11. Rot. dec. 494. num. 3. par. 1. recent. Buratt. deciſ. 648. nu. 6.*

Vlterius d. Antonius Franciſcus poſsidet
Domum poſitam in Vrbe è conſpectu Palatij
S. Marci apud Hoſpitium Roſæ, ſuper qua
vti hæreditaria q. Darij de Graſsis, & poſſeſsa
à Gentile vti illius hærede fuit aliàs facta exe-
cutio pro fructibus d. Cenſus, & pro illis ſol-
uendis vendita, & poſtea ab ipſo Gentile re-
cuperata, vt ex Iuribus datis in Summar. dictę
Helenæ.

Prædictaque faciliùs procedere viſa fuerūt
ex eo quia idem Antonius Franciſcus in In-
ſtrumento d. donationis expreſsè promiſit, &
ſe obligauit penitus, & ſine vllo damno ſem-
per, & quandocunque releuare, & indemnem
conſeruare d. Gentilem à debito iſtius Cenſus
eumque eximere, & liberare ab omni, & qua-
cunque moleſtia &c. Ex quibus verbis appa-
ret d. Antonium Franciſcum in ſe ſuſcepiſ-
ſe onus ſoluendi fructus d. Cenſus pro ipſo
7 Gentile, cum promittens † releuare, & con-
ſeruare aliquem indemnem cenſeatur conſti-
tuiſſe ſe ſoluturum pro illo, *Caſtr. conſ. 397. Incip. Ad primam quæſitam nu. 1. lib. 1. Surd. conſ. 150. num. 3. Honded. conſ. 25. num. 1. lib. 2. Oſaſc. deciſ. 48. ſub num. 8. Ciriac. controu. 129. nu. 11. verſ. Prædictis tamen Coccin. deciſ. 91. num. 1.*

Et ita vaque &c.

BONONIEN. DOTIS, ſeù PECVNIARIA

Lunæ 27. Iunij 1644.

ARGVMENTVM.

Manutentio non competit poſteriori poſſeſſori etiam ſi poſſideat authore prætore, quando Iudex nulliter proceſſit, ſed debetur anteriori mandatum executiuum ſi ſit nullum non aſſumit nomen ſententiæ itaut cū illo dicantur tres conformes: Statutum Laycale non comprehendit bona, & perſonas Eccleſiaſticas.

SVMMARIVM.

1 *Manutentio datur poſſidenti de tempore motæ litis.*
2 *Confeſſio probat contra confitentem, & ab eo cauſam habentes poſſeſſionem ad effectum manutentionis, & num. 3.*
4 *Poſſeſſio probatur per ſententias obtentas pro immiſſione executioni demandatas.*
5 *Poſſeſſio capta vigore mandati de immittendo dicitur capta authore Prætore.*
6 *Iudex nulliter procedendo non priuat poſſeſſorem ſua anteriori poſſeſſione.*
7 *Manutentio competit anteriori poſſeſſori, quando Iudex nulliter aut iniuſtè proceſſit, & hoc Rota paſſim obſeruat.*
8 *Clauſula,* Deductis habitis &c. *requirit veram ac realem deductionem eorum, quæ in ſententia demandantur ante illius executionem.*
9 *Etiam ſi non contineat dictionem,* Prius, *quia adhuc executio ſententiæ ſuſpenditur donec fiat realis deductio.*
10 *Mandatum relaxatum intra terminū ad appellandū dicitur nullum, & ſic executio, ſeù poſſeſſio poſtea ſubſequuta venit renocanda ſaltem, per viam nullitatis quamuis ab eadem ſententia infra d. terminum appellatum non fuiſſet.*
11 *Statutum Bonon. in rubric. de appell. §. præterea, diſponit in iudicijs poſſeſſorijs ſemel tantum eſſe licitum appellare.*
12 *Mandatum executiuum conceſſum pro executione duarum ſententiarum habet vim tertiæ ſententiæ confirmatoriæ adeout faciat numerum ad ſupplēdas tres conformes.*
13 *Statutum Laycale non ligat perſonas Eccleſiaſticas ex defectu poteſtatis.*
14 *Hoc procedit etiam ſi ſit confirmatum à Papa in forma communi licet ſecus ſi eſſet confirmatum in forma ſpecifica.*
15 *Actus nullus non eſt propriè actus.*
16 *Tempus ad appellandum de iure non currit niſi à die habitæ notitiæ.*
17 *Poſſeſſio capta vigore mandati nulli, eodem vitio nullitatis laborat.*

DE-

nem pro ſuo credito in bonis defuncti debitoris, quamuis pro illo agere non poſſit.

5 *Hoc procedit reſpectu fideicommiſſariorum, ſecus quoad alios creditores hæreditatis.*

6 *Creditores defuncti præferuntur creditoribus hæredis illius in bonis ipſius defuncti per viam ſeparationis bonorum, & n. 12.*

7 *Mandata per obitum extinguuntur.*

8 *Societas, ſeu ratio bancaria iam inita non extinguitur morte Teſtatoris, qui iuſſit illam continuari per eius filios, aut hæredes.*

9 *Separatio bonorum non conceditur vltra quinquennium elapſum à die aditionis, & quando contrarium admittatur.*

10 *Præſcriptio non datur ſine negligentia creditoris.*

11 *Creditum hypothecarium præualere debet credito chirographario.*

DECISIO DCCXXI.

CVM hodie reuideretur deciſio emanatą in hac cauſa ſub die 14. Martij anni præteriti, in qua informantibus Eliſabetta, & Comitiſſa ſororibus de Fanellis, firmatum fuit eſſe procedendum ad vlteriorem executionem ſuper bonis, de quibus agitur hæreditarijs q. Hieronymi Gori ſenioris, informantes pro Ioanna Benincaſa auia materna, & hærede q. Hieronymi iunioris nepotis d. q. Hieronymi ſenioris ex Creſcentio filio, impugnabant prædictam deciſionem in ea ſolum parte, qua dictum fuit d. Ioannam non poſſe impedire vlteriorem executionem ſuper eiſdem bonis, prætextu quod velit illa retinere pro dote q. Minerbę matris d. Hieronymi iunioris eius authoris. Sed non obſtan. iis, quæ opponebantur pro retentione d. crediti Domini ſteterunt in deciſis ex fundamentis in eadem deciſione deductis, quæ viſa fuerunt adhuc ſubſiſtere.

Quibus non obſtat, quod prædictus Hieronymus iunior adiuerit hæreditatem Creſcentij ſui patris, & debitoris d. dotis maternæ cū beneficio legis, & inuentarij, prout in inſtrumento aditionis, quod hodie datum fuit; Ideoque ceſſet confuſio actionum conſiderata in d. deciſione ad effectum excluden. retentionē
1 pro d. credito dotali, eum beneficium † inuentarij non confundat actiones cum defuncto, ſed conſeruet hæredi omnia iura perinde, ac ſi hæreditatem non adiuiſſet, *l. fin. §. Etſi præfatam, C. de iur. delib. Menoch. conſ. 203. nu. 27. Surd. conſ. 7. num. 31. & conſ. 143. num. 40. Rot. deciſ. 331. num. 1. par. 5. & dec. 2. num. 3. & deciſ. 298. num. 5. par. 6. recent. bon. mem. Coccin. dec. 151. n. 2.* Quia cum d. Inuentarium non appareat confectum citatis creditoribus certis perſonaliter, incertis verò per edictum, prout inter alia
2 requiritur ad hoc † vt inuentarium hæredis dicatur validè confectum, *Bart. in l. fin. §. cum igitur num. 3. & ibidem Iaſ. ſub num. 3. verſ. quinto requiritur, C. de iur. deliber. Bald. conſ. 383. num. 5. lib. 1. Cranet. conſ. 225. numer. 1. lib. 2. Rolan. conſ. 73. n. 22. lib. 2. Dec. conſ. 633. num. 8. Monticell. in tract. de inuent. cap. 7. num. 15. Caual. dec. 508. num. 2. Rot.*
3 *d. dec. 2. num. 1. par. 6. rec.* illud habetur † pro non facto quoad ipſos creditores non citatos, *Bald. in auth. ex Teſtamento num. 3. verſ. Tu dic ad l. Falcid. Iaſ. in d. l. fin. num. 4. verſ. & ſi aliquis C. de iur. deliber. cum alijs relatis à Gregor. XV. deciſ. 473. n. 1. Add. ad Burat. deciſ. 637. num. 17. idem Buratt. deciſ. 750. n. 5.*

4 Nec releuat quod hæres etiam non confecto inuentario habeat retentionem pro ſuo credito in bonis defuncti debitoris, quamuis pro illo agere non poſſit, *Cranett. conſ. 144. n. 5. & conſ. 163. num. 3. Decian. conſ. 94. num. 6. verſ. quinimò, & num. 23. lib. 3. Vinc. de Franch. dec. 39. num. 3.* Quia fuit reſponſum id procedere aduerſus fideicommiſſarios, & in iſtis terminis loquuntur *Cranett. & Decian. locis ſuperius alleg.*
5 Secus autem aduerſus † alios creditores hæreditatis, prout bene diſtinguendo declarat idem *Vinc. de Franch. d. dec. 39. ſub num. 3. verſ. Vbi concludit.*

Præterea adhuc ſubſiſtere viſum fuit alterū fundamentum eiuſdem deciſionis, nempe quod cum prędictę ſorores de Fanellis ex perſona Io: Baptiſtæ earum patris, & auctoris ſint creditores anteriores vti habentes obligata bona q. Hieronymi ſenioris pro cambijs, de quibus agitur ſunt proindè præferendæ creditoribus Creſcentij filij, & hæredis eiuſdem Hieronymi ſenioris, cum in bonis defuncti
6 creditores † illius præferantur creditoribus hæredis ex beneficio ſeparationis iuxta *text. in l. 1. & tot. tit. ff. de ſeparat. cum alijs relatis à Caual. dec. 41. num. 3.*

Neque aduerſatur quod creditum Cambij, cuius vigore facta fuit executio ſuper bonis, de quibus agitur, fuerit creatum anno 1613. & ſic poſt mortem Hieronymi ſenioris, qui deceſſit anno 1610. & propterea licet cantet ſub nomine d. Hieronymi ſenioris, eò quia ratio bancaria cantabat etiam poſt eius mortem ſub nomine illius. Nihilominus illud reuera dicatur debitum Creſcentij eius filij, & hæredis, qui d. rationem bancariam exercebat, non autem ipſius Hieronymi defuncti, per cuius obitum omnia mandata videntur
7 extincta † ex adductis per *Decian. conſ. 11. ſub num. 192. in fin. verſ. vnum hoc quoque lib. 1.* Quia fuit reſponſum nos non verſari in caſu, quo iura rationis bancariæ per obitum patris fuerint extincta, & ſolum conceſſa fuerit hæredi facultas hypothecandi bona defuncti, in quibus terminis loquitur *Decian. exaduerſo allegat.* Sed in caſu, quo iura rationis bancariæ adhuc vigebant ex mandato ipſius patris, qui propterea tenetur pro debitis poſtea contractis per Creſcentium filium nomine ipſius rationis bancariæ non ſecus, ac ſi pater ipſe
8 ſuperuixiſſet, cum † ſocietas, ſeu ratio bancaria iam inita non extinguatur morte Teſtatoris, qui iuſſit illam continuari per eius filios, aut hæredes, *Bald. in l. 4. in princip. ff. de cond. inſtit. Dec. conſ. 441. num. 3. Decian. conſ. 22. num. 12. & 13. lib. 3. Rimin. iun. conſ. 711. n. 8. & ſeq.*

9 Minus refragatur, quod ſeparatio bonorum non concedatur vltra quinquennium elapsū, prout hic, à die aditionis, *d. l. 1. §. præterea, verſ. quod dicitur, ff. de ſeparat.* Quia cum non prius

eue-

Digitized by Google

euenerit caſus petendi d. ſeparationem, non
poteſt conſiderari aliqua negligentia Credito-
10 ris, ſine qua † non datur præſcriptio *Felin. in
cap. vigilanti num. 5. de præſcript. Rota deciſ. 17. nu. 3.
verſ. & facit par. 4. & deciſ. 403. num. 15. & ſeq. p. 5.
recent.*

Denique non obſtat quod Creditum huius
Cambij ſit Chirographarium, creditum verò
11 dotis hipothecarium, quod † propterea præ-
ualere debet *Neguſant. de pignor. 4. par. princip. q. 4.
num. 33. Gratian. d. diſcept. 356. num. 23. Gait. de cre-
dit. cap. 2. tit. 8. num. 31.* Nam quidquid ſit de d.
concluſione obiectum procedere poſſet, ſi
ageretur ſuper bonis eiuſdem Creſcentij de-
bitoris dotis. At hic agitur ſuper bonis Hie-
12 ronymi Teſtatoris, in quibus † per viam ſe-
parationis Creditores illius præferri debent
Creditoribus Creſcentij eius hæredis *d. l. 1. & l.
quoties ff. de ſeparat. Bald. in l. 1. in fin. C. de bon. auct.
Iud. poſſiden. Decian. d. conſ. 11. num. 193. lib. 1.*

Et ita vtraque &c.

PAMPILONEN. BENEFICII.

Merc. 1. Iulij 1643.

Argumento non indiget.

SVMMARIVM.

1 *Recurſus ad Iudices laycos habitus à Procuratore præſumitur a principali ratificatus ſi ſtatim hac habuit de illo notitiam non renunciauit.*

2 *Recurſus ad Iudices laycos non videtur damnatus quando fit non ad impediendam iuriſdictionem Eccleſiaſticam, ſed ad illam adiuuandam.*

3 *Iudex laycus tanquam inferior authoritate, & poteſtate non poteſt ſe intromittere in hijs, quæ fecit Iudex Eccleſiaſticus quamuis iſte malè, vel iniuſtè decreuerit.*

DECISIO DCCXXII.

RESPONSVM fuit contra Martinum La-
ringoa Informantem, ſcilicet ei obſtare
recurſum ad Iudices Laycos, quia talis recur-
ſus non controuertitur, & licet fuerit habitus
ab eius Procuratore nihilominus cenſetur ra-
tificatus ab ipſo Martino principali, qui habi-
1 ta † notitia d. Recurſus ſtatim illi non renun-
ciauit, prout reſoluit *Rota in Hiſpalen. Attenta-
torum 27. Februarij 1617. coram bo. me. Cardinal.
Pamphilio*, quam refert *Add. ad Greg. XV. dec. 336
num. 15. verſ. & in ſimili de recurſu.*

Nec releuat quod huiuſmodi recurſus fue-
rit habitus ad effectum obtinendi prorogatio-
nem termini 40. dierum præfixi à Iudice Ec-
cleſiaſtico pro obtinen͂ Inhibitione ſuperioris.
Ideoque videatur licitus tanquam habitus ad
coadiuuandam Iuriſdictionem Iudicis Eccle-
2 ſiaſtici, cum recurſus † ad Iudices Laicos non
videatur damnatus, quando fit non ad impe-
dien͂ Iuriſdictionem Eccleſiaſticam, ſed ad il-
lam adiuuandam, prout in ſimili reſpondit
*Rota coram Archill. deciſ. 36. de appell. Seraph. deciſ.
1103. nu. 1. & in Salamantina Canonicatus 24. Maij*

1595. coram Sacrato. Quia imò talis recurſus
tendit potius ad deſtruendam Iuriſdictionem
Eccleſiaſticam, ex eo quia fuit habitus aduer-
ſus decretum præfixionis termini latum à Iu-
dice Eccleſiaſtico ad effectum, vt longior ter-
minus concederetur à Iudice Layco, qui ta-
3 men † id agere non poterat tanquam inferior
auctoritate, & poteſtate quamuis Iudex Eccle-
ſiaſticus malè, vel iniuſtè decreuiſſet, prout
dixit *Rota in Oſcen. Pœnitentiaria 10. Aprilis 1591
coram bo. me. Blanchetto relat. per Moderu. Ceſena-
ten. in tract. de citat. tom. 1. cap. 4. ſub num. 104.*

Et ita Martino informante &c.

SEGVNTINA BENEFICII.

Merc. 1. Iulij 1643.

ARGVMENTVM.

Agitur de materia liquidationis fructuum, & expenſarum.

SVMMARIVM.

1 *Poſſeſſor præſumitur fructus percipiſſe niſi probet illos ab alio perceptos fuiſſe.*

2 *Valor beneficij regulariter probari debet per teſtes deponentes per decennium cum hoc ſeruet Rota.*

3 *Liquidatio fructuum dicitur difficilis probationis.*

4 *Fructuum perceptione probata in ſubſtantia admittuntur probationes etiam leuiores ſuper quantitate.*

5 *Fructus beneficij dicuntur deductis oneribus.*

6 *Fructus regulariter ſunt reſtituendi a die mota litis.*

7 *Fundamentum ſuæ intentionis quis probare tenetur.*

8 *Taxationi expenſarum de partibus Rota deferre ſolet donec exaduerſo doceatur de exceſſu.*

DECISIO DCCXXIII.

CVM Beneficium, de quo agitur, vacaſ-
ſet anno 1637. per obitum Io: Antonij
Verdelletti Sanctiſſimus contulit illud Didaco
de Zunica, qui litteris expeditis vna cum ſub-
rogatione ad Ius, & poſſeſſionem defuncti,
obtinuit à Rota coram Reuerendiſs. D. Pata-
uino ſententiam ſuper immiſſione in poſſeſ-
ſionem d. beneficij contra Didacum de Silua
illius detentorem, qui etiam fuit condemna-
tus in fructibus, pro quorum liquidatione
expedito Inſtrumento ſubdelegationis Iudicis
ad partes eoque vna cum proceſſu delato ad
Curiam fuit hodie dubitatum coram me, ad
quam ſummam aſcenderent dd. fructus vna
cum expenſis factis pro illorum liquidatione.

Et quoad fructus attinet, Domini non du-
bitarunt quin Silua illos perceperit, quia pa-
tet eum poſſediſſe iſtud beneficium, tàm ex
propria confeſſione emanata de anno 1640.
qua aſſeruit ſe poſſeſſorē à tribus annis, quàm
etiam ex mandato de manutenendo alias per
ipſum obtento à Nuntio; Vnde præſumitur
1 fructus † percepiſſe, niſi probet illos ab alio
perceptos fuiſſe *Rota deciſ. 25. de prabend. in nou.
& deciſ. 269. num. 2. par. 1. & deciſ. 571. num. 5. p. 3.
recent. Seraph. deciſ. 1245. num. 1. Greg. XV. deciſ. 50.*

num.2.& ibi Add.Litt.6.Duran.deciſ.384.numer.1. & fuit dictum *in Paduana Beneficij 4. Iulij anni præteriti coram me.*

Quantitas verò annua dd. fructuum probatur ſufficienter ex Teſtibus deponentibus annuos redditus huius beneficij aſcendere à ſeptem annis citrà ad ſummam ducatorum 250. monetæ Regni Caſtellæ. Quamuis enim ex dd. Teſtibus vnus deponat de auditu, alter per non exceſſum, & nullus eorum deponat
2 de decennio, prout Rota † regulariter requirit ad firmandum valorem *Accbill. de Graſſ. deciſ.24.num.: de Teſtib.Put.deciſ.374.num.3.lib.3 in correct. Seraph.deciſ.1340.num.1. Adden. ad Bur. deciſ.538.ſub num.22.* Nihilominus cum verſe-
3 mur in materia liquidationis † fructuum, quæ ſolet eſſe difficilis probationis, viſum fuit illos probare ſufficienter prædictum annuum redditum ducat. 250. monetæ Caſtellæ, cum
4 probata † perceptione in ſubſtantia admittantur probationes etiam leuiores ſuper quantitate *Accbill.deciſ.22. de reſtit.ſpoliat. Seraph.deciſ. 1245.num.7. bo. me. Coccin.deciſ.439.num.2.Rot. in Imolen.Prædij 25. Maij 1640. coram R.P.D. meo Royas verſ. vltra quod, & in d. Paduana Beneficij 4. Iulij anni præteriti coram me §. liquidationem.*

Verum ex prædictis annuis ducatis 250. monetæ Caſtellæ aduertebant Domini eſſe demenda iuxtà eorumdem Teſtium depoſitiones onera eidem beneficio annexa, nimirum Regalia 300. pro excuſato, 100. pro conuiuio in die decimationis, & quintam decimam pro Adminiſtratore, quæ aſcendit ad ducatos ferè 16. & ſic in totum eſſe demendos ducatos monetæ Caſtellæ 58. Itaut annuus redditus huius beneficij aſcendat ad ducatos eiuſdem
5 monetæ 194. cum fructus † dicantur deductis oneribus *Caſſ.ad.deciſ.19.num.1.& 2. de præbend. Verall.deciſ.328.num.1.& 2.par.3. Rota deciſ.189. num.2. par.1. diuerſ. & deciſ.266. numer.8.part.7. recent.*

Ceterum quoad terminum à quo prædicti fructus debentur Zunicæ, licet informantes illum deſumerent à die ſuæ prouiſionis, nempe 12. Iunij 1638. ſupponentes ita diſponi in Conſtitutionibus Epiſcopatus Seguntini, attamen cum dd. Conſtitutiones non exhibeantur Domini ſtatuerunt prædictum terminum
6 à die motæ litis, cum à d. die fructus † regulariter debeantur *l.3.ff.de Interdict. Alex.in l. Neſennius num.4.ff.de re iudic. Canal.deciſ.419.num.1. Rota deciſ.343.num.7.par.1.& deciſ.3.num.1.par.7 recent.* Reſpectu verò termini ad quem, licet iſte ſit menſis Septembris 1642. quo Zunica poſſeſſionem accepit. Attamen animaduerſum fuit prædictos Teſtes ſuper valore examinatos non deponere in qua ſpecie huiuſmodi fructus conſiſtant. Vnde quamuis de dicto menſe Septembris eſſet completa recollecta frumenti, non tamen Silua debet condemnari ad fructus totius anni, cum illi potuerint conſiſtere etiam in vino, cuius recollecta adhuc non maturauerat, & propterea Zunicæ tanquam Actori incumberet onus probandi quod prædicti fructus conſiſterent ſolum in
7 frumento † tanquam fundamentum ſuæ intentionis *l.qui accuſare 4. C.de eden.l.Actor.23.C. de probat.cum ſimilib.*

Ex quibus concluſerunt Domini Siluam non eſſe condemnandum ad integros fructus anni 1642. ſed aliorum dumtaxat annorum à die motæ litis ad prædictam rationem ducatorum 194. monetæ Caſtellæ pro quolibet anno.

Quoad expenſas autem factas occaſione liquidationis eorumdem fructuum, dictum fuit illos aſcendere ad Regalia 295. ſoluta Notario pro eius mercede, vt in eius quietantia, quæ data fuit *in Sum. num.9.* & ad alia Regalia 316. pro Salario Iudicis, aliiſque taxatis in
8 partibus, † prout in taxatione, quæ pariter data fuit, cui videtur ſtandum, donec exaduerſo doceatur de exceſſu, prout ſeruatum fuit *in Lunen.Sarzanen.expenſarum 29.Octob.1627 coram bo. me. Coccino, & in Oueten.fructuum, & expenſarum 17. Martij 1634. coram me, & in alijs &c.*

Et ita Zunica informante reſolutum fuit.

ROMANA DOMVS.

Mercurij 1. Iulij 1643.

Argumento, & Summario caret cum tantum confirmet alteram primam in cauſa editam.

DECISIO DCCXXIV.

DVAE in hac cauſa emanarunt deciſiones prima ſub die 4. Iulij 1641. in qua informante ſolum Petro Paulo Saluato fuit reſolutum non conſtare de cauſis reſtitutionis in integrum petitæ per Marium, & alios de Donatis aduerſus ſententiam A. C. latam ſuper reſtitutione Domus, de qua agitur, ſecunda verò ſub die 24. Nouemb. 1642. In qua vtraque parte informante fuit receſſum à deciſis, & firmatum conſtare de dd. cauſis reſtitutionis in integrum tàm ex capite nullitatis, quàm Iniuſtitiæ d. ſententiæ. Hodie repropoſita cauſa ſuper iiſdem Domini ſteterunt in vltimo loco deciſis rationibus, & fundamentis in deciſione deductis, quæ iterum hodie examinata placuerunt.

Non obſtat quod dicatur illos, qui Domum æſtimarunt eſſe Aeſtimatores Cameræ Apoſtolicæ, & de illius mandato æſtimationem feciſſe, quia hoc nullibi iuſtificatur, & contrarium conuincitur ex depoſitione ipſorum Aeſtimatorum, dum dicunt ſe æſtimaſſe Domum ad inſtantiam Petri Pauli, qui erat Dominus Domus.

Et ita concluſum Donatis tantùm Informantibus, altera parte ſæpius citata, & informare recuſante.

ROMA-

ROMANA, SEV TOLETANA CENSVS.

Lunæ 13. Iunij 1644.

ARGVMENTVM.

Exceptio fideicommiſſi quando non retardet executionem ob derogationem Pontificiam eidem fideicommiſſo, & plura alia dicuntur tàm de executione contra tertium via executiua, quàm de d. derogatione vniuerſaliſſimè concepta.

SVMMARIVM.

1 *Obligatio Cameralis habet executionem paratam.*

2 *Inſtrumentum Publicum facit probationem probatam.*

3 *Via executiua non poteſt procedi contra tertium.*

4 *Quod procedit etiam ſi agatur vigore obligationis Cameralis.*

5 *Et ampliatur ſi poſſeſſor fuerit proteſtatus ne aliqua executio fieret ſuper re ab ipſo poſſeſſa.*

6 *Et hoc caſu executio dicitur nulla.*

7 *Bona fideicommiſſaria euadunt libera per derogationem fideicommiſſo à Pontifice factam.*

8 *Teſtatoris fideicommiſſum, ſeù probibitio eius creditoribus nocere non poteſt.*

9 *Derogatio verbis vniuerſalibus concepta quando comprehendat quæcumque fideicommiſſa.*

10 *Verba vniuerſalia quando ſunt geminata comprehendunt omnia quæ excogitari poſſunt.*

11 *Verbum, & aliarum perſonarum in derogatione appoſitum fideicommiſſum aliarum perſonarum diuerſarum ab expreſſis includit.*

12 *Amplia ſi ſubſequantur verba, quarumcumque perſonarum.*

13 *Exceptio certa perſona includit alias quaſcunq;*

14 *Diſpoſitio quæ in alijs verificari non poteſt comprehendit etiam bona, quæ ſub illa non venirent.*

15 *Proemium arguit mentem, & animum diſponentis.*

16 *Derogatio poſterior cum præſeruatiua, ſine præiudicio iurium N. denotat Summum Pontificem iſtā noluiſſe concedere in præiudicium anterioris derogationis.*

17 *Subreptio oppoſita contra impetrantem concludenter probari debet ab eo qui de illa excepit.*

18 *Derogatio fideicommiſſi vt dicatur ſubreptitia ob exiſtentiam bonorum liberorum debet probari de tempore derogationis.*

19 *Derogationis gratia fideicommiſſi vt non dicatur expiraſſe per curſum temporis ſufficit quod illa fuerit deducta quando fideicommiſſum fuit oppoſitum.*

20 *Cenſus fructus non poſſunt peti niſi pro 30. annis cum pro alijs terminis intret præſcriptio.*

21 *Præſcriptio 30. annorum non ſuffragatur contra contractum iuratum, ſed requiritur quadragenaria.*

22 *Præſcriptio interrumpitur ex citationibus actibuſque Iudicialibus.*

23 *Præſcriptionis exceptio non tollit actionem ipſo iure, ſed quatenus opponatur.*

24 *Reus abſque ſui iuris detrimento ante mandati executionem poteſt ſoluere ſummam debitam, & ſic ab executione ſe liberare.*

DECISIO DCCXXV.

ALEXANDER, & Cæſar de Pariſanis anno 1585. impoſuerunt ſuper quodam viridario annuum Cenſum ſcut. 120. quem vendiderunt Federico, & Hieronymo de Comitibus pretio ſc. 1800.

Præfatis Alexandro, & Cæſari defunctis ſucceſſit vltimo loco D. Pariſanus de Pariſanis, prædictis verò Federico, & Hieronymo pariter defunctis ſucceſſit D. Dux Camillus de Comitibus, qui tanquam Creditor hæreditatis dd. Alexandri, & Cæſaris in ſumma ſcut. 4460. pro fructibus d. Cenſus egit pro illorum conſecutione coram A. C. qui mandatum contra bona hæreditaria dd. Alexandri, & Cæſaris relaxauit: Cum autem d. mandatum fuiſſet executioni demandatū ſuper quodam Palatio poſito in Ciuitate Tolentini, fuit ex aduerſo oppoſitum illud non eſſe hæreditarium dd. Alexandri, & Cæſaris, ſed ſuppoſitum fideicommiſſo bo. me. Card. Pariſani. Quocirca idem A. C decreuit ſuperſederi, & poſtmodum ſuperſeſſoriam reuocauit. Ab huiuſmodi reuocatione d. Pariſanus appellauit, & cauſa mihi commiſſa dedi dubium. An procedeñ eſſet ad legitimam executionem, vel potiùs illa eſſet reuocanda, quo hodie poſito DD. reſoluerūt eſſe procedeñ ad executionem. Quia d. mādatum eſt validum, & iuſtum, fuitque relaxatum pro fructibus d. Cenſus vi-
1 gore obligationis Cameralis, quæ † paratam
habet executionem *Vrſill. ad Afflict. deciſ. 30. n. 6.*
in fin. Mohed. deciſ. 3. num. 2. verſ. ſed reſpectu Zacch.
de obl. Cam. qu. 2. num. 4. Rota deciſ. 12. deciſ. 70. &
deciſ. 90. vbique num. 1. poſt eumdem tract. Buratt.
deciſ. 770. num. & alibi.

Validitas apparet ex reuolutione actorum.
Iuſtitia verò liquet ex publico Inſtrumento Impoſitionis eiuſdem Cenſus, quod facit
2 probationem † probatam *Bart. in l. 1. in princ.*
num. 8. ff. de nou. oper. nunc. Dec. conſ. 36. ſub num. 2.
Ruin. conſ. 80. num. 1. lib. 4. Pariſ. conſ. 104. num. 64.
& ſeq. li. 1. Greg. XV. dec. 157. n. 13. & dec. 180. n. 1.

Neque obſtare viſum fuit, quod Palatium,
ſuper quo executio d. mandati facta fuit, ſubiaceat fideicommiſſo Card. Aſcanij Pariſani,
& vti tale poſſideatur à d. D. Pariſano, contrà quem propterea tanquam tertium non
3 poſſit procedi † via exequutiua *Alex. in l. à Diuo*
Pio §. ſi ſuper rebus ſub num. 28. verſ. & pro hoc bene
facit ff. de re iud. Burſatt. conſ. 361. nu. 1. lib. 4. Arct.
conſ. 46. in fin. Greg. XV. deciſ. 22. num. 1. Etiamſi
4 agatur † vigore obligationis Cameralis *Zacch.*
de obl. Cam. qu. 6. num. 36. Burſatt. d. conſ. 361. nu. 1.
vol. 4. Caſ. Barz. deciſ. Bonon. 108. num. 33. cum alijs
relat. in S. Seuerini Dotis 23. Ian. 1638. coram me.

Præſertim quia idem Pariſanus proteſtatus
5 fuit, † ne aliqua executio fieret ſuper d. Palatio per eum poſſeſſo iuxta cautelam *Angel. in*
d. §. ſi ſuper rebus num. 1. & ibidem Caſtr. num. 2. &
ſeqq. Propterquam proteſtationem eò magis
6 dicebatur nulla † executio ſuper eo poſtea
ſubſequta *Bald. in l. ob Maritorum num. 5. verſ.*
quæro nunquid pendente proteſtatione C. nec Vx. pro
Marit. Alex. in d. §. ſi ſuper rebus ſub num. 9. verſ. ad-

datis quod Baldus Greg. XV. d. deciſ. 22. num. 2. Rota in d. S. Seueriui Dotis coram me §. Præſertim quia d. Barthol. & in Anconitana Dotis 24. Aprilis anni præteriti coram R. P. D. meo Cerro §. Nec obſtat obiectum. Quia eſto quod Palatium fuiſſet aliàs ſub fideicommiſſo d. Cardinalis Aſcanij comprehenſum, nihilominus exceptio huiuſmodi fideicommiſſi non impedit vlteriorem executionem ſuper illo, quia ex Iuribus datis in Summario apparet ſa: me: Clementem VIII. vſque ab anno 1598. conceſſiſſe facultatem alienandi omnia, & ſingula dd. Alexandri, & Cæſaris bona immobilia, & vbique non tamen in Vrbe exiſtentia, quæ ad eorum filios & hæredes, ac poſſeſſores via hæreditatis donationis inter viuos, aut cauſa mortis, vel alia quacunque ratione peruenerunt, ad effectum vt illa conſignarentur prædicto D. Duci pro ſatisfactione, ſui crediti, & cuicunque fideicommiſſo purificato, & purificando de-
7 rogare propterquam † derogationem d. Palatium quatenus alias fuiſſet prædicto fideicommiſſo ſubiectum, euaſit reſpectu D. Ducis liberum, perinde ac ſi eidem fideicommiſſo ſuppoſitum non fuiſſet, vt in ſpecie dixit *Rot. in Romana Saluiani de Caſalibus 21. Iunij 1641. coram R. P. D. meo Cerro §. Immò nulla videtur, & in Romana Dotis 14. Febr. 1641. coram me §. Repugnat etiam.*

Neque ſubſiſtit quod prædicta derogatio reſtringatur ad bona propria dd. Alexandri, & Cæſaris qui Cenſum impoſuerunt, & propterea non comprehendat Palatium, de quo agitur ſubiectum fideicommiſſo d. Cardinalis. Quia contrarium apertè colligitur tàm ex mente, quàm ex verbis eiuſdem Pontificis.

Ex mente, quia cum ille derogauerit fideicommiſſis pro ſolutione fructuum d. Cenſus, quem ijdem Alexander, & Cæſar impoſuerunt, vtique cenſetur derogaſſe fideicommiſſis potius aliarum perſonarum quam dd. Alexandri, & Cæſaris debitorum, quorum fideicommiſſis non erat neceſſaria aliqua deroga-
8 tio, cum prohibitio † Teſtatoris eius Creditoribus nocere non poſſit *l. 1. C. debitorem vendit pign. imped. non poſſ. & ibi gloſ. in verb. manifeſtum eſt Bald. in l. 2. num. 4. C. ſi adu. Credit. pignor. Bertazz. conſ. 76. num. 7. lib. 1. Natt. conſ. 145. nu. 22. lib. 1. Seraph. deciſ. 504. num. 2. Rota in Romana fideicommiſſi de Zuccaris 14. Nouembris 1639. coram me §. Præſertim cum Creditores.*

Ex verbis quoq; idem colligitur ibi. (Omnia, & ſingula Cæſaris, & Alexandri bona immobilia quomodolibet qualificata, & in quibuſuis rebus conſiſten̄, & ad eorum, & cuiuſlibet eorum filios, & hæredes, & poſſeſſores Iure hæreditatis &c.) vel alia quacunq; ratione peruenerunt, & ibi. (Ab omni, & quocunque fideicommiſſo purificato, vel purificando etiam per q. Lactantium d. Octauij Prædeceſſorem facto donatione, & ſubſtitutione ex prædictorum, & aliarum perſonarum diſpoſitione factis). Quæ quidem ver-
9 ba tanquam vniuerſalia † comprehendunt omnia bona etiam prætenſo fideicommiſſo ſubiecta *Decian. d. conſ. 57. num. 13. & ſeqq. lib. 1. Ruin. conſ. 150. num. 13. lib. 3. Socc. Iun. conſ. 68. num. 13. & verſ. veruntamen iſtis non obſtan. lib. 4. Ladercb. conſ. 11. num. 4. Surd. conſ. 352. num. 13. verſ. hac autem ſententia Rota in Narnien. bonorum 26. Iunij 1634. & 30. Aprilis 1635. coram bo. me. Pironano, & in Narnien. Iuriſpatronatus 13. Martij eiuſdem anni 1635. coram me.* Præſertim cum dd.
10 verba vniuerſalia † ſint geminata, quæ propterea videntur comprehendere omnia, quæ excogitari poſſunt *Franc. Ant. Coſta conſ. 66. n. 35 & ſeqq. Decian. conſ. 11. ſub num. 11. lib. 3. Giurb. ad Conſuet. Meſſan. cap. 1. gloſ. 3. par. 1. ſub num. 1.*

Eoque magis attentis verbis, & aliarum quarumcunque perſonarum, cum verbum
11 illud, & † aliarum fideicommiſſum aliarum perſonarum diuerſarum ab expreſſis includat *gloſ. in c. Sedes in verb. maiores de Reſcript. Staphil. de litt. grat. de vi, & effect. clauſ. §. 6. ſimiles motus num. 10. in fin. Rota deciſ. 190. num. 16. par. 7. recent.*
12 Iunctis præſertim verbis ſubſequen̄ † quarūcunque perſonarum, quę vti magis ampliatiua fortiùs oſtendunt ſub illis comprehendi bona quarumcunq; perſonarum vltra expreſſas *Merach. deciſ. Lucen. 58. num. 19. Intrigl. deciſ. 3. à num. 140. lib. 1. Giurb. d. gloſ. 3. par. 1. ſub num. 4.*

Prædictaque faciliùs procedunt, tùm quia Pontifex excepit à d. derogatione ſolum fideicommiſſum Franciſci Roncioni, cum talis
13 exceptio † operetur incluſionem aliarum quarumcunque perſonarum *Ioſeph. Roman. conſ. 25. num. 13. & ſeqq. Salon. de Pac. conſ. 25. num. 31. Socc. conſ. 200. num. 7. tom. 2. Menoch. conſ. 688. nu. 3. verſ. ſecunda coniectura num. 17. verſ. reſpondetur & n. 19. & 20.* Tum etiam quia non apparet alia fideicōmiſſa maiorū extare, in quibus talis dero-
14 gatio verificari poſſit, cum diſpoſitio, † quæ in alijs verificari non poteſt, comprehendat etiam bona, quæ ſub illa non venirent *Dec. conſ. 389. col. fin. verſ. & expreſſum etiam ex eo videtur lib. 2. Surd. d. conſ. 73. num. 80. verſ. ſecundo reſpondeo, & Gabr. lib. 6. tit. de reg. iur. concluſ. 12. n. 40.*

Quibus accedit narratiua eiuſdem Breuis, in quo Pontifex expreſſit Ducem coactum fuiſſe vendere Caſtra maiorum fideicommiſſis ſubiecta, vt ſuis Creditoribus ſatisfaceret; Ideoque æquum eſſe, vt è contra ei quoque non obſtan̄ fideicommiſſis ſatisfieret à debitoribus, ex qua narratiua colligi videtur mens eiuſdem Pontificis volentis derogare etiam fideicommiſſo d. Cardinalis, cum proœmium
15 arguat † mentem, & animum diſponentis *l. fin. ff. de hæred. Inſtit. Aym. conſ. 192. num. 21. Grat. diſcept. 491. num. 5. Rota deciſ. 466. num. 1. par. 1. recent.*

Quæ omnia comprobantur ex alio Breui, quo idem Clemens VIII. conceſſit d. Pariſano derogationem fideicommiſſi d. Cardinalis Pariſani cum hac præſeruatiua, videlicèt ſine præiudicio iurium D. Ducis, quæ manifeſtè declarat hanc derogationem poſteriorem non fuiſſe conceſſam ab ipſo in pręiudi-
16 cium anterioris derogationis, † quæ ſuper eodem fideicommiſſo eidem D. Duci conceſſa fuerat, vt in ſimili dixit *Rota in Bononien. de Maluetijs 24. Febr. 1612. coram Sacrato.*

Nec releuat exceptio ſubreptionis oppoſita con-

contra gratiam d. derogationis, ex eo præcipuè quia Pontifici narratum non fuit adeſſe alia bona libera dd. Cæſaris, & Alexandri ſuper quibus D. Dux creditum ſuum conſequi potuiſſet. Quia huiuſmodi exceptio exiſtentiæ aliorum bonorum liberorum penes Alexandrum, & Cæſarem, quæ nec etiam in actis deducta fuit, non iuſtificatur, prout re-
37 quiritur cum excipiens † de ſubreptione contra impetrantem, teneatur eam plenè iuſtificare *Gemin.in cap.1.ſub.num.8.verſ.in litteris vero beneficialibus, & ibidem Franc. ſub num.10. de lit. conteſt.in 6. Abb.in cap. conſtitutus 19.num.4. de Reſcript. Rota deciſ.9.de except.in nou. Greg.XV.deciſ. 108.num.1.& ibidem Add.num.12.* Et quidem de
38 tempore, quo † d. derogatio conceſſa fuit, cum non ſufficiat anterior, ſiuè etiam poſterior exiſtentia bonorum liberorum, ſed tempore eiuſdem derogationis requiratur *Rota deciſ.210.num.7.& 8.par.6.rec.& in Romana Dotis 24. Ian. 1633. coram Motmanno.*

Minus releuat obiectum, quod gratia d. derogationis expirauerit ex non vſu annorum 30. Nam aſſ. non vſus illius vltra quod tunc ex facto, in iure etiam non ſubſiſtit, cum
39 ſufficiat † illam deductam fuiſſe, quando fideicommiſſum fuit oppoſitum, & ſic vbi venit occaſio ea vtendi, ad hoc vt eadem gratia non dicatur amiſſa *Bellon. Sen. conſ.1. num.11. Surd.conſ.419.num.28.Buratt.deciſ.204.num.2.*

Demum non obſtat prætenſus exceſſus d. mandati ex eo quod illud fuit relaxatum pro omnibus fructibus præteritis, cum tamen peti nō poſſent niſi fructus decurſi pro annis 30. ante litem motam, pro alijs verò terminis
20 antea † decurſis obſtaret præſcriptio *ex relat. à Rot.deciſ.303.num.1. poſt Cenc.de cenſ. iuxta primam impreſſ.*

21 Quia vltra quod præſcriptio 30.† annorum non ſufficit contra contractum, prout hic, Inramento firmatum, ſed quadragenaria requiritur, *Cephal.conſ.724.num.35.& ſeq. lib.5. Mandell.conſ.607.num.7.in fin.& 8. Rolan.conſ.25.n.19 & ſeq.lib.2.Buratt.deciſ.457.num.2.* Ceſſat obiectum. Tum quia ab anno 1585. quo Cenſus fuit impoſitus vſque ad annum 1598, quo derogatio fuit conceſſa plures interceſſerunt
22 citationes,& actus iudiciales,† ex quibus prętenſa præſcriptio interrupta fuit, *l.fin. C.de annal.except.Abb.conſ.484.num.20.Socc.Iun.conſ.145. num.35.vol.1.Menoch.conſ.307.nu.57.& ſeq. Balb. de præſcript.3.part.6.part.princip.numer.3. cum ſeq.* Tùm etiam quia huiuſmodi exceptio præſcriptionis non fuit oppoſita in actis, prout
23 opus fuiſſet, cum talis † exceptio non tollat actionem ipſo Iure, ſed quatenus opponatur, *Balb.de præſcript.q.8.num.1. par.prima, Gnidopap. deciſ.21.lib.1.Magon.deciſ.Floren. 42. num.17. & deciſ.145.num.24.*

Minus etiam obſtat, alter prætenſus exceſſus dicti mandati, in eo quod fuit relaxatum pro fructibus ad rationem octo pro centenario, cum tamen peti non poſſent niſi ad rationem ſeptem pro centenario, ad quam poſtea redactus fuerat d. Cenſus. Quia vbi etiam ita eſſet, adhuc mandatum ſuſtineretur, cum enim dicti mandati executiuo conſumpta nō
24 fuerit, poteſt Reus † abſque Iuris ſui detrimento ſoluen ſummam debitam ab executione ſe liberare, *Rota in Romana Dotis 14. Iunij 1630.coram bo. me.Motmanno.*

Et ita vtraque &c.

ARIMINEN. CASTRORVM.

Veneris 17. Iunij 1644.

ARGVMENTVM.

Detractio legitimæ quando præſumatur conſumpta confeſſio receptę dotis coſtante matrimonio quibus concurrentibus veniat attendenda etiam in præiudicium vocatorum ad fideicommiſſum.

SVMMARIVM.

1 *Legitima alicui debita non transmittitur in eum qui non eſt hæres illius.*
2 *Confeſſio in iudicio emiſſa plenè probat contra confitentem.*
3 *Confeſſio propria ſuperat quamcumque aliam ſpeciem probationis.*
4 *In legitimam hæredis grauati imputantur bona primo loco alienata.*
5 *Hæredi grauato ſeu ab ipſo cauſam habenti incūbit onus probandi bona primo loco alienata non ſufficiſſe pro legitima quando illa fuerunt particulariter alienari probbita.*
6 *Legitima non debetur Nepoti ſi exiſtat pater.*
7 *Legitima in teſtamento prohibita niſi fuerit in acceptatione verbis indiuiduis, & ſpecificis renunciatā talis acceptatio quoad legitimam non præindicabit.*
8 *Legitimæ ſpecificam ac indiniduam renunciationem præſefert acceptatio diſpoſitionis facta in omnibus, per omnia, & ſingula in diſpoſitione contenta.*
9 *Confeſſio receptionis dotis facta coſtante matrimonio non probat effectiuam illius ſolutionem in præiudicium vocatorum ad fideicommiſſum.*
10 *Priuilegium* auth. reſque C. comm. de legat. *non habet locum in dote confeſſata.*
11 *Confeſſio receptionis dotis præcedente illius promiſſione probat veram ſolutionem non ſolum contra confitentem & hæredes, ſed etiam contra creditores & fideicommiſſarios, & n.12.*
13 *Confeſſio receptionis dotis facta coſtante matrimonio quibus concurrentibus veram ſolutionem plenè probet.*
14 *Confeſſio ſimplex facta coſtante matrimonio contra fideicommiſſarios nil operatur.*
15 *Bona fideicommiſſaria tranſeunt in fideicommiſſariot cum ſuo onere.*
16 *Mariti dotes & non lites peroptant.*
17 *Aes alienum vt ex bonis fideicommiſſarijs detrahi poſſit requiritur illius exiſtentia & quod hæres grauatus illud ſoluerit.*
18 *Remedium* auth. reſq; C.comm. de leg. *eſt ſubſidiarium.*

DECISIO DCCXXVI.

POSTQVAM firmatum fuit per tres de-
ciſiones emanatas ſub diebus 23. Ianuarij
1641. coram bo: me: Pirouano, 4. Februarij,
& 15. Maij anni præteriti coram me, Caſtra
Roncofredi, & Montis Iani, de quibus agi-
tur, ſpectare ad D. Comitiſſam Victoriam, &
alios fideicommiſſarios q. Marchionis Iacobi
Malateſtæ excluſa D. Franciſca Iſabella filia,
& hærede Marchionis Leonidi vltimi primo
geniti maſculi ex d. familia de Malateſtis, præ-
dicti fideicommiſſarij petebant aſſociationem
ad poſſeſſionem dd. Caſtrorum vigore clau-
ſularum adiectarum in donatione, ac Teſta-
mento eiuſdem Iacobi fideicommittentis.
Verum d. D. Franciſca Iſabella, & litis con-
ſortes ad illam impedien̄ oppoſuerunt plures
detractiones, quarum inter alias.

Prima erat legitimæ Caroli Felicis filij d. q.
Iacobi fideicommittentis. Secunda Dotis, &
quarti dotalis D. Marchioniſſæ Dianiræ vxo-
ris eiuſdem Leonidi, ac matris d. D. Iſabellæ
aliarumque filiarum. Tertia ſcut. 10. mil. ra-
tione iocalium, quæ idem Leonidus faſſus
fuit recepiſſe à dicta D. Dianira eius vxore.
Quarta dotium tàm ipſius Franciſcæ Iſabellæ,
quam ſororum. Quinta æris alieni eiuſdem
q. Caroli fideicommittentis. Sexta denique
bonorum emphyteuticorum, in quorum In-
ueſtituris eædem Sorores prætendebant ſe eſſe
comprehenſas. Quocirca dato particulari
dubio. An, & quid eſſet detrahendum, eoq;
hodie poſito Domini omiſſis pro nunc infra-
dicen̄ detractionibus, ſuper quibus non in-
ſteterunt, cæteras non eſſe faciendas reſpon-
derunt.

Etenim quoad primam detractionem legi-
timæ Caroli Felicis illa ceſſare viſa fuit, ſiue
deducatur ex perſona eiuſdem Caroli Felicis
hæredis grauati. Siue ex perſona propria ip-
ſius Marchionis Leonidi vltimo defuncti. Nō
quidem ex perſona eiuſdem Caroli Felicis.
Tum quia nō probatur d. Marchionem Leo-
nidum fuiſſe illius hæredem, prout opus eſſet,
ad hoc vt ex perſona illius legitima detrahi
1 poſſit, cum legitima † debita alicui non trāſ-
mittatur in eum, qui nō eſt hæres illius, *Bald.
in l. cum virum num. 18. verſ. ideo dixi ff. de ſubſtit.
pupill. Zanc. in l. hæredes mei §. cum ita par. 5. n. 195.
& par. 6. num. 9. tertio præſens quæſtio ff. ad Trebell.
Natt. conſ. 199. num. 5. Petr. de fideic. q. 15. num. 114.
Merlin. de legit. lib. 5. tit. 3. q. 9. num. 18. Rot. dec. 462.
num. 6. par. 4. recent.* Tùm etiam quia d. Carolus
Felix alienauit plura bona prouenientia ex d.
q. Iacobo fideicommittente, prout ipſemet
Leonidus iudicialiter faſſus fuit in libello ibi.
Subiunxitque pariter ad eius aures, & notitiā
deueniſſe prout ipſe D. Marchio Carolus Fe-
lix eius Pater quamplura bona, & Caſtra pro-
uenientia ab ipſo D. Donante, & Teſtatore
alienauit contra formam dd. donationis, &
Teſtamenti in graue, imò grauiſſimum ſui
præiudicium, & vltra alienauit, & vendidit
DD. Marchionibus Ruinis Bononien̄ Caſtra,
& Iuriſdictiones Montis Cogrutij, & Ciolæ
pro ſcu. 28. mil. D. Io: Franciſco Aldobran-
dino ſtatum Pondi, & eius annexa pro ſc. 13.
mil. DD. Marchionibus Beuilacquis Ferra-
rien̄ Caſtra Tornani Serræ Paterni Caſtri Fal-
cini pro ſcu. 16320. & alia quamplura bona
alijs diuerſis. Quæ quidem confeſſio in Iu-
2 dicio † emiſſa plenè probat contra confiten-
tem, *c. veſtra 7. §. cæterum,* & ibidem *gloſ. in verb.
non diffitetur, & c. fin. de cohabit. Cler. & Mulier. c.
3 cum olim 24 de verb. ſignif.* magiſque † operatur
quam alia ſpecies probationis, *l. generaliter in
fin. C. de non num. pec. Aym. conſ. 217. num. 10. Ro-
lan. conſ. 75. num. 23. & ſeqq. lib. 2. Alex. conſ. 122.
num. 1. lib. 4. cum alijs relatis à Mareſcot. var. reſol.
lib. 2. cap. 44. num. 2.* Vnde intrat concluſio paſ-
ſim à Rota recepta quod bona primo aliena-
5 ta per hæredem grauatum imputantur in le-
gitimam ei debitam, *l. Marcellus §. res quæ,* &
ibi *DD. ad Trebell. Alex. conſ. 178. num. 4. lib. 5.
Quod autem prædicti Maſſucci ſint proximiores d. q. Rocchi probatur ex Teſtibus deſuper examinatis, qui per optimas rationes deponunt eos eſſe filios Appolloniæ iſtamque fuiſſe ſororem Catharinæ matris d. Rocchi, de cuius ſucceſſione agitur, & vidiſſe illos pro talibus ſe habere, & ſic probant eorum conſanguinitatem, ſeù proximitatem per gradus diſtinctos, prout regulariter requiritur ad hoc
4 vt illa † legitimè probata dicatur *c. licet ex quadam 47. §. Teſtes autem de Teſtib. Alex. conſ. 82. nu. 2. verſ. præterea dictus Teſtis lib. 1. Surd. conſ. 5. nu. 34. bon. mem. Coccin. deciſ. 105. num. 4. Reuerendiſſimus Duran. deciſ. 8. num. 4.*

Neque obſtare viſum fuit ſtatutum Terræ Murri Vallium, quo cauetur hæreditates ab Inteſtato decedentium deuolui ad proximiores Conſanguineos ex Patris, vel Aui paterni linea deſcendentes, ex qua Nicolaus, & fratres de Porphirijs deſcendere prætendunt. Quoniam reſpectu bonorum, quæ ſita ſunt in Territorio Montis Cauſarij, & ſic extra Ter-
5 ritorium Statuentium d. ſtatutum † illa non comprehendit ex defectu Iuriſdictionis *Bart. in l. 1. num. 42. & ibidem Bald. num. 86. verſ. In contrarium C. de Sum. Trinit. Lap. alleg. 9. num. 7. Zabarel. conſ. 2. num. 3. Alex. conſ. 16. num. 1. lib. 1. Gozad. conſ. 49. num. 7. verſ. quibus non obſtan. Hond. conſ. 5. n. 14. lib. 1. Menoch. conſ. 875. per tot. & conſ. 1021. num. 11. Gratian. diſcept. 709. num. 15. Greg. XV. deciſ. 255. num. 1. & ibi Add. num. 7. Rot. deciſ. 68. n. 8. par. 6. recen. Duran. deciſ. 31. num. 8.*

Reſpectu verò bonorum, quæ poſita ſunt in eadem Terra Murri Vallium idem ſtatutũ minus afficere viſum fuit, ex eo quia dicti Porphirij non probant, prout probare deberent ſe eſſe propinquiores Conſanguineos ex linea patris, vel Aui dicti Rocchi, de cuius ſucceſſione agitur, prout requirit idem ſtatutum
6 cum is qui † ſe fundat in aliquo ſtatuto teneatur probare omnes qualitates ab eodem ſtatuto requiſitas *Spin. conſ. 16. num. 61. & ſeq. Valenz. conſ. 90. num. 43. lib. 1. Manent. conſ. 32. num. 4. lib. 1. Marc. Sal. de Pac. conſ. 12. num. 22.* Quinimò cum illi aſſerant ſe non deſcendere à Patre, vel ab Auo d. Rocchi, ſed ab alio Aſcendente, vtique verba d. ſtatuti, ibi, ex paterna, vel Aui paterni linea deſcendentibus ad eorum fauo-
7 rem applicari non poſſunt, cum linea † patris, vel Aui paterni dicatur illa cuius pater, vel Auus paternus eſt caput, & ab illo tanquam à fonte procedit, prout in terminis ſimilis ſtatuti loqueñ per eadem præciſa verba firmat *Bart. conſ. 55. num. 2. lib. 2. Menoch. conſ. 326. num. 81 lib. 4. Capic. deciſ. 159. num. 3.*

Eoque minùs cum dd. Verba ſint concepta per genitiuum coniunctum cum dictione, ex
8 quo caſu ille † ſignificat originem, & cauſam efficientem *Bald. conſ. 321. circa med. verſ. Alij enim vol. 1. Ruin. conſ. 153. num. 11. tom. 2. Soc. Iun. conſ. 97. num. 68. vol. 2. Menoch. conſ. 326. nu. 82. lib. 4.* Iuncto præſertim illo verbo, deſcendentes,
9 quod† excludit omnes alios propinquiores ex linea patris, vel Aui non deſcendentes *Bart. d. conſ. 55. num. 1. & 2. lib. 2. Bald. dicto conſ. 321. poſt med. à verſ. Iſtud enim conuenit Anchar. conſ. 91. ſub num. 7. à verſ. modo ad propoſitum Crauett. conſ. 250 num. 5. verſ. Imò adeo tom. 2.*

Et ita &c.

NOVARIEN. BONORVM.

Veneris 1. Iulij 1644.

ARGVMENTVM.

Abbas quo caſu veniat ſiue non nomine Conuentus; Monaci abſentes quando vocandi in alienatione bonorum, & quæ requirantur ad effectum validæ alienationis rei Eccleſiaſticæ.

SVMMARIVM.

1 *Conuentus nomen, vt conueniat ſaltem duo Monachi requiruntur.*

2 *Alienatio rei Eccleſiaſticæ requirit conſenſum totius conuentus, vel ſaltem maioris partis quæ Capitulum repræſentet.*

3 *Inueſtitura rei Eccleſiaſticæ facta non ſeruata forma à Pontifice præſcripta, & à iure requiſita remanet nulla.*

4 *Abbas regulariter venit appellatione Monachorum.*

5 *Conuentus etiam in duobus conſiſtere poteſt.*

6 *Conuentus ius, aut Collegij ſemel conſtituti in pluribus poteſt alijs deficientibus etiam in vno conſeruari.*

7 *Abbas non venit appellatione Monachorum, quando prouiſio aliqua fieri debet ab ipſo Abbate.*

8 *Teſtator legando Priori, Bibliam, & Fratribus cappam videtur excepiſſe Priorem à numero Fratrum, illique Bibliam dumtaxat tamquam Priori non autem cappam vti Fratri reliquiſſe.*

9 *Abbas, ſeu Prælatus non venit appellatione Conuentus.*

10 *Perſona eadem poteſt duas voces habere ratione duorum iurium in ipſa concurrentium.*

11 *Habens duo iura ſi appareat ipſum deſeruire reſpectu vnius iuris, tunc ille non conſideratur reſpectu alterius iuris.*

12 *Abbas ratione ſui officij tenetur ſcire numerum Monachorum ſui Monaſterij.*

13 *Aſſertioni Abbatis non ſtatur ſi fuerit emiſſa in re prohibita, & Eccleſiæ præiudiciali.*

14 *Monachus, aut Clericus præſumitur reſidere in Eccleſia cui inſeruire tenetur.*

15 *Abſentes de iure vocari non debent niſi in tribus caſibus ſcilicet, electionis, receptionis in Canonicum, & ceſſationis à diuinis.*

16 *Hoc procedit quando ex tribus duæ partes ſunt præſentes, & illæ conſenſiant, ſecus quando præſentes dd. duas partes non conſtituunt.*

17 *Mors alicuius non præſumitur, & ab allegante probari debet.*

18 *Quis non præſumitur mutare locum, ſed permanere vbi commorari conſueuit.*

19 *Narratiua, in qua conſiſtit pars gratiæ verificari debet etiam parte non opponente.*

20 *Teſtis non reddens ſufficientem rationem ſuper quantitate impenſæ erogandæ pro refectione alicuius rei Eccleſiaſticæ non attenditur.*

21 *Negatiua non probatur per teſtes niſi iſti remoueant actum à ſenſu.*

22 *Teſtis nullam reddens rationem ſui dicti, aut reddens ineptam, nec etiam gradum probationis facit.*

23 *Paria ſunt non reddere rationem, aut reddere non bonam, & inſufficientem.*

24 *Proprietas, vel vtile dominium Eccleſiæ alienari non poteſt quoties illi ex fructibus prouideri poteſt.*

25 *Dictio,* Nullatenus, *eſt negatiua vniuerſalis, & ſignificat omnimodam nullitatem, omnemque potentiam excludit.*

26 *Verbum,* ſuppetunt, *omnes facultates comprahendit.*

27 *Alienatio rei Eccleſiaſticæ non requirit neceſſario proceſſum, ſeu telam iudiciariam pro veritate narratorum, ſed executor poteſt etiam extraiudicialiter ſe informare quando Papa ſimpliciter illi committit, vt ſe informet quoad ea, quæ in litteris continentur.*

28 *Clauſula,* conſcientiam tuam oneramus, *operatur vt executor non teneatur aſſumere partes Iudicis.*

29 *Alienatio rei Eccleſiaſticæ ex quibus dicatur requirere proceſſum iudicialem, & n. 30.*

31 *Clauſula,* veritate fulciri, *requirit proceſſum iudicialem.*

32 *Clauſula,* ſi repereris, *requirit proceſſum, ac telam iudiciariam.*

33 *Clauſula,* ſi vobis conſtiterit, *tribuit cognitionem cauſæ, & proceſſum iudicialem exigit.*

34 *Clauſula,* conſcientiam tuam oneramus, *non tollit neceſſitatem procedendi iudicialiter, quando agitur de alterius præiudicio.*

35 *Executor qui valet procedere extraiudicialiter poteſt ſi vult partes Iudicis aſſumere.*

36 *Executor electa via iudiciali non poteſt amplius deſerere cognitionem cauſæ, & procedere extraiudicialiter.*

37 *Pro ſententia executoris præſumitur.*

38 *Papa quando requirit pro forma cauſæ cognitionem tunc non ſufficit ſola executoris aſſertio, ſed debet iuſtificari ex actis.*

39 *Eccleſia non prohibetur probare contrariū eius, quod executor aſſeruit, adeout eo probato conceſſio corruat.*

40 *Cauſa neceſſaria pro alienatione rei Eccleſiæ non ſufficit reparatio faciēda pro tutela fortalitij, quando ſumus in Eccleſia inferiori.*

41 *Alienatio rei Eccleſiaſticæ, vt ſuſtineatur ex capite vtilitatis de quo tempore iſta requiratur.*

42 *Valor proprietatis poteſt augeri, vel intrinſecè ſola curſu temporis, vel extrinſecè propter melioramenta.*

43 *Dominium directum plus valet, quam vtile.*

44 *Inueſtitura conceſſa pro ſe, & ſuis hæredibus ab Eccleſia comprahendit ſolos hæredes ſanguinis, & ſic deſcendentes ab inueſtito.*

45 *Subreptio intrat ex taciturnitate illius, quod ſi fuiſſet expreſſum Papa difficilius conceſſiſſet.*

46 *Subreptio, vel obreptio vitiat beneplacitum Apoſtolicum.*

47 *Extrauag. Ambitioſæ de reb. Eccleſ. non alien. etiam in re ſolita concedi in emphytheuſim requirit probationem euidentis vtilitatis Eccleſiæ eodem tempore quo fit renouatio, adeout non ſufficiat primam alienationem fuiſſe vtilem Eccleſiæ.*

48 *Et hoc caſu veritas narratorum debet iuſtificari ex actis nec ſufficit ſola partium, aut executoris aſſertio.*

49 *Clauſula,* ac bonis prædictis, prius corā vobis ... ſpe-

ſpecificatis, *contenta in Extrauag. Ambit. quid operetur.*

50 *In alienationibus, ſeu inueſtituris rei Eccleſiaſticæ copulatiuè requiritur cauſa, & ſolemnitas.*

51 *Res Eccleſiæ alienari ſolita regulariter concedi poteſt etiam abſque ſolemnitate, & beneplacito Apoſtolico.*

52 *Hoc procedit quando præcedentes alienationes fuerunt validæ.*

53 *Res Eccleſiæ etiam alienari ſolita requirit ſolemnitates, quando alteratur ſolitum.*

54 *Ex obſeruantia oritur præſumptio nouæ conceſſionis, ſeu confirmationis Apoſtolicæ.*

55 *Tituli validi præſumptio ceſſat ex productione tituli inualidi.*

56 *Mala fides impedit præſcriptionem.*

57 *Mala fides anteceſſorum obſtat etiam ſucceſſoribus, adeout iſti nec etiam à ſeipſis præſcriptionem incipere poſſint.*

58 *Præſcriptio contra Eccleſiam impeditur ex conteſtatione litis, quam actor proſequutus fuit.*

59 *Bona Eccleſiaſtica retenta à Layeis ſine legitimo titulo ſunt reſtituenda Eccleſiæ.*

DECISIO DCCXXXI.

CVM hodie reuideretur vltima deciſio
emanata in hac cauſa ſub die 13. Ianuarij
1642. coram bon. mem. Merlino, in [illegible]
firmatum fuit primam inueſtituram b[illegible]
de quibus agitur, conceſſam Ruberto S[illegible]
rino anno 1457. & alias ſequentes eſſe nullas,
& conſequenter bona prædicta eſſe reſtituen-
da Eccleſiæ Domini, fundamentis eiuſdem
deciſionis iterum examinatis ſteterunt in de-
ciſis.

Nam quoad primam Inueſtituram con-
ceſſam Ruberto Sanſeuerino anno 1457. Pri-
ma nullitas reſultans ex defectu numeri illo-
rum, qui iuxtà formam litterarū Calixti III.
interuenire debebant in eiuſdem Inueſtituræ
conceſſione, adhuc in ſuo robore ſiſtit: Cùm
enim Pontifex mandauerit, vt pro executione
licentiæ ſub forma, ſi in euidentem, Abbas,
& Conuentus dictam Inueſtituram facerent,
interuenit Abbas cum vno Monacho, qui
profectò Conuentum repræſentare non po-
tuit, cum tres, aut ſaltem duo Monachi requi-
1 rantur adhoc, vt nomen Conuentus † verifi-
cari poſſit; *l. Neratius, ff. de verb. ſign. gloſ. in c. 1.
in verb. Congregatione 10. q. 1. & in cap. 1. in verb.
duo de elect. & in cap. nobis in verb. Conuentuali,
vbi & Anchar. num. 17. Io. de Anan. num. 24. de
Iurepatr. Abb. conſ. 25. num. 2. lib. 2. cum alijs alleg. in
d. deciſ.* Quinimò, cum ageretur de alienatio-
ne bonorum Eccleſiæ, requirebatur conſen-
2 ſus totius Conuentus, † vel ſaltem maioris
partis, quæ ipſum Capitulum repræſentaret,
*cap. ſine exceptione ibi, & cum totius Cleri tractatu,
& conſenſu 11. q. 2. cap. 1. & ibi gloſ. in verb. defen-
ſore in fin. c. 2. de reb. Eccleſ. non alien. in 6. Clem. 1.
eod. tit. cap. 1. de his, quæ fiunt à Prælato Sin. Conſ.
Cap. Ang. conſ. 133. Rom. conſ. 36. nu. 2. cum alijs cu-
mulatis in eadem deciſione*, & conſequenter dicta
3 inueſtitura, † vti facta non ſeruata forma à
Pontifice præſcripta, & à iure requiſita, ſubia-
cet vitio nullitatis; *cap. cum dilecta, & ibi DD.
de reſcript. Abb. conſ. 41. n. 3. lib. 1. Gozzad. conſ. 73.
num. 2. Mant. dec. 286. n. 3. & 4. Seraph. dec. 1195.
num. 2. Greg. XV. dec. 1. num. 1. cum alijs in eadem de-
ciſione pariter allegatis.*

4 Neque huiuſmodi nullitas viſa fuit hodie
euitari ex eo, quod Abbas regulariter venit
appellatione Monachorum, *cap. fin. de ſimon.
Zabarell. in Clem. 3. ſub num. 7. verſ. At ſub nomine
Religioſi, de procur. & in Clem. 1. num. 7. de regul.
Felin. in d. cap. fin. num. 1. de ſimon.* Vndè inferre-
batur d. Abbatem vnà cum altero Monacho
potuiſſe conſtituere Conuentum, cum iure
Canonico ſaltem inſpecto, Conuentus etiam
5 in duobus conſiſtere † poſſit, *gloſ. in d. cap. 1. in
verb. Congregatione 10. q. 1. Abb. in cap. 1. ſub n. 6.
verſ. Aut à principio de elect. & conſ. 25. nu. 2. verſ.
de iure Canonico, & ſub nu. 3. verſ. tertio dico lib. 2.*
Attenta præſertim aſſertione eiuſdem Abba-
tis, enunciata in ſententia Executoris, nempè,
quod nullus alius Monachus profeſſus tunc
6 temporis extaret, qui in Monaſterio † reſide-
ret, cum ius Conuentus, aut Collegij ſemel
conſtituti in pluribus, poſſit, alijs deficienti-
bus, etiam in vno conſeruari, *l. ſicut munici-
pium 7. §. in decurionibus, in fin. ff. quod cuiuſque
vniuerſ. nom. gloſ. in cap. gratum 2. in verb. paucio-
res, verſ. ſed quid ſi omnes delinquant, de poſtul. Præl.
& in d. cap. 1. in verb. duo, verſ. retinetur tamen,
de elect. Nauar. conſ. 6. n. 2. eod. tit. Seraph. dec. 1150.
num. 5.* Quia cum Calixtus in eiſdem litteris
fecerit mentionem Abbatis contradiſtinctè à
Conuentu, & conſenſum vtriuſque, ſcilicet
Abbatis, & Conuentus in conceſſione d. In-
ueſtituræ exegerit, cenſetur conſideraſſe il-
lum vti Superiorem dumtaxat, non autem vti
Monachum; Nam quando prouiſio aliqua
7 fieri debet ab ipſo Abbate, tunc iſte non venit
appellatione Monachorum, *Io: de Lignag. in
Clem. Attendentes, de ſtat. Monach. Abb. in d. c. fin.
num. 4. verſ. ſi verò materia, & ibid. Felin. num. 3. de
ſimon.* Maximè, quia Papa priùs expreſſit Ab-
batem, & poſteà Conuentum, ob quam ex-
preſſionem cenſetur excepiſſe Abbatem priùs
in ſpecie nominatum à Conuentu, ſeu nume-
ro Monachorum exemplo Teſtatoris, qui ſi
8 legauerit Priori Bibliam, & Fratribus Prædi-
catoribus Cappam videtur excepiſſe Priorem
à numero Fratrum, illique Bibliam dumta-
xat tanquam Priori, non autem etiam Cap-
pam tanquam Fratri reliquiſſe, *Caſtr. in l. doli
cauſa 119. num. 2. verſ. ſed è contra, & ibid. etiam
Iaſ. ſub num. 4. verſ. ſecus è contra, ff. de verb. oblig.
Alex. in l. Cohæredi 41. §. qui Patrem ſub numer. 7.
verſ. ſed ſi dixit, ff. de vulg. & pupill. Abb. in c. cum
olim 12. ſub num. 4. verſ. ſecus tamen de ſent. & re
iud.* Vndè oportebat, vt præter Abbatem in-
teruenirent etiam ſaltem duo Monachi, qui
conſtituerent Conuentum, quia Abbas, ſeù
9 Prælatus, † non venit appellatione Conuen-
tus, ſeu Collegii, cum ſit caput illius, prout
declarat idem *Abb. eod. cap. 1. nu. 61. verſ. & non
puto hoc fieri poſſe.*

Neque vrget replicatio, quod Abbas po-
tuerit in conceſſione d. Inueſtituræ date duas
voces, nempè vnam tanquam Abbas, & tan-

quàm Monachus cum eadem perſona, in qua
10 duo iura concurrunt, † quorũ quodlibet pro-
ducit ius dandæ vocis, duas voces habere de-
beat; *iuxta doctr. Abb. in d. cap. cum olim 12. nu. 2. de ſent. & re iudic. Franc. in c. cum in Eccleſia 25. ſub num. 4. verſ. facit, quod notatur de præb. in 6. Co-uar. var. reſol. lib. 3. cap. 13. ſub num. 6. verſ. contra-rium cum alijs relatis à Garz. de benef. par. 11. c. 5. nu. 211.* Quia cum ex prædictis appareat Pon-tificem contemplatum fuiſſe d. Abbatem vti Superiorem, & contradiſtinctè à Conuentu conſenſum illius requiſiuiſſe, vtique talis Ab-bas non potuit in hac facti ſpecie duplicem præſtare conſenſum, propriũ ſcilicet, & Con-uentus, à Pontifice requiſitum; nam quoties apparet aliquem, in quo duo iura concurrunt, deſeruire reſpectu vnius iuris, tunc ille non
11 conſideratur † reſpectu alterius iuris; prout
declarat idem *Abb. in eodem c. cum olim 12. n. 6.* vbi dat exemplum Canonici habentis Cap-pellaniam in Eccleſia, in qua ſi celebrat tan-quam Cappellanus, non cenſetur intereſſe tanquam Canonicus, cum actus ille celebran-di ſibi vti ſoli Cappellano competat ex iuri-bus per eum allegatis.

Minus vrget ponderatio, quod nullus alius Monachus tempore contractus adeſſet, qui in Monaſterio reſideret. Quoniam talis ab-ſentia horum Monachorũ à Conuentu aliun-dè non probatur, quam ex eiuſdem Abbatis aſſertione, quæ eſto, quod alias probaret, tan-quam emanata ſuper re ſpectañ ad eius offi-
12 cium, ratione cuius tenetur † ſcire numerum
Monachorum ſui Monaſterij, *ad text. in c. fin. de regul. Vbi Canoniſta, Rom. conſ. 341. num. 2. Rota poſt Poſt. de manut. dec. 164. num. 5. & 6.* Nihilo-
13 minùs in propoſito, tanquam emiſſa † in re
prohibita, & Eccleſiæ præiudiciali, non me-retur fidem, *Oldrad. conſ. 261. nu. 2. Caſtr. conſ. 74. num. 1. verſ. tertio videndum lib. 1. Anchar. conſ. 57. num. 5. & conſ. 171. num. 7. cum alijs in eadem deci-ſione cumulatis, §. neque excuſari poteſt.*

Eoque minùs, cum talis abſentia aliorum Monachorum tantum abeſt, quod probetur concludenter, quinimò potiùs excludatur, non ſolum ex præſumptione, iuxta quam Mona-
14 chus, † aut Clericus præſumitur reſidere in
Eccleſia, cui inſeruire tenetur, *Alciat. in tract. de præſumpt. regul. 1. præſumpt. 35. in princ. verſ. ſicut Clericus, Gonz. ad reg. 8. gloſ. 45. num. 83. & fuit di-ctum in Barchinonen. Portionum 29. May anni præ-teriti coram me, §. non obſtat, quod portiones.* Ve-rùm etiam ex tractatibus antecedentibus ſu-per eadem alienatione, ex quibus apparet, tres Monachos vltrà Abbatem in eodem Mona-ſterio reſediſſe, qui propterea eſto, quod eſ-ſent abſentes, erant nihilominus vocandi, & expectandi, nè res tanti præiudicij à ſolo Ab-bate, & vno Monacho minus rectè ageretur; Nam quidquid ſit de illorum opinione, qui exiſtimarunt in alienatione bonorum Eccle-ſiæ abſentes à Capitulo, vel à Conuentu ne-ceſſario vocandos non eſſe ex eo, quod abſen-tes de iure vocari neceſſario non debeant, niſi
15 in tribus caſibus, ſcilicet electionis, receptio-
nis in Canonicũ, & ceſſationis à diuinis, quos notat *gloſ. in cap. præſentium, in verb. ipſorum de teſtib. in 6.* quam ſequuntur DD. relati in de-ciſione, quæ reuidetur. Nihilominus eorum opinio procedit, quando ex tribus duæ partes
16 ſunt præſentes, † & illæ conſentiunt; ſecus
autem, quando, prout hic, illi, qui ſunt præ-ſentes, duas partes non conſtituunt, prout ex-preſsè declarat *Hoſtien. in cap. inter vniuerſas 18. num. 11. de elect. & prius ſenſit gloſ. in auth. hoc ius porrectum, in verb. maiori, verſ. ſi verò quidam ab-ſint, & ibi etiam Salycet. ſub n. 2. col. 3. verſ. oppono, quod maior pars, C. de ſacroſ. Eccl. cum alijs relatis in eadem deciſione, §. attamen in præſenti caſu.* Ideo-que etiam in alijs negotijs præter dictos tres caſus eſſe neceſſario vocandos, & expectan-dos abſentes, ſi duæ partes reſidere debẽtium non ſint præſentes, animaduertit *Caſtr. in d. auth. hoc ius porrectum, num. 3. ibi: Item nota, quod non ſunt vocandi abſentes, dummodo duæ partes ſint præſentes, & maior pars iſtarum conſentiat, & clarius Abb. in cap. 1. num. 16. verſ. dic clarius, de his, quæ fiunt à maior. part. Cap.* vbi docet, quod ad vali-ditatem actus ad minus duæ partes vocando-rum debeant eſſe præſentes, & ex illis duabus partibus oportet neceſſario maiorem partem conſentire, ſubdens eſſe neceſſe ad validitatem actus, quod maior pars hominum de Vniuer-ſitate conſentiat, & ſufficere maiorem partem horum, qui ſunt in Vniuerſitate, dummodo præſentes conſtituant duas partes.

Nec releuat, quod à tempore tractatuum, qui fuerant habiti ſub diebus 18. 19. & 20. Ia-nuarij vſq; ad diem 25. Aprilis, quo fuit con-tractus celebratus, interceſſerint tres menſes, & vltrà, intra quos Monachi, qui extabant tempore Tractatuum, potuerunt vel obire, vel ad alia Monaſteria transferri, quia reſpectu
17 mortis, illa † non præſumitur, & alleganti,
præſertim tali tempore, incumbit onus pro-bandi, *Socc. iun. conſ. 26. num. 12. vol. 2. Pariſ. conſ. 30. num. 41. lib. 2. Rim. conſ. 136. num. 12. vol. 4. Alex. conſ. 25. in princ. num. 4. Ioſeph. Ludou. deciſ. Peruſ. 12. num. 3. & ſeq. par. 1. Bocr. dec. 188. poſt num. 2. cum alijs cumulatis à Maſchard. de probat. volum. 2. concl. 1069. n. 1.* Reſpectu verò translationis, illa pariter non præſumitur, niſi probetur, cum
18 potius quis non præſumatur † mutare locũ,
ſed permanere vbi commorari conſueuit, *Bart. in l. is poteſt, num. 17. ff. de acquir. hæred. Gui-dop. tract. de præſumpt. verſ. reperitur aliquid, Alciat. eod. tract. reg. 2. præſ. 15.*

Altera verò nullitas ex defectu iuſtificatio-nis narratiuæ factę ipſi Calixto pro impetran-da licentia, ſeu Beneplacito Apoſtolico in forma commiſſaria ſuper d. Inueſtitura, adhuc etiam viget. Quandoquidem fuit inter alia expoſitum, quod Caſtrum Villæ Nouæ in ſuis ſtructuris, & ædificiis, necnon poſſeſſiones pro earum cultura, & alijs neceſſarijs, non modi-ca indigerent expenſa, ad cuius ſupportationẽ, atque ipſorum Abbatis, & Conuentus ſuſten-tationem aliæ d. Monaſterij nullatenus ſup-peterẽt facultates, ſed prædicti Abbas, & Con-uentus neceſſario cogebantur de cenſu annuo lib. 500. certam partem annuatim deducere pro huiuſmodi expenſis. Quæ tamẽ narratiua

noa

non apparet cõcludenterverificata, prout illa,
19 tanquam pars gratię,† verificanda, erat etiam parte non opponente. *Aegid. dec. 303. Rota deciſ. 20. in princ. de prob. in nou. Pariſ. conſ. 49. num. 3 t. lib. 4. Verall. dec. 39. par. 2. latè Mareſc. var. reſol. lib. 2. cap. 1. n. 1. & ſeqq.*

Nec releuant Teſtes deſuper examinati. Quoniam primus, quamuis ſuper ſecundo deponat, d. Caſtrum non potuiſſe refici in fundamentis, & ædificijs, foſſatis, ac turribus, ac alijs neceſſarijs pro cuſtodia d. loci, & rerum ibi introducendarum, minori pretio ducator. 1250. & ſuper tertio dicat, quod ſi Abbas voluiſſet reficere Monaſterium cum ædificijs dirutis, & alijs neceſſarijs pro Conuentu prouidere, & Caſtrum etiam reſarcire, neceſſario erogaſſet omnes redditus Monaſterij per ſexdecim annos. Attamen, cum in neutro reddat ſufficientem rationem ſuper quantitate
20 impenſæ, eius depoſitio non attenditur, *Aym. conſ. 2. num. 4. Rota dec. 380. n. 18. par. 5. & dec. 258. n. 13. par. 7. rec.*

Secundus verò Teſtis pariter ſuper ſecundo licèt aſſerat, quod Caſtrum cum ædificijs, & muris neceſſarijs pro habitatione Agricolarũ, vt poſſent ſe tueri tempore belli, non reficeretur minori pretio ducat. 150. & eam aſſignet rationem, quia conſiderauit expenſam, & audiuit ab alijs, qui faciunt ſimiles domos, nihilominus ſuper tertio ſubdidit, neſcire expenſam Monaſterij, minuſq; coarctat negatiuam pro iuſtificatione d. narratiuæ, nempe Monaſterium habere tot annuos redditus, nec potuiſſe maiores habere, quin ipſe id certo ſciret, remouendo actum à ſenſu, prout requiritur ad hoc, vt Teſtes ſuper negatiua deponentes
21 gradum † probationis faciant, ſecundum doctr. *Bald. in l. 1. num. 7. C. de bon. poſſ. ſecund. tab. Alex. conſ. 108. n. 10. lib. 2. Dec. conſ. 94. n. 5. cum alijs alleg. in deciſ. quibus addi poſſent, Gabr. de teſt. concluſ. 4. num. 8. Farin. de teſt. q. 65. num. 205. & ſeqq. Rota dec. 92. n. 4. par. 2. rec. Buratt. deciſ. 604. n. 10.*

Tertius denique Teſtis, ſimiliter ſuper ſecundo, dum inquit, Caſtrum eſſe dirutum, & ædificia tali indigere reparatione, vt non valerent refici minori impenſa ducatorum mille, eam adducit rationem, quia nempè muri erant de creta, per quos aqua, vbi pluebat, ingrediebatur in Caſtrum, quæ tamen ratio non concludit, impenſam fuiſſe neceſſariam in prędicta quantitate, illamque nullatenus fieri potuiſſe ex alijs bonis eiuſdem Monaſterij, prout opus erat, ex iuribus ſuperius allegatis. Imò idem Teſtis deponens ſuper tertio, quod in refectione d. Monaſterij, & habitationum illius, ac d. Caſtri, exponerentur omnes introitus Monaſterij per duodecim annos, eam imprudenter aſſignauit ſcientiæ cauſam, quia nimirum, licet ipſe non eſſet Magiſter murorum, habebat tamen aliquam ſcientiam fabri lignarij, ſecundum quam exiſtimabat impenſam 6000. librarum in d. refectione requiri; quæ quidem ratio cum ſit inepta, & minimè concludens, perindè habetur, ac ſi red-
22 dita non fuiſſet, cum Teſtis nullam reddens rationem ſui dicti, aut reddens ineptam, & non concludentem, nec etiam gradum probationis faciat. *Specul. in tit. de teſ. §. 1. num. 61. Abb. in cap. cauſam num. 6. in princ. ibique Felin. n. 2. in 1. fallent. verſ. & talis de teſt. Iaſ. in l. cum hi 8. §. vult igitur num. 5. ff. de tranſact. cum alijs per*
23 *Farin. de teſt. q. 69. n. 8.* Ratio enim dicti, quam Teſtis aſſignat, debet eſſe congrua, concludens & neceſſaria, cum paria ſint non reddere rationem, & reddere non bonam, aut inſufficientem, *l. ſolam, verſ. nec alijs, vbi Alex. num. 1. verſ. & debet, & Caſtr. num. 6. verſ. ſubaudi, C. de teſtib. Iaſ. in d. §. vult igitur num. 3. verſ. addo paria, cum ſimilibus congeſtis à Farin. d. quæſt. 69. n. 10.*

Prædictaque depoſitio Teſtium eo minùs releuare viſa fuit, quia in eodem Proceſſu fabricato coram Executore tria leguntur, quæ oppoſitum veriùs fuiſſe demonſtrant, nempè.

Primum, quod Monaſterium vltrà prædictum Cenſum, ſeù redditum libr. 500. quas annuatim percipiebat ex locatione temporali eiuſdem Caſtri, facta ipſi Ruberto, prout legitur in principio litterarum eiuſdem Calixti, ibi. *Exhibitas nobis &c. petitio continebat, quod dudum ipſi Abbas, & Conuentus Caſtrum &c. eidem Ruberto ad certum tempus ſub cenſu annuo libr 500. annis ſingulis ſoluendo, cum pactis tunc expreſſis locarunt &c.* habeat etiam bona conſimilis redditus in Ciuitate Nouariẽ, in Territorio Cerodani, prout legitur inter articulos tunc datos, ibi. *Quod conſideratis alijs intratis d. Monaſterij, quæ ſunt in Ciuitate Nouariẽ, quæ aſcendunt ad libr. 500. vltra intratas d. loci Villæ nouæ &c.* Præterea conſtat paucos ex prædictis redditibus tunc eſſe alendos, cum ex prænominatis antecedentibus tractatibus habitis ſuper conceſſione prędicta, liqueat in d. Monaſterio non adeſſe niſi Abbatem, & tres Monachos, quorũ vnus poſtea in Inſtrumẽto eiuſdem conceſſionis interuenit. Tertium, quod pro reparatione d. Caſtri, ceteriſque alijs expenſis neceſſarijs ſatis erat pars d. annui Cenſus lib. 500 prout conſtat ex eiſdem litteris Calixti, ibi. *Sed dd. Abbas, & Conuentus coguntur de Cenſu prædicto certam quantitatem annuatim deducere, ſeu recompenſare pro reparatione, & expenſis huiuſmodi &c.* Pro reparatione verò Monaſterij, & ędificiorum illius, ſatis erant libræ 200. per 15. annos, prout idem Executor expreſſit in eius ſententia.

Ex quibus ſimul iunctis apparet ex redditibus Monaſterij aſcendentibus ad libras 1000. potuiſſe commodè prouideri reparationibus prædictis, & congruè ſuſtentationi Abbatis, & Monachorum, cum ex libr. 1000. etiam deductis lib. 400. ſufficientibus per vtraq; reparatione Caſtri ſcilicet, & Monaſterij ſupereſſent alię librę 600. annuæ, quæ pro ſuſtentatione Abbatis, & trium Monachorum commodè tunc temporis ſuppetebant; Vnde deueniri non poterat ad perpetuam alienationem bonorum eiuſdem Monaſterij, cum pro-
24 prietas, † vel vtile dominium Eccleſiæ alienari non poſſit, quoties illi ex fructibus prouideri poteſt ſecundum *gloſſ. in cap. 1. verb. defenſore, & Io. Monach. num. 13. de reb. Eccleſ. non alien. in 6. Abb. in cap. nulli num. 5. extr. eod. tit. Syluestr. in ſum.*

ſum.in verb.alienare num.7. Seraph.deciſ.508.nu.2. Rota deciſ.720.num.9.par.1.diuerſ.

Neque ſubſiſtit, quod verba illa (aliæ dicti Monaſterij nullatenus ſuppetunt facultates) non excludant totalem exiſtentiam aliorum bonorum, ſed indicent illorum dumtaxat inſufficentiam, adeout ſenſus dd. verborum is eſſe videatur, quod Monaſterium haberet quidem alia bona, ſed inſufficentia pro indigentijs in ſupplicatione contentis. Quia ex contextu litterarum ipſius Calixti clarè colligitur. illum ex prædictis verbis (aliæ d. Monaſterij nullatenus ſuppetunt facultates) intellexiſſe nulla alia adeſſe bona, ex quibus inpenſa narrata deſumi poſſet, nam alias verba prædicta ſalua ratione recti ſermonis interpretari non poſſent, tàm ponderata dictione,
25 nullatenus † quæ eſt negatiua vniuerſalis *gloſ. in clem.vnica in verb.nullatenus, de ſequeſtr poſſ.& fruct.Gemin.conſ.35.num.2.poſt med.verſ.hoc probat Rom.conſ.326.num.11.in fin. Vulpell. de prop.verb. nullatenus pag.66. cum alijs congeſtis à Barboſ. dict.* 192. Itaut ſignificet omnimodam nullitatem, omnemque potentiam excludat *Tiraq. in l. ſi vnquam,in verb.reuertatur nu.95.Menoch.conſ.383. num.14.* quam attento verbo ſuppetunt, quod
26 omnes † facultates comprehendit *iuxta tex.in cap.final.21. qu.2. & in l.1.C.de Apparitor. Comit. Orient.*

Nec vrget quod Executor non ſe reſtrinxit ad probationem reſultantem ex depoſitione dd. Teſtium, ſed vlteriùs retulit ſe ad acceſſum, quem fecit ad loca controuerſa, & propterea d. Inueſtitura ſit valida, etiam quod ſententia d. Executoris non iuſtificetur ex actis,
27 cum alienatio † rei Eccleſiæ non requirat neceſſariò Proceſſum, ſiuè telam iudiciariam pro veritate narratorum, ſed Executor poſſit etiam extraiudicialitèr ſe informare, quando Papa ſimplicitèr illi committit, vt ſe informet quoad ea,quæ in litteris continentur *Abb. conſ.41.num.1.verſ.ex quibus verbis*, quem inter alios ſequitur etiam *Rota deciſ.479. num.2. & deciſ.716.num.1.& 4.par.1.& deciſ.160.num.8.p.2 diuerſ.* iuncta præſertim clauſula ſubſequenti,
28 *Conſcientiam tuam oneramus*, † quæ ſolet operari, vt Executor non teneatur aſſumere partes Iudicis *Lap.alleg.15.num.8.verſ.quia tamen eſt dictum Menoch.de arbitr.Iud.qu.17. num.14. Aeſin. in prax.Iud.§.7.ca.16. verſ.6.limitat.in princ.Lancell. de attent.par.2.cap.12.limit.10.nu.8.Rot.d.deciſ.94. num.47.par.7.recent.*

Quia cum Papa reſcripſerit Executori per hæc verba. Quatenus ſuper ipſis præmiſſis omnibus, & ſingulis, ac eorum vniuerſis, te diligentèr informes, etſi per informationem huiuſmodi ea veritate ſulciri, nec non conceſſionem huiuſmodi, ſi fiat, in euidentem vtilitatem d. Monaſterij cedere reperceris &c. veriùs eſſe dicebant Domini talia verba non ſonare in ſimplicem informationem extraiudicialem; in quibus terminis loquitur *Abb.*
29 *quem † alij ſequuntur d.conſ.41.num.1.verſ. ex quibus verbis*; ſed vti concernentia probationem narratorum, & maximum Eccleſiæ præiudicium requirere proceſſum iudicialem; atten-
30 tis clauſulis, † *veritate fulciri, & ſi repereris* quarum quælibet requirit ordinem iudiciarium, quando, prout hic, concernit ius, aut
31 præiudicium alterius, prout de clauſula † *veritate fulciri, tradit Guidop.deciſ.70. num.3. verſ.vel ſi*
32 *veritate fungantur*, & de clauſula † *ſi repereris gloſſ.in clem.vnic.in verb.repereris de off.& pot.Iud. deleg.Innoce.in cap. Epiſcopi 4.num.1. verſ.vnde apparent de reb. Eccleſ. non alien. Guidop. d. deciſ.70. num.3. verſ. idem ſi committitur Iaſ. in l. certum eſt num.19. verſ.& ſi ita comperies C.vnde legit. Redoan. de reb.Eccl.non alien.qu.23.num.63.* exemplo ſi-
33 milis clauſulæ † *ſi vobis conſtiterit*, quæ paritèr tribuit cognitionem cauſæ, & proceſſum iudicialem exigit, ſi tangat ius alterius. *Bald. in l.non dubium 5.num.13.verſ.ſi apponitur C.de legib.Iaſ.in d.l.certum eſt num.19. C. vnd.legit. Innoc. in cap.dudum 16.ſub num.5. verſ. ſi autem in littera de præſumpt.Abb.in cap. conquerente 7. num.9. verſ. & nota aliud de reſt.ſpoliat.Guidop.d.deciſ.70. nu.1. Seraph.deciſ.601.num.3. Rota deciſ.36. num.6. poſt Cenc.de cenſ.& d.deciſ.94.num. 50. par.7.recent.* Et hinc non ſuffragatur clauſula *conſcientiam tuam*
34 *oneramus*, quoniam illa † non tollit neceſſitatem procedendi iudicialitèr, quando, prout hic, agitur de alterius præiudicio, prout aduertit,& pluribus rationibus comprobat idem *Aeſin.in prax.d.§.7.cap.5.verſ.6.limitat. nu.2. Rot. d.deciſ.94.num.51. par.7.rec.*

Et videbatur ceſſare omnis amaritudo ex eo, quia d. Executor, eſto, quod potuiſſet procedere extraiudicialitèr, cuius contrarium liquet ex prædictis, nihilominus cum elegerit viam iudicialem, & proceſſum fabricauerit, intrat regula, quod potuit noluit, cum Exe-
35 cutor, † qui valet procedere extraiudicialitèr poſſit, ſi vult, partes Iudicis aſſumere *gloſſ. in d.clem.vnic.in uerb. repererint poſt princ. Lap. d.alleg.15.num.8.uerſ.niſi expreſsè appareat*. Sed iam
36 electa via iudiciali † non poſſit ampliùs deſerere cognitionem cauſæ, & procedere extrà iudicialitèr *Feder.de Sen.conſ.79.num.3. uerſ.quod plus Zabarell.conſ.145.in fin. Duran.deciſ.238.n.7.*

Nec ſuffragatur aſſertio Executoris, qui declarauit huiuſmodi Inueſtituram cedere in euidentem vtilitatem Eccleſiæ, cum pro ſen-
37 tentia † Executoris præſumatur, prout in ſpecie tradunt *Abb.d.conſ.41.n.2.lib.1.Dec.conſ.341 num.12.Pariſ.conſ.24.nu.5.lib.4.Seraph.deciſ.1073 num.6.cum alijs allegatis*. Quia talis præſumptio non militat, quando Papa, prout hic, requirit pro forma diligentem perquiſitionem, & cognitionem cauſæ, quia tunc veritas narra-
38 torum † debet iuſtificari ex actis, nec ſufficit ſola Executoris aſſertio; vt benè declarat *Borgnin.d.deciſ.45.num.80.uerſ.quia ſupradicta loquuntur & num.ſeqq.par.1.Duran.d.deciſ.238.num.3.& ſeqq.* Eoque minùs, quando reuera apparet, prout hic, narrata non fuiſſe iuſtificata, cum
39 Eccleſia † non prohibeatur probare contrarium eius, quod Executor aſſeruit, adeòut eo probato conceſſio corruat *Rim.Iun.conſ.233 num.120.& ſeqq.vol.3. Borgnin.d.deciſ.45.num.81. uerſ.& maximè apparente de contrario Honded. conſil.37.num.15.& 16.lib.2. Add.ad Greg.deciſ.343. num.6.in fin.*

Alte-

Digitized by Google

Altera pariter nullitas ex defectu cauſæ, nimirum euidentis vtilitatis Eccleſiæ, adhuc etiam vrget. Siquidem tantum abeſt, quod prædicta Inueſtitura ceſſerit in euidentem vtilitatem Monaſterij, quinimò apparet potiùs illi damnoſa.

Tùm quia Monaſterium alienauit in perpetuum bona prætioſa ad hoc, vt caſtrum fieret fortiùs, ac tutiùs ad reſiſtendum tempore belli, prout idem Executor videns illius ſtatum, retulit ibi. (Vidit, quod caſtrum parum valet, & non eſt tutum, nec forte pro cuſtodia hominum, & rerum; Maximè quia foſſatum eſt plenum luto, talitèr quod vix poſſent dd. muri fieri fortes, & fieri ea, quæ ſunt neceſſaria per tutela d. fortalitij pro mille ducatis
40 &c.) quæ quidem cauſa in Eccleſia † inferiori, quæ Summo Pontifici ſubeſt, non videtur iuſta, neque ſufficiens pro alienatione bonorum illius in perpetuum, quia illa non tenetur indicere, aut ſuſtinere bellum, cum habeat ad quem confugiat per iuſtitia obtinenda, ſi eidem ſuper aliqua re controuerſia fiat *Oldrad. conſ.70. in fin. Rim. Sen. conſ. 81. nu.13. vol.1. Penin. Bellus in tract. de bell. par.1. tit.3. Menoch. conſ.65. num.30. vol.1.*

Tùm etiam, tàm Abbas, & Monachi in tractatu habito ſuper d. alienatione, quam Executor in eius ſententia, pro ſtatuenda euidenti vtilitate Eccleſiæ, reſpexerunt ad ſolum ſtatum rei præſentis, & tempus calamitoſum, quod tunc vigebat ratione belli, quæ quidem vtilitas non ſuffragatur pro validitate eiuſdem alienationis, cum in alienatione per-
41 petua † bonorum Eccleſiæ facta, prout hic, ex cauſa vtilitatis, non ſufficiat vtilitas temporalis deducta ſolum ex ſtatu rei præſentis tempore calamitoſo, ſed etiam perpetua requiratur ad hoc, vt eidem alienationi correſpondere valeat *Menoch. de arbitr. in addit. ad caſ. 152. num.3. & infra Gratian. diſc.45. num.11. & 12 Seraph. deciſ.433. num.4. & 5. Mantic. deciſ.117. n.4 Rota deciſ.129. num.10. par.7. rec.*

Quibus accedit, quod prædicta Inueſtitura conceſſa fuit cum pacto, quod tàm ipſe Robertus, quàm ſui hæredes poſſent acquirere etiam directum dominium, ac ciuilem poſſeſſionem d. Caſtri, aliorumque bonorum conceſſorum quandocunq; darent in excambium prædictis Abbati, & Monaſterio, tot Cenſus, ſiuè, vt aiunt, ficta perpetua in Ciuitate Nouariç, ſeù Mediolani, aut Papiæ, quę aſcenderent ad annuum redditum libr. 625. quod quidem pactum ab omni iuſtitia, & æquitate videtur alienum. Tùm propter liberam facultatem affrancandi quandocunque, quandoquidem affrancatio deberet fieri inſpecto tempore ipſius affrancationis, dum ſcilicet Eccleſia priuatur ſua proprietate, non autem habita ratione ad liuellum ſtatutum ab initio, nè illius conditio fiat deterior, cum
42 valor † proprietatis poſſit augeri, vel intrinſecè ſolo curſu temporis, vel extrinſecè propter melioramenta, adeout tale pactum tribuens facultatem affrancandi quandocunque ſit valdè læſiuum Eccleſiæ, & diabolicum eſſe dixerit *Borgnin. deciſ.33. num.12. par.3.* Tùm etiam propter facultatem appropriandi bona conceſſa præuio excambio libr. 625. dumtaxar, & ſic libr. 75. vltra libr. 550. quæ ſoluebantur pro dominio vtili; quod quidem excambium negari non poteſt, quin ſit diſſimile, & incongruum, cum ius illud directi dominij, quo Eccleſia tali caſu priuabatur, magnæ profectò eſſet æſtimationis propter Iura laudemiorum emolumenta renouationum, Inueſtiturarum deuolutiones, & caducitates, & ſpem probabilem augendi ſucceſſiuis temporibus, eorumdem bonorum valorem, & redditu͡um quantitatem, adeout dominium
43 directum † plus valeat, quam vtile; vt inquit *Bald. in l.1. ſub num.3. in ſecunda lect. ff. ſi ager. vectigal.* Imò duplo plus ad minus *per text. in cap. præcarie el primo qu.2. cauſ.10. & ibi gloſſ. ac cæteri Canoniſtæ*, vbi dicitur poſſe aſſignari ei, qui fundum Eccleſię perpetuò conceſſit, redditum annuum ad eius vitam duplo, vel etiam triplo maiorem, & dixit *Rota in Bononien. de Monterentijs 27. Aprilis* 1617. *coram bo. me. D. meo Seleucien.* & poſt plures probat *Manent. in tract. de contract. liuell. qu.2. num.10. & ſeqq.* dicens, quod huiuſmodi directa dominia ità æſtimantur, vt duo, vel ad ſummum tria cum dimidio conſtituant centum de Capitali, idemque comprobat *Borgnin. d. deciſ.33. in fin. par.3.*

Quo vero ad alteram Inueſtituram factam anno 1602. Iacobo Triuultio per viam tranſactionis, & confirmatam in forma commiſſaria ab Alexandro VI. cum ſententia Executoris, quod illa cederet in euidentem vtilitatem d. Monaſterii, eſt pariter nulla.

Primò, quia Alexandro VI. non fuit explicata diſcrepantia inter præcedentem Inueſtituram conceſſam Sanſeuerino, & hanc conceſſam Triuultio, quæ in eo potiſſimum conſiſtit, quod illa non tranſiret ad extraneos, vti
44 ſimpliciter conceſſa † pro ſe, & ſuis hæredibus, quæ verba in emphyteuſi conceſſa ab Eccleſia comprehendunt ſolos hæredes ſanguinis, & ſic deſcendentes ab inueſtito *Clar. in §. emphyteuſis qu.29. in princ. Cephal. conſ.400. num.5. & infra vol.5. Peregr. de fideic. art.32. nu.52. Fuſar. de ſubſtit. qu.339 num.33. Seraph. deciſ.862. num.2. Rota deciſ.111. num.2. par.6. rec.* Imò nec etiam tranſiret ad fęminas deſcendentes à Ruberto propter pactum, quod bona non poſſent dari in dotem; vel nomine dotis alicui filiæ prędicti Roberti, vel alicui alię mulieri, aut earum maritis; Iſta verò conceſſa Triuultio comprehendat extraneos, & fęminas ob expreſſam ſtipulationem pro ſe, ſuiſque hæredibus, & ſucceſſoribus maſculis, & fęminis, & cui, vel quibus dederit, quæ quidem diſcrepantia ſi Summo Pontifici narrata fuiſſet, vtique ille forſan d. Inueſtituram confirmari non
45 demandaſſet, vel difficiliùs † quod ſufficit ad hoc, vt eadem confirmatio tanquam ſubreptitia non ſuffragetur *Felin. in cap. ſuper litteris num.8. de reſcript. Socc. conſ.260. num.2. lib.2. Corn. conſ.245. num.4. lib.1. Caſſad. deciſ.12. num.14. de præb. Rota deciſ.417. num.1. par.1. & deciſ.32. nu.11 par.6. rec. Buratt. deciſ.576. num.7.*

Nec

Digitized by Google

Nec releuat augumentũ Canonis à lib. 550.
ad libr. 1600. Quoniam illud non potuit ſup-
plere diſcrimen adeò ſubſtantiale, propter
quod Emphyteuſis Eccleſiaſtica immutauit
naturam, & facta fuit tranſitoria ad omnes ex-
traneos vtriuſq; ſexus, & Eccleſia priuata fuit
ſpe rehabendi bona conceſſa ob defectum li-
neę maſculinę, qui facile contingere potuit,
46 cum quælibet ſubreptio, † vel obreptio in
hac materia vitiet beneplacitum Apoſtolicum
*Seraph. deciſ. 508. num. 9. & 10. Rota d. deciſ. 160.
num. 3. par. 1. diuer. & d. deciſ. 94. num. 59. in fin. p. 7.
recent.*

Secundò quia Executores non ſeruarunt in
hac ſecunda Inueſtitura formam demandatam
à Paulo II. *in extrau. ambitioſæ de reb. Eccleſ. non
alien.* quam etiam idem Alexander VI. expreſ-
sè ſeruari præcepit ibi *quatenus ſi ſeruata forma
prædictarum litterarũ Pauli Prædeceſſoris &c.* cum
47 enim d. conſtitutio † etiam in re ſolita conce-
di in Emphyteuſim requirat probationem eui-
dentis vtilitatis Eccleſiæ eodem tempore, quo
fit renouatio, adeout non ſufficiat primam
alienationem fuiſſe vtilem Eccleſiæ, vt præ-
ter *Doct. relatos in deciſione, quæ reuidetur, in §. &
quod magis, tenent Ferd. à Caſtr. Pal. tom. 2. tract. 11.
§. 4. num. 4. verſ. ſecunda conditio Borgnin. deciſ. 30.
num. 15. & 29. par. 2.* non apparet dd. exequuto-
res aliquam ſuper vtilitate huius ſecundæ In-
ueſtituræ recepiſſe probationem, prout opus
erat, cum in alienatione bonorum Eccleſiæ
conceſſa præſertim, ſeù confirmata, prout
hic, ſeruata forma Conſtitutionis Paulinæ,
veritas narratorum debet neceſſariò iuſtificari
48 ex actis, † nec probatur ex ſola partium, aut
Executoris aſſertione *Rota deciſ. 716. num. 1. & 4
verſ. aut committit par. 1. & deciſ. 160. num. 3. par. 2.
diu. & d. deciſ. 94. num. 42. verſ. nec rectè cum ſeqq.
par. 7. rec. Canal. deciſ. 215. num. 4. Duran. deciſ. 250.
num. 9. & infra.*

Tertiò quia dd. Exequutores nec etiam
adimpleuerunt clauſulam adiectam ab eodem
Alexandro VI. cum ablatiuo abſoluto ibi. *Ac
bonis prædictis priùs coram vobis ſpecificatis.* Quan-
doquidem contenti ſola inſpectione oculari
non curarunt ſingula bona adnotari, ac ſpeci-
ficari in actis per Notarium, prout opus erat,
49 omiſſio enim † d. ſpecificationis inducit aper-
tam nullitatem, prout cenſuit *Rota coram Ora-
no deciſ. 189. num. 1. & ſeqq. par. 4. diu. & in Noua-
rien. Decimarum 4. Octobris 1592. ſub §. accedit,
& deciſ. 11. num. 7. & ſeqq. poſt Poſt. de manut.*

Denique quoad alias duas ſubſequentes In-
ueſtituras, quarum vna facta fuit Matthæo
Cardinali Schinerio anno 1514. altera eius
hęredibus anno 1536. Illæ pariter nullius ſunt
roboris, cum in illis deficiat vtrumque requi-
ſitum, cauſa ſcilicet, & ſolemnitas, quorum
50 tamen † vtrumque copulatiuè interuenire
debuit *cap. ſine exceptione 12. qu. 3. cap. nulli de reb.
Eccleſ. non alien. & cap. 1. eod. tit. in 6. Couar. var. re-
ſol. lib. 2. cap. 17. num. 2. Rota coram bo. me. Coccino.
deciſ. 374. num. 3. & deciſ. 545. num. 1. & 3.*

Nec releuat; quod præceſſerint aliæ Inue-
51 ſtituræ, quia licet res † Eccleſiæ alienari ſoli-
ta regulariter concedi poſſit etiam abſque ſo-
lemnitate, & beneplacito Apoſtolico *Caſ. dec. 3.
num. 14. & deciſ. 4. num. 8. de reb. Eccleſ. non alien.*
Nihilominus d. concluſio procedere poſſet,
vbi præcedentes alienationes fuiſſent validæ;
52 Secus † autem data, prout hic, illarum nul-
litate, quia tunc talis res non dicitur ſolita
locari ad hoc, vt iterum locari poſſit abſque
cauſa, & ſolemnitatibus, prout rectè com-
probat *Redoan. de reb. Eccl. non alien. qu. 65. num. 11.
verſ. & intellige Seraph. deciſ. 1451. num. 2.*

Eoque minus, quando prout hic, prætenſ-
ſum ſolitum alteratur, quia tunc talis aliena-
tio requirit cauſam, & ſolemnitatem, ac ſi
eſſet prima conceſſio, cum ſtante alteratione
53 cenſeatur † noua conceſſio, & alienatio *Imol. in
cap. ex parte nu. 38.* de his quæ fiunt *à maior. part.
capit. Alex. conſ. 5. nu. 11. lib. 5. Dec. conſ. 142. nu. 4. in
fin. verſ. Primò ergo Dec. conſ. 73. n. 43. li. 2. Clar. in §.
Emphyteuſis qu. 6. verſ. ſi tamen eſt & qu. 28. verſ. aut
verò Molin. de contract. diſp. 468. num. 19. cum alijs
congeſtis in Gerunden Scribaniæ 1. Iulij 1637. §. nec
dicatur, & 26. Februarij 1638. §. nec obſtat & 21.
Maij einſdem anni §. neque dicatur coram bon. mem.
Merlino.*

Neque huiuſmodi nullitates tolluntur ex
54 prætenſa obſeruantia, ex qua † dicebatur ori-
ri præſumptio nouæ conceſſionis, ſeù confir-
mationis apud *Duran. deciſ. 91. nu. 7.* Quoniam
cum D. Marchio Carauagij, Auctor Moder-
ni D. Marchionis, conuentus coram Senatu
Mediolanenſi ſuper ſolutione æſtimi pro iſtis
bonis Emphyteutecis, nedũ proteſtatus fuerit,
illa eſſe ſub directo dominio Eccleſiæ, verum
etiam produxerit poſteriorem Inueſtituram,
in qua reperitur inſertus integer tenor pręce-
dentis Inueſtituræ; prout firmauit *Rota in hac
eadem Cauſa ſub die 17. Decembris* 1640. *coram
bo. me. Coccino* vtique ex productione iſtius In-
ueſtituræ cenſetur illam approbaſſe, & illam
non alteram pręceſſiſſe, cum præſumptio alte-
55 riùs † tituli validi ceſſet ex productione titu-
li inualidi *Caputaq. deciſ. 304. num. 1. & ſeqq. par. 3.
Rota deciſ. 231. nu. 19. par. 1. diu. & deciſ. 295. nu. 12.
par. 5. recent. Seraph. deciſ. 1235. num. 4. cum alijs re-
latis in d. deciſione,* quibus addi poſſet *Villagut.
de reb. Eccl. mal. alien. lib. 3. cap. 5. num. 28.*

Minus recurri poteſt ad titulum præſcrip-
tionis; Quoniam ab anno 1457. quo Abbas,
& Conuentus conceſſerunt bona controuerſa
Ruberto Sauſeuerino vſque ad annum 1558.
quo Canobius, tunc Eccleſiæ Commendata-
rius mouit litem coram A. C. pro recupera-
tione bonorum contra Petrum Schinerium
& poſtea contra illius deſcendentes, nulla po-
tuit currere præſcriptio; quia cum Sanſeueri-
nus, & Triuultius non ſeruauerint formam
litterarum à dictis Pontificibus Calixto III. &
Alexandro VI. reſpectiuè demandatam, Schi-
nerius verò, & cæteri Succeſſores fuerint In-
ueſtiti nulla præcedente diſcuſſione ſuper eui-
denti Eccleſiæ vtilitate, ſed pręuia relatione
ad præcedentes Inueſtituras nullas, & inuali-
56 das; vtiq; fuerunt in mala fide, quæ † impedit
præſcriptionem *Balb. in tract. de præſcript. in 2.
par. 3. par. princ. qu. 6. num. 20. & qu. 12. nu. 12. & 13.
Aldobrand. conſ. 1. num. 301. & ſeqq. Pariſ. conſ. 27.
num.*

Digitized by Google

num. 169. lib. 1. Rol. conſ. 47. lib. 3. Nat. conſ. 162. n. 39. lib. 1. Dec. conſ. 272. nu. 5. & 6. Hond. conſ. 17. nu. 81. & 85. lib. 1. Grat. cap. 433. num. 14. Buratt. dec. 505. num. 14. Rota deciſ. 308. num. 5. par. 1. rec.

A dicto verò anno 1558. circà nulla etiam potuit incipere præſcriptio; Tùm propter ma-
57 lam fidem dd. Anteceſſorum, quæ † obſtat etiam Succeſſoribus, adeout iſti nec etiam à ſeipſis pręſcriptionem incipere poſſint *Balb. de præſcript. 2. par. 3. princ. qu. 12. n. 12. Hond. d. conſ. 12. num. 85. Gabr. de præſcript. concluſ. 5. nu. 2. Gratian. diſc. 303. num. 15. Adden. ad Greg. deciſ. 249. num. 6. & ad Buratt. d. deciſ. 515. num. 13.* Tùm etiam propter d. litem à Cænobio inceptam, quam etiã eo defuncto, reaſſumpſit Cardinalis Farneſius illius in hac Abatia Succeſſor, cum
58 præſcriptio † contra Eccleſiam impeditur ex conteſtatione litis, quam Actor, vt hic, proſequutus fuit *Abb. in cap. illud 8. num. 15. & ibid. Felin. nu. 4. de præſcript. Balb. de præſcript. in 3. par. 6. par. princ. qu. 4. num. 8. Put. deciſ. 385. num. 4. lib. 3. in correct. Duran. deciſ. 426. num. 21. & ſeqq.*

Firmata autem nullitate dd. Inueſtiturarum, ſolidiſſima remanet ſecunda pars eiuſdem deciſionis, in qua dictum fuit, bona, de quibus agitur, eſſe reſtituenda Eccleſiæ; Cum enim dd. bona ſubiaceant dominio Eccleſiæ, & retineantur à laycis ſine legitimo titulo, cla-
59 rè ſequitur illa † eſſe eidem Eccleſiæ reſtituenda *cap. reintegranda 3. qu. 1. cap. 2. de reb. Eccl. non alien. in 6.* ibi. *Qui verò ſecus egerint, niſi legitimè moniti ab huiuſmodi vſurpatione deſtiterint, reſtituendo ea, quæ taliter vſurparunt, eo ipſo ſententiam excõmunicationis incurrant, & in extrau. Ambitioſæ, cod. tit.* ibi. *Et tam qui alienat, quam qui alienatas res, & bona prædicta receperit ſententiam excommunicationis incurrat &c.* nihilominus alienatæ res, & bona huiuſmodi ad Eccleſias, Monaſteria, & loca pia, ad quæ ante alienationem huiuſmodi pertinebant, liberè reuertantur, cum alijs relatis in deciſione, quæ reuidetur.

Et ita hæredibus D. Marchionis Carauagij acerrimè informantibus reſolutum fuit &c.

IMOLEN. LEGITIMAE.

Lunæ 1. Iulij 1644.

ARGVMENTVM.

Legitima matris quando ſit tertia totius & quãdo tertia tertiæ portionis quam ab inteſtato fuiſſet conſecutura; lucrum dotale quo caſu prius ſit detrahendum quam legitima: ſtatutum Domicilij viri ex quibus ſit attẽdendum in materia lucri Dotis.

SVMMARIVM.

1 *Legitima matris in bonis filij defuncti eſt tertia totius hæreditatis.*

2 *Hoc procedit quando frater defuncti eſt omnino præteritus vel totaliter excluſus.*

3 *Legitima matris quando frater defuncti fuit agnitus tunc eſt tertia eius portionis quam ipſa mater concurrente fratre habitura fuiſſet ab inteſtato.*

4 *Quilibet proprio fauori ſeu beneficio renunciare poteſt.*

5 *Legitima matris eſt tertia totius hæreditatis quando frater non concurrit.*

6 *Legitima matris non minuitur ob exiſtentiam fratris niſi, quoad eam portionem in qua idem frater fuit agnitus.*

7 *Legitima matris non minuitur quoad portionem in qua fuit agnitus extraneus.*

8 *Lucrum Dotis tanquam debitum ex contractu debet detrahi ante legitimam, quidquid ſit in terminis,* l. hac ædictal. C. de 2. nupt.

9 *Statutum non comprehendit forenſes ex defectu poteſtatis ſtatuentium.*

10 *Statutum domicilij viri non præiudicat filijs forenſibus ex primo matrimonio natis quoad effect.* l. hac ædictal. C. de 2. nuptiis.

11 *Statutum domicilij viri quoad lucrum dotale attenditur, & præcipuè concurrente partiũ conuentione.*

12 *Legitima matris non minuitur ab ære alieno teſtatoris ſi de iſto non conſtet niſi ex ipſius teſtatoris aſſertione licet ſecus eſſet ſi coadiuuaretur alijs probationibus.*

DECISIO DCCXXXII.

LVDOVICA de Corbizis Foroliuienſis vxor Ioannis Pantaleonis Imoleñ Anno 1639. deceſſit ſine liberis, condito prius Teſtamento, in quo præterita Camilla matre d. eius virum in vſufructu Io: vero Thomam fratrem, vtrinque coniunctum in proprietate hæredes vniuerſales inſtituit. Quocirca d. Camilla mater intentauit querelam inofficioſi Teſtamenti aduerſus tàm d. Io: Thomam eius filium, quam Io: Pantaleonem Generum coram Locumtenente Romandiolæ petens pro ſua legitima tertiam partem totius hæreditatis d. q. Ludouicæ eius filiæ. Cui petitioni cum d. Io: Thomas conſentiret, Pantaleo verò ſe opponeret, emanauit ſententia quæ condemnauit eumdem Pantaleonem ad tradeñ prædictæ Camillæ pro ſua legitima tertiam partem omnium bonorum d. q. Ludouicæ eius filiæ: Appellauit Pantaleo ab huiuſmodi ſententia ad A. C. ſed interim defuncta d. Camilla prædictus Io. Thomas eius filius, & hæres proſequutus fuit iudicium coram eodem A. C. qui pronunciauit bene fuiſſe iudicatum, & malè appellatum. Ab hac quoque ſententia cum dictus Pantaleo appellaſſet, cauſamque ſuæ appellationis in Rota committi obtinuiſſet. Dubitaui, an d. ſententia eſſet confirmañ, vel infirmanda. In cuius dubij poſitione Informantes pro d. Pantaleone prætendebant illam eſſe infirmandam ex triplici capite. Primo ex eo quia d. ſententia declarauit legitimam Camillæ matris prædictæ Ludouicæ eſſe tertiam partem totius ſubſtantiæ, & bonorum eius hereditatis.

Secundo quia eadem ſententia non admiſit exceptionem detractionis lucri dotalis ante dictam legitimam ad fauorem prædicti Pantaleonis mariti prędictæ Ludouicę iux. diſpoſitionem Statuti Imoleñ ſub Rubr. 47.

Tertio quia relecta fuit pariter exceptio æris

alieni

alieni eiuſdem Ludouicæ teſtatricis in ſumma lib.2000.circiter.

Quoad Primum Caput licet vera ſit con-
1 cluſio, quod legitima † matris in bonis filij
defuncti ſit tertia totius hæreditatis iuxta opi-
nionem quam reprobato Bart. tenet Butriga-
rius, illa tamen procedit quando frater defun-
2 cti eſt omnino † præteritus, vel totaliter ex-
cluſus, tunc enim quia habetur pro mortuo,
non admittitur ad partem, nec facit partem
ad minuen͂ legitimã matris, ſecus verò quan-
do, prout hic, non eſt ſimpliciter præteritus,
vel excluſus, ſed aliquo modo agnitus, tunc
enim cum faciat partem minuit legitimam
3 matris, adeout illa non ſit tertia † totius hæ-
reditatis, ſed tertia eius portionis, quam ipſa
mater concurrente fratre habitura fuiſſet ab
Inteſtato, iuxta diſtinctionem, quam tradunt,
*Bald.in auth.nouiſſima in fin.verſ.& per hoc in quæ-
ſtione C.de inoff.teſtam.Gabr.conſ.94.nu.20.& ſeqq.
lib.1.Peregr.de fideic.art.38.num.13.verſ.tertius ca-
ſus Rota in Romana legitima coram me,quæ eſt deciſ.
219.num.3.& ſeq.par.6. recent.* vbi aliæ deciſio-
nes referuntur.

Sed in hac facti ſpecie Dominis viſa fuit
ceſſare huius quæſtionis examinatio ex eo,
quia d. Io: Thomas mortua Ludouica ſorore
renunciauit Ius ſuum ad fauorem matris, ſeu
potius conſenſit mediante ſpeciali Procu-
ratore, vt illa pro ſua legitima detraheret ter-
tiam partem totius hæreditatis d. Ludouicæ,
propter quam renunciationem, ſeu conſen-
ſum d. Io. Thomas perinde habetur, ac ſi non
extaret nullamque propterea facit partem ad-
minuendam legitimam matris, cum quilibet
4 proprio fauori, † ſeu beneficio renunciare poſ-
ſit, *l.fin.C.de pact.l.in re mandata C. mandat.* cum
alijs relatis à *Ceph.conſ.308.ſub num.1. & à Rota
deciſ.121.num.4. coram Reuerendiſſ. Vrgellen.* Ma-
5 ter † enim eatenus non capit integrum trien-
tem pro ſua legitima, quatenus frater, cuius
fauore illa minuitur, actu concurrat, vel con-
currere velit; Secus autem dum ille, prout
hic, non concurrit, quia tunc legitima matris
eſt tertia totius hæreditatis, *Gabr.d.conſ.94. nu.
15.& alijs duobus ſeqq. lib.1.Bellon.de Iur. accreſc.
cap.6.q.16. num.22. verſ.bis tamen, & ſeqq.* Vbi
loquitur in caſu repudiationis factæ à fratre,
& eadem *q.16.nu.132.& pluribus ſeqq. & n.197.
Merlin.de legit.lib.1.tit.4.q.7.num.16. Theſaur.de-
ciſ.172.num.6.Rot.poſt Merlin.d.tract.de legit.deciſ.
39.num.15.*

Nec releuat, quod prædictus Io: Thomas
frater prius adiuerit hæreditatem, & ſe enun-
ciauerit hæredem proprietarium, & propte-
rea re non integra non potuerit amplius re-
mittere Ius ſuum in præiudicium ipſius Pan-
taleonis quoad vſum fructuũ eidem ab vxo-
re relictum. Quia cum d. Pantaleo, qui fuit
inſtitutus hæres in vſufructu ſit extraneus, di-
cebant Domini prædictam renunciationem
nullum ei afferre præiudicium, cum legitima
6 matris † non minuatur ob exiſtentiam fratris
niſi quoad eam portionem, in qua idem fra-
ter fuit agnitus; Secus autem quoad eam por-
tionem, in qua fuit agnitus extraneus; quo
ad hanc enim portionem legitima matris nõ
7 minuitur, † ſed deducto eo, quod fuit relictũ
fratri eſt tertia totius hæreditatis, ſiue reſidui
prout, aduertit, *Gabr.d.conſ.94.lib.1.num.17.ſub
num 20.verſ.& eò magis, & nu.23.Berett.conſ.85.
num.5. Gratian.diſt.178.num.9. Mareſc.lib.1. var.
cap.10.num.9. Bellon.Iun.de Iur.accreſc.d.cap.6. &
q.16.num.735.in fin.& ſeqq. & d. num.139.& nu-
mer.143.Merlin. de legit. d.lib.1.tit.4.q.6.num.16;*
Et in terminis Teſtatoris, qui relicta proprie-
tate omnium bonorum ſuorum fratribus re-
liquit vſumfructum eorumdem bonorũ ſuæ
vxori, quod legitima matris eſſet tertia totius,
deducto prius eo quod fuerat relictum fratri-
bus, dixit *Rota deciſ.69.per tot.poſt Merl. delegis.*

Quo verò ad ſecundum Caput Iniuſtitiæ
illud viſum fuit ſubſiſtere ex eo, quia d. ſen-
tentia ſimpliciter declarauit eſſe tradenda d.
Io. Thomæ pro legitima matris tertiam par-
tem totius hæreditatis d. q. Ludouicæ, & ſic
non detracto prius lucro dotali, quod ex di-
ſpoſitione prædicti Statuti Imolen͂ defertur
viro ſuperſtiti pro medietate Dotis vxoris præ-
defunctæ, prout hic, ſine liberis comunibus.
Hinc enim apparet legitimã Camillæ matris
non eſſe tertiam totius, ſed tertiam dimidiæ
8 d. hæreditatis, cum lucrum † huiuſmodi quid
quid ſit in terminis, *l. hac edictali C. de ſecund.
nupt.* in quibus loquuntur fere omnes Doct.
cum deciſionibus exaduerſo alleg. tanquam
æs alienum debitũ ex contractu ſit detrahen͂
ante legitimam, *Bald.in conſ.314.numer.3. lib.4.
Butr.conſ.12.num.6 Socc. conſ.288. num.23. in fin.
lib.2.Aym.conſ.127.num.3.vol.3. Decian.conſ.2. à
num.97.vſque ad 113. incluſ.* & hanc concluſio-
nem veriorem eſſe dixerunt, *Surd. conſ.411.
num.35.vſque ad fin.Rolan.à Vall. de lucr.dot. quæ-
ſtion.90. per tot. Gratian.diſcept.for.cap.300. num.
31. & 34.*

Nec releuat, quod prædicta q. Camilla eſ-
ſet Foroliuien͂, & propterea dictum Statutum
9 Imolæ † eam non comprehendat ex defectu
poteſtatis ſtatuentium iux. doctr. *Gugl.de Suz-
zar. de qua Alex.conſ.44.num.9. lib.5. vbi Add. &
Ruin.conſ.58.num.12.lib.5.Brun.de Stat.excluſ.fæ-
min.art.6.num.3.Rolan.de lucr. dot. q.36.numer.16.
Franc.Becc.conſ.141.num.6.Rota in Fauentina Do-
tis, ſeu ſucceſſionis 21.Febr.1639. coram me.* Quia
iſti etiam Authores loquuntur in terminis,
10 *l.hac edictali*, in quibus ſtatutum † domicilij
viri non præiudicat filijs forenſibus ex primo
matrimonio natis, ſecus autem in terminis
lucri dotalis in quibus attendi debet ſtatutum
11 domicilij viri, † & ſic Imolenſe non tàm ex
vi ſolius. Iuriſdictionis ſtatuentium, quàm
etiam ex conſenſu ipſarum partium, quæ in
contractu matrimonij, & conſtitutione Dotis
cenſentur ſe ad eius diſpoſitionem retuliſſe,
eamque ſeruari voluiſſe, *l. exigere dotem ff.
de iur. dot. Roland. de lucr.dot. quæſt.13.* Vbi te-
ſtatur de veriori receptiori, ac in iudicando
ſequenda, *Mantic. de tacit. lib.3. tit.14. per tot.
& ſub num. 10. in verſ. neque obſtat*, dicit hoc
caſu ſtatutum operari etiam quoad bona vbi-
que ſita, & quia in his, quæ pendent à con-
ſenſu Contrahentium ſtatutum ſortitur effe-

ctum

ctum ſuum vbique locorum & ibi plures allegat Concordañ, & alios congerunt, *Gratian. diſcept.609.num.24.Rota deciſ.341.n.3.p.4. diuerſ. & deciſ.165.n.51.par.7.rec.*

Denique quoad tertium Caput concernens æs alienum, quia aliunde non iuſtificabatur quam ex confeſſione Teſtatricis, ex quo nul-
12 lum † inferri poteſt præiudicium nec diminutio legitimæ debitæ matri, niſi coadiuuetur alijs adminiculis, & probationibus, vt aduertit *Specul. in tit.de confeſſ.§.nunc videndum numer.11.verſ.ſed nunquid Bart.*& alij relati *per Modern.de legit.lib.2.tit.1. q.16. ſub num.14. verſ. & hac declaratio*, Domini dixerunt illud non eſſe deducendum excepta ſumma ſcut.176. circiter ſoluta pro impenſis funeris Ludouicæ, quam informantes pro Io: Thoma non controuertebant.

Et ita vtraq; &c.

VERCELLEN. PENSIONIS ſeu REGRESSVS.

Veneris 1. Iulij 1644.

ARGVMENTVM.

Manutentio debetur penſionario petenti regreſſum ad beneficium reſignatum donec regreſſus ſequatur, & quomodo hoc procedat dilucidatur.

SVMMARIVM.

1 *Penſionarius qui obtinuit regreſſum ad beneficium reſignatum ob non ſolutionem penſionis non poteſt petere penſiones etiam decurſas.*

2 *Clauſula quam & quas vna cum annexis capit omnes articulos qui ex lite mota originem trahunt.*

3 *Penſio extinguitur ob regreſſum reſignantis ad beneficium reſignatum.*

4 *Penſio cum regreſſu tunc eſt incompatibilis quando reſignans ob non ſolutionem penſionis adeptus fuit beneficium reſignatum irreuocabiliter ſecus quando adhuc durat lis ſuper regreſſu.*

5 *Mandans ex quibus dicatur ratificaſſe mandatum & geſta per mandatarium.*

6 *Ratificatio æquiparantur mandato etiam in hijs quæ requirunt ſpeciale mandatum.*

7 *Poſſeſſio amittitur ſolo animo.*

8 *Poſſeſſio ſola ciuilis ſufficit pro manutentionis conceſſione.*

9 *Reſignatio beneficij, non narrato quod ad dictum beneficium fuerat reſignans ordinatus ad titulum remanet nulla.*

10 *Penſionarius debet manuteneri non obſtante quod opponitur reſignationem eſſe nullam.*

11 *Declaratoria vt concedatur ſeruari ſolent quatuor termini ad docen. de paritione.*

12 *Declaratoria elapſis dd. quatuor terminis, & non docto de paritione relaxatur.*

13 *Declaratoria datur etiam in terminis mandati de manutenendo.*

DECISIO DCCXXXIII.

SIGISMVNDVS Salamonius reſignauit alias Canonicatum, quem obtinebat in Eccleſia Vercelleñ ad fauorem Mauritij Solarij eiuſdem Eccleſiæ Archidiaconi, qui ex cauſa d. reſignationis conſenſit reſeruationi annuæ Penſionis ducat. 100. monetæ ſuper fructibus d. Archidiaconatus ad fauorem eiuſdem Salamonij reſignantis.

Solarius dum fuit in poſſeſſione d. Canonicatus ſoluit dictam penſionem, ſed poſtmodum reſignauit tam Canonicatum, quàm Archidiaconatum ad fauorem Cæſaris de Blandrate, qui cum recuſaret ſoluere d. penſionem prætextu quod reſignatio d. Canonicatus facta per d. Salamonium eſſet nulla ex eo quod in illa non eſſet facta mentio, quod Salamonius reſignans fuiſſet ordinatus ad titulum Canonicatus. Idem Salamonius intentauit in partibus contra illum Iudicium regreſſus, ac ſententiam fauorabilem reportauit; à qua interpoſita appellatione pro parte d. Cæſaris, & cauſa mihi commiſſa poſui dubium ſub die prima Iunij anni præteriti ad inſtantiam d. Salamonij. An illi dandum eſſet mandatum de manutenendo in quaſi poſſeſſione exigendi dictam Penſionem, & eo ſolum informante reſponſum fuit affirmatiuè, cuius reſolutionis vigore expeditum fuit mandatum de manutenendo, quo intimato perſonaliter d. Cæſari eoque in actis reproducto, Dubitaui hodie. An d. mandatum de manutenendo eſſet confirmañ, vel infirmañ itaut ſit danda, vel deneganda declaratoria, & Domini reſponderunt illud eſſe confirmañ vt validum, & iuſtum:

Validitas apparet ex reuolutione actorum.

Neque aduerſatur prætenſa nullitas ex defectu Iuriſdictionis ex eo, quod in Rota ſit commiſſa cauſa appellationis à d. ſententia lata ſuper conceſſione Regreſſus, quæ non videtur comprehendere cauſam ſuper ſolutione Penſionis tanquam illi contrariam, cũ Pen-
1 ſionarius, † qui obtinuit regreſſum ad beneficium reſignatum ob non ſolutionem penſionis non poſſit petere etiam penſiones decurſas, *Gig.de penſio q.76.nu.3.& ſeq.* quem refert, & ſequitr *Gratian.diſcept.forenſ.cap.617.num.34.* Quoniam omiſſo, quod Salomonius adhuc non obtinuit regreſſum ad Canonicatum reſignatum, in quibus terminis loquuntur Doctor.præcit. cum Salomonius petat manutentionem in quaſi poſſeſſione exigeñ d. Penſionem reſeruatam ſuper fructibus Archidiaconatus, non autem Canonicatus, neque ſimpliciter, & perpetuo, ſed temporaliter, ſcilicet quouſque regreſſus haberet effectum; Viſum fuit huiuſmodi Iudicia non eſſe inter ſe omnino contraria, ſed potius connexa, & propterea Commiſſionem appellationis à ſententia lata ſuper conceſſione regreſſus comprehendere etiam cauſam Penſionis virtute
2 clauſulæ † quam & quas vnà cum annexis, & connexis, quæ capit omnes articulos, qui ex lite mota originem trahunt, *Marcheſ.de commiſ.*

ſuper

ſuper vnion. cauſ. par. 2. cap. vnic. per tot. fol. 249. Rota deciſ. 187. nu. 6. p. 2. diuerſ.

Minus refragatur altera nullitas ex defectu
mandati Comparentis pro dicto Salamonio
ex eo quod ille quamuis haberet mandatum
generale ad lites, non tamen potuit petere
penſionem ea ratione, quia cum idem Sala-
monius principalis in partibus petierit Re-
greſſum, non poterat eius Procurator in Cu-
ria petere penſionem tanquam incompatibi-
3 lem cum d. regreſſu, cum Penſio † extingua-
tur ob regreſſum reſignantis ad beneficium
reſignatum. *Gig. de penſion. q. 49. num. 6. & 7. Add. ad Buratt. deciſ. 528. num. 4.* Quia fuit reſponſum
4 penſionem tunc eſſe incompatibilem † cum
regreſſu, quando reſignans ob non ſolutionē
penſionis adeptus fuit beneficium reſignatum
irreuocabiliter, & ſic regreſſus habuit effectū;
Secus autem quando, prout hic, adhuc durat
lis ſuper regreſſu prout declarauit, *Rota in Ciuitatis Plebis penſionis 15. Iunij 1616. coram Sacrato*, quam refert *idem Adden. ad Buratt. dicta deciſ. 528. num. 5. verſ. verum ad hoc vt Penſio extinguatur.*

Præſertim quia d. Salamonius dum petijt
regreſſum ad Canonicatum reſignatum pro-
teſtatus fuit ſe velle manuteneri in quaſi poſ-
ſeſſione exigeñ d. penſionem, donec aſſeque-
retur poſſeſſionē eiuſdem Canonicatus, vt in
hodierno ſummario reſponſionis num. 1. Ob
quam proteſtationem non eſt dubium, quin
ille conſeruauerit ſibi Ius quoad poſſeſſionem
exigendi d. penſionem, prout fuit animaduer-
ſum in alia deciſione in §. *final.*

Et ceſſare viſa fuit difficultas ex eo quia Pro
curator, qui obtinuit in Curia d. mandatū de
manutenendo, tranſmiſit illud ad partes eidē
Salamonio principali, qui curauit idem man-
datum intimari perſonaliter d. Cæſari, & po-
ſtea ad Curiam remitti, ex quibus actibus d.
5 Salamonius † cenſetur ratificaſſe acta geſta
per d. ſuum Procuratorem, *Vant. de nullit. in tit. qualiter ſententia num. 103. Greg. XV. deciſ. 176. n. 9. & ibidem Add. num. 13.* Et conſequenter ceſſat
defectus mandati cum ratificatio æquipare-
6 tur † mandato etiam in ijs, quæ requirunt
ſpeciale mandatum, *Gabr. conſ. 194. num. 5. lib. 4. Surd. deciſ. 159. num. 12. & ſeqq. Add. ad Greg. XV. deciſ. 295. num. 6.*

Iuſtitia verò eiuſdem mandati liquet ex ra-
tionibus deductis in alia deciſione, contra
quam nihil releuans deductum fuit.

Neq; ſubſiſtere viſa fuit Iniuſtitia illius ex eo
quod idem Salamonius dum petijt regreſſum
liberauit d. Cæſarem à ſolutione huius penſio-
nis & propterea videatur cecidiſſe facto pro-
prio à poſſeſſione exigeñ d. Penſionem, cū poſ-
7 ſeſſio † amittatur ſolo animo, *l. 3. §. in amittenda ff. de acquir. poſſeſſ. bo: me: Coec. dec. 52. n. 6.* Quia
cum talis liberatio fuerit mere euentualis ex-
pectans poſt ſe alium actum, ſcilicet, liberæ
dimiſſionis Canonicatus, Immò in eodem
actu liberationis d. Salamonius fuit prote-
ſtatus ſe velle manuteneri in quaſi poſſeſſione
exigendi penſionem, donec aſſequeretur Ca-
nonicatum reſignatum; vtique cenſetur re-
8 tinuiſſe animo ciuilem poſſeſſionem, † quæ
ſola ſufficit pro conceſſione manutentionis,
Rot. deciſ. 560. num. 3. par. 1. & deciſ. 428. nu. 2. & 3. p. 3. & deciſ. 115. n. 2. p. 5. rec.

9 Denique non refragatur, quod reſignatio
d. Canonicatus fuerit nulla ex eo quod in illa
non fuerit narratum d. Salomonium fuiſſe
ordinatum ad titulum Canonicatus iuxta di-
ſpoſitionem, *Sac. Conc. Trident. ſeſſ. 21. cap. 2. de reform.* prout dixit *Rota in Aretina Plebis coram Card. Millino*, relat. per *Garz. de benefic. par. 1. c. 5. num. 438. in fin. & in Leodien. Canonicatus 28. Iunij 1621. coram Remboldo impreſſ. per Barboſ. de poteſt. Epiſc. par. 2. alleg. 19. num. 34.* Quia huiuſmodi
exceptio reſpicit negotiū principale, nec pro-
pterea viſa fuit diſcutienda in hoc ſummarijſ-
ſimo Iudicio manutentionis, ſed interim pen-
dente diſcuſſione ſuper illa, Salamonius de-
10 bet † manuteneri in poſſeſſione, quam habet
exigendi d. portionem, *Marcheſ. de commiſſ. appell. in cauſ. penſ. p. 1. §. 2. fol. 583. n. 26. & ſeq. Poſt de manutent. obſeru. 62. & 64.*

Ex quibus dixerunt Domini d. mandatum
de manuteneñ eſſe confirmandum etiam ad
11 effectum declaratoriæ, ſeruatis † tamen qua-
tuor terminis de ſtylo ſeruari ſolitis ad doceñ
de paritione iuxta *not. per Felin. in cap. Rodulphus num. 41. de reſcript. & in cap. ad proban. num. 6. de re iud. Veſtr. in prax. lib. 8. cap. vlt. num. 9.* Illis enim
12 peractis † niſi doceatur de paritione declara-
toria negari non poteſt, *Mohed. deciſ. 1. de ſent. excomm. Caſſad. deciſ. 6. num. 10. de cauſ. poſſ. & propriet. Rot. deciſ. 379. num. 1. par. 1. & deciſ. 445. nu. 4. & deciſ. 591. par. 2. rec.* Et in terminis mandati
13 de † manutenendo, *Caualer. deciſ. 364. num. 5. Mart. Ant. deciſ. 107. in princ. & deciſ. 208. num. 2. Rota in Cracouien. Iuriſpatronatus 4. Aprilis 1642. coram R. P. D. Carillo in Arianen. redditionis rationis 30. Maij eiuſdem anni coram R. P. D. meo Rojas, & in Barchinonen. Portionum 29. Maij anni præteriti coram me, & alibi.*

Et ita vtraque &c.

IANVEN. SEV ROMANA CAMBII.

Veneris 2. Decembris 1644.

ARGVMENTVM.

Contractus initus cum filiofamilias ex quibus ſuſtineatur.

SVMMARIVM.

1 *Inſtrumentum publicum habet pro ſe præſumptionem veritatis, & validitatis.*

2 *Inſtrumentum publicum facit probationem probatam.*

3 *Filius familias quod publicè negotietur ſciente & patiente Patre probatur ex aſſertione iurata filij quando concurrunt adminicula.*

4 *Et ad dictum effectum plurimum attenditur communis reputatio & opinio Populi.*

5 *Emancipatus quis tacitè cenſetur ſi pater fideiubeat pro filijs publice & palam eorum nominibus negotiantibus.*

Obli-

6 *Obligatio filij familias ſuſtinetur ſi publicè negotietur ſciente & non contradicente Patre, vel Auo, & num. 7.*
8 *Scripturæ præferuntur teſtibus.*
9 *Libri & contractus publicæ negociationis non capitula ſocialia non exhibita nec in luce prodita debent attendi.*
10 *Teſtes habentes aſſiſtentiam ſcripturarum publicarum præualere debent.*
11 *Teſtibus ſuper affirmatiua deponentibus plus creditur quam de negatiua atteſtantibus.*
12 *Simulationis ſuſpicio non cadit in perſona nobili integra & bona famæ.*
14 *Simulatio excluditur dato primordio veritatis.*
15 *Sententia ſeu reſcripta Iudicum non afficiunt non citatos.*
15 *Diſſenſus Patris ne filij poſſint contrahere refertur ad contractus inituros & non ad contractus initos cum ſcientia & patientia ipſius.*
16 *Obligatio filij familias vt ſuſtineatur, quæ requirantur.*

DECISIO DCCXXXIV.

POSTQVAM relaxata fuerunt ad inſtantiam Marcelli Marchionis ab Auria à Tribunali A.C. duo mandata exequutiua contra bona hæreditaria Michaelis, & Io: Stephani fratuum de Burſotis pro ſolutione ſcu. 13255. auri eiſdem ad cābium, dum in humanis agebant inſolidum datorum, in gradu appellationis per Iſabellam de Franchis hæredem d. Io: Sthephani interpoſitę cauſa fuit à Signatura in Rota commiſſa cum clauſula, vt procedat ſuper bono Iure tantum. Quapropter propoſito à me dubio de cuius bono Iure conſtaret, dantis ſcilicet, vel recipientium cambium ad effectum, de quo agitur Domini pro Marchione reſponderunt. Nam ipſe habet intentionem fundatam in Inſtrumento publico Cambij inter ipſum, & dd. Burſotos inito,
1 quod † habet pro ſe præſumptionem veritatis, & validitatis, *l. cum precibus* 18. *C. de probat. l. ſi poſt diuiſionem* 4. *verſ. oſtende igitur C. de Iur. & fact. ignor. l. ſciendum* 30. *ff. de verb. oblig. Bald. conſ.* 179. *num.* 3. *in fin. vol.* 2. *& conſ.* 39. *num.* 1. *verſ. ad euidentiam eſt præmittendum vol.* 3. *& in §. ſi Inſtrumentum num.* 2. *de not. feud. Dec. conſ.* 36. *num.* 6. *Hond. conſ.* 33. *num.* 22. *lib.* 2. *Cephal. conſ.* 109. *nu.* 6. *Soce. ſen. conſ.* 213. *numer.* 7. *lib.* 2. *Menoch. conſ.* 343. *num.* 2. *Surd. conſ.* 173. *num.* 31. *Gregor. XV. deciſ.* 6. *num.* 2. *ad fin.* Et alia non requiritur iuſtificatio
2 cum faciat † probationem probatam, rem claram, & manifeſtam *Reuerendiſſ. Vrgellen. deciſ.* 128. *num.* 22. *& deciſ.* 211. *num.* 1. Qui quidem contractus eſt de iure licitus, & obligatorius, *Bald. in l.* 2. *num.* 2. *verſ. Item Cambia C. de vſur. rei iudic. Idem Bald. & Salic. in l. Inſtitoria in fin. C. de exerc. & inſtit. act. Lud. Rom. conſ.* 238. *num.* 6. *verſ. primo quia tunc demum Leſſ. de Iuſt. & iur. cap.* 23. *de Camb. diſp.* 1. *num.* 6. cum alijs per *Scacc. de commerc. & camb. §.* 1. *q.* 7. *p.* 1. *n.* 41.

Probat etiam dd. fratres de Burſotis de anno 1617. tempore contracti Cambij palam, & publicè negotiatos fuiſſe in Ciuitate Ianuæ Franco eorum Patre ſciente, & non contradicen, & hoc nedum ex Iurata aſſertione eorundem fratuum in Inſtrumento Cambij appoſi-
3 ta, quæ † adminiculis infradicen corroborata probat, & filijs præiudicat, *Gratian. diſcept.* 667. *num.* 1. *&* 2. *Ciriac. controu.* 387. *num.* 8. *& ſeqq.* vbi quod talis aſſertio filiorum familias quoquomodo emanata, aut per veritatem, aut per mendacium ſimpliciter, & de per ſe probat, & nocet aſſerenti, *Rota in Romana Mercium* 19. *Iunij* 1639. *coram Eminentiſs. Card. Veroſpio Add. ad Gregor. XV. deciſ.* 188. *num.* 11. Verum etiam ex pluribus Teſtibus, quorum aliqui licet nō ſint legales, nempe duo qui fuerunt condemnati de furto, Attamen non deſunt alij, qui ſunt nobiles, & omni exceptione maiores deponentes de certa ſcientia, & communi repu-
4 tatione, † & opinione Populi in hac materia multum attenden, *l. ſi quis* 3. *in princ. ff. ad Maced.* Vbi quod ſi quis Patrem familias eſſe crediderit non vana ſimplicitate deceptus, nec Iuris ignorantia, ſed quia publicè paterfamilias videbatur. Sic agebat, ſic contrahebat, ceſſabit Senatus Conſultum, facit quoq; *text. in l. Barbarius* 3. *ff. de off. prat.* & latè per *Cancer. p.* 2. *cap.* 1. *num.* 175. *Grat. conſ.* 46. *num.* 16. *vſque ad* 19. *incluſ.* Et ex pluribus contractibus cum diuerſis perſonis per ipſos fratres geſtis, *Rota Ianuen. deciſ.* 195. *num.* 11. Et ex fideiuſſione pro eis facta ab ipſomet Franco eorum patre vſq; ab anno 1606. occaſione negotiationis rationis Bancarię publicè, & palam ſub eorum nominibus, commodis, & incommodis cantantis, & exercitatæ per diuerſas Ciuitates, & mundi partes inſimul cum Io: Franciſco Marupho ſocio, ex quibus etiam reſultat dd. fra-
5 tres † fuiſſe tacite emancipatos, *Rot. par.* 1. *rec. deciſ.* 527. *nu.* 1. *&* 7. *& in Romana Societatis Officij* 10. *Aprilis* 1641. *coram R. P. D. meo Peutingerio.*

Et ex his etiam viſum fuit DD. non ſuffragari dd. fratribus diſpoſitionem Statuti Ianuæ *lib.* 4. *cap.* 20. *§. maſculi maiores* prohiben filios familias maiores 25. annis non poſſe contrahere niſi de patris, vel Aui conſenſu; ſed potius nos verſari in caſu excepto ab eodem Statuto ibi, (ſaluo ſi negotiarentur palam, vel publicè) Patre, vel Auo patiente, vel non contradicen, quo caſu obligatio, & contractus valeat perinde ac ſi factus eſset cum patris, vel Aui auctoritate, ex qua quidem ra-
6 tione obligationem † ſicuti de qua agitur ſimilem ſuſtineri firmauit, *Rota in d. Romana Societatis Officij coram R. P. D. meo Peutingerio.* Et
7 ratio cur obligationes † filiorum familias, qui publicè negotiantur, valeant, & ſuſtineantur, eſt quia negotiatio, & mercatura reſpicit publicam vtilitatem, in qua filij familias habentur pro Patribus familias, *Carp. ad Statut. Mediolanen. c.* 416. *n.* 202. *& ſeq.*

Non obſtant, Teſtes pro parte Iſabellæ examinati ad proban quod Burſoti in negotiatione inita cum Marupho nō habuerint niſi nudum nomen, & quod commoda, & incommoda illius ſpectauerint ad Francum eius Socerum, & Patrem reſpectiuè. Quia in contrarium extant nedum ſupradicti Teſtes Mar-

Digitized by Google

chionis, ſed etiam publicæ ſcripturæ, quæ in
8 concurſu † ſunt præferendæ, *l. Cenſus 11. ff. de probat. Aym. conſ. 54. num. 15. Rot. deciſ. 91. numer. 9. & deciſ. 582. num. 6. par. 1. recent.* & in his terminis fuit reſolutum in *d. Romana Societatis Officij coram R.P.D. meo Peutingerio.*

Quemadmodum ad eumdem effectū parui
facienda ſunt Capitula Socialia inter d. Mara-
phum, & dd. fratres Burſotos, & Francum Pa-
trem confecta, in quibus prætenditur guber-
nium negotij demandatum fuiſse Marupho,
& Franco, ad quem etiam vtilitas, & comple-
mentum ſpectare dicebatur, quia illa nunquā
prodierunt in lucem nec fuerunt exhibita, &
propterea non debent haberi in conſideratio-
9 ne, ſed debent attendi† libri, & contractus pu-
blicæ negotiationis, *l. ſed ſi Pupillus 11. §. de qua palam ff. de inſtit. act. C. iſtr. conſ. 104. num. 1. ad med. verſ. quod ergo dicitur lib. 1.* Quod ipſa ſuadet
æquitas ne ſcilicet Contrahentes cum eo, qui
publicè retinet rationem bancariam decipiā-
tur ſub prætextu quod ſecreto fuerit conuen-
tum negotium ad alium ſpectare quam ad il-
lum, cuius nomine exercetur.

Nec obſtant ijdem Teſtes dum deponunt
de directo contraria depoſitionibus Teſtium
examinatorum pro parte Marchionis. Quia
omiſſis exceptionibus, quæ contra eos afferū-
tur, adhuc præualere dixerunt Domini Teſtes
d. Marchionis nedum attenta eorum qualita-
10 te, verum etiam quia habent † aſſiſtentiam
ſcripturarum publicarū, *Rot. p. 2. rec. deciſ. 459. nu. 4.* Et quia etiam deponunt de affirmatiua,
& Teſtes Iſabellæ deponunt de negatiua vnde
intrat concluſio, quod plus creditur Teſtibus
11 de affirmatiua, quam denegatiua deponeñ,
Innoc. in c. veniens verſ. Item in hoc caſu prope med. de verb. ſignif. Alex. conſ. 148. n. 2. vol. 2. Buratt. deciſ. 572. num. 14 Greg. XV. deciſ. 449. num. 3. & latè
per *Farinacc. de teſtib. q. 65. num. 20.* vbi plures re-
fert concordantes.

Neque viſa fuerunt obſtare, quę deduce-
bantur pro ſimulatione d. Contractus, quia
vltra quod Teſtes deponunt de integritate, &
& bona fama Marchionis, in quem propterea
12 non † poteſt cadere ſimilis ſuſpicio ſimula-
tionis, *Rota diuerſ. deciſ. 101. num. 3. par. 4. Buratt. deciſ. 635. in fin. & inter rec. deciſ. 583. num. 13. & ſeq. & deciſ. 555. num. 4. par. 5.* apparet ex ipſo In-
ſtrumento Cambij fuiſſe cum effectu nume-
ratas pecunias in actu obligationis, vnde da-
13 to primordio veritatis excluditur † ſimula-
tio, *Farinac. de falſ. & ſimul. q. 164. num. 46. & ſeq. Rot. deciſ. 334. num. 12. p. 5. rec.*

Minus obſtat Reſcriptum Senatus Ianuæ à
Franco Patre de anno 1619. obtentum pro in-
firmandis obligationibus filiorum. Quia illud
14 non † afficit Marchionem. Quandoquidem
emanauit ipſo non citato, *Vant. de nullit. tit. an quelib. ſent. num. 14. Franc. Becc. conſ. 12. num. 33. ad med. & ſeqq. Afflict. deciſ. 245. num. 10.* neque in
ſupplicatione nominato. Et diſſenſus Patris,
qui ex eodem reſcripto elicitur ne dicti eius
filij poſſent contrahere ſine eius auctoritate,
15 non poteſt referri † ad contractus per eos an-
tea celebratos, dum ipſi publicè negotiaban-
tur ipſo patre patiente, & non contradicente
vt in puncto *Donel. Conſtit. lib. 12. cap. 27.* De quo
quidem tempore habuit cauſam eis credendi,
16 quæ credulitas † nixa tot rationibus ſupra
ponderatis efficit vt valida cenſeatur obliga-
tio dd. de Burſotis etiamſi teipſa fuiſſent filij
familias, *l. 1. C. ad Maced. Ciriac. d. contr. 387. in d. num. 8. & ſeqq. Rot. in d. Romana Societatis Officij coram R.P.D. Peutingerio.*

Et ita vtraque &c.

IANVEN. ATTENTATORVM ſeù PECVNIARIA.

Veneris 9. Decembris 1644.

ARGVMENTVM.

Satis ex Summario liquet.

SVMMARIVM.

1 *Attentata vt purgata dicantur omnia debent reduci in priſtinum prout reperiebantur antequam attentaretur alioquin attentata non dicuntur purgata, & num. 2.*

3 *Pecunias in ſtatu purgationis quis percipere debet à banco perinde ac ſi à manibus debitorum perciperet.*

4 *Attentatorum remedium datur directè contra habentem cauſam ab attentante etiam ſi ſit tertius.*

5 *Reintegratio non competit illi qui ſponte à ſua poſſeſſione cecidit.*

6 *Attentantes non ſunt audiendi niſi purgatis attentatis.*

DECISIO DCCXXXV.

POSTQVAM ſub die 22. Aprilis 1641.
fuit in hac cauſa reſolutum conſtare de
attentatis in Regio Conſilio Neapolis com-
miſſis à Franco Spinula, & Dauide Imperia-
li, & dictum in ſpecie ſequeſtrum factum pe-
nes nonnullos debitores Philippi, & Imperia-
lis, & depoſitum ducat. 8565. factum à Mar-
chione ab Auria penes Bancum Sancti Spiri-
tus Neapolis eſſe attentata; Dubitaui hodie
an pro reuocatione, & purgatione dd. Atten-
tatorum dd. pecuniæ depoſitatæ, & reſpecti-
uè ſequeſtratæ ſint relaxandæ dicto Philippo;
Et DD. affirmatiuè reſponderunt, ea ratione
quia pro reuocatione, & purgatione atten-
1 tatorum † omnia debent reduci in priſtinum,
& eum ſtatum, in quo reperiebantur ante-
quam attentaretur, *cap. non ſolum 8. in fin. de appell. in 6. Dec. conſ. 103. ſub nu. 1. in princ. Rota apud Biſignet. deciſ. 30. poſt verſ. quartum incip. vtrum ad fin. & in par. 3. rec. deciſ. 303. num. 7. & 9. & in p. 2. deciſ. 393. num. 1. circa med. Burat. deciſ. 356. num. 4.*
2 Alioquin attentata † non dicuntur purgata,
Seraph. deciſ. 864. nu. 1. cum alijs relatis per *Add. ad Gregor. XV. deciſ. 489. numer. 19. verſ. prout nec etiam;* Et propterea cum priſtinus ſtatus dicti
Philippi eſſet liberè conſequendi pecunias ſibi
per ſuos debitores debitas, idem diceñ venit

in

Digitized by Google

in ſtatu purgationis, ac proinde dd. pecunias
debet Philippus à Banco percipere, perinde
3 ac † ſi à proprijs manibus dd. debitorum per-
ciperet per text, *in l.quod ſi minor 24. §.Reſtitutio
in princ.* ibi. Reſtitutio autem facienda eſt, vt
vnuſquiſque integrum Ius ſuum recipiat, vbi
Doct. ff.de minor.

Nec obſtat, quod dicatur pecunias potius
eſſe teponendas penes debetores quam rela-
xandas Philippo, adhoc vt fiat omnimoda
reductio ad ſtatum priſtinum. Quia vltra-
4 quod remedium † attentatorum datur directè
contra habentē cauſam ab attentante, *Lancel.
de attent.p.1.cap.3.num.16.& ſeq.& par.2.cap.20.
limit.24. num.13.* Quod procedit etiam ſi ſit
tertius prout eſt Depoſitarius harum pecunia-
rum, qui habet cauſam à dd.Dauide, & Fran-
co ſequeſtrantibus, cũ vigore actuum atten-
tatorum ab ipſis geſtorum illæ fuerint depo-
ſitatæ cum aliàs fuiſſent ſolutæ Philippo Cre-
ditori, ſunt etiam relaxandæ ex eo quod debi-
tores illas diſpoſuerunt ea intentione, vt ſol-
uerentur Philippo,auditis tamen prius ſeque-
ſtrantibus, vt apparet ex partita Banchi data
Summar.num.2. ibi, *dice depoſitare per quelli,
pagare à Filippo Imperiale, diſſe per ſaldo,e compi-
mento di ſcudi 8565. 2. 8. quali da detto Sig. Mar-
cheſe ſi deuono ſin'ad hoggi à detto Filippo ſuo Zio,
&c.* & deinde *Prima, che s'habbia ad intendere
Franco Spinola, e Dauide Imperiale, ad inſtauza de
quali ci è ſtato fatto ſequeſtro dal Sig.Conſ.Carauita:*
ex his enim appatet dd. debitores ſponte ceci-
5 diſſe à dd. pecuniarũ poſſeſſione, ad quam pro
pterea reintegrandi nõ ſunt, *Put.deciſ.276.n.1.
lib.5.in correct.Rot.deciſ.628.num.1.in mod.p.1.rec.
& dec.378. n.3.p.7.*

Quæ omnia tanto faciliùs procedunt, ex
quo hodie non ſe opponunt dicti Debitores,
qui fecerunt depoſitum; neque ipſe Depoſi-
tarius,qui paratus eſt ſoluere cui mandabitur,
6 ſed ſolum attentantes, qui † non ſunt audien-
di niſi purgatis attentatis, *Put.deciſ.51. lib.3. in
correct.Rot.deciſ.15.de appell.in nou.Seraphin.deciſ.
1176. ſub num.2. & ſeq. & in Panormitana Archi-
diaconatus 16. Octobris 1592. coram Penia.*

Et ita Philippo tantum &c.

EVGVBINA LIBERATIONIS A MOLESTIIS.

Lunæ 23. Ianuarij 1645.

ARGVMENTVM.

Emptor aſſignans loco prætij cenſum cum pa-
cto, quod iſte, eiuſque fructus ſinr ſemper
obligati pro re empta, & in caſum redem-
ptionis eius prætium debeat reinueſtiri ad di-
ctum effectum, non debet reclamare aduer-
ſus Iudicem, qui mandauit partem prætij di-
cti cenſus iam redempti conſignari alicui cre-
ditori venditoris cũ obligatione reinueſtien-
di ad formam Inſtrumenti, dummodo in re-
ſiduo pariter reinueſtiendo ſit cautuspro mo-
leſtijs ſibi illatis.

SVMMARIVM.

1 *Notario Actuario creditur in iudicialibus, de qui-
bus ipſe atteſtatur ſine teſtibus.*
2 *Decretum factum procuratore præſente, & conſen-
tiente cenſetur acceptatum à principali.*
3 *Et habet vim tranſactionis, & rei iudicatæ.*
4 *Actio non datur pro moleſtijs ſopitis vigore decreti.*
5 *Decretum diſcretiuè conceptum inducit ſeparatio-
nem.*
6 *Procurator non poteſt præiudicare principali accep-
tando decretum, niſi habeat mandatum ſpeciale ad
ſententias.*
7 *Decretum debet tantum relaxari pro ſumma pro-
portionata moleſtijs illatis.*

DECISIO DCCXXXVI.

IOANNES Lucas Gambonus vẽdidit Prę-
dium Flaminio Biſcacciauti prętio ſc.1700
pro cuius ſolutione Flaminius accollauit ſibi
quoddam debitum Io: Lucæ in ſumma ſc.200
& pro reſiduo, nempè pro ſc. 1500. eidem
venditori ceſſitCenſum annuum ſimilis ſum-
mæ in ſorte ab ipſo emptum à Præfectis An-
nonæ Ciuitatis Eugubij, Pacto tamen inito,
quod d. Cenſus, eiuſque fructus ſemper eſ-
ſent obligati pro euictione d. Prædij, & in ca-
ſu redemptionis eius pretium deberet reinue-
ſtiri ad effectum prædictum. Poſt aliquot an-
nos Flaminius ſuper iſto Prædio moleſtias
paſſus fuit à Creditoribus Io: Lucæ vendito-
ris, & ſucceſiuè dicti Præfecti Annonæ Cen-
ſum extinxerunt, & prætium vna cum ſcutis
800. pro fructibus decurſis penes Fabianum
de Fabianis depoſuerunt, quod poſtea fuit ad
inſtantiam Archiconfraternitatis Charitatis
Creditricis d.Io:Lucæ ſequeſtratum,quę cum
inſtaret pro conſignatione inſurrexit Flami-
nius prætendens vigore d. pacti in Inſtrumen-
to venditionis appoſiti dictas pecunias pro ſua
ſecuritate eſſe reinueſtiendas. Quapropter R.
P.D. meus Cecchinus ab Eminentiſſimo d.
Archiconfraternitatis Protectore Deputatus
mandauit ex dd.ſc.1580. penes Fabianum de-
poſitatis conſignari ſc. 800. ad effectum inue-
ſtiendi (prout in effectu fuerunt inueſtita in
tot locis montium) cum pactis de quibus in
Inſtrumento venditionis, reſiduum verò pa-
riter inueſtiendum, eiuſque fructus extare de-
creuit ad cautelam Flaminij pro moleſtijs ipſi
illatis; Flaminius huic Decreto non acquie-
ſcens per viam Recurſus ab Eminentiſſimo
D.Protectore obtinuit R. P. D. Bilium in Iu-
dicem deputari, qui non ſolum ordinauit, vt
d. reſiduum reinueſtiretur, ſed etiam tàm
fructus eiuſdem Inueſtimenti,quàm locorum
Montium Archiconfraternitatis Flaminio cõ-
ſignari mandauit.Ab hoc Decreto Archicon-
fraternitas pariter appellauit, & obtinuit mè
deputari in Iudicem ab eodem Eminentiſſi-
mo Protectore. Quapropter propoſito à me
dubio, An d. mandatum R. P. D. Bilij eſſet
exequendum Domini negatiuè reſponderũt.
Nam cum d. Decretum R. P. D. mei Cec-
chini mandet, vt ex dd. ſcutis 1580. proue-

nieñ ex pretio, & fructibus d. Cenſus depoſitatis penes Fabianum ſc. 800. conſignarentur Archiconfraternitati ad effectum inueſtiendi cum pactis, & conditionibus de quibus in ſupradicto Inſtrumento venditiònis reſiduum verò inueſtiretur, vt illius fructus ſtarent pro cantela, & ſecuritate Flaminij Emptoris, & in ſpecie pro moleſtijs ei tunc ſuper d. Prædio pro debito Gamboni Venditoris aſcendeñ ad ſummam ſc.25. illatis fuit conſultum tàm ipſi Flaminio Emptori, quàm Archiconfraternitati Creditrici, & propterea non debebat R. P.D. Bilius in gradu recurſus nullis ſuperuenientibus moleſtijs relaxare mandatum contra d. reſiduum, cuius fructus, vt ſupra fuerunt deſtinati pro prædictarum moleſtiarum ſatisfactione iuxta ſupradictum R. P.D. mei Cecchini decretum, quod cum fuerit factum Procuratore d. Flaminij præſente, & conſentiente, vt atteſtatur Notarius cauſæ, cui in
1 Iudicialibus plene creditur ſine Teſtibus *c. quoniam contra de probat. vbi Butr. num. 35. Ancar. & Imol. num. 16. Innoc. in c. poſt ceſſionem num. 1. eod. tit. Rota poſt 2. vol. conſ. Farinac. deciſ. 229. num. 1. & deciſ. 295. num. 3. par. 5. recent. Buratt. deciſ. 606. num. 12.* Cenſetur acceptum ab ipſomet Fla-
2 minio *Felin. in c. ſuborta num. 1. de ſent. & re iudic. Caputaq. deciſ. 36. num. 5. par. 1. Caſſad. deciſ. 3. de Reſcript. num. 2. in fin. Rot. deciſ. 392. num. 3. & 7.*
3 *par. 5. recent. Buratt. deciſ. 849. num. 2.* & ſic habet vim nedum Tranſactionis *gloſ. & Doct. in l. 2. C. comun. Ind. Hond. conſ. 61. num. 12. lib. 1. Decian. conſ. 44. num. 25. lib. 4. Surd. conſ. 447. num. 8. lib. 3. Gratian. diſcept. foren. cap. 755. num. 35. Buratt. deciſ. 657. num. 4. ibique Add. num. 9. Rota deciſ. 588. n. 1. par. 2. recen,* ſed etiam rei iudicatæ *l. ne in arbitris C. de Reſcript. arbitr.* ibi, *eius definitionem validam omnimodo cuſtodiri cenſemus &c. Bart. in l. 1. num. 6. ff. de re iudic. Pariſ. conſ. 46. n. 13 lib. 1.* & propterea Flaminius non potuit conuolare ad petitionem executionis contra Ar-
4 chiconfraternitatē, cum poſt d. decretum nullæ ſuperuenerint moleſtiæ, & illæ antecedentes jam eſſent ſopitæ vigore d. decreti.

Non obſtat, quod dicatur Flaminium experiri potuiſſe pro eiſdem moleſtijs antea illatis contra ſummam aſſignatam Archiconfraternitati, ex eo quia ei fuerat conſignata cum oneribus, de quibus in Inſtrumento venditionis Prædij. Nām quamuis illa deberet ſtare pro ſecuritate ipſius Flaminij, tamen Domini dixerunt hoc debere intelligi pro moleſtijs, quæ de nouo emergerent, cum pro antea illatis eſſet ſufficienter prouiſum ſuper reſiduo inueſtiendo iuxta formam Decreti R.P.D. mei
5 Cecchini, quod cum ſit diſcretiuè conceptum inducit ſeparationem inter iſta Inueſtimenta ad tradita per *Menoch. conſ. 215. num. 69. & 70. Rot. deciſ. 274. num. 8. par. 6. recent. Add. ad Greg. deciſ. 301. num. 18.* & oſtendit aliud Iuris eſſe in vno, quam in altero *l. hoc amplius ff. de ys autem, & ibi gloſ. in verb. autem ff. de dam. Infect. l. Mariti §. cum autem, & ibi gloſ. & Bart. ff. ad l. Iul. de Adult. Menoch. conſ. 201. num. 34.*
6 Nec obſtat, quod d. Procurator Flaminij non potuerit ei præiudicare per acceptationē d. Decreti *Rota coram Greg. deciſ. 75. num. 1. & in recent. deciſ. 26. num. 3. par. 5.* Quia cum haberet mandatum cum ſpeciali facultate acceptandi ſententias; hoc bene facere potuit *l. nam ff. de pact. l. 1. C. ſi alien. res pign. Felin. in d. c. ſub orta num. 2. de ſent. & re iud.*

Præterea Domini dicebant d. Decretum R. P. D. Bilij non poſſe excuſari ab exceſſu, ex quo debitum Gamboni, propter quod fuerūt excitatæ moleſtiæ contra Flaminium emptorē Prædij aſcendebat ſolum ad d. ſummam ſcut. 250. & nihilominus d. decretum, ſeù manda-
7 tum comprehendit omnia Inueſtimenta, & tamen debebat tantum relaxari pro ſumma proportionata dictis moleſtijs *ad trad. per Io: Andr. in addit. ad ſpecul. tit. de empt. & vendit. §. 1. num. 8. verſ. quia iſte §. in fin.* qui loquitur in noſtris ferè terminis *Surd. deciſ. 295. num. 19. Mangil. de euict. quæſt. 165. num. 1.*

Et ita vtraque &c.

ROMANA, ſeù TOLENTINA CENSVS.

Luna 20. Martij 1645.

ARGVMENTVM.

Derogatio fideicommiſſi quantumuis generaliſſima nunquam comprehendit fideicommiſſum, de quo Papa veriſimiliter non intellexit.

SVMMARIVM.

1 *Singula ſingulis congruè referenda ſunt.*
2 *Derogationes non debent multiplicari, quando alias poſſunt ſuum effectum ſortiri.*
3 *Derogatio ſubreptitia non ſuffragatur.*
4 *Papa nunquam intelligitur per quamcumque diſpoſitionem clauſulis ampliſſimis conceptam voluiſſe præiudicare loco pio.*
5 *Ius fideicommiſſi, ſeu alterius ſucceſſionis conditionalis mortuo teſtatore reputatur ius conſiderabile, & radicatum, nec in dubium cenſetur ei derogatum.*
6 *Clauſula derogatoriæ ampliſſima nihil operantur contra perſonas priuilegiatas, vbi in Papa non datur ſcientia præiudicij.*
7 *Clauſula* (ex certa ſcientia) *non operatur niſi circa ea, quæ princeps ſcire præſumitur, prout ea quæ iuris ſunt, ſecus ea quæ in facto conſiſtunt.*
8 *Mandatum exceſſiuum de æquitate ſuſtinetur.*
9 *Limita ſi ſit executioni demandatum.*

DECISIO DCCXXXVII.

EMANATA reſolutione ſub die 13. Iunij 1644. ad fauorem D. Ducis Camilli de Comitibus, quod prō fructibus Cenſus ab anno 1585. per Alexandrum, & Cæſarem de Pariſanis venditi Federico, & Hieronymo de Comitibus eiuſdem Ducis Auctoribus procedeñ eſſet ad executionem ſuper Palatio Tolentini non obſtañ proteſtatione Pariſani de Pariſanis poſſeſſoris illud non eſſe hæreditarium Impoſito:

Digitized by Google

ſitorum Cenſus, ſed ſibi obueniſſe ex fideicō-
miſſo Cardinalis Aſcanij Pariſani ; quia ſup-
ponebatur derogatum fuiſſe dicto fideicom-
miſſo per Breue fel:rec: Clementis Papę VIII.
nec etiam habita ratione exceſſus mandati
A.C. cum ob nouiter allatas tàm ita ſuppoſi-
tæ derogationis difficultates, quàm exceſſus
huiuſmodi viſum fuerit eas diſpungere, repro-
poſita cauſa Domini cenſuerunt eſſe recedeñ
à deciſis.

Etenim reſpectu derogationis generalitatē
eius innixam mentioni factæ in d. Breui, om-
nis, & cuiuſcunque fideicommiſſi purificati,
vel purificandi, viſum fuit eam non afficere
illud d. Cardinalis, animaduertendo, quod
ipſe Dux narrauit Papæ ſe habere duplex cre-
ditum, vnum contra Octauium Roncionum
ex cauſa fideiuſſionis, aliud contra Cæſarem,
& Alexandrum de Pariſanis pro fructibus Cē-
ſus, & quia Roncionus ſe ſe conabatur tueri
allegando fideicommiſſum Lactantij ſenioris,
hæres verò Cæſaris, & Alexandri opponebat
bona recepiſſe ex donatione inter viuos, & ex
cauſa mortis, vel alia quacunque ratione, in-
de intelligitur Pontificem bona prædicta re-
ſpectiuè liberaſſe, ſcilicet quoad Roncionum
ab omni fideicommiſſo, & quoad hæredem
Cæſaris, & Alexandri à quouis nexu proue-
nieñ ex donatione Inter viuos, vel cauſa mor-
1 tis, aut alia ratione; ita ſingula ſingulis con-
gruè referendo *iuxta vulg. l. ſi negotium C. de neg.
geſt. Rot. recen. deciſ. 111. num. 1. & deciſ. 547. num. 8.
par. 5. & deciſ. 352. num. 3. par. 6. & in propoſito gra-
tia Apoſtolica fuit dictum in Peruſina Parochialis, ſeù
Penſionis prima Iulij* 1641. *coram me*.

Prout ſic conceptæ relationi ſubduntur cō-
ſonantia verba in eodem Breui tùm poſt dero-
gationem fideicommiſſi, ibi, etiam per q.
Lactantium d. Octauij Prædeceſſorem facto
&c. & alibi præterquam tamen à fideicōmiſ-
ſo partem Franciſci Roncioni tangente &c.
tùm quoq; poſt derogationem donationis, ibi,
nec non omnia, & ſingula Cæſaris, & Alexan-
dri bona immobilia quomodolibet qualifica-
ta &c, quæ ad eorum filios, & hæredes ac poſ-
ſeſſores via hæreditatis, & donationis inter vi-
uos aut cauſa mortis, vel alia quacunq; ratione
prouenerūt &c. vnde apparet de tali diſtinctio-
ne perſonarū, & bonorum, quę nullatenùs pa-
tiatur extenſionem ad bona d. Cardinalis, at-
2 tento præcipuè, quod derogationes nō debent
multiplicari, quando aliàs poſſunt ſuum ſor-
tiri effectum, ſicut in præſenti contigit quoad
illos de Roncionis *Roman. conſ. 199. num. 6. Ce-
phal. conſ. 104. num. 17. Rot. diuerſ. deciſ. 432. num. 10.
par. 1. & recent. deciſ. 563. num. 1. par. 1. & dec. 126.
num. 21. par. 6.*

Vel etiam quatenus derogatio poſſet intel-
ligi comprehenſiua bonorū Cardinalis reſul-
3 taret manifeſta ſubreptio effectum ipſius de-
rogationis impediens ob omiſſam expoſitio-
nem, quæ forſan Pontificem retraxiſſet à con-
cedendo *Rot. recen. deciſ. 621. num. 3. par. 1.* non
enim fuit narratum, quod ad Cardinalis fi-
deicommiſſum poſt extinctam lineam de Pa-
riſanis vocata fuiſſent loca pia Eccleſiæ Sancti
Marcelli Vrbis, & Sancti Caterni Tolentini,
quibus tamen per generalem quamcumque
4 diſpoſitionem etiam verbis ampliſſimis con-
ceptam Papam nunquam intelligitur voluiſ-
ſe præiudicare *Cyn. in l. vnic. nu. 3. C. quand. Imp.
int. Pupill. & Vid. Roman. conſ. 436. num. 11. verſ. 5.
principalis Ruin. conſ. 226. num. 7. lib. 1. cum alijs re-
lat. in deciſ. 128. num. 1. part. 2. recent.*

Ad quem effectum nec refert incertitudo
futuræ purificationis fideicommiſſi pro dictis
locis tanquam eorum ius propterea ſit minus
conſiderabile vti ſecundarium, non principa-
5 le, quia imò in caſu, prout agitur, Ius fidei-
commiſſi, ſeù alterius ſucceſſionis conditio-
nalis mortuo Teſtatore reputatur Ius conſide-
rabile, & radicatum, ne in dubio cenſeatur,
ei derogatum, ac vt de illo ſit facienda men-
tio Iuxta doctrinam *Bart. in l. fin. num. 8. C. de
pact. & in l. is poteſt nu. 12. ff. de acquir. hered. Alex.
conſ. 67. num. 6. verſ. nec obſtat & conſ. 94. num. 6.
verſ. per quem apparet lib. 1. Sarn. ſuper reg. de iur.
quæſit. non toll. queſt. 4. verſ. ſecundus caſus Rot. d. de-
ciſ. 128. num. 2. par. 2. recen. & caſus detrahendæ Tre-
bellianicæ*, quando incertum eſt, an locus pius
vocatus ad fideicommiſſum ob aliorum defi-
cientiam debeat ſuccedere ex *Peregr. de fideic.
art. 3. num. 64. & 65. & alijs alleg.* differt à præ-
ſenti mentis intelligendæ Pontificis, cum ſit
notoria in contrarium non præiudicandi ſiue
certitudinaliter, ſiue euentualiter niſi ſpecifi-
centur vt ſupra.

6 Minùs releuat pregnantia clauſularum ipſius
Breuis; Etenim ex his nō infertur ad ſcientiam
Papæ, quod per derogationem præiudicare-
tur locis pijs, nec huiuſmodi ſcientia deficien-
te inutiles clauſulæ important contra perſonas
priuilegiatas earum comprehenſionem *Gabr.
de offic. & pot. legat. de Later. lib. 3. tit. de pot. leg. &
ſtat. condit. num. 43. & 52. Rot. d. deciſ. 128. num. 4.
7 par. 2. recent*, Et clauſula ex certa ſcientia quid-
quid operetur circa ea quę Princeps ſcire pre-
ſumitur, vt ſunt illa, quæ in Iure conſiſtunt,
eſt inefficax quoad conſiſtentia in facto, quæ
præſumitur ignorare *Gabr. plures cumulans de
clauſ. concl. 1. num. 50. Rot. recent. in prealleg. dec. 128.
num. 6. par. 2.*

Et quod attinet ad exceſſiuitatem non cō-
trouerſam in deciſione ex quo ſumma con-
tenta in mandato computabatur ad rationem
octo pro Centenario dùm peti nū poterat niſi
ad rationem ſeptem, prout ad eam Cenſus
fuerat redactus, licet mandatum de per ſe ſu-
ſtineretur ex æquitate pro euitandis multipli-
8 cibus expenſis, & correcto errore, *vt in Roma-
na Dotis* 12. *Decembris* 1644. *coram R. P. D. meo
Meltio*, & ſæpè in alijs, nihilominùs in præſen-
ti vitium huius exceſſiuitatis inficit ineuita-
biliter, detecto quod ipſius mandati fuit
9 etiam facta executio, in quo caſu receptum
habetur eam in parte nullam ratione indiui-
duitatis in totum corruere, itaut omnino ve-
niat reuocanda, nec ſit locus aliquali refor-
mationi ex traditis *per Bart. in l. ſi non ſortem
§. ſi centum, & ibi Iaſ. nu. 2. ff. de cond. indeb. Bald.
in l. Certi conditio §. Quoniam n. 3. ff. ſi cert. pet. Rot.
coram ſa: me: Greg. XV. deciſ. 198. num. 1. & fuit di-*

ctum

Digitized by Google

ſtum in Ariminen. Molendini 4. Martij coram R.P. D. meo Bichio, & in Caſenaten. Cenſus 11. Martij, & 27. Iunij 1644. coram R.P.D. meo Cerro.

Et ita concluſum fuit vtraque parte Informante.

BRVDVSINA ASSISTENTIAE.

Luna 27. Martij 1645.

ARGVMENTVM.

Praxis conſueta in Regno Neapolitano in Iudicio Aſſiſtentiæ cum adiudicatione requirit poſſeſſionem Rei conuenti de tempore obligationis.

SVMMARIVM.

1 *In Iudicio Aſſiſtentiæ cumulantur Aſſociatio, Saluianum, & Adiudicatio.*
2 *In iudicio Aſſiſtentiæ probandum eſt Reum poſſediſſe bona de tempore contractus.*
3 *Teſtes examinati coram Notario ſine mandato Iudicis non probant.*
4 *Teſtes examinati ſine Iuramento nihil probant, nec Notario aſſerenti eos iuratos creditur niſi dixerit tactis ſcripturis.*
5 *Iuramentum præſumitur ſi eius defectus non fuerit oppoſitus in actu exhibitionis interrogatoriorum.*
6 *Euictione venditor non tenetur, cui moleſtiæ denunciatæ non ſunt.*
7 *de Euictione non agit is cuius culpa euictio ſequuta eſt.*
8 *Emptor non proſequens appellationem non poteſt agere de euictione contra venditorem.*
9 *Aſſiſtentia impeditur per appellationem.*
10 *Diſdicta debitoris cenſus debet præueniri, vt ſors principalis peti poſſit.*
11 *Bulla Pii V. ſuper cenſibus viget in Regno Neapolitano.*
12 *Pactum adſtringens debitorem cenſus ad illius redemptionem, & extinctionem eſt licita ſi fiat cum illo, qui non eſt emptor cenſus.*
13 *Pactum factum cum vno non prodeſt alteri.*

DECISIO DCCXXXVIII.

POSTQVAM Laurentio Creditori Io. Iacobi Gratioli ex cauſa Cenſus in ſorte duc. 200. & pro fructibus 300. cõceſſa fuerat in Tribunali Epiſcopi Licieñ aſſiſtentia cum adiudicatione ſuper pomario per d. Io: Iacobum vendito alias Ioanni Donato de Bartolo iuxta
1 praxim conſuetam in Regno Neapolitano, ac viam cumulandi aſſociationem, Saluianum, & adiudicationem de qua *Afflict. deciſ. 383. num. 6. Capic. deciſ. 51. num. 3. Rouit. pragmat. prima de aſſiſt. num. 17. Paſchal. de patr. poteſt. par. 1. cap. 8. num. 144 Gait. de Credit. cap. 4. quæſit. 7. num. 708. & ſeq.* Egit Ioſephus vti filius, & hæres d. Io: Donati pro releuatione Indemnitatis aduerſus Carolum Annibalem vti filium, & hæredem d. Io. Iacobi venditoris, & obtinuit à Vicario Brundiſino ſibi concedi ſimilem aſſiſtentiã ſuper Magazeno, & Maſſaria nuncupata Maneglia, de quibus agitur, eamque in gradu appellationis confirmari ab A. C. Demum verò commiſſa mihi cauſa, & hodie propoſito Dubio, An ſit conceden Aſſiſtentia cum adiudicatione viſũ fuit Dominis illam denegare.

Et moti ſunt quoniam non ſatis probatur Gratiolum de tempore venditionis Pomarij poſſediſſe Magazenum, & d. Maſſariam ſicu-
2 ti in Iudicio aſſiſtentiæ probañ eſſe tradunt *Afflict. d. deciſ. 383. num. 6. Capit. Galeot. contr. 57. n. 9. lib. 1. Gait. de Credit. cap. 4. quæſit. 8. nu. 911. & ſeq.*
3 cum Teſtes ad probañ examinati careant fide. Tùm quia non apparet receptionem Iuramẽti, & examen eorum fuiſſe demandatum Notario cum decreto, & ex commiſſione Iudicis *Rot. in impreſſ. penes Modern. Peruſ. de manut. deciſ. 266. num. 8. & coram ſa. me: Coce. deciſ. 182. num. 6.*
4 Tùm etiam ratione deficientis Iuramenti *Bal. in l. Iusiurandum num. 1. C. de teſtib. Rot. deciſ. 234. num. 5. par. 1. recent.* ſuper quo enunciatiuæ Notarij ibi Teſtis Iuratus &c. abſque adiectione conſuetorum verborum, prout Iurauit tactis &c. non defertur *Cald. in d. l. Iusiurandum nu. 4. Feder. de ſen. conſ. 199. num. 4. poſt med. verſ. Et per iſta verba Io. de Amic. conſ. 73. num. 18. Caputaq. de-*
5 *ciſ. 123. num. 1. par. 3.* & obiecta Iuramenti præſumptio ex quo ipſius defectus non fuerit oppoſitus in actu exhibitionis Interrogatoriorũ *iuxta deciſ. 704. num. 4. par. 2. recen.* Tollitur ex facto, dum non conſtat fuiſſe exhibita Interrogatoria.
6 Vel quatenus huiuſmodi poſſeſſionis releuans probatio adduceretur ſufficeret pro repellendo Ioſepho eum non denunciaſſe moleſtias prædictas Carolo Annibali, ne obſequutam euictionem valuit. deinde agere contra ipſum Carolum Annibalem pro releuatione ſuæ Indemnitatis *c. fin. de empt. & vend. l. 1 C. de peric. & commod. rei vend. l. emptor fundi l. ſi Parentes l. empti & l. cum ſucceſſores, C. euict. Mangil. plures referens de euict. quæſt. 3. num. 2. Rot. diuerſ. deciſ. 69. num. 11. par. 2. & deciſ. 589. num. 6. par. 1. recent.*
7 Cuius denunciationis defectum cenſuerunt Domini etiam irrefragabilius afficere perpenſa culpa Ioſephi, eidem propterea omnino imputanda quoad paſſam euictionem vigore d. aſſiſtentiæ ſuper Pomatio cum adiudicatione ex adductis *per Azor. in ſum. C. de euict. num. 16. verſ. vel culpa Surd. conſ. 15. num. 24. & deciſ. 22. num. 1. Rot. deciſ. 337. num. 16. par. 5. rec.*

Prout talis culpa dupliciter deprehenditur,
8 ſiue nimirum, quia non fuit proſequutus appellationem *iuxta l. Herennius §. Herennius, & ibi gloſ. in verb. ex præſcriptione Couar. var. reſ. lib. 3 cap. 17. num. 9. verſ. & tamen ſi appellauerit Mangil. de euict. quæſt. 14. num. 4.* per quam ſaltem impe-
9 diebatur aſſiſtentię proceſſus ad ſequutam adiudicationem *Tapp. in pragm. prima de aſſiſten. num. 4. Rouit. in pragmat. 2. de appell. num. 1. Muſcatell. in pragmat. S. Concil. lib. 2. par. 3. Gloſ. adiudican. num. 8. cum alijs relat. à Tor. in Compend. deciſ. Neapol. verb. Aſſiſtentia ſententia fol. 19.*

Siuè potiſſimum ratione mali iuris ex parte

Digitized by Google

te Laurentij ad tradit *per Papiens. in form. libell. in conſ. vendit. in gloſ. promittens de euictione, & cumulat. à Mangil. de euict. qu. 9. num. 1. & ſeq.* etenim ille aſſiſtentiam obtinuerat tàm pro ſorte
10 principali, quàm pro fructibus decurſis d. Cenſus, cum tamen ſors ipſa principalis nullatenus poſset repeti niſi prçuia diſdicta debitoris Cenſus, vt expreſsè cauetur in Bulla
11 fa: me. Pij V. de cuius perpetua irrefragabili obſeruantia teſtatur *Rota in deciſ. relat. per Cenc. de cenſ. qu. 103. num. 20.* & vigere in Regno Neapolitano fuit dictum *in Thelesina Cenſus 9. Decembris 1630. coram me, & in Neapolitana bonorum 13. May 1641. coram Eminentiſſimo Cardinale Veroſpio.*

Nec diſdictæ neceſſitas potuit euitari ex quo in venditione Pomarij facta per Gratio-
12 ſum debitorem Cenſus Bartolo fuiſset, conuentum deponi pretium rei venditæ pro extinguendo debito Laurentij. Etenim quidquid deſuper operetur efficacia ſtipulationis reſpectu ipſius Bartoli, qui non erat emptor Cenſus *ex deduct. per Cenc. de cenſ. qu. 60. num. 52. & 54.* non tamen poterat inde agere Laurentius reſiſtente ſibi tanquam Emptori Cenſus
13 d. Bulla Pij V. vt ſupra. Vltra quod ſufficiebat non fuiſse cum eo ſtipulatum *l. ſi vnus §. ante omnia ff. de pact. cum allegat. per Surd. dec. 266. num. 11.*

Et ita vtraque parte informante deciſum.

ROMANA FIDEICOMMISSI DE TOGNINIS.

Veneris 31. Martij 1645.

ARGVMENTVM.

Ad hæreditatem ex pluribus vocatis ille admitti debet, qui Teſtatori magis coniunctus eſt, & veriſimiliter ab eodem magis prædilectus.

SVMMARIVM.

1 *Ad legatum ex legatarijs einſdem nominis ille admittitur qui eſt magis coniunctus Teſtatori.*
2 *Amplia etiam in fideicommiſſo.*
3 *Agnati extraneis debent præferri.*
4 *Agnatus verus, & naturalis præfertur in hæreditate agnato ficto, & ciuili.*
5 *Fictio non eſt amplectenda niſi deficiente veritate.*
6 *Ordo ſcripturæ probat in electione potioritatem cæteris paribus.*
7 *Ordo dilectionis magis attenditur, quam ſcripturæ.*
8 Textus in l. ſi Titio, aut Seio 16. ff. de leg. 2. *declaratur.*

DECISIO DCCXXXIX.

CATHERINA Tognina in ſuo cum quo deceſſit Teſtamento ſibi hæredem vniuerſalem inſtituit Io: Dominicum Ninum eius virum, eidemque ſubſtituit Primogenitum ex Iſabella Nepte naſciturum, & caſu quo tempore obitus d. ſui hæredis prædicta Iſabella non haberet filios maſculos legitimos & naturales, voluit vt in tota eius hæreditate ſuccederet vnus ex filijs maſculis, aut Papirij Aluari, aut Horatij Tognini, aut Camillus Roſatus, & ex his ille, qui nominatus, ſeu electus fuiſſet à prædicto Io: Dominico eius Marito cum onere aſſumendi arma, & cognomina ipſius Teſtatricis de Togninis.

Mortuo itaq; Io: Dominico prædicto nullis extantibus filijs maſculis prædictæ Iſabellæ nec vlla alia per eum facta nominatione quā de Camillo Roſato, qui ei prædeceſſit, Petrus Aluarus filius d. Papirij ſe in huiuſmodi hæreditate ſucceſſurum putabat, idemque ad ſui fauorem credebat Sebaſtianus filius d. Horatij Tognini; Quapropter orta inter ipſos controuerſia ſuper d. hæreditate, cauſaq; ad Rotam delata, & propoſito à me dubio ad quem ſpectet hæreditas prædicta, Domini reſponderunt ſpectare ad Sebaſtianum Togninum non ſolum ex eo, quia ipſe eſt ſanguine coniunctus d. Teſtatrici *in vt. doctr. Bart. & Soc. Sen. in l. ſi fue-*
1 *rit 11. ſub num. 3.* Vbi quod ille admittitur ad Legatum ex Legatarijs eiuſdem nominis, qui eſt magis coniunctus Teſtatori, & plures allegant *Concordan. ff. de reb. dub. Thom. Gram. in conſil. 31. num. 7.* & cum alijs plenius *Stui. de Prat. de interpr. vlt. vol. lib. 1 fol. 57. num. 31. Franc. Calder. de nominat. emphit. lib. 2. qu. 10. num. 49. verſ. ex quibus deducitur Tiraq. de retract. in præfat. num. 44. & ſeqq.* & in terminis ſubſtitutionis, & fideicommiſſi latè *Mantic. de coniect. vlt. vol. lib. 8. tit. 4. n. 5. verſ. & ſi quidem legatum.* Verum etiam quia in eo originaliter ineſt qualitas familiæ, & Agnationis de Togninis, quam conſtat d. Catherinam apprimè reſpexiſſe, & contemplatam fuiſſe, dum voluit quod ſucceſſurus teneretur ſumere Inſignia, & cognomen domus, & familiæ ſuæ; Ideoque in concurſu extraneorum, qualis eſt Petrus Aluarus venit
3 prçferendus idem Sebaſtianus vti veriſimilitèr magis dilectus à Teſtatrice *per text. in l. generalitèr 6. §. Cum autem C. de Inſtit. & ſubſtit. & in l. cum Auus 102. ff. de cond. & demonſt. l. cum alienam 10. C. de legat. l. 1. cum gloſſ. in verb. paterno ff. in Ius voc. Mantic. de coniect. lib. 6. tit. 11. num. 21.* Nam ceſſantibus per mortem viri cauſis, propter quas d. Catherina vxor conceſſit illi facultatem eligendi ſubſtitutum maxima oritur prçſumptio, eamdem Catherinam noluiſſe, vt filius Aluari, qui non poterat effici eius Agnatus niſi fictè, & accidentalitèr aſſumendo Inſignia, & cognomen eius præferretur in ſua
4 hçreditate filio Tognini, qui verè, & naturalitèr eſt talis, vt in puncto argumentatur *Cephal. in conſ. 251. num. 58. & ſeq. vol. 2. Burſatt. conſil. 228. num. 15. & 16. vol. 3. Grauett. conſ. 570. n. 15*
5 *vbi ſub verſ. Rurſum quod fictio non eſt amplectenda niſi deficiente veritate Curt. Iun. conſ. 5 num. 41. Rot. deciſ. 27. num. 5. par. 1. recent.*

Non obſtat quod filius Aluari ſit in ordine ſcripturæ primò nominatus; nam licèt iſte
6 ordo probet in electione potioritatem, vt ex *Bald. docet Peralt. in repet. l. cum ita § in fideicommiſſo num. 5. de leg. 2. Caldaſ. de Iur. emphit. 3. par. de poteſt. elig. cap. 11. num. 41.* Hoc tamen procedit quan-

Digitized by Google

quando in reliquis deſignatis ad electionem
adeſt æqualitas prærogatiuarum, alioquin,
prout hic, magis attenditur prærogatiua qua-
7 litatis, & ordo dilectionis, quam ſcripturæ,
vt diſtinguunt omnes *mox. cit. Doct.* & tenent
idem *Bald. in l. veluti in addit. num. 2. ff. de Iuſt. &*
Iur. Iaſ. in l. ſi pluribus num. 19. verſ. ſed iſta ratio ff.
de legat. 1. Giouagn. conſ. 5. num. 7. lib. 2. Socc. Iun. con-
ſil. 89. num. 5. lib. 4. Purpurat. conſ. 268. nu. 4. Decian.
conſ. 41. num. 133. Mantic. de coniect. lib. 6. tit. 113.
num. 12.

Minus obſtat quod Petrus prædictus præ-
uenerit Sebaſtianum in petenda hęreditate,
8 & ideò ſit in ea pręferendus *ad text. in l. ſi Titio,*
aut Seio 16. de leg. 2. Quia Domini dicebant nos
verſari in caſu contrario *d. l.* dum nulla poteſt
imputari mora, & negligentia Sebaſtiano, ex
quo tempore mortis Io: Dominici degebat in
aliena Prouincia, nec conſtat ipſum habuiſſe
vllam notitiam de Iuribus ſibi competeñ vi-
gore d. Teſtamenti; Vnde non applicatur eius
diſpoſitio, quæ fundatur ſuper mora, & ne-
gligentia non petentis, vt ibi declarat *Bald.*
num. 2. in fin. verſ. item in lege noſtra vnum ſortitur
ius ex mora alterius, & diſtinguunt *Bart. in l. ſi*
tamen ſub num. 1. verſ. ſi vero vnus petit, & alij ne-
gligunt, & Padil. ſub num. 2. verſ. ſi verò negligentes
illi non ſint de leg. 2. Imol. in l. ſi quis Titio §. fin. verſ.
& præueniens alium, & in l. cum quidam ſub nu. 6.
verſ. in gloſſ. vtique ff. eod.

Et ita Sebaſtiano tantum &c.

BONONIEN. BONORVM.

Lunæ 3. Aprilis 1645.

ARGVMENTVM.

Poſſeſſio capta à fideicommiſſario non citato
hęrede non eſt manutenibilis etiam ſi hęredi-
tas ab hęrede non fuiſſet adita.

SVMMARIVM.

1 *Poſſeſſio capta non citatis hæredibus non eſt manute-*
nibilis.
2 *Amplia etiam ſi hæreditas eſſet vacans.*
3 *Hæreditas iacens repræſentat perſonam defuncti, &*
dicitur quaſi poſſidere.
4 *Hæreditas donec adiri poteſt, bona non dicuntur ab-*
ſolutè vacantia.
5 *Poſſeſſio capta Iudicis auctoritate non citato curato-*
re hæreditatis iacentis eſt vitioſa, & non manute-
nibilis.
6 *Poſſeſſionem fideicommiſſarij non tuetur Iudex ex*
æquitate quando hæredi competunt detractiones.
7 *Poſſeſſio capta contra diſpoſitionem Statuti non eſt*
manutenibilis, & dicitur iniqua occupatio non poſ-
ſeſſio.
8 *Poſſeſſor vitioſus manuteneri debet quando vitium*
non eſt clarum.
9 *Poſſeſſionis auocatio per Iudicem facta ſequuta mor-*
te ex nunc prout ex tunc effecit, vt poſſeſſio dica-
tur plena.
10 *Poſſeſſio poſt ſequeſtrum capta cenſetur clandeſtina.*
11 *Poſſeſſionis auocatio poteſt fieri ex officio abſque cau-*
ſæ cognitione quando adeſt timor futuri ſcandali.
12 *Poſſeſſio ſequeſtrari poteſt etiamſi res in iudicium de-*
ducta non ſit.
13 *Poſſeſſionem ſequeſtrare poteſt iudex apud ſe donec*
conſtet qui verè poſſideat.
13 *Poſſeſſionem poſt ſequeſtrum nemo ingredi poteſt*
quouſque lis ſuper poſſeſſione dirimatur.
15 *Poſſeſſionis ſequeſtratio ante motam litem poteſt fie-*
ri abſque probatione timoris ſcandali.

DECISIO DCCXXXX.

POST obitum Com. Franciſci de Pepulis
Co: Ioannes prætextu fideicommiſſi Iaco-
bi fuit immiſſus à Prætore Imoleñ in poſſeſ-
ſionem quorumdam bonorum, in diſtrictu
eiuſdem Ciuitatis ſitorum, & in vim cuiuſ-
dam allegatę Inueſtiturę emphyteuticæ fuit
pariter à Vincentio Nonantulę immiſſus in
alia bona intra Territorium Bononię exiſten-
tia, quæ bona omnia fuerunt relicta à Com:
Franciſco defuncto, verum quia hæredes in-
ſtituti, & ſubſtituti in Teſtamento Comitis
Franciſci ad poſſeſſionem eorumdem bono-
rum aſpirabant, orta fuit controuerſia inter
ipſos, & d. Com: Ioannem, cauſaque ad Ro-
tam delata propoſui dubium. An Com: Ioan-
ni dandum eſſet mandatum de manutenendo,
& Domini negatiuè reſponderunt, quia illius
1 poſſeſſio fuit capta non citatis hęredibus eiuſ-
dem Com. Franciſci, vt neceſſarium erat ad
l. 1. C. quorum legat, & pluribus adductis proba-
uit *Rota penes bo. me. Card. Seraph. deciſ. 271. nu. 2.*
verſ. Primò quia eius poſseſſio eſt vitioſa, & dec. 520
ſub num. 5. verſ. etſi Vincentius, & ſub num. 12. verſ.
nec poteſt par. 1. diuerſ. & deciſ. 115. num. 3. in princ.
par. 1. & deciſ. 116. num. 2. verſ. non enim par. 3. rec.
& penes ſa. me. Greg. deciſ. 206. num. 5. verſ. non ob-
ſtat quod Laura Monterent. ad Stat. Bon. ſub Rubr.
Quod nullus occupet poſseſ. rei hæred. in princ. in ver.
apprehenſam. Et ideò non eſt manutenibilis,
vt firmauit *eadem Rota penes d. Card. Seraph.*
deciſ. 1065. num. 3. verſ. neque apprehendi poterat, &
bo. me. Card. Caual. deciſ. 106. num. 6. Boccac. de In-
terd. vti poſſid. ſub num. 106. verſ. poſſeſſio hæredis.

Non obſtat quod de tempore, quo d. Co:
Ioannes cepit poſſeſſionem, nullus adhuc adi-
2 uerat hęreditatem; ſed hæreditas eſſet vacans,
& propterea ei non poſſit denegari manuten-
tio *Caual. deciſ. 478. num. 2. Seraph. d. deciſ. 1065.*
num. 2. Rota inter recent. par. 1. deciſ. 106. in fin. Me-
noch. de adipiſc. remed. 4. num. 563. & ſequen. Quia
3 neque hoc caſu ligitime apprehendi potuit,
nam hæreditas iacens repręſentat perſonam
defuncti *l. non minus 31. in fin. & ibi gloſ. in verb.*
dominam ff. de hæred. inſtit. Bart. in l. poſtquam hæres 5
ſub num. 2. verſ. dicitur hic ff. vt leg. non cauſ. & di-
citur quaſi poſſidere; Vnde fit quod bona
4 dici non poſſint abſolutè vacantia, donec hę-
reditas adiri poteſt, & eſt ſpes quod adeatur
Dec. conſ. 400. ſub nu. 3. circ. princ. verſ. & dato cum
ibi alleg. Ideoque neceſſarium erat pro validi-
tate huiuſmodi apprehenſionis decernere Cu-
ratorem hęreditati, eoque citato procedere,
& aliter capta poſſeſſio, quamuis Iudicis au-
ctori-

ſtoritate cenſetur vitioſa, & non manuteni-
5 bilis, vt firmauit *Rota coram Seraph.d.deciſ.271.
num.3.verſ. Nec obſtat quod dicitur, & latiſſimè d.
deciſ.520.à num.9.verſ. & poſſeſsio Vincentij vſque
ad fin.par.1.diuerſ. Greg.XV.d.deciſ.206.ſub.nu.6.
& ſeqq. uerſ. Non obſtat quod acquiſiuerie poſſeſſio-
nem, & d. deciſ.115.ſub num.3.uerſ.occupatio enim
par.1.recent.*

Et licet interdum Iudex tueatur poſſeſſorem
in eiuſmodi poſſeſſione per illum apprehenſa;
6 Id tamen procedit ex ęquitate, quando cer-
tum eſt nullas prorſus hęredi competere de-
tractiones ad euitandos inanes circuitus, dum
quis cogeretur illud reſtituere, quod ſtatim
recuperaturus eſſet; Quæ ſanè ęquitatis ratio
non ſolum non viget in caſu noſtro, ſed in-
euitabilitèr retorquetur. Nam vltra detra-
ctionem dotium Gentilis Vxoris Iacobi ſc.25.
mil. auri, de quibus *in Sum. hæredum numer.2.*
cuius fuit hęres Co: Franciſcus *eodem Sum.n.3.*
Ex Inſtrumento celebrato inter ipſos fidei-
committentes die 15. Decembris 1587. relato
*in eodem Sum.num.1.*conſtat extare detractiones
tàm ratione dotium filiarum fideicommit-
tentium, quam ſummæ ſcut. 12. mil. reſer-
uatæ, & ex fideicommiſſo conuentionali ex-
ceptæ, vt ibi legitur. Quinimò ex tranſactio-
ne ſubſequuta inter Co: Ioannem, & d. Com:
Franciſcum probabilitèr dubitari poteſt quod
d. fideicommiſſum quoad ipſos tranſigentes,
& eorum hęredes fuerit remiſſum, vt in ea le-
gitur, & in Capitulis in illa inſertis *ibidem ſub
num.3.* Vbi apparet in ipſo Inſtrumento reſer-
uata fuiſſe Iura d. fideicommiſſi, & Inueſti-
turarum non quidem ſimpliciter, ſed prout
iuris fuerit, itaut iudicialis cognitio, & de-
claratio requireretur, vnde clariùs redditur,
ac euidentiùs huiuſmodi poſſeſſionis vitium
*Seraph.d.deciſ.271.num.5.& ſeqq.& Latius in dicta
deciſ.116. à princip. num.3. vſque ad fin.par.3. rec.*

Hæc autem fortiùs procedunt quoad bona
exiſtentia in Territorio Bononien attenta diſ-
6 poſitione Statuti illius Ciuitatis *lib.2. ſub ſd.
Rubr.quod nullus occupet poſs.rei hæred.in §. ſtatui-
mus,* quo expreſsè prohibetur cuicunque alio
quam hęredi apprehenſio poſſeſſionis huiſ-
modi bonorum etiam ante aditam hęredita-
tem, ac etiam auctoritate Iudicis, niſi legiti-
mis citationibus, ſeù creditis pręmiſſis, aliàs
ipſo Iure, & facto cadit ab omni Iure,& com-
modo ipſius poſſeſſionis, vt in eodem caue-
tur *in uerſ.& ſi quis contrafecerit.* Cuius quidem
Statuti vigore huiuſmodi poſſeſſio nullius eſt
momenti, vt ibidem declarat *Monterent.in ad-
dit.in uerb.ipſius poſſeſſionis.* Ac propterea non
eſt manutenibilis, quia cum illi vehementèr
7 reſiſtat Statuti diſpoſitio dicitur iniqua occu-
patio, non autem poſſeſſio *Menoch. de retinen.
poſſeſ.rem vlt.ſub.num.24.verſ.declaratur;* & in
terminis huius Statuti dixit *Rot. in deciſ.777.
num.2.& ſeqq.par.3.recent. & in Romana, ſeù Ter-
racinen Aſſictus 27. Ianuarij 1627. coram bon. me.
Pirouano poſt tract. Modern. de manuten. deciſ.215.
ſub num.22.& ſeqq.verſ.adhuc tamen.*

Neque obſtat quod etiam vitioſus poſſeſſor
manuteneri debeat *ad trad. per Menoch. de reti-
nen.remed.vlt.num.18.& Rota deciſ.641.nu.8.par.1
& deciſ.64.num.2.par.2.diuerſ.* Quia id non pro-
8 cedit, quando vitium eſt clarum, & manife-
ſtum reſpectu Aduerſarij, quale ex prædictis
apparet in caſu iſto, & in eiſdem decretis ex-
preſſum, in quibus conceſſa fuit Immiſſio in
poſſeſſionem dd. bonorum Com: Ioanni vi-
gore d. fideicommiſſi tanquam purificati, &
Inueſtiturarum reſpectiuè ad eius fauorem
apertarum poſt mortem prædicti Com: Fran-
ciſci ſine filiis *Neuiz.conſ.81.num.28. & ſeq.uerſ.
ſecundo facit Rota deciſ.27. num.11. uerſ. unde licet
Regula ſit par.1.diuerſ. & coram Seraph.deciſ.732.
num.5.uerſ.ſed etiam ex alio, & in recent. deciſ.84.
num.8.uerſ.quia illius fundamentum par.6.*

Cæterum licet prædicta non obſtarent ad-
huc tamen dicebant Domini obſtare auoca-
tionem poſſeſſionis iſtorum bonorum factam
per V. Legatos Bononiæ, & Imolæ per hæc
verba, ex nunc. prout ex tunc, & in illo ſpi-
9 raculo vitæ,quę auocatio efficit vt ſtatim poſt
obitum Com. Franciſci poſſeſſio dicatur ple-
na *Chriſt.de Paz. de Tenut.cap.11.num.1. Ferrett.
conſ.206.per tot. Rot. in Burgen. Attentatorum. 18.
Decembris 1632.& 26. Iunij 1635.coram R. P. D.
meo Ghislerio,* & poſſeſſio Com. Ioannis poſtea
10 capta cenſeatur clandeſtina,& vitioſa, & ideò
non manutenibilis, vt bene per eundem,
Chriſt.de Paz de Tenut.cap.19.num.18.& ſeq. Vbi
facit diſtinctionem inter ſequeſtrationem fa-
ctam altera ex partibus poſſidente, & auoca-
tionem poſſeſſionis factam à Iudice poſſeſſio-
ne actuali vacante ad euitandas ſeditiones, &
11 rixas. Quæ quidèm auocatio fieri poteſt à
Iudice ex officiò abſque cauſæ cognitione,
quando, prout hic, adeſt timor futuri ſcanda-
li, *Curt.ſen.conſ.60. ſub num.2.* vbi quod non eſt
opus quod res ſit in Iudiciū deducta, *Menoch.
12 de retin.remed.vlt.num.45.* vbi quod ſi ignoratur
quis ſit in poſſeſſione poteſt Iudex ſequeſtra-
re poſſeſſionem apud ſe,donec in Iudicio poſ-
13 ſeſſorio ordinario conſtet,qui verè poſſideat,
Paz de Tenut. cap.10. num.41. & 43. Vbi quod
14 nemo ingredi poteſt poſſeſſionem quouſque
lis ſuper poſſeſſione dirimatur, *& cap.19. n.24.
& duob.ſeq.* Vbi quod cognitio cauſæ neceſſa-
ria eſt, quando vnus erat in poſſeſſione actua-
li, & alter ſequeſtrari bona petierat; Secus
verò quando nemo in poſſeſſione actuali eſt,
& Magiſtratus ſcandalum, ac rixam timet,
*Innoc.in cap.in præſentia num.2.de probat. Alba con-
ſil.75.num.2.& 3.*

Non obſtat, quod non probetur timor ſcā-
dali, & rixæ, quia ante motam litem non fuit
15 neceſſaria huiuſmodi probatio, & debuit Iu-
dex ex mero eius officio occurrere futuro ſcā-
dalo, quod timebat à Com. Ioanne, & con-
ſanguineis alterius partis, de quo potuit ſe
extraiudicialiter informare cum periculum
eſſet in Mora *Menoch.de adipiſc.remed.vlt.nu.19.
Scacc.de appell.c.2.q.17.limit.6.membr.2.ſub n.26.
Benint.deciſ.73.num.14.in fine.*

Non obſtat deciſio Buratt.186.quia loqui-
tur in auocatione poſſeſſionis plenæ, & auo-
catio facta per dd. V. Legatos fuit de poſſeſ-
ſione vacante, ex quo auocatio fuit facta in
ſpira-

Digitized by Google

ſpiraculo vitæ Com. Franciſci, & ſic in illo puncto; quo deſinebat poſsidere, & efficiebatur vacans.

Et ita vtraque &c.

AVXIMANA PRAEDII.

Luna 15. Maij 1645.

ARGVMENTVM.

Dominium reſpectu bonorum emphyteuticorum probatur ex Inſtrumento conceſsionis iunctis adminiculis, quæ inſimul conſiderata redduntur etiam efficaciora.

SVMMARIVM.

1 *Poſſeſſio ciuilis ad effectum recuperandi poſſeſſionem naturalem ſufficit pro manutentione.*

2 *Dominium ad effectum deuolutionis probatur ex inueſtitura iunctis adminiculis.*

3 *Et referuntur adminicula.*

4 *Concordia inita inter emphyteutam, & dominum directum plurimum deferi Rota.*

5 *Confeſſio vnius non probat in præiudicium aliorum, ſed facit aliqualem probationem.*

6 *Adminicula inſimul conſiderata remanent efficaciora.*

7 *Dominium lenior probatio admittitur quando agitur ad deuolutionem non ob pœnam, ſed ob lineam finitam.*

8 *Nemo viuere præſumitur vltra centum annos.*

9 *Obitus probatur ex fide Parochi extracta ex libris mortuorum.*

10 *Exiſtentia comprehenſorum in inueſtitura non præſumitur niſi probetur.*

11 *Deficientia lineæ in inueſtitura præſumitur quando nemo comparet, qui prætendat ſe eſſe de comprehenſis.*

12 *Identitas probatur ex duabus demonſtrationibus.*

13 *In antiquis ex vnica demoſtratione particulari cum alia generali.*

14 *Et per argumenta, præſumptiones, & coniecturas.*

15 *Manutentio datur proprietario quando deuolutio eſt clara, ſecus ſi dubia.*

16 *Poſſeſſio ciuilis trahit ad ſe poſſeſſionem naturalem ſtatim ſequuta morte vltimi comprehenſi in Inueſtitura.*

17 *Detentor vt à turbatione deſiſtat datur, manutentio Domino directo.*

DECISIO DCCXLI.

CONTENDENTIBVS Eminentiſsimo D. Card. Veroſpio Epiſcopo Auximañ, & fratribus de Maria ſuper manutentione Tenutæ nuncupatæ la Pantana., reſolutum fuit manutẽtionem deberi Eminentiſs. D. Epiſcopo deducenti pertinentiam dominij huius Tenutæ ad ſui menſam Epiſcopalem, necnon finem tertiæ generationis maſculinæ, & fœmininæ Bernardi de Bernardis, pro qua ſub die 13. Febr. 1560. illam ei conceſſerat in emphyteuſim Epiſcopus de Cuppis Anteceſſor,
1 ac ipſius Tenutæ identitatem. Quoniam nõ dubitatur iis concurrentibus remedium retinendæ competere directo ratione ſuæ Ciuilis poſſeſsionis animo retentæ pro recuperatione naturalis aduerſus ſucceſſores vltimi emphyteutæ, *Aret. in §. Retinendæ num. 8. Inſtit. de Interd. Bart. in l. 1. §. Quod ait Prætor num. 17. ff. vti poſſid. Bero. conſ. 102. num. 43. & ſeqq. lib. 1. Honded. conſ. 21. num. 19. lib. 2. Rot. recent. deciſ. 79. num. 3. & deciſ. 117. num. 12. & deciſ. 359. num. 1. par. 5. in impreſſ. poſt Poſt. de manut. deciſ. 87. num. 3. & dec. 134. num. 7.* & fuit dictum in *Ciuitatis Caſtelli Cenſus 8. Nouembris 1589. coram bon. me. Card. Pamphilio impreſſ. penes Marcheſ. de Commiſſ. par. 1. pag. 968. num. 3. in Portuen. Stagni 27. Aprilis 1640. coram Eminentiſs. D. Cardin. Panzirolo, & in Ciuitatis Plebis Penſionis 5. Maij currentis coram R. P. D. meo Bichio.*

2 Dominium verò ſic ſpectate ad menſam videtur ſat elici ex Inſtrumento d. conceſsionis emanatæ vſque à die 13. Febr. 1560. tanquam de bonis directi dominij eiuſdem mẽſæ iunctis adminiculis, ſicut illud paſsim ita probatum cenſeri etiam ad effectum deuolutionis, ſequendo doctrinam *Bart. communiter receptam in l. ad probãdum, ff. locat. dixit. Rot. rec. dicta deciſ. 79. num. 7. deciſ. 81. num. 1.* vbi plures cumulantur, *& d. deciſ. 359. num. 7. par. 5. d. deciſ. 114. num. 4. par. 6. Canal. deciſ. 269. num. 3. Buratt. deciſ. 602. num. 1.* & fuit etiam reſolutum in *Romana deuolutionis 5. Decembris 1636. coram bon. memor. Buccabella.*

Adminicula enim adſunt plura, & quidem
3 vrgentia tum videlicet attento, quod pręmiſſæ conceſsionis fuit expedita confirmatio per litteras officij Pœnitentiariæ Apoſtolicæ ſub 4. Cal. Aprilis eiuſdem anni 1560 nomine ipſius Bernardi, & quia non verificabatur adiecta in iiſdem litteris ſolita clauſula, ſi in euidentem fuit à Felice, & Bonifatio ſeniore, & Barbara Nepotibus d. Bernardi cum Epiſcopo Cornelio deuentum ad nouam conuentionem, augendo primam impenſam pro introitu, & Canonem, obligationemque meliorandi, ac denique redempto poſt plures annos cenſu, qui ad fauorem Eccleſiæ fuerat creatus vigore primæ conceſsionis, iidem Felix, & Bonifatius alterum eius loco in ſe accollarunt ſub 14. Decembris 1589. & dein Mutius Pronepos de anno 1622. obtinuit ſequeſtrari redditus eiuſdem Tenutæ emphyteuticæ ſpectantes ad alios Compoſſeſſores donec ſoluiſſent ſuam ratam Canonis menſæ Epiſcopali. Ex quibus ſingulis cum demonſtretur effectuationem conceſsionis bene deſumitur adminiculum, vt in *dicta deciſ. 114. nu. 8. verſ. Accedant par. 6. rec. Canal. deciſ. 105. nu. 5. verſ. vltra quæ & d. deciſ. 269. eodem num. 3. verſ. adminicula.*

Tum etiam, quia toto diuturno tempore quo durauerunt lites excitatæ ſuper læſione conceſsonis à Commiſſarijs Fabricæ S. Petri in illius Tribunali, & à ſucceſſoribus. Epiſcopatus in Rota, nunquam fuit ab emphyteutis impugnatum directum dominium Eccleſię,

eleſię, ſed imò pro terminandis litibus fuit
deuentum ad concordiam poſtmodum con-
firmatione Apoſtolica roboratam, quæ ob-
tenta à fel. rec. Gregorio XIII. fuit poſtremo
expedita per litteras in forma Rationi con-
gruit ſan. me. Gregorij XV. prout omnium
in lite geſtorum explicita mentio habetur in
tenore ipſius confirmationis Apoſtolicæ, &
4 concordiæ huiuſmodi plurimum detulit in
propoſito, *Rota recent.deciſ.249.num.3.p.1.& de-
ciſ.81.n.13.verſ.tertio concurrit par.5.*

Tùm demum ex quo Bonifatius Iunior na-
tu maior ipſorum fratrum de Maria agnouit
directum dominium Eccleſiæ, petendo reno-
5 uationem emphyteuſis, licet enim confeſſio
vnius non plenè concludat in præiudicium
aliorum, vt in *deciſ.211. num.3. par.3. rec.* facit
nihilominus aliqualem probationem, vel cõ-
iecturam, *Gozzad.conſ.103. num.10. in fin. Natt.
conſ.160.nu.44.cum alijs per Surd.deciſ.325.nu.11.
ſan.me.Greg.XV.deciſ.506.n.9.*

6 Quæ adminicula inſimul conſiderata etiã
remanent efficaciora ad *l. Inſtrumenta C.de pro-
bat.Rot.rec.d.deciſ.359.nu.14.par.5.Caual. dec.93.
num.10. Buratt. deciſ.602.num.8.* & fuit dictum
*in d. Romana deuolutionis 5. Decembris 1636. &
6.Maij 1637. coram bon. mem. Buccabella.* Maxi-
7 mè vero cum deuolutio non deducatur in
pœnam, ſed ob lineam finitam, quo caſu re-
ceptum eſt leuiores admitti probationes do-
minij, vt in eadem *deciſ. Buratt.602. num.9. vbi
aliæ allegantur.*

Finis trium generationum vocatarum in
conceſſione apparet ratione habita deſcendẽ-
tię Bernardi primi recipientis iuxta ſeriem al-
latam pro Eminentiſsimo D.Epiſcopo, nem-
pè quod Bernardus primus inueſtitus habue-
rit filias Gineuram & Pieram, quarum Gineu-
ra nupta Flaminio de Maria filios habuerit
Bonifacium ſeniorem, & Barbaram; Piera
nupta Lutio Bernardo filium habuerit Feli-
cem; ex Bonifatio ſeniore natus ſit Mutius.
Ex Felice nati ſint Bernardus, Ludouicus, &
Franciſcus, Ac genuerit Mutius poſtremo
Bonifatium Iuniorem, alioſque fratres hodie
venientes in quarto gradu generationis; Et
enim Bernardi mortem enunciant dd. litteræ
ſa. me. Gregor.XV. & nonnulla Inſtrumenta
confecta ab illius hæredibus, nec vixiſſe præ-
8 ſumeretur vltra centum annos, *l. An vſusfru-
ctus ff.de vſufruct.l.vt inter diuinum §.1.& l.fin.C.
de ſacroſ.Eccleſ.Menoch.de præſ.49.num.2. Buratt.
deciſ.551.num.5.* Prout mortuæ ibidem enun-
ciantur Piera, & Gineura filiæ; Ac tam earũ
quam nepotum, & pronepotum obitum pro-
9 bant deſumptæ Parochorum fides ex libris
mortuorum quoad ſingulas commemoratas
perſonas, quibus in hac materia notum eſt fi-
dem præſtari, *Iwol.conſ.110.in fin. Rot.recent.de-
ciſ.321.num.1.deciſ.621. num.4. par.2. deciſ. 536.
num.5.p.5.deciſ.168.num.11.p.7. & coram Gregor.
XV.dec.78.n.2.*

Contra quam generationum ſeriem dum
fratres de Maria non docent alios fuiſſe pro-
creatos, vtique nec talis procreatio præſumi-
10 tur, cum velut quid facti ſit probanda per al-
legantem latè *Aldobr.conſ.80.num.4. & ſeq. Rot.
rec.d.deciſ.359.num.16.par.5. Seraph. deciſ.1487.
num.1.Reuerendiſſ.Vrgellen.deciſ.301.nu.5.* & fuit
dictum *in Ferrarien.bonorum 22. Decembr.1605.
coram Ortembergo impreſſ.penes Marcheſ.de commiſ.
p.1.fol.565.num.2. & in Licien. bonorum 14. Maij
1641.coram Reuerendiſs. D. Patauino*, in quibus
terminis non verſatur *deciſ. Buratt. 393. num.6.
cum Peregr.conſ.26.num.24. lib.1.* & alijs in con-
trarium adductis, ſed in caſu probatæ ſemel
exiſtentię vt patet ex lectura.

11 Vltra quod cum nemo compareat præten-
dens ſe eſſe de comprehenſis in dd. tribus ge-
nerationibus vocatis, etiam inde præſumen-
da eſſet omnimoda earum deficientia, *Bart. in
l.& ſi certus §. ſi vnus num.1. ff. ad Syllanian.Dec.
conſ.652.num.3. Surd.conſ.530. num.37.Rot.recen.
d.dec.79.num.12.par.5.* & fuit etiam dictum in
*d.Romana deuolutionis 5.Decembris 1639.coram bo.
me. Buccabella.*

De identitate ſcilicet Tenutæ, de qua hodie
agitur, eſſe illã ipſam olim conceſſam in em-
phyteuſim, videtur apparere ex quo plures de
ſcriptarum demonſtrationum in cõceſsionis
Inſtrumento, nimirum exiſtentię in contrada
ſeu vocabulo delle Pantane iuxtam viam pu-
blicam, necnon foueam nuncupatam la Sal-
tregna, & bona Sancti Exuperantij cõcordan-
tium deſcriptis in Monitorio Fratrum de Ma-
ria; Atque ſuper Contrada via publica, & fo-
12 uea deponunt etiam Teſtes, cum tantum duę
ſufficerent demonſtrationes iuxta doctrinam,
*Bart.in l.demonſtratio nu.14.ff.de cond. & demonſtr.
Alex.conſ.133.num.5.lib.6.Decian.conſ.17. num.8.
9. & 21.lib.3. Surd. conſ.44. num.15.& ſeqq. Rot.
rec. d.deciſ.79.num.10.& deciſ.81.num.16. par.5.
Canal.deciſ.311 num.4.Gregor.XV.deciſ.172.nu.2.
& deciſ.575.num.4.& 5.* Præſertim in antiquis
13 vbi verſamur fere 100. annorũ in quibus per
vnicam etiam demonſtrationem particula-
rem cum alia generali probari identitatem
cenſuit, *Rot.rec.d.deciſ.81.num.17.& deciſ.87.nu-
mer.10.par.5.* & fuit dictum in *Romana deuolu-
tionis 28.Maij 14. Nouembris 1625.coram bo.mem.
Pirouano, & in dicta Romana deuolutionis 6. Martij
1636. coram bo: me: Buccabella*; vel imò per ar-
gumenta, præſumptiones, & coniecturas, vt
in *cap.cum cauſam vbi Bald.in princ. Felin.num.1.
& alij de probat.Dec.conſ.146.num.14.Rimin.conſ.
254.num.11.Rota recent.dicta deciſ.81.num.20. &
deciſ.359.num.46.par.5.Gregor.XV.deciſ.172.n.5.
vbi Add. num.10.*

Nec viſum fuit Dominis releuare obiectũ
non diſcutiendæ caducitatis in ſummariſſi-
15 mo retinendæ veluti reſpicientis titulum.
Quia procederet ſi caducitas eſſet dubia; ſecus
autem quando apparet clara ſicut in præſenti
ex præmiſsis, vt diſtinguendo animaduertitur
in *Arimineu. deuolutionis 16. Febr. 1609. coram
bo:me: Card.Sacrato penes Marcheſ.de commiſſ.p.1.
fol.959.num.1.& in d.Ciuitatis Plebis Penſionis co-
ram R.P.D.meo Bichio, & in alys cumulatis d.deciſ.
359.num.4.p.5.rec.*

Minus referre cenſuerunt quod fratres
de Maria naturalem poſſeſsionem ingreſsi
fuerint antequam ea nomine Eminentiſsimi

D.Epiſcopi apprehenderetur; Etenim d.Emi-
nentiſſimus fundat ſuam intentionem, vt di-
16 ctum eſt, in poſſeſſione Ciuili, quæ eſt ante-
rior, & ſtatim ſequuta morte vltimi compre-
henſi ad ſe miniſterio legis traxit naturalem
iuxta plenè adducta in *Ferrarien. manutentionis
28. Januar.* 1641. *coram bo:me: Pirouano*. Itaquod
poſſeſſio ipſorum de Maria magis dicatur tur
batiua, cui propterea omnino venit occur-
17 rendum mediante remedio manutentionis,
vt à turbatione deſiſtatur ex trad. per *Bart. in
l.* 1. *§. fin. num.* 17. *& ibi gloſ. in verb. poſſidet ff. vti
poſſid. Bero conſ.* 102. *num.* 43. *lib.* 1. *& conſ.* 45. *n.* 23.
& ſeq. lib. 3. *Menoch. de retinen. remed.* 3. *num.* 22. *Ro-
ta rec. d. deciſ.* 79. *num.* 3. *p.* 5. & fuit dictum in *al-
legata Ciuitatis Caſtelli Cenſus impreſſ. penes Mar-
cheſ. de commiſſ. n.* 3.

Et ita vtraque parte informante &c.

ROMANA SOCIETATIS OFFICII.

Lunæ 15. *Maij* 1645.

ARGVMENTVM.

Societas Officij verè & ſolummodo intelligitur contracta inter dantem pecunias, & officia-lem in tantum quod ſocietas dicitur ſuperlu-crata per adimplementum contentorum in inſtrumento inito inter prædictos, etiam ſi deficiat adimplementum promiſſum extra dictum inſtrumentum.

SVMMARIVM.

1 *Sententia abſque legitima citatione eſt nulla.*

2 *Sententia nulla reſpectu non legitimè citati eſt nulla etiam quo ad legitimè citatos ratione indiuiduitatis.*

3 *Eſt locus lucro pecuniarum moriente nominato, cuius periculo ſocietas officij eſt obnoxia.*

4 *Cedens tenetur defendere veritatem nominis ceſſi.*

5 *Societatem officij non lucratur qui fideiuſſores non præſtitit ſi præſtare tenebatur.*

6 *Societas officij contrahitur ſolummodo inter dantem pecunias, & officialem.*

7 *Recognitio bonæ fidei nihil habet commune cum ſocietate, præſertim dum in illa non fuit expreſſum quod alter eſſet recogniturus bonam fidem.*

8 *Exceptio non impliments non habet locum, niſi quando agitur ex eodem contractu in quo adeſt obligatio adimplendi, ſecus ſi ex diuerſo.*

9 *Nec poteſt dari per eum, qui contractui acquieuit. fideiuſſor intelligitur tacitè liberatus à fideiuſſione, vel dato, nouo fideiuſſore loco ſui conſentiente creditore, vel ipſo creditore recipiente fructus ſocietatis.*

10 *Libri Mercatorum conſcribendi ſunt ſecundum ſtylum Mercatorum.*

11 *Scripturas exhibere recuſans redditur ſuſpectus, & præſumitur contra ipſum.*

12 *Quietantia præſumitur reportata à ſoluente.*

13 *Scriptura librorum deferendum eſt ratione ſoliti.*

DECISIO DCCXLII.

INITA per Bernardinum Curſorem ſuper ſuo officio Curſoratus ſocietate ſcut. 500. ſub 13. Auguſti 1619. ad fauorem D.Marchionis Palumbariæ, cuius deinde recognouit bonam fidem bon.me. Dux Io: Antonius Vrſinus promittendo vlterius eſſe acceſſuros Frãciſcum Succatum, Franciſcum Cephanaſſiũ, & Antonium de Nigris prout Succatus, & Cephanaſſius acceſſerunt. Cum deinde ſub 22. Decembris 1620. ipſe Marchio d. Societatem ceſſiſſet Bartholomeo Aſcornio, etiam deſuper accedens vti principalis principaliter, & inſolidum, egit Aſcornius ſub 25. Nouẽbris 1627. pro renouatione fideiuſſoris loco d. Cephanaſſij defuncti prout fuit ei præſtitus Mairutius, & ſub 3. Ianuarij 1629. ſua Iura ceſſit Io: Baptiſtæ filio eiuſdem Cephanaſsij, & cum huius ceſsionis vigore ipſe Io: Baptiſta mouiſſet Iudicium coram A. C. contra Excellentiſs. D. Ducem S. Gemini hæredem Ducis Io. Antonij pro reſtitutione ſortis, & fructuum d. Societatis, oppoſita ſibi exceptione, quod ſocietas fuiſſet ſuperlucrata ob mortem Lauræ Ceulæ, ſuper cuius vitæ periculo currebat vſque ab anno 1626: & ſic ante diem factæ ceſsionis; demum coram eodẽ A.C. inſtetit aduerſus Iacobum Philippum, & Io: Baptiſtam filios, & hæredes Aſcornij pro reſtitutione pecuniarum ipſi Aſcornio ſolutarum occaſione d. ceſsionis, & deſuper obtinuit ſententiam fauorabilem, quam examinatis hodie illius viribus eſſe nullam, ſed iuſtam Domini reſponderunt.

Nullitas dedùcebatur ex defectu legitimæ
1 citationis, quia nimirum fuerat citata D.Ca-
therina Mater dd. filiorum, & hæredum Aſ-
cornij vti Tutrix & Curatrix, cum tamen de-
buiſſet Iacobus Philippus ipſemet citari, ex
quo factus maior deſierat eſſe ſub cura iuxta
§. 1. *Inſtit. de curat. & l. primam ff. de minor.* Pro-
2 pter quam nullitatem ſententia in totum
corruit, itaut non valeat ſuſtineri quoad Ioã-
nem Baptiſtam legitimè citatum ratione in-
diuiduitatis reſultans non minus ex qualitate
materiæ, quam ex voluntate Actoris, & Iu-
dicis, dum ob eamdem cauſam vti hæredes
Bartholomei poſsidentes illius bona pro indi-
uiſo, ſic vnicam habentes cauſam defenſionis
vnica petitione, & per vnicum ſententiæ Ca-
pitulum fuerunt condemnati, *Bald. in l.* 1. *nu.* 6.
*verſ. Aut continet quid indiuiduum C. de error. calcul.
Ruin. conſ.* 129. *num.* 12. *& ſeq. lib.* 5. *Gabr. conſ.* 56.
num. 18. *lib.* 1. *Rot. rec. deciſ.* 118. *num.* 4. *verſ. rurſus
par.* 1. *ſa. me. Greg. XV. deciſ.* 319. *num.* 2. *vbi Add.
num.* 7. *Caual. deciſ.* 396. *num.* 2. & fuit dictum in
Maceraten. hæreditatis 2. *Decembris* 1639. *coram
R.P.D. meo Roias.*

3 Conſtat verò de Iuſtitia, quoniam purifi-
cato euentu periculi vitæ, cui ſocietas erat
obnoxia per mortem d. Lauræ factus fuerat
locus eiuſdem ſocietatis lucro, vt in *deciſ.* 55.
penes Zacch. de ſociet. offic. num. 2. *Rota recent. deciſ.*
245. *num.* 2. *par.* 5. & fuit etiam reſolutum in
Romana ſocietatis officij 8. *Aprilis* 1622. *coram b. m.*

Rem-

Rembolde. Vnde A. C. rectè pronunciauit filios, & hæredes Aſcornij teneri reſtituere pecunias habitas occaſione ceſſionis ipſius ſocietatis, cum ob lucrum ita ſequutum nequeant defendere nominis ceſsi veritatem, prout teſtantur ex *l. ſi nomen cũ l. ſeq. ff. de hæred. vel act. vend. Bald. conſ. 702. num. 2. lib. 3. Alex. conſ. 242. nu. 3. lib. 3. Rot. in impreſs. penes Pacif. de Salu. deciſ. 162. num. 7. & coram ſa. me. Gregor. XV deciſ. 579. num. 3.*

4 lios, & hæredes Aſcornij teneri reſtituere pe-

5 Nam reſpectu lucri huiuſmodi viſa fuit obſtare d. acceſsio promiſſa per Nigrum nunquam ſequuta, ne illius implemento deficiẽte intelligatur ſocietatem potuiſſe ſuperlucrari, vt in *Romana ſocietatis officij 25. Iunij 1627. coram bo: me: Merlino, & in Piſauren. ſocietatis officij 30. Maij 1639. coram R. P. D. meo Roias.* Etenim Domini aduertebant acceſſionem hanc non fuiſſe promiſſam in Inſtrumento ſtipulato inter Marchionem dantem pecunias, & Officialem, ſed in alio ſeparato inter Officialem, & Ducem recognitorem bonæ fidei; vnde eſto quod in primo caſu implementi deficientia impediſſet lucrum, vt loquuntur ſupradictæ deciſiones, & aliæ alleg. Hoc tamen non pro-

6 cedit in ſecundo, quia ſocietas verè intelligitur contrahi ſolummodo inter dantem pecunias & Officialem, *Felic. de ſociet. cap. 29. nu. 66. Zacch. de ſociet. offic. num. 14.* & fuit dictum in *Romana ſocietatis officij 7. Iunij 1627. coram bo. me. Merlino, & coram ſa. me. Gregor. XV deciſ. 167. numer. 13.* ratione ibi perpenſa, quod repugnet naturæ contractus ſocietatis illam inire cum non habente rem, ſiue officium ex adductis, per *Gabr. conſ. 63. num. 5. & per tot. lib. 2.* nec reco-

7 gnitio bonæ fidei quidquam habet commune cum ſocietate, quia non celebratur cum dante pecunias, *Zacch. vbi ſupra num. 20. ſan. me. Gregor. XV d. deciſ. 167. num. 4.* maximè dum in primo ſocietatis Inſtrumento nõ fuit expreſſum, quod alter eſſet recogniturus bonam fidem, *Zacch. ibid. num. 21. Gregor. XV d. deciſ. 167. eodem num. 4.* Ex quibus reſtricta promiſsione d. acceſsionis conſequentia reſultat ratione defectus implementi conuenti quoad contractum recognitionis bonæ fidei non poſſe ex-

8 cipi quoad purè contractam ſocietatem ſine tali promiſsione, iux. *trad. per Ceph. conſ. 48. nu. 2. Gregor. XV. dec. 541. num. 1. Card. Mantic. dec. 238. num. 2. Buratt. deciſ. 549. num. 3. & deciſ. 571. num. 2.* & fuit dictum in *Romana ſocietat. officij 4. Martij 1619. coram bon. me. Pirouano.*

Præterea ſuadebatur prædictam Nigri acceſſionem intelligi tacitè remiſſam. Tùm ob

9 ſecutas alias antea non promiſſas acceſsiones Marchionis, & Mariutij, & ab Aſcomio acceptatas inde ſuccedentes loco promiſſæ, vt per *Cenc. de cenſib. q. 76. num. 13. Rota impreſs. penes eum deciſ. 200. num. 3.* & conferunt deducta in *deciſ. 192. num. 19. par. 5. rec.* Ponderato vlterius quoad illam Mariutij fuiſſe petitam, numerando alios, qui acceſſerant ſine vlla mentione ipſius Nigri inde neglecti ad tradit. per *Surd. deciſ. 567. num. 4. in fin. & ſeq.* quæ remiſsio, ſiue acquieſcentia proculdubio efficit non poſſe amplius dari, vel excipi de non adimple-

mento, *Rot. rec. alleg. deciſ. 192. eod. num. 19. p. 5. & coram Gregor. XV. dec. 75. num. 2.*

Tùm etiam attenta receptione fructuum, cum ea potiſſimum arguat remiſsionem promiſſæ fideiuſsionis, ne propterea illius omiſ-

10 ſio impediat lucrum ſocietatis, *Caſtracan. de ſociet. offic. cap. 68. in fin. & cap. 69. Rota diuerſ. deciſ. 113. num. 6. p. 1. deciſ. 577. num. 10. par. 1. recent.* & fuit reſolutũ in *d. Romana ſocietatis officij 7. Iunij 1627. & in alia ſub 25. eiuſdem coram bonæ mem. Merlino.*

Sicut receptionem hanc ad effectum, de quo agitur, comprobat partita ſcu. 210. deſcripta in libro Maſtro Aſcomij ſub die 9. Nouembris 1628. pro fructibus à die 13. Februarij 1625. vſque ad 13. Auguſti 1628. licet ex ſui tenore non concludat numerationem factam ante d. Obitum Lauræ, non ea facilè præſumitur ſic emanata aduerſus Aſcomij hæredes vti recuſantes exhibere librum Introi-

11 tus, ad quem eſt relatiua eadem partita conflata ex ſolutionibus ibi contentis iuxta ſtylũ Mercatorum, de quo per *Rot. in deciſ. 646. n. 4. par. 3. recent.* cum exhibitionis huiuſmodi recuſatio cenſeatur admodum ſuſpecta, vt in *deciſ. 237. num. 7. par. 4. rec. & in impreſſ. poſt ſecundum volum. conſ. Farinacc. 103. nu. 5.* omnemque propterea inducat præſumptionem magis pro ficuam fundandæ intentioni Io: Baptiſtæ Cephanalſij contendentis pro exhibitione cõtra ipſos recuſantes, *Crauett. conſ. 6. num. 8. Menoch. de præſumpt. lib. 2. præſ. 91. num. 4. Monach. deciſ. Lucen. 57. num. 10.* nec talis exhibitio potuit declinari ſub prætextu probationis deſuper non deficientis penes eundem Io: Baptiſtam me-

12 diantibus quietantijs veriſimilibus reportatis iuxta morem de quo in *deciſ. ſa. me. Gregor. XV. deciſ. 253. num. 1.* quia Mercatoribus, qualis erat Aſcornius non eſt nouũ ſolui ſine quietantia, dumtaxat curando annotari ſolutiones

13 in eorum libris, ac ratione ſimilis ſoliti defferendum eſſe librorum ſcripturæ dixit *Rot. corã Reuerendiſs. Vrgellen. dec. 352. nu. 12.*

Et ita vtraque parte informante &c.

SENOGALLIEN. SVPPLEMENTI LEGITIMAE.

Mercurij 17. Maij 1645.

ARGVMENTVM.

Statuti diſpoſitione quando ex incolatu quis poſsit iuuari, & ex quibus incolatus dicatur contractus.

SVMMARIVM.

1 *Sententiæ dicuntur conformes quando vna confirmat alteram.*
2 *Sententia validitas colligitur ex actis.*
3 *Legitima ſupplementum debetur ex bonis patris, nulla habita ratione bonorum maternorum.*
4 *Statuti diſpoſitione quis iuuari non poteſt niſi iuſtificatis requiſitis à ſtatuto.*
5 *Incolatus vt contrahatur requiritur habitatio decennalis.*

Incolatus ſtatim acquiritur quando conſtat de voluntate perpetuo permanendi.
7 *Onerum agnitio non ſimplex incolatus facit quem gaudere beneficio ſtatuti.*
8 *Filius ſequitur originem patris,*
9 *Originarius non ſuſtinens onera ſtatuti habetur pro forenſi,*
10 *Onera realia ſoluuntur etiam à forenſibus, ſecus perſonalia.*
11 *Habilitas exiſtens de tempore delata ſucceſſionis attenditur.*
12 *In ſtatutis perſona excludens, non excluſa attenditur,*
13 *Ius ciuile vbique ſeruatur.*
14 *Statuti diſpoſitio non extenditur ab bona exiſtentia in alio territorio.*
15 *Legitima debetur in quota,*
16 *Poteſt aſſignari in quantitate à Iudice.*
17 *Appellatio non datur à tribus conformibus.*
18 *Attentata ceſſant appellatione prohibita, & Iudex poteſt exequi ſententiam.*
19 *Signaturæ reſcriptum retrotrahitur ad diem latæ ſententiæ.*
20 *De Attentatis non agitur poſt rem iudicatam, licet cauſa appellationis ſit commiſſa ſimpliciter.*
21 *Commiſſio cauſæ ſimpliciter intelligitur prout de iure,*

DECISIO DCCXLIII.

LATA ſententia ab A. C. ſuper ſupplemento legitimæ ad fauorem Felicis filiæ Liuij Baucrij, eaque confirmata per ſententias Rotales bo.me. Merlini, & R. P. D. mei Peutingerij cum Franciſcus Maria eiuſdem Liuij filius, & reſpectiuè frater prætendens adhuc inde non fuiſſe locum executioni, & propterea factam eſſe reuocañ, habuerit recurſũ ad Signaturam, quæ commiſit cauſam cum clauſula, conſtito de tribus conformibus, & cum facultate purgandi attentata, Propoſui dubium ſuper conformitate, & attentatis huiuſmodi, cui reſpondendo Domini dixerunt conſtare de tribus conformibus, non autem adeſſe attentata.

Conformitas viſa fuit apparere non minus
1 ex ipſarum ſententiarum tenore dum ſecunda primam confirmauit, & tertia vtramque, *gloſ. Doct. in Clem. 1. de re iud. Rot. rec. deciſ. 647. n. 1. par. 1. deciſ. 491. num. 1. par. 5. deciſ. 392. num. 1. p. 7. & coram Card. Caual. deciſ. 387. num. 1.* Quam attenta earumdem validitate, & iuſtitia, prout validitas colligitur ex reuolutione actorum iuxta *deciſ. Caputaq. 260. par. 2.* non obſtañ nullitatibus ab altera parte oppoſitis, quas Domini non habuerunt in conſideratione, & Iuſti-
2 tiam detegunt adducta ſuper eo quod d. Felici pro ſupplemento legitimæ vigore ſtatuti Senogallieñ debeatur ſumma pecuniarum aſcẽdeñ ad ſcu. 2057. bai. 61. d. 2. nullam habendo rationem bonorum maternorum, quæ ad ipſam Felicem peruenerunt, vt in duabus deciſionibus bo.me. Merlini ſub 4. Iulij 1640. & 10. Iunij 1641. quæ rationibus, & auctoritatibus latè fulciuntur, cõprobatis *coram R. P. D. meo Peutingero ſub die 27. Nouembr. eiuſdem anni.*

Nec ad euitandum tale ſupplementum Bauerius poteſt iuuari diſpoſitione Statuti Anconitani illud denegantis, ſiue beneficium
4 ipſius ſtatuti intendat deducere tanquam cõprehenſus ratione qualitatum ibi præſcriptarum, quoniam non docet per Teſtes examinatos ſeſe, vel Liuium patrem habitaſſe per quinquennium continuum in Ciuitate Anconæ, ſoluendo onera Cameralia, realia, & perſonalia, ſicut hæc omnia ſtatutum copulatiuè requirit, nec alias poteſt quis iniri ſtatuto niſi iuſtificatis eiuſdem requiſitis, vt in *ſecunda deciſ. coram. bo. me. Merlino verſ. nec obſtat ſtatutum Anconitanum,*

Siue etiam d. comprehenſio allegetur in ipſa Iuris diſpoſitione ratione ibidem contra-
5 cti domicilij, ſeu Incolatus, non enim docetur Liuium in Ciuitate Anconæ commoratum fuiſſe per decennium, ſicut illud requiritur ad contrahendum ex habitatione lõgeua Incolatum, *l. 2. vbi gloſ. in verb. conſtituerint C. de Incol. lib. 10. Odofred. in l. Ciues in fin. verſ. ſimplex ergo C. eod. Rolan. conſ. 79. num. 51. & 53. lib. 3. Surd. conſ. 371. num. 47. Menoch. conſ. 329. num. 34. & de arbitr. lib. 2. caſ. 86. num. 15. Grat. diſcept. 824. num. 39. Comitol. deciſ. 120. num. 4. Buratt. deciſ. 244.*
6 *num. 5.* niſi alias fuerit declaratus animus perpetuo permanendi, *Gail. pract. obſeru. lib. 2. obſeru. 35. num. 7. Menoch. d. caſ. 86. num. 2. Rot. diuerſ. deciſ. 150. num. 7. par. 2. & rec. deciſ. 188. num. 2. p. 2. & in Ariminen Gabellæ 10. Decembris 1625. coram bo. me. Merlino,* cui tunc eo ipſo abſque alio lapſu temporis acquiratur Incolatus, *Rot. recent. deciſ. 52. num. 7. p. 5. & in d. Ariminen. & in Toletana matrimonij ſub eadem die coram eodem bon. mem. Merlino,*

Quem tamen animum tantum abeſt in præſenti potuiſſe conſiderari, vt imò contrarium eliciatur, dum Anconæ habitans ſpatio triennij profeſſus fuerit habitare gratia recreationis, & ſalubrioris cœli domum, & ſuppellectilia retineñ in Ciuitate Senogallieñ, at ita ſeſe nuncupando Senogallienſem in Inſtrumentis & alijs actibus, vt aduertit, *2. deciſ. b. m. Merlini, verſ. nec concludunt Teſtes.*

Minuſque probatur eundem Liuium ſuſtinuiſſe onera realia, & perſonalia ipſius Ciui-
7 tatis Anconæ, quorum pariter ſupportationẽ ius requirere ad prædictũ effectũ docuerunt, *Caſtr. in l. omnes populi ff. de Iuſt. & Iur. Ruin. conſ. 112. num. 12. lib. 5.* ratione perpenſa, quòd non debeat ſentire commodum ſtatuti, qui non ſentit illius incommodum, *Rolan. conſ. 79. n. 34. lib. 3. Surd. conſ. 174. num. 13. & ſeq.* Propterea concludens ſimplicem Incolatum non prodeſſe, vt quis gaudeat beneficio ſtatuti quia principaliter conſideratur onerum agnitio, *Hond. conſ. 5. n. 34. & ſeq. lib. 1. Grat. diſcept. 181. n. 18. & ſeq. Mereſc. var. reſ. lib. 1. c. 9. n. 2.*

Prout hæc etiam deficiunt reſpectu perſonæ ipſius Feanciſci Mariæ, quem nec refert eſſe
8 natum Anconæ, cum Liuius Pater eſſet Senogallieñ, & origo Progenitoris debet attendi, *l. 1. ff. ad municip. l. 3. C. ad municip. lib. [illegible] Bald. conſ. 334. num. 1. poſt princ. lib. 4. Honded. d. conſ. 5. num. 15. lib. 1. Rot. diuerſ. deciſ. 414. num. 1. par. [illegible] & recent.*

Digitized by Google

recent. deciſ. 436. num. 17. par. 5. & coram ſa. mem. Gregor. XV. deciſ. 279. num. 18. & 19. neque alias
imò ſola natiuitas ſufficeret, deficiente vltra
requiſita ſolutione onerum tum realium,
tum etiam perſonalium ad tradit. per Surd. di-
cto conſil. 174. num. 15. vbi quod Originarius ea
non ſuſtinens habetur pro forenſi, Cephal. con-
ſil. 346. num. 22. Gratian. dicta diſcep. 181. num. 2. cum
alijs relatis per Maſtard. de interpr. ſtat. concluſ. 6.
num. 74. & ſeq.

Solutio autem huiuſmodi viſa fuit inſuffi-
10 ciens allata dattorum nuncupatorum ſalata,
porcina, darſina, e Monte Sale vti realium,
quæ ſola ſine perſonalibus non ſufficiunt ad
contrahendam ciuilitatem pro fruitione
ſtatuti, quia ſoluuntur etiam à forenſibus,
Paul. de Caſtr. in l. inter debitorem numer. quarto
poſt med. ff. de pact. Bald. conſ. 433. nume. 1. lib. 1.
Natt. conſil. 389. numer. ſexto, latè Menoch. plu-
res referens conſ. 201. numer. 59. & ſeq. Gregor.
XV. dicta deciſ. 279. numer. 15. & ſeq. quamuis à
perſonalibus ij ſint Immunes, Bart. in l. Re-
ſcripto, §. vltim. ff. de muner. & honor. Corn. conſil.
194. numer. 3. lib. 4. Neuizan. conſil. 66. num. primo,
& 16. cum alijs per Menoch. dicto conſil. 1202.
numer. 62. Vel in omnem caſum ſolutionis
effectus diluneretur vti factæ à Franciſco Ma-
ria de tempore incongruo ſub die ſeptima
Decembris 1634. & ſub die tertia Decem-
bris 1645. Ita poſt obitum Liuij Patris ſe-
quutum ſub die ſexta Maij 1632. cum habi-
11 litas tunc exiſtens quando fuit factus locus
diſpoſitioni ſtatutariæ circa dictum ſupple-
mentum debeat omnino attendi, non autem
quæ poſtea ſuperuenit, Dec. conſil. 661. num. 12.
ad finem & ſeq. Anchar. conſ. 160. numer. 2. verſ. &
licet hæres, Ciciac. controu. 205. numer. 37. Gregor.
XV. dicta deciſ. 279. ſub numer. 19. verſ. declaratio
& numer. 20. & fuit dictum in Romana Supple-
menti legitimæ 18. May 1640. coram R. P. D. meo
Cerro.

Nec releuat ipſam Felicem fuiſſe effectam
Ciuem Anconitanam per matrimonium
contractum cum Benincaſa. Quoniam pa-
riter illud ſuperuenit Liuio Patre iam defun-
cto, & ſat eſt Franciſcum Mariam fratrem
talem non fuiſſe vt ex ſui perſona, ac etiam
Liuij Patris fuit ſuperius comprobatum;
12 cum perſona excludens attendatur in Statu-
tutis, non autem excluſa, Rota recent. deciſ. 177.
num. 39. par. 5. Buratt. deciſ. 188. num. 7. & fuit
dictum in dicta Romana Supplementi legitimæ co-
ram R. P. D. meo Cerro.

Prout etiam non releuat Statutum Seno-
galliæ extendi non poſſe ad bona ſita in Ter-
ritorio Anconæ. Quia cum Felix non agat
vigore Statuti, ſed ex diſpoſitione Iuris com-
munis, ſecundum quam filio debetur legi-
tima in bonis Patris, Statutum verò Seno-
galliæ deductum tantummodo excipien. ad
oſtenden. nihil in contrarium diſponere non
debet attendi diſtinctio Territorij, cum Ius
13 commune pariformiter vbique ſeruetur,
l. 3. C. de legib. cap. 1. de Conſtit. Et vna tantum
conſideretur qualitas, & vna legitima. Con-
traria verò procedunt quando agitur virtu-
14 te diſpoſitionis municipalis, quæ cum cir-
cumſcribatur Territorio, & diuerſa ſit prout
diuerſa ſunt Territoria non extenditur ad
bona in alio Territorio exiſtentia, vt optimè
diſtinguendo dictum fuit in Vrbeuetana Reſti-
tutionis Dotis ſexta Februarij 1640. coram bonæ me-
mor. Merlino, & latius in Romana Supplementi le-
gitimæ 16. Maij eiuſdem anni coram Reu. P. D. meo
Cerro.

Quæ verò deducebantur contra Iuſtitiam
ex eo quod legitima fuerit in quantitate ta-
xata, cum tamen in quota debeatur fuerunt
abundè ſublata in alijs huius cauſæ deciſio-
15 nibus, in quibus ad ſaturitatem fuit huic ob-
iecto reſponſum, & vlterius aduertendum
hoc eſſe inductum fauore filiorum, vt legi-
timam poſſint in quota prætendere, vt pro-
bat text. in l. ſancimus, §. 1. C. de inoffic. teſtam.
Vnde quando prout hic, filius, aut filia non
contradicit poterit abſque dubio per Iudi-
16 cem in quantitate aſsignari, vt in ſpecie con-
ſuluit, Corn. conſil. 26. ſub numer. octauo, verſ. eſt
itaque indubitatum lib. tertio, vt firmat Merlin.
de legitim. lib. 5. titul. 3. quæſt. 11. num. 3. verſ. ſepti-
mus caſus eſt.

Hinc conſtito de ſententiarum conformi-
tate reſultat neceſſario conſequentia exclu-
ſionis attentatorum, quia non datur appella-
17 tio à tribus conformibus, Clement. vt calum-
nijs de re iudic. lib. 1. Cum ſit in vna eademque cauſ.
cum adductis per Scacc. de appellat. quæſt. 17. limit. 1.
num. 1. & ſeq. vbi dum deeſt locus appellationi
18 ceſſant attentata. Itaut Iudex poſsit ſine dif-
ficultate ſententiam exequi Abb. in cap. Paſto-
ralis num. 3. de offic. delegat. Lancell. de attent. part. 2.
cap. 12. limit. 29. num. 1. Rota recent. deciſ. 34. num. 2.
p. 7. Buratt. deciſ. 63. num. 1. & deciſ. 900. num. 2. Ca-
ual. deciſ. 82. num. 4.

Nec refert executioni prædictæ ſubſequu-
tam fuiſſe Commiſſionem cauſæ modo quo
ſupra. Nam ſicut ſi ante executionem con-
ſtitiſſet de tribus conformibus executio non
poſſet dici attentata, ita hodie conſtito debet
idem procedere, cum reſcriptum Signaturæ
19 retrotrahatur ad diem latæ ſententiæ, vt fuit
dictum in Anconitana Beneficij 19. Ianuarij 1643.
coram R. P. D. meo Roias, vbi aliæ deciſiones allegan-
tur. Nec ſtante re iudicata vigore trium
20 conformium poteſt amplius agi de reuoca-
tione attentatorum, Rota rec. deciſ. 383. n. 3. p. 2.
b. m. Coccin. deciſ. 900. n. 3. & in fortiori commiſ-
21 ſæ cauſæ appellationis ſimpliciter vbi ſic fue-
rit detecta res iudicata, fuit dictum in Gerun-
den. Beneficij 16. Maij 1643. coram R. P. D. meo Cer-
ro, facultas verò purgandi attentata hinc elici-
tur prout de Iure, uimirum quatenus adſint,
& non alias ex deductis in Ianuen. pecuniaria,
ſeu prætenſorum attentatorum 20. Aprilis 1640. co-
ram me.

Et ita vtraque parte informante cauſa per
quatuor vices propoſita, & diſcuſſa reſolutum
fuit &c.

ROMANA CENSVS.

Mercurij 17. Maij 1645.

ARGVMENTVM.

Solutiones conſiderabilis ſummæ arguunt mandatum in ſoluente, & probant quaſi poſſeſſionem contra principalem debitorem, illiuſque ſucceſſores.

SVMMARIVM.

1 *Poſſeſſio exigendi acquiſita contra debitorem cenſus tranſit paſſiuè in eius ſucceſſores, præſertim poſſidentes rem ſubiectam cenſui.*

2 *Ius actoris non immutatur ex mutatione perſonarum ex parte Rei.*

3 *Conſtituti clauſula poſſeſſionem transfert.*

4 *Fides extraiudicialis veriſimilis, & adminiculata probat.*

5 *Teſtes examinati ad perpetuam rei memoriam faciunt adminiculum.*

6 *Mandatum præſumitur in ſoluente conſiderabilem ſummam pro alio.*

7 *Res præſumitur allodialis, & libera, non feudalis.*

8 *Exceptio quod cenſus ſit malè impoſitus reſpicit petitorium.*

9 *Bona tranſeunt cum ſuo onere.*

10 *Exceptio requirens altiorem indaginem non valet impedire manutentionem.*

DECISIO DCCXLIV.

PLACVIT Dominis deciſio in hac cauſa facta ſub die 20. Iunij præteriti, in qua recedendo ab alia emanata ſub die 25. Martij 1642. fuit dictum conſtare de quaſi poſſeſſione Helenæ quoad exactionem fructuum cenſus, de quo agitur; Nam d. quaſi poſſeſſio bene iuſtificatur ex pluribus ſolutionibus ipſi Helenæ factis per A. Franciſcum, quarum aliquæ leguntur factæ per hæc verba: *Io Elena hò riceuuto dal Signore Gentile de Graſſis ſc. 45. moneta per li frutti del cenſo &c. per le mani del Sig. Anton Franceſco de Graſſis*; Aliæ verò conceptæ ſunt his verbis: *Hò riceuuto dal Signor Anton Franceſco ſc. 45. quali me li paga per il Signore Gentile per li frutti del cenſo &c.* Quæ ſolutiones licet videantur factæ per ipſum A. Franciſcum tanquam Miniſtrum, ſiue tertium ſoluentem pro alio, attamen bene probant quaſi poſſeſſionem exigendi ſaltem cõtra Gentilem principalem debitorem cenſus, & ſuffragantur contra A. Franciſcum illius donatarium vniuerſalem, cum quaſi poſſeſſio exigendi acqui-
1 ſita contra debitorem cenſus tranſeat paſſiuè etiam in eius ſucceſſorem, præſertim quando illi poſſident rem cenſui ſubiectã, vt ex multis probat *Amat. var. reſol. tom. 2. reſ. 58. num. 13.*
2 nam in remedio retinẽdæ poſſeſſionis ius metitur ex parte Actoris, quod non immutatur ex mutatione perſonarum, *Seraph. dec. 876. n. 1. Greg. XV. dec. 313. num. 3. & ibi Add. littera A. verſ. ſic etiam Cenſuario, Rota deciſ. 341. num. 1. par. 1. & dec. 1. num. 7. par. 5. rec. cum aliis relatis per Cenc. de cenſ. q. 92. num. 24. & per Gratian. diſc. for. c. 13. num. 16.*

Quod autem Antonius Franciſcus poſſideat bona, ſuper quibus fuit impoſitus cenſus probatur nedum ex Inſtrumento donationis omnium bonorum factæ ad ſui fauorem per d. Gentilem cum clauſula, *conſtituti*, quæ tranſtulit omnem poſſeſſionem Gentilis Donato-
3 ris in A. Fanciſcum Donatarium, *l. quod meo, ff. de acquir. vel amitt. poſſeſſ. Tiraq. de Iur. Conſtit. poſſeſſ. par. 1. verſ. illud autem num. 4. Rot. deciſ. 83. num. 1. dec. 270. num. 1. dec. 277. num. 1. par. 1. deciſ. 520. num. 2. circa med. deciſ. 551. num. 4. par. 2. &*
4 *dec. 770. num. 2. par. 3. rec.* Verum etiam ex fide eiuſdem Gentilis, qui teſtatur d. A. Franciſcũ vigore d. donationis poſſidere omnia bona ipſius, & in ſpecie corpora exiſtentia in Agro Zagaroli cum eiſdem vocabulis, & quantitatibus in Inſtrumento cenſus prædicti ſpecificatis, quæ fides licet extraiudicialis, tamen cum ſit veriſimilis, & adminiculis fulcita ſufficienter probat *Add. ad Greg. XV. dec. 214. nu. 3. Buratt. dec. 306. num. 6. Rota in rec. dec. 122. num. 7. par. 1. & dec. 175. num. 2. par. 3. & dec. 497. nu. 4. in fin. par. 4. & fuit alias dictum in una Nicien. Parochialis 23. Martij 1629. coram me, §. Præterea.*
5 Adminicula verò deſumuntur non ſolum ex Inſtrumento d. donationis, ſed etiam ex Teſtibus datis in Summario Helenæ *num. 4.* qui deponunt dd. corpora bonorum poſſeſſa fuiſſe à Gentile, & nunc poſſideri ab A. Franciſco, qui quamuis fuerint examinati ad perpetuam rei memoriam, tamen bene inſeruiũt pro adminiculo, *Buratt. dec. 643. num. 6. & deciſ. 824. num. 8. Rota in rec. dec. 160. num. 12. circa med. dec. 198. n. 5. par. 1. & dec. 294. num. 19. par. 7.*

Non obſtat, quod ex dictis ſolutionibus factis per A. Franciſcum nomine Gentilis non potuerit induci quaſi poſſeſſio exigendi contra ipſum Gentilem, ex eo, quia ſolutiones fa-
6 ctæ fuerint abſq; ipſius mandato. Quia mandatũ præſumitur inſpecta conſiderabili ſumma, quam non eſt veriſimile A. Franciſcum voluiſſe ſoluere abſque ſufficienti mandato, *Grat. diſc. for. cap. 310. num. 47. Greg. XV. dec. 111. num. 5. Rota in rec. dec. 89. num. 3. par. 1. deciſ. 193. num. 11. par. 3. dec. 481. num. 3. par. 4. & inter impreſſ. penès Cenc. de cenſ. dec. 250. n. 6.*

Minus obſtat, quod bona, ſuper quibus fuit impoſitus cenſus prętendantur feudalia, & expreſsè prohibita alienari, obligari, & hypothe-
7 cari. Quia vltraquod contrarium de iure pręſumitur, *Seraph. dec. 894. n. 1. Duran. dec. 28. n. 13. & ſeqq. Buratt. dec. 276. num. 1. & ibi Add. litt. A.* & probatur ex depoſitionibus Teſtium Summario Helenæ *num. 1.* Hęc exceptio tanquam reſpiciens petitorium non eſt admittenda in
8 hoc iudicio Summario manutentionis, vt in his terminis dixit *Rota in Romana cenſus impreſſ. penès Cenc. de cenſ. dec. 251. n. 5.*

Non obſtat denique, quod ex quatuor corporibus ſuper quibus fuit cenſus impoſitus tria tantum poſſideantur ab A. Franciſco, contra quem propterea non potuit relaxari mandatum niſi pro tribus partibus, non autem

pro

Digitized by Google

pro tota ſumma ſcut. 45. Quia vltra quod in Inſtrumento cenſus præter obligationem particularem adeſt etiam obligatio generalis omnium bonorum imponentis cenſum, quæ bona tranſierunt cum onere ſuo in donatarium, contra quem propterea potuit relaxari man-
9 datum pro tota ſumma ex ſupra alleg. Cum, ſimiliter hæc exceptio requirat altiorem inda-
10 ginem non valet impedire manutentionem Helenæ, *Rota in rec. dec. 287. n. 8. par. 2. deciſ. 341. num. 4. & dec. 396. num. 5. par. 3.* Maximè cum ipſe A. Franciſcus in Inſtrumento d. donationis ſe expreſsè obligauerit de conſeruando, & releuando indemnem Gentilem à debito d. cenſus, & fuit ponderatum in *2. deciſ. §. fin.*

Et ita vtraque parte informante deciſum &c.

BONONIEN. DOTIS, ſeù PECVNIARIA.

Veneris 26. Maij 1645.

ARGVMENTVM.

Rei iudicatæ requiſita. Solutio eſt facienda in moneta contenta in obligatione, quando illius bonitas intrinſeca aliqualiter non fuit alterata, ſeu immutata.

SVMMARIVM.

1 *Statutum laycale de duabus conformibus non ligat perſonas Eccleſiaſticas.*

2 *de Re iudicata conſtat, quando à ſententia non fuit appellatum in tempore, vel infra annum non fuit exequuta, & reproducta citatio ad dicendum contra commiſſionem, vel ſi non fuerit proſequuta appellatio ſpatio biennij, & omiſſa prorogatio fatalium.*

3 *Solutio fieri debet ſecundum pecuniam currentem tempore ſolutionis, quando pecunia in bonitate intrinſeca non eſt alterata, ſi illa fuit in obligatione promiſſa.*

4 *Expreſſio valoris monetæ importat demonſtrationem, quando illa moneta realiter exiſtunt, vel ſunt diuerſarum ſpecierum.*

5 *Moneta quæ eſt in obligatione, vel eius extimatio debet attendi, non autem obſeruantia monetæ ſolutæ.*

6 *Monetæ incrementum emergens poſt litem conteſtatam cenſetur ineſſe ipſi libello, quamuis expreſsè petitum non fuerit.*

7 *Monetæ valor deterioratus ratione moræ debitoris cedit in illius damnum.*

8 *In ſententia debet attendi quod probatum fuerit non quod petitum, maximè in iudicio ſummario.*

9 *Mulieri debentur alimenta ex fructibus ſuæ dotis vergente viro ad inopiam.*

10 *Dotis fructus congruè taxantur iuxta ſtatutum loci.*

11 *Dotis fructus de iure debent taxari ad rationem quinque pro centenario.*

12 *Dotis fructus ſoluto matrimonio debentur ſi mulier fecerit diligentias pro habenda dote, & conſtet de eius indigentia.*

13 *Indigentia in muliere vidua præſumitur, & eam indicant decreta obtenta pro alimentis.*

14 *Reſtitutio in integrum non datur niſi conſtito de læſione.*

15. *Sententia tranſit in iudicatum ob omiſſam appellationem etiamſi infra decem dies pars expediuerit mandatum.*

16. *Attentata lite deſerta reuocantur per viam nullitatis.*

17 *Attentatorum purgatio non admittitur poſt rem iudicatam, quando fuit attentata executio directa.*

DECISIO DCCXLV.

EMANATA in Curia Archiepiſcopali Bononiæ ſententia ſuper immiſſione Co. Io: Calderini hæredis Thadeæ eius Amitæ vigore Saluiani in poſſeſſionem bonorum detentorum per Moniales S. Laurentij, & alios creditores Alexandri Serpæ mariti eiuſdem Thadeæ pro illius dote, ac alimentis, ſeu fructibus dotalibus tàm conſtante, quàm ſoluto matrimonio decurſis. Eaque in omnibus, & per omnia cõfirmata per alteram ſententiam latam in gradu appellationis ab Eminentiſſimo Cardinali Legato cum voto Rotæ d. Ciuitatis, Comes Federicus, & fratres filij, & hæredes d. Ioannis obtinuerunt commiſſionem executorialem mihi directã cum decreto præfixionis termini ad doceñ de appellatione, illiuſque legitimæ proſecutione, quo elapſo cũ dubium propoſuerim, An conſtet de re iudicata, ſeu de cauſis reſtitutionis in integrum Domini affirmatiuè quoad primam partem, & negatiuè quoad ſecundam reſponderunt.

Ità verò conſtare de re iudicata, viſum eſt quoniam omiſſo capite ſtatuti Bonoñ de dua-
1 bus conformibus reiecto in prima deciſione huius cauſæ ſuper manutentione ſub 27. Iunij anni præteriti coram me ex defectu poteſtatis ſtatuentium erga Moniales, & alias perſonas Eccleſiaſticas ibi in §. Neque ſubſiſtere &c. ſat erat ad effectum rei iudicatæ non fuiſſe appel-
2 latum in tempore à poſtrema ſententia lata ſub die 16. Iunij 1642. iuxta *cap. cum ſit Romana de appell. cap. quoad conſultationem de ſent. & re iudic. Auth. hodie, C. de appell. Rota recent. deciſ. 227. num. 1. par. 7. & coram ſan. mem. Greg. XV. dec. 492. num. 2.*

Vel imò ſuffragaretur commiſſæ cauſæ appellationis poſt ſeptem menſes deſertio reſultans; Tùm quia intra annum non fuerit exequuta, & reproducta citatio ad diceñ contra
2 commiſſionem ex traditis per *Innocen. in c. Ex ratione, vbi Butr. num. 12. de appell. Marant. in ſpecul. par. 6. art. 2. nu. 231. & ſeq. Veſtr. in prax. lib. 3. cap. 5. num. 2. Rota diuerſ. dec. 108. num. 1. lib. 1. p. 3. dec. 156. num. 1. par. 2. recent. & in Pampilonen. Decimarum 19. Iunij 1623. coram Eminentiſſ. D. Card. Veroſpio.* Tùm quoque ob ipſam cauſam non proſequutam ſpatio biennij, & omiſſam prorogationem fatalium, *cap. Romana de appell. in 6. Clement. ſicut eod. tit. Marant. vbi ſupra, Oſaſch. deciſ. 28. num. 4. & ſeq. Rota dec. 7. de appell. in nou. & in d. Pampilonen. Eminentiſſimi Veroſpij, & in Peruſina fideicommiſſi de Cincijs 22. Maij 1638. coram me.*

Nec

Digitized by Google

Nec dubitatio cadebat reſpectu iuſtitiæ po-
tiſſimum requiſitæ pro re iudicata; nam dotis
creditum ab initio conſtitutæ in ſcu. 5500. auri
ſoluen eſſe habita ratione valotis aureorum
de tempore faciendæ reſtitutionis, prout fuit
pronunciatum, ſuadebatur attento, quod
in obligatione ſunt ſcuta aurea, nec eorum-
dem reperitur aliqualiter immutata, vel alte-
rata bonitas intrinſeca, in quo caſu clarum
3 eſt ſolutionem† fieri debere in ſpecie monetæ,
ſeu aureorum promiſſa, aut eſſe præſtandam
æſtimationem currentem de tempore ſolu-
tionis iuxta *doctr. Bart. in l. Paulus 99. num. 6. ff. de
ſolut. Couar. de collat. veter. numiſm. cap. 7. §. vnic.
concl. 8. num. 5. tom. 1. Franc. Aret. conſ. 11. nu. 3. Ma-
rian. Socc. conſ. 101. nu. 1. & 12. lib. 3. Gabr. conſ. 164.
num. 1. 2. & 4. lib. 1. Gratian. diſcept. 417. n. 2. Can-
cer. var. reſol. par. 2. cap. 6. num. 141. Rota diuerſ.
dec. 683. num. 1. & ſeq. & deciſ. 899. num. 1. & ſeq.
par. 1. dec. 149. num. 4. & 5. vbi in ſpecie de reſti-
tutione dotis par. 2. Greg. XV. dec. 42. nu. 6. vbi Add.
Buratt. dec. 626. num. 2. & fuit dictum in Mantuana
Penſionis 12. Iunij 1617. coram bon. me. D. meo Ar-
chiep. Seleucien.*

4 Neque aureorum expreſſioni adiecta verba
in dotali Inſtrumento ad rationem libr. 4. ſo-
lid. 3. important taxationem, quæ efficiat, vt
non aureum, ſed eius æſtimatio cenſeatur eſſe
in obligatione. Nam quidquid dicendum eſ-
ſet de promiſſa moneta aurea imaginaria, at-
tamen quando in ea extitit realis, ac imò di-
uerſarum ſpecierum, ſicut duo. Teſtes exami-
nati pro Calderinis deponunt ſcuta aurea ex-
titiſſe, eorumque vnum nuncupatū iuſti pon-
deris de Zecca valoris libr. 4. ſolid. 5. alterum
nuncupatum diminutum, ſeu currens valoris
lib. 4. ſolid. 3. tunc verba huiuſmodi omnino
intelliguntur ſtare demonſtrationis gratia ad
differentiam alterius ſpeciei ſcuti aurei, vt
bene diſtinguendo declararunt *Surd. conſ. 368.
num. 14. Cæphal. conſ. 31. num. 3. Menoch. loquens de
reſtitutione dotis conſ. 952. num. 15. & ſeqq. latè Gra-
tian. d. diſc. 417. à num. 4. vſque ad 15. Ciriac. contr.
388. num. 14. Boer. deciſ. 49. n. 3. & 4. par. 3. & de-
ciſ. 430. num. 2. par. 4. vbi alia allegantur.*

Minus obſtat maritum recepiſſe in libris ar-
genteis ſummam illarum calculo correſpon-
dentem, quia non inde tollitur correſponden-
tia aureorum ad eamdem rationem eo tem-
pore currentem, vt ſupra, & dum ſcutum au-
reum erat præciſè in obligatione illius æſti-
5 matio, non autem obſeruantia monetæ ſolutę
debet attendi, *Rota recent. d. dec. 49. num. 3. par. 3.
& d. dec. 430. num. 3. par. 4. & in d. Mantuana Pen-
ſionis coram bon. mem. D. meo Archiepiſcopo Se-
leucien.*

Nec etiam refert, quod in libello porrecto
ab anno 1622. fuerit petitus valor tunc tem-
poris currens, ſententia autē lata die 18. Maij
1639. confirmata per ſecundam ſub die 18. Iu-
nij 1642. condemnet ad valorem tunc, & pro
tempore currentem vſque ad effectualem ſa-
6 tisfactionem. Etenim incrementum emer-
gens poſt litem conteſtatam bene cenſetur
ineſſe ipſi libello, quamuis expreſsè petitum
non fuerit, *l. Item ſi ſerui, ff. de edil. edict. gloſ. in
l. ſi quis miſſum, §. fin. verb. ante iudicium, ff. de dam.
infect. Criſpolt. Paſſ. ad leg. reg. l. 1. Schol. 8. num. 92.*
7 Ex natura quidem rei, cum omne detrimen-
tum ratione moræ debitoris contingens ad il-
lum ſpectet, *Bart. in d. l. Paulus num. 6. in fin. ff. de
ſolut. Couar. de collat. veter. numiſm. d. cap. 7. §. vnic.
concl. 5. num. 4. Boer. d. dec. 327. num. 15. verſ. quintus
caſus, Cancer. var. reſ. d. cap. 6. num. 141.* Nec eſt
incōueniens pro iuſtificatione ſententiæ ma-
8 gis attendi quod in proſecutione iudicij pro-
batum fuerit, quam quid petitum ex adductis
per *Imol. in cap. ex tenore in fin. de reſcript. Felin.
in cap. licet num. 28. de Simon. cum alijs in deciſ. 698.
num. 15. par. 5. recent. maximè in iudicio ſummario
ſan. mem. Gregor. XV. deciſ. 176. num. 2.* vbi plures
referuntur, ſeu, prout actum fuit, Saluiani, vt
in Romana Domus 25. Febr. 1641. coram
R.P.D. meo Cerro.

Pariterque iuſtificatur creditum alimento-
rum, ſeu fructuum dotalium fauore Thadeæ
tam conſtante matrimonio, cum Serpa mari-
tus vergeret ad inopiam, nec petita per Tha-
deam aſſecuratio dotis cum verbali etiam
optione certorum bonorum effectum habue-
rit, imò propterea ſub 26. Ianuarij 1607. cre-
ditores Serpæ obtinuerint decretum immiſ-
ſionis in poſſeſſionem dictorum, aliorumque
bonorum illius cum onere ſoluendi fructus
dotales ipſi Thadeæ; Ita enim vergente viro
9 ad inopiam debuit mulier alimenta recipere
ex fructibus ſuæ dotis, *Rota diuerſ. dec. 472. nu. 1.
par. 1. & rec. 292. num. 4. par. 1. & in Romana Vſuſ-
fructus 26. Aprilis 1613. coram bon. mem. Vbaldo.*
10 Et ſicut non fuit incongrua prima taxatio fa-
cta per Auditorem Generalem de anno 1606.
ad rationem 7. pro centenario iuxta formam
Stat. Bonon. ſub *Rubr. de dot. reſtit. §. declarantes,*
quod habere locum in huiuſmodi caſu tradit
*Monterent. illius Gloſat. ibid. in verb. eo caſu verſ.
ſed nunc fol. 245.* Ita neque ſecunda facta de
11 anno 1607. ad rationem quinque in confor-
mitatem iuris communis, vt in *d. dec. 292. n. 4.
par. 1. & dec. 448. num. 3. par. 2. recen. & in Bonon.
fructuum dotis 23. Martij 1629. & 4. Martij 1630.
coram R.P.D. meo Ghiſilerio, & in Bononien. Dotis
23. Iunij 1632. coram bon. mem. Merlino.*

12 Quàm etiam poſt matrimonium mortem
mariti diſſolutum, factis diligentijs contra he-
redes mariti, & conſtito de indigentia mulie-
ris aliunde non habentis iuxta diſpoſitionem
ſtatuti ſupradicti conformem quoque iuri
communi ſecundum adducta per *Surd. de alim.
tit. 1. q. 118. num. 10. Afflict. dec. 284. nu. 4. Theſaur.
dec. 43. num. 3. Rot. rec. dec. 14. num. 13. & dec. 183.
num. 5. par. 3. & in Firmana, ſeu Maceraten. Dotis
19. Ianuarij 1622. coram bon. mem. Pirouano,* ſicut
diligentiæ probantur ex inſtantijs iudiciarijs,
& obtenta decreta pro fructibus huiuſmodi
indicant indigentiam, quæ etiam alias præſu-
13 meretur in muliere vidua *ad l. Quintus Mutius
ff. de donat. int. vir. & vxor. cum adductis in præalleg.
Firmana, ſeu Maceraten. Dotis, & dec. 383. num. 4.
par. 5. recent.* Atque pariter in iſto caſu viſa
fuit congrua altera illorum taxatio ad ratio-
nem ſeptem pro cētenario præſcriptam à ſta-
tuto, cui deſuper paſſim defertur *Bald. in l. fin.*

§. Pra-

Digitized by Google

§. Prӕterea num. 10. C. de iur. dot. Ruin. conſ. 73. nu. 6. lib. 1. Giurb. ad conſuet. Meſſanen. cap. 15. gloſ. 15. par. 1. num. 3. Gratian. diſc. 920. n. 24. & fuit dictum in Bononien. Dotis 19. Decembris 1644. coram R. P. D. meo Bichio.

Ex quibus conſtito de iuſtitia, itaut ſecunda
ſententia tranſierit in rem iudicatam, viſa eſt
14 conſequenter excludi reſtitutio in integrum,
quӕ non datur niſi conſtito de lӕſione, *l. nam
poſtea, §. ſi maior, ff. de iur. iur. l. ſi ex cauſa iudicati,
ff. de minor. Rot. deciſ. 1. de reſtit. in int. in nou. deciſ.
69. num. 1. par. 1. recent. & in Cuſentina Prӕceden-
tiӕ 6. Iunij 1618. coram bon. mem. D. meo Archie-
piſcopo Seleucien.*

Nec viſum fuit inſiſtere ſuper attentatis
obiectis, ex quo Calderini intra decem dies
15 latӕ d. ſecundӕ ſententiӕ expediuerint man-
datum de immittendo, vt in d. prima deciſio-
ne, quoniam ea apparent alterius inſpectio-
nis, dum inde non impeditur tranſitus in rem
iudicatam ob omiſſam interpoſitam appella-
tionem, ſiue ſequutam deſertionem, vt ſupra,
16 nec reuocationi attentatorum propterea eſſet
locus niſi per viam nullitatis iuxta praxim de
qua *Lancell. de attent. par. 2. cap. 12. num. 20. &
ſeq. Rot. deciſ. 406. num. 2. par. 1. diuerſ. deciſ. 586.
num. 3. par. 1. rec. Reuerendiſſ. Vrgelleu. deciſ. 177.
num. 5. ac ordinariè dato libello Benintend. deciſ. 40.
in fin.* Vltra quod vnus ex Dominis animad-
17 tebat nec vllatenus talem purgationem ad-
mitti poſt rem iudicatam, quando, vt hic,
fuiſſet attentata executio directa, quidquid
procederet in executione obliqua, vt plenè
diſcuſſo articulo fuit dictum *in Gerunden. Bene-
ficij 16. Maij 1643. coram R. P. D. meo Cerro vbi
cumulantur concordan.*

Et ita vtraque &c.

ROMANA DOMVS.

Luna 29. Maij 1645.

ARGVMENTVM.

Patet ex Summario.

SVMMARIVM.

1 *Saluianum non datur ſine hypotheca.*
2 *Hypotheca non oritur ex cenſu inualido.*
3 *Cenſus non poteſt imponi ſuper melioramentis ſi illa de tempore impoſitionis non extant.*
4 *Renuncians non habet recurſum ad bona renunciata.*
5 *Pauper ad certum effectum dicitur is, cuius bona non ſufficiunt pro illo effectu.*
6 *Paupertatis probatio debet attingere tempus initi contractus,*
7 *Fides parochi de re non ſpectante ad eius officium, vel non coarctans negatiuam non facit adminiculum*

DECISIO DCCXLVI.

IN deciſione ſub die 26. Ianuarij 1643. ema-
nata, in qua firmatur Subregundium non
poſſe vti remedio Saluiani Interdicti aduerſus
Domum, de qua agitur, ex defectu hypothe-
cӕ Domini cenſuerunt eſſe perſiſten. Nam
talis defectus quo ad tria credita per ipſum
Subregundium deducta, nempè Cenſus ſc. 60.
ſortis dotis ſc. 300. & mutui ſc. 150. adhuc eſt
1 patens, Saluianum verò non datur ſine hypo-
potheca ex ibi deductis in principio.

Nec reſpectu Cenſus comprobatam illius
inualiditatem impedientem ortum hypothecӕ
eo quia fuiſſet impoſitus ſuper Domo emphy-
2 teutica Monialium S. Silueſtri prohibita alie-
nari etiam alienationis latè ſumpto vocabulo
vt ibidem *verſ. non quidem reſpectu Crediti Cenſus
&c.* diluebat replicatio melioramentorum, ſu-
per quibus ſaltem valuerit Cenſus imponi,
Etenim non docetur medio tempore inter
conceſſionem Emphyteuſis habitam die 10.
Martij 1585. & ſequutam d. Cenſus impoſi-
tionem die 6. Februarij 1586. facta fuiſſe ali-
qua melioramenta excedentia ſummā ſc. 100.
quӕ debuerant infra biennium fieri vigore
obligationis adiectӕ Inſtrumento ipſius con-
ceſſionis, itaut quidquid poſtea ſuperueniſſet,
3 nec potuerit Cenſus quoad ipſa melioramen-
ta velut non exiſtentia conſiſtere ab initio, nec
in futurum conualeſcere vt Iuribus, & ratio-
nibus comprobatur in *deciſ. verſ. neque talis hy-
potheca.*

Prout quoad Creditum Dotis, & creditum
mutui excluſio hypothecӕ innixa illius renū-
ciationi, quӕ emanauerat à Martia, & Felice
eius filia in actu factӕ venditionis d. Domus
per Petrum Paulum Maritum, & Patrem re-
4 ſpectiuè, ac benè deſeruiebat fundandӕ inten-
tioni Monialium S. Silueſtri allegantium hanc
renunciationem pro omnibus in ipſius tenore
contentis, vt in eadem deciſione *verſ. neque
ſubſiſtit &c.* non videbatur poſſe euitari ſubre-
petito prӕtextu falſitatis Cauſӕ, ex quo aſſe-
ruerint ſe ſe eſſe cautas ſuper alijs bonis Petri
Pauli, cum tamen ille eſſet pauperrimus, &
inhabilis aliunde. Non enim affertur proba-
tio concludens paupertatis huiuſmodi ex de-
poſitionibus trium Teſtium examinatorum
anno 1610. quorum primus Iuxta 14. Imò di-
cit Petrum Paulum vltra dictam Domum
poſſediſſe etiam vineam extra portam ſalariā,
& ſuper carentia aliorum bonorum deponit
ſolùm de auditu, prout de poſſeſſione vineӕ
etiam deponunt ſecundus Iuxta 17. & tertius
Iuxta 16. Neque ſubdunt An vinea fuiſſet, vel
non ſufficiens pro cautione ſupradicta, ſicut
5 opus eſſet, dum agitur de paupertate ad certū,
& determinatum habendӕ eiuſdem cautionis
effectum *Iuxta §. ſed neque Auth. de fideiuſſ. Bald.
in Auth. prӕterea verſ. quӕro ergo vbi Sal. c. num. 4.
C. vnd. vir & vxor Rot diuerſ. deciſ 48. num. 3. & 4.
par. 2. cum alijs alleg. in deciſ. Buratt. 41. num. 5.*

Prӕtereà minus concludunt reſpectu tem-
poris, cum primus nullam faciat illius men-
6 tionem, ac tertius interrogatus, quӕ bona
poſſideret P. Paulus anno 1600. reſpondit Iux-
ta 17. neſcire, & cùm vis tota conſiſtat in ip-
ſo tempore d. renunciationis, ſine dubio pro-
bationes debent illud indiuidualiter, & prӕ-
ciſè attingere ex traditis *per Caſtr. in l. Meuia 50.
§. fundus num. 4. ff. ſol. matr. Patr. Barbat. in par. 5.
num. 68.*

nu. 68. verſ. qua tamen concluſio Guttier de Iuram. confirmat. par. 1. cap. 1. num. 21. & ſeqq. & alios relatos per Reuerendiſſimum Vrgellen. deciſ. 141. num. 7. Rota in impreſſ. penes Giliun. ad ſtat. Perus. dec. 91. num. 6.

Nec adminiculum poteſt deſumi à fide Parochi de anno 1612. atteſtañ ſuper paupertatione huiuſmodi. Nam vltra, quod non eſt de ſpectantibus ad eius officium percutit ſolum tempus retro quatuor annorum valde remotum à renunciatione facta de anno 1602 quod tamen tempus debuerat attingere, vt dictum eſt ſupra, vel etiam ſufficeret deficientia coarctationis negatiuæ, quod P. Paulus habere non poſſet alia bona, quin ipſe Parochus atteſtans ſciret, ne quidquam inde probetur *ad l. 1. ff. de itin. actuque priu. §. ſi verò abſunt Auth. de hæred. & falcid. Couar. var. reſ. lib. 2. c. 6. num. 6. verſ. Cæterum Gabr. de teſtib. concl. 4. num. 6. ſun. me. Greg. XV. deciſ. 42. num. 5. Buratt. deciſ. 41. num. 2.*

Et ita vtraque parte Informante &c.

PLACENTINA BENEFICII.

Veneris 9. Iunij 1645.

ARGVMENTVM.

Præbet Summarium.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopus habet intentionem fundatam in Iure ſuper prouiſione beneficiorum exiſtentium intra limites ſuæ diœceſis.*

2 *Enunciatiuæ, quæ excedunt ſpatium 100. annorum plenè probant.*

3 *Collationem beneficiorum ad Epiſcopum ſpectare con probant prouiſiones ab eo pro tempore, & à Sede Apoſtolica factæ.*

4 *Beneficij vltimus ſtatus venit attendendus quando non conſtat de contrario.*

5 *De contrario ſtatu non dicitur conſtare quando iſte eſt turbidus.*

DECISIO DCCXLVII.

RESOLVERVNT Domini Electionem, & prouiſionem ſimplicis Beneficij Hoſpitalis Sancti Lazari, de quo agitur, non ſpectare ad Capitulum Eccleſiæ Collegiatæ Sancti Florentij, & propterea illud non eſſe adiudicandum Io. Dominico Niecello, qui à d. Capitulo electus, & prouiſus fuerat, ſed Reuerendiſſimo D. Epiſcopo Placentino Apoſtolico Prouiſo,

Ea potiſſimum ratione moti, quia verſamur in beneficio exiſtente intra limites Placentiñ Diœceſis, vnde Epiſcopus, non autem
1 tem Capitulum habet fundatam in Iure intentionem ſuper illius prouiſione *can. omnes Baſilicæ Can. nullus omninò 16. quæſt. 7. c. cum olim de præſcript. c. ex frequentibus de Inſtit. Abb. in c. cum veniſſent num. 10. eod. tit. de inſtit. Zabarell. in Clem. 1. num. 24. verſ. & ſin eos vt lit. pend. Lotter. de re benef. lib. 2. quæſt. 2. num. 1. & ſeq. Gonzal. ad reg. de Menſibus §. 2. proem. num. 21. Garz. de benefic. p. 5. cap. 1. num. 52. Rot. deciſ. 247. num. 1. & 6. par. 7. rec.*

Quæ intentio fortius corroborata remanet, dum pro parte Epiſcopi oſtenditur prædictum Capitulum ab omni Iure eligendi, ſeù prouidendi excluſum eſſe non modo per authenticum Inſtrumentum viſitationis factæ de hoc beneficio, vſque de anno 1482. in quo pluries enunciatur illud ſubiacere prouiſioni
2 Ordinarij Placentini, quæ enunciatiuæ cum excedant metam centum annorum plenè probant *Iaſ. in l. eum aliquis num. 4. & ſeq. C. de Iur. delib. Aret. conſ. 42. in princ. Rot. deciſ. 441. nu. 1. deciſ. 537. num. 6. deciſ. 567. num. 6. par. 5. recent.* Verùm etiam per quamplures prouiſiones
3 ab Ordinario Placentino pro tempore, & à Sede Apoſtolica ab an. 1520. citra factas tam in vacationibus ſecutis per obitum, quàm per reſignationem, & permutationem prout firmauit *Rot. deciſ. 124. num. 2. par. 3. recen.* Imò ad effectum, de quo agitur ſufficeret, quod vltimæ collationes factæ fuerint per Papam nam licet Apoſtolica prouiſio non immutet ſtatũ beneficij, quando de eius antecedenti ſtatu cõtrario conſtat, nihilominus ſi de eo non appa-
4 ret deſeruit pro vltimo ſtatu, qui venit attendendus, vti fuit dictum *in Pampiloneñ Præcedentiæ 21. Februarij 1611. coram bo. me. Penia, & benè diſtinguit Rot. deciſ. 188. num. 1. deciſ. 229. num. 1. par. 1. & deciſ. 247. num. 17. par. 7. recent.*

Nec ad probañ huiuſmodi ſtatum contrarium releuant aſſ. electiones factæ à Capitulo vſque de anno 1576. & 1597. Quia vltra quod illæ non fuerunt in actis exhibitæ, & ſic non
5 merentur attendi, conſtat eos, qui aſſeruntur electi à Capitulo fuiſſe etiam Prouiſos ab Ordinario Placentiæ vel à Papa. Quare cum in omnem caſum d. Status ex hac cauſarum multiplicitate reddatur turbidus, & incertus Capitulo ſuffragari non poteſt *Rot. deciſ. 205. num. 1. & 2. par. 1. diuerſ. & deciſ. 229. num. 7. par. 1 recent.*

Et ita vnica tantùm parte informante reſolutum fuit Procuratore Nicelli pluries citato &c.

SARSINATEN. FEVDI.

Vener. 22. Iunij 1645.

ARGVMENTVM.

Feudum alicui conceſſum iſtis ſequentibus verbis, illa tibi filijſque tuis maſculis legitimis, & naturalibus deſcendentibus, & hæredibus, ac Succeſſoribus quibuſcunq; &c. ſub annuo cenſu vnius Crateris argentei vnius libræ &c. in feudum nobile, & in perpetuum concedimus, an comprehendat fœminas, & omnes alios hæredes extraneos eum alijs de quibus in Summario.

VM-

SVMMARIVM.

1 *Reſtitutio in integrũ datur quoties ſentẽtia eſt iniuſta*

2 *Feudum conceſſum pro filijs, aut deſcendentibus eſt ex pacto, & prouidentia.*

Feudum conceſſum pro filijs, aut deſcendentibus, & hæredibus eſt mixtum.

Feudum conceſsum pro filijs, aut deſcendentibus, & hæredibus quibuſcumque eſt merè, ac ſimplicitèr hæreditarium num.3.

3 *Feudum conceſſum pro hæredibus, & Succeſſoribus quibuſcumque comprehendit etiam extraneos.*

4 *Feudum conceſsum pro hæredibus, & Succeſſoribus quibuſcumque Citra Doctorum controuerſiam; comprehendit extraneos, & fœminas* num.24. Bald. in cap.1. §.donare nu.4. qualitèr feud.alien. poſſ. declaratur.

Feudum conceſsum pro hæredibus quibuſcumque non comprehendit fœminas illas tamen comprehendit ſi factum ſit pro Succeſsoribus quibuſcumque.

Legatarij comprehendũtur in feudo conceſſo pro Succeſsoribus meis quibuſcumque, & tunc veniunt penitus inhabiles, & alieni à Succeſſione feudi.

Vxor non comprehenditur in ſtipulatione facta pro hæredibus quibuſcumque, ſed tamen comprehenditur, quando eſt facta pro quibuſcumque Succeſſoribus admittitur etiam ſi inueſtitura ſit facta pro hæredibus quibuſcumque num.19.

Succeſsorum appellatio eſt generalior appellatione hæredum.

5 *Dictio quibuſcumque quando in deſcendentibus nihil operari poteſt, vt euenit quando adſunt verba legitimis, & naturalibus, ex quo tunc non poteſt operari comprehenſionem filiorum naturalium adoptiuorum arrogatorum, & ſimilium; eſt neceſsè quod comprehendat omnes extraneos, dum ſuper nomine hæredum, & Succeſſorum includuntur.*

Hæredes particulares directi fideicommiſſarij ex teſtamento. vel ab inteſtato, aut Succeſſores ex vltima voluntate, aut ex contractu inter viuos, tàm propriè, quàm impropriè.

Verbum hæres, in feudo importat qualitatem Succeſſoris non autem ſucceſſionis.

6 *Feudum conceſſum pro hæredibus quibuſcumque, an contineat ſolum hæredes ſanguinis, an etiam extraneos num.10. nu.15. & 16. & an contineat fœminas nu.14. 16. 17. 18. 19.*

7 Bald.in l.Liberti num.32. C. de oper. Libert. & conſ.456. ſeù 465. num.5. lib.5. *in quibus terminis procedat.*

Alciat. in cap.1. num.11. verſ. ſed quando in inueſtitura &c. *An agnati, vel filij quomodo debeat intelligi.*

Bero conſ.66. num.13. & 14. & conſ.95.n.4. lib.1. *qualiter ſit accipiendus.*

Bellon.conſ.33.num.5.*declaratur.*

Roſſentall. de feud. cap.9. concl.40. num.7. *interpratatur.*

8 Soccin. Sen. in l. Gallus §. etiamſi parente num.6.verſ.ſecundò limita & verſ. tamen ratione ſubiectæ materiæ ff. de liber. & Poſth. *nihil concludit.*

Mandell. conſ.382. num.8. & 14. *aliquid non firmat.*

Marin. Frec. de iur. feud. quæſt.12. num.6. lib.2. *non reſoluit.*

9 Bald. conſ.207. num.3. & 7. vol.2 *in quibus caſibus procedat.*

Afflict. in cap.3. §. naturales in fin. ſi de feud. fuerit cotrouerſ. *declaratur.*

Ruin. conſ.105. & conſ.109. num.27. & 28. lib.3. *interpretatur.*

Feudum conceſſum pro hæredibus quibuſcumque &c. non comprehendit ſpurios filios Sacerdotes, & perſonas turpes.

10 Piſtor. obſeru. Singular. cap.229. num.9. & ſeqq. *declaratur.*

11 Rouit. conſ.19. num.7. lib.1. *in quibus terminis procedat.*

Clauſula Quibuſcumque *quando in feudo non eſt appoſita in formula conceſſionis, ſed eſt in pactis executiuis non comprehendit fœminas.*

12 Iacobin. de S. Georgio de feud. in verb. & quibuſcumq; hęredibus num.2. interpretatur & num.30.

13 Cephal. conſ.2. num. 16. & num.17. *explicatur feudum conceſſum pro hæredibus quibuſcumque &c. comprehendit Epiſcopum.*

Fœmina in materia feudi à pari procedit cum Clerico.

14 Menoch.conſ.61.num.8.& num.13.ac nu.27 & 28.conſ.110.num.5. ex conſ.999. num.7. 11. 12. 13. 15. & 25. *interpretatur.*

Clauſula quidquid placuerit &c. *poſita in executiuis nihil operatur.*

17 Decian. conſ.193. num.5. poſt med. verſ. in maſculos tamen reprobatur.

Alciat. in l.1. §.nuntiatio num.57. verſ.ſicq; etiam ff.de nou.oper. *nunc reprobatur.*

18 Ruin. conſ.99. num.8. lib.1. *qualiter loquatur.*

Gabriel. conſ.79. num.34. 16. & 17. lib.2. *in quibus terminis procedat.*

Montepic. conſ.100. num.57. *quomodo debeat intelligi.*

Fœminæ excluduntur à feudo habente propriam naturam, & ſic à feudo dignitatum non vero a feudo conceſſo pro hæredibus quibuſcumque.

19 *Feudum conceſſum pro ſe, & hæredibus quibuſcumque comprehendit fœminas, & omnes qui de iure Romano poſſunt hæredes eſſe immò, & ſingulares Succeſſores.*

Feudum conceſſum pro hæredibus quibuſcumque eſt mere hæreditarium, & de eo iudicari debet ſicuti de alijs rebus allodialibus.

Feudum conceſſum pro ſe ſuis, ac cui ipſe dederit &c non habetur pro feudo, ſed perdit propriam naturam feudi.

Clauſula pro hęredibus quibuſcumque &c. *parificatur clauſula* cui dederit &c.vel quibus dederit &c *& ideò in feudo facto cum dd. Clauſulis veniunt omnes etiam extranei & num.41.*

20 *Feudum conceſſum cum Clauſula* in perpetuũ &c. *comprehendit extraneos, & fœminas; maximè quando concurrit altera Clauſula* Quibuſcumq:

21 *Fœminæ faciliùs admittuntur in feudis Eccleſiæ.*

22 *Verba inueſtituræ quando conſtituunt vnicum periodum, vel orationem complexiuam habentem ſuum principium, & finem ſub vnius verbi terminatione, tunc requiruntur ſimultaneum concurſum qualitatum contentarum in oratione, nec vna ſuffragatur ſine alijs.*

Inue-

Inueſtitura conceſſa pro filijs maſculis legitimis, & naturalibus deſcendentibus, & hæredibus, ac Succeſſoribus quibuſcumque continet duas orationes ſeparatas ex eo quia verbum deſcendentibus conſtituit vnam orationem, & dictio quibuſcumq; aliam ſeparatam conſtituit.

Inueſtitura conceſſa vſque in quartam generationem continet vnicam conceſſionem, ſed ſecus ſi dicat concedo in tertiam, & quartam generationem.

Verbum concedimus quando in Inueſtitura reſpicit filios deſcendentes, & hæredes, ac Succeſſores; qui non poſſunt vnico tempore ſimul omnes obtinere feudum, fungitur vice plurium, & oratio reſoluitur in plures.

Verbum filijs, & deſcendentibus; *quando eſt poſitum diſcretiuè efficit, vt vnumquodque nomen accipiatur in ſuo proprio ſignificatu, quia verbum filios, deſignat filios primi gradus, verbum verò deſcendentibus deſignat Nepotes, & alios deſcendentes in infinitum.*

Verbum, filijs, *iunctum cum dictione tuis ſignificat immediationem quandam, & primum gradum deſcendentis.*

23 *Verbum*, filijs, & deſcendentibus; *iunctum cum verbis legitimis, & naturalibus diſtinguit filios à deſcendentibus cum non poſſit dari filius legitimus, & naturalis, qui non ſit deſcendens.*

24 *Verba*; & hęredibus, ac Succeſſoribus quibuſcumque, *ſunt de ſui natura ampliatiua, & includunt perſonas in præcedentibus non expreſſas.*

25 *Verbum* quibuſcumq; *in materia feudali demonſtrat concedentem voluiſſe recedere à propria natura feudi.*

26 *Verba*; vt te ac filios tuos dictoſq; hęredes, ac Succeſſores tuos pręfatos; *diſtinguntur ob illas dictiones*; quæ & ac nec non, *& ob verba dictos, & præfatos; ac ob alia verba*; hęredes & Succeſſores tuos, & *ideò vocatio ſemper ſtat ampliatiuè.*

Pontifex, vel eruditiſſimus non profert verba valdè præciſa inutiliter, & animo, vt effectum non operentur.

27 *Verbum maſculis quando eſt adiectum verbo filijs; non cenſetur repetitum in verbis, & hæredibus, ac Succeſſoribus quibuſcumque.*

Inueſtitura concepta pro filijs Nepotibus, & deſcendentibus maſculis, & alijs quibuſcumque hæredibus, & Succeſſoribus in perpetuum includit hæredes penitus extraneos, & fœminas ſaltem in defectum maſculorum.

28 *Dictio alios regulatur à ſubſequenti dictione, quoſcumque comprehendente de ſui natura extraneos.*

Feudum quoad deſcendentes maſculos; poteſt eſſe ex pacto, & prouidentia, & illis deficientibus poteſt eſſe ſimpliciter hæreditarium.

Feudum poteſt concedi expreſsè pro filijs, & deſcendentibus pro extraneis verò per verba generalia.

29 *Verbum* Maſculis; *præcedens non reſtringit ſequentia verba; & hæredibus quibuſcumque; ſed admittuntur etiam fœminæ maſculis deficientibus.*

30 Pinell. in l.1. par.3. num.88. C. de Bon. Matern. *interpretatur.*

Extranei admittuntur ad feudum quando poſt qualitatem maſculinitatis additur ſignum vniuerſale & num.32.

31 Siluan. conſ.30. *qualiter procedat.*

Verba hæredibus, & Succeſſoribus; *non reſtringuntur quando illis eſt adiecta dictio quibuſcumque.*

32 Oſac. deciſ.26. num.19. verſ. huc accedit; *interpretatur.*

33 Ruin. conſ.39. lib.1. *declaratur, & reprobatur.*

Alciat. conſ.26. lib.6. *interpretatur, & reprobatur.*

Inueſtitura concepta pro ſe, & ipſorum hæredibus ab ipſis legitimè deſcendentibus, & Succeſſoribus quibuſcumque, an comprehendat extraneos, & fœminas, & num.36.

34 Menoch. conſ.391. num.4. & conſ.931. nu.6. *qualiter ſit accipiendus.*

35 Scaccia inter conſ. Accadem. Illuſtr. conſ.9. num.62. vol.3. *qualiter intelligendus.*

Inueſtitura concepta pro te tuiſque filijs hæredibus, & Succeſſoribus quibuſcumq; non comprehendit hæredes extraneos minuſque fœminas maximè ſtante decreto non admittente fœminas ad feudum.

36 Peregrin. conſ.2. num.24. verſ. ſed videamus, & conſ.3. num.29. cum ſeqq. lib.1. *qualiter diſponat.*

37 Gozzadin. conſ.26. num.30. 31. 34. *quomodo intelligi debeat.*

Feudum conceſſum pro quibuſcumque hæredibus legitimis &c. ex quo reſeruata fuerant ſeruitia perſonalia, quæ à fœminis præſtari non poſſunt fœminas non comprehendit; Secus ſi non præſtentur ſeruitia perſonalia.

38 Morot. reſponſ.33. num.6. & 7. *in quibus terminis procedat.*

39 Deci. in cap. in præſentia num.151. de probat. *qualiter loquatur.*

Rub. conſ.110. *in quibus terminis procedat.*

Brun. conſ.10. *declaratur.*

Ant. Monac. de rect. feud. interpręt. cap.38. num.36. *in quo caſu loquatur.*

40 Tuſch. pract. Quæſt. Verbo Feudum. concl.159. num.20. *qualiter debeat intelligi.*

41 *Verba Inueſtituræ, quando ſunt dubia; dum non ſumus in concurſu cum deſcendentibus maſculis; interpretanda ſunt contra concedentem.*

Amplia maxime, quando fuit à Principe conceſſa.

Fiſcus nonnunquam ſolet ſuperari, niſi ſub bono Principe.

42 *Dictio præterea repetit in ſequentibus omnes qualitates præcedentes.*

Verba exequi Curabitis appoſita vltimo loco in inueſtitura feudi concludunt ſeruitium perſonale.

Diſpoſitiua, quando largius loquitur, quando faciat probemium ſtatur diſpoſitiuæ non Probemio.

43 *Dictio prædictis, vel præfatis; repetit præcedentia cum ſuis qualitatibus.*

44 *Vicariatus eſt nomen officij non realitatis dominij.*

Vicarius aſſimiliatur Procuratori potius, quàm feudatario.

Noua forma conceſſionis in feudum attenditur non verò authorum Inueſtitura.

45 *Feudum, quando eſt prohibitum alienari; niſi de conſenſu domini poteſt alienari accedente Domini conſenſu.*

Deci. conſ.171. reprobatur.

Dictio; niſi poſt negatiuam affirmat, & ponit ac permittit actum in caſu per eam poſito.

Licen-

Licentia conceſſa alienandi cum conſenſu Domini ſuffragatur feudo hæreditario, eiuſque alienationi.

Reſeruatio conſenſus Domini feudi in alienatione cenſetur facta ſolum ad dignoſcendam perſonam, in quam fit alienatio, an ſit fidelis.

Verba, vt præfertur, referenda ſunt ad Superius expreſſa in conceſſione; non verò ad ſolemnitates Conſiſtorij &c.

In feudo ſimpliciter hæreditario alienatio, & conſenſus Pontificis operatur ſolùm mutationem perſonarum, & nullum Cameræ præiuditium infert, & ideo non cadit ſub prohibitione Pij V.

46 *Clemens VII. fuerat Cardinalis Iulius de Medicis.*

47 *Clemens VII. ante ſuum Pontificatum ab anno 1519 regebat Ciuitatem Florentiæ ob mortem Laurentij de Medicis.*

48 *Ignorantia, quod filia alicuius extent præſumitur ceſſante affinitate.*

Ex admiſſione vnius non poteſt argui ad excluſionem alterius vbi ratio admiſſionis non viget pro excluſione.

Confirmatio, & conceſſio ac inueſtitura qualibet eſt intelligenda facta cum Clauſula ſine præiudicio habentium potiora, & meliora iura &c.

49 *Filiæ ad inueſtituram hæreditariam non poſſunt venire alio iure, quam hæreditario vt poteſt quilibet alius hæres.*

Clauſula; ſicut accepimus &c. *propriam ſcientiam excludit.*

50 *Verba; conceſſionem, ac deſuper confectas litteras, & in eis contenta nec non inde ſequuta quæcumque &c. confirmamus, & plena roboris firmitate ſubſiſtere tibique ſuffragari debere decernimus.*

Appoſita in feudi conceſſione important veteris feudi confirmationem legitimo hæredi aut ſucceſſori competentem.

Confirmatio ex proprio ſignificatu; denotat firmitatem actus confirmati.

Noua conceſſio illa non poteſt dici, quæ aliam confirmat.

Verbum volumus; poteſt importare nouam gratiam.

Verbum debere; oſtendit neceſſitatem.

Verbum decernimus; importat declarationem ex debito iuſtitiæ.

51 *Feudum, quando eſt apertum Sedi Apoſtolicæ per extinctionem lineæ, ex æquitate facienda eſt noua conceſſio alteri de dicta familia.*

Conceſſio noua feudi; pro potiori cautela intelligitur caſu quo priùs facta, & confirmata locum habere non poſſit.

Conceſſio noua feudi, vt dici poſſit facta ex æquitate vni de familia probandum eſt primam conceſſionem fuiſſe finitam.

52 *Inueſtitura vna alteram declarat, & poſterior declarat præcedentem pro comprehenſione.*

53 *Conceſſio in feudum facta de duobus corporibus ſeparatis per determinationem ſeparatam non poteſt dici, quod intelligatur ſolum de vno corpore, & non de duobus.*

54 *Aperitio Oris aduerſus litteras Pontificis non ſolet concedi niſi docto de bono iure.*

Præſcriptio, quando obſtat alicui oportet, vt ipſe à lite ſe abſtineat.

55 L. final. C. de Edict. Diu. Adr. toll. *non prodeſt hæredi niſi conſtet de poſſeſſione Teſtatoris tempore obitus.*

56 *Conceſſio vna feudi, quando eſt contra diſtincta ab altera, & inſimul ambo ſunt ſeparata atque diuiſa, vt quia loquutum fuerit de maſculis in vna, & in altera de hæredibus extraneis ſignũ eſt, quod concedens noluit in ſecunda conceſſione intelligere de maſculis tantum, ſed etiam, de hæredibus extraneis.*

57 *Verba; omnia onera per Comites ſupportari ſolita; vti media licèt generalia pariter de realibus, oneribus ſunt intelligenda, ex quo prima verba continent ſumptus, & onera realia.*

Verbum vnius Clauſulæ interpretationem ſumit ab alio poſito in eadem Clauſula.

Vltima verba exceptiua declarant de quibus oneribus regula loquatur.

Verba intelliguntur retento eodem themate.

In feudis, quando feudatarius tenetur præſtare ſeruitium perſonale, ſi vocata ſit fœmina; illud præſtare poteſt mediante ſubſtituto, quia tunc non cenſetur electa induſtria perſonæ etiamſi præſtetur iuramentum.

Amplia hoc procedere eo magis in feudis à Summo Pontifice conceſſis.

58 *Feudum conceſſum Caio pro benemeritis ad effectum illis ſatisfaciendi impropriè eſt feudum, & ideo ſi Caius habeat ſolam fœminam tempore conceſſionis; fœmina debet cenſeri vocata, ne verba Inueſtituræ reſtringantur.*

Verbum; ſatisfacere importat idem ac ſoluere.

Verba debent intelligi iuxta propriam ſignificationem, & non ſunt reſtringenda.

59 *Feudum conceſſum ſub annuo Canone vnius Crateris argentei eſt improprium.*

60 *Feudum in quo non fuit iniunctum iuramentum fidelitatis eſt impropriè feudum.*

61 *Feudum eſt impropriè feudum, quando expreſſe fuit data facultas inueſtito deputandi Caſtellanos in Arcibus, & Officiales ad ius reddendum, & ſic exercendi iuriſdictionalia per ſubſtitutum.*

62 *Feudum, quando eſt alteratum quoad ea, quæ inſunt feudo, vt ſunt fidelitas, Caducitas, & ſolutio Canonis, tunc in cæteris retinet quidem propriã naturam feudi; ſed ſi ſit alteratum in alijs tunc cætera non retinent propriam feudi naturam.*

Feudum, quando ex pluribus eſt improprium, tunc verba conceſſionis intellectum recipiunt à iure communi, & vigor conſuetudinis feudalis non poteſt operari verborum reſtrictionem.

63 *Obſeruantia ſubſecuta tollit omnes inueſtituræ dubietates, & eſt ſufficiens ad declarandum feudum hæreditarium.*

64 *Licentia, & Confirmationes ſubſecutæ pro ſolidæ inueſtituræ antecedentis declaratione cenſendæ ſunt quando Papa alienationem confirmauit.*

Papa poteſt ſuorum anteceſſorum gratias declarare maximè motu proprio, & de plenitudine poteſtatis.

Iuris error in Pontifice non datur.

Papa habet totius iuris peritiam in ſcrinio pectoris.

DECISIO DCCXLVIII.

MORTVO bon: mem. Hippolyto Cardinali Aldobrandino die 19. Iulij 1638. Reuerenda Camera Apoſtolica, prætendens, Comitatum Sarſinæ, ac Meldulæ per obitum dicti Cardinalis fuiſſe deuolutum, illius poſ-

ſeſſionem vigore mandati de immittendo ab Eminentiſs. D. Card. Camerario die 24. eiuſdem relaxati apprehendit, & deindè cauſam prætenſæ deuolutionis contra Excellentiſs. D. Olimpiam Aldobrandinam de Burgheſijs Principiſſam Roſſani eidem Card. Camerario de voto Rotæ committi obtinuit, & dubio, An feudum fuerit apertum Cameræ, à bon: mem: Coccino Decano in Rota propoſito, die 20. Decembris eiuſdem anni fuit reſolutum, prædictum feudum fuiſſe apertum Cameræ per extinctionem lineæ maſculinæ in Rodulpho de Pijs auctore DD. de Aldobrandinis, & iſta reſolutio die 1. Iulij 1639. fuit confirmata, & ſucceſſiuè die 27. Aprilis 1640 fuit ordinatum, tradi votum in conformitatem dictarum reſolutionum, & voto per bo: mem. Coccinum tradito, Eminentiſs. D. Card. Camerarius ſuam ſententiam tulit iuxtà votum prædictum ad fauorem Cameræ. Deindè cauſa reſtitutionis in integrum ad inſtantiam D. Commiſſarij Cameræ commiſſa Eminentiſs. D. Card. Vicario de voto Rotæ, dicto Coccino interim vita functo, bon: mem: Pirouanus Decanus die 3. Iulij 1641. propoſuit dubium. An conſtet de cauſis reſtitutionis in integrum, quod fuit negatiuè reſolutum, opponente dicta D. Principiſſa, quod ipſa reſtitutionem prædictam non petierat, & ſtante ſua minori ætate, neque ad peteñ, neque ad proſequeñ cauſam reſtitutionis in integrum cogi poterat, & ſuperueniente alia commiſſione Sanctiſſimi, vt in cauſa procederetur, mortuoque interim dicto Pirouano, fuit traditum votum per bon: mem: Merlinum Decanum. & iuxta illud Eminentiſs. D. Card. Vicarius die 27. Septembris 1641. pronunciauit, non competere dictę D. Principiſſæ reſtitutionem in integrum, & ſententiam Eminentiſs. Camerarij eſſe confirmandam.

Cauſa in gradu reſtitutionis in integrum per S.D.N. in plena Signatura gratiæ ad inſtātiam dictæ D. Principiſſæ contra Reu. Cameram Apoſtolicam de menſe Ianuarij proximè præteriti mihi commiſſa, dubitaui. An conſtet de cauſis reſtitutionis in integrum, & vtraque parte informante, omnibus DD. votantibus, fuit reſolutum conſtare de cauſis præ-
1 dictis, quia reſtitutio † datur quoties ſententia eſt iniuſta *Caputaq. dec. 94. par. 3. Caſ. de Graſſ. deciſ. 10. num. 12. de ſent. & re iudic. Rota dec. 492. num. 1. par. 1. & deciſ. 307. num. 1. par. 2. rec. Seraph. deciſ. 251. num. 2. Buratt. deciſ. 92. num. 5.*

Iniuſtitia viſa fuit patens, quia Leo X. narratis pluribus, & inſignibus meritis Alberti Pij, tam erga ipſum Pontificem, quàm erga Sedem Apoſtolicam, totamque Rempublicam Chriſtianam, motu proprio, ex certa ſcientia, & de plenitudine poteſtatis, ac de Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium conſilio, & vnanimi conſenſu conſiſtorialiter Ciuitatem Sarſinæ cum Meldula, & alijs Terris, Caſtris, & Villis in Comitatum erexit, & dicto Alberto in partem ſatisfactionis conceſſit per hæc verba. *Illa tibi, filijſque tuis maſculis legitimis & naturalibus, deſcendentibus, & hæredibus, ac ſucceſſoribus quibuſcunque &c. ſub annuo Cenſu vnius Crateris argentei vnius libræ &c. in feudum nobile, & in perpetuum concedimus.*

Verba hæredibus, & Succeſſoribus; *non reſtringuntur quando illis eſt adiecta dictio quibuſcumque.*

32 Oſac. deciſ. 26. num. 19. verſ. huc accedit; *interpretatur.*

33 Ruin. conſ. 39. lib. 1. *declaratur, & reprobatur.*

Alciat. conſ. 26. lib. 6. *interpratatur, & reprobatur.*

Inueſtitura concepta pro ſe, & ipſorum hæredibus ab ipſis legitimè deſcendentibus, & Succeſſoribus quibuſcumque, an comprehendat extraneos, & fœminas, & num. 36.

34 Menoch. conſ. 391. num. 4. & conſ. 931. nu. 6. *qualiter ſit accipiendus.*

35 Scaccia inter conſ. Accadem. Illuſtr. conſ. 9. num. 62. vol. 3. *qualiter intelligendus.*

Inueſtitura concepta pro te tuiſque filijs hæredibus, & Succeſſoribus quibuſcumq; non comprehendit hæredes extraneos minuſque fœminas maximè ſtante decreto non admittente fœminas ad feudum.

36 Peregrin. conſ. 2. num. 24. verſ. ſed videamus, & conſ. 3. num. 29. cum ſeqq. lib. 1. *qualiter diſponat.*

37 Gozzadin. conſ. 26. num. 30. 31. 34. *quomodo intelligi debeat.*

Feudum conceſſum pro quibuſcumque hæredibus legitimis &c. ex quo reſeruata fuerant ſeruitia perſonalia, quæ à fœminis præſtari non poſſunt fœminas non comprehendit; Secus ſi non præſtentur ſeruitia perſonalia.

38 Morot. reſponſ. 83. num. 6. & 7. *in quibus terminis procedat.*

39 Deci. in cap. in præſentia num. 151. de probat. *qualiter loquatur.*

Rub. conſ. 110. *in quibus terminis procedat.*

Brun. conſ. 10. *declaratur.*

Ant. Monac. de rect. feud. interpręt. cap. 38. num. 36. *in quo caſu loquatur.*

40 Tuſch. pract. Quæſt. Verbo Feudum. concl. 159. num. 20. *qualiter debeat intelligi.*

41 *Verba Inueſtituræ, quando ſunt dubia; dum non ſumus in concurſu cum deſcendentibus maſculis; interpretanda ſunt contra concedentem.*

Amplia maxime, quando fuit à Principe conceſſa.

Fiſcus nonnunquam ſolet ſuperari, niſi ſub bono Principe.

42 *Dictio præterea repetit in ſequentibus omnes qualitates præcedentes.*

Verba exequi Curabitis appoſita vltimo loco in inueſtitura feudi concludunt ſeruitium perſonale.

Diſpoſitiua, quando largius loquitur, quando faciat probemium ſtatur diſpoſitiuæ non Probemio.

43 *Dictio prædictis, vel præfatis; repetit præcedentia cum ſuis qualitatibus.*

44 *Vicariatus eſt nomen officij non realitatis dominij.*

Vicarius aſſimiliatur Procuratori potius, quàm feudatario.

Nona forma conceſſionis in feudum attenditur non verò authorum Inueſtitura.

45 *Feudum, quando eſt prohibitum alienari; niſi de conſenſu domini poteſt alienari accedente Domini conſenſu.*

Deci. conſ. 171. reprobatur.

Dictio; niſi poſt negatiuam affirmat, & ponit ac permittit actum in caſu per eam poſito.

Licen-

Digitized by Google

Licentia conceſſa alienandi cum conſenſu Domini ſuffragatur feudo hæreditario, eiuſque alienationi.
Reſeruatio conſenſus Domini feudi in alienatione cenſetur facta ſolum ad dignoſcendam perſonam, in quam ſit alienatio, an ſit fidelis.
Verba, vt præfertur, referenda ſunt ad Superius expreſſa in conceſſione; non verò ad ſolemnitates Conſiſtorij.
In feudo ſimpliciter hæreditario alienatio, & conſenſus Pontificis operatur ſolùm mutationem perſonarum, & nullum Cameræ præiuditium infert, & ideo non cadit ſub prohibitione Pij V.

46 *Clemens VII. fuerat Cardinalis Iulius de Medicis.*

47 *Clemens VII. ante ſuum Pontificatum de anno 1519 regebat Ciuitatem Florentiæ ob mortem Laurentij de Medicis.*

48 *Ignorantia, quod filiæ alicuius extent præſumitur ceſſante affinitate.*
Ex admiſſione vnius non poteſt argui ad excluſionem alterius vbi ratio admiſſionis non viget pro excluſione.
Confirmatio, & conceſſio ac inueſtitura qualibet eſt intelligenda facta cum Clauſula ſine præiudicio habentium potiora, & meliora iura &c.

49 *Filiæ ad inueſtituram hæreditariam non poſſunt venire alio iure, quam hæreditario vt poteſt quilibet alius hæres.*
Clauſula; ſicut accepimus &c. *propriam ſcientiam excludit.*

50 *Verba; conceſſionem, ac deſuper confectas litteras, & in eis contenta nec non inde ſequuta quæcumque &c. confirmamus, & plena roboris firmitate ſubſiſtere tibique ſuffragari debere decernimus.*
Appoſita in feudi conceſſione important veteris feudi confirmationem legitimo hæredi aut ſucceſſori competentem.
Confirmatio ex proprio ſignificatu; denotat firmitatem actus confirmati.
Noua conceſſio illa non poteſt dici, quæ aliam confirmat.
Verbum volumus; poteſt importare nouam gratiam.
Verbum debere; oſtendit neceſſitatem.
Verbum decernimus; importat declarationem ex debito iuſtitiæ.

51 *Feudum, quando eſt apertum Sedi Apoſtolicæ per extinctionem lineæ, ex æquitate facienda eſt noua conceſſio alteri de dicta familia.*
Conceſſio noua feudi; pro potiori cautela intelligitur caſu quo priùs facta, & confirmata locum habere non poſſit.
Conceſſio noua feudi, vt dici poſſit facta ex æquitate vni de familia probandum eſt primam conceſſionem fuiſſe finitam.

52 *Inueſtitura vna alteram declarat, & poſterior declarat præcedentem pro comprahenſione.*

53 *Conceſſio in feudum facta de duobus corporibus ſeparatis per determinationem ſeparatam non poteſt dici, quod intelligatur ſolum de vno corpore, & non de duobus.*

54 *Aperitio Oris aduerſus litteras Pontificis non ſolet concedi niſi docto de bono iure.*
Præſcriptio, quando obſtat alicui oportet, vt ipſe à lite ſe abſtineat.

55 L. final. C. de Edict. Diu. Adr. toll. *non prodeſt hæredi niſi conſtet de poſſeſſione Teſtatoris tempore obitus.*

56 *Conceſſio vna feudi, quando eſt contra diſtincta ab altera, & inſimul ambo ſunt ſeparata, atque dicitur, vt quia loquutum fuerit de maſculis in vna, & in altera de hæredibus extraneis ſignū eſt, quod concedens noluit in ſecunda conceſſione intelligere de maſculis tantùm, ſed etiam, de hæredibus extraneis.*

57 *Verba; omnia onera per Comites ſupportari ſolita; vti media licèt generalia pariter de realibus, oneribus ſunt intelligenda, ex quo prima verba continent ſumptus, & onera realia.*
Verbum vnius Clauſulæ interpretationem ſumit ab alio poſito in eadem Clauſula.
Vltima verba exceptiua declarant de quibus oneribus regula loquatur.
Verba intelliguntur retento eodem themate.
In feudis, quando feudatarius tenetur præſtare ſeruitium perſonale, ſi vocata ſit fœmina; illud præſtare poteſt mediante ſubſtituto, quia tunc non cenſetur electa induſtria perſonæ etiamſi præſtetur iuramentum.
Amplia hoc procedere eo magis in feudis à Summo Pontifice conceſſis.

58 *Feudum conceſſum Caio pro benemeritis ad effectum illis ſatisfaciendi impropriè eſt feudum, & ideo ſi Caius habeat ſolam fœminam tempore conceſſionis; fœmina debet cenſeri vocata, ne verba Inueſtituræ reſtringantur.*
Verbum; ſatisfacere importat idem ac ſoluere.
Verba debent intelligi iuxta propriam ſignificationem, & non ſunt reſtringenda.

59 *Feudum conceſſum ſub annuo Canone vnius Crateris argentei eſt improprium.*

60 *Feudum in quo non fuit iniunctum iuramentum fidelitatis eſt impropriè feudum.*

61 *Feudum eſt impropriè feudum, quando expreſſe fuit data facultas inueſtito deputandi Caſtellanos in Arcibus, & Officiales ad ius reddendum, & ſic exercendi iuriſdictionalia per ſubſtitutum.*

62 *Feudum, quando eſt alteratum quoad ea, quæ in ſunt feudo, vt ſunt fidelitas, Caducitas, & ſolutio Canonis, tunc in cæteris retinet quidem propriã naturam feudi; ſed ſi ſit alteratum in alijs tunc cætera non retinent propriam feudi naturam.*
Feudum, quando ex pluribus eſt improprium, tunc verba conceſſionis intellectum recipiunt à iure communi, & vigor conſuetudinis feudalis non poteſt operari verborum reſtrictionem.

63 *Obſeruantia ſubſecuta tollit omnes inueſtituræ dubietates, & eſt ſufficiens ad declarandum feudum hæreditarium.*

64 *Licentia, & Confirmationes ſubſecutæ pro ſolidæ inueſtituræ antecedentis declaratione cenſendæ ſunt quando Papa alienationem confirmauit.*
Papa poteſt ſuorum anteceſſorum gratias declarare maximè motu proprio, & de plenitudine poteſtatis.
Iuris error in Pontifice non datur.
Papa habet totius iuris peritiam in ſcrinio pectoris.

DECISIO DCCXLVIII.

MORTVO bon: mem. Hippolyto Cardinali Aldobrandino die 19. Iulij 1638. Reuerenda Camera Apoſtolica, prætendens, Comitatum Sarſinæ, ac Meldulæ per obitum dicti Cardinalis fuiſſe deuolutum, illius poſſeſſio-

Digitized by Google

ita nu.16. verſ. contrariam & ſequen. ff. ad Trebell. & reſponſ.23. num.23. & 24. tit. de iur. emphiteut. & feud.volum.2.Claud.Seiſell. in l. Gallus §.etiamſi parente num. 9. in fin. & ſequen.13.15. & 16. ff. de liber. & poſth. Bero. conſ. 65. num. 52. & 54. vbi quod, ceſſat dubium, quando verbo, hæredibus, addita ſunt verba, & ſucceſſoribus quibuſcunque, & num.56. & 57. non refragatur Baldus dicens, quod verba, & quibuſcunque hæredibus, non comprehendunt vxorem, quia ſecus eſt, quando fuerunt prolata alia verba & num. 58. verſ. igitur, vbi quod ſi per illa verba, & quibuſcunque hæredibus, extranei etiam hæredes in materia feudali continentur, multo magis hoc erit dicendum, quando dictum eſt pro quibuſcunque ſucceſſoribus, cum appellatio ſucceſſorum ſit generalior appellatione hæredum. Siluan. conſ. 30.num.25.verſ. accedit, & num.26.Soccin.Iun.conſil.1.num.31.verſ. non tamen & num.34. verſ. quod autem lib.4. Roland. à Valle conſ. 79. num.29. verſ. quanto magis lib.2. Ludouic.Bell.conſ.1. num.91. & 92. & conſ.17.num.22.Cuma. in prælud.feud.nu.86. & 87. vbi quod in dubitāter, Monach.de rect.feud. interpret.cap.38.num.21.& 22. vbi quod cautius agitur ſi ponuntur verba, & hæredibus, ac ſucceſſoribus quibuſcunque Thom. de Marin.de feud.omnin.hæredit.num.7. verſ. ego autem, & num. 8. vbi quod ad tollendum omne dubium. Viu. deciſ. 441.num.9.verſ. poſtremo, & num.10.Oſaſch.deciſ. 161.num.16.verſ. qua verba Rot. deciſ.93. num.77. verſ. quinto quod, & num.78.par.5.recent.

Tertiò, quia Doctores loquentes pro reſtri-
5 ctione admittunt, quod dictio † quibuſcunque comprehendit omnes, quando in deſcendentibus nihil operari poteſt, vt in caſu, de quo agitur, in quo non poteſt operari comprehenſionem filiorum naturalium, adoptiuorum, arrogatorum, & ſimilium, obſtantibus verbis, legitimis, & naturalibus. Nec poteſt dici, quod appoſita fuerit ad includendum hæredes particulares directos, aut fideicommiſſarios, ex teſtamēto, vel ab inteſtato, aut ſucceſſores ex vltima voluntate, aut ex cōtractu inter viuos, & tā propriè, quā impropriè aut ſimiles, quia iſti omnes comprehenſi fuerant ex verbis, hæredibus, & ſucceſſoribus Rip.in l.ex facto §.ſi quis ita n.15.ad 18.ff. ad Trebell.& in reſponſ.23.tit. de iur. emphyt. & de feud.n.8.ad 12.lib.2.Intrigliol.de feud. cent.1.qu.48.num.31. & ſeqq. Neque admitti poteſt, quod verba hæredibus, & ſucceſſoribus quibuſcunque, accipiantur pro verbis hæreditatis aut ſucceſſionis qualiſcunque ad tollendas Doctorum perplexitates conſideratas per DD. Scribentes pro Reu. Camera, quia verbum hæres in feudo importat qualitatem ſucceſſoris, non autem ſucceſſionis, vt poſt Bald. in c.1.nu.6.verſ. ipſe diceret verum, de eo qui ſibi, & hæredibus dixit Frecc. de ſubfeud. lib.3.form.3. num.11. Et in dictione quibuſcunque conſiſtit tota vis operandi, vt feudum tranſeat in extraneos, & quælibet illius mutatio alterat ſubſtantiam conceſſionis. Monach. de rect. feud. interpretat. cap. 38. num.54.

6 Doctorum autem controuerſia fuit, quando non præceſſit mentio filiorum, aut deſcendentium & dictum fuit ſimpliciter pro hæredibus quibuſcunque, vt per Bald. in l.1.num.27.verſ. trigeſimoquarto quæritur ff. de rerum diuiſ. & in l.cum virum num. 21. in fine verſ. quanquam forte C. de fideicom. & ratio dubitandi erat, quia verbum, hæres, in feudo accipitur pro filio maſculo, & dictio quibuſcunque operari poterat in filijs, aut deſcendentibus maſculis. Vnde Aretin. in l.Gallus §. etiamſi parente, num.56. verſ. quia quando ff. de liber. & poſth. dixit verba pro hæredibus quibuſcunque, reſtringenda eſſe ad hæredes ſanguinis, quando in eis poſſunt operari, & Aretinum ſecuti ſunt Dec. in cap. in præſentia nu. 150. de probat. & conſ.171.num.6.& conſ.208. ante nu.7.verſ. Tertio Baldus Ruin.conſ.39.lib.1.Calean.conſ.51. in primo dubio Celſ. Vgo conſ.26.num.45. Zaſ. in epit. feud.par.8. num.71. & 72. Et tamen illo etiam caſu verba, pro hæredibus quibuſcunque feudum ad extraneos porrigere tradunt Bald. in d.l. 1. num.27.verſ. trigeſimoquarto quaeritur ff. de rer. diuiſ. & in c. in praeſentia num.20. vbi Felin.num.26 verſ. fallit iſta de probat. Roman. in l. etiam filios n.3 ff.ſolut.matrim. Alex. in l. Gallus §. etiam ſi parente num.4.verſ. hoc tamen fallit, & ibi Iaſ.num.15.16. & 17. vbi reprobata opinione Aretin. dicit non recedas ab hac communi, ff. de liber.& poſt idem Iaſ. in l. quædam §. nihil intereſt, num.3.ff. de eden. Soccin.Sen. in l. quidam relegatus, num. 6. uerſ. & ideo ſi Princeps, ff. de reb.dub. Afflict. in c.1. §. donare, nu.6.uerſ. ſed aduerte quali feud.alien.poſ. Bonmacar. in c. feudum ea lege num.47. uerſ. quod feuda & num.48. & 49. ſi de feud.defunct. Tap. in l.final. par.1.cap.1.num.40.ff. de Conſtit.Princip. Abb.conſil.3.num.4.uerſ. concedo tibi hæc par.2.Pariſiu.conſ. 23.nu.169.uerſ. quae uerba & num.170.uerſ. tamen quia, vbi de communi lib.1.Gozadin.conſ.27.numer.22.uerſ. item licet, Soccin. Iun.conſ.42. num.1. lib.3.Crot.conſ.177.num.14.lib.2.Decian.conſ.3.numer.174. lib.4. Rolan. conſ.3. num.65. uolum.1. & conſ.10. num.31. lib.3. Franc. ab Eccleſ. inter conſ. feudalia diuerſ.conſ.40.num.7. & 8. Natt. conſ.159. num.8.uerſ. nec eſt uerum Surd.conſ.153.nu.4. Pont. conſ.2.num.170. & conſ.15.num.13.lib.1.Becc.conſil.88.num.21.lib.1.Craſſ. de ſucceſſio §. legatum qu. 26. poſt princip.verſ. quod intellige, & §. hæreditas, qu.12. num.29. verſ. aut loquimur in feudo mere hæreditario, vbi de magis communi Gail. lib.2.obſeru. 154. num. 9. & 11. vbi quod eſt verior, & communior, Carol. à Kirchberg. de feud. ex pacto & prouid.c.4.nu.60. & 62.Mart. de clauſ.par.1. clauſ.45.num.3. & 4.Sorader.conſ.1.num.25. & 26 Camill. de Larata in Theatr.iur.feud. par.6. dilucid. 17.num.6. & 7.Vrſin. de ſucceſſ.feud.par.1. quæſt.3. art.1.num.15.Gabr. de verbor.ſignific.concluſ.3.n.14 & concluſ.4.num.1.Oſaſch.deciſ.27.nu.11. verſ. veruntamen, vbi de veriori, & crebriori, Minad. deciſ.43. num.1. & quod ita paſſim teneat Rota Mantic. de tacit.lib.23.tit.18.nu.16.verſ. verius eſt, & verſ. & ita paſſim, Seraph.deciſ.325.num.8.

7 Neque in contrarium faciunt alij Doctores in deciſionibus bon.me. Coccini, & per DD. Scribentes pro Camera citati, nam Bald. in l.liberti num.32.C. de oper.libert. & conſ.456. ſeu verius 465.num.5.lib.5.Alciat. in cap.1.num.11. verſ. ſed quando in inueſtitura Au Agnati, vel filij, Bero. conſ.66.num.13. & 14. & conſ.95.num.4.lib.1.Bellon.conſ.33.num.5.Roſentall. de feud.cap.9.concl.40.

Digitized by Google

*num.*7. non loquuntur de clauſula *quibuſcunque.*

8 *Soccin. ſen. in l. Gallus* §. *etiamſi parente num.* 6, *verſ. ſecundo limita, & verſ. tamen ratione ſubiectæ materia, ff. de liber. & poſth. Mandell. conſ.*382. *n.*8 *&* 14. *Marin. Frecc. de iur. feud. quæſt.* 12, *nu.* 6. *lib.* 2. referunt Doctorum opiniones pro vtraque parte, ſed nihil firmant.

9 *Bald. conſ.*207. *num.* 3. *&* 7. *volum.* 2. *Afflict. in c.* 3. §. *naturales in fin. ſi de feud. fuerit controu. & Ruin. conſ.* 105. *& conſ.* 109. *num.* 27. *&* 28. *volum,* 3. loquuntur pro excluſione Spurij, filij Sacerdotis, ac perſonæ turpis, de qua veriſimiliter nõ fuerat cogitatum in conceſſione Caſtri nobiliſſimi.

10 *Piſtor. obſeru. ſingul. cap.* 229. *num.* 9. *& ſeqq.* impugnat alienationem, & ſucceſſionem teſtamentariam, non autem ab inteſtato, & quod in conceſſione facta pro *hæredibus quibuſcunque* comprehendantur extranei firmat idem *Piſtor. quæſt. iur. lib,* 2. *q.* 1. *num.* 39. *verſ. contrariam.*

11 *Rouit. conſ.* 79. *vol.* 1. *num.* 7. firmat clauſulam *quibuſcunque*, in conceſſione ſimpliciter poſitã comprehendere fœminas; ſed illas in ſuo caſu excludendas dixit, quia prima conceſſio erat ad feudum rectum, & habens puram, & meram naturam feudi, & clauſula *quibuſcunque* in vltima inueſtitura non erat in formula conceſſionis, ſed in pactis executiuis, & alijs particularibus rationibus, quas refert *num.* 16. *ad* 23. *&* 32. *&* 35.

Iacobin. de S. Gregorio de feud. in verb. & quibuſcunque hæredibus num. 2. ſequitur *Bald. in d.* §.
12 *donare*; ſed contrarium dixit *in verbo, & cum pacto, il tertio num.* 11. *verſ. & licet ipſe Bald.* quem ibi reprobat.

13 *Cephal. conſ.* 2. *num.* 16. firmat Epiſcopum admittendum ad feudum conceſſum pro *hæredibus quibuſcunque*, vt *num.* 17. & ideò facit pro incluſione fœminæ, quæ in materia feudi à pari procedit cum Clerico.

14 *Menoch. conſ.*61. loquitur in feudo antiquo nobili ex pacto, & prouidentia, vt *num.*8. & nulla hæredum facta mentione conceſſo *pro filijs, nepotibus, pronepotibus in infinitum deſcendentibus,* vt *num.* 13. & clauſula, *quidquid placuerit*, erat ſimplex, atque obſcura, & ideo interpretanda, vt non lædat naturam feudi *num.* 27. & quia poſita in executiuis, nihil operari poterat *num.* 28. *& conſ.* 110. *num.* 5. dicit verba ſententiæ reſtringi, atque declarari ex actis. *Et conſ.* 999. *in ſecunda dubitatione,* quamuis *nu.* 7. *ad* 11. dicat clauſulas generales reſtringi ad habiles, quando poſſunt aliquid operari; Nihilominus *num.* 12. 13. *&* 15. firmat feudum conceſſum *pro ſe, & hæredibus quibuſcunque*, eſſe merè hæreditarium, & vſque ad *num.* 25. quod tranſit ad fœminas.

15 *Curt. iun. de feud. par.* 3. *in* 2. *q. tertij memb. n.* 62. *&* 63. *verſ. tamen ſecunda, Ruin. in l. ex hoc edicto,* §. *nunciatio num.* 82. *ff. de nou. oper. nunciat. Crauett. conſ.* 414. *nu.* 1. *Bertrau. conſ.* 403. *in fin. verſ. Verum id, & conſ.* 408. *in fin. verſ. ſed quando, Socc. iun. conſ.* 103. *num.* 28. *lib.* 2. *& conſ.* 1. *num.* 31. *verſ. non tamen, & num.* 32. *lib.* 4. *Gabr. conſ.* 84. *n.* 46. *&* 47. *lib.* 2. *Guerin. Piſ. in prælud. feud. cap. an in feud. ſuccedant extranei circa fin. verſ. aut dictum fuit, Gratian. diſcept. for. cap.* 351. *num.* 1. *&* 2. *Oſaſch. deciſ.* 26. *num.* 18. *&* 19. *Rota coram Seraph. deciſ.* 1321. *num.* 2. admittunt, quod verba, *pro hæredibus quibuſcumque*, faciunt feudum tranſitorium ad extraneos.

16 *Herman. Vulteius lib.* 1. *cap.* 8. *num.* 52. *&* 53. *& cap.* 9. *num.* 29. *Henric. Boccer. de ſucceſſ. feud. cap.* 3. *q.* 39. *& de feud. diſtrib. & adiunct. cap.* 5. *num.* 27. *verſ. & recté, & Andr. Knichen. de veſtit. pact. p.* 1. *cap.* 3. *n.* 18. 57. 59. *&* 60. quamuis dixerint, opinionem excludentẽ extraneos, & fœminas in puncto iuris veriorem ſibi videri, tamen affirmarunt, feudum pro *hæredibus quibuſcunque*, conceſſum ex communi Doctorum ſententia tranſire ad extraneos, & fœminas.

17 *Dec. conſ.* 193. *num.* 5. *poſt medium, verſ. in maſculos tamen, & Alciat. in l.* 1. §. *nunciatio num.* 57. *verſ. ſicque etiam, ff. de nou. oper. nunciat.* dicunt, fœminas deſcendentes non admitti ad feudũ *pro hæredibus quibuſcunque* conceſſum, ſed communiter reprobantur, vt per *Ruin. conſ.* 16. *nu.* 5. *verſ. & per hoc lib.* 1. vbi quod magis fœmina deſcendens, quam extraneus hæres, *Pariſ. conſ.* 71. *num.* 54. *lib.* 1. *Gozad. conſ.* 8. *num.* 25. *Giurb. & Rip. inter conſ. Rauden. conſ.* 26. *nu.* 24. *lib.* 1. *Roland. conſ.* 3. *num.* 67. *lib.* 1. *Decian. conſ.* 58. *num.* 32. *lib.* 2. *Menoch. conſ.* 999. *num.* 12. *verſ. poſtmodum, & infra ſignanter num.* 14. *in fin. cum ſeq. Surd. conſ.* 308. *num.* 12. *in fin. & num.* 13. *verſ. & in ſpecie, & conſ.* 384. *num.* 25. *&* 26. *Fabius de Auna conſ.* 53. *nu.* 13. *Craſſ. de effect. Cleric. effect.* 4. *nu.* 235. *Villelob. commun. opin. littera F. nu.* 22. *Facchin. controu. iur. lib.* 7. *cap.* 6. *verſ. ego poſteriorem*, vbi de magis communi, & magis conformi menti contrahentium *Oſaſch. dec.* 26. *nu.* 14. *verſ. at in caſu, & n.* 18. *&* 19. *verſ. non obſtat, & conſ.* 19. *n.* 29. *lib.* 1. *Manent. dec.* 56. *in fin. verſ. dicimus, quod fæmina, Rota coram bon. me. Hieronymo Card. Pamphilio in Brixien. feudi* 1. *Iuly* 1592. *quam confirmauit coram Seraphin. dec.* 1105.

18 *Ruin. conſ.* 99. *num.* 8. *lib.* 1. *Gabr. conſ.* 79. *num.* 3. 4. 16. *&* 17. *lib.* 2. & alij relati à *Montepic. conſ.* 100. *num.* 57. excludentes fœminas à feudis dignitatum loquuntur in feudis habentibus propriam naturam, ſecus autem eſt in feudo conceſſo pro *hæredibus quibuſcunque*, quod eſt merè, ac ſimpliciter hæreditarium, *Alex. conſ.* 24. *num.* 12. *lib.* 5. *Dec. conſ.* 32. *num.* 6. *Ruin. conſ.* 38. *n.* 7. *lib.* 1. *Roland. conſ.* 90. *nu.* 7. *lib.* 4. *Corn. conſ.* 16. *n.* 23. *in fin. verſ. nec obſtat, & num.* 24. *vol.* 1. *Pariſ. conſ.* 4. *nu.* 12. *verſ. minus etiam lib.* 1. *Decian. conſ.* 58. *n.* 43. *in fin. verſ. quæ omnia lib.* 2. *Menoch. conſ.* 331. *n.* 31. *& conſ.* 999. *num.* 21. *Pereg. conſ.* 5. *num.* 39. *lib.* 1. *Borell. in compend. deciſ. tom.* 1. *tit.* 34. *num.* 207. & ſic de conſuetudine vbiq; locorum obſeruari teſtatur, *Roſentall. de feud. cap.* 7. *concl.* 34. *num.* 9. *vbi gloſſ. in littera O. quam plures congerit, Clar. in* §. *feud. q.* 73. *num.* 2. *in fin. verſ. ſed tamen.*

19 *Bald. in cap.* 1. §. *donare num.* 4. *qual. feud. alien.* vxorem propter duplicem improprietatem à feudo excludendam eſſe dixit, eumque ſecuti ſunt *Lauden. ibid. num.* 17. *Præpoſit. num.* 5. & alij allegati per Dominos ſcribentes pro Reu. Camera Apoſtolica, ex quibus motus *Addens ad Alex. conſ.* 30. *littera X.* dixit, quod in hoc puncto quanto plura legit, tanto minus diſcernere potuit,

potuit, quænam ſit crebior opinio, adeo Doctores Doctoribus, immo ijdemmet ſibi ipſis contradicunt: verumtamen *idem Addens* proſequendo ſubiungit ſtandum eſſe verbis generalibus, & hanc eſſe veram opinionem Alexandri, ac eſſe veriorem, & crebriorem Doctorum ſententiam, idemque tradit *Ruin. conſil.72.num.8.& 9. verſ. dicendum eſt lib.5. Cur. iun. conſ.1. num.4.* vbi reprobans *Bald.* reſpondet, quod propter prægnantiam verbi *quibuſcunque* comprehendũtur, qui alias non fuiſſent comprehenſi, ſubiungens *num.5.* quod Inueſtitura intelligenda eſt, prout verba ſonant, *Pariſ.conſil.23. num.169. verſ. quo caſu*, vbi ſcribens pro Duciſſa Mantuæ fœmina extranea dixit, quod comprehenduntur omnes etiam alias extranei, & inhabiles, & *nu.170.* vbi reprobat *Bald. lib.1.Natt. conſ.464. num.11. & 18.* vbi quod in materia latiſſimè interpretanda contra Principem concedentem toleratur, quod plura ſpecialia in idem concurrant contra id, quod dicit *Bald. in dicto §.donare ex l. final. ff. de conſtitut. Principum*, & ibi notatis per *Iaſon.* quem ipſe refert, idemque *in dicta l. fin.* tradit *Tapia par.1. cap.1. num.40. & 41.* inferens pariter contra *Bald. in d.§.donare, Siluan.conſ.52.num.7. verſ. nec eſt verum lib.2.Burſatt. conſ.21. num.14. & 21. ad 25. Decian.conſ.58.num.52. lib.2.* vbi, quod tranſit in fœminas, etiam ſi non ſint agnatæ, *Menoch.conſ.331. num.37.* vbi loquens de fœmina extranea dixit, quod feudum conceſſum *pro ſe, & quibuſcunque hæredibus* cenſetur conceſſum etiam pro fœminis, & cũ agatur de ſolo præiudicio, & quidem modico ipſius Principis ſumẽda eſt latiſſima interpretatio; *& conſ.178. nu.1.* in terminis feudi Florentiolæ, quod dari potuit in ſolutum vxori; *Surd.conſ.440.nu.33. verſ. nec mouet, Moret. reſpon.30. num.1. Ludouic. Bell.conſ.2.num.123.conſ.16. numer.59.& conſ.17. numer.22. verſ. tamen verius eſt, Roſentall. de feud. cap.2.concluſ.37.num.4. verſ. ſed cum receptiſſima, & ibi Add. littera E. Piſtor. quæſt. iur. lib. 2. qu.1. nu.39. verſ. contrariam*, vbi quod ad omnes hæredes, ſiue maſculi, ſiue fœminæ, ſiue extranei fuerint, *& verſ. quod affirmat etiam*, vbi reprobata opinione *Bald. in §. donare*, ait, hanc eſſe iuri conſonam, *Intrigl. de feud. cent. 1. qu.50. num.139. in fin. & 140.* vbi Beccium reprobat; *Scrader.de feud.par.7.cap.3.num.1.vol.1.* vbi, quod admittuntur omnes ſiue deſcendentes, ſiue non, itemque tam maſculi, quam fœminæ; *Monach. de rect. feud. interpretat. cap. 38. num.15. Gratian. diſcept.724. num.20.* vbi, quod etiam vxor, *Tuſch. pract. quæſt. in verb. feudum q.159. num.16.Camill.de Curt.de feud. par.1.c.14. num.18. fol. 45.* quatenus reprobata opinione *Bald. in §. donare*, dicit, quod veniunt omnes, qui de iure Romano poſſunt eſſe hæredes, & etiam ſingularis ſucceſſor, quod etiam voluit *Petr. de Gregor. de conceſſ. feudi par.6.q.7.verſ. operabitur*; Et certum eſt de iure Romano fœminam extraneam, & vxorem eſſe poſſe hæredem, *Valaſch. in prax. partit. cap.26. num.14. & Giurb. in conſuet. Meſſan. cap.1. gloſ. 2. par.1. n.21. & 22.* Quatenus iſti tradunt, in feudo prorſus hæreditario vxorem admitti ad communicationem, ſicut ex iure Regio admittitur in alijs patrimonialibus, *Facchin. lib.7. c.6. in fin.* dum verba ſecundum propriam ſignificationem omnem denotare hæredem tam maſculum, quam fœminam, tam legitimum, quam extraneum, nec aliter à verbis recedendum eſſe firmat, quia in quæſtione voluntatis nulla maior eſt coniectura, quam quæ ex verbis deducitur; *Theſaur.dec.228.num.13.verſ. D. Senator*, vbi quod ex verbis *hæredibus quibuſcunque*, comprehenduntur fœminæ, & *num.8.* quod etiam ſi tranſierit ad aliam familiam, nihilominus fœminæ alterius familiæ admittuntur.

Quæ opinio probatur. Primo quia clariſſimi iuris eſt ex magis communi Doctorum ſententia, feudum ita conceſſum eſſe prorſus hæreditarium, & de eo iudicari, ſicut de cæteris rebus allodialibus, vt per *Iaſon. in rubr. de feud. nu.128.verſ. feudum hæreditarium, Siluan. conſ.30. num.25.verſ.accedit, & num.26. Morot. reſponſ.83. num.6.Peregr.conſ.5.nu.8.lib.1.Ludouic.Bell.conſ.1. num.92. Carol. à Kirchberg. in diſcurſ. de feud. ex pact. & prouid.cap.4.num.60.& 62.Craſſ. in §. hæreditas q.12.num.20.verſ.aut loquimur in feudo merè hæreditario, & in §. legitima q.21. num.4.* Nam ſi eſt merè, ac prorſus hæreditarium, deque eo iudicatur, vt de cæteris rebus allodialibus, dubium non eſt, tranſire in hæredes fœminas extraneas *ex Valaſch.Giurb. aliſque præalleg.* Secundo comprobatur ex textu *in cap. ſi quis ea lege de feud. non haben. propriam naturam feudi*, in quo cauetur, quod feudum conceſſum *pro ſe, ſuis, ac cui ipſe dederit*, non habetur pro feudo, nam clauſula pro *hæredibus quibuſcumque* pariſicatur clauſulæ, *cui dederit, Curt. iun.conſ.4. nu.4. Pariſ.conſ.3.nu.11. & 12.lib.1.Rip. reſp.23. nu.25. tit.de iur.emphyt. & feud. volum.2.Soccin. iun.dicto conſ.72.num.23.verſ. & ratio lib.1.* vbi quod perdit propriam naturam feudi, ſicut ſi eſſet dictum *pro ſe, & quibus dederit, & conſ.42. num.1. lib.3.Bero.conſ.130.numer.31. lib.2.Rolan.conſ.42. num.11. & conſ.96.numer.33.lib.1. Surd.conſ.475. num.25.Fab.de Anna conſ.53. num.17. lib.1. Mart. de clauſ. par.1.clauſ.97. num.1.Tom.de Marin. de gener. & qualit. feud. tit.31. num.8. Cumia. de feudal. ſucceſſ. in prælud.num.88.Oſaſch.dec. 26. n.18. ante fin. verſ. qui omnes.*

Ex his liquet Baldum, & alios eum ſequentes fuiſſe locutos in conceſſione *pro hæredibus quibuſcunque* ſimpliciter facta, & illo etiam caſu contrariam ſententiam vti veriorem fuiſſe magis communiter à DD. approbatam.

20 Prædictis accedit clauſula *in perpetuum*, quæ pariter extraneos, & fœminas comprehendit, *Corn.conſ.16.n.22.verſ. & pro prædictis lib.1.Curt. iun.conſ.4. num.24. circa finem verſ. ex cuius dictis lib.1.Soc. ſen.conſ.266.num.37.verſ. præterea lib.2. Guglielm. à Perna conſ.4.num.19.Cyriac.controuerſ. 140.num.10.Petr.de Gregor. de conceſſ. feud. par.4. q.3.num.13.Seraph.dec.1105.num.10.* Et maximè quando concurrunt ambæ clauſulæ, videlicet, *quibuſcunque*, ac *in perpetuum*, *Rot. dec.93. nu.78. & 79. par.5. rec.*

21 Quod eo magis dicendum eſt, quia verſamur in feudis Eccleſiæ, in quibus fœminæ facilius admittuntur, vt benè per *Menoch.conſil.*

Digitized by Google

ſil. 65. numer. 30. Oſaſch. deciſ. 27. numer. 17.

22 Neque vrium fuit ſubliſtere fundamentum deciſionis bon. mem. Coccini, quod prædicta verba inueſtituræ Leonis conſtituant vnicam periodum, vel orationem complexiuam, habentem ſuum principium, & finem ſub vnius verbi terminatione iuxta doctr. *Bart. in l. Prætor. 4. §. eritque differentia ante num. 1. verſ. nam cum omnia, ff. de vi bon. rapt.* & quod in eadem oratione verbũ, *filys*, ſit principale ſubſtantiuum, ad quod ſubſequentia omnia verba tanquam adiectiua referantur, vt ſcilicet dictæ orationis verus intellectus, ac germanus ſenſus ſit, ad feudum iſtud vocatos fuiſſe filios vlteriores quoſcunque in infinitum deſcendentes, qui ſint maſculi, ac legitimi, ſimulque hæredes, aut ſucceſſores, vel vniuerſales, vel particulares; proindeq; harum qualitatum ſimultaneus concurſus requiratur; nec vna ſuffragetur ſine alijs iuxta doctr. *Bald. in l. 1. num. 14. C. de iur. emphyt.* Quia dicta verba conſtituunt duas orationes ſeparatas, primam ibi, *filys maſculis legitimis, & naturalibus, deſcendentibus*, quæ facit feudum ex pacto, & prouidentia, & alteram ibi, *& hæredibus, ac ſucceſſoribus quibuſcunque*, in qua comprehenduntur hæredes extranei, & fœminæ, vt ſupra firmatum fuit, & de hac met inueſtitura, quod verbum *deſcendentibus* ſit in vna oratione, dictio verò *quibuſcunque* in alia ſeparata dixit *Rota coram Buratto deciſ. 206. nu. 10. verſ. conſequenter* ibi, verbum deſcendentibus non recipit intellectum, & qualitatem à ſubſequenti dictione, *quibuſcunque*, in ſeparata oratione appoſita, & ratio eſt, quia vbi vocantur plures perſonæ, quæ non ſimul; ſed ordine ſucceſſiuo ſuccedere debent, tot dicuntur conceſſiones, quot ſunt gradus perſonarum, vt in terminis feudalibus explicat *Intrigliol. de feud. cent. 1. q. 47. num. 29. Gratian. diſcept. 247. num. 11.* & in terminis emphyteuſis Eccleſiaſticæ docet *Imol. in l. quod dicitur 130. in fin. verſ. poſſet dicere ff. de verbor. oblig.* vbi ait, quod ſi quis dicat, concedo tibi vſq; in quartam generationem, conceſſio eſt vnica, ſecus ſi dixerit, concedo in tertiam, & quartam generationem *arg. text. in l. ſcire debemus in princip. eod. tit.* in quo dicitur, In ſtipulationibus tot eſſe ſtipulationes, quot ſunt ſummæ, ac ſpecies in ſtipulationem deductæ; Et in conceſſione Leonis vocantur Albertus, ipſius filij, deſcendentes, & hæredes, ac ſucceſſores, qui non poſſunt vno, eodemque tempore ſimul omnes obtinere feudum; ſed ordine ſucceſſiuo ſuccedere debent; & propterea verbum, *concedimus*, fungitur vice plurium, & oratio reſoluitur in plures *Ruin. conſ. 41. num. 6. verſ. nam iſto lib. 3. Surd. conſ. 150. num. 11. verſ. tertio ad vtrumque, Menoch. conſ. 3. num. 3.* Et quod verbum, *deſcendentibus*, poſitum fuerit ſolum ad qualificandum filios, non poteſt ſuſtineri, quia cum in conceſſione fiat diſcretiua mentio de filijs, & deſcendentibus, vnumquodque nomen accipitur in ſuo proprio ſignificatu, vt vox *filys* deſignet filios primi gradus, & vox *deſcendentibus*, intelligatur de nepotibus, alijſque in infinitum deſcendentibus: *Pariſ. conſ. 75. num. 60. lib. 2. Crauett. conſ. 677. num. 3. verſ. ſecundo reſpondetur, Bero. conſ. 151. num. 14. 15. & 16. lib. 2. Hond. conſ. 90. nu. 63. verſ. ex quibus lib. 1. Decian. conſ. 44. num. 31. in fine, & ſequen. lib. 3. Menoch. conſ. 587. num. 6. verſ. & demum, Surd. conſ. 554. num. 6. ante finem, verſ. quia teſtator, Caſanat. conſ. 23. numer. 3.* Eoque magis, quia non fuit dictum *filys*, ſimpliciter, ſed cum dictione, *tuis*, quæ immediationem quandam, & primum gradum deſcendentiæ ſignificat, *Alex. conſ. 37. num. 5. lib. 6. Menoch. conſ. 215. num. 51. & conſ. 347. n. 10.*

23 Præcipuè ſtantibus verbis, *legitimis, & naturalibus*, quia cum non detur filius legitimus, & naturalis, qui non ſit deſcendens, verbum, *deſcendentibus*, eſſet inutiliter adiectum, vt ponderat *Bero. vbi ſupra,* qui etiam *num. 15. & 16.* conſiderat verbum, *deſcendentibus*, eſſe generalius verbo *filys*, & propterea ex hoc etiam non ſtare adiectiuè, & declaratiuè, ſed in ſuo proprio ſignificatu nominis collectiui capientis omnes gradus, & perſonas deſcendentium in infinitum ordine ſucceſſiuo, *l. fin. C. de verb. ſignif. Ruin. conſ. 127. num. 6. lib. 3. Decian. reſponſ. 29. num. 14. lib. 1. Mandell. conſ. 467. n. 4. & 5.*

24 Et ſimiliter verba, *& hæredibus, ac ſucceſſoribus quibuſcunque*, de ſui natura ſunt ampliatiua, & includunt perſonas in præcedentibus non expreſſas, vt in puncto, *Socc. ſen. in l. quidam relegatus num. 9. ff. de reb. dub.* & conſequenter fœminas, & extraneos, *Surd. conſ. 475. poſt nu. 26. & 30.* vbi quod præcedens enumeratio perſonarum non reſtringit clauſulam ſubſequentem, *& hæredibus, ac ſucceſſoribus quibuſcunque*, *Peregr. conſ. 5. num. 8. lib. 1.* & proinde verba iſta non referuntur ad deſcendentes, ſed ad extraneos; & intelligenda ſunt ordine ſucceſſiuo, *Rimin. ſen. conſ. 437. n. 8. & 9.*

25 Præterea in deciſionibus bon. me. Coccini ad inducendam vnicam orationem complexiuam admittuntur in breuiſſima formula conceſſionis, plures improprietates, ac mutationes; latè deductæ per informantes; & tamen certum eſt, verba non eſſe impropria ianda contra mentem concedentis elicitam ex verbo, *quibuſcunque*, quod prolatum in materia feudali demonſtrat, concedentem voluiſſe recedere à propria natura feudi, *Natt. conſ. 159. n. 9. Oſaſch. conſ. 19. num. 29. lib. 1. Rota in Brixien. feudi 1. Iuly 1592. verſ. addebant coram bon. me. Cardinali Hieronymo Pamphilio.*

26 Vlterius in eadem Inueſtitura ſubiunguntur hæc verba: *Mandantes Communitati Ciuitatis, ac Vniuerſitati Caſtrorum, vt te, ac filios tuos, dictoſque hæredes, ac ſucceſſores tuos præfatos ad poſſeſſionem admittant*; quæ verba hæredes à filijs, & ſucceſſores ab hæredibus contradiſtinguunt, non ſolum per dictiones, verum etiam per illud pronomen *tuos*, ſingulis diſtinctè adiectũ, & per verba *dictos*, ac *præfatos*; ſingulis pariter diſtinctè adiecta, & propterea non poteſt dubitari, quin Leo tam verbum, *hæredes*, quam verbum, *ſucceſſores*, ſubſtantiuè acceperit, quia verba, *dictos*, & *præfatos*, ſine dubio ſunt adiectiua relatiua, & duo adiectiua ſine ſubſtantiuo ſtare non poſſunt. Et reſponſio, quę datur in prima deciſione bon. mem. Coccini in §. Ter-

tio

Digitized by Google

tio quod attinet, nempe verba relatiua *dictos*, & *præſatos* referri ad deſcendentes ſuperiùs expreſſos, viſa fuit non ſubſiſtere, quia ex lectura patet, illa referri ad hæredes, & ſucceſsores, & ſic ex vi relationis repetere hæredes, & ſucceſsores cum adiecta qualitate verbi *quibuſcunque* contradiſtinctè à filijs. Verum quatenus referri poſſent ad deſcendentes, verbum, *dictoſque*, contradiſtinguens deſcendentes à filijs oſtenderet, verbum, *deſcendentibus*, ita contradiſtinctum accipi non poſse alio modo, quàm ſubſtantiuè. Denique certum eſt, quod vocatio reſpectu filiorum erat completa in illis verbis, *& filios tuos*, ideoque ſubiungendo *dictoſque hæredes* manifeſtè ampliat, & addendo *ac ſucceſsores tuos præfatos* iterum ampliat nec fieri poteſt interpretatio, vt vocentur filij, qui ſunt hæredes, ac ſucceſsores, cum reſiſtat primò verbum *tuos*, ſecundo dictio, *ac*, tertio verbum, *dictos*, & quartò verbum, *præfatos*, quæ omnia neceſse foret impropriare. Prout dum dixit *filios tuos*, & poſtea ſubiunxit, *& ſucceſsores tuos*, non poteſt induci reſtrictio, niſi dicamus alterum ex verbis, *tuos*, fuiſse inutiliter adiectum, cum ad omnem effectum ſatis fuiſset, adijcere verbum *tuos* in fine orationis cum relatiuo *præfatos*; Et non eſt dicendum, eruditiſſimum Pontificem verba ita præciſa protuliſse inutiliter, & animo non operandi effectum *Corn. conſ. 16. num. 11. verſ. & maximè, & num. 12 vol. 1. Ciriac. contron. 146. num. 11 verſ. quia reſpondit*.

27 Minus viſum fuit obſtare verbum *maſculis* adiectum verbo *filus*, quia hæc maſculinitatis expreſſio in verbo *filiis*, non cenſetur repetita in verbis, & *hæredibus, ac ſucceſſoribus quibuſcunque*, vt in terminis de Inueſtitura feudi Pedisluci conceſſa pro *filijs, nepotibus, & deſcendentibus maſculis, & alijs quibuſcunque hæredibus, & ſucceſſoribus in perpetuum* cenſuit *Peregr. conſ. 5. nu. 8. lib. 1.* dicens, propter vniuerſalem ſignificationem horum verborum incluſas fuiſſe fœminas, hæredeſque penitus extraneos, atque ita pariter de eadem Inueſtitura loquens tradit *Seraph. deciſ. 1321. nu. 2.* vbi, quod vocatio aliorum quorumcunque hæredum, ac ſucceſſorum in perpetuum comprehēdit etiam fœminas ſaltem in defectum maſculorum, quodq; ita pluries reſoluit *Rota*, & ſignanter *in vna Brixien. feudi 13. Ianuarij 1595.* quæ eſt *dec. 1105 coram eodem Seraph.* Sic etiam examinatis verbis eiuſdem Inueſtituræ cenſuit *Camera 5. Iulij 1585. coram Pinello, vt in extenſione facta per Vitellium* vbi, quod hæc conſideratio maſculinitatis parui facta fuit, quia licet à principio Inueſtitura loquatur de maſculinitate, ac deſcendentia, tamen vlteriùs progreditur, dicendo, & *alijs quibuſcunque hæredibus, & ſucceſſoribus*, idemque tenuit, *eadem Camera in eadem cauſa 9. Iunij 1606. vt in deciſ. extenſa per bo. me. Maluaſiam*, vbi quod in ſecunda parte dictæ Inueſtituræ, videlicet in ea, in qua Caſtrum conceditur pro *hæredibus, & ſucceſſoribus quibuſcunque*, feudum in defectum deſcendentium maſculorum legitimorum, & naturalium fit hæreditarium, & tranſitorium ad quoſcunque hæredes extraneos.

28 Nec *Peregr.* nec *Rota*, nec *Camera* vim fecerunt in dictione, *alios*, ſed in ſola vniuerſalitate verborum *hæredibus, ac ſucceſſoribus quibuſcunque*, imò dictio *alios* tanquam nota ſimilitudinis ponderabatur pro excluſione fœminarum, cui obiectio reſpondet, *Pereg. d. conſ. 5. num. 37. lib. 1. & Camera in d. extenſione facta per Vitellium in §. nec placuit*, vbi quod dicto *alios*, regulatur à ſubſequenti dictione *quoſcunque*, comprehendente de ſui natura extraneos. Et quod idem feudum eſſe poſſit quoad deſcendentes maſculos ex pacto, & prouidentia, & illis deficientibus ſimpliciter hæreditarium, eademque conceſſio fieri poſſit pro filijs, & deſcendentibus maſculis expreſsè, pro extraneis verò per verba generalia, tradunt *Cephal. conſ. 173. num. 28. Peregrin. conſ. 5. nu. 46. lib. 1. Frec. de ſubfeud. lib. 3. form. 3. num. 16. & 18. Camer. in repet. cap. 1. num. 44. & ſeqq. tit. an agnat. vel fil. impreſſ. poſt conſ. & deciſ. Minadoi*.

29 Et verbum, *maſculis*, præcedens non reſtringit ſequentia verba, & *hæredibus quibuſcunque*, *Socc. iun. conſ. 1. num. 31. 33. & 34. lib. 4.* ac eruditè *Surd. conſ. 475. num. 28. 29. & 30.* loquens non ſolum de clauſula *cui dederit*; ſed explicitè de clauſula *pro hæredibus quibuſcunque, vt num. 30.* Nec fœminas excludit deficientibus maſculis *Ruin. conſ. 122. nu. 5. lib. 1. Ludou. Bell. conſ. 17. n. 32.* Sed cenſetur additum ſolum ad denotandum maſculos principaliter fuiſſe cōſideratos *Natt. conſ. 467. num. 24.* Et ad ponendum ordinem, vt primo ſuccedant deſcendentes maſculi, & illis deficientibus fœminæ, ac extranei *Menoch. conſ. 986. num. 29.* Et ſuper dicta Inueſtitura Pedisluci reſpondit *Reg. Canc. Neapolit. in §. nec ſimpliciter, & in §. remanet*. Et in indiuiduo huius Inueſtituræ Leonis dixit *Rota coram Buratt. d. deciſ. 206.* vbi *ſub nu. 1.* firmauit Mariam Piam filiam, & hæredem Rodulphi Pij non poſſe ſuccedere in huiuſmodi feudo alio iure, quam hæreditario, cum non eſſet comprehenſa ſub illis verbis, *Tibi, filijſque tuis maſculis legitimis, & naturalibus, deſcendentibus*, & verbum *quibuſcunque* vti adiectum in ſeparata oratione non referri, nec qualificare verbum *deſcendentibus*, vt *ſub num. 10. verſ. conſequenter*. Et illa verba, *& hæredibus, ac ſucceſſoribus quibuſcunque* ſtare ſubordinatè, vt extranei hæredes, ac ſucceſſores vocentur poſt maſculorum defectum, *vt ſub num. 6.*

30 Neque prædictis derogare valent DD. in deciſione bon. mem. Coccini, & per DD. Scribentes pro Camera in contrarium allegati nam *Pinellus in l. 1. p. 3. nu. 38. C. de bonis matern.* dixit, extraneos admittendos, quando poſt qualitatem maſculinitatis additur ſignum vniuerſale, & quamuis ſubiungat, hoc non eſſe omninò tutum ex traditis per *Iacobin. de S. Georgio de Inueſtitur. feud. in verb. & quibuſcunque hæredibus*, & melius per *Ripam in l. ex facto §. final. num. 16. ff. ad Trebell.* non tamen recedit, & *Iacobin.* non loquitur de maſculis, ſed de duplici improprietate, in quo eſt ſibi contrarius vt ſupra, & *Ripa*, admittit omnes contineri, & hanc eſſe dicit communiorem ſententiam.

Silua-

Digitized by Google

ex verbis: *pro hæredibus quibuſcunque*, maior eſt omnibus alijs coniecturis, vt in puncto quoque dixit *Fachin. lib. 7. controu. iur. cap. 6. ad fin.* Tertiò quia ſi verba eſſent dubia, dum non ſumus in concurſu cum deſcendentibus maſculis, interpretanda eſſent contra concedentem *Alex. conſ. 125. num. 16. verſ. & verba lib. 5. Menoch. conſ. 148. num. 38. Mantic. de tacit. lib. 23. tit. 18. num. 24. & 25. Seraph. deciſ. 1362. num. 8.* Maximè quando facta fuit à Principe *l. fin. vbi Tapia in 1. par. cap. 1. numer. 23. & 41. ff. de conſtit. Princip. Natt. conſ. 464. num. 5. & ſeqq.* in dubio enim contra Fiſcum facienda eſt interpretatio *l. non puto ff. de iur. fiſc. l. vnic. §. fin. C. de caduc. toll. l. inſtas 6. C. de iur. fiſc.* Præcipuè ſub Optimo Principe Sanctiſs. D. N. INNOCENTIO, & recte *Plin. in Panegirico ad Traianum* his verbis: quæ tua maxima gloria eſt Cæſar, ſæpe vincitur Fiſcus, cuius nunquam mala cauſa eſt, niſi ſub bono Principe, & faciant tradita per *Caſſıd. lib. 4. var. Epiſtol. 38. Couar. uar. lib. 1. cap. 16 Vrſin. de ſucceſs. feud. par. 2. qu. 2. art. 1. nu. 18.* Quartò quia Doctores citati *in 1. deciſ. in §. qua licet* coniecturas ſumunt ex pactis ſubſtantialibus ipſius conceſſionis; & illas deducunt ſolum ex verbis, quæ concludunt feudum fuiſſe conceſſum ad puram, & meram feudi recti, & proprij naturam, ſed quæ in dictis deciſionibus ponderantur pro coniecturis, non proueniunt ex pactis ſubſtantialibus conceſſionis, nec propriam feudi naturam, nec aliquid releuans concludunt.

42 Prima coniectura in prima deciſione ponderata deſumitur ex illis verbis Prohemij, videlicet, *Præterea &c. ſperantes, quod nobilitas tua, & poſteri tui, quæ illis circa regimen huiuſmodi committenda duxerimus, ſollicitè, fideliter, & prudenter exequi curabitis.* Hæc autem verba non poſſunt deſeruire pro interpretatione conceſſionis factæ in ſatisfactionem partis meritorum, vt clarè legitur in conceſſione ibi, *in aliqua parte ſatiſfacere volentes*, & Spes quod poſteri fidelitèr exequi curabunt, acceſſoriè tantum conſiderata fuit, pro vt ex lectura patet, ac denotat etiam dictio *præterea*, quæ in ſequentibus repetit omnes qualitates præcedentes *Grat. conſ. 163. num. 40. lib. 2. Barboſ. dict. 236. nu. 1. Ant. Ang. Grat. dict. 182.* Et poſtrema verba illa *exequi curabitis* excludunt ſeruitium perſonale. Præterea cum verba in parte diſpoſitiua largiùs loquantur, quam in prohemio, ſtatur diſpoſitiuæ non prohemio *Capic. in Inueſt. feudali §. feudorum clauſulæ fol. 93. Menoch. conſ. 999. num. 23. & lib. 6. præſumpt. 2. num. 15. & 16.* Neque ſubſiſtit, quod Leo adæquauerit conceſſionem, perſonis, quia claris verbis illa virtutibus, & meritis Alberti adæquauit ibi; *Iure, ac merito inducimur ad ea tibi concedenda, quæ tuis virtutibus, ac meritis digna, & congrua fore conſpicimus*, & ratio diligentiæ in deciſione bo: me: Coccini ex verbo *diligenter*, ponderata corruit, quia hoc verbum non legitur in conceſſione.

Secunda coniectura deſumpta ex eo, quod in facultate publicandi litteras omiſſum fuerit verbum, *filijs*, ex quo prætenditur, ſequi abſurdum, quod negentur filijs, quæ conceduntur extraneis, tollitur ex facto, quia in litteris Leonis non legitur talis facultas. Et quod verbum *filijs* fuerit omiſſum in facultate apprehendendi poſſeſſionem, nihil refert, quia explicitè nominantur filij, dum mandatur communitati, & hominibus, vt ad Ciuitatem &c. eorumque poſſeſſionem admittant, prout dum mandatur, vt pareant.

Non releuat, quod in eadem ſecunda coniectura ſubiungitur fuiſſe ter omiſſam copulam, *&*, ante verbum *hæredibus*, quia ſex vicibus fuit appoſita copula, *&*, vel *ac*, in alijs verò tribus vicibus appoſita fuit coma in medio, & copula, *&*, in fine, quapropter nunquam fuit omiſſa nota ſeparationis, & ampliationis.

43 Nec facit, quod Pontifex in progreſſu Inueſtituræ nominando ſæpius hæredes, & ſucceſſores clauſulam *quibuſcunque*, omiſerit, & adiecerit pronomen *tui*, vel *tuos*, quia cum in diſpoſitiua dixerit *hæredibus, ac ſucceſſoribus quibuſcunque*, poſtea ſecundo alijſque ſequentibus locis, ſubiunxerit *hæredibus, ac ſucceſſoribus prædictis*, vel *præfatis*, clauſulam *quibuſcunque* repetijt, dictio enim *prædictis*, vel *præfatis*, repetit præcedẽtia cum ſuis qualitatibus *Bero. conſ. 132. num. 7. lib. 3. Rolan. conſ. 34. num. 31. lib. 4. Rota in Romana Affictus Caſalis* 13. *Martij* 1606. *verſ. idem videbatur coram Penia.*

44 Tertia coniectura deſumpta ex ſolito Summorum Pontificum Bonifacij Noni, Pauli Secundi, & Sixti Quarti, qui fecerunt conceſſiones in Vicariatum pro ſolis filijs, aut nepotibus maſculis non releuat, quia Vicariatus eſt nomen officij, non realitatis dominij, & Vicarius aſſimilatur Procuratori potius, quam feudatario *Bald. conſ. 328. num. 2. & 5. & conſ. 353. num. 2. verſ. item Vicariatus lib. 1. Alex. in l. quia tale la 14. num. 7. verſ. non omitto ff. ſolut. matrim. Ruin. conſ. 34. num. 6. & 7. in fin. verſ. cum ergo, & num. 10 verſ. ſed ut dixi volum. 1. Crot. conſ. 399. num. 60. verſ. decimum quartum lib. 3.* Cumque Leo Ciuitatem cum Terris &c. in Comitatum erexerit, & cum omnibus Iuriſdictionibus, & omnimoda poteſtate Romani Pontificis Alberto, filis deſcendentibus, & hæredibus, ac ſucceſſoribus quibuſcunque in feudum nobile, & in perpetum conceſſerit, hæc noua forma conceſſionis attenditur *Surd. conſ. 440. num. 37. uerſ. at ubi, Thom. de Marin. de feud. tit. 3. nu. 3.*

45 Quarta Coniectura ex prohibitione alienationis non fuit viſa releuans, etiam ſi extendi poſſet ad Comitatum, quia non fuit facta ſimpliciter, neque cum clauſula *ſine conſenſu*, ſed cum clauſula *niſi de conſenſu*, quæ non tollit facultates importatas ex verbis præcedentibus, ſed ſolum limitat, ne alienatio fiat niſi de conſenſu, vt euidenter probat dictio, *niſi*, quæ non eſt deſtructiua, ſed limitatiua *cap. 1. ne Clerici, vel Monaci Federic. de ſen. conſ. 80. nu. 2. verſ. nam ille Gemin. conſ. 15. num. 18. in princ. Surd. deciſ. 125. num. 18. in fine cum ſeq. Rot. deciſ. 391. numer. 14. par. 1. rec.* Et quicquid dixerit *Dec. conſ.* 171. quem reprobauit *Rot. deciſ. 287. num. 2. p. 1. rec. & in Imolen. bonorum coram Card. Hieronymo Panphilio penes Gionagnon. reſponſ. 44. num. 78. lib. 2*

& in

Digitized by Google

& in Cæſenaten. emphyteuſis 14. Decembris 1635. coram Merlino, dictio *niſi* poſt negatiuam affirmat, ponendo, & permittendo actum in caſu per eam poſito *l.actione C. de tranſact. Surd. de alim. tit.1. q.104. num.6. & 7. Decian. reſponſ.78. num.12.lib.3.Gratian. diſcept.9.num.26.* & in terminis, quando eſt poſita poſt prohibitionem alienationis *Ruin.conſ.213.num.6. lib.1. & conſil. 127. num.13.circa med.verſ.quandoque & tertio & conſ.132.n.3.& 4.lib.2.Grat.conſ.126.nu.19.lib.2. Bero.conſ.84.num.17.lib.2.Surd.conſ.71.num.6.* Et reſultat ex ipſis verbis, *niſi de conſenſu*, expreſſa licentia alienandi, non ſecus ac ſi fuiſſet dictũ quod fiat alienatio dè conſenſu *Decian.conſ.10. num.17.& 19.lib.4.Gratian.diſcept.416.nu.3.& 4.* Et alienandi permiſſio cum conſenſu Domini ſuffragatur feudo hæreditario, eiuſque alienationi *Afflict.in cap.1.§.feudum num.29. & 44. ſi de feud. defunct. fuerit controuerſ. inter Domin. & agnat. Mantic. de tacit. lib.2.tit.12. num.7. Ioannes Franc.de Ponte conſ.2.num.1. cum plurib.ſequen. & conſ.31.num.59.& ſeq.Minad.conſ.10.num.43.verſ. ſecundo*. Et reſeruatio conſenſus facta cenſetur ſolum ad dignoſcendam perſonam, in quam fit alienatio, an ſit fidelis *Afflict.in c.1.§. feudum ea lege n.35.verſ.vnde cũ Dominus ſi de feud.defunct. Minad.deciſ.43. ſub n.9.verſ.quoadprimam*, qui refert ſic conſuluiſſe *Aretin. Afflict. & Par.de Put. Pont.d. conſ.2.nu.11.& ſeqq.* Eoque magis ex d. prohibitione, & permiſſione caſus eſt à permiſsione, nõ à prohibitione regulandus, quia verſamur in expreſſa conceſſione pro *hæredibus, & ſucceſſoribus quibuſcunque*, cum alijs qualitatibus demonſtrantibus feudum improprijũ cum quibus concordare, non autem diſcrepare iſta etiam clauſula interpretanda eſt *Surd. deciſ.49.num.6.Honded.conſ.33.nu.58.& 59. lib.1.* & in Bullis Papæ poſt *Aretin. Rot. deciſ. 419. in fin.par.5.tom.2.recent.* Et verba vt præfertur nõ ad ſolennitates Conſiſtorij, ſed ad ſuperius expreſſa in conceſſione referenda ſunt *Rebuff. in prax.de diſpenſat.ſuper defect. natal. num.91.* Et quatenus referri poſſent ad ſolemnitates, Clemens expreſſe derogauit omnibus ſolemnitatibus ex conceſſione Leonis fortaſſe requiſitis. Et in feundo ſimpliciter hæreditario alienatio, & conſenſus Pontificis operatur ſolum mutationem perſonarum, & nullum Cameræ præiudicium infert; ideoque non cadit ſub Prohibitione Pij V. vt reſoluit *Camera in cauſa Interamnen. Caſtri Pedisluci nona Iulij 1606. coram Maluaſia, & Rota coram Seraphin.deciſ.1321 num.6.*

46 Quinta Coniectura deſumpta ex litteris Clementis Septimi, ex quibus reſultare dicitur, quod Clemens tanquam veriſimiliter informatus de qualitate conceſſionis, cui ſubſcripſerat, & de mente ipſius Leonis concedentis, cuius Principatui aſtiterat, feudum deuolutũ declarauerit, & Leonello ex æquitate, aut munificentia de nouo conceſſerit, quodque ſi aliter diceretur, Clemens feciſſet iniuſtitiam filiabus Alberti ſuis affinibus, & expreſsio mortis Alberti ſine filijs maſculis remaneret otioſa, & inepta, non ſubſiſtit, nam Primum, quod Clemens conceſsioni Leonis ſubſcripſerit, tollitur, ex lectura nominum Cardinalium, qui dictæ conceſsioni ſubſcripſerunt, inter quæ non adeſt nomen Clementis Septimi, qui tunc vocabatur Cardinalis Iulius de Medicis vt *ex Platina in vita Clementis Septimi*.

47 Secundum, quod Clemens Principatui Leonis aſtiterit, tanquam conſanguineus non releuat, quia de tempore conceſsionis prædidictæ reperiebatur in Ciuitate Florentiæ; ad quam regendam propter obitum Laurentij de Medicis ab eodem Leone tranſmiſſus fuit de menſe Maij 1519. vt *ex Guicciardino hiſtor. lib.13.fol.136. à tergo poſt medium, & 137. à tergo in princip.* & conceſsio fuit facta die 1. Nouembris d. anni 1519. Imò liquet, Clementem non fuiſſe informatum de qualitate conceſſionis Leonis, quia de anno 1528. conuenit cum Malateſtis de faciendo illis inueſtituram Sarſinæ, & Meldulæ, vt ex *litteris datis die 10. February 1528. inter litteras Principum lib.3. fol.2. à tergo*, quod ſine dubio non feciſſet, ſi habuiſſet notitiam qualitatis dictæ conceſſionis, quia de illo tempore viuebat Albertus, vt ex ipſius teſtamento condito die 21. Iulij 1530.

48 Tertium, quod Clemens eſſet affinis filiarum Alberti non ſubſiſtit in facto, quia licet Albertus eſſet affinis Leonis, non tamen habebat coniunctionem aliquam cum Clemente conſobrino Leonis ex diuerſo patre, ac diuerſa matre genito, vt ex *Platina in vita Clementis*, & ceſſante affinitate ceſſat præſumptio, quod Clemens ſciret extare filias Alberti, & in dubio præſumitur ignorantia *l.verius 21. ff. de probat. & cap.præſumitur de reg. iuram.in 6.* Et quatenus Clemens habuiſſet ſcientiam exiſtentiæ filiarum Alberti, non tamen fecit eis iniuſtitiam, quia ex vnius admiſſione argui non poteſt ad excluſionem alterius, vbi ratio admiſsionis non viget pro excluſione *Ludouic. Bell.conſ.3. numer.159.* neque Clemens habebat occaſionem inquirendi de Alberti filiabus, quia Leonellus poſsidebat feudum *Rota in Sarſinaten. Comitatus 19. Marty 1582. coram Aldobrandino poſtea Clemente Octauo*, & hoc notum erat Clementi Septimo, qui conceſsit Leonello facultatem continuandi poſſeſsionem, cumque filiæ Alberti non reclamarent contra poſſeſsionem Leonelli, Clemens iuſtè credere potuit, eas, vel à Patre dotatas, & ab hæreditate paterna excluſas, vel dotibus à Leonello patruo aſsignatis contentas fuiſſe. Vnde ſicut Clemens non feciſſet iniuſtitiam, ſi narrata exiſtentia dd. filiarum appoſuiſſet clauſulam, ſine aliquo iurium eis competentium præiudicio, ita eas non grauauit, dum ipſarum exiſtentia non expreſſa, nec appoſita derogatione regulæ de iure quæſito non tollendo, conceſsit Leonello confirmationem, in qua de iure ſubintelligitur clauſula, ſine præiudicio habentium potiora, & meliora iura *Pariſ.conſ.25.num.12. vol.1. Aldobrand. conſ.1. num.204.& ſeq.*

49 Quartum, quod aſſertio mortis Alberti ſine filijs maſculis remaneret otioſa, & inepta,

non

non ſuſtinetur, quia cum Inueſtitura Leonis haberet duas partes, Primam ex pacto,& prouidentia pro deſcendentibus maſculis; Alteram ſimpliciter hæreditariam, dum Clemens declarauit conceſſionem Leonis ſuffragari Leonello, neceſſe fuit exprimere, quod Albertus obierat ſine filijs maſculis, quia, illis extantibus, conceſsio Leonis non poterat ſuffragari Leonello, nec opus erat exprimere filias fœminas, quia iſtæ non erant comprehenſæ in prima parte Inueſtituræ, nec poterant venire alio Iure, quàm hæreditario, vt ſuccedere poterat quilibet alius hæres Alberti, *Buratt. dicta deciſ. 206. num. 6.* Ex hac expreſſione, quod Albertus obierat ſine filijs maſculis, veniebat in conſequentiam, quod Leonellus frater germanus erat proximior maſculus; vnde iſta verba ſtant demoſtratiue perſonæ Leonelli, non autem cauſatiuè, quia litteræ Leonis non poterant ſuffragari Leonello alia ratione, quàm vti hæredi Alberti,& Clemens, ne iſta expreſsione filijs Alberti maſculis, ſeu fœminis præiudicaret, vſus eſt clauſula, *ſicut accepimus*, quæ propriam ſcientiam excludit. *Seraph. deciſ. 1336. nu. 4. verſ. ex quibus apparet.*

Et animaduertebant Domini, quod nec filiæ Alberti, nec Leonellus comprehenſi fuerunt in conceſſione Leonis ex propria perſona, ſed ſolum quatenus fuiſſent hæredes Alberti, & propterea Clemens non confirmauit ſimpliciter conceſsionem Leonis ad fauorem Leonelli, ſed dixit, *conceſſionem, ac deſuper confectas litteras tibi ſuffragari debere decernimus.* & ſic litteræ Leonis eatenus ſuffragantur Leonello, quatenus eſt Alberti hæres, ideoque Albertus ſuo teſtamento admiſit Leonellum ad feudum eo modo, quo illum ſibi hæredem inſtituit, & conſequenter poſt filias, ſiuè illæ præmorerentur, ſiuè non adirent, prout non adiuerunt, aut certè non agnouerunt feudum, niſi poſtquam Leonellus illud præſcripſerat.

50 Præterea ſatis clara viſa fuerunt verba litterarum Clementis ibi, *conceſſionem, ac deſuper confectas litteras, & in eis contenta, necnon inde ſequuta quæcunque, &c. confirmamus, & plena roboris firmitate ſubſiſtere, tibique ſuffragari debere decernimus.* Quę verba important veteris feudi cõfirmationem legitimo hæredi, aut ſucceſſori competentem. *Pont. conſ. 62. num. 1. cum plurib. ſeqq.* Nam confirmatio ex proprio ſignificatu denotat firmitatem actus confirmati. *Abb. in cap. dudum num. 11. de decim.* Neque poteſt dici noua conceſſio, quæ aliam confirmat. *Roſental. de feud. c. 2. concl. 24. num. 5. poſt med. verſ. neque.* Præcipuè, quia Clemens non loquitur per verbum, *volumus*, aut ſimile, quod importare poſsit nouam gratiam, ſed per verba, *debere decernimus.* verbum enim, *debere*, oſtendit neceſſitatem, *l. ſi Prætor §. Marcellus, ff. de Iudic. Bart. in l. qui accuſare, num. 2. C. de eden. Rebuff. in l. verbum 37. col. 3. verſ. idem dicerem ff. de verb. ſign.* Et verbum, *decernimus*, importat declarationem ex debito Iuſtitiæ, *Abb. in cap. 2. numer. 20. verſ. ſed ego dico, de iudic. Barbat. in cap. Sedes, numer. 159. de reſcr.*

51 Nec obſtat, quod Clemens, poſt confirmatam in fauorem Leonelli conceſſionem Leonis, ac poſt decretum, quod ei ſuffragaretur, de nouo illi feudum conceſſerit, atque ita ſuppoſuiſſe prætendatur illud per extinctionem lineæ maſculinę Alberti fuiſſe apertum Sedi Apoſtolicæ, & nouam conceſsionem Leonello feciſſe ex æquitate, de qua *Bart. in l. 1. §. permittitur, num. 1. ff. de aq. quotid. & eſtiu.* Nam d. noua conceſſio facta fuit ſolum pro potiori cautela, vt diſertè legitur in litteris ipſius Clementis, ideoque ex ea inferri nõ poteſt, Clementem habuiſſe feudum pro aperto, & feciſſe nouam conceſsionem Leonello ex d. æquitate; quia non iuſtificatur confirmationem, ac decretum prædictum in fauorem Leonelli locum habere non potuiſſe; nã conceſsio, facta pro potiori cautela, intelligitur caſu, quo prius facta, & confirmata locũ habere non poſsit; vt in puncto *Dec. conſ. 341. num. 7. circa fin. verſ. & talis noua conceſſio, Ruin. conſ. 35. num. 31. verſ. quæ clauſula, lib. 1. Rot. dec. 36. num. 7. verſ. quia in quibus par. 2. diuerſ.* & vt noua conceſsio dici poſsit facta ex prædicta æquitate, probandum eſt, primam conceſsionem fuiſſe finitam, cum in his tantum terminis loquantur *Bart.* & alij, qui eum ſequuntur, vt videre eſt apud *Clar. in §. emphyteuſis, q. 43. nu. 1. & 2. Gabr. de iur. emphyt. concl. 1. num. 1. & 8. Mandoſ. in addit. ad Rom. conſ. 22. num. 5. verb. communis, cum alijs ab ipſis allegatis.*

52 Animaduertebant etiam Domini, quod Clemens nouam conceſsionem fecit his verbis *Tibi pro te, tuiſque hæredibus, ac ſucceſſoribus quibuſcunque.* & deinde mandauit Epiſcopis, vt litteras obſeruari facerent, his verbis. *Vbi pro parte tua, necnon hæredum, & ſucceſſorum tuorũ, ſeu alicuius eorum fuerint requiſiti &c. faciant, &c. litteras &c. obſeruari.* Ex quibus liquet, Clementem accepiſſe verba, *hæredibus, & ſucceſſoribus*, pro ſubſtantiuis, & ampliatiuis, quia illa poſuit ſinè aliquo ſubſtantiuo, & vlterius ſecunda vice addidit verba, *ſeu alterius eorum*, ex quibus excluditur omnis prætextus orationis complexiuæ, & manifeſtè conuincitur fuiſſe proceſſum contradiſtinguendo,& ampliando Quapropter, cum Clemens, relatis verbis præciſis conceſsionis Leonis, profeſſus fuerit, quod ſuam cõceſsionem faciebat eiſdem modo, & forma, quibus Leo conceſſerat, neceſſariò fatendum eſt, Clementem ſenſiſſe, quod etiam Leo illa ſubſtantiuè, atque ampliatiuè acceperat, cum vna Inueſtitura declaret aliam, *Giurb. de feud. prælud. 4. num. 64. & 65. Scrader. conſ. 1. num. 334.* & poſterior declaret præcedentem pro comprehenſione, *Dec. conſ. 113. num. 3. & conſ. 193. num. 6. Morot. reſponſ. 30. num. 7. Scrader. d. conſ. 3. nu. 257. & 260. verſ. namq; clarè, & conſ. 14. n. 43.*

53 Nec releuat reſponſio ſecundæ deciſionis *in §. quarto quod attinet poſt medium, verſ. ſecundo fuit reſponſum*, quod ad euitandam inſulſam correctionem, & contrarietatem, verba conceſſionis

nis Clementis intelligenda ſunt de Caſtro S. Felicis, quia neque contrarietas, neque inſulſa correctio conſiderari poteſt, dum verba vtriuſque conceſſionis iuxta propriam verborum ſignificationẽ intelliguntur; Vltra quod tàm Leo, quàm Clemens agunt principaliter de Ciuitate Sarſinæ, quàm cum pluribus Terris, ac Villis in Comitatu erigunt, & concedunt in feudum; Caſtrum vero S. Felicis apponunt in fine, tanquam acceſſorium, ità vt conceſſio ad ſolum Caſtrum S. Felicis referri nequeat; præſertim quia in vtraque conceſſione vnica verborum periodo pariformiter omnia determinantur, *l. cum Iure, ff. de vulgar. l. eum qui ædes ff. de vſucap.*

Minus ſubſiſtere viſum fuit, quod ſi feudũ eſſet merè, ac ſimpliciter hæreditarium, non verificaretur munificentia, quam Clemens in ſuis litteris profitetur; Quia ſatis hæc verificatur in conceſſione pro potiori cautela, vt quatenus erectio Ciuitatis in Comitatum, & conceſſio Leonis ex aliquo capite nulla detegeretur, ſiuè Albertus ex aliqua cauſa cecidiſſet à feudo, Leonellus illud ex munificentia Clementis conſequeretur.

54 Sexta coniectura, deſumpta ex eo, quod filiæ Alberti per 20. annos non reclamarunt, non releuat; Quia relictæ à Patre in Gallijs pupillę diſtulerunt, donec nupta fuit Catharina, quæ cauſam in Rota committi curauit, & obtinuit à Iulio III. aperitionem oris aduerſus litteras Clementis VII. quæ concedi non ſolet, niſi docto de bono Iure, *Rot. dec. 461. num. 7. & ſeq. par. 1. recent. & apud Marcheſan. de commiſſ. aperit. oriſ. 16. num. 4.* Nec facit, quod litem, inani exitu introductam, denique deſeruerint; Quia Leonellus, eiuſque filij oppoſuerunt exceptionem præſcriptionis, quam filiabus Alberti obſtare firmauit, *Rota in Sarſinaten. Comitatus die decima prima Nouembris 1583. coram Clemente Octauo*, vnde à lite abſtinere oportuit.

55 Septima coniectura, elicita ex eo, quod Auctores Dominorum de Aldobrandinis ſemper impugnarunt fęminarum comprehenſionem & pro illis excludendis diuturnã litem ſuſtinuerunt: non ſubſiſtit; Quia oppoſuerunt, quod filiabus Alberti non competebat remedium *l. final. C. de edict. D. Adr. toll.* ex quo non conſtabat de poſſeſſione Alberti tempore obitus, & ſuper iſta exceptione ſuſtinuerunt litẽ per annos 28. ac emanarunt nouem deciſiones, & deindè oppoſuerunt exceptionem pręſcriptionis, filiaſque Alberti excluſerunt, non ex defectu comprehenſionis, ſed præſcriptione. Prout non ſubſiſtit, quod agnoſcant Ius proprium ab Inueſtitura Clementis VII. fundata in deuolutione; Tùm quia litteræ Clementis confirmant conceſſionem Leonis, nec poſſunt trahi ad deuolutionem; Tùm etiam, quia Leonellus admiſſus fuit ad poſſeſſionem Comitatus, cum expreſſa declaratione, quod ſuccedebat in vim conceſſionis, factæ Alberto; ideoque agnoſcunt Ius ab Inueſtitura Leonis, & confirmatione Clementis.

56 Alia Coniectura, quæ in deciſione, facta ſub die 1. Iulij 1629. primo loco ponderatur, quod Leo vſum clauium, & inſignia familiæ Medicee Alberto, eiuſque Poſteris, & ſic tãtum deſcendentibus conceſſerit, & propterea ſoli deſcendentes ad feudum vocati cenſeantur: retorquetur; Quia duo conceſsit Alberto, & conceſſiones contradiſtinxit, vna enim oratione vſum clauium, & inſignia familiæ Mediceæ, alia vero diuerſa, & ſeparata feudũ conceſsit; quæ contradiſtinctio manifeſtè cõuincit, extraneos hæredes in conceſsione feudi fuiſſe conſideratos, quia ſi Leo noluiſſet alios, quam deſcendentes maſculos includere, ad euitandos circuitus, vnica verborum periodo inſignia, & feudum conceſſiſſet ſolis deſcendentibus maſculis, vt in ſimilibus arguit *Ciriac. contr. 146. num. 11. verſ. quia reſpondeo.* Pręterea in conceſsione vſus clauium, & pilarum Leo requirit deuotionem, ac fidem tàm erga S. Sedem, quàm erga familiam Mediceam; & in conceſsione feudi ſolum erga S. Sedem; vnde liquet conceſsiones fuiſſe omninò diuerſas.

57 Vltima Coniectura, quod feudum ſit in finibus Status Eccleſiaſtici, & propterea conceſſum cenſeatur Alberto, eiuſque poſteris tanquam militibus, vt attentius militarent, & ſua iura defenderent, tollitur ex verbis conceſſionis ibi *cum itaque tu &c. ſingulari prudentia, & ingenij dexteritate, confœderationem & legam pro recuperatione Ciuitatum & Terrarum ad dictam Eccleſiam pertinentium concluſeris, & deinde &c. pernitioſo, maximeque peſtifero Sciſmate Prædeceſſoris tempore exorto, ita fortiter, conſtanterque te geſſiſti, vt pro Eccleſia Dei tunc maximè periclitante nullos labores, nulla incommoda & pericula timueris, carcerem, exilium, ac omnium bonorum tuorum priuationem minimè formidaueris*, ex quibus liquet, cõceſsionem fuiſſe factam in ſatisfactionem meritorum, & bonorum deperditorum. Neque repugnat clauſula, *Volumus autem quod tu, & filij, ac hæredes, & ſucceſſores tui &c. Comites pro tempore Ciuitatem, Caſtra, Terras, Villas, ac illorum Arces, & fortalitia proprijs ſumptibus, & expenſis manutenere, cuſtodire, defendere, ac omnia onera per Comites ſupportari ſolita, ſupportare debeatis, abſque eo quod Eccleſia aliquid perſoluere teneatur*, quia cum prima verba caueãt de ſumptibus, ac expenſis, & ſic de oneribus realibus, & poſtrema concludant, abſque eo quod Eccleſia aliquid perſoluere teneatur, verba, *omnia onera per Comites ſupportari ſolita*, quæ ſunt media licet generalia, pariter de realibus intelliguntur, *Bero. conſ. 96. num. 14. lib. 1. Mandell. conſ. 243. num. 12. Surd. conſ. 282. nu. 12. Mantic. deciſ. 23. num. 3. Seraphin. deciſ. 840. num. 8. verſ. comprobatur, & num. 9. Gregor. deciſ. 26. num. 5. Buratt. deciſ. 660. num. 1. & bene Rota impreſſ. penes Giouagnon. reſponſ. 39. nu. 35. lib. 1.* Et verbum vnius clauſulæ interpretationem ſumit ex alio poſito in eadem clauſula *Rota deciſ. 453. num. 5. p. 1. & deciſ. 358. num. 10. par. 5. recent.* Et dicta vltima verba exceptiua declarant, de quibus oneribus regula loquatur. *Alex.* in terminis ſuppot-

portationis expenſarum conſ.35.num.2.lib.6.Rimin.Iun.conſ.564.num.46.Natt.conſ.59. num.30.in fin.cum ſeqq.Surd.conſ.430.num.7.Honded.conſ.13. num.6.lib.2.Gregor.deciſ.257.nu.6. Idque magis, quia cum verba intelligantur retento eodem themate, Cranett.conſ.208.num.5.& 6. Rot. dec. 359. num.3.in fin.par.4.rec. & coram Buratt.deciſ. 215. num.3. vtique debent intelligi de oneribus ſupportari ſolitis per Comites ſic inueſtitos, nempè pro hæredibus, & ſucceſſoribus quibuſcunque, cum præſtatione crateris argentei,& ſic de realibus. Et vbi etiam de perſonalibus, illa cenſentur iniuncta feminis per ſubſtitutũ. Menoch.conſ.65.num.32.& ſequen. & num.36. & conſ.999.num.24. iuncto num.12.Bologn.conſ.4. numer.132.& 133.Peregr.dicto conſ.5.n.36.& conſ.6. num.12.lib.1.Bell.dicto conſ.1. num.39.54.& 124. Rota in dicta Brixien. feudi coram Card. Pamphilio. Nec cenſetur electa perſonæ induſtria, etiamſi præſtetur iuramentum, Ruin.conſ.18.numer.17. lib.1.Menoch.dicto conſ.65. num.39.& ſeq. & conſ. 999. num.24.& 25.Cephal.conſ.1.num.27. Buratt. conſ.85.num.26.Bologn.dicto conſ.4. numer.132.& ſeq.& conſ.5.num.26.Peregr. dicto conſ.5. num.36. & conſ.6.nu.12.lib.1.Mantic.de tacit.lib.23.tit.16. num.7.& ſeq.Bell.dicto conſ.1. num.116.& conſ.3. num.51. Quodque non fuerint iniuncta ſeruitia præſtanda per ipſoſmet Inueſtitos, confirmant verba conceſsionis, dum dicunt primò, quæ vobis committenda duxerimus, exequi curabitis, & ſic etiam per alium; ſecundò, cum omnimoda poteſtate temporali, quæ inibi per Romanos Pontifices exerceri hactenus conſueuit, & ſic deputandi alios, vt faciebant Pontifices; Tertiò, in Arcibus Caſtellanos, pro illis cuſtodiendis, ponendi, & ſic regendi,& defendendi Comitatum per ſubſtituros. Et prædicta magis procedunt in feudis, à Summo Pontifice conceſsis; Nam, vt egregrie conſiderat Garzon.in tract. de fæmin. ad feud.recip.verſ.decimonono reſtringitur, Eccleſia, pro qua D. N. IESVS Chriſtus excubat, non indiget armis, & arma Eccleſiæ ſunt orationes, & lachrymæ, ad quæ aptiores ſunt fœminæ.

Ex quibus viſum fuit, coniecturas ponderatas non releuare, aut certè non eſſe tales, quæ valeant operari, vt clara verba formulæ Inueſtituræ Leonis recipiant interpretationem contra propriam verborum ſignificationem.

58 Præterea in hoc feudo non ſolum concurrit clauſula, quibuſcunque, & clauſula, in perpetuum, de quibus ſupra dictum fuit, ſed plures aliæ improprietates; & prima, quia Leo feudum conceſsit, vt ſatisfaceret pluribus,& eximijs Alberti meritis, etiam in publicam vtilitatem totius Chriſtianæ Reipublicę, & inter alia recenſuit, quod Albertus omnium bonorum ſuorum priuationem pro ſeruitio Eccleſiæ, tunc maximè periclitantis, paſſus fuerat, & verbum, ſatisfacere importat idem ac ſoluere; argum.tex.in l. Aquilius Regulus ff. de donat.l.item liberatur §.1.ff.quib.mod.pign.vel hypoth. ſolu. & ideo feudum eſt improprium Iaſ. conſ. 57.num.3.alias 6. in fin.verſ.tertio principaliter, & num.7. lib.1. Pariſ. conſ.4. num.7.& 10. volum.1.

Neque dubitari poteſt de meritis Alberti, quia circa merita, in ſpecie narrata, ſtatur aſſertioni concedentis, Iaſ. conſ.227. col.8. verſ. nono pro iſta, lib.2.Tob.Nonius conſ.1.num.37. Peregr.conſ.4.num.29.& ſequen. lib.1. Cumque de tempore conceſsionis Albertus non haberet filios maſculos, ſed Catharinam fęminam, vt in deciſione Sarſinaten.Comitatus 28.Ianuarij 1583. verſ.nam quarto, & verſ.quamuis, coram Clemente Octauo, nulla ratione ſuaderi poteſt, fuiſſe de mente Leonis concedentis, dictam Catharinam, ſibi ſanguine iunctam, excludere à feudo, quod in remunerationem omnium bonorum, pro ſeruitio Eccleſiæ deperditorum, Patri concedebat; Et iſta ſaltem operari debent, vt verba intelligenda ſint iuxta propriam ſignificationem, & non reſtringenda, Pariſ. conſ.8.num.1.lib.1. Surd. conſ.140. num.34. & ſequen.

50 Secunda, quia fuit conceſſum ſub annuo canone vnius crateris argentei, ex quo eſt improprium. Socc.ſen.conſ.257.num.2.verſ.aliquando, lib.2.Iaſon.conſ.155. in quinto argumento, lib.2. Corn.conſ.16.num.9.verſ.quando enim, cum ſequen. lib.1.Menoch.conſ.65.nu.41.& ſeqq. Surd.conſ.384. num.17.& conſ.407.nu.19.Peregr.conſ.5.num.4.& & conſ.6.num.7.& conſ.9.num.18.& 25.lib.1.Ludon.Bell.conſ.1.num.115.& 116. conſ.3. num.150. & 151.conſ.5.num.5.& conſ.16. num.73. Mantic. de tacit.lib.23.tit.15.num.35.verſ.ſecundo, Scrader. de feud.p.7.c.4. nu.56.& 57.Intrigl.de feud.cent.2. art.2.n.198.205.& 206.

60 Tertia, quia non fuit iniunctum, neque pactatum iuramentum fidelitatis, Decian.conſ.58. num.45.lib.2.

61 Quarta, quia data fuit expreſsè facultas deputandi Caſtellanos in Arcibus, & fortalitijs, & Officiales in Ciuitate ad Ius reddendum,& ſic exercendi iuriſdictionalia per ſubſtitutum, ex quo conſtat non fuiſſe electam perſonæ induſtriam,& propterea feudum eſſe impropriũ Peregr.conſ.5.n.7.lib.1.

62 Nec releuat reſponſio primæ deciſionis, quod feudum, in aliquibus alteratum, retineat in cæteris rectam, & propriam feudi naturam; Quia hoc procedit tantum quoad ea, quæ inſunt feudo, vt fidelitas, caducitas,& ſolutio canonis, vt per Soccin. ſen. conſ.257.nu.4. verſ.aut quærimus, lib.2.Bero.conſ.65.num.78.verſ. ſed quando Rota in Romana legitimæ apud Merlinum deciſ67. num.18. Vel ſaltem in feudo ex pluribus improprio, verba intellectum recipiunt à Iure communi, & rigor conſuetudinis feudalis. tanquam à Iure communi exorbitans, non poteſt operari verborum reſtrictionem, Socc.ſen.dicto conſ.257. num.3. verſ aliquando, & ſecundo, & num.4.verſ. & eſt diſtinguendum, lib.2. Natta conſ.159.n.9.volum.1.Gozzad.conſ.8. nu.27. Corn.conſ.16.nu.19.verſ.ſed potius lib.1. Rota in d. Brixien.feudi 1.Iulij 1592.

63 Demum obſeruantia ſubſecuta omnes Inueſtituræ dubietates tollit Siluan.conſ.65.nu.17. Rot.deciſ.93.num.58.& ſeq.par.5.recent. & in terminis huius feudi, coram Buratto dicta deciſ.206. num.22.& ſeq. Feudumque Sarſinæ merè, ac ſimpliciter hæreditarium declarauit obſeruã-

tia,

DECISIO DCCXLIX.

EX partitis ſolutionum, quarum repetitio-
nem fuerat dictum ſub 27. Iunij 1644.
coram me competere D. Abbati Paulo aduer-
ſus Collegium Panormitanum Societatis Ie-
ſu hæredem Ribbæ occaſione Penſionis reſer-
uatæ ipſi Abbati ſuper Eccleſia Parochiali
Thermarum Archipresbyteratus nuncupata,
eo quia idem Ribba etiam deſuper habens re-
ſeruatam Penſionem illius plures terminos
iniquè exegiſſet, dum reſeruatio nulliter ema-
nauerat, vt in deciſione ſub die 28. Febr. 1633
coram Eminentiſſimo D. Cardinali Veroſpio,
ac proptęrea teneretur conditione indebiti ad
ſummæ receptæ reſtitutionem, vt in deciſio-
nibus coram me emanatis ſub 24. Martij 1642
& in d. deciſ. 27. Iunij 1644. Domini cenſue-
runt aliquas Partitas eſſe delendas, & alias re-
formandas.

Quod enim attinet ad Primam Partitam
vnciarum 20. ſub prima Iunij 1623. antea cō-
probatam in prima cauſæ deciſione ſub d. die
24. Martij Informantes pro Abbate Paulo da-
bant manus deleri, agnoſcendo illius deficien-
tiam penes acta.

Prout idem ſuadebatur tùm de ſecunda
partita vnciarum 40. ſolutarum Ribbæ per
Honuphrium Modernum Titularem ſub die
7. Auguſti 1631. relata in eiſdem deciſionibus
ſiue iure Abbatis Pauli deſumpto ex perſona
Lamberti ſui debitoris tanquam Creditoris
Ribbæ cum pecuniæ ita ſolutę ab Honuphrio
nullatenus ſpectarent ad ipſum Lambertum,
ſed debuiſſent reſtitui eidem Honuphrio, qui
ſoluerat indebitè, niſi tamen ſoluiſſet ſciens
& volens, vt in d. ſecunda deciſione coram
me ſub prima Decembris 1642. §. ex quibus
Siuè etiam ex perſona ipſius Honuphrij, quo-
niam Abbas illum quietauit à die 7. Octo-
bris 1640. pro complemento omnium termi-
1 norum antea decurſorum, quod verbum pro
complemento clarè probat omnimodam ſo-
lutionem Crediti antecedentis *Ant. de Amat.
reſol. 97. nu. 1. & ſeq. cum adductis in Valentina Pe-
cuniaria 20. Nouembris 1598. coram bon: mem: Gyp-
ſio, & in Romana reſtitutionis dotis quinta Iunij 1624
coram bo: me: Pirouano, & in prima Cauſa deciſione
coram me §. nec dubitarunt Domini* Atque ad hunc
effectum liberationis admittitur etiam in ſe-
quenti *ſub prima Decembris* 1642. *in princ. & in
§. non obſtant Caſtren.* vel imò ſufficeret ipſum
Abbatem expreſſe profeſſum fuiſſe non alias
agere niſi pro repetitione terminorum Pen-
ſionis, quos Ribba exegit à Lamberto, ſeù à
Regna, non autem ab Honuphrio, vt animad-
uertitur in tertia poſtrema deciſione §. Quoad
Penſiones.

Tùm quoque de octauá partita ſimilis ſū-
mæ vnciarum 40. tar. 18. & gran. 13. ſub die
20. Septembris 1628. ſoluta per Petrum *la
Quareſima mediante Vaſſallo Procuratore.* Etenim
quidquid ſit de facto actuali huius ſummę de-
poſito per debitores Lamberti ante ſequutum
2 illius obitum ſub 23. Decembris 1627. ſuper
quo tamen non concludit vnica enunciatiua
temporis antecedentis emanata ab eodē Vaſ-
ſallo *Greg. XV. deciſ. 77. num. 7. & deciſ. 407. nu. 1.
vbi Add. num.* 6. Sat eſſet pecunias cum effectu
ſuperextitiſſe adhuc non exactas poſt obitum
ipſius Lamberti, ne intelligantur ad eum ſpe-
ctaſſe, ſicut de fructibus Beneficiorum inexa-
3 ctis dicitur, quos notum eſt ſpectare ad Cam.
Apoſtolicā vigore Conſtit. Sum. Pontificum
vel de iure communi ad ſucceſſorem in Be-
neficio *Calder. conſ. 2. num. 1. de pecul. Cleric. Surd.
conſ. 333. num. 7. & ſeq. tom. 3. & fuit dictum in Pa-
pien. fructuum 21. Februarij* 1622. *&* 26. *Aprilis*
1624. *coram bon: mem: Remboldo*, & in ſpecie pe-
4 cuniarum reuera extantium, quod illæ ſpe-
ctent ad Cameram, vel ad ſucceſſorem in be-
neficio dixit *Rota diuerſ. deciſ. 809. num. 3. par.* 1.

Quo verò ad ſeptimam partitam vnciarunt
166. tar. 17. & gran. 16. ſub prima Octob. 1617
Partes concordabant eſſe reducēdam pro ter-
tia parte, videlicet ad vncias 55. circiter, ex quo
Collatus eam ſolutam nomine Archipresby-
teris debitoris Penſionum receperat procura-
torio nomine tàm Ribbæ, quàm etiam Maſ-
ſotti, cum Ribba penſionem haberet ſuper
Archipresbyteratu ſc. 100. & Maſſottus ſcut.
200. cuius receptionis tenor fuit nouiter inte-
grè exhibitus in Summario ambarum partiū,
vtrobique num. 6.

Aliam Partitam vnc. 186, datam in Sum-
mario Abbatis, & Collegij num. 10. Domini
cenſuerunt eſſe delendam, quia ex lectura ap-
paret confundi cum alia Partita prædictarum
vnciarum 166. per ſex dies ante ſolutarum, di-
cit enim vncias 124. de quibus ibi diſponitur
eſſe de vncijs 186. exactis à Collato vti Procu-
ratore Maſſotti à Petro *la Quareſima* Magiſtro
Actorum, vt per Apocham diei primæ Octo-
bris, quæ Apocha eſt eadem dd. vnciarum 166
exactarum pariter per eundem Collatum di-
cto Procuratorio nomine ab eodem Quareſi-
ma Magiſtro Actorum, & ſic concordat tùm
dies exactionis, tùm perſonæ exigentis, & ſol-
uentis, neque curandum eſt quod in hac ſecun
da partita enuncietur, quod prima exactio
erat vnciarū 186. quia error huiuſmodi enun-
5 ciatiuæ ſatis conuincitur ex ipſa Apocha, ad
quàm ſecunda Partita ſe refert *Alex. conſ. 83. n. 1
verſ. modus autem lib. 1. Curt. Iun. conſ. 192. num. 20.
& ſeq. lib. 3. Buratt. deciſ. 282. num. 2.* maximè quia
non probatur aliqua antecedens ſolutio vncia-
6 rum 186. & inueriſimile eſt quod talis quan-
titas ſoluta fuerit abſque quietantia *Rot. deciſ.
485. num. 7. lib. 3. par. 3. diuerſ.* Eo magis dùm de
7 alijs ſolutionibus apparet *Gratian. diſcept.* 570.
nu. 31. Et additur dd. vncias prouenire à Rib-
ba.

Cæterum partitas innixas confeſſionibus de
recepto, quæ denuò afferebantur per Abba-
tem, & reiectæ fuerunt in ſecunda deciſione
ſub prima Decembris 1642. coram me, licet
in poſtrema non diſcuſſæ, Domini adhuc di-
8 xerunt eſſe reijciendas, quia in Iudicio, prout
agitur, repetitionis Indebiti opus eſt omnino
probationis realis, & effectiuæ ſolutionis ſum-
mæ condicendæ, nec ſufficit confeſſio de re-
cepto, vt per Iura, & rationes fuit latè com-

Digitized by Google

probatum in d. 2. deciſione in principio; Maximè deficientibus irrefragabilibus adminiculis, ſicuti in præſenti caſu deficere potiſſimum reijciendo deſumptum à poſſibilitate ibidem perpenditur in §. Non obſtat, quod prædicta.

Et ita vtraque parte informante concluſum &c.

TARRACONEN. PRIMITIARVM.

Lunæ 26. Iunij 1645.

ARGVMENTVM.

Declaratoria eſt relaxanda contra ſucceſſorem in beneficio ſi fuerit contumax in parendo executorialibus expeditis contra anteceſſorem.

SVMMARIVM.

1 *Declaratoria ob non paritionem eſt locus lapſis terminis poſt intimationem executorialium.*

2 *Sententia, & executoriales emanata contra principalem afficiunt ſucceſſorem in beneficio.*

3 *Proceſſus debet protrahi ad vlteriora non obſtantibus reſignationibus.*

DECISIO DCCL.

POST tres ſententias Rotales in hac Cauſa emanatas ad fauorem Abbatis, & Monaſterij B. Mariæ de Populeto contra Monſerratum Pol Rectorem Eccleſiæ Parochialis Villæ Vimbodini, fuit illarum vigore ad inſtantiam eiuſdem Abbatis, & Monaſterij deuentum ad expeditionem Executorialium in forma metu quarum licet Monſerratus reſignaſſet d. Eccleſiam in manibus Sanctiſſimi nihilominus dicti Abbas, & Monaſterium eas intimari fecerunt Petro Fores Prouiſo Apoſtolico; & ſucceſſori d. Monſerrati, quibus cum Petrus obtemperare recuſaſſet dedi Dubium; An contra ipſum relaxanda eſſet Declaratoria quo hodie propoſito Domini affirmatiuè reſponderunt.

Etenim iuſtificatur in facto Executoriales prædictas fuiſſe d. Petro perſonaliter intimatas ipſumque in parendo illis contumacem exti-
1 tiſſe, quæ contumacia probatur ne dum ex proteſtatione ab ipſo facta, verum etiam ex lapſu terminorũ ad doceñ ſe paruiſſe &c. Iuxta ea, quæ tradit *Veſtr. in prax. lib. 8. cap. vlt. nu. 19.* Intra quos terminos cum pro ipſius parte doctum non fuerit de paritione eſt locus Declaratoriæ *Felin. in c. ad probandum 24. nu. 6. de ſent. & re iud. Mohed. deciſ. 1. de ſent. excom. Acchill. de Graſſ. deciſ. 5. num. 2. eod. tit. Caſſad. deciſ. 6. num. 10. de cauſ. poſſeſſ. & propr. Rot. in rec. deciſ. 339. n. 1. par. 1 deciſ. 445. in princip. & num. 4. par. 2. deciſ. 654. n. 1. par. 3. & deciſ. 254. num. 3. & ſeq. par. 8.*

Non obſtat, quod tàm ſententiæ, quàm Executoriales prædictæ latæ, & reſpectiuè expeditæ fuerint inſcio, neque citato d. Petro Quia cum ipſe ſit ſucceſſor Monſerrati contra
2 quem ſententiæ, & executoriales ſer: ſer: emanarunt, vtique bene illum afficiunt *c. cum inter 18. de ſent. & re iud. Oldrad. conſ. 94. numer. 18. Crauett. conſ. 100. num. 8. Cæſ. de Graſſ. deciſ. 2. nu. 4. & ſeq. de Iud. Buratt. deciſ. 100. num. 12. Rot. deciſ. 1. num. 1. vt lit. pend. in antiq. & deciſ. 12. num. 3. in recent. par. 7.*

Quod facilius procedere viſum fuit attenta diſpoſitione Bullæ fel: rec: Greg. XIII. regi-
3 ſtra in Bull. tom. 2. fol. 470. in qua præcipitur quod per Reſignationes impediri non poſſit quominus proceſſus protrahantur ad vlteriora, mandando executioni contra Reſignatariũ decreta contra Reſignantem obtenta, de qua Conſtit. meminit *Rota in Mediolanen. Beneficij 17 Aprilis 1744. coram R. P. D. meo Bichio.* Quapropter cum Petrus ſucceſſerit Monſerrato, qui reſignauit huiuſmodi executorialibus iam expeditis executionem illarum effugere non valebit.

Et ita Abbate, & Monachis tantum Informantibus &c.

FERRARIEN. SVPPLEMENTI LEGITIMAE.

Mercurij 28. Iunij 1645.

ARGVMENTVM.

Sumitur ex Summario.

SVMMARIVM.

1 *Poſſeſſio anterior probatur ex confeſſione partis in monitorio, in quo aſſerit ſuum aduerſarium iniuſtè poſſidere, vel*

2 *Ex ſententia cum clauſula, Amotis.*

3 *Manutentio non poteſt denegari poſſeſſori anteriori, præſertim poſſidenti vigore ſententiæ in iudicatum tranſactæ.*

4 *Sententia conditionalis non eſt executioni demandanda non purificata conditione.*

5 *Poſſeſſor non habens ſe pro ſpoliato non eſt priuatus ſua poſſeſſione.*

DECISIO DCCLI.

MONIALIBVS Sanctę Monicæ dandum eſſe mandatum de manutenendo in Poſſeſſione Prœdij, de quo agitur fuit reſolutum, quia conſtat de anteriori earum poſſeſ-
1 ſeſſione tùm ex confeſſione Caroli Varani earum Aduerſarij emanata in Monitorio, ſeù libello per ipſum porrecto, in quo aſſeruit ipſas poſſidere licet indebitè, & iniuſtè, quæ quidem confeſſio poſſeſſionem manutenibilẽ reiecta qualitate Iniuſtitiæ probat, cum habeat cõtra ſe Iuris præſumptionem *Rot. dec. 302 num. 2. & ſeq. par. 1. diuerſ. Buratt. deciſ. 100. nu. 18. deciſ. 270. num. 2. deciſ. 326. num. 1. & deciſ. 370. n. 2. Greg. XV. deciſ. 200. num. 2. & ibi Add. & dec. 458,*
2 *num. 9. & ſeq. Reuerendiſſimus Vrgellen. deciſ. 21. n. 3.* Tùm etiam ex ſententijs latis ad fauorem ipſius Varani, in quibus ei conceditur Immiſſio amotis Monialibus, nam priuatio præſupponit habitum *Buratt. deciſ. 908. num. 3. Rot. dec. 130. n. 3 par. 7. recen. & fuit dictum in Rauennaten. Salniani*

Digitized by Google

Iiani 10. Iunij 1639. coram R.P.D. meo Bichio, &
ita ſtante huiuſmodi Moniali ũ anteriori poſ-
ſeſſione manntentio denegari non poteſt *Fe-*
lin. in c. licet cauſam num. 8. verſ. tertia cauſa &
num.9. de probat. Rot.deciſ.225.num.1. & dec.322.
3 *num.2.par.1.recen.* Eo magis quia poſſident vi-
gore ſententiæ ad ipſarum fauorem latæ ex
cauſa ſupplementi legitimæ vſque de anno
1606. in Iudicatum tranſactæ.

Non obſtat, mandatum de immittendo ob-
tentum ab eodem Varano ſuper hoc Prædio
Quia ſententiæ omnes, in quarum executio-
nem obtinuit d. mandatum habent conditio-
nem ſatisfactionis ſupplementi legitimæ debi-
ti Monialibus ex perſona ſororis Camillæ, vt
patet in prima ſententia ibi, (*ſi*, & quando per
ipſum &c.) fuerit ſolutum, & erogatum Mo-
nialibus S. Monicæ &c. ſupplementum vſque
ad ſextam legitimæ partem,) & in ſecũda ſen-
tentia, quàm aliæ duæ poſteriores confirma-
runt condemnatur ipſe Varanus ad ſoluen d.
ſupplementum Monialibus Iuxta liquidatio-
nem faciendam, & ſequuta ſatisſactione con-
ceditur ei Immiſſio ibi, *qua ſatisfactione ſe-*
quuta &c. antequam itaque liquidaretur ſup-
4 plementum legitimæ, & de eo ſatisfieret Mo-
nialibus tanquam non purificata conditione
in ſententijs adiectã non potuit ad earum exe-
cutionem, & actualem d. Varani Immiſſio-
nem deueniri *Pereg. de fideic.art.50.num.83. Ber-*
tazz. conſ. 117. num.3. & 4. inter conſ. ciuil. Surd.
conſ.156.num.22. & conſ.410. nu.54. & ſeq. cum
alijs, quos refert, & ſequitur *Rot. in Bonon. fi-*
deicommiſſi de Bologninis 15. Martij 1641. coram
bo.me. Merlino §. Imò, & 27. Nouembris eiuſdem
anni coram D.Carillo, & verſ. quinimò, in quibus
agebatur de executione trium conformium
latarũ vt in caſu præſenti in Iudicio adipiſcen-
dæ ex beneficio *l.fin.C. de E.D.A.T.* & tamen
executio fuit declarata non legitima eo quod
non præceſſerat liquidatio, & purificatio con-
ditionis, quàm ſententiæ continebant. Ex
quibus ſequitur, quod per talem Immiſſio-
nem Iniuſtam, & ſpoliatiuam non fuerunt
5 Moniales, quæ ſe pro ſpoliatis nunquam ha-
buerunt priuatæ anteriori earum poſſeſſione
Ang. in l.clam poſſidere §. qui ad nundinas num. 1.
& 4.ff. de acquir.poſſ. Put.deciſ.409.n.3. & 4.lib.2.
Rot.deciſ.630.num.1. in fin.par.2.recen. Seraph. de-
ciſ.1041.num.3.

Et ita concluſum Monialibus tantùm In-
formantibus.

ROMANA FIDEICOMMISSI DE MARIANIS.

Mercurij 28. Iunij 1645.

ARGVMENTVM.

Poſſeſſio ſiuè capta pendente cauſa appellationis ſiue capta poſt præſentatam inhibitionem Rotalem redditur attentata.

SVMMARIVM.

1 *Attentata ſunt geſta appellatione pendente, vel poſt præſentationem Inhibitionis.*
2 *Inhibitio Rotalis iuſta, ſeu iniuſta timeri debet.*
3 *Concordia non extinquit pendentiam litis reſpectu tertij admiſſi ad cauſam.*
4 *Attentata ſunt geſta poſt adhæſionem appellationi, quamuis appellans appellationi renunciet.*
5 *Adhæſionem appellationi demonſtrant citatio, & litis ſuſtentatio.*
6 *Adhæſio vim habet appellationis, & operatur attentata.*
7 *Commiſſio efficitur communis per citationem.*
8 *Commiſſione communi pars non poteſt non uti.*
9 *Comparitio coram Iudice ut reuocet grauamen non inducit declinationẽ Iuriſdictionis Iudicis ad quem.*

DECISIO DCCLII.

EX duplici capite Domini reſoluerunt poſ-
ſeſſionem Corneliæ eſſe attentatam. Pri-
mò quia fuit capta pendente cauſa appellatio-
1 nis in Rota à ſententia A.C. contra *text.in cap.*
ad audientiam cap.dilecti cap.non ſolum & ibi gloſ.in
fin de appell.in 6. Caſ.de Graſs.deciſ.6.nu.5.de cauſ.
poſs. & propr. Rota deciſ.20. de appell. in nou. inter
recent.deciſ.328.num.3.par.1. & in Vrgellen Benefi-
cij 17. Nouembris 1593. coram bo. me. Orano. Se-
cundò quia præceſſit d. poſſeſſionem Inhibi-
tio Rotalis, quæ ſiuè iuſta, ſiuè iniuſta time-
2 ri debet, & reddit attentatum quiquid poſt il-
lius præsẽtationem geſtum eſt *Lancell.de attent.*
poſt Inhib.cap.2.ampliat.1.num.1. & ſeqq. Caputaq.
deciſ.93.par.2. Rota in rec.deciſ.74. num.3. dec.74.
num.3. deciſ.64.num.1. & 2.par.1. & in Ianuen. Pe-
cuniaria, ſeu Attentatorum 22. Aprilis 1641. coram
me.

Non obſtat quod d.Cornelia antequam ca-
peret poſſeſſionem prædictam tranſegerit cum
Hoſpitali, & fratribus S. Io. Colabitæ, ad
quorum fauorem A. C. pronunciauit, ac ab
eis reportauerit Ceſſionem Iurium cum re-
nunciatione d.pendentię litis, quia poſtquam
Cecilia Morelia tertia collitigans, ac in poſ-
ſeſſione bonorum, de quibus agitur exiſtens
adhæſit appellationi interiectæ per d. Corne-
liam à d. ſententia A. C. prædictorum con-
3 cordia non extinxit pendentiam litis reſpectu
ipſius Ceciliæ modo petentis reuocationem
Attentatorum *Salic.in auth.hodie ſub num.4.C.de*
appell. Felin.in cap.cum ſuper nu.6.de re iudic. Scacc.
de appell.qu.12.num.74. & 78. Lancell.de attent.p.2.
4 *cap.12.ampl.13.num.10. & ſeqq.* Vbi quod geſta
poſt adhęſionem appellationis ſunt attentata,
quamuis appellationi renunciet.

Nec releuat quod Cecilia non appellauerit
à prædicta ſententia A. C. quia non ideò im-
peditur inſtare pro renocatione attentatorum,
dum pluties citata in Rota ad inſtantiam Cor-
neliæ appellantis comparuit, ac ſuſtinuit di-
5 ſputationes diuerſorum dubiorum, vt *in de-*
ciſionibus corã me emanatis ſub diebus 19. Ian. & 16
Martij 1643. Ex quibus actibus æque manife-
ſta apparet voluntas vtriuſque Ceciliæ, nem-
pe adhęrendi appellationi interpoſitæ per Cor-
neliam,

6 neliam, quæ adhæſio vim habet appellationis & operatur attentata *Lancell. de attent. part. 2. cap. 12. ampl. 12. nu. 1.* Et Corneliæ faciendi cum
7 ea communem ſuam commiſſionem *ex alleg. per Add. ad ſa. me. Greg. XV. deciſ. 552. ſub n. 7. Add. ad Buratt. deciſ. 138. littera B. & in Ariminen. fideicommiſſi 17. Aprilis 1642. coram me.* Quæ propterea non poteſt amplius d. Commiſſione
8 non vti, prout ei licebat, antequam eſſet effecta communis *Acchill. deciſ. 18. num. 1. & 2. de reſcript. Rota deciſ. 17. de dol. & contum. in nou. & in Bonon. Iuriſpatronatus de Varignana 3. Ian. 1586. coram bo. me. Gypſio Impreſſ. apud Marcheſ. tom. 2. fol. 293. num. 3.*

Demum nè à Rota audiretur Cecilia ſuper iſtis attentatis inſufficiens viſa fuit inſtantia per d. Ceciliam nouiſſimè facta coram A. C. pro obtinenda reuocatione decreti, quod ab eodem priùs obtinuerat Cornelia Aduerſaria,
9 cum comparitio coram alio Iudice, vt reuocet grauamen ad inſtantiam alterius partis illatum non inducat declinationem Iuriſdictionis Iudicis, ad quem *Abb. in cap. gratum verſ. hoc ſimita de offic. deleg. Gabr. de appell. concluſ. 2. num. 14 Rota in Rom. retrouenditionis Domus 9. Maij. 1648. coram R. P. D. Carillo.*

Et ità vtraque &c.

CVSENTINA PAROCHIALIS.

Lunæ 3. Iulij 1645.

ARGVMENTVM.

Pro ordinarij Iudicio in electionibus præſumendum eſt in tantum quod illud irrationabile allegans concludentiſſimè iuſtificare teneatur.

SVMMARIVM.

1 *In concurſu ad Parochiales non admittitur appellatio à Iudicio Epiſcopi, niſi quando doloſè, & irrationabiliter iudicat, quæ irrationabilitas, & dolus clarè, & concludentèr iuſtificari debent.*
2 *Pro ordinarij iudicio præſumitur.*
3 *Ordinarius poteſt eligere quem maluerit ex approbatis ab examinatoribus.*
4 *Idoneitas non pendet à ſola litteratura, ſed à maiori prudentia, morum integritate, & alijs.*
5 *Qualitates originis, ſeruitij præſtiti in Eccleſia, ſupplicationis populi, & non habentis beneficium non faciunt aliquem magis idoneum ad Parochiam.*
6 *Collatio Parochialis tenet ſi præferatur extraneus originario, ſecus in beneficio ſimplici, & aſſignatur ratio.*

DECISIO DCCLIII.

VACANTE Parochiali Eccleſia S. Io: Euangeliſtæ Loci Mangoni Cuſentiñ Diœc. fuit indictus concurſus, in quo Iulius Florus, & Petrus Io: Mainardus fuerunt ab Examinatoribus Synodalibus æque idonei declarati, Ordinarius verò, ſeu eius Vicarius elegit Mainardum; Interiecta appellatione per Iulium à prætenſo irrationabili Iudicio Ordinarij emanauit ſententia ab Eminentiſs. Vrbis Vicario ad ipſius fauorem; Sed poſtmodum Cauſa ad Rotam delata, & propoſito à me dubio, An d. Parochialis ſit adiudicanda d. Iulio, fuit negatiuè reſponſum.

1 Nam ex deductis pro eo non probatur Ordinarium doloſè, & irrationabilitèr præelegiſſe Mainardum, quæ irrationabilitas, & dolus clarè, & concludentèr iuſtificari debent *Rota deciſ. 537. nu. 14. in fin. par. 1. recent. Greg. XV. deciſ. 11. num. 1.* Et donec probentur præſumitur Ordinarium eum elegiſſe, qui magis habilis futurus ſit ad Eccleſiam gubernandam *cap. in præſentia 6. de renunciat. Mareſc. var. reſ. lib. 1. c. 52. num. 24. Adden. ad ſa. me. Greg. XV. deciſ. 538. ſub num. 6. Rota in recent. deciſ. 537. ſub num. 14. verſ. & ideò par. 1.* Nam cum in electione ad Parochiales ex diſpoſitione S. Conc. Trid. *ſeſſ. 24. de reform. cap. 18.* Vltra doctrinam ſunt etiam conſiderandi mores, prudentia, & alia ſimilia, re-
2 mittitur Ordinario de illis iudicandi, vt determinat d. S. Conc. loco proximè citato ibi, *Et ex his Epiſcopus eum eligat, quem cæteris magis idoneum iudicauerit, atque illi, & non alteri collatio fiat,* & notat *Barboſ. in collect. ad idem cap. 18. num. 131. 132. & in tract. de off. Paroch. par. 1. cap. 2 num. 90. & ſeqq. Gonz. ſuper reg. 8. gloſſ. 4. ſub n. 110. & plurib. ſeqq. Rota in Beneuentana Parochialis 13. Maij 1590. coram bonæ me. Orano, & in Rauennaten Parochialis 2. Decembris 1592. coram bon. mem. Card. Arigonio relat. per Garz. de benef. par. 9. cap. 2. ſub numer. 250. verſ. vnde Archiepiſcopus.* Et ex
3 hac ratione Epiſcopum ex approbatis ab Examinatoribus poſſe eligere quem maluerit etiã ſi iſte non ſit doctior aliis tenẽt *Gonzal. ad reg. 8 Cancell. gloſſ. 4. num. 112, Garz. de benef. par. 9. cap. 2. num. 109. & 111.*

Non obſtat quod in examine habito in Curia de Ordine Eminentiſſimi Vicarij Iulius repertus fuerit idoneus; Nam ex illo probatur quidem litteratura ipſius Iulij, ſed non
4 maior ſufficentia, & Idoneitas, quæ non pendet à ſola litteratura, ſed à maiori prudentia, & morum integritate, cæteriſque ad gubernandam Eccleſiam opportunis bene notis Epiſcopo, vt in ipſiſmet terminis caſus noſtri fuit alias deciſum *coram ſa: me: Greg. X V. d. deciſ. 11. per tot.* vbi *Add. ſub littera D. Buratt. deciſ. 22. n. 28 & ſeqq.*

5 Nec obſtant qualitates adductæ pro Iulio, nempe quod ſit originarius loci, quod in hac eadem Eccleſia diù inſeruierit, quod pro eo Populus ſupplicauerit, quodque aliud beneficium non habeat, ſicuti habet Mainardus. Quia præterquam quod ad hæc probanda dantur ſolum fides extraiudiciales, quæ non faciunt plenam probationem requiſitam ad cõuincendum irrationabile Iudicium Ordinarij ex ſupra allegat. Illę non reddunt electionem Ordinarij irrationabilem, quia non faciunt aliquem magis idoneum ad gubernium Parochialis *Garz. de benef. par. 7. cap. 9. num. 7. in fin.*
6 Vbi quod ſi extraneus præferatur Originario collatio tenet, *& num. 15.* ait contraria procedere in beneficio ſimplici non in Parochiali *Rota in d. Rauennaten. Parochialis coram Arigonio relat.*

relat.

Digitized by Google

relat. per Carz. d. par. 9. cap. 2. ſub nu. 250. infra med. Vbi dicit quod in alio poſſunt concurrere maiores qualitates circa mores, & alia, quæ reddunt illum habiliorem ad gubernandam Parochialem, *& coram ſa. me. Greg. XV. dicta deciſ. 31. ſub nu. 3. & 5. Lotter. de re benef. lib. 2. qu. 31 num. 137. & ſeqq.*

Et ita vtraque parte &c.

VERCELLEN PENSIONIS.

Lunæ 3. Iulij 1645.

ARGVMENTVM.

Abſolutio poſt expeditam declaratoriam non conceditur niſi concurrat in omnibus effectuata paritio. Depoſitum vt deponenti debitori releuet quæ requirat.

SVMMARIVM.

1 *Abſolutio à cenſuris non datur niſi docto de paritione.*
2 *Depoſitum factum ex decreto Iudicis incompetentis non parit liberationem.*
3 *Ad depoſitum non poteſt deueniri quando creditor offert ſe paratum recipere.*
4 *Depoſitum debet eſſe liberum.*
5 *Depoſitum non integrum eſt irreleuans.*
6 *Titularis tenetur ad penſiones donec eſt poſſeſſor beneficij.*

DECISIO DCCLIV.

POSTQVAM conceſſum fuit mandatum de manutenendo ad fauorem Sigiſmundi Salomonij in poſſeſſione exigendi annuam penſionem ducat. 100. reſeruatam ſuper fructibus Archidiaconatus Eccleſiæ Vercelleñ, & expedita declaratoria ob non ſolutionem d. penſionis contra Cæſarem Modernum Archidiaconum; Dedi dubium, An conſtaret de ſufficienti paritione, quod hodie negatiuè
1 fuit reſolutum, quia non docetur de ſolutione eiuſdem penſionis, prout eſt neceſsè ad effectum obtinendi abſolutionem *Rota recent. deciſ. 247. num. 1. par. 4.*

Non obſtat depoſitum aliquorum terminorum d. penſionis factum de ordine Epiſcopi Vercelleñ in manibus Depoſitarij Capituli d. Eccleſiæ, qui promiſit pecuniam penes ſe depoſitatam non relaxare abſq; mandato Rotæ; nam ex pluribus pro ſufficienti paritione ſuffragari non poteſt.

Primo quia cognitio huiuſmodi ſpectabat ad Rotam, & propterea Epiſcopus prædictus ſine Iuriſdictione mandauit fieri d. depoſi-
2 tum, ac ideò tanquam factum ex decreto Iudicis incompetentis non parit liberationem *Cancer. var. reſ. par. 3. cap. 3. num. 23. Giurb. deciſ. 38. num. 6.*

Maximè cum Procurator Salomonij ſe obtulerit paratum recipere pecuniam obla-
3 tam, & proteſtatus fuerit expreſsè nolle conſentire Depoſito, quapropter non poterat ad illud deueniri, cum in eo requiratur contumacia Creditoris recuſantis recipere *ad trad. per Corn. conſ. 262. num. 13. ad fin. verſ. & d. l. acceptam Rolan. conſ. 63. ſub num. 29. lib. 1. Gabr. conſ. 57 num. 6. lib. 1. Tiraq. de retract. lignag. §. 9. gloſ. 1. nu. 3 Neguſ. de Pign. 3. memb. 5. part. n. 9. Rot. diu. dec. 975. par. 3. inter impreſſ. penes Modern. Peruſ. de manuten. deciſ. 296. num. 3. & in Romana Cenſus 2. Aprilis 1607. coram bo. me. Manzanedo.*

4 Secundò quia non fuit liberum. Nam depoſitarius non ſe obligauit ſoluere pecunias Salomonio liberè; ſed ſolum de mandato Rotæ, & tamen depoſitum fieri debet ita, & talitèr vt Creditor poſſit ad libitum ſine controuerſia, & noua lite illud exigere *Caſtr. in l. acceptam ſub num. 12. verſ. ſi vero facta C. de vſur. Alex. conſ. 78. num. 25. verſ. quinto quia lib. 5. Ruin. conſ. 119. num. 15. lib. 5. Buratt. deciſ. 429. nu. 1. Rot. deciſ. 296. num. 1. & 2. & deciſ. 297. num. 8. apud Cenc. poſt tract. de cenſ. cum alijs ibi relatis.*

5 Tertiò quia non fuit integrum, quoniam in mandato de manutenendo præcipitur Cæſari, vt ſatisfaciat de terminis decurſis de tempore in tẽpus iuxta formam Bullæ reſeruationis, & nihilominus in d. depoſito deficiũt duo termini, qui iam erant decurſi, ex quo redditur defectuoſum, & irreleuans *ad text. in l. Tutor 41. §. Lucius ff. de vſur. l. obſignatione 9. C. de ſolut. Alex. conſ. 75. num. 9. lib. 7. Crauett. conſ. 106. num. 1. Curt. Iun. conſ. 28. num. 1. Rota deciſ. 158. n. 3. verſ. & quando depoſitio par. 3. deciſ. 80. n. 3. dec. 652 num. 4. par. 4. & deciſ. 518. num. 10. par. 5. in reſid. recent.*

Non obſtat quod Salomonius obtinuerit regreſſum ad beneficium renunciatum, & Cæſar acquieuerit, renunciando appellationi interpoſitæ à ſententia concedente regreſſum, & proinde non teneatur niſi ad terminos decurſos vſque ad diem renunciationis prædictæ. Quia Salomonius multò prius renunciauit d. regreſſui, & ſententiæ ſuper eo latæ, & ideò Cæſar tenetur ad omnes termi-
6 nos Penſionis donec vel per renunciationem, vel per liberam dimiſſionem deſierit eſſe poſſeſſor d. beneficij, vt fuit firmatum *in deciſione huius Cauſæ ſub die 1. Iulij 1644. verſ. neque aduerſatur.*

Minus afficit quod Salomonius non potuerit renunciare d. regreſſui, cum fuerit ordinatus ad titulum d. Beneficij reſignati. Quia hoc reſpicit negotium principale, nec debet diſcuti in hoc ſummariſſimo poſſeſſorio.

Et ita vtraque &c.

BONONIEN ALIMENTORVM.

Lunæ 3. Iulij 1645.

ARGVMENTVM.

Patet ex Summario.

SVMMARIVM.

1 *Arbitrium pro alimentis, & ſumptibus litis intrat concurrẽte paupertate, & præſumptione boni iuris.*

2 Pau-

2 *Pauper dicitur, qui eum debito decore, & iuxta ſuum ſtatum ſe ſuſtentare non valet.*

3 *Præſumptio boni iuris deſumitur ex ſententia quamuis ab ea ſit appellatum.*

DECISIO DCCLV.

RESPONDERVNT Domini intrare arbitrium pro alimentis, & ſumptibus litis in ſumma ſcu. 25. pro quolibet menſe præſtañ Comitiſſæ Lucretiæ per Com. Vgonem, aliosq; hæredes Galeazij de Pepulis olim viri d. Comitiſſæ. Ex quo in ea concurrunt paupertas, & præſumptio boni iuris, quæ ſunt
1 requiſita neceſſaria ad obtinendam ſubminiſtrationem alimentorum, & ſumptuum litis, *Surd. de alim. tit. 1. q. 120. num. 1. & ſeq. Buratt. deciſ. 261. num. 1. & dec. 707. num. 1. Rota coram Greg. XV. dec. 189. n. 1.*

Nam quoad paupertatem illa ſatis probata remanet ex plurium Teſtium depoſitionibus, qui concludunt d. Comitiſſam ob paupertatem nupſiſſe abſque dote, & annuos redditus omnium bonorum ipſius vix aſcendere ad ſummam ducat. 28. quæ ſummæ paruitas attenta qualitate perſonarum, quæ in ſimilibus potiſſimũ inſpicitur *DD. in l. ſi conſtante ff. ſol. matr. Maſt ard. de probat. concluſ. 1154. n. 13. & 14.*
2 non ſufficit ad hoc vt ipſa debito cum decore, & iuxta ſtatum ſuum ſe ſuſtentare valeat ad *text. in l. nepos Proculo 125. ff. de uerb. ſignific. Bald. in l. ſi quis ad declinandam 43. col. 2. n. 5. circa tertium, C. de Epiſc. & Cler. Alex. conſ. 37. numer. 1. uol. 7. Bertazz. conſ. crimin. 227. num. 21. Natt. conſil. 590. num. 14. uol. 3.* Quæ paupertas clarius detegitur dum Teſtes addũt, quod quinquennalis redditus prædictorum bonorum non erit ſufficiens ad perſoluenda onera realia in præteritum decurſa, & non ſoluta, quibus eadem bona ſunt obnoxia.

Præſumptio verò boni iuris deſumitur ex
3 ſententia ab Auditore Bononiæ ad illius fauorem lata pro obtinenda quarta in hæreditate d. Galeazij eius viri vigore *Auth. præterea C. unde Vir. & Uxor.* non obſtañ, quod pro parte Com. Vgonis, & aliorum ab ea ſit appellatum, *text. in l. ſi inſtituta 27. §. de inoffic. teſtamen. cum ibi not. ff. de inoffic. teſtam. Alciat. de præſumpt. reg. 3. præſumpt. 9. num. 8. Surd. d. q. 120. num. 11. Buratt. dec. 15. num 4. & 5. deciſ. 707. num. 3. & 906. num. 6. Adden. ad ſan. mem. Greg. XV. dec. 189. nu. 7. uerſ. præſumptio,* præbet enim aliquem fumum futuræ victoriæ, qui ſatis ſufficiens eſt ad effectum, de quo agitur, *ut dixit Rota coram Caual. dec. 554. n. 2.*

Et ita vna tantum parte informante fuit deciſum &c.

ROMANA HAEREDITATIS DE SCARSELLIS.

Veneris 17. Nouembris 1645.

ARGVMENTVM.

Diſpoſitio captatoria non inducitur ex mutua inſtitutione ceſſante conuentione, & iſta materia latè diſcutitur.

SVMMARIVM.

1 *Remedium l. fin. C. de edict. D. Adr. toll. competit ne dum hæredi ſcripto, ſed etiam hæredi hæredis ſcripti.*

2 *Teſtati cauſa facit ceſſare cauſam inteſtati.*

3 *Inſtitutiones duorum purè ſe inuicem inſtituentium ſuſtinentur ex præſumptione mutuæ affectionis, nec dicuntur captatoriæ niſi adſit conditio excludens affectionem;*

4 *Captatoria diſpoſitio reſpicit futurum beneficium, non præteritum.*

5 *Condendi Teſtamentum facultatem, vel mutandi conditum nemini permittitur ſibi auferre.*

6 *Teſtamento vnius reuocato non cenſetur reuocatum Teſtamentum alterius etiam ſi reciprocè, & eodem contextu hæredes ſe inuicem ſcripſerint, niſi per pactum expreſſum, vel tacitum Teſtamentum reciprocum fuerit confectum, & n. 8. & 9.*

7 *Correſpectiuitatis ratio non habet locum in ultima uoluntate.*

10 *Stipulatio elici poteſt ex uerbis illam inducentibus.*

11 *Dictio, &c. ſupplet ea, quæ ſunt de natura, & ſubſtantia actus cui adijcitur.*

12 *Nihil operatur quando eſt addita actui de ſui natura perfecto.*

13 *In Teſtamento non inducit ſtipulationem irreuocabilem, ſed conformem naturæ ultimæ uoluntatis.*

14 *Nec extenditur ad ea, quæ dependent à uoluntate Teſtatoris.*

15 *Procurator ſiue ſpeciali mandato non poteſt facere actum ex quo titulus hæreditatis innouetur, ſeu repudietur.*

DECISIO DCCLVI.

IMMISSIONEM petitam ab Vrſula nepte, & hærede teſtamentaria Marſiliæ ſuper bonis hæreditarijs Horatij Scarfelli fratris eiuſdẽ Marſiliæ, qui hæredem illam ſcripſerat, Domini cenſuerunt non poſſe denegari; Conſtat enim de Teſtamẽto tam ipſius Horatij, quam etiam Marſiliæ non cancellato, vel abolito, aut alias vitiato, bona verò, de quibus agitur, poſſeſſa fuiſſe per Horatium tempore mortis non controuertunt Lucretia, & Liuia ſorores reæ conuentæ, quæ imò deducunt ea ſe poſſidere titulo ſucceſſionis ab inteſtato tanquam neptes Horatij ex fratre, itaut propterea Vrſulæ omninò competat immiſſionis reme-
1 dium vigore *l. fin. C. de E. D. A. Toll.* Quod conceditur ne dum hæredi ſcripto, ſed etiam ſcripto hæredis hæredi, vt ibi notat *Bart. num. 12. verſ. & idem dico in hærede hæredis, Bald. num. 35. verſ. Idem in hærede hæredis, & conſ. 186. num. 7. lib. 1.*

lib.1. cum alijs per Tiraq.in tract. le mort ſaiſit p.2. declarat.5.num.17.& 18.Rot.rec.dec.115.n.1. verſ. cum non detur par.1. & dec.116.num.1. par.3. Re-
3 iecta prætenſione dd. Lucretiæ, & Liuiæ ſuccedeſi ab inteſtato, dum teſtati cauſa facit irrefragabiliter ceſſare cauſam inteſtati, *l.quamdiu ff.de acquir.hered.l.quamdiu ff.de reg.iur.l.antequam C.com.de ſucceſſ.Rot.rec.dec.94.n.3. par.5.*

Nec ad effectum retardandæ immiſſionis huiuſmodi viſum fuit releuare, quod ſub eadẽ die 8. Iunij 1630. coram iiſdem Notario, & Teſtibus, Horatius frater, & Marſilia ſoror ſe ſe ad inuicem hæredes inſtituiſſent; Vnde pro Lucretia, & Liuia excipiebatur diſpoſitionem intelligi captatoriam, ita de iure improbatam; nec ſaltem à Marſilia potuiſſe per hoc vltimum Teſtamentum continens inſtitutionem Vrſulæ ſub 9. Auguſti 1642. reuocari illud præcedens, in quo inſtituerat hæredem Horatium, vel omni caſu per reuocationem Teſtamenti Marſiliæ cenſendum eſſe reuocatum inſimul vti correſpectiuum Teſtamentum ipſius Horatij conditum ad Marſiliæ fauorem, etenim reſpectu qualitatis captatoriæ conſiderabatur vtramque inſtitutionem Horatij, &
3 Marſiliæ ex lectura conceptam detegi purè, nulla inſerta conditione apta ad ſuadendum, quod proceſſerit ex improba cupiditate alterutrius hæreditatis, non ex mutua affectione, cuius propterea vigens præſumptio ſine difficultate operatur mutuam inſtitutionem ſuſtineri, cum non alias ea tanquam captatoria damnetur niſi per adiectionem conditionis ratio excludatur præſumptæ mutuæ affectionis iuxta *text. in l.Captatorias, vbi Cuman. & alij, ff.de hered.inſtit.Doct.in l. licet vbi Bald.nu.2 verſ. Vlterius nota, Alciat.num.5.C.de pact.Couar.in cap. cum tibi nu.1. in fin.de teſtam.Gomeſ.ad l.Taur.22. ſub numer.18. Roder. Suarez in repetit.l.quoniam in prioribus in declarat.leg.Reg.limit.5.num.11.Valaſc. conſult.7.num.6.verſ. Cæterum praxis, Peregr.de fideicom. art.33.num.62. Spin.de teſtam.gloſ.5.n.70. ad med.Petr.Pech.de teſtamen. coniug.cap.17.num.1. tract.tom.8. par.2.Sim.de Pret. de Interpr. vlt. vol. lib.2. interpr.1. dub.1. ſolut.3. num.5. Gram. deciſ. Luſitan.245.num.2.Gail. pract. obſeru.lib.2. obſeru. 117.num.1. in princip.Caſtill.controu.quotid. par.2. cap.18.num.13.Gratian.diſcept.908.num.4.Fachin. opinionem contrariam Sarmienti ſelect.interpret.lib.2 cap.4.num.4. reprobans lib.12.contr. iur.cap.21. per tot.* Prout quoque fuit reprobata materiam dilucidando magiſtraliter, & aliis cumulatis in puncto Teſtamenti duorum fratrum conditi ſub eadem die per eumdem Notarium, præſentibus iiſdem Teſtibus *in Firmana hereditatis 27.January 1621. coram bon.mem. D. meo Archiepiſcopo Seleucien. per tot.* In quibus terminis puræ diſpoſitionis ideò intelligendæ prouenisse ab affectione mutua non loquitur, ſed conditionalis deciſio *Card.Seraph.359.in contrarium alleg.* Vt ex lectura, & animaduertitur in *d. Firmana hereditatis §. penult.*

Quæ ratio puritatis modi conceptæ inſtitutionis, ac præſumptæ mutuæ affectionis etiam operaretur vbi Marſilia ſubſequenter inſtituiſſet Horatium fratrem, ex quo fuiſſet iam
4 ante per eum inſtituta. Quoniam vt captatoria ſit diſpoſitio oportet futurum beneficium reſpici ſi autem præteritum non improbatur, *l.Illa autem inſtitutiones, ff.de hered. inſtit.Couar.in d.cap. cum tibi num.2.verſ. vnde illa, Menoch. conſ. 408.num.2.ad med.Peregr.de fid. d.art.33. num.60. & 61. Surd.deciſ.98.num.4. Vbi Hodiern. in addit. num.11. & fuit dictum in alleg. Firmana Hæreditatis 27.Ian.1621. coram Reuerendiſſimo D. meo Archiepiſcopo Seleucien.§. ſed & quinimò.*

Marſiliæ verò non fuiſſe interdi tam facultatem reuocañ antecedens Teſtamentum, & condendi aliud continens diuerſam hæredis inſtitutionem Dominis ſuadebatur; Attento, quod vltima voluntas de ſui natura eſt ambulatoria vſque ad mortem; Nec propterea inſtituens Marſilia in priori Teſtamento fratrem, à quo fuerat pariter ipſa hæres inſtituta, intelligitur amiſiſſe facultatem reuocandi,
5 cum nec imò cuiquam volenti permittatur liberam facultatem Teſtamentum condendi, vel mutandi conditum ſibi auferre, *Ang. Aret. in §. Ex eo autem inſtit.quib.mod.Teſtam. infirm.cum alijs per Ciriac.contr.160.num.5.* Et in ſpecie ſic habentis mutuam inſtitutionem, *Oldrad. conſ. 174.num.2.Bertran.conſ.329.n.1. vſque ad 4.lib.1. par.1. Guttier. conſ. 2. num.6. Valaſc. d. conſult. 7. num.7.Caſtill.controu.iur. par.2.d.cap.18.nu.16.18. 20.& ſeqq.Petr.Pech.de teſtam.coniug.cap.18.nu.1. Pelaez.de maiorit. par. 1. q.23. ſub num.5. & ſeqq. Tiraq. de iur. primog. q.68.nu.5.Gail.d.obſeru.117. eod.num.1. in fin.Gratian.d.diſcept.908.num.9.Sim. de Pret.d.interpr.1.dub.1. ſolut.3.nu.6.Cancer. var. reſ. tom.2.cap.7.num.139. Larrea dec.Granaten.60. vbi allegat Concordan.* ac rationes deducit, & reſpondet omnibus contrarijs à *num. 10. vſque ad 16.*

Non tamen inde admiſerunt inferri ad correſpectiuam reuocationem Teſtamenti, in
6 quo Horatius ipſam Marſiliam hæredem inſtituerat; nam communis eſt ſententia, quod ſi alter ex duobus, qui ſe reciprocè vno, & eodem contextu hæredes ſcripſerant, reuocet Teſtamentum, non ideo cenſeatur reuocatum Teſtamentum alterius, cum tot ſint Teſtamenta, quot perſonæ teſtantium. Et veriſimile reddatur eam inſtitutionem factam eſſe propter affectionem, non in præmium mutuę nuncupationis, nec probabiliter quiſquam allegare poſſit, non exiſtimaſſe euenturum fore, vt alter Teſtamentum reuocaret, cum huiuſmodi voluntates ambulatoriæ ſint, ac debeat vnuſquiſque id præuidere, vt ſic ratiocinando tradit *Alciat. in d.l. licet num.6.& 7. C. de pact.quem ſequitur Petr.Pech. de teſtamen. coniug. d.cap.19.num.3. vbi in uerſ. & quamuis reijcit opinionem Alexandri, qui in l. cum donationis, C. de tranſact.* Cenſuit primum Teſtamentum eſſe reuocatum, & quod habeat tacitam conditionem, rebus ſic ſtantibus, cum imò inſtitutio purè concepta magis intelligatur ab affectione mera procedere, vt benè ponderat *Corn. conſ.159.nu.1.verſ.Quibus tamen non obſtan. lib.4. Valaſc.d.conſult.7. ſub numer.7. uerſ. nec obſtat, & uerſ. 7. quæſitum eſt, ubi reprobat contrariam ſententiam Purpurat. in d.l. licet num.38. Prout reproba-*

tur

Digitized by Google

tur Ant. Fab. de error. decad.52.error.4. & in Cod.
lib.6. tit. de teſtam. defin.18. pariter ſentiens in con-
trarium per Larre. d.dec.Granaten.60. latè confu-
tando rationem correſpectiuitatis ab eo per-
penſam *n.17.& ſeqq. vſque in fin.Caſtill.d.cap.18.*
num.18.Gratian. d.diſcept.908. num.10. & 11. Et
hanc ſententiam perpendendo, quod corre-
ſpectiuitatis ratio non alias locum habet, niſi
materia ſubiecta id patiatur, ſicut non patitur
7 vltima voluntas iuxta ſui primordialem natu-
ram ambulatoria, cui teſtantes cenſendi ſunt
accommodaſſe propriam intentionem ample-
xa eſt *Rota in eadem Firmana hæreditatis 15. Mar-*
tij 1621. coram d. Reuerendiſſimo D. meo Archiepi-
ſcopo Seleucien. per tot. Vbi in §. Idque facilius
ſubditur correſpectiuitatis rationem eò magis
ceſſare inter fratres ob ſanguinis coniunctio-
nem, & inde reſultan̄ præſumptionem affe-
ctionis, ſicut prius conſiderauerat in deciſio-
nibus illius cauſæ ſub *7. Iunij 1619. §. Nec etiam*
obſtat, & ſub d. die 27. Ianuarij 1621. §. neque ab
hac receptiſſima coram eodem D. meo Seleucien.

8 Nec viſa fuit applicari limitatio huius com-
munis ſententiæ reſpectu caſus, quando ad ta-
les inſtitutiones deuentum fuerit per modum
pacti, vnde colligitur eas non proceſſiſſe ex
mutua affectione; ſed correſpectiuè ad Teſta-
mentum alterutrius; itaut vna reuocata eua-
neſcat altera ſiue tanquam ratione correſpe-
ctiuitatis, ſiue tanquam ceſſante cauſa, ob quã
emanauit, vt per *Alciat. in d.l. licet num.8. C. de*
pact. Gomeſ. ad d.l. Taur.22. num.18. poſt med. Petr.
Pech. de teſt. coniug. d. cap.19. ſub num.3. verſ. porrò,
cum alijs quos refert, & ſequitur *Caſtill. d.c.18.*
num. 23. & 24. Quoniam nulla in præſenti in-
terceſſit conuentio ipſorum teſtantium ex-
preſſa, de qua loquuntur Doctores hanc limi-
tationem afferentes, & explicant *Bart. in d.l. li-*
cet ſub nu.1. ibi: Secus ſi eſſent verba paciſcentium,
vt promitto tibi, & tu mihi, Alciat. num.9. ibi: Vt ſi
duo conuenerunt, quod alter alterum inſtitueret, C. de
pact. Roder. Suarez ſup. alleg. numer.11. ibi: vt pro-
mitto tibi, & tu mihi; Hiſce autem, vel ſimili-
bus verbis non fuiſſe quidquam conuentum,
manifeſtè detegitur ex lectura vtriuſque Te-
ſtamenti.

9 Prout neque meretur allegari pactio ſaltem
tacita, quam pariter exiſtimarunt pro limitan-
da eadem communi ſententia, *Ant. Fab. de er-*
ror. pragmat. decad. 52. error.15. circa fin. verſ. quo
caſu, & Cod. lib.6. tit.5. d. diffinit.18. Caſtill. d.c.18.
num.24. in fin. Palaer. de maior. par.2. q.21. nu.18.
verſ. limita tamen, ſicut fuit appoſita ex Horatij
Teſtamento ibi: *Inſtituit Marſiliam eius ſororem*
germanam præſentem &c. At ex Teſtamento
Marſiliæ ibi: *Inſtituit Horatium præſentem &c.*
Inferendo vigore cæterationis adiecto verbo,
præſentem, ſubintelligi etiam, acceptatem, & ſti-
pulantem; itaut vnuſquiſque Teſtantium
intellexerit alligari in conſequentiam alterius
æqualiter ſe alligantis. Etenim quidquid pro-
cederet reſpectu ſtipulationis, quam tamen
10 niſi concurren. verbis illam inducentibus
elici poſſe affirmarunt *Galiar. in l.1. num.8. ff.*
de verb. oblig. Gabr. de conſuet. concl.3. num.26. Ti-
raq. de leg. connub. gloſ.5. num.192. & poſt eos Card.
Mantic. de tac. & amb. conuent. lib.14. tit.10. n.44.
11 Animaduertebatur potiſſimum cœterationis
efficaciam eſſe reſtrictam, vt ſuppleat ea, quæ
ſunt de natura, & ſubſtantia ipſius actus, cui
adijcitur ex trad. *per Doct. in l. Gallus §. idem cre-*
dendum ff. de lib. & poſth. Bald. conſ.289. nu.1. lib.3.
Cephal. conſ.88. num.1. & ſeqq. Rota recent. dec.393.
num.12. par.1. Non autem alia *Surd. conſ. 350.*
num.22. Card. Mantic. de tacit. & amb. conuen. lib.2.
tit.10. num.23. Rota in impreſſ. penes Cenc. de cenſ.
deciſ.84. num.7. Vnde reſultat in præſenti, vel
cæterationem nil operari ex quo ſaddita fue-
12 rit actui ſecundum ſui naturam perfecto abſ-
que vlteriori acceptatione, ſeu ſtipulatione
ad *l. cum Pater §. cum imperfecta ff. de leg.2. Crauet.*
conſ.34. nu.7. & 8. Card. Mantic. de tacit. & amb. d.
13 *tit.10. num.28.* Vel etiamſi acceptatio, & ſti-
pulatio ſubintelligeretur, non tamen eam in-
ductam cenſeri pro hæredibus, aut alter, præ
ſe ferendo perpetuitatem, & irreuocabilitatẽ
ipſius diſpoſitionis, ſed intelligi conformem
naturæ vltimæ voluntatis, ſcilicet; quatenus
diſponens moriatur, & diſpoſitionem non re-
uocet, vt conſerunt adducta in propoſito ge-
ſtorum in actu vltimæ voluntatis eidem confie-
mandorum per *Caſtrenſ. con.785. num.1. lib. primo*
Signorol. conſ.171. num.11. & 12. Natt. conſ.73. n.1.
& ſeqq. & in Romana Domus & Vineæ 23. Octobr.
1581. coram bon. me. Card. Blanchetto. Atque
14 vrget reuocabilitatis accidens eſſe de omni-
no dependentibus à voluntate Teſtatoris, ad
quæ clauſula, & cętera, non conſueuit ex-
tendi *Felin. in c. cum P. Tabellio num.10. de fid. In-*
ſtrum. Card. Mant. d. tit.10. num.10. cum alijs in de-
ciſ.542. num.2. ante fin. p.3. rec.

Minus denique releuat obiecta coniectura
ſub prętextu quod Marſilia agnouerit Hora-
tij Teſtamentum pro reuocato ſeſe gerens vt
hęredem illius ab inteſtato. Nam fuit imò
ſolemniter adita per eam hęreditas ex teſta-
mento coram Iudice Capitolino vſque ſub 8.
Auguſti 1642. Nec docetur aliquid ab ipſa
15 geſtum fuiſſe in contrarium. Actus verò cu-
iuſdam exactionis poſtea factæ per Procura-
torem nomine Inteſtati, non potuit deſuper
officere, dum is carebat mandato ſpeciali, ſi-
cut opus eſſet pro declaratione animi contra-
rij ſuę principalis ad innouandum, ſeu repu-
diandum titulum ſic iam aditę hæreditatis,
iuxta tradita per *Doct. in cap. fin. de confeſſ. & cu-*
mulatos in deciſ.127. num.6. par.4. recent. & in Ro-
mana Cenſus 1. Iulij 1641. coram Reu. P. D. meo
Bichio.

Et ita vtraque parte informante &c.

IMOLEN. LEGITIMAE.

Lunæ 20. Nouembris 1645.

ARGVMENTVM.

Habes in præcedenti deciſione cauſæ.

SVM-

Digitized by Google

SVMMARIVM.

1 *Legitima matris in bonis filij defuncti non minuitur ex quo frater defuncti ſit agnitus ſi nolit concurrere.*

2 *Referens continet quæ in relato continentur.*

3 *Legitima ſeu trientis matris diminutio ſi frater ſuccedat non oritur ex actione reſidente penes hæredes ſed ex diuiſione facienda inter ipſam matrem, & fratrem.*

4 *Portio debita matri ratione legitimæ retinet naturã legitimæ etiam poſt aditam hæreditatem à fratre.*

5 *Statutum à Iure communi interpretationem paſſiuam recipit.*

6 *Lucrum dotis prius detrahendum eſt quam legitima tanquam æs alienum.*

7 *Legitima debita filijs primi matrimonij cur ſit detrahẽda priuſquam lucrum dotis ex diſpoſitione* l. hac ædictali C. de 2.nupt. declaratur.

8 l. hac ædictal.C. de 2. nuptijs *non militat fauore matris & ſic à legitima filiorum non poteſt dari argumentum ad legitimam matris.*

9 *Statutum comprehendit forenſes.*

10 *Statutum domicilij viri debet attendi quoad lucrum dotis quãdo mater conſtituit dotem forenſi & poſtea ob obitum filiæ ipſi debetur legitima.*

51 *Statutum licet non comprehendeat forenſem attamen illud ex tacita voluntate contrahentis illum comprehendit.*

12 *Statutum vbique locorum ſuum effectum ſortitur in hys quæ pendent à conſenſu contrahentium.*

13 *Statuto domicilij alterius quis poteſt ſe ſubijcere.*

14 *Confeſſio defuncti quando non continet magnam quãtitatem probat æs alienum etiam in præiudicium legitimæ.*

15 *Magna quantitas quando dicatur adeſſe reſpectu hæreditatis relinquitur arbitrio Iudicis, & n. 16.*

DECISIO DCCLVII.

IN deciſione coram me in hac cauſa emanata ſub die prima Iulij anni præteriti reſolutum fuit. Primò, legitimam Camillæ eſſe trientem omnium bonorum Ludouicæ eius filiæ defunctæ; Secundo, in calculanda dicta legitima Camillæ, prius eſſe detrahendam dimidiam dotis dictę Ludouicæ, quam Ioannes Pantaleo eius vir ex diſpoſitione Statuti Imoleñ lucratus fuerat; Et tertiò, debita per Ludouicam in teſtamento confeſſionata, quæ in ſumma librarum 2000. à Ioanne Pantaleone prætendebantur ſoluta Creditoribus dictæ Ludouicæ eius vxoris detrahenda non eſſe in diminutionem prædictæ legitimæ Camillæ; Sed huiuſmodi reſolutioni neutra partium acquieſcente, iterum propoſui cauſam, & DD. reſponderunt reſolutionem prædictam in omnibus eſſe confirmandam.

Quandoquidem ſubſiſtere viſa fuit concluſio firmata in primo reſolutionis capite; nẽpè legitimã Camillæ eſſe trientem totius ſubſtãtię Ludouicæ eius filiæ prædefunctæ, licèt eadẽ Ludouica agnouerit, atq; hæredẽ inſtituerit in proprietate Io. Thomam eius fratrem germanum, & in vſufructu dictum Ioannem Pantaleonum eius virum, præterita dicta Camilla matre; quia dictus Ioannes Thomas noluit concurrere ad illam portionem bonorum Ludouicæ ſororis, quæ diminueret integrum trientem à Camilla matre prætenſum pro ſua legitima; imò prætenſioni matris expreſsè aſſentitus fuit, quare illius legitimam
1 non † minuit perinde ac ſi non fuiſſet agnitus à Sorore, & non exiſteret in rerum natura, *iuxt. tex. in l. 1. §. qui operas, ibi, ſi nemo filiorũ &c. & in l. 2. §. ſed ſi ſint,* ibi, (ei tunc obtinent quoties rem haberent, ne nudum nomen ſui hæredis noceat matri) *ff. ad Senat. Conſult. Tertul. Gabr. conſ. 94. num. 15. & ſeq. lib. 1, Ant. Fab. de error. pragmat. decad. 15. error. 4. num. 3. in fin. verſ. idemq; eſt Bellon. iun. de iur. accreſc. cap. 6. quæſt. 16. num. 22. verſ. his tamen & ſeqq. & in eadem q. 16. nu. 132. & ſeqq. cum n. 197.*

De huiuſmodi autem conſenſu Ioannis Thomæ filij ſanè dubitari non poteſt; quia poſtquam Camilla iudicialiter petierat tertiã totius hęreditatis Ludouicæ pro ſua legitima, ipſe conſtituit procuratorem ad conſentiendum petitioni legitimæ per matrem factæ, & ſic deductioni tertiæ partis totius hæreditatis, vt in petitione continetur cùm per relationẽ ad petitionem cenſeantur ſpecificè expreſſa in
2 referente, † quæ in relato continentur, *l. aſſe toto ff. de hæred. inſtit. Dec. conſ. 497. num. 3. Cephal. conſ. 252. num. 26. Surd. deciſ. 291. num. 18. Rot. in rec. deciſ. 35. num. 6. par. 1.* prout etiam declarauit obſeruantia; quia procurator in vim talis mãdati conſenſit deductioni dictæ tertiæ partis, & etiam hodie Ioannes Thomas in eodem cũſenſu perſeuerat; imò tanquam hæres matris prædefunctæ illius petitionem proſequitur.

Nec refert quod pro Ioanne Pantaleono dicatur dictum conſenſum fuiſſe præſtitum poſtquam Ioannes Thomas hæreditatem Sororis adiuerat; quia ſemper militat ratio remotionis obſtaculi, quod per exiſtentiam fratris opponebatur matri ne integram tertiam totius hæreditatis conſequeretur; neque hæres extraneus, aut vſufructuarius, qualis eſt dictus Ioannes Pantaleo vir defunctæ, habet actionem ad conſequendam portionem, quæ fratri competiiſſet niſi renunciaſſet; quia exiſtat frater nec ne, ſemper ipſo iure detrahitur tertia pars totius hęreditatis pro legitima ma-
3 tris, † cuius trientis diminutio ſi frater ſuccedat non oritur ex actione reſidente penes hæredem, ſed ex diuiſione facienda inter ipſam matrem, & fratrem vt egregiè ratiocinatur *Io: Franc. à Pont. conſ. 68. num. 10.* Vnde cum diminutio portionis matris ob exiſtentiam fratris, reſpiciat ipſius fratris dumtaxat intereſſe, vtique ille frater potuit etiam poſt aditam hęreditatem renunciare ad fauorem matris; & ſicuti antequàm ille adiret, portionem legitimæ ei debitam prætendere non poſſet hęres extraneus, ità nec poſt, cùm etiam poſt aditã
4 hæreditatem ea portio † retineat naturam legitimæ, *Giurb. ad conſuetud. Meſſan. cap. 11. gloſ. 3. par. 1. num. 3.*

Non obſtat ſtatutum Foroliuij, quia illud

non

non limitat legitimam matris, ſed ſolum diſponit, quod mater habeat portionem, quam habuiſſet ab inteſtato; talis autem portio eſt tertia totius ex ſupra ponderatis, quæ ſicuti procedunt in terminis iuris communis, ita pariter procedere debent in terminis ſtatuti,
5 quod † à iure communi interpretationem
paſſiuam recipit *Alder. Maſcard. de ſtat. interpret. concluſ. 2. num. 71. Corn. conſ. 248. num. 6. lib. 2. Coccin. deciſ. 488. num. 7. & in ſpecie Rot. diuerſ. dec. 421. ſub num. 10. verſ. & ſic cum ſtatutum p. 4. & in rec. deciſ. 167. n. 4. par. 1.*

Placuit etiam DD. quod determinatum fuit in ſecundo capite, videlicet, lucrum medietatis dotis Ludouicæ ex diſpoſitione Statuti Imoleñ Ioanni Pantaleoni eius viro delatum, detrahendum eſſe ante legitimam Camillæ; quia dicta portio debita pro lucro dotis nunquam fuit in bonis Ludouicæ defunctæ, cum ſtatim quæſita fuerit Ioanni viro, qui viuente dicta eius vxore totam dotem penes ſe habebat, legitima autem detrahitur ſolum de bonis exiſtentibus in hæreditate de tempore mortis, & prius detrahendum eſt æs alienum, quale reputatur † dotis lucrum, *Butr. conſ. 12. num. 6. Bald. conſ. 314. num. 2. lib. 5. Decian. conſ. 2. num. 97. verſ. contrarium & plur. ſeq. lib. 5. Gabr. conſ. 101. num. 10. lib. 1. Surd. conſ. 40. num. 34. verſ.*
6 *& pro confirmatione & numeris ſeqq. Gratian. diſcept. 300. num. 33. & ſeqq.*

Non obſtat argumentum à ſimili deductũ
7 à legitima † debita filiis prioris matrimonij,
quæ ex diſpoſitione, *l. hac adictali C. de ſecund. nupt.* prius detrahitur quàm lucrum dotis; quia id accidit non ea ratione, quia portio debita pro lucro dotis ſit in hæreditate, vel non ſit æs alienum; ſed quia lex expreſsè diſpoſuit fauore filiorum, quod ſi parens tranſierit ad ſecundas nuptias, nec pacto parentis, & conſequẽter nec ſtatuto legitima eorũ diminuatur, vt patet ex verbis d. *l. hac adictali*, ibi, (ita tamen vt quarta pars) quæ eiſdem liberis debetur ex legibus nullo modo minuatur; quæ diſpoſitio, cùm non militet fauore matris, non poteſt à legitima † filiorum duci argumentum ad legitimam matris, vt in puncto reſpondit, *Gabr. d. conſ. 101. num. 11. verſ. quia id accidit lib. 1. Decian. dicto conſ. 2. num. 117. lib. 5. vbi latè.*

9 Nec refragatur quod dictum † Statutum
Imoleñ non comprehendat Camillam, quæ eſt Foroliuienſis iuxta tradita per *Rot. in Fauentina Dotis, ſeu Succeſſionis 21. February 1639. coram me*; Quia nos verſamur extra caſum dictæ deciſionis; in eo enim caſu filij petebant legitimam; in præſenti verò legitimam petit ipſamet mater, quæ filiam nuptui dedit Forenſi, & dotem conſtituit, & propterea videtur ſe ſubijciſſe ſtatuto lucri dotis exiſtenti in
10 domicilio † generi, ac voluiſſe quod gener
dotis lucrum faciat, *Surd. conſ. 91. num. 11. Roland. de lucr. dot. q. 13. num. 3. Alder. Maſcard. de interpret. ſtat. concluſ. 7. nu. 78. Larrea deciſ. Granaten. 62. ſub num. 21. verſ. nam eo ipſo.* Vnde & ſi ſtatutum per ſe non comprehenderet perſonas, vel bona extra territorium, comprehendit ta-
11 men ex tacita † voluntate ipſius matris vt in
puncto, *Decian. in præalleg. conſ. 2. num. 103. & ſeqq. & num. 110. lib. 5.* & in proximis terminis, *Molpheſ. ad conſuetud. Neapolit. par. 7. q. 4. num. 20. Rouit. deciſ. 100. num. 5. & 6.* in ijs enim quæ pẽ-
12 dent à conſenſu contrahentium † ſtatutum
vbique locorum ſuum effectum ſortitur, vt tradit *Mantic. de tacit. lib. 3. tit. 14. circ. fin. verſ. nam*
13 *quod pertinet*; & poteſt quis † ſe ſubijcere ſta-
tuto domicilij alterius *Molpheſ. conſ. 5. num. 20. Phanute. de lucr. dot. gloſ. 9. n. 36. Surd. dec. 13. nu. 4. Rouit. dicta dec. 100. n. 5.*

Quod demum attinet ad tertium reſolutionis caput, adhuc exiſtimarunt DD. per confeſſionem Ludouicæ in teſtamento factam non probari eius debita in præiudicium legitimæ Camillę matris: Nec in contrarium ap-
14 plicari viſa fuit † doctrina *Merlin. de legit. lib. 2.*
tit. 1. q. 16. num. 17. verſ. vnde ſecus, vbi ait, quod quando confeſſio non continet magnã quantitatem, probat æs alienum etiam in præiudicium legitimæ; quia ſumma librarum 2000. reputata fuit magna quantitas reſpectu totius
15 hæreditatis Ludouicæ, † quæ dumtaxat aſcen
dit ad libras 18000. vt in fortior. ter. *Barſ. deciſ. 86. num. 51. verſ. nam ex calculo, & verſ. ad tertiam*
16 *partem*. Et quę dicatur magna, † ſeu modica
quantitas remittitur arbitrio Iudicis, *Gutier. de tutel. par. 3. cap. 1. num. 157.*

Et ita vtraque &c.

I.

FERRARIEN. SVPPLEMENTI LEGITIMAE.

Veneris 1. Decembris 1645.

ARGVMENTVM.

Iudex non ritè, & rectè procedens non priuat quem ſua poſſeſſione, qui propterea eſt manutenendus.

SVMMARIVM.

1 *Sententia conditionalis conditione non purificata non eſt executioni demandanda.*
2 *Legitimæ ſupplementum deberi probatio incumbit prætendenti.*
3 *Legitima ſupplementum excedere probatio incumbit alleganti.*
4 *Liquidatio habetur pro facta elapſis terminis ad liquidandum, ſi onus liquidandi ad illum ſpectet.*
5 *Actor non eximitur ab onere probandi ex inſtantia partis petentis ſimpliciter ſibi præfigi terminum.*
6 *Sententia approbata non poteſt impugnari.*
7 *à Liquidatione datur appellatio.*
8 *Poſſeſſio non poteſt capi pendente termino ad appellandum.*
9 *Poſſeſſio non ammittitur ex facto Iudicis, vel partis non ritè procedentis.*

DI-

DECISIO DCCLVIII.

ITERVM Domini reſoluerunt Moniali-
bus S.Monicæ dañ eſſe mandatum de ma-
nuteneñ in poſſeſſione Prædij, de quo agitur,
& ſic ſtañ eſſe in deciſis ſub die 28. Iunij præ-
teriti. Nam de anteriori poſſeſſione dd.Mo-
nialium non dubitatur, ſed ſolum prætendi-
tur pro Varano Moniales ſuiſſe priuatas hac
poſſeſſione auctore Pretore; Vnde punctus
difficultatis in eo conſiſtit examinare, An
Iudex rectè,& ritè proceſſerit, & Domini cir-
1 ca hoc negatiuè reſponderunt: Quia ſenten-
tiæ omnes in quarum executionem Varanus
obtinuit mandatum de immittendo habent
in ventre conditionem ſatisfactionis ſupple-
menti legitimę; Vnde antequam fuerit liqui-
data quantitas d. ſupplementi ,& de ea fuerit
ſatisfactum Monialibus, non potuit non pu-
rificata conditione in ſententijs adiecta ad ea-
rum executionem & actualem Varani Im-
miſſionem deueniri.

Non obſtat quod dicatur onus liquidandi
d. ſupplementum non ſpectare ad Varanum,
ſed ad Moniales illud pretendentes, quia hoc
euitatur ponderando, quod non verſamur in
2 queſtione; An ſupplementum debeatur quo
caſu Monialibus incumberet onus liquidandi
ſtatum hereditatis iuxta theoricā *Bart.conſ.17.
lib.1.* communiter receptam, ſed de quantita-
te ſupplementi, in cuius partem Moniales d.
Prædium receperint pro rata lib.22530. & ſu-
per eodem Predio pulſentur à Varano pretē-
dente d. Predium excedere quantitatem legi-
timę, & propterea cadere ſub reſtrictione fi-
deicommiſſi, quare ad ipſum ſpectat proba-
3 re Predium excedere valorem ſupplementi
legitimę tanquam fundamentum ſuę inten-
tionis, & Moniales quę ſunt poſſeditrices, &
Reęconuentę probandi onere grauari non de-
bent *Moder.Bonon.de acq.poſſ.q.8.art.35.num.961.
& ſeq. Ciriac.contr.for.5.num.113. Rot.deciſ.334.
num.2.par.4.recent.* Preſertim quia ipſę pro d.
rata lib.22530.habent vltro intentionem fun-
datam in ſententia anni 1606. in Iudicatum
tranſacta, & executioni demandata, & in ſen-
tentijs ad fauorem Varani ſucceſſiuè latis cō-
ceditur illi Immiſſio conditionaliter, videli-
cet ſatisfactis Monialibus de ſupplemento le-
gitimæ; Vnde Varanus tenetur docere de
huiuſmodi ſatisfactione vt executionem ſen-
tentiarum obtineat, quia eſt conditio ſuſpen-
ſiua executionis, & agere non poteſt ex diſpo-
ſitione qualificata non probata qualitate ad-
iecta, vt præter alleg. in deciſione; quas reui-
detur tradit *Surd.in terminis ſententiæ conditiona-
lis conſ.410.num.59.& ſeq.* vbi allegat *Concord.
Caſtr.conſ.270.nu.3.verſ. breuiter omiſſis lib.2. Rot.
in Mediolanen. bonorum coram Litta penes Marcheſ.
de Commiſſ.par.1. fol.1089. num.1. & in Cameri-
nen. hæreditatis 17. May 1631. coram bon. memor.
Pironano.*

Et hic tollitur obiectum, quod liquidatio
debeat haberi pro facta, ex quo Moniales in
4 terminis ſibi præfixis non liquidauerint, quia
hoc procederet ſi ad ipſas liquidan. onus ſpe-
ctaret, in quibus terminis loquitur *deciſ.620.la
prima poſt modern.de manuten.* Nec Procurator
Monialium inſtando ſimpliciter ſibi præfigi
5 terminum, dicitur exemiſſe Varanum Acto-
rem ab onere proban. cui ſubiacebat, *Pariſ.
conſ.66.num.8.lib.1. Magon.deciſ.Lucen.11. nu.13.*
Vltraquod etiam Domini aduertebant, quod
præfixio termini verificari poteſt, in eo quod
Moniales pretendebant vltra lib.22530. liqui-
datas in ſententia anni 1606. in qua reſeruan-
tur Monialibus Iura conſequendi reſiduum
legitimæ vltra d. quantitatem.

Nec ex Iuribus productis pro parte Varani
poteſt elici integralis Monialium ſatisfactio,
itaut ipſis nil pro d. ſupplemento debeatur,
quia hoc eſſet de directo contra ſententias,
quas Varanus acceptauit, declarantes deberi
ſupplementum, illudque ſolui mandantes,
quas Varanus non poteſt impugnare,poſtquā
6 eas acceptando, illarum executionem peten-
do approbauit, *Aym.conſ.108.num.3.* & in pro-
ximis terminis *Rota Anconitana Dotis 11. Mar-
tij 1616.coram bo.me: Vbaldo Sen.§.Quibus accedit.*
Et in omnem euentum intrat dilemma,quod
aut iſta Iura fuerunt producta ante ſententias
& cum fuerint tunc reiecta, eiſque nō obſtañ
fuerit pronunciatum deberi ſupplementum,
non ſunt attendenda, aut poſt ſententias co-
ram Iudice Exequtore, cumque tendant ad
liquidandam ſupplementi quantitatem ſen-
tentia Exequtoris liquidationem hanc cano-
nizans remanſit appellabilis, nō ſecus ac ipſa
7 liquidatio, quia continet grauamen in prio-
ribus ſententijs non expreſſum, *Rot. deciſ.100.
num.1.par.1.diuerſ.deciſ.340. num.3. par.1. recent.*
Et quod à liquidatione detur appellatio tenet
*Scacc.de appell.q.77. limit.9.num.36. & 37. & li-
mit.9.num.36. & 37. & limit. 10. num.54. Surd.
deciſ.27.num.9. Greg.XV.deciſ.232. numer.2. vbi
Add. num.5.* Vnde ſequitur quod non potuerit
8 vigore ſentētię Exequtoris capi poſſeſſio infra
tempus appellandi ex allegatis in *deciſ.32. n.1.
deciſ.175.num.3.deciſ.340.num.4.par.1.recent.* Et
poſſeſſio ſic capta non ſit manutenibilis, ſed
manutentio ſit danda Monialibus, quæ ex fa-
8 cto Iudicis vel partis non ritè procedentis ſuā
anteriorem poſſeſſionem non amiſerunt, vt
firmatur in alia deciſione.

Et ita vtraque parte informante &c.

ORIOLEN. BENEFICIORVM.

Veneris 15. Decembris 1645.

ARGVMENTVM.

Immiſſio prouiſo Apoſtolico habenti ſuas litte-
ras iuſtificatas non poteſt retardari.

SVMMARIVM.

1 *Litteræ Apoſtolicæ habent executionem paratam.*
2 *Gratia motu proprio non eſt iuſtificanda.*
3 *Gratia motu proprio innititur ſoli verbo & volun-
tati Papæ.*

4 *Clauſula, ſicut accepimus, poſita in gratia motu proprio non eſt iuſtificanda.*

5 *Clauſula, dummodo &c. in prouiſione beneficij reſeruati cum non ponatur ratione reſeruationis expreſſæ in litteris, ſed ratione clauſulæ generalis, ſeu præmiſſo, non facit gratiam conditionalem.*

6 *Et poſita poſt clauſulam, ſeu præmiſſo, illam qualificat.*

7 *Clauſula, Dummodo omnes penſiones tertiam partem fructuum non excedant, poſita in corpore reſeruationis eſt iuſtificanda, ſecus ſi poſt reſeruationem.*

DECISIO DCCLIX.

VACANTIBVS per obitum Michaelis Ioannis duobus ſimplicibus beneficijs, de quibus agitur, ſitis intra limites Oriolen̄ Diœc. de eis vti reſeruatis ex capitè familiaritatis eiuſdem Michaelis defuncti in famulatu Eminentiſſimi D. Cardinalis Spinulæ, fuit motu proprio prouiſus à ſan: mem: Vrbano VIII. R. P. D. meus Franciſcus Rojas, qui comperto quod illorum poſſeſſio occupabatur à Ioſepho Toſcano executionem ſuarum litterarum Apoſtolicarum mihi in Rota cōmitti obtinuit. Vnde propoſito à me dubio. An ipſi illarum vigore danda eſſet Immiſſio Domini affirmatiuè reſponderunt.

Nam litteræ Apoſtolicæ habent paratam
1 executionem ad inſtar, *l fin. C. de Edict. D. Adr. ſoll.* vt tradit *Bald. in l. 2. num. 65. in fin. C. de ſer. & aq. Menoch. de adipiſc. rem. 6. num. 35. Rot. coram Greg. XV. deciſ. 335. num. 15. & in recent. dec. 133.*
2 *num. 1. & 2. par. 6.* Præſertim quando, prout in præſenti caſu, gratia emanauit motu proprio, tunc enim litteræ etiam abſque alia iuſtificatione ſolent executioni demandari, *Seraphin. deciſ. 1484. num. 10. Reuerendiſſ. Vrgellen. deciſ. 60. num. 8. & deciſ. 154. num. 3. Rot. diu. deciſ. 154. nu. 4. par. 2. & in recent. deciſ. 663. num. 3. deciſ. 645. nu. 2.*
3 *par. 1. & deciſ. 656. num. 1. par. 2.* Et ratio eſt quia huiuſmodi gratia innititur ſolummodo ſoli verbo, & voluntati Papæ, qui comperta veritate ſuppoſitorum illam cōceſſiſſe cenſetur, *Lotter. de re benef. lib. 2. q. 40. num. 348. Lap. alleg. 7. nu. 8. verſ. Item magis præſumitur Acchill. de Graſſ. deciſ. 10. num. 4. de probat. Rot. deciſ. 119. nu. 1. par. 5. recent.* Adeoquod non ſit iuſtificandus valor,
4 quamuis fuerit expreſſus cum clauſula, ſicut accepimus; Quia huiuſmodi clauſula non eſt referenda ad narratiuam Prouiſi, ſed Papæ, qui teſeribendo motu proprio habuit pro cōſtanti veritatem valoris, quam ab alijs accepit, *Garz. de benefic. par. 1. cap. 5. num. 492. Achill. d. deciſ. 10. n. 1. & ſeq. de probat. Put. deciſ. 100. lib. 3. Rot. in recent. d. deciſ. 656. ſub nu. 1. par. 2. & in Meten. Monaſterij 21. Febr. 1600. coram bo: me: Litta impreſſ. penes Garz. de benefic. par. 6 num. 199. verſ. Secus verò, & coram Reuerendiſſ. Vrgellen. dec. 154. num. 4. & in puncto valoris deciſ. 167. num. 1. & ſeqq. coram eodem in qua reſpondetur omnibus contrarijs.*

Prout nec etiam iuſtificanda venit familiaritas vltimi poſſeſſoris, licet in litteris conti-
5 neatur clauſula, Dummodo collatio ad nos hac vice pertineat. Quia cum iſta clauſula in vacationibus reſeruatis non ponatur ratione reſeruationis expreſſæ in litteris, quam Pāpa nō ignorat, ſed ratione clauſulæ generalis, ſiue præmiſſo, ſiue alio quouis modo &c. vt notat *Hier. Paul. in pract. Cancell. §. notabilia ſuper vacationibus reſeruatis Simonett. de reſcript. q. 61. n. 4. Garz. de benefic. par. 5. cap. 1. num. 182. Seraph. deciſ. 755. num. 4. Caual. deciſ. 214. num. 3. Rot. in recent. deciſ. 250. num. 45. par. 7.* non imponit conditionem ſubſtantiæ ipſius gratiæ ſupra purè conceptæ, *Rota in recent. deciſ. 429. numer. 24. & 25. part. 6.*

Et hoc ſine difficultate procedere viſum fuit in litteris d. R. P. D. mei Rojas, in quibus d. clauſula Dummodo &c. non fuit adiecta reſeruationi ab initio expreſſæ, ſed in fine poſt clauſulam ſiue præmiſſo, ſiue alio quouis &c. quo caſu non reddit gratiam conditionalem, nec imponit neceſſitatem iuſtifi-
6 candi reſeruationem, quia præceſſerat pura narratiua reſeruationis, & ſuper ea tanquam ſibi nota Papa prouiderat motu proprio, ſed qualificat aliam clauſulam ſiue præmiſſo, ſiue aliò quouis &c. ne aliàs in eadem gratia contineantur duo repugnantia, nempe quod Papa in prima parte habuerit reſeruationem pro vera vt bene aduertit, *Rota in dicta deciſ. 429. num. 24. & 25. par. 5. recent.* Sicuti in terminis clauſulæ ſolitæ apponi in litteris reſeruationis Penſionis ſuper beneficio pluribus pen-
7 ſionibus grauato, Dummodo omnes penſiones tertiam partem fructuum non excedant, dici ſolet quod ſi talis clauſula eſt appoſita in corpore ipſius reſeruationis efficit reſeruationem conditionalem, quæ eget iuſtificatione, Secus verò ſi eſt adiecta infra poſt reſeruationem purè conceptam, vt diſtinguendo dixit, *Rot. Carpentraten. Penſionis 15. Martij 1602. coram bo: me: Card. Lancellotto impreſſ. penes Marcheſ. to. 1. fol. 529. Canal. deciſ. 227. num. 2. Rota in recent. deciſ. 642. num. 2. & 3. par. 3.* & fuit dictum in *Metropolitana Penſionis 2. Iunij proximi præteriti coram R. P. D. meo Bichio.*

Et ita reſolutum vna tantum parte informante &c.

SARSINATEN. FEVDI.

Lunæ 18. Decembris 1645.

ARGVMENTVM.

Feudum conceſſum pro ſe ſuis filijs legitimis, & naturalibus deſcendentibus, & pro hæredibus, ac ſucceſſoribus quibuſcumque comprehendit fœminas, & extraneos.

SVMMARIVM.

1 *Feudum conceſſum pro hæredibus, ac ſucceſſoribus quibuſcunque &c. admittit hæredes extraneos, & fœminas.*

- *Amplia etiam ſi præcedant verba, filijs aut deſcendentibus maſculis.*

Feudum

Feudum quoad deſcendentes maſculos poteſt eſſe ex pacto, & prouidentia illis vero deficientibus hæreditarium.

2 Inueſtituræ verba; tibi, filijſque tuis maſculis legitimis, & naturalibus deſcendentibus, & hęredibus, ac ſucceſſoribus quibuſcunq; recipiunt intellectum orationis complexiuæ, quia pro filijs, & deſcendentibus conſtituunt.

Feudum ex pacto, & prouidentia pro hæredibus vero, & ſucceſſoribus conſtituunt feudum merè hæreditarium.

Verbum, tibi, concedit feudum perſonæ inueſtitæ verba, filijs maſculis legitimis, & naturalibus, vocant filios maſculos legitimos; & naturales poſt mortem patris.

Verbum, deſcendentibus, admittit deſcendentes ad feudum vltra filios in infinitum.

Verba, hęredibus, ac ſucceſſoribus quibuſcunque, admittunt ad feudum alias perſonas vltra deſcendentes nempe quoſcunque hæredes tàm vniuerſales, quàm particulares num. 6.

Verba media ſtant ampliatiuè quando prima, & vltima verba pariter ampliant.

Tot ſunt conceſſiones quot ſunt gradus perſonarum in inueſtitura contentarum.

Verbum, Deſcendentibus, poſt ſpecificatos filios ponitur ad ſegregandum filios à deſcendentibus in infinitum.

Adiectiuum verbum de ſui natura coarctat, & qualificando reſtringit ſuum ſubſtantiuum non autem illud ampliat.

Grammaticæ bonæ regula ſeruanda eſt.

Copula, &, præponitur vel ſingulis adiectiuis, vel dumtaxat vltimo.

3 Diſpoſitiua verba quando ſunt clara coniecturæ tàm extrinſecæ, quam intrinſecæ aliunde ſumptæ ceſſare debent.

Verba diſpoſitiua ſunt attendenda, & reliqua ita interpretanda, vt non repugnent principali diſpoſitioni.

Diſpoſitiua dat legem contractui, & probat mentem concedentis.

Dictio quibuſcunque poſita in diſpoſitiua præfertur omnibus alijs coniecturis.

4 Feudum quando eſt conceſſum ob merita alicuius vocatur impropriè feudum.

Verba appoſita in proœmio feudi operantur, vt Inueſtitura debeat intelligi, & interpretari iuxta propriam ſignificationem non verò, vt impropriari debeant.

Merita probantur per ſimplicem eorum numerationem à Papa factam in conceſſione.

Verba, exequi curabitis, appoſita in feudo concedunt facultatem exercendi feudum per alios, & ideo conſtituunt feudum improprium.

5 Verba ſunt intelligenda iuxta propriam ſignificationem quando in feudo concurrunt diuerſæ proprietates.

Conceſſio feudi facta ob merita operatur, vt verba debeant interpretari in latiori, & ampliori ſignificatu.

Feudum conceſſum motu proprio debet ampliari, non vero reſtringi.

7 Fœmina, vel extranei non excluduntur a feudo conceſſo cum mero, & mixto imperio, ac omnimoda iuriſdictione, quando finita deſcendentia maſculina factus eſt locus ſecundæ parti conceſſionis merè, ac ſimpliciter hæreditariæ.

8 Verba in feudum nobile important, vt conceſſio cenſeatur facta iure feudi antiqui.

Verba, in feudum nobile, important vt feudum ſit francum, & exemptum ab omnibus ſeruitijs præterquam ab expreſſis.

Feudum conceſſum pro ſe, & hæredibus, ac ſucceſſoribus quibuſcumque cum Clauſula, in feudum antiquum auitum, & paternum, non excludit fœminas, & extraneos.

Clauſula, iure antiqui feudi, producit ſuum effectum contra inueſtientem, non verò contra inueſtitos.

Clauſula, in feudum nobile, non reſtringit feudum alias improprium.

9 Feudum conceſſum pro ſucceſſoribus ſuis præfefert proprios, non autem alieni ſanguinis ſucceſſores.

Limita quando in principali diſpoſitione fuit dictum; pro ſucceſſoribus quibuſcunq; quia tunc veniunt etiam hæredes extranei tàm vniuerſales, quã particulares.

10 Prohibitio alienationis appoſita in feudo cum Clauſula; niſi de conſenſu &c. reſoluitur in affirmatiuam, & inducit permiſſionem alienationis accedente conſenſu num. 15.

Clauſula ſine cõſenſu &c. ſẽper negat nec inducit ex propria ſignificatione aliquã permiſſionẽ & n. 16

Conditio; ſi Mater mea morietur dato, & conditio niſi Mater mea morietur ne dato &c. an inter ſe diferant, an vero ſint eadem.

In feudo quando eſt permiſſa alienatio, reſeruato conſenſu, non poteſt Dominus ſine iuſta cauſa illum denegare, & intelligitur arbitrio boni viri.

Verbum, Conſenſus, non importat liberam voluntatem, ſed arbitrium boni viri.

Bartol. in l. actione C. de tranſact. declaratur.

Verba; non vendam niſi tibi; vel non ducam in vxorem niſi te &c. an inducant obligationem vendendi, & ducendi.

11 Decius conſ. 170. alias 171. num. 3. reprobatur.

12 Crauet. conſ. 172. interpretatur.

13 Menoch. conſ. 931. num. 14. declaratur.

14 Boſſi de Publ. bon. num. 54. verſ. & ad conſ. Decij in quibus terminis procedat.

Farinac. conſ. 209. num. 13. & num. 16. qualitèr procedat.

Conſenſus Domini in alienando feudum non poteſt præiudicare agnatis in inueſtitura ex pacto, & prouidentia vocatis,

15 Formaliter id ſcriptum dicitur quod venit in neceſſariam conſequentiam materialiter expreſſorum.

Dominus feudi efficitur deterioris conditionis ex alienatione partis.

Feudi quam ſi totum feudum alienetur.

Dictio, Caſtrum, difert à dictione bona Caſtri.

Derogatio Solemnitatibus Conciſtorialibus ſufficit ad effectum vt illa non obſtent.

16 Prohibitio alienandi appoſita in feudo in quo ſunt vocati hæredes; ac ſucceſſores quicunque debet ſolum reſtringi ad alienationes inter viuos non autem ad alienationes, quæ fiunt per vltimam voluntatem.

Rota deciſ. 74. & deciſ. 211. par. 6. recent. declaratur.

Roſental. de feud. cap. 9. concl. 59. num. 4.

verſ. quod longe ſecus eſt *in quibus terminis procedat.*

Relatio congrua ſingula ſingulis fieri debet.

Dominus in alienatione feudi habet prælationem, & retractum.

Alienatio quæ fit cauſa mortis eſt fauorabilior quam ſit ea quæ fit inter viuos.

17 *Dictio*, penitus, *non extendit prohibitionem alienandi feudum ex cauſa vltimæ voluntatis quando præcedunt verba concedentia omnem libertatem alienandi, & ideo ſtante conceſſione pro hæredibus & ſucceſſoribus quibuſcumque ſatis eſt, vt operetur ſolum in contractibus, inter viuos ad quos refertur talis prohibitio num. 19.*

18 *Feudum quando eſt merè, ac ſimpliciter hæreditarium conſenſus Papæ in alienatione præſtitus non cadit ſub Bulla Pij V. de non infeudando nec ſub declarationibus Innocentij IX. & Clementis VIII.*

20 *Feudum conceſſum cum clauſula*, cui dederit &c. *vel* ad habendum, & quicquid placuerit faciendum &c. *reducitur ad propriam feudi naturam, ſed quando feudum eſt conceſſum pro hæredibus, ac ſucceſſoribus quibuſcumque in perpetuum tunc prohibitio alienandi non alterat naturam feudi ſimpliciter hæreditariam.*

21 *Dictio*, quibuſcunque *operatur, vt prohibitio alienandi feudum conceſſum pro hæredibus, & ſucceſſoribus quibuſcumque intelligatur de alienatione inter viuos non autem in vltima voluntate.*

22 *Seruitia à feudatario poſſunt præſtari per ſubſtitutum, quando feudum fuit conceſſum pro hæredibus & ſucceſſoribus quibuſcunque.*

23 *Feudum eſt improprium, quando non fuit præſtitum, neque Conuentum iuramentum fidelitatis.*

Fidelitas reſeruata in feudo non excludit extraneos nec fœminas.

24 *Clauſula* in feudum nobile &c. *non reſtringit feudum aliàs improprium.*

Feudum conceſſum pro hæredibus, ſucceſſoribus quibuſcunq; cum Clauſula, iure feudi antiqui &c. *non reuertitur ad inueſtientem ob defectum maſculorum, ſed tranſit ad fœminas, & ad hæredes extraneos.*

DECISIO DCCLX.

1 RESOLVTVM fuit die 22. Iunij præſentis Anni, conſtare de cauſis reſtitutionis in integrum ad fauorem Excellentiſs. D. Principiſſæ Roſſani aduerſus ſententiam ſuper aperitione feudi Sarſinæ ad fauorem Reu. Cam. Apoſt. ab Eminentiſs. D. Card. Camerario latam, extenſaque deciſione, R. P. D. Commiſſarius eiuſdem Cameræ iterum audiri petijt. Quapropter dubitaui, An ſit recedendum à deciſis, & cauſa hodie propoſita, vtraque parte informante, omnibus DD. votantibus reſolutum fuit ſtandum eſſe in deciſis, quia feudum conceſſum *pro hæredibus, ac ſucceſſoribus quibuſcunque* admittit hęredes extraneos, & fœminas ex allegatis in *deciſ. quae reuidetur, ſub §. feudum verò cum pluribus ſeqq.* & hanc fuiſſe ipſiuſmet Cameræ opinionem ſcribit *Mart. vot. 207. num. 4.* vbi referuntur reſolutiones factæ à Camera in cauſa Interamneñ Caſtri Pediſluci 15. Iulij 1585. coram Pinello, & in cauſa Aſteñ Caſtri Ciſternæ, quæ fuit confirmata per motum proprium Gregorij XIV. & conſtanter hanc opinionem ſecuta eſt *Rota in Brixien. feudi 1. Iulij 1592. coram bo. me. Card. Hieronymo Pamphilio* confirmata *coram Cardinale Seraph. deciſ. 1105. Buratt. deciſ. 206. nu. 8. Andr. deciſ. 105. num. 12. recent. deciſ. 491. num. 8. par. 3. & deciſ. 47. num. 3. & 185. num. 2. par. 4. & in Taruiſina feudi 24. Maij 1621. coram bon. me. Vbaldo, & in Romana dotis 20. Aprilis 1643. coram R. P. D. Carrillo.* Etiamſi præcedant verba *filijs, aut deſcendentibus maſculis*, vt præter *Bero. Socc. iun. Bertran. Surd. & Guerin. Piſon.* in alia citatos *in §. quod ſine difficultate*, tradit *Iaſ. in l. 1. §. nunciatio num. 6. verſ. ad idem, ff. de non. oper. nunciat. Crauett. conſ. 414. num. 1. & ſeqq. Coſta conſ. 8. num. 13. verſ. ſi quidem tam, & num. 17. verſ. fieri tamen. Rota coram Seraph. deciſ. 559. num. 18.* & poſt *Peregrin. conſ. 5. num. 8. lib. 1.* firmarunt *Camera in dicta cauſa Interamnen. Pediſluci, & Rot. coram eodem Seraph. deciſ. 1321. nu. 2.* Nam poteſt concedi feudum pro filijs, aut deſcendentibus maſculis expreſsè pro alijs verò per verba generalia *Cephal. conſ. 173. num. 28.* Idemque feudum eſſe poteſt quoad deſcendentes maſculos ex pacto, & prouidentia, illis verò deficientibus ſimpliciter hęreditarium *Frecc. de ſubfeud. lib. 3. form. 3. n. 16. vſque ad 18. Camerar. in repetit. cap. 1. num. 45. tit. An Agnat. uel fil. impreſſ. poſt conſ. & deciſ. Minad. Peregrin. conſ. 5. num. 46. lib. . Carol. à Khirchbergh. de feud. cap. 4. num. 74.*

2 Nec inueſtituræ verba illa *tibi, filijſque tuis maſculis legitimis, & naturalibus, deſcendentibus, & haeredibus, ac ſucceſſoribus quibuſcunque* recipiunt intellectum orationis complexiuæ, ſed conſtituunt duas partes, primam ex pacto, & prouidentia pro filijs, & deſcendentibus, alteram verò ſimpliciter hæreditariam pro extraneis tàm maſculis, quàm fœminis, vt ex deductis in *deciſ. §. neque viſum fuit*, quibus addebant Domini, quod ſingulis verbis ponderatis clarè patet, illa procedere ſemper ampliando, & diuerſas perſonas admittendo, nam verbum illud, *tibi*, concedit feudum Alberto, verba *filijs maſculis legitimis, & naturalibus*, vocant filios maſculos legitimos, & naturales, vt iſti mortuo patre admittantur, *Bart. in l. ex facto §. ſi quis rogatus il 1. nu. 8. uerſ. nam ut ego dixi, ff. ad ſenat. conſ. Trebell. Alex. in l. quod dicitur penult. nu. 16. in princ. uerſ. ut quia ſtipulatur ff. de uerb. oblig.* verbum *deſcendentibus* admittit vlteriores in infinitum deſcendentes *Alex. conſ. 56. num. 2. uerſ. quia deſcendentium nomen. Natt. conſ. 474. num. 26.* Et verba, *& haeredibus, ac ſucceſſoribus quibuſcunque*, admittunt alias perſonas vltra deſcendentes, nempe quoſcunque hæredes, & ſucceſſores tàm vniuerſales, quàm particulares *Pariſ. conſ. 7. num. 29. lib. 3. Surd. conſ. 475. num. 27. & 30. Peregr. d. conſ. 5. nu. 8. lib. 1.* Cumq; dubitari non poſſit, quin prima verba incipiant ampliando, & poſtrema pariter amplient verbum *deſcendentibus*, quod eſt in medio, pariter ampliatiuè ſumendum eſt *Mandell. conſ. 243. num. 12. Surd. conſ. 282. num. 11. & 12. Mantic. deciſ. 23. num. 3. Seraph. deciſ. 840. num. 8. uerſ. comprobatur, & num. 9. Greg. deciſ. 26. num. 5. Buratt.*

deciſ.

Digitized by Google

*deciſ.660.num.*1. & benè *Rota impreſſ. penes Gionag.reſponſ.39.nu.35.lib.*1. Et tot dicuntur conceſſiones quot ſunt gradus perſonarum, vt præter allegatos in *deciſ.in* §. *Neque viſum fuit*, tradunt *Caſtren. conſ.*164. *num.*5. *verſ. applicando igitur lib.*2. *Petr.Ant.Anguiſ.conſ.*7. *num.*16. *lib.*3. *Lanar.in repetit.cap.*1.*de his,qui feud.dar.poſſ.n.*233 *fol.*90.*&* *in repetit.*§.*ſed etiam res: tit. per quos fiat inueſtit.in addit.Fului eius Nepotis num.*56.*fol.*333. Præterea verbum *deſcendentibus* poſt ſpecificatos filios ponitur ad includendum alios in infinitum deſcendentes *Cranett. conſ.*677. *num.*3. *verſ.ſecundo reſpondetur Bero.conſ.*151.*num.*14.15. *&* 16. *lib.*2. quem ſequitur, & commendat *Caſanat.conſ.*23. *num.*3. *Honded. conſ.*60. *num.*63. *verſ.ex quibus lib.*1. *Decian.reſponſ.*44. *num.*31. *in fin.& ſeqq.lib.*3. *Surd. conſ.*554. *num.*6. *ante finem verſ.quia Teſtator*, & admittunt etiam *deciſ. bo: me: Coccini*, & præcipuè 2. *in* §. *Etenim*, ibi vlterioreſque quoſcunque in infinitum deſcendentes, quod facere non poteſt adiectiuè acceptum cum adiectiui natura ſit coarctare, & qualificando reſtringere ſuum ſubſtantiuum, non autem illud ampliare, vt tradunt *Io. Monac.in cap.ſi Ciuitas nu.*6.*de ſentent.excomm.in* 6. *& ibi Prob.in addit. Abb. in cap. vlt. num.*4. *circa med. verſ. adiectiuè dicitur de ſum. Trinit. & fid. cattol. Moder.de rect. feud.interpret.cap.*36.*nu.*56. *Menoch. conſ.*461. *num.*5. Et quod verbum *deſcendentibus* non fuerit adiectum verbo *filys*, ſed vltimum adiectiuum ſit verbū *naturalibus* conuincit etiā copula, *&*, quæ non fuit præpoſita verbo *deſcendentibus*, ſed verbo *naturalibus*, & iuxta regulas bonæ grammaticæ, quæ ſeruanda ſunt *l.Plautius in fin ff.de aur.& argen.legat.* copula, *&*, præponitur, vel ſingulis adiectiuis, vel dumtaxat vltimo *Dec.in rubr.ff.ſi cert.pet.num.*1.*in fin in* 1.*lectura Lanfranc.de Oriano in clem. ſæpe nu.*41. *de verb.ſignif.*

3 Non obſtat reſponſio, quod licet verba prędicta ſimpliciter ſumpta comprehendāt quoſcunque ſucceſſores, etiam extraneos, & feudum merè hęreditarium conſtituant, tamen ad dignoſcendam feudi naturam non vnica clauſula, neque ſingulæ diuiſim, ſed omnes ſimul iunctæ attendi debent, quodque interpretatio pro feudo recto, & proprio non deducitur ex coniecturis, & præſumptionibus extrinſecis, ſed ex ipſiſmet verbis inueſtiturę. Quia vbi verba diſpoſitiuæ ſunt clara, ceſſant coniecturæ tàm extrinſecæ, quàm intrinſecæ ſumptæ aliunde, quàm ex ipſa diſpoſitiua, cuius verba primario attendenda ſunt, & reliqua ita interpretanda, vt non repugnent principali diſpoſitioni *Natt.conſ.*582. *nu.*8. 9. *&* 10. *Oſaſc. deciſ.*164. *num.*5. diſpoſitiua enim dat legem contractui, & probat mentem concedentis, & dictio *quibuſcunque* in ea poſita præfertur omnibus alijs coniecturis *Mandel. conſil.*373.*num.*13.*verſ.ſi uerò*, *& Fachin. contr.lib.*7. *cap.*6.*in fine*.

4 Verum animaduertebant Domini, quod omnibus clauſulis, & verbis eiuſdem inueſtituræ ſimul ponderatis clariùs apparet feudum finita deſcendentia maſculina eſſe improprium, & ſimpliciter hæreditarium, incipit enim Inueſtitura, *Leo, &c. Nos itaque conſiderantes fidelitatem, deuotionem &c. ac plurima, & magna obſequia, quæ tu non ſolum nobis, verum etiam Iulio Papæ II. Prædeceſſori noſtro &c. hactenus impendiſti &c. iure ac merito inducimur, ad ea tibi concedenda, quæ tuis virtutibus, ac meritis digna, & congrua fore conſpicimus. Cum itaque tu &c. confœderationem, & legam pro recuperatione Ciuitatum, & Terrarum ad d. Eccleſiam pertinentium concluſeris &c. & pernicioſo, maximeque peſtifero ſciſmate prædeceſſoris tempore exorto, ita fortiter, conſtanterque te geſſiſti, vt pro Eccleſia Dei, tunc maximè periclitante nullos labores, nulla incommoda, & pericula timueris, carcerem, exilium, ac omnium bonorum tuorum priuationem minimè formidaueris; Noſtro autem tempore, quo Franciſcus Maria de Ruere &c. Eccleſiæ Terras &c. depopulauit &c. pro &c. eiuſdē Eccleſiæ vniuerſali pace, &c. eiuſque ſtatus defenſione, die, noctuque continuis laboribus inſudaſti. Et demum pro tregua, & pace inter Maximilianum &c. & Dominium Venetorum componenda, ex qua ſalus totius Reipublicæ Chriſtianæ pro ſancta contra Chriſti Nominis Hoſtes expeditione ſumenda, pendebat. maximos labores impendiſti &c. Nos benemerentem nobilitatem tuam commendare, perpetuiſque honorum titulis ornare, ac eminentiſſimis virtutibus tuis in aliqua parte ſatisfacere volentes: Præterea Ciuitati Sarſinæ &c. proſpero, ac fœlici regimini prouidere cupientes, ac ſperantes, quod nobilitas tua, & poſteri tui, quæ illis circa regimen huiuſmodi committenda duxerimus, ſollicitè, fidelitèr, & prudentèr exequi curabitis.*

Ex quibus verbis liquet, conceſſionem factam fuiſſe, ad ſatisfaciendum meritis Alberti ſpecialiter expreſſis, & quidem inſignibus, quæ propterea reddunt feudum improprium, vt præter allegatos in alia in §. *præterea in hoc feudo*, tradunt *Tiraquell. in l.ſi vnquam verbo donatione largitus n.*15.28.*&* 78.*Gratian.diſcept.*736. *num.*79. 80. *&* 81. *Rota in Brixien.feudi* 12. *Maij* 1583. *coram Bubalo*, vel ſaltem operantur, vt verba intelligenda ſint iuxta propriam ſignificationem, vt per *Pariſ. & Surd.* ibidem allegatos, ac *Dec.conſ.*269. *ante num.*1. *verſ. & quia facta fuit ob merita. Mantic.de tacit.lib.*23. *tit.*18. *num.*21. & merita probari per ſpecialem illorum enumerationem à Papa factam præter allegatos vbi ſupra tradit *Matienzo ad nou.recopil. lib.*5.*tit.*10.*leg.*6.*gloſ.*1.*num.*19. quem refert, & ſequitur *Caſtro Palao oper. moral. tom.*1. *tract.*3. *diſput.*4.*punct.*21. §.2. *num.*7. *Menoch. conſ.*1003. *num.*76.*lib.*11.*Fontanel.de pact.nupt.clauſ.*4.*gloſ.*10 *par.*2.*num.*24. Regimen verò Ciuitatis, ac ſpes ſollicitudinis, fidelitatis, & prudentiæ poſterorum Alberti ſecundario, & acceſſoriè tantum fuerunt conſiderata ex deductis in *deciſ.*§. *prima coniectura*, quibus addebant Domini, quod conſideratio dictæ ſperatæ ſollicitudinis, fidelitatis, ac prudentiæ poſterorum optimè conuenit cum diſpoſitiua, in qua proindè poſt Albertum vocantur primo loco illius filij maſculi, & deſcendentes, ſed non indè ceſſat, quin Papa propter Alberti merita voluerit, vt ſucceſſiuè deficientibus deſcendentibus feudum perueniret in hęredes, ac ſucceſſores quoſcunque, vt admiſſum fuit etiam in

Digitized by Google

ſeruanda deciſ. bo. me. Coccini in §. prima igitur deducebatur, quotieſcunque verba principalis diſpoſitiuæ demonſtrarent, fœminas, extaneoſq; fuiſſe vocatos; Quod autem verba diſpoſitiuæ illos comprehendant, fuit firmatum in *deciſ. quæ renidetur in §. quod ſine difficultate cũ pluribus ſequentibus*, & hodie confirmatum. Et poſtrema verba illa *exequi curabitis* concedunt facultatem exercendi per alios, & ſic feudum improprium conſtituunt *Peregrin. conſ. 5. num. 7. lib. 1.*

In diſpoſitiua leguntur hęc verba, *Motu proprio &c. ex certa ſcientia ac de plenitudine poteſtatis tibi, ac poſteris tuis, vt Sanctæ Matris Eccleſiæ Clauibus, ac familiæ noſtræ inſignijs, videlicet pillis &c. cum inſignijs, & armis veſtris, vti &c. poſſitis, vt nobilitas tua, quam affinitatis vinculo nobis coniunximus, & poſteri tui, Claues ac pillas huiuſmodi inſpicientes, noſtri, & huius Sanctæ Sedis perpetuo memores ſitis, debitam deuotionem, ac fidem erga d. S. Sedem, ac familiam noſtram ob receptum beneficium præſtetis tenore præſentium licentiam, & facultatem concedimus. Ac habita cum Ven. Fratribus noſtris S. R. E. Cardinalibus, matura deliberatione, & de eorum conſilio, & vnanimi conſenſu Ciuitatem ipſam Prouinciæ Romandiolæ cum Meldulæ, Polentæ &c. Caſtris, ſeu Terris, aut Villis in Comitatum erigimus, & Comitatus Titulo decoramus, nec non &c. quaſcunque conceſſiones &c. de Ciuitate, Caſtris, Terris, ſeu Villis in Comitatum huiuſmodi erectis etiam motu proprio &c. per Nos, vel Sedem prædictam hactenus factas, & conceſſas, reuocantes, caſſantes &c. Illa tibi, filijſque tuis maſculis legitimis, & naturalibus, deſcendentibus, & hæredibus, ac ſucceſſoribus quibuſcunque &c. cum Arcibus, Palatijs &c. Molendinis, iuribus, iuriſdictionibus, pedagijs, ac vectigalibus, conſuetis, & alijs pertinentijs, quibuſcunque, ac mero, & mixto imperio, omnimoda iuriſdictione, & gladij, ac omnimoda poteſtate temporali, quæ inibi per Sedem prædictam, ſeu Romanos Pontifices, aut alios pro eis exerceri hactenus conſueuerunt, & in Arcibus, ac Fortalitijs Caſtellanos pro illis cuſtodiendis, & in Ciuitate &c. Officiales ad ius reddendum ponendos, &c. & de ſingulis fructibus, redditibus, prouentibus, & emolumentis, &c. quæ ex Ciuitate, Caſtris &c. & pertinentijs &c. proueniunt ad Sedem Apoſtolicam pertinentia, & percipi ſolita, ita tamen quod ex hoc Communitas Ciuitatis, & Vniuerſitas Caſtrorum, &c. ac illorum Ciues &c. ac Incolæ &c. vltra conſuetum modum non grauētur liberè diſponendi ſub annuo cenſu vnius tazziæ, ſeu crateris argentei vnius libræ &c. Cameræ Apoſt. in feſto BB. Petri, & Pauli &c. per te, filios, & hæredes, ac ſucceſſores tuos præfatos perſoluendo, in feudum nobile, & in perpetuum auctoritate Apoſtolica tenore præſentium concedimus.*

Hac verborum ſeriè Leo duo conceſſit Alberto, & conceſſiones contradiſtinxit, vſum enim clauium, & inſignia familiæ Mediceæ Alberto, & poſteris; feudum verò Alberto, ſuiſque filijs maſculis legitimis, & naturalibus, deſcendentibus, & hęredibus, ac ſucceſſoribus quibuſcunq; in perpetuum diuerſa formula, diuerſaque oratione conceſſit, quę contradiſtinctio, & diuerſitas oſtendit fœminas, & hęredes extraneos ad feudum fuiſſe vocatos, vt latè deducitur in *deciſ. in §. alia coniectura*.

5 Formula verò, & diſpoſitiua, ſub qua feudum conceditur, plures improprietates continet. Nam primo conceditur pro hęredibus, ac ſucceſſoribus quibuſcunq; Secundò cum facultate deputandi Caſtellanos, & Officiales, & ſic regendi, & defendendi per ſubſtitutos. Tertiò ſub annuo cenſu vnius Crateris argenti. Et quarto, in perpetuum, quæ ſingula feudum improprium conſtituunt, & multò magis ſimul iuncta, prout firmatum fuit in alia in §. *quod ſine difficultate*, §. *prædictis accedit clauſula, & §. præterea in hoc feudo cum ſeq.* & concurrentibus tot improprietatibus, verba intelligenda ſunt iuxta propriam ſignificationem *Socc. ſen. conſ. 257. num. 3. verſ. aliquando, & 2. & nu. 4. verſ. & eſt diſtinguendum lib. 2. Natt. conſ. 159. num. 9. vol. 1. Gozad. conſ. 8. num. 27. Corn. conſ. 16. num. 19. verſ. ſed potius lib. 1.* Imò in latiori, & ampliori ſignificatu, quia conceſſio facta fuit ob merita *Pariſ. conſ. 8. num. 2. in fin. cum ſeq. lib. 1. Surd. conſ. 140. num. 36. verſ. quare cum remuneratione, & ſeq. Mantic. de tacit. lib. 23. tit. 18. num. 21.* & quia emanauit motu proprio *cap. ſi pluribus de preben. num. 6. & ibi DD. Gabr. de clauſulis concl. 2. num. 64. Gozad. conſ. 8. num. 28. Ferret. conſ. 190. n. 8. ante medium. Surd. dicto conſ. 140. num. 59. 62. & ſeq. Rota in recent. deciſ. 12. num. 22. par. 5. & coram Reu. Vrgellen. deciſ. 67. num. 5.*

6 His autem ponderatis liquet non releuare, quæ pro R. Cam. ex verbis diſpoſitiuis deducuntur. Nam primò, verba *filijs maſculis* poſita in formula inueſtituræ non reſtringunt ſequentia verba, *& hæredibus, ac ſucceſſoribus quibuſcunque*, vt firmatum fuit ſupra in principio & in alia *in §. minus viſum fuit*, & repetere qualitatem maſculinitatis in ſeqq. verbis generalibus eſſet contra caſum legis expreſſum in *c. 1. de feud. non haben. propr. nat. feud.* vbi verbum *hæreſ.* in eadem oratione poſitum non qualificat verba *cui ipſe dederit*, licet verbum *hæres* in materia feudali intelligatur de ſolo maſculo *cap. 1. §. etſi clientulus de alienat. feud. Socc. iun. conſ. 42. num. 4. lib. 3.* Et regula eſt, quod vbi enumeratur priùs ſpecies, & poſtea ſubſequuntur verba generalia, hæc non referuntur ad ſpeciem antea expreſſam, vt firmant Doctores citati in deciſione in §. *quod ſine difficultate*. Quapropter ſiue ſpecificati fuerint filij, & deſcendentes ſimpliciter, ſiue filij maſculi, ſiuè vtriuſque ſexus, ſemper verum erit dicere, quod dictio *quibuſcunque* non refertur ad iſtos, vt in terminis iſtiuſmet inueſtituræ firmauit *Rota coram Buratt. deciſ. 206. nu. 10. verſ. conſequenter.* Ibi verbum deſcendentibus non recipit intellectum, & qualitatem, à ſubſequenti dictione quibuſcunque in ſeparata oratione appoſita.

7 Secundò, quod Ciuitas fuerit erecta in Comitatum, & conceſſa cum mero, & mixto Imperio, ac omnimoda Iuriſdictione non excludit fœminas, nec extraneos, quando finita deſcendentia maſculina factus eſt locus ſecundæ parti conceſſionis merè, ac ſimpliciter hęreditariæ, *Alex. conſ. 24. num. 12. lib. 5.*

Ruin.conſ.38.num.7 lib.1. Rolan.conſ.90.nu.7 lib.4. Corn.conſ.16.num.23.in fine verſ.non obſtat, & n.24 vol.1. Menoch.conſ.331.num.31.& conſ.999.nu.21. Peregrin.conſ.5.nu.30.lib.1. Clar.in §. feudum q.73. num.2.in fin.verſ.ſed tamen Seraph.deciſ.1105. n.5. & 10.

8 Tertiò, quod verba *in feudum nobile* importent, vt conceſſio cenſeatur facta iure feudi antiqui iuxta doctrinam *Cephal.conſ.173.nu.12. Dec.conſ.53.num.2. Decian.conſ.117.num.10. lib.3. Mantic.de tacit.lib.23.tit.3.nu.27. Bellou.iun conſ.9. num.22.* nihil releuat. Nam vltra quod verba *in feudum nobile* importare feudum francum, & exemptum ab omnibus ſeruitijs præterquã ab expreſſis dixerunt. *Ioannes Andr.in addit. ad Specul. in rubr. de praeſcriptionibus circa finem verſ. alijs videtur Caſtren. conſ.461. num.5. vol.1. Corn. conſ.16.num.20.in fin.verſ.inſuper & num.22.verſ. & pari ratione lib.1. Socc.ſen.conſ.257 num.1. verſ. ex quo lib.2. Lancellott.Gall.conſ.87.num.19.* conceſſio facta iure feudi antiqui non excludit fœminas, & extraneos poſt maſculorum defectum ex verbis inueſtituræ vocatos, vt in puncto de feudo conceſſo *pro ſe, & haredibus, ac ſucceſſoribus quibuſcunque* cum clauſula *in feudum antiquum, auitum, & paternum*, iudicatum fuiſſe contra Sereniſſimum Ducem Sabaudiæ ad fauorem fœminarum teſtatur *Theſaur.dec.227. in fin.* reddens rationem *num.15.* quia dicta verba *in feudum antiquum, auitum, & paternum* nihil operantur contra beneficium inueſtiti, eiuſq; ſucceſſorem, idemque fuiſſe iudicatum ad fauorem filij ſororis, heredis inſtituti refert *idem Theſaur.deciſ.146. in fin.* vbi *Addens* eandem rationem reddit nempe, quia d. clauſula *iure antiqui feudi* ſuum effectum inducit contra inueſtientem, non contra inueſtitos, & quod clauſula *in feudum nobile* non reſtringat feudum alias improprium firmauit *Rota coram Seraph.d. deciſ.1105.n.5. & 10.*

Poſt verba diſpoſitiua inueſtituræ ſequuntur pacta executiua in his verbis. *Ita quod liceat tibi, ac haeredibus, & ſucceſſoribus tuis Ciuitatis, Caſtrorum, Terrarum, & Villarum praedictorum, ac eorum Fortiliciorum Domorum &c. Molendinorum, Iurium, Iuriſdictionum, & pertinentiarum eorumdem poſſeſſionem propria auctoritate liberè apprahendere, & perpetuo retinere; Alienatione tamen quorumcunque bonorum immobilium, & praetioſorum mobilium Ciuitatis, & ſingulorum Caſtrorum, Terrarum, & Villarum huiuſmodi tibi, ac filijs, & haeredibus, ac ſucceſſoribus tuis praefatis penitus interdicta, niſi vt praefertur de noſtro conſenſu; Mandantes nihilominus dilectis filijs Communitati Ciuitatis, ac Vniuerſitati Caſtrorum, &c. vt te, ac filios tuos, dictoſque haeredes, ac ſucceſſores tuos praefatos ad Ciuitatem, Caſtra, Terras, & Villas, eorumq; Fortilicia omnia ſupradicta, eorumque poſſeſſionem admittant, tibique ac mandatis tuis, nec non filiorum, haeredum, & ſucceſſorum tuorum tanquam eorum verò Domino, & Dominis vtili, & vtilibus plenè in omnibus pareant, & obediant cum effectu; Volumus autem quod tu, & filij, ac haeredes, & ſucceſſores tui Ciuitatis, Caſtrorum &c. Comites pro tempore Ciuitatem Caſtra &c. Arces, & Fortilicia, proprijs ſumptibus, & expenſis manutenere, cuſtodire, & defendere, ac omnia onera per Comites ſupportari ſolita, ſupportare debeatis, abſque eo quod dicta Eccleſia aliquid perſoluere teneatur. Quod ſi tu aut filij, haeredes, & ſucceſſores tui praedicti ullo vnquam tempore, quod abſit, à noſtra, & dictæ Eccleſiæ deuotione plena obedientia, & fidelitate te retraxeris, ſeu ipſi filij tui, haeredes, & ſucceſſores ſe retraxerint, praeſentes litteræ nullius ſint roboris, vel momenti.*

9 In his verbis pro parte Cameræ ponderabatur, quod verbo *ſucceſſoribus* fuit ſæpius adiectum pronomen *tuis*, & dicebatur hoc præſeferre proprios, non autem alieni ſanguinis ſucceſſores, iuxta tradita per *Menoch.conſ.54.n.42. verſ.2. eſt caſus*, ſed huic obiecto reſponſum fuit cum deciſ. *in §. nec facit*, quod in principali diſpoſitiua fuit dictum *ſucceſſoribus quibuſcunque* ſequenti verò, alijſque pluribus locis fuit addita dictio *praedictis*, vel *praefatis*, quæ repetit qualitates ſuperiùs expreſſas, & ſic ex vi relationis addit dictionem *quibuſcunque*, vt ex iuribus ibi citatis, & *Menoch.* loquitur de ſuis hæredibus non autem de quibuſcunq; nec de verbo ſucceſſoribus, quod habet latiorem ſignificationem comprehenditque quoſcunque ſucceſſores, tàm vniuerſales, quàm particulares *Claud.Seiſſell.in l. Gallus §. etiam ſi parente num.11.ff.de lib.& poſth. Corn.conſ.16.num.8.verſ. ſuccedentes lib.1. Camerar.in cap. Imper.fol.29. littera G. cum ſeqq.de probibit. feud.alien. per Federic. Bero.conſ.65.nu.68.verſ.igitur lib.1.*

10 Succeſſiuè ponderabatur prohibitio alienationis, & dicebatur illam cenſeri adiectam ad declarandum verba, *& haeredibus, ac ſucceſſoribus quibuſcunque* intelligenda eſſe de hæredibus, ac ſucceſſoribus quibuſcunque ſanguinis, ſed reſponſum fuit. Primò cum deciſ. quod prohibitio facta fuit cum clauſula *niſi de conſenſu*, quæ poſita poſt prohibitionem affirmat, & permittit alienationem de conſenſu, vt præter allegatos in dec. *in §. quarta Coniectura* probant *Socc.iun.conſ.163.nu.36.& 37.lib.2. Pariſ.conſ.31. num.35. lib.2. Rim. iun.in l. qui ſe patris num.139. & 141. C. vnde liber Rota deciſ.322.num.4. par.1. diuerſ.* Neque facit, quod dictio *niſi* non importet promiſſionem conſenſus, ſed ſolam permiſſionem alienandi de conſenſu, & Dominus non teneatur conſentire, quando prohibitio exprimitur verbis negatiuis, vt per *Afflict.* alioſque per Dominos Scribentes pro R. C. citatos, quia iſti prohibitionem verbis negatiuis expreſſam exemplificant in prohibitione abſoluta, vel cum clauſula *ſine conſenſu*, quæ ſemper negat, nec inducit ex propria ſignificatione aliquam permiſſionem *Crauet. conſ.472. num.11. verſ. nec obſtat pactum*. Quapropter ex his, quæ tradunt DD. de clauſula *ſine conſenſu*, non poteſt inferri ad clauſulam *niſi de conſenſu*, quæ poſt negatiuam ex propria ſignificatione affirmat, & ponit illud, quod negatum fuerat *Bart. in l. actione num.1. verſ. ſed eſt aduertendum C. de tranſact.* vbi etiam *Bald. num.2. & 3. Alberic.num.3. Aret.3. Rom.num.6. & Rim. ſen.num.4. cum alijs ſupra, & infra allegatis.* Ideoque cum prohibitio neget alienationem permiſſam, ex præcedentibus verbis, & *haeredibus*

Digitized by Google

dibus, ac ſucceſſoribus quibuſcunque ſequens dictio *niſi* ponit eandem alienationem de conſenſu, ex huius enim dictionis proprietate reſultat licentia expreſſa non ſecus, ac ſi dictum fuiſſet, alienatione permiſſa de conſenſu, vt præter allegatos in *dicto* §. 4. *coniectura verſ. & reſultat* tradit *Decian. reſponſ.78. num.12. & 15. cum tribus ſeqq. lib.3. per text. in l. quibus diebus* 40. §. *quidam Titio ff. de condit. & demonſtrat.* vbi dicitur, nihil intereſt vtrum iſta ſcribatur, ſi mater mea morietur dato, vel niſi mater mea morietur ne dato, *Rota deciſ.639. num.2. par.1. recent. & coram Buratt. deciſ.359. poſt num.5. circa fin. verſ. ad primam namque & num.6.* vbi quod habet implicitam affirmatiuam, ita vt oratio non dicatur negatiua, ſed affirmatiua, & contraria procedant in oratione ſimpliciter negatiua, *& in Bononien. Domus* 25. *Iunij* 1632. *coram Eminentiſſimo Card. Veroſpio*, & quando permittitur alienatio reſeruato conſenſu, non poteſt Dominus ſine iuſta cauſa illum denegare, tum quia verbum *conſenſus* non importat liberam voluntatem, ſed arbitrium boni viri, vt ex Doctrina *Bart. in extrauagant. ad reprimendum verbo videtur nu.4. verſ. conclude igitur* tradit *Loffred. in parafras. feud. cap.1. §. donare qualiter olim. feud. fol.26. col.3. circa med. verſ. quin imo per ſupradicta*, & facit *Abb. in cap.1. num.13. verſ. contrarium ego puto de conſtit. & Iaſ. in l. ſi ſic legatum num.16. ff. de legat.1.* & propterea Domini conſenſus in huiuſmodi prohibitione alienationis feudi reſeruatus intelligitur arbitrio boni viri, & ſine iuſta cauſa denegari non poteſt, vt *per Loffred. ibid.* Tum etiam quia in contractibus nullum verbum ſtare debet ſine virtute aliquid operandi *cap. ſi Papa de priuil. in 6. l. ſi quando in princ. ff. de legat.1.* prout ſtarent verba *niſi de conſenſu*, ſi non plus adderent, quam competit de iure, de quo etiam feudum rectum, & proprium alienari poteſt ſi Dominus conſentiat, *cap. Imperialem de prohibit. feud. alienat. per Feder. cap.1 de prohibit. feud. alienat. per Lothar.* & proinde intelligenda ſunt de conſenſu cum effectu præſtando, ſi non adſit iuſta cauſa denegandi, vt præter *Afflict. & alios*, *vbi ſupra citatos* tradunt *Loffred. in d. cap.1. §. donare fol.23. col.3. & 4. & fol.24. Frecc. de ſubfeud. lib.2. §. pluribus autem n.77 circa fin. verſ. quia data eſt Capic. in repet. leg. Imper. col.1. verſ. an, & quando ibique Montan. num.156. verſ. ego puto, & Camerar. pag.30. littera A. verſ. iſta tamen cum pluribus ſeqq. Corſett. conſ.1. num.4. & ſeqq. & conſ.2. num.8. verſ. illud tamen Lanar. conſ.6. num.5. cum ſeqq. & conſ.30. num.12. & conſil.92. num.10. Pont. de poteſt. Proreg. tit.7. §.2. nu.34. & conſ.81. num.55. & ſeqq. vbi de communi Maur. iun. allegat.18. num.4. Marcellus, Marcian. conſ.27. num.14. Bommacar. in cap. feudum ea lege num.51. ſi de feud. defunct. Intrig. de feud. cent.2. art.6. num.65. Gratian. diſceptat.730. nu.54. & 55.* Nec fieri poteſt difficultas ex traditis per *Bart. & alios in l. actione C. de tranſact.* in illis quæſtionibus non vendam niſi tibi, non ducam in vxorem niſi te, in quibus terminis multi dicunt, non induci obligationem vendendi, vel ducendi in vxorem, diſtinguendo cum *Bart.* an dictio *niſi* referatur ad potentiam, vel ad actum.

Quia prædictæ traditiones procedunt, quando nulla alia adſunt verba, vel ſigna denotantia, partes voluiſſe, inducere obligationem vendendi, vel ducendi in vxorem, ſecus verò ſi adſunt, vt explicant *Couar. de ſponſalibus par.2. cap.4. §.1. nu.7. & 8. & Guttier. crim. qu. lib.1. cap.21 num.16. & 17.* & ideo *Rota coram Card. Caualerio deciſ.415. num.2.* firmauit, quod ſi cum illis verbis non ducam niſi te interueniat immiſſio anuli, inducuntur ſponſalia, quia verba ſunt apta ad inducendam obligationem iuncto illo ſigno. At in caſu noſtro inueſtitura eſt *pro quibuſcunque hæredibus, & ſucceſſoribus*, & in hoc fundatur intentio D. Principiſſæ, & ideo non poteſt Camera eam reſtringere ex prædicta prohibitione alienandi, cum exceptio illa *niſi de conſenſu* ſit apta ad inducendam obligationem Domini, iuncta præcedente vocatione hæredum, & ſucceſſorum quorumcunque.

11 Ad conſilium *Decij* 170. *alias* 171. *num.3.* dicentis, quod Emphyteuſis Eccleſiaſtica conceſſa pro ſe ſuiſque hæredibus, & ſucceſſoribus, & quibus dederit non tranſit ad extraneos, ſi vlterius adijciatur pactum, quod non poſſit vendere, vel alienare niſi prius requiſito Monaſterio, cui teneatur vendere pro aliquali minori pretio; reſpondebant Domini, quod reprobatum fuit *à Compilatore Epithomis*, nec non ab *Addente in ſingulis litteris*, & à *Surd. conſ.551. num.7. verſ. licet in caſu ſuo*, vbi quod errat, & loquitur contra omnes, pariterque in eiſdem terminis *à Rota deciſ.287. num.2. par.1 recent.* vbi dicitur in hoc minimè ſequendam eſſe doctrinam *Decii.* & quod contrarium fuerit iudicatum, & ipſemet Decius cum à Scholaſticis occaſione iſtius conſilij ſubrideretur, reſponderit, quod in princ. & in fin. conſilij erat proteſtatus, quod ea non ſcribebat, quia ita ſentiret, ſed ſolum vt diligentius veritas inquiri poſſet, teſtatur *Alciat. conſ.7. num.2. lib.1* & quod non procedat in prohibitione ſine conſenſu Domini declarauit etiam *Rota dec.16 num.3. part.3. recent. & in Caſenaten. Emphyt.14. Nouembri 1635. coram bon: mem: Merlino in* §. *& quamuis* vbi ita diſtinguendo reſpondet *Dec. & deciſ.74. & 211. par.6. recent.*

12 *Crauett. conſ.172.* loquitur in conceſſione à Ciuitate Thaurini facta Federico de Plozeſco nomine recti, & gentilis feudi pro filijs, & filiabus, ita quod dicti Federicus, ac eius hæredes, tam maſculi, quam fœminæ d. feudum habeant &c. & faciant quidquid voluerint eo nomine gentilis, & recti feudi hoc expreſſim acto, quod neque d. Federicus, neque dictum Commune poſſint feudum alienare niſi de conſenſu vtriuſque partis, & quærit, vtrum hoc feudum de conſenſu poſſeſſoris, & dicti Communis alienari poſſit in præiudicium Agnatorum vt *num.3.* & reſpondet, quod non, quia proximior Agnatus habet regulam Iuris quod feudum rectum alienari non poteſt in præiudicium Agnatorum etiam conſentiente Domino directo, vt *num.4.* & præcipuè ſtante decreto illius Prouinciæ vt *num.5.* & proſequitur vſque ad *num.11.* arguendo, quod alienari

nari non poteſt in præiudicium Agnatorum, propterea illius dicta non poſſunt applicari cõceſſioni ſimpliciter hæreditariæ, minuſque, vbi non agitur de præiudicio Agnatorum.

13 *Menoch.conſ.931.num.14.* ſupponit conceſſionem factam pro ſe, ſuiſque hæredibus,& ſucceſſoribus quibuſcunque ab eo,vel eis deſcendentibus maſculis, & fœminis, & quibus dederint, ita tamen, quod extantibus maſculis, vel aliquo maſculorum fœminæ ſint, ac eſſe intelligantur à præmiſſa ſucceſſione ſuſpenſæ, vt ex themate facti, & principio præcedentis conſilij in eadem cauſa, & ſic clauſulam quibuſcunque fuiſſe reſtrictam ex ſeqq. verbis ab eo, vel eis deſcendentibus, & clauſulam quibus dederit, ex ſeqq. verbis, ita tamen quod extantibus maſculis fœminæ ſit ſuſpenſæ, ideoque has clauſulas, circumſcripta etiam prohibitione alienandi niſi de conſenſu, nihil operari potuiſſe in præiudicium Agnatorum maſculorum, & propterea, nec ipſe applicari poteſt caſui de quo agitur.

14 *Boſſius de pub.bon.num.54.verſ. & ad conſ. Decij & Farinac.conſ.209.num.13.& 16.* loquuntur de confiſcatione in præiudicium Agnatorum, quibus exiſtentibus Dominus habet iuſtam cauſam denegandi conſenſum, imoconſenſus Domini præiudicare non poteſt Agnatis in inueſtitura ex pacto, & prouidentia vocatis vt notant, *Iſern. & alij DD. communiter in cap.1. §. quoque de ſucceſſ.feud. & de alienat.feud.pater. Alex. conſ.106.vol.4.Oſaſcb. deciſ.164. num. 16. verſ. nos autem loquimur* vltra quod *Farinac.* non loquitur de dictione *niſi ſed* de dictione *fine*.

15 Non obſtat clauſula *vt præfertur*, quia verè habet relationem ad permiſſionem alienandi ſupra formaliter conceſſam, dum vocati fuerunt hæredes, & ſucceſſores quicunque ſcripturum enim dicitur formaliter id, quod venit in neceſſariam conſequentiam materialiter expreſſorum *Rauden. de Analog. cap. 27. num.37. poſt med. & ſeq.Menoch. adipiſcen.remed.4.nu.125. & 126.Surd.deciſ. 254.num.38. & deciſ.338.n.16.* non antem ad ſolemnitates conſiſtoriales, de quibus in litteris nulla mentio facta fuit, nec ſequitur verba *de noſtro conſenſu*, ſed illa præcedit, & ſubſequitur immediatè dictionem,*niſi*, quæ præcedentem negatiuam reſoluit in affirmatiuam permiſſæ alienationis de conſenſu ex prææallegatis. Et eo magis, quia prohibitio loquitur de ſingulis corporibus, videlicet *quorumcunque bonorum immobilium, & pretioſorum mobilium Ciuitatis, & ſingulorum Caſtrorum, Terrarum, & Villarum*, & ſic Leo noluit ſingula corpora diſgregari poſſe ab ipſo feudo, nec alienationem eorum particularem permittere, ſed voluit permittere vt ſupra dixerat, quando nempè totum Comitatum, & totum corpus feudale in quoſcunque alienarent, vel tranſmitterent, ita vt dd. verborum ſenſus ſit, alienationem ſingulorum corporum penitus interdicere, omnium vero in vnum feudum vnitorum permittere, de conſenſu tamen Domini, ad effectum ſolum, vt ſciret Dominus, quibus pactis, & in quam perſonam feudum transfiret iuxta tradita per *Afflict.* & alios relatos *in deciſ. in §. quarta coniectura* & prædicta comprobantur ex eo, quod Leo in facultate capiendi poſſeſſionem expreſſit omnia corpora,& immediatè adiecit prohibitionem alienationis, ita vt ſi nihil aliud voluiſſet, quam prohibere alienationem Comitatus,& feudi, paucis dixiſſet alienatione tamen penitus interdicta, vel vbi omnia corpora mox expreſſa iterum exprimere voluiſſet, illa expreſſiſſet eodem ordine, incipiendo à Ciuitate, Caſtris, &c. non autem hæc appoſuiſſet poſt vniuerſalitatem quorumcunque bonorum immobilium, quæ ſui propria ſignificatione capiebant etiam Ciuitatem, Caſtra &c. & fruſtra etiam ſubiunxiſſet pretioſorum mobilium. Quaproptercum Leo mutauerit ordinem, & locutus fuerit per verba ſingulorum Caſtrorum, hæc intelligenda ſunt iuxta propriam ſignificationem de ſingulis corporibus, & verba *niſi*, *vt præfertur*, de alienatione omnium in vnum feudum vnitorum, & ſic habent ſuam congruam relationem tam clauſula, *vt præfertur*, quam dictio *penitus*. Neque aliqua ratione verba prædicta referri poſſunt ad Comitatum, non enim ex prohibitione alienationis partium inferri poteſt ad prohibitionem alienationis totius, quia Domini conditio deterior efficitur per diuiſionẽ, quam ſi totum feudum alienetur *Scrader. de feud.par.8.cap.4.num.15.verſ. è conuerſo, Menoch. conſ. 264. num. 37. verſ.7. confert, & num. 38.* & aliud eſt dicere Caſtrum, aliud vero bona Caſtri,*Gozad.conſ.26.num.43.verſ. tertio tales loquuntur, & ſeq.* & ſenſit etiam *Oldrad.conſ.721.nu.6.* ſed ceſſat omnis difficultas, quia etiam ſi dicta clauſula referri poſſet ad ſolemnitates Cõſiſtorij tamen Clemens Octauus derogauit ex preſsè omnibus ſolemnitatibus ex conceſſione Leonis fortaſſe requiſitis, quæ derogatio ſufficit ad hunc effectum, vt dixit *Rot. in recen. deciſ.666.num.1.& 2. par.1. & deciſ.175. num.4. par.4.& in Ferrarien.ſeu Comaclen.præpoſituræ 15. Decembris 1625. coram Remboldo, §. ſiue enim in finc. et §. et quamuis poſt med.*

16 Secundo dicebant Domini, quod iſta prohibitio referri non poteſt ad vltimas voluntates, quia ſic relata induceret ſubitaneam correctionem, & repugnantiam, nam clauſula, *& hæredibus, ac ſucceſſoribus quibuſcunque*, importat liberam facultatem alienãdi tam per viam voluntatis, quàm inter viuos, vnde ſi prohibitio tolleret facultatem alienandi etiam per viam vltimæ voluntatis, ſine dubio eſſet repugnantia, & ſubitanea correctio, quia eſſet dicere concedo, vt poſſis alienare per viam vltimæ voluntatis, & poſtea ſubiungere,nolo, vt poſſis alienare per viam vltimæ voluntatis, verus igitur intellectus eſt, vt dicta prohibitio reſtringat facultatem alienandi ex contractu inter viuos, non autem ex vltima voluntate, prout firmauit *Rota deciſ.261. num.2. & 3. verſ. vel ob, & d.dec.287.num.2. par.1.recen.* & quamuis *dec.74. & 211. par.6.recent.* dixerit prohibitionem alienandi euacuare in totum vires clauſulæ ad habendum, hoc tamen declarauit procedere in prohibitione ſimplici, & & ab-

& abſoluta non autem cum clauſula, *ſine conſenſu*, vel *abſque conſenſu Domini, vt in dicta Caſenaten. Emphyt. 14. Nouembris* 1635. *coram bon. mem. Merlino in §. & quamuis,* vbi reſpondet prędictis, alijſq; deciſionibus in contrarium allegatis, & hinc ceſſat etiam obiectum de prohibitione reali, vltra quod *Roſſental. de feud. cap. 9. concluſ. 59. num. 4. verſ. quod longe ſecus eſt*, loquitur de feudo recto, & proprio, & de prohibitione legali, quæ iſto caſu fuit ſublata ex verbis inueſtituræ, *pro hæredibus, & ſucceſſoribus quibuſcunque*, importantibus, vt poſſit alienari ſine conſenſu, *Camer. ſup. relat. in cap. Imper. fol. 29. littera E. & F. de prohibit. feud. alien. per Federic.* Ideoque non poteſt applicari prohibitioni factæ cum clauſula, *niſi de conſenſu*, in conceſſione ſimpliciter hæreditaria, & *Surd. conſ. 77. n. 8. in fin. & ſeq. verſ. non obſtat, & Menoch. conſ. 753. à num. 9. verſ. quia ad num.* 15. allegati pro Camera loquuntur de prohibitione teſtamentaria fauore ſubſtitutorum, vel agnationis, & propterea non applicantur prohibitioni factæ in contractu cum clauſula, *niſi*, vel *ſine conſenſu*, quæ ſemper ita interpręanda eſt, vt concordet cum conceſſione pro hæredibus, ac ſucceſſoribus quibuſcunque, *l. non ad ea, ff. de condit. & demonſt.* & vitetur contrarietas, & correctio, *Dec. conſ. 500. nu. 6. & ſeq.* & fiat relatio congrua ſingula ſingulis, *Rota dec. 429. num. 3. par. 2. & deciſ. 206. num. 4. par. 3. recent.* & ne prior poteſtas reddatur eluſoria, *Corſett. in conſ. impreſſ. apud Petr. de Greg. de conceſſ. feud. par. 6. q. 8. num. 5. verſ. ne ex hoc*, præcipuè cum in alienatione inter viuos militet diuerſa ratio, tum quia feudum non ita de facili poteſt trãſire in infidelem, aut inimicum Domini ex teſtamento, vel ab inteſtato ſicut ex contractu inter viuos, maximè lucratiuo, cum in venditionibus, permutationibus, pignorationibus, & ſimilibus non conſideretur alia ratio, quam propriæ vtilitatis, & & transferatur in maiores oblatores aliquando etiam penitùs incognitos, ſucceſſio verò ex vltima volũtate competat proximioribus, qui præſumuntur fideles, & quando transfertur in alios, iſti non ſunt niſi dilecti feudatario teſtanti, qui non poteſt ſine incurſu ammiſſionis feudi contrahere amicitiam cum inimico Domini, *cap. vnico quot teſtes ſunt neceſſ. ad proban. feud. ingrat.* Tum etiam quia intereſt Domino animaduertere, vt in alienationibus inter viuos exprimatur ſolutio canonis, & nõ fiant pacta contraria conceſſioni, tum & tertio quia in venditionibus Dominus habet prælationem, & retractum *Text. & gloſ. in cap. 1. §. porro qualiter olim feud. pot. alien.* quã ibidem ſequuntur *Bald. Aluarott. & alij feudiſtæ communiter Cald. de iur. emphyt. lib. 4. cap. 6. num. 15. in fin.* Illique propterea intereſt ſcire contractum à principio, vt videat, ne circa pretium fiat colluſio, & vltimæ voluntati non conuenit conſenſus Domini cum teſtamenta fiant ſine alterius conſenſu, & non adaptatur prælatio, vt in terminis reſpondit *Rota in recen. d. dec. 16. n. 6. ad med. par. 3.* Et denique alienatio cauſa mortis eſt actus neceſſarius, contractus verò inter viuos eſt voluntarius, & fauorabilior eſt actus vltimæ voluntatis, ac facilius permittitur facultas teſtandi, quam diſponendi per contractum inter viuos, *Gabr. conſ. 1. 2. q. 1. num. 2. lib. 1. Menoch. conſ. 210. num. 16. & præſumpt. 189. nu. 51. lib. 4. Surd. conſ. 10. n. 16.*

Non obſtat dictio, *penitus*, quæ prætenditur
17 importare in totum, & quouis modo, & propterea extendere prohibitionem ad alienationem ex vltima voluntate ex notatis per *Iaſ. Rip. & Alci. in l. filiusfamilias, §. diui. ff. de legat. 1. cum alijs citatis pro Camera.* Nam reſponſum fuit obiectum non procedere, quando præcedunt verba concedentia omnem libertatem alienandi, vt dixit *Boſſ. d. tit. de bon. pub. num. 61. circa fin. verſ. tamen hæ deciſiones*, & firmauit *Rota d. dec. 16. num. 5. in fin. par. 3. recent.* Et vltra quod dictio, *penitus*, refertur ad prohibitionem alienationis ſingulorum corporum, vt ſupra dictum fuit, dictiones huiuſmodi recipiunt congruam determinationem, *Bald. in l. fin. num. 6. C. de contrahen. empt. Dec. in l. ſi quis in contrah. num. 12. C. de pact. Simon. de Pret. conſ. 138. num. 15. lib. 1.* Ideoque ſatis eſt, vt operentur in in contractibus inter viuos, ad quos refertur huiuſmodi prohibitio, quia cum alterius conſenſus non ſit proportionabilis diſpoſitioni teſtamentariæ, ſequitur, vt in prohibitione prędicta de teſtamento, & ſucceſſione ab inteſtato nõ fuerit cogitatum, vt benè tradunt *Alex. conſ. 59. num. 6. lib. 3. Socc. iun. conſ. 163. n. 32. & 33. lib. 2. Maluaſ. conſ. 125. num. 75. Odd. de prohib. alien. q. 25. num. 52. Rota dec. 11. num. 1. par. 1. rec.*

Quapropter cum prohibitio non faciat, quo
18 minus feudum remaneat merè, ac ſimpliciter hæreditarium, conſenſus Pontificis in alienatione præſtitus non cadit ſub Bulla Pij V. de non infeudando, nec ſub illius declarationibus poſtea factis ab Innocentio IX. & Clemente VIII. vt reſoluit *Camera in cauſa Interamnen. Caſtri Pedislnei 9. Iunij* 1609. *coram Maluaſia,* & dictum fuit in alia.

19 Tertio, animaduertebant Domini, quod ex verbis prohibitionis apparet, illam non poſſe referri ad vltimas voluntates, quia prohibitio facta fuit explicitè ſucceſſoribus, quod verbum in neceſſarium antecedens præſupponit feudi translationem in ſucceſſores particulares ex vltima voluntate, & prohibitionem referri ſolummodo ad alienationem inter viuos, *Farinac. conſ. 135. num. 31.* neque dici poteſt, quod intelligi debeat de ſucceſſoribus ſanguinis, quia conceſſio facta fuit non ſolum pro deſcendentibus, verum etiam pro hæredibus, & ſucceſſoribus quibuſcunque, prout etiam prohibitio fuit facta filijs, & hæredibus, ac ſucceſſoribus quibuſcunque, propter relationem ad ſupra expreſſa ex verbo præfatis, repetente cum omnibus qualitatibus, *Decian. conſ. 51. num. 5.* lib. 1. ex quibus patet concedentem ſenſiſſe de ſucceſſoribus extraneis, & noluiſſe prohibere ſucceſſiones ex vltima volũtate, iuxta prædictam *deciſionem* 287. *numer. 2. par. 1. recent.* cum alijs ſupra citatis, quod etiam clariùs explicauit verbis immediatè ſequentibus, ibi; *Mandantes Vniuerſitati Ciuitatis &c. vt te, ac filios tuos, dictoſque hæredes, ac ſucceſſores tuos*

pr a-

Digitized by Google

præfatos ad poſſeſſionem admittatis, quæ verba hæredes à filijs, & ſucceſſores ab hæredibus contradiſtinguunt, non ſolum per dictiones, verum etiam per illud pronomen, *tuos*, ſingulis diſtinctè adiectum, & per verba, *dictos*, ac *præfatos*, ſingulis pariter diſtinctè adiecta, quæ cõuincunt, fuiſſe actum de alijs hæredibus, alijſq; ſucceſſoribus diuerſis à filijs, & deſcẽdentibus, vt comprobatur in *deciſ. in §. vlterius in eadem*.

20 Quarto, quod DD. allegati pro Camera dicentes prohibitionem alienandi reducere feudum ad propriam feudi naturam loquuntur in conceſſionibus factis cum clauſula, *cui dederit*, vel *ad habendum*, & *quidquid placuerit faciendum*, non autem in conceſſionibus cum clauſula, *pro hæredibus, ac ſucceſſoribus quibuſcunque in perpetuum*, in quibus prohibitio alienandi non alterat naturam ſimpliciter hæreditariam, *Gabr. conſ. 76. num. 17. lib. 2. Mantic. de tacit. lib. 22. tit. 19. num. 36. Rota coram Andr. deciſ. 105. num. 12.* ibi nec ob dictum pactum alteratur natura emphyteuſis hæreditariæ tranſitoriæ ad quoſcunque etiam extraneos, & *in Romana dotis 20. Aprilis 1642. coram R. P. D. Cerrillo in §. nec obſtat*, ibi cum prohibitione alienandi, quia illa fuit acquiſita pro hæredibus, & ſucceſſoribus quibuſcunque, & ſic etiam pro extraneis. Et ratio eſt, quia licet clauſula, *cui dederit*, & clauſula, *pro hæredibus quibuſcunq;* à Doctoribus æquiparentur, vt tam vna, quam altera conſtituat feudum ſimpliciter hæreditarium, & alienabile in extraneos; tamen in eo differunt, quod clauſula, *cui dederit*, concedit particulariter facultatẽ alienandi, & inde DD. inferunt, quod admittat hæredes extraneos ab inteſtato, tanquam præſumptiuè nominatos, & propterea, ſublata per prohibitionem facultate alienandi, ceſſat illatio, ac effectus, quod tranſeat ad extraneos hæredes, *Curt. iun. conſ. 130. num. 7.* At clauſula, *pro hæredibus, & ſucceſſoribus quibuſcunque*, dirigitur principaliter in hæredes, & comprehendit ex proprietate verborum hæredes extraneos; facultatem verò alienandi tribuit ſolum in conſequentiam, ideoque prohibitio alienandi non tollit effectum principalem huius clauſulæ, nempe ſucceſſionem ſimpliciter hæreditariam, vt ex iuribus præcitatis; & facit, quod licet feudum conceſſum *pro ſe, & cui dederit*, tranſeat in hæredes extraneos ab inteſtato, ſecus tamen eſt, quando vaſſallus decedens eſt infans, quia tunc, cum non poſſit expreſsè feudum alicui dare, vel relinquere, nec tacitè decedendo ab inteſtato id feciſſe videtur, & propterea illius hæredes non admittuntur, *Bald. conſ. 114. nu. 2. verſ. ſed contrarium lib. 1.* quem refert, & ſequitur *Natt. conſ. 216. num. 6. poſt med. verſ. limitat tamen, Simon. de Pret. de interpret. vlt. volunt. lib. 3. interpret. 1. dub. 2. fol. 2. nu. 7. in fin. verſ. & pro quibus dederit fol. 134. Sard. conſ. 475. num. 25. ante med. verſ. vbi tamen intelligit*, & tamen nemo negabit, quin feudum conceſſum *pro hæredibus quibuſcunque*, tranſeat in hæredes extraneos infantis, dum hæc verba ex ſui proprietate comprehendunt omnes hæredes etiam extraneos, vt ſupra firmatum fuit.

21 Quinto, quod in caſu, de quo agitur, dictio, *quibuſcunque*, nihil operari poteſt inter deſcendentes, prout operatur clauſula, *cui dederit*, vel *ad haben.* & nulla ratione admitti poteſt, inutiliter, & ſuperfluè adiectam fuiſſe dictionem quibuſcunque, in qua tota vis conſiſtit, *Bero. conſ. 65. num. 74. circa fin. verſ. quod minimè admittendum eſt lib. 1.* Ideoque prohibitio non extenditur ad vltimas voluntates, vt in iſtis dictio, *quibuſcunque*, ſuum effectum operari valeat. Nec obſtat reſponſio, quod benè operari poteſt, intelligendo verba, *hæredibus, ac ſucceſſoribus*, de filijs, qui ſint hæredes, aut quouis alio titulo ſucceſſores vniuerſales, aut particulares, quia hoc ſatis operantur verba, *hæredibus, & ſucceſſoribus*, ſine dictione, *quibuſcunque*, vt firmatum fuit in alia, in qua etiam ſingulis DD. qui hodie iterum citantur reſponſum fuit.

22 Ponderabantur etiam pro parte Cameræ verba, *omnia onera per Comites ſupportari ſolita ſupportare debeatis*, quæ tamen à præcedentibus, & ſeqq. declarantur, intelligenda eſſe de oneribus realibus, vt in deciſione *in §. Vltima coniectura*, ideoque licet Papa bellum facere poſſit iuxta tradita per *Innoc. in cap. olim cauſa n. 8. de reſtit. ſpoliat.* Tamen ſatis eſt, quod fuerint expreſſa onera realia, non autem ſeruitia perſonalia, & quatenus iſta etiam fuiſſent iniuncta, in conceſſione facta, *pro hæredibus, & ſucceſſoribus quibuſcunque*, ſeruitia præſtari poſſunt per ſubſtitutum, vt in puncto præter allegatos in alia *in §. vltima coniectura*, tradit *Albert. Brun. conſ. 16. num. 3. & 5. Mandell. conſ. 753. n. 4. & 5.*

23 Denique ponderabantur verba, *quod ſi tu, aut filij hæredes, & ſucceſſores tui prædicti à noſtra, & dicta Eccleſia deuotione plena obedientia, & fidelitate te retraxeris, vel ſe retraxerint præſentes litteræ nullius ſint roboris, vel momenti*, quæ retorquentur, quia ex his liquet, non fuiſſe pręſtitum, neque conuentum iuramentum fidelitatis, quod facit feudum improprium, *Decian. reſponſ. 58. num. 45. lib. 2.* & fidelitas reſeruata non excludit extraneos, nec fœminas, quia requiritur in feudo quantumuis improprio, *Scrader. de feud. par. 2. cap. 1. num. 5. & cap. 2. num. 25. Decian. d. reſponſ. 58. num. 41. lib. 2. Ludouic. à Pegner. in repetit. cap. 1. reg. pet. verſ. 4. fol. 55. num. 18.*

24 Quæ dicuntur de conceſſione Clemen. VII. ſublata fuerunt ex deductis in deciſione in §. *quarta coniectura*, quibus non obſtat, quod ex libro actorum conſiſtorialium pro parte Cameræ oſtenſo appareat, Clementem fuiſſe Romæ de menſe Octobris, & Decembris, quodque conceſſioni ſubſcripſerit ſub nomine Fr. tit. S. Laurentij in Damaſo Presbyter Cardinalis, quia ex eodem libro apparet, Cardinales Campegium, & de Bibiena, qui conceſſioni ſubſcripſerunt. ex Legationibus reuerſos, & in Conſiſtorio exceptos fuiſſe poſt conceſſionem, nempe Campegium die 28. Nouemb. 1519. & de Bibiena die 9. Ianuat. 1520. ſed quocunque modo Clemens conceſſioni Leonis ſubſcripſerit, nihil obſtat, quia claris verbis illam confirmauit, & ſuffragari decreuit Leonello, cui ſuffragari non poterat alio iure, quam vti hæredi extraneo; Neque facit,

quod

quod extarent filiæ Alberti particulariter in hoc feudo inſtitutæ, quia non probatur, Clementem habuiſſe notitiam illarum exiſtentiæ, multoque minus inſtitutionis, & iuſtè credere potuit contrarium, dum Leonellus feudum ſine aliquo contradictore poſſidebat, & quatenus Clemens habuiſſet notitiam exiſtentiæ filiarum Alberti, cum non fecerit de illis mentionem, hinc argui poſſet, quod noluit eis præiudicare, prout non præiudicauit, vt ex deductis in deciſione *in §. tertium quod Clemens*; Nec obſtat, quod verba, *in feudum nobile*, importare poſſint iure feudi antiqui excludentis fœminas deſcendentes, ac extraneos, & iſta ratione potuerit Clemens confirmare conceſſionem Leonis, & declarare illam ſuffragari Leonello, qui erat proximior Agnatus maſculus, quia non inde ſequeretur, quod feudum fuiſſet apertum Cameræ ob extinctionẽ lineæ maſculinæ in Rodulpho de Pijs, nam clauſula, *in feudum nobile*, nõ reſtringit feudum alias improprium, *Rot. coram Seraph. d. dec.* 1105. *num.* 5. *&* 10. & feudum conceſſum *pro hæredibus, & ſucceſſoribus quibuſcunque* cum clauſula, *iure feudi antiqui*, non reuertitur ad inueſtientem ob defectum maſculorum, ſed tranſit ad fœminas, & ad hæredes extraneos, ex dictis verbis, *& hæredibus, ac ſucceſſoribus quibuſcunque* vocatos, vt ſupra dictum fuit ex *Theſaur. deciſ. 227. in fin. & dec. 146. num. 15. vbi Add. litt. A. Cranett. reſponſ. pro genero num. 296. verſ. itaque cum initio, Mart. de clauſulis par. 2. clauſ. 58. nu. 16. verſ. item cum eodem contextu.*

Et ita reſolutum vtraque parte informante.

TOLETANA PENSIONIS.

Lunæ 15. Ianuarij 1646.

ARGVMENTVM.

Materia penſionum confidentialium, quæ apparent reſeruatæ fauore, Hiſpani vulgariter nuncupatus, *Teſta di ferro*, ad commodum tamen Itali latiſſimè diſcutitur vna cum differentia harum reſeruationum in prouiſionibus beneficiorum, & in reſignationibus ad fauorem.

SVMMARIVM.

1 *Penſionis commodum poteſt eſſe penès vnum, & actio ad illam penès alterum.*
2 *Confidentia probatur præſumptionibus, & coniecturis.*
3 *Reſeruationem penſionis ad commodum alicuius factam eſſe, quando intelligatur.*
4 *Confidentiarius non priuatur commodo penſionis per mortem Reſeruatarij.*
5 *Intuitu alicuius aliquid factũ elicitur à correſpectiuitate actuum, ſiue illi actus geſti fuerint inter eaſdem, ſiue diuerſas perſonas.*
6 *in Correſpectiuis vnum cenſetur ineſſe alteri.*
7 *Actus declaratur ex præcedenti tractatu, & ex obſeruantia ſubſequuta.*
8 *Teſtis vnicus deponens de facto proprio concurrentibus adminiculis probat.*
9 *Libri expeditoris litterarum Datariæ faciunt adminiculum.*
10 *Scientia Papæ reſultat ex actuum correſpectiuitate, ex verbis ſupplicationis, & ex tenore conceſſionis.*
11 *Datarius dicitur organum Papæ, & ex illius ſcientia de ipſiuſmet Principis ſcientia certioramur.*
12 *Litteræ Apoſtolicæ, & ſupplicatio plenè probant.*
13 *Officialis non deſcribens in libris Datariæ penſionem confidentialem non nocet.*
14 *Notarius omittens deſcribere inſtrumentum in protocollo non nocet.*
15 *Chirographum non regiſtratum non valet.*
16 *Penſio recipit perfectionem à Signatura ſupplicationis.*
17 *Componenda non ſolet ſolui in penſionibus confidentialibus conceſſis familiaribus Papæ.*
19 *Solutio componendæ præſumitur facta ab eo, de cuius commodo agitur.*
19 *Reſeruatarius debet eſſe Clericus, & moribus honeſtus.*
20 *Plus valet quod agitur, quàm quod fictè concipitur.*
21 *Mandatum irreuocabile ad exigendum ſolet dari in penſionibus confidentialibus.*
22 *in Penſione ad vtilitatem alicuius fideiuſſio ſpectat ad illius commodum, non ad eum, in cuius perſona erat penſio.*
23 *Dimittere intelligitur, qui conſenſit incompatibili aſſecutioni.*
24 *Verbum,* dimiſſio, *eſt loco generis, & complectitur quemcunque actum, per quem quis à ſe abdicat ius proprium.*
25 *Translatio Prælati facta propter meritum perſonæ exigit acceptationem.*
26 *Factum alienum promittens tenetur ad intereſſe, donec factum illud præſtet.*
27 *Dictio,* quouis modo, *adiecta vocationi importat omnem modum excogitabilem.*
28 *Quiſque poteſt fideiubere pro alio.*

DECISIO DCCLXI.

AGENTI D. Abbati Io: Antonio Coſtæ pro ſolutione penſionis ſcut. 200. reſeruatæ vſque ſub Kalen. Aprilis 1626. ſuper Archidiaconatu Toleti per Emiuentiſſimum D. Cardinalem Borgiam tunc poſſeſſo contra D. Paulum Iordanum vti fideiuſſorem, qui acceſſerat huic reſeruationi, cum opponeretur de d. penſionis extinctione per obitum Didaci de Cardenas, ſub cuius nomine apparebat facta reſeruatio, ſed tamen allegabatur à D. Abbate nudum tantummodo nomen illum præſtitiſſe, commodum verò, & vtilitatem ſpectare ad ipſum D. Abbatem, ſicut idẽ Cardenas tanquam Hiſpanus vulgariter nuncupatus, *Teſta di ferro*, habebat etiam alias penſiones ſuper ſuo capite reſeruatas ad commodum, & vtilitatem Italorum, itaut inde iuuetur ipſe D. Abbas ſubrogatione, quam fecit ſan. mem. Vrbanus VIII. Ioannis Gonzalez lagunes pariter Hiſpani, transferendo in iſtum omnes penſiones, quæ aderant auctoritate Apoſtolica reſeruatæ ſuper capite d. Cardenas. Contigit dubitari, An Penſio ſit reſer-

uata

nati ad commodum, & vtilitatem ipſius D. Abbatis, & D. Paulus Iordanus pro ea teneatur; Quo dubio propoſito Domini vtrumq; illius caput affirmatiuè reſoluerunt.

Etenim reſpectu vtilitatis, & commodita-
1 tis pro D. Abbate animaduertebatur nouum non eſſe; vt reſeruationes penſionum concipiantur in perſonam Hiſpani, & nihilominus commoditas ſpectet ad Italum, prout fieri cõſueuit referunt, *Garz. de benef. p.1.cap.5. n.261. Lotter. de re benef. lib.1.q.36. num.90. & ſeqq. Caſtropal. qu. moral. tom.2. tract. 13. diſp.1. punct.11. §.10.num.2. Rota diuerſ. deciſ.400. num.2. par.1. in Holana penſionis 10. Ianuarij* 1610. *impreſſ. penes Marcheſ. de Commiſſ. par.1. pag.622. num.8. coram Buratto deciſ.835. num.6. & coram Reuerendiſſ. D. Durano dec.183.num.8.* ſuper quo vbi directa
2 probatio nequeat haberi, nec dubitabatur ſufficere præſumptiones, & coniecturas, *Lotter. d.q.36. num.105. Caputaq. dec.200. num.6. par.1. Rota diuerſ. dec.401. num.2. par.1. coram Card. Seraph. dec. 1088. num.1. & dec.1108. num.1. & coram Buratt. dec.724.num.3. & dec.791.num.2.*

3 Ita verò Papam voluiſſe in præſenti reſeruare ad commodum, & vtilitatem D. Abbatis ipſum Papam, ac partes hoc ita etiam intellexiſſe apparet librando non minus contextum totius ſupplicationis, quam ſeriem deſuper geſtorum ipſa die Signaturæ illius, vel ante, ac demum poſtea ſupplicatio enim ipſa continendo inſimul cum reſeruatione penſionis, cui Eminentiſſimus Cardinalis Borgia conſenſit, etiam reſignationem D. Abbatis Coſtæ de Canonicatu in Eccleſia Collegiata B.V. Mariæ in Via lata Vrbis ad fauorem D. Iordani familiaris eiuſdem Eminentiſſimi Cardinalis, ac facultatem pro reſeruatario penſionis transferendi; & reſpectiuè Eminentiſſimi Cardinalis Titularis onere illam ſoluendi etiam tranſlatam, ſat detegit contemplationem habitam à Papa d. vtilitatis, & commoditatis ſiue dum alioquin fruſtratoria fuiſſet mentio reſignationis factæ à D. Abbate Coſta, vt bene ad rem ponderat *Card. Seraph. d. dec. 1108. num.3.* ſiue potiſſimum quia ſimiles facultates non conſueuerunt inſeri litteris reſeruationũ continentium indifferenter penſionarij nominationem cum illius commodo, ſed benè quando vnus nominatur, ac alter debet habere commodum, vt in hiſce penſionibus Hiſpanis, quarum commodum Papa ve-
4 lit ſpectare ad Italum, ne tunc Italus per obitum Hiſpani, in cuius perſonam reſeruatio concipitur remaneat priuatus commoditate penſionis, *Lotter. de re benef. d. quæſt.36. num.100. Caſtropal. q. moral. d.§.10. ſub num.2. verſ. Quapropter.*

5 Prout eadem contemplatio elicitur à correſpectiuitate pẽſionis ad reſignationem, quatenus eadem die ſignatæ ſupplicationis Eminẽtiſſimus Cardinalis conſenſit d. reſeruationi, ſic gratificans ſuo familiari, cui Canonicatus reſignatus conferebatur, ac dãnum reſarciens reſignantis iuxta modum in reſignatione receptum, de quo *Pariſ. de reſignat. lib.6.q.2.nu.20.* Atqui D. Iordanus reſignatarius acceſſit obligationi Eminentiſſimi Cardinalis vti principalis principaliter, & inſolidum; Promittens vltro releuare indemnem Eminentiſſimum Cardinalem, & loco Cedulæ Bancariç demandatæ in ſupplicatione attergauit nominatim fauore D. Abbatis Coſtæ loca vndecim Mõtis fidei, cum expreſſione etiam quod ipſa remanerent obligata, donec penſio durauerit, etiam ſi Archidiaconatus in alios transferretur; Quæ actuum cohçrentia cum omnino veriſimilem inferat correſpectiuitatem, vt inde vnus actus intelligatur factus propter aliũ ad trad. per *Doct. in l. petens C. de pact. Menoch. conſ.1. num.145. Surd. conſ.17. num.9. Gabr. de præſ. concl.13. num.45. Card. Mantic. de tac. & amb. lib.2. tit.3. num.2. Pariſ. de reſign. lib.1. q.2. n.25. & lib.14. q.7. num.45. Giurb. dec.85. num.18.* vbi poſt alios affirmat *num.20.* id procedere ſiue actus geſti fuerint inter eaſdem, ſiue diuerſas perſonas, *Rota recen. dec.12. num.40. par.5. coram Buratt. deciſ.361. n.4. & coram Reuerendiſſ. D. Duran. dec.11. num.12.* Vtique ſuadet perſonam D. Abbatis
6 reſignantis nominatam in prima parte ſupplicationis ſubintelligi etiam in ſecunda, quoniam in correſpectiuis vnum alteri cenſetur ineſſe, *l. lecta ff. ſi cert. pet. l. ſi ventri, §. in bonis, ff. de priuil. credit. Bald. conſ.317. per tot. lib.3. Alex. conſ.240. num.31. Io: Franc. à Pont. conſ.69. num.19. Rota recen. dec.428. num.6. par.1. deciſ.108. num.5. par.5. & dec.323. n.86. p.6.*

7 Et id ipſum denique conuincunt tum præcedens tractatus reſeruandç Penſionis ad commodum, & vtilitatem D. Abbatis reſignantis, vndè recta ſumitur interpretatio concluſionis *Surd. conſ.202. num.19. & ſeqq. & deciſ.291. num.10. & deciſ.238. num.30. & ſeqq. Add. ad ſa. me. Greg. XV. deciſ.169. num.7.* Vt comprobatur per
8 Teſtem mediatorem, ſeu expeditorem litterarum reſignationis, & Penſionis, cui licet vnico defertur ità deponenti de facto proprio ſaltẽ concurrentibus adminiculis *Crauett. conſ. 178. num.7. Caputaq. deciſ.271. num.1. & 3. par.3. Rot. diuerſ. deciſ.220. num.4. par.2. coram ſan. mem. Greg. XV. deciſ.247. num.6. & rec. deciſ.162. num.3. & deciſ.201. num.9. par.5. & deciſ.87. num.9. par.6.*
9 Nimirum contemporanea, & conformi adnotatione in libro ipſius expeditoris, ac depoſitione alterius Teſtis quoad ordinem datum Hiſpano de Cardeñ per D. Subdatarium ſeſe gerendi in iſta penſione ad inſtar reliquarum ſui nomine cantantium in Hiſpania, cuius libri, ſeu depoſitionis efficacia licet non careat aliqua dubitatione reſpectu integræ fidei ex traditis *in deciſ. Buratt. 835. num. 14.* Tamen eſt conſiderabilis ad effectum ita adminiculandi ſicut de ſcripturis, & cæteris probationibus informibus animaduertunt *Bald. conſ.204. num.7. lib.3. Rot. rec. deciſ.310. num.3. & deciſ.598. num.6. par.1.*

Tum etiam qualitas eiuſdem Hiſpani habentis ſimiles Penſiones ad commodum, & vtilitatem Italorum cum obſeruantia ſequutarum ſolutionum ad commodum, & vtilitatem D. Abbatis tam de ordine dd. Cardinas, & Lagunes, quam etiam ſine eo, ſed per ſe ipſum exigendo, vt ex quietantijs, & depoſitio-

tionibus Teſtium, quæ obſeruantia pariter de-
monſtrat ſic Papam, necnon partes ab initio
intellexiſſe iuxta adducta *in deciſ. 261. num. 4.*
deciſ. 301. numer. 8. & deciſ. 419. numer. 6. part. 1.
recent.

10 Et ex his de ſcientia Papæ Domini non du-
bitarunt, ſiue reſultet ipſa, vt dictum eſt, ex
illa actuum correſpectiuitate Reſignationis, &
reſeruationis, quaſi hoc ob oculos ponat ſup-
plicantes nihil aliud intendiſſe quam ex qua-
dam veluti permutatione Penſionem ſucce-
dere loco Canonicatus, ad reparandum cum
menſura Iuſtitiæ incommodum, quod ob di-
miſſionem propriæ vtilitatis ad inuicem ſu-
bibatur, ſiue ex inſerta in eademmet ſerie
reſeruationis Penſionis ipſa facultate eã tranſ-
ferendi, quando nunquam alias in eodem
contextu reſeruationis ſolita à Papa reſpectu
aliarum Penſionum concedi detegat id agi, vt
in iſtis confidentialibus Penſionibus obuietur
poſſibilitati extinctionis earumdem, ſi fortè
contingeret prædecedere Hiſpanum, qui no-
men accommodauit, indeque emergat decla-
ratiua expreſſio, non debere commenſurari
durationem Penſionis ad vitam nominati re-
ſeruatarij, ſed hoc etiam extincto adhuc cu-
rari vt ſuperſtes exiſtat, cui verè gratia reſer-
uatæ Penſionis dirigebatur, ſiue ex Decreto
contento in ſupplicatione abſolutorio Hiſpa-
ni, & translatarij à reſtitutione terminorum
exactorum Penſionis in omnem caſum repe-
titionis à Titulari, quod propriè, & præcisè
conuenit naturæ cõfidentialis Penſionis. Cum
tali caſu ſatis ſit emergere ſcientiam, & poſſe
eam excitari in Papa ex toto tenore ſupplica-
tionis ſibi porrectæ, & ex rebus, ac verbis in
ea contentis, præcipuè ſimili confidentiali
Penſioni tantummodò conuenientibus, quæ
bene proinde excludunt præſumptionem ig-
norantiæ ad probationem ſcientiæ indè reſul-
tantis *Rimin. Iun. conſ. 234. num. 328. Berou. conſ. 1.*
num. 10. vol. 3. Pariſ. de confid. quæſt. 40. num. 10. &
ſeqq. & num. 19. 21. & 31. ac de reſign. lib. 2. quæſt. 2.
num. 67. & ſeqq. & lib. 10. quæſt. 2. num. 15. & ſeqq.
Lotter. de re benef. lib. 5. quæſt. 36. num. 92. 97. 100. &
ſeqq. & lib. 3. q. 9. num. 49. Rot. deciſ. 271. lib. 2. par. 3.
diuerſ.

11 Et hoc ita percepiſſe, ac voluiſſe ipſum Pa-
pam exprimere ſupradictum ordinem datum
d. Cardenas à D. Subdatario, per quem vti
per organum defertur nobis vox, & intentio
Papæ, & ex illius ſcientia de ipſiuſmet Prin-
cipis ſcientia certioramur *Rimin. Iun. conſ. 640.*
num. 20. & 29. Lotter. de re benef. lib. 2. qu. 23. nu. 26.
& 27. Rota deciſ. 387. ſub num. 6. verſ. vndè infere-
batur par. 3. rec.

Non obſtat quod hæc Penſio non reperia-
tur deſcripta in libris Datariæ, vbi adnotan-
tur ſimiles Penſiones cõfidentiales. Quidquid
enim ab ijs dumtaxat veritatem haberi poſſe
dixerunt *Garz. de benef. par. 1. cap. 5. nu. 270. Card.*
Seraph. d. deciſ. 1088. ſub num. 4. Buratt. deciſ. 835.
num. 9. Loquuntur in caſu, quo ex tenore
ſupplicationis, & ſubiecta materia veritas non
percipiebatur, nec excludunt quin ex ipſa
ſupplicatione, & litteris probatio valeat de-
ſumi, cum imò litteræ, & ſupplicatio plenè
12 probent *Rot. deciſ. 28. de probat. in antiq. deciſ. 265.*
num. 6. par. 7. rec. & in propoſito *deciſ. 399. nu. 2.*
13 *par. 1. diuerſ.* Neque in Curia Officialis, ad
quem ſpectabat munus ità deſcribendi nocere
debet Italo, habenti fundatam intentionem
ex alijs probationibus, vt in ſimili de Notatio
14 omittente deſcribere Inſtrumentum in Pro-
thocollo dixit *Rot. coram Card. Caual. deciſ. 122.*
num. 11. & coram Buratt. deciſ. 10. n. 6. & 7. Aliud
15 autem ſimili contrarium de Chirographis in-
efficacibus defectu regiſtrationis diluitur, quia
in illis adeſt particularis Conſtitutio fel. rec.
Pij IV. de regiſtrandis. At gratia Penſionis
16 perfectionem recipit à ſola Signatura ſuppli-
cationis *Caſſad. deciſ. 4. num. 2. de cauſ. poſſ. & propr.*
Rot. diuerſ. deciſ. 418. n. 1. par. 1.

Minus refert literas reſeruationis fuiſſe ex-
peditas cum ſolutione componendæ, quę non
conſueuerit ſolui in Penſionibus Hiſpanis cõ-
fidentialibus: Ita enim contigit quoad reſer-
17 uatas in prouiſionibus beneficiorum, non
in reſignationibus ad fauorem: Nec quidem
ratione qualitatis Penſionis, ſed perſonarum,
cum plerumque concedantur familiaribus, &
alijs caris Pontifici ſolitis eximi ab impenſo
compoſitionum, *vt in deciſ. 400. num. 10. verſ. 7.*
quia in fin. par. 1. diuerſ. Et ſolutionem compo-
18 nendæ potius retorqueri pro D. Abbate, qui
illam impendit ad coadiuuãdam aliundè pro-
batam ipſius contemplationem elicitur ex
adductis *in deciſ. Buratt. 724. n. 3. & 791. n. 2.*

Nec eſt conſiderabilis ratio per Papam de-
ducta in litteris reſeruatorijs vitæ, & hone-
ſtatis morum d. Hiſpani, vel attento quod ea
verificari poſſit reſpectu proprietatis remanẽ-
tis penes Hiſpanum, in quo propterea requi-
19 ritur morum honeſtas, & character Clerica-
lis *Felin. ex oper. moral. tom. 3. tract. 42. cap. 9. nu. 19.*
Vel etiam quia effectus conceptorum verbo-
rum erga Hiſpanum proprietate ſui nomine
fruentem magis dirigatur ad Italum contem-
platum reſpectu commodi iuxtà regulam
plus valere quod agitur quam quod fictè cõ-
20 cipitur *l. 1. & tot. tit. l. Plus valet,* quod agit, cum
alijs quos in ſpecie Penſionis retulit, & ſequu-
ta eſt *Rot. in impreſſ. penes Pacific. de Saluian. deciſ.*
129. num. 3.

Neque releuat ab Hiſpano traditum non
fuiſſe D. Abbati conſuetum in Penſionibus
21 confidentialibus dari mandatum irreuocabi-
le ad exigendum, de quo *in d. deciſ. Buratt. 835.*
num. 8. Illud enim ſæpiſſimè conſueuit omitti,
vt in deciſione Card. Seraph. 1088. ſub num. 9. Cui
in omnem caſum, vel alteri defectui, etiamſi
adeſſet alicuius momenti præualerent ſolida
fundamenta cõprobatę contemplationis com-
modi, & vtilitatis, pro D. Abbate ex ſupra
allegatis.

Hinc firmato antecedenti contemplatio-
nis prædictæ reſultat neceſſaria conſequentia,
22 vt D. Iordanus vigore ſuæ acceſſionis, ſeu fi-
deiuſſionis teneatur ſoluere D. Abbati Coſtæ,
cum omnes Penſiones reſeruatæ Hiſpano de
Cardenas fuerint per ſan. me. Vrbanum VIII.
translatæ habita generali, & indifferenti rela-
tione;

Digitized by Google

tione; prout in diuerſis ſupplicationibus, ſeu Cedulis motus proprij deſuper ſignatis continebatur in perſonam Ioannis Gonzales Lagnnes, qui adhuc viuit; Atque obligationum ſeu fideiuſſionum ius tali caſu tendat ad Itali commodum, non ad Hiſpani vtilitatem *Gratian.diſcept.131.n.20.Rot.in impreſſ.penes Pacific.d. deciſ.129.eodem num.3.*

Nec translatione ſequuta Eminentiſſimi D. Cardinalis Borgiæ ad Eccleſiam Hiſpalēſem, & deinde ad Toletanam poteſt dici acceſſionem D.Iordani expiraſſe. Quia nedum in reſeruatione Penſionis iuxtà quam, & iuxtà omnia Decreta in ea contenta ſe obligauit idem D.Iordanus cauetur expreſsè quod obligationes, & acceſſiones conſiſtant in ſuo robore etiam poſtquam ipſe Eminentiſs. Cardinalis Archidiaconatum dimiſiſſet, niſi ſucceſſor feceiit ſimilem obligationem, & teneri præcisè ſe ac ſuos ſucceſſores, & fideiuſſores velle declarauit idem Eminentiſs. Cardinalis ad formam omnium Decretorum reſeruationis ipſa Penſiōne durante, etiam quod quacumque auctoritate, & motu proprio Papæ fieret de d. Archidiaconatu aliqua prouiſio, donec prouiſi,& ſe pariter obligarēt,& cęteras cautelas hic in Vrbe præſtarent pro ſecuritate Penſionis; Ac dimittere intelligatur, qui con-
23 ſenſit incompatibili aſſecutioni *Pariſ.de reſign. lib.1.quæſt.1.num.40.vbi ex Mandoſ.ſuper reg.Cancell.de infirm.quæſt.13.num.8.& 9.* Ait quod ver-
24 bum dimiſſio eſt loco generis, & complectitur quemcumque actum, per quem à ſe quis abdicat Ius proprium; Eoque magis vbi translatio, vt in præſenti conceſſit propter meri-
25 tum translati, tunc enim effecta intelligitur ex parte eiuſdem translati à proprio conſenſu, & acceptatione *Abb.in cap.vlt. num.13. de poſtul.Prel. Calderin.conſ.1.de translat. Prelat.Lotter.de re benef.lib.2.quæſt.28.num.77.& 79.* & fuit dictum *in Bonon.Beneficiorum 29. Maij 1645. coram R.P.D. meo Bichio*. Teneaturque ad intereſſe, & ſic ad ſolutionem Eminentiſs.D.Cardinalis, & ipſe D.Iordanus perſonalis fideiuſſor, donec integrum factum alienæ futuræ
26 obligationis ab ipſis omninò præſtetur ex *Rot.coram ſa.me.Greg.XV.deciſ.241.*

Sed & vlterius etiam obligatio D. Iordani emanauit de ſoluendo abſolutè donec Penſio durauerit cum ſpecificatione, etiamſi Archidiaconatus huiuſmodi quouis modo vacando
27 ad alios tertios poſſeſſores transferatur, nam verba, quouis modo, adiecta vacationi important irrefragabiliter omnem eius modum excogitabilem *Gabr.conſ.187.num.9.lib.1.Rolan. conſ.5.nu.48.lib.1.Laurent.deciſ.Auenion.150.nu.1.* cum alijs per *Modern. Luſitan.dict.339. num.1.& ſeqq.Rot.diuerſ.deciſ.505. num.19.par.1.* Ac fine dubio potuit idem Iordanus velle manere ſuam obligationem poſtquam Archidiaconatus quomodocumque in aliam perſonam tranſiſſet, quia non prohibetur quis fideiu-
28 bere pro alio, & obligare ſe pro re aliena, *vt deciſum fuiſſe in vna Praneſtina & Senen.Penſionis 10.Iunij 1558.coram Guirurga referunt*, & eam ſequuntur *Pariſ.de reſignat.lib.1.q.8.nu.16.& 17. Garz.de benef.par.1.cap.5.n.180.*

Et ità vtraque parte Informante &c.

RAVENNATEN. EMPHITEVSIS.

Veneris 19. Ianuarij 1646.

ARGVMENTVM.

Emphyteuſi Eccleſiaſtica finita, ſi Eccleſia eam pro ſe retinere nolit, tenetur proximiores defuncti reinueſtire, & quando conſter Eccleſiam nolle pro ſe retinere, & alia plura circa conceſſionem Emphyteuſis cum conditione, vt poſſit reuocari ad beneplacitum,& libitum concedentis.

SVMMARIVM.

1 *Proprietarius finita Emphyteuſi tenetur inueſtire proximiores vltimi Emphyteutæ.*
2 *Eccleſia, ſi velit pro ſe retinere Emphyteuſim finitam, non tenetur inueſtire proximiores.*
3 *Emphyteutici contractus legem recipiunt à conuentione partium etiam concepta cum pactis inſolitis, & exorbitantibus à natura ſimilium conceſſionum.*
4 *Emphyteuſis. Declaratio verbalis Epiſcopi, velle pro ſe retinere Emphyteuſim, tunc dicitur eluſoria, ſi poſtea eam alteri concedat.*
5 *Emphyteuſis. Proximiores poſſunt petere reſciſſionem conceſſionis Emphyteuſis factæ extraneo intra ſpatium 30. annorum.*
6 *Voluntas non redacta ad actum nihil operatur.*
7 *Verba*, volo eligere, volo hæreditatem adire, *non diſponunt.*
8 *Præſeruatio operatur vt omnia iura illæſa remaneant.*
9 *Inueſtitura extranei in præiudicium proximorum ſuſtinetur interueniente beneplacito Apoſtolico.*
10 *Conuentio conditionalis, conditione deficiente, habetur pro non facta.*
11 *Prælatus non poteſt conditionem Eccleſiæ deteriorem facere.*
12 *Inſtrumentum confectum, & ſubſcriptum à Notario, & in Archiuio repoſitum habet vim originalis.*
13 *Sumptum extractum ab Archiuiſta Notario cenſetur in forma probanti.*
14 *Teſtes, qui patiuntur exceptionem, non probant.*
15 *Obliuio præſumitur internallo temporis inducta.*
16 *Notarius poteſt dare publicum* Inſtrumentum vnius pacti Inſtrumenti *cæteris prætermiſſis.*
17 *Inſtrumenti fides augetur ex legalitate Notarij, & ingenuitate producentis.*
18 *Teſtis vita functus ſtat pro Inſtrumento.*

DECISIO. DCCLXII.

CVM ſorores de Manzolis non acquieſcerent reſolutioni emanatæ ſub die 6. Martij 1637. ad fauorem Eminentiſs. Cardinalis Capponi Archiepiſcopi Rauennaten. ſuper eo quod non teneretur ipſas inueſtire de Caſtro Tuderani cum Territorio,& Villis ad ſui menſam Archiepiſcopalem, cuius inueſti-

Digitized by Google

turam conceſſerat Marchioni Philippo Cap-
ponio, ac ſubſequenter vigore pacti inſerti
eidem inueſtituræ illam reuocandi ad ipſius
concedentis beneplacitum reuocauerat, &
Menſæ Archiepiſcopali incorporauerat, *vt in*
deciſione ſub d. die coram me, qua habetur impreſſa
recent. deciſ. 201. *par.* 7. Repropoſita cauſa ſuper
iiſdem, ac pluries acerrimè diſcuſſa inter ipſas
ſorores, & d. Eminentiſs. D. Cardinalem, ac
hodie comparente Reuerendiſs. D. Turregia-
no ſucceſſore viſum fuit Dominis fundamen-
ta Deciſionis viribus, & rationibus compro-
bata ſubſiſtere irreuocabiliter. Itaut in ea ſit
omnino perſiſtendum.

1 Non enim dubitabatur æquitatem ſuaden-
tem finita emphyteuſi eſſe inueſtiendos proxi-
miores, de qua *Bart. in l.* 1. §. *permittitur ff. de aqu.*
quotid. & æſtiu. & communiter cum ſequentes
cumulari per *Trentacinq. var. reſol. lib.* 3. *tit.* 1. *n.* 1.
ceſſare, dum Eccleſia vult pro ſe retinere, cum
tunc longè ſit æquius Eccleſiam ſibimet
2 ipſi prouidere, nec propterea teneatur inue-
ſtire proximiores petentes iuxtà doctrinam
Abb. in cap. bona el 2. *num.* 28. *verſ. hoc dictum limi-*
tarem de poſtul. Prælat. Gabr. de Iur. Emphyt. concl. 1.
num. 14. *Amic. de Iur. Emphit.* q. 64. *per tot. Trenta-*
cinq. var. reſol. lib. 3. *tit.* 1. *reſol.* 5. *num.* 7. cum alijs
in deciſ. num. 17. & antea dictum fuerat *in C. Ca-*
ſtelli Bonorum 21. *Martij* 1614. *confirmata* 23. *Ia-*
nuarij 1615. *coram bon. me. D. meo Archiepiſcopo Se-*
leucien.

Nec viſa fuit conſiderabilis obiecta diffe-
rentia qualificatiua minoris, vel maioris præ-
iudicij inter caſum, quando Eccleſia decla-
rauit ab initio velle pro ſe retinere, ac alium
quando, vt in præſenti, conceſſit extraneo
reuocabiliter, & cum effectu reuocauit, ſibi-
met demum applicando præter formam con-
ſuetam liberè ab initio declarandi; Etenim
3 nulla forma reperitur à Iure ſcripta, quoad
conceſſiones feudales, & emphyteoticas ne
debeant à conuentione partium concepta
quomodocumque cum pactis etiã inſolitis, &
à communi natura ſimilium conceſſionum
exorbitantibus legem recipere, nullumque
hinc meretur allegari maius præiudicium,
vt in deciſ. num. 20. *& ſeqq. & num.* 36. At imò
vterque caſus apparet coæqualis reſpectu ef-
ficaciæ declarationis, dum nullatenus poteſt
4 dici eluſoria eam attendendo ſimpliciter ver-
balem pro excluſione perpetua proximiorum
vt conſiderauit *Dec. conſ.* 131. *num.* 3. *verſ. & certè*
ſi verum eſſet; Sed indifferenter vbi Dominus
falſo dixiſſet velle pro ſe retinere, proximio-
res poſſunt repetere ſi Dominus alteri con-
5 ceſſiſſet, ſat indè fraudis conſilio detecto *Rip.*
in l. 1. *num.* 10. *ff. de priuil. Credit. Alex. in l. ſi mihi &*
Titio num. 31. *ff. de verb. oblig. Honded.* in ſpecie
reprobans *Dec.* conſiderationem, vbi ſupra
conſ. 51. *num.* 46. *&* 47. *lib.* 1. *Cozad. conſ.* 39. *nu.* 31.
Mareſc. var. reſol. lib. 1. *cap.* 3. *num.* 11. *verſ. Nec eſt*
verum Card. Mantic. deciſ. 10. *num.* 9. Quæ ratio
repetendi tunc durat ſpatio annorum 30. *Hon-*
ded. d. conſ. 51. *num.* 58. *Grat. conſ.* 88. *num.* 33. *Rimin.*
Iun. conſ. 444. *num.* 18. *& ſeqq. lib.* 4. *Iaſ. conſ.* 7. *n.* 42.
lib. 3. *Gabr. de Iur. Emphit. d. concl.* 1. *n.* 12. *Rot. diuerſ.*
deciſ. 195. *num.* 7. *par.* 2.

Minus prodeſt iiſdem ſororibus declaratio
voluntatis Eminentiſs. D. Cardinalis aliunde
ſumpta inueſtiendi extraneos ſine d. præſerua-
tiua facultatis reuocandi. Nam quatenus præ-
tenditur ità cēſeri declaratum ex tenore Chi-
rographi ſan. mem. Gregorij XV. ibi: *Hà riſo-*
luto inueſtire Filippo Capponi ſuo fratello &c. vl-
trà quod ſubſequens eiuſdem Chirographi te-
nor detegit fuiſſe quidem hanc voluntatem
deliberatam inueſtiendi, non autem perfe-
ctam reſpectu modi, ſeu conditionum, ſub-
dendo, *come meglio parerà ad eſſo Signor Cardina-*
le Capponi da eſprimerſi in detta conceſſione &c.
6 Adhuc opus fuiſſet reductione ad actum, an-
tequam ea voluntas intelligeretur perfecta, &
quidquam operaretur *l. quidam cum filium ff. de*
hæred. inſtit. Caſtr. conſ. 160. *num.* 2. *verſ. Caſus ergo*
iſte lib. 2. *Rot. in impreſſ. penes Pacific. de Salu. deciſ.*
150. *num.* 11. *penes Mangil. de ſubhaſt. deciſ.* 20. *nu.* 1.
& 2. *& coram Card. Caual. deciſ.* 635. *num.* 1. Sicut
in ſimili quod verba volo eligere, non diſpo-
7 nant, ſed actum futurum enuncient, *dictum*
fuit coram Reuerendiſs. D. Vrgellen. deciſ. 17. *num.* 11.
& 12. & de verbis volo hæreditatem adire
in deciſ. 478. *n.* 1. *par.* 5. *rec.*

Conformis autem aſſertio allata ex Breui
eiuſdem ſa. me. Gregorij XV. erectionis d. Ca-
ſtri Tuderani in Marchionatum recipit eui-
denter modificationem, & reſtrictionem ab
adiectis verbis, ſine tamen alicuius &c. ſeu
Menſæ Archiepiſcopalis præiudicio, & quoad
omnia quomodolibet expreſſa, & exprimen-
di, & non alterata, nec immutata, aut quo-
modocumque innouata, vel extenſa inueſti-
tura; Per quæ dubio carent omnia & qualia-
cumque pacta, ſeu conditiones in conceſſio-
nis Inſtrumento expreſſa conſeruari illæſa, &
7 intacta, non ſecus ac ſi nulla fuiſſet emiſſa de-
claratio in contrarium ex traditis per *Decian.*
conſ. 74. *num.* 34. *Surd. conſ.* 152. *nu.* 29. *& deciſ.* 16.
num. 13. *& ſeqq.* Vbi plures cumulantur, & in
ſpecie quando ex verbis colligitur Papam
voluiſſe conſeruare ſtatum præcedentem In-
ueſtituræ integra prorſus, & illæſa remanere
primæua Iura nil immutato dixit *Rota rec. de-*
ciſ. 150. *num.* 11. *par.* 5.

Omnis etiam videtur ceſſare effectus ſub-
ſcriptionis Eminentiſs. D. Cardinalis inſertæ
Capitulis illis matrimonialibus commemo-
rantibus voluntatem eiuſdem amplius non
9 retinendi pro Eccleſia, ſed extraneos inueſtiē-
di; dum licet impleta conditione ibidem re-
ſeruata beneplaciti Apoſtolici ſuſtineri po-
tuiſſet Inueſtitura extranei, etiam in præiudi-
cium proximiorum *Pariſ. conſ.* 23. *nu.* 290. *lib.* 1.
Bellon. Iun. conſ. 45. *num.* 110. *Gabr. de Iur. Emphit.*
d. concl. 1. *num.* 22. *Rot. rec. deciſ.* 664. *num.* 9. *par.* 2. *&*
in Foroſempronien. & Eugubina, ſeu nullius Emphi-
teuſis 16. *Iunij* 1636. §. *Et quantum attinet ad æqui-*
tatem coram bon. mem. Coccino. Quia cum d. con-
10 ditio nunquam extiterit, perinde reputatur
ac ſi ipſius voluntatis declaratio facta non
fuiſſet *ad l. pecuniam ff. de contr. empt. Surd. dec.* 202.
num. 5.

Digitized by Google

num. 5. Rota recent. deciſ. 156. numer. 5. Rot. recentior. deciſ. 166. num. 5. par. 2. deciſ. 386. num. 12. par. 5. deciſ. 94. nu. 1. par. 6. & coram Reuerendiſs. D. Durano deciſ. 146. num. 47.

Ex quibus detecto nullam Inueſtituræ factæ
cum d. pacto reſolutiuo fuiſſe præmiſſam de-
clarationem, vndè proximioribus intelligatur
acquiſitum ius pro obtinenda petita renoua-
tione apparet allegatam Deciſionem *in Muti-
nen. Emphyteuſis 28. Maij 1638. coram Me.* Vti lo-
quentem in caſu quo Eccleſia nolebat pro ſe
retinere, ſed volebat extraneis non applicari.
Nec poſtquam Eminentiſs. D. Cardinalis piè,
& prudenter ab initio excogitauerat reſultan-
tem ex d. pacto reſolutiuo Eccleſiæ vtilita-
tem; illudque vti optimus Præſul inuigilans
commodo ſuæ Eccleſiæ deduxerat in contra-
ctum potuiſſet innouare in diminutionem Iu-
ris iam pro Eccleſia radicati, efficiendo con-
11 ditionem eius ità deteriorem contra *extrauag.
ambitioſè de reb. Eccl. non alien. & c. ex parte de feud.*
cum alijs *in deciſ. n. 33. & 34.*

Neque impugnari poteſt exiſtentia d. pacti,
cum adeſſe pateat oculariter ex lectura Inſtru-
menti confecti per Notarium Petrum Dona-
12 tum ab eodem ſubſcripti, & in Archiuio Ec-
cleſiæ Rauennaten. repoſiti, quod ſine diffi-
cultate vim habet originalis, & bene probat
non ſecus ac ſi prima matrix, ſeu originale
exhiberetur *Bart. in l. ſi quis argentorys nu. 2. & 3.
ff. de eden. Dec. in auth. ſi quis in aliquo nu. 15. C. eod.
tit. Felin. in cap. fin. num. 7. de fid. Inſtrum. Rot. rec. de-
ciſ. 228. num. 1. in fin. par. 4. & coram Buratt. deciſ.
211. num. 12.* Itaut propterea ſumptum quo-
que illius extractum ſolemniter ab Archiuio
13 per eundem Notarium rogatum qui erat pa-
riter d. Archiuij Præfectus, cenſeatur in forma
probanti, & faciat plenam, indubitatamque
fidem, *vt in deciſione num. 58.*

Nec viſæ fuerunt ſuffragari depoſitiones
Teſtium in alijs poſitionibus cauſæ datæ aſſe-
14 rentium audiuiſſe perlegi Inſtrumentum cō-
ceſſionis Inueſtituræ ſine iſto pacto reſolutiuo
Nam vltra plures, & grauiſſimas exceptiones
contra eorum dicta, & perſonas deductas, &
præſertim quod fere omnes eſſent viles, ruſti-
ci, & adeò imperiti, vt pro maiori parte ne-
ſcirent legere; nonnulli que eorum actualiter
inſeruiſſent intereſſe habentium in cauſa; Ali-
qui etiam examinati fuiſſent ſine citatione, &
Interrogatorijs; Alij odioſi, alij criminaliter
proceſſati, & condemnati; Alij inuerisimili-
ter potuiſſent recordari de auditis in ætate, qua
15 erāt minores poſt effluxum diuturnum tem-
pus annorum decem, & octo omnes conuicti
de mendacio; hoc ſanè remouebat omnem
difficultatem, quia nullus eorum deponebat
de interuentu ad rogitum Inſtrumenti, ſed
ſupponebant audiuiſſe perlegi poſt plures dies
occaſione captæ poſſeſſionis infeudati Caſtri,
aut idem Inſtrumentum vidiſſe abſque præ-
dicto pacto non in Archiuio Rauennæ. Ex
quo ſuppoſito cōcludi minimè poterat, quod
d. Inſtrumentum careret hoc pacto cum poſ-
ſit Notarius dare Inſtrumentum publicum
continens ſolūm, & nūdam atteſtationem
16 Inueſtituræ ad aliquem effectum, prætermiſ-
ſis alijs pactis, quorum expreſſio non ſit ne-
ceſſaria ad talem actum, prout Iura permit-
tunt ex traditis in ſimilibus terminis per *Boer.
deciſ. 253. num. 5. Bald. conſ. 428. lib. 3.* Et videmus
quotidie practicari in Curia, vbi Notarij dant
publica Inſtrumenta vnius pacti Inſtrumenti
cæteris prætermiſſis, prout res, & caſus poſtu-
lant. Prætereà animaduertebatur fidem In-
ſtrumenti exhibiti continentis d. pactum au-
geri, & irrefragabilem redditum ex legalita-
te Notarij, cum eſſet etiam Cancellarius Ar-
17 chiepiſcopatus, & Canonicus inſignis illius
Cathedralis, ac obierit; Ideò non præſumen-
dus immemor ſalutis æternæ *Bart. in l. 1. §. Si
quis neget ff quemad. Teſtam. aper. Neuizan. conſ. 25.
nu. 20.* Vbi fusè ponderat ſimiles Notarij qua-
litates *Surd. conſ. 173. num. 41. & conſ. 414. num. 98.
Hond. conſ. 99. nu. 10. lib. 2. Cyriac. contr. 407. n. 301.
& ſeqq.* Tum etiam ex atteſtatione vnius Te-
ſtium Inſtrumentariorum altero vita functo,
18 qui dicitur ſtare pro Inſtrumēto *Dec. conſ. 101.
nu. 2. verſ. 4. conſiderandum eſt, Cranett. conſ. 56. n. 7.*
Tum denique plurimum, & ſuper omnia ex
nota conſpicua qualitate, & ingenuitate Emi-
nentiſs. D. Cardinalis ipſum Inſtrumentum
exhibentis iuxta adducta per *Cranett. de antiq.
temp. par. 3. §. Vidimus in genere num. 9. & Gratian.
diſcept. 554. num. 7.*

Et ità in deciſis contra dd. Sorores de Man-
zolis pro hac poſitione non informantes,
quamuis citatas, cum tamen ſat prolixè in-
formauerint in prædictis poſitionibus &c.

BONONIEN. BONORVM.

Merc. 24. Ianuarij 1646.

ARGVMENTVM.

Facultas ingrediendi poſſeſſionem bonorum
propria authoritate, etſi ſit conceſſa fideicom-
miſſario adhuc iſta exerceri non poteſt, ſiuè
fideicommiſſum ſit in controuerſiam dedu-
ctum, ſiuè detractiones ſint faciendæ.

SVMMARIVM.

1 *Fideicommiſſarius debet capere poſſeſſionem de manu hæredis, vel citato curatore hæreditatis iacentis.*

2 *Manutentio non datur illi, qui facto proprio cecidit à poſſeſſione.*

3 *Fideicommiſſarius non poteſt exercere facultatem ingrediendi poſſeſſionem propia authoritate in fideicommiſſo dubio, vel.*

4 *Si detractiones debeantur ex bonis fideicommittentis.*

5 *Iura dubia debet Iudex declarare & num. 8.*

6 *Pactum adiectum in Inſtrumento tuetur allegantem.*

7 *An Inſtrumeneum ſecundum concordi fideicommittentium conſenſu celebratum ſuſtineatur in præiudicium vocatorum in præcedenti Inſtrumento.*

9 *Poſſeſſionis auocatio quando fieri poſſit.*

Digitized by Google

DECISIO DCCLXIII.

PLACVERVNT Dominis fundamenta deciſionis in hac cauſa emanatæ ſub die tertia Aprilis proximipræteriti. In qua fuit dictum Co. Ioanni de Pepulis non eſſe dandum mandatum de manutenendo in poſſeſ-
1 ſione bonorum, de quibus agitur. Quia certum eſt quod d. Comes prætendeus dd. bona vigore fideicommiſſi conuentionalis inter q. Com. Iacobum Riccardum, & Vgonem fratres de Pepulis ordinati in Inſtrumento celebrato de anno 1587. tenebatur illorum poſſeſſionem capere de manu hæredis Com, Franciſci vltimi defuncti, vel eo legitimè citato, ſeù ſaltem deputato hereditati Curatore cum eo procedere ſer. ſer. vt vltra adducta in deciſione probat *Surd.deciſ.333.inter eius conſ.ſub n.8 cum pluribus ſeqq.* & poſt alios *Mareſc.reſol.1.ſub num.1.& ſeq.& ſub.nu.15. verſ. quinto etiam lib.1.*

Nec obſtat clauſula *Conſtituti* appoſita in d. Inſtrumento iuxta formam prouiſionis communis Bonoñ, quæ legitur *in vol. ſtat. eiuſdem Ciuitatis tom.2.in fin. fol.22.& ſeqq.* Quia præter-
2 miſſis aliis indubitatum eſt, quod omnis poſſeſio ſi quæ fuiſſet penes d. Com. Ioannem vigore d. conſtitutionis, ſeù aliter amiſſa fuit ex traditione, & aſſignatione bonorum, de quibus agitur per ipſum facta pleno Iure cum clauſula *ad habendum &c.* & aliis d. q. Com. Franciſco pro ſe, ac eius hæredibus ſtipulanti in Inſtrumento Tranſactionis inter eos initæ de anno 1637. & in alio diuiſionis ſubſequutæ inter eos relat. in Summario hæredum Com. Franciſci *ſub nu.4. 5.& 6. l. quod meo ff.de acquir. poſſ.l.2. C. eod. tit.* cum aliis adductis *per Rotam deciſ.172.in fin.& deciſ.174.ſub nu.5.par.4.diuerſ. & deciſ.752.ſub.num.2.par.2.recent. & penes bo.me. Coccin.deciſ.186.num.2. cum alys congeſtis per Grat. diſcept.503. à numer.27. & ſeqq. verſ. ex præfatis patet.*

3 Facultas autem ſi quæ pariter adhuc competiiſſet ingrediendi poſſeſſionem illorum propria auctoritate poſt mortem Com. Franciſci nullo pacto exerceri poterat, cum hæredes illius reuocarent in dubium d. fideicommiſſum *Decian. conſ.60. num.9. verſ.3. reſpondeo lib.3. Rot.deciſ.868.num.4.verſ.quia validitas par.4*
4 *diuerſ.* Et prætenderent plures notabiles detractiones etiam in pecunia conſiſtentes in eiſdẽ bonis ſub illa conuentione comprehenſis ſibi competere. Nam hoc caſu ſuſpenditur exercitium huiuſmodi facultatis, donec clarè conſtet quænam bona factis debitis detractionibus ſuperſint fideicommiſſo ſubiecta, ad quæ reſtringitur virtus eiuſdem facultatis, vt benè declarat *Zuccard.in l.fin.ſub num.352.verſ.ſi verò poſſideret C. de F.D.A. toll.* quem ſequitur *Surd. d.deciſ.333. ſub num.8.verſ. & idem dicit Zuccard.* vbi rationem adducit, & reſpondet *Rot.dec.115 nu.17.verſ.vltraquod par.1.recent. Mareſc.d.reſol.1. ſub num.30. verſ.ratio eſt lib.1.* & latè proſequitur *Modern.de legit.contr.id.qu.10.art.11.à nu.173. & ſeqq.*

In præſenti autem hæredes Com. Franciſci maximè controuertunt Ius Com. Ioannis, vel quia fideicommiſſum illud vniuerſale non ſuſtineatur, vel quia fuerit ab eo receſſum mediante tranſlatione prædicta. Vel quia plura ſint detrahenda, quæ in omnem caſum ante omnia cognoſci debent etiam vigore prædictæ Tranſactionis ibi. (Et cum expreſſa declaratione, quod ſalua ſint Iura fortaſſe purificanda ad fauorem alterius dd. DD. Transigentium altero decedente ſine filiis capacibus fideicommiſſorum, & Inueſtiturarum, quorum Iura ſibi reſeruantur, prout Iuris fuerit venientibus caſibus..) Ex quibus equidem verbis ſub dubiis, & conditionalibus eiuſmodi iura reſeruata non fuerunt canonizata, & approbata, ſed neceſſariam requirunt Iudicis decla-
5 rationem aduenientibus caſibus, eoque magis quia fuerant ante d. Tranſactionem controuerſa, & Co: Franciſcus obtinuerat quamdam ſententiam abſolutoriam, vt in principio eiuſdem trãſactionis narratur. Ideoq; dici non poteſt quod Ius Co: Ioannis ſit certum, & indubitatum *Rota penes bo; me: Card. Seraph.dec.271. ſub num.5. verſ.nec obſtat, & numer.6. verſ. ex his Caſtr.conſ.464. viſo laudo ſub num.1. verſ.præterea etiam, & verſ. præterea illa dicuntur lib.1.l.1.ibiq. gloſ.& Iaſ.num.19. & ſeqq. l. & poſt rem iudicatam in princ.& l.poſt rem iudicatam, ac vtrobique gloſ. ff. de re iudic.*

Detractiones verò prætenſæ pro parte dd. hæredum pariter iuſtificantur reſpectu dotis Gentilis Vxoris Com. Iacobi alterius ex dd. fideicommittentibus ex Inſtrumẽtis tam promiſſionis, quàm confeſſionis illius de anno 1538. & 1594. *relat. in Sum.* d. Com. Ioannis *ſub n.8. & 9.* quorum poſterius licet pro eius parte impugnetur tanquam confeſſionatum hæredes tamen prætẽdunt eam confeſſionem veluti factam ab ipſomet, qui fideicommiſſum ordinauit ſuſtineri, vel ſaltem conualidari, & comprobari poſſe. Reſpectu verò dotium Vincentiæ, & Helenæ filiarum Iacobi ex Inſtrumentis de annis 1630. & 1642. celebratis *in eodem Sum. ſub num.4. & 5. datis.* Et licet controuertantur ex adductis pro parte Co; Ioannis, tamen interea tuentur ex pacto ſpecialiter adiecto in d. Inſtrumẽto anni 1587.
6 in quo expreſsè fuit declaratum quod filiæ fœminæ dd. Com; Iacobi, Riccardi, & Vgonis dotentur, ac dotari debeant ex bonis prædictis fideicommiſſo per eos conſtituto ſubiectis competenter, & arbitrio boni viri *Rota deciſ.477.num.2.verſ.vltimò non obſtat par.4.diuerſ.*

Alia etiam detractio ſcut. 11. mil. quæ ſibi reſeruauit Iacobus ad effectum teſtandi iuſti-
7 ficatur ex eodem Inſtrumẽto anni 1587. quod cum fuerit cõcordi eorumdem fideicommittentium conſenſu inter eos æqualiter celebrato prætendunt dd. hæredes ſuſtineri poſſe etiam in præiudicium vocatorum ad fideicommiſſum in præcedenti Inſtrumento *arg. l. ſi pecuniam §. ſi ſeruum ff. de cond.cauſ.dat. & l.3. ff. de ſeru.expoſit. Bald.conſ.383.* Quod d. Agatelia *ſub num.1. uerſ. incontrarium lib.2. cum relatis per Tiraquell.de Iur.Primog.q.8.*

Quæ ſaue omnia licet in præſentia non approbentur, tamen conuincunt neceſſariam

ello

eſſe Iudicis cognitionem, & declarationem.
8 Ideoque non licuiſſe Com: Ioanni antea vtiſa-
cultate ingrediendi poſſeſſionem propria au-
ctoritate, quia adhuc dici non poteſt certè,
ac indubitatè conſtare nullam competere de-
tractionem dd. hæredibus, vt neceſſarium eſt
ad hunc effectum *ad tradit. per Rot. d. deciſ. 115. par. 1. recent. & prius in eadem cauſa 5. Iunij 1602 coram eodem bo. me. Card. Lancell.* quæ habetur *poſt contron. 12. Ciriac. & in dicta deciſ. 116. par. 3. recent.*

Ex quibus etiam iuſtificantur auocationes
poſſeſſionis, & Inhibitiones partibus factæ per
9 DD. Vicelegatos Bononiæ, & Flaminiæ ad ef-
fectum prouidendi ſcandalis, & inuaſionibus
factis ponderatæ in alia deciſione, quia eo tem-
pore Com. Ioannes verè non poſſidebat, vt
apparet ex prædictis *Chriſtoph. de Paz. de tenut. cap. 10. à num. 15. & ſeqq. verſ. alius verò ſecundus caſus.*

Ex quibus vtraq; parte informante fuit re-
ſolutum ſtandum eſſe in deciſis.

VLADISLAVIEN. PAROCHIALIVM.

Mercurij 24. Ianuarij 1646.

ARGVMENTVM.

Beneficium primum vt vacet per aſſecutionem ſecundi incompatibilis quid requiratur.

SVMMARIVM.

1 *Poſſeſſio anterior probatur ex ſententia priuationis.*

2 *Diſpoſitioni extrauag. execrabilis, eſt locus eo ipſo quod poſſeſſor duorum beneficiorum incompatibilium non docet de diſpenſatione abſque alia ſententia.*

3 *Beneficium primum vt vacet non ſufficit impetratio ſecundi incompatibilis, niſi ſimul impetrans de facto, & de iure, per bimeſtre acceperit poſſeſſionem ſecundi, vel per eum ſtet quo minus illam adipiſcatur.*

4 *Decretum irritans appoſitum in lege generali non iuſtificatum, non inficit poſſeſſionem.*

5 *Aſſertio Iudicis reſpiciens factum partium non probat.*

6 *Aſſertio Iudicis per quam iuſtificatur eius ſententia non probat.*

7. *Denominatio deſumitur à titulo.*

8 *Attentate eſt poſſeſſio capta poſt commiſſionem appellationis ſimpliciter.*

DECISIO DCCLXIV.

DOMINO Mattheo Indiski dandum eſſe
mandatum de manutenendo in poſſeſ-
ſione Parochialium de quibus agitur fuit re-
ſolutum, nam eius anterior poſſeſſio non
controuertebatur, & illa bene probatur ex de-
creto Reuerendiſs. Epiſcopi Vladiſlauien,
quo declarantur iſtæ Parochiales vacantes ob
impetrationem factam à d. Mattheo de Cano-
1 nicatu in Eccleſia Gneſnen, cum priuatio
præſupponat habitum *l. decem ff. de verb. oblig. Gonzal. ſuper reg. 8. gloſ. 22. num. 5. cum alijs cumulatis per Rot. in Ferrarien. ſupplementi legitimæ 28. Iunij 1645. coram me,* & in terminis ſimilis ſen-
tentiæ *coram Buratt. deciſ. 160. num. 5. & deciſ. 491. num. 2.*

Non obſtat quod d. Mattheus non eſſet di-
ſpenſatus niſi ad tria incompatibilia, non au-
tem ad quatuor, & ſic per aſſecutionem dicti
2 Canonicatus fuerit factus locus diſpoſitioni
extrauag. execrabilis de præbend. & diſpoſitioni S.
Concilij Trid. ſeſſ. 7. *de reform. cap. 5.* In quibus
adeſt decretum irritans, cui locum eſſe noto-
rium fit eo ipſo quod poſſeſſor infra terminũ
de diſpenſatione non docet abſque alia ſen-
tentia, vt notat *Anchar. in cap. Ordinarij de offic. ordin. in 6. ſub nu. 3. verſ. opponitur ibi,* dicit Fran-
ciſcus, *& inf. ibi quæ hodie,* vbi quod hodie
ſententia non requiritur per diſpoſitionem
Extrauag. execrabilis, & in terminis d. Extrauag. Caputaq. deciſ. 325. num. 1. & 2. par. 3. & in pun-
cto Conc. Trid. d. ſeſſ. 7. multa cumulat *Lotter. de re benef. lib. 3. qu. 23. ſub num. 6.* Quia non
probatur d. Mattheum cepiſſe poſſeſſionem d.
3 Canonicatus nam ad hoc vt vacet prædictum
beneficium non ſufficit impetratio ſecundi in-
compatibilis, niſi ſimul impetrans ſecundi
poſſeſſionem acceperit, vel per eum ſteterit
quominus illam apprehenderet *Abb. in cap. de multa num. 16. de præbend. Calder. conſ. 5. in princip. eod. tit. Garz. de benef. par. 11. cap. 5. nu. 100. Seraph. deciſ. 953. num. 1.* Vbi quod ad effectum vt va-
cet primum beneficium requiritur vltrò per-
ceptio fructuum ſecundi ex æquitate ne inte-
rim Beneficiatus cogatur mendicare *Caſsad. deciſ. 9. num. 2. de cauſ. poſseſs. & propriet. Gomeſ. in Reg. de Annal. qu. 47. verſ. & hic videmus Buratt. deciſ. 102. num. 2.* Vbi quod requiritur poſſeſſio
pacifica non ſolum de facto, ſed etiam de iu-
re per duos menſes, vt inducatur vacatio pri-
mi beneficij, & alios refert *Add. ad eundem Buratt. deciſ. 19. num. 18. & ſeqq. Lotter. de re benef. lib. 3. qu. 24. nu. 17. & ſeqq.* Et propterea dici non
poteſt nos verſari in caſu d. Extrauag. & S.
Concilij, & proinde donec probetur poſſeſſio
d. Matthei, interim manutentio non poteſt
4 denegari; nam decretum irritans quando non
eſt appoſitum ſuper certo corpore beneficij,
ſed in lege generali non obſtat manutentioni
poſſeſſoris antequam clarum omninò fiat
quod illi ſit locus *Gonzal. ſuper reg. 8. gloſ. 67. num. 32. & 39. Lotter. de re benef. lib. 2. qu. 8. nu. 77. Rota in recent. deciſ. 34. num. 2. deciſ. 562. num. 2. & 3 par. 1. coram Caual. deciſ. 8. num. 4. in Legionen. Beneficij 4. Iulij 1640. coram R. P. D. meo Ghiſilerio, & in Leodien. Beneficij 22. Maij 1643. coram R. P. D. meo Bichio.*

Nec ad probandum Mattheum cepiſſe poſ-
ſeſſionem Canonicatus habenda erit in conſi-
deratione aſſertio Reuerendiſſimi Epiſcopi
5 Vladiſlauien emanata in ipſius decreto, quia
illa tanquam reſpiciens factum partium non
viſa fuit ſufficiens ad tradita *per Iaſ. in l. admonendi num. 15. ff. de Iureiur. Cranett. conſ. 54. num. 13. vol. 1. & conſ. 265. num. 3. vol. 2. Gozad. conſ. 11. n. 20.*

Auchar.

Anchar. conſ. 277. & conſ. 436. Aretin. conſ. 170. relat
per Maſcard. concluſ. 142. nu. 1. vol. 1. de probat. Bald.
6 *conſ. 402. lib. 1.* Vltra quod nunquam ſtatur aſ-
ſertioni Iudicis, per quam iuſtificetur eius
ſententia, vt in puncto conſuluit *Soccin. Sen.*
conſ. 47. ſub num: 15. vol. 4. cum alijs ibi relatis.

Nec quidquã facit ad hunc effectum quod
Mattheus ſe Canonicum Gneſneñ denomina-
7 uerit, & diſpenſationem allegauerit; Nam
iſta denominatio potuit deſumi à titulo abſq;
poſſeſſione; & allegatio diſpenſationis non
conuincit poſſeſſionem, quia potuit obtineri,
& debuit antequam poſſeſſio caperetur.

Nec obſtat allegatus defectus tranſportatio-
nis actorum. Quia reſpondetur Epiſcopum
proceſſiſſe in actu viſitationis ſine actis, &
propterea nõ eſſe locum tranſportationi acto-
rum. Et in omnem euentum dicebant DD.
Prouiſis ab ordinario nullatenus eſſe dandum
mandatum de manutenendo, quia cum ſigna-
8 tura cauſam appellationis commiſerit ſimpli-
citer, poſſeſſio per eos capta medio tempore
remanſit attentata, vt pluries firmauit *Rota*
& præſertim *coram Reuerendiſs. Vrgellen. deciſ. 96*
nu. 1. & 4. deciſ. 240. nu. 3. & in Lucana horarum 17
Febr. 1634. coram me.

Et ita vtraq; parte informante deciſum &c.

BONONIEN. ALIMENTORVM.

Lunæ 29. Ianuarij 1646.

ARGVMENTVM.

Alimenta, & ſumptus litis non poſſunt retar-
dari conſtito de paupertate, & bono iure
Vxori pauperi ſub prætextu quod bona per
virum poſſeſſa ſint fideicommiſſaria, ſaltem
quouſque id probetur.

SVMMARIVM.

1 *Alimenta, & ſumptus litis debentur quando conſtat de paupertate, & præſumptione boni iuris.*

2 *Quarta ex Auth. præterea C. unde uir, & uxor non habet locum in bonis fideicommiſſo ſubiectis.*

3 *Actori pauperi lite pendente ſubminiſtrantur alimenta, & ſumptus litis, ne ipſe interim fame pereat, & cogatur litem deſerere.*

4 *Dotem non habere, vel illam imparem habere alimentis paria ſunt.*

5 *Intimatio ſupplet defectum citationis.*

DECISIO DCCLXV.

NON acquieſcentibus DD. Com. Ioanne
& fratribus de Pepulis reſolutioni in hac
cauſa emanatæ ſub die 3. Iulij præteriti, in
qua fuit dictum intrare arbitrium pro alimen-
tis, & ſumptibus litis præſtañ Comitiſſæ Lu-
cretiæ Galuanæ ſuper bonis q. Com. Galcarij
eius viri hodie à dd. fratribus poſſeſſis ad ra-
tionem ſcut. 25. pro quolibet menſe; Iterum
propoſui cauſam ſuper ijſdem, & Domini
ſteterunt in deciſis. Quandoquidem ex dedu-
1 ctis in d. deciſione viſa fuit probari paupertas
eiuſdem Comitiſſæ, & concurrit præſumptio
eius boni Iuris, quæ ſunt requiſita ad effectum
obtinendi dd. alimenta, & ſumptus litis *Cre-*
ſcent. deciſ. 8. de Iudic. Afflict. deciſ. 10. nu. 2. Seraph.
deciſ. 1098. num. 2.

Non obſtat quod dd. requiſita non habeant
locum in bonis fideicommiſſo ſubiectis; in
2 quibus non debetur quarta vxori pauperi *ex*
Auth. præterea C. vnd. vir. & vx. ea ratione quia
d. lex dat quartam Vxori in bonis viri, qualia
non dicuntur quæ ex fideicommiſſo ad alium
poſt Viri obitum deuoluuntur, vt tradit *Fon-*
tanell. de pact. nupt. tom. 2. clauſ. 5. gloſ. 8. par. 11. n. 44.
& ſub nu. 46. cum alijs relat. per Gratian. diſcept. 120
num. 90. & ſeqq. & per Modern. Piſaur. de impuñ.
qu. 174. num. 1. & ſeqq. Itaut ex bonis huiuſmodi
Vidua non valeat petere ſumptus litis, & ali-
menta non obſtañ Reſcripto obtento ſuper eo-
rum præſtatione, nam dicebatur non probari
bona, de quibus agitur, eſſe fideicommiſſo
ſubiecta; Ideò donec hoc probetur per ipſos
Comites, ipſi tenentur præſtare alimenta d.
Comitiſſæ Lucretiæ ſuper bonis, quæ d. Co-
mes Galeatius eius vir de tempore obitus poſ-
ſidebat, & quæ hodie per ipſos detinentur,
3 ne interim d. Comitiſſa fame pereat, & coga-
tur litem deſerere, quæ eſt ratio cur alimenta,
& ſumptus litis ſint pẽdente lite ſubminiſtrañ
Actori pauperi *Surd. de alim. tit. 1. qu. 120. num. 7.*
Buratt. deciſ. 485. num. 2. verſ. nec applicatur.

Non obſtant ea, quæ iterum repetuntur ad
excludeñ paupertatem d. Comitiſſæ videlicet
ipſam habuiſſe dotem, quia cum ex Teſtibus
ponderatis in alia deciſione appareat ipſam nõ
habuiſſe niſi vnicam domum redditus ducat.
octo, ac terras valoris annui duc. 20. qui red-
ditus ſunt obnoxij ſolutioni quorumdam
onerum ſatis detegitur dd. bona non eſſe ſuf-
ficentia pro ipſius ſuſtentatione. Vnde paria
4 ſunt quod ipſa non habuerit dotem, vel quod
illa quam habuit ſit incongrua, & impar ali-
mentis eis debitis *Rolan. conſ. 14. num. 20. & ſeqq.*
lib. 3. Menoch. conſ. 433. num. 2. & 3. Surd. deciſ. 61.
num. 2. Reuerendiſſimus Vrgellen. deciſ. 42. num. 2.

Non obſtat quod dd. Teſtes deponentes de
paupertate d. Comitiſſæ non fuerint examina-
ti citatis dd. Comitibus de Pepulis, & ideò
nihil probent *Caual. deciſ. 467. nu. 4. verſ. præterea*
5 *neque.* Quia ſufficit quod fuerint examinati
præuia Intimatione decreti, cum d. Intimatio
ſuppleat defectum citationis, vt in terminis
Seraph. deciſ. 1057. num. 4. Greg. XV. deciſ. 457. n. 5.
Buratt. deciſ. 606. num. 6.

Et ita vtraque parte informante &c.

MEDIOLANEN. BENEFICII.

Mercurij 31. Ianuarij 1646.

ARGVMENTVM.

Præſentato vt ſit debita Inſtitutio neceſſaria re-
quiſita iuriſpatronatus. Derogatio ex cauſa
permutationis non ſuffragatur, ſi omnia in
litteris contenta non ſint iuſtificata,

SVM-

Digitized by Google

SVMMARIVM.

1 *Inſtitui quis debet in iurepatronatus ſi doceat de exi-*
ſtentia iuriſpatronatus, pertinentia præſentantis,
præſentatione in tempore facta, vacatione benefi-
cij, & clericatu.
2 *Iuſpatronatus probatur ex ſententia.*
3 *Deſcendentiam ſufficit probare ab exiſtente in quaſi*
poſſeſſione præſentandi.
4 *Clericatus probatur ex litteris patentibus.*
5 *Patrono licet alium præſentare ad beneficium per-*
mutatam in curia cum eius ſpretu, & contradi-
ctione.
6 *Beneficium iuriſpatronatus non remanet affectum per*
appoſitionem manus Papæ.
7 *Affectio non ſortitur effectum, quando in gratia adeſt*
defectus conditionis, & cauſæ, quæ mouit Pa-
pam.
8 *Beneficia vacant per contractum matrimonij.*
9 *Reſignatio de beneficio iuriſpatronatus abſque con-*
ſenſu Patroni eſt nulla, nec abdicat ius à reſi-
gnante.
10 *Gratia non ſuffragatur, niſi eius narratiua iuſtifi-*
cetur.
11 *Poſſeſſor non tenetur iuſtificare ſuum titulum.*
12 *Reus debet ſuam exceptionem probare.*
13 *Valor beneficij probatur ex confeſſione partis paulo*
ante emanata.
14 *Valoris expreſſio per non exceſſum non includit*
aſcenſum.
15 *Fraus præſumitur ex permutatione beneficiorum di-*
ſparium.
16 *Et coniecturis probatur.*
17 *Permutatio fraudulenta, & obreptitia eſt nulla.*
18 *In beneficialibus datur multiplicatio titulorum.*

DECISIO DCCLXVI.

DOMINI reſoluerunt Abbatem Franci-
ſcum Cataneum eſſe inſtituẽ in bene-
ficio Patronali, de quo agitur, quia docet de
1 exiſtentia iuriſpatronatus, pertinentia præſen-
tantis, de præſentatione facta intra legitimum
tempus coram habente inſtituere, Clericatu, &
vacatione beneficij, quibus concurreñ præſen-
tato deberi inſtitutionem dixit *Rota in recent.*
dec. 137. num. 1. par. 2. & dec. 15. num. 1. par. 5. coram
Reuerendiſſ. Vrgellen. deciſ. 100. num. 1. & alias ſæ-
piſſime.

Etenim reſpectu exiſtentiæ patronatus illa
videtur indubitata, ex quo vtraque pars illam
2 admittit, & Ordinarius illam canonizauit in
ſententia per eum lata ſuper pertinentia eiuſ-
dem Patronatus ad fauorem Alexandri Mar-
liani, & ſucceſſorum, quam Rota confirma-
uit, quæ quidem ſententia bene probat etiam
pertinentiam dicti Patronatus reſpectu Marij
præſentantis filij d. Alexandri, *Rota deciſ. 11. de*
iurepat. in nou. & in terminis ſententiæ latæ ab
3 Ordinario ſuper pertinentia, *Reuerendiſſ. D. Vr-*
gellen. dec. 413. num. 3. cum ad hunc effectum
ſufficiat probare quod deſcendat ab exiſtente
in quaſi poſſeſſione præſentandi, *Rota coram*
ſan. mem. Greg. XV. dec. 349. num. 1. & ibi Add. nu. 6.
& in recent. dec. 274. num. 8. & dicta dec. 337. nu. 3.
par. 2.

Habilitas etiam Abbatis Catanei, & Cleri-
catus ſatis iuſtificantur ex litteris Eminentiſ-
ſimi Cardinalis Vicarij, *cap. 2. de Cleric. peregr.*
Rota dec. 101. num. 6. par. 1. rec. & coram bon. mem.
Buratt. dec. 709. n. 1.

Quo verò ad vacationem iſtius beneficij, in
qua tota huius cauſæ difficultas reſidebat, illa
deſumitur ex duplici capite. Primo ex per-
5 mutatione, quam Carolus Gatticus poſſeſſor
huius beneficij fecit ſpreto, imò contradicen-
te Patrono, itaut licuerit eidem Patrono in
pœnam ingratitudinis alium præſentare, *Sanch.*
reſponſ. moral. lib. 2. cap. 3. dub. 56. num. 1. Gratian. di-
ſcept. 835. num. 2. Rota dec. 152. num. 6. & ſeqq. de-
ciſ. 190. num. 5. & ſeqq. vbi reſpondetur contra-
rijs *par. 5. rec.* quamuis reſignatio facta fuerit
coram Papa, *Garz. de benef. tom. 2. par. 11. cap. 3.*
num. 35. Lotter. de re benefic. lib. 2. q. 14. num. 75. vſq;
ad 79. incluſiuè cum alijs fusè relatis Rota in Cæ-
ſarauguſtana beneficij de Linares 22. Iunij 1643. co-
ram R. P. D. meo Bichio §. fin. Nam quod dicitur
6 per appoſitionem manus Papæ beneficium re-
manere affectũ, itaut nemo alius de eo diſpo-
nere poſſit iuxta *text. in cap. vt noſtrum de appell.*
non procedit in beneficio iuriſpatronatus lay-
corum, quale eſt hoc, de quo agitur, in quo
non cadit tacita reſeruatio, quæ reſultat ex ap-
poſitione manus Papæ ſicuti non cadit ex-
preſſa, *Lap. alleg. 84. num. 5. in fin. verſ. ſed nunquid,*
& num. 6. per tot. Gemin. in cap. 2. num. 12. de præ-
bend. in 6. Garz. de benef. par. 5. cap. 1. numer. 591.
circa med. verſ. non obſtat; Eoque minus proce-
7 dit quando, vt hic, ex infra diceñ apparebit,
appoſitio manus Papæ non poteſt ſortiri effe-
ctum ob deffectum conditionis appoſitæ, &
cauſæ, quæ mouit Papam, *Prob. ad Monach. in*
cap. tibi num. 19. ad fin. verſ. præterea de reſcript.
in 6. Roman. conſ. 335. nu. 11. Lotter. de re ben. lib. 2.
q. 25. n. 34. & 35.

Secundo deſumitur vacatio ex matrimo-
8 nio, quod d. Carolus Gatticus beneficij poſſeſ-
ſor contraxit, *cap. quod à te 3. cap. diuerſis 5. de*
Cleric. coniug. Pariſ. de reſignat. lib. 3. q. 1. n. 28. Gonz.
ſuper reg. 8. gloſ. 15. num. 43. Rota dec. 201. num. 27.
par. 1. rec. Non obſtañ d. reſignatione, ſeu per-
9 mutatione, quam prius fecerat ad fauorem
Ludouici Platti, quæ permutatio cũ ex præ-
dictis ſit nulla, vel aperuit patrono vacatio-
nem ex die permutationis ex ſupra allegatis.
Vel ſaltem non abdicauit ius à Gattico, per
cuius propterea ſubſequens matrimonium
beneficium vacauit ex latè cumulatis per *Lot-*
ter. de re benef. lib. 2. q. 14. num. 86. & lib. 3. quæſt. 21.
num. 39. & 40. Rot. dec. 4. n. 2. p. 2. rec.

Nec releuat, quod in litteris Apoſtolicis
prouiſionis d. Platti ex cauſa permutationis
Papa derogauerit iuripatronatus. Quia non
10 ſuffragatur derogatio, niſi Plattus contenta
in eis litteris iuſtificauerit, *cap. 1. vbi not. omnes*
de lit. conteſt. in 6. Felin. in cap. 1. ad aures colum. 5.
verſ. ſecunda concluſio de reſcript. Mareſc. var. reſol.
lib. 2. cap. 1. num. 1. & ſeqq. Dec. conſ. 142. numer. 6.
Aegid. dec. 76. verſ. & ſi teneremus; Et iuſtificare
tenetur quamuis ſit reus, & poſſeſſor, poſt-
quam d. Cataneus ſuam intentionem plenè
fundauit circa præmiſſa neceſſaria requiſita,

vt in

vt in puncto fuit deciſum in *Firmana Beneficij*
13. Maij 1596 coram clar. mem. Card. Hieronymo
Pamphilio Patruo Sanctiſſimi D. N. per Garz. de
benef. in eadem par. 5. cap. 5. num. 591. in princ. & in
proximis terminis Lotter. de re benef. lib. 3. quaſt. 14.
num. 86. & 87. Rota dec. 409. num. 4. par. 2. recent.
11 Nam licet poſſeſſor releuetur ab onere pro-
bandi, & iuſtificandi ſuum titulum, propter
præſumptionem, quæ oritur ex poſſeſſeſſione
iuxta regulam *text. in l. cogi, C. pet. hared. Caſſad.*
dec. 2. n. 4. de cauſ. poſſeſſ. & propriet. Hoc tamen
limitatur poſtquam Actor plenè ſuam inten-
12 tionem fundauit, quia tunc ceſſat ea præſum-
ptio, quæ eſt pro poſſeſſore, & reus tenetur
ſuam exceptionē plenè probare, *Bald. in l. ſine*
poſſidetis 16. num. 15. C. de probat. Calder. conſ. 10.
ad fin. de probat. Seraphin. dec. 1422. num. 12. Vbi
aduertit, quod facta per actorem plena pro-
batione poſſeſſor non cogitur ad inſtructio-
nem intentionis Actoris, ſed ad ſui releuatio-
nem, & probationis Aduerſarij excluſionem,
vt per *Lotter. de re benef. lib. 2. q. 46. num. 20. Rota*
d. dec. 409. num. 4. verſ. poſſeſſio enim par. 2. recent.
At in caſu iſto deficit ex parte Platti poſſeſſo-
ris iuſtificatio valoris narrati, & in his termi-
nis loquitur allegata deciſio coram bon. me.
Cardinali Hieronymo Pamphilio; Imò con-
ſtat de contrario; narrauit enim beneficium
quod recipiebat non excedere fructus duca-
torum 60. cum tamen illud reperiretur gra-
uatum annua penſione ſcutorum 200. mone-
tæ Mediolaneñ, & bona locata eſſent pro mer-
cede longè maiori, vt in *Summ. d. Catanej nu. 4.*
13 Item narrauit beneficium, quod ex cauſa per-
mutationis dimittebat aſcendere ad ſimiles
ducatos 60. & tamen anno antecedenti ipſe-
met quando idem beneficium obtinuit expo-
ſuerat illius valorem per nō exceſſum in ſcu-
tis 24. Vnde reſultat confeſsio valoris ſcuto-
rum 24. per non exceſſum, *Buratt. dec. 300. n. 7.*
Rota inter recent. dec. 444. num. 6. par. 2. quæ cum
fuerit emiſſa per annum ferè ante probat non
exceſſum valoris etiam de tempore præſenti,
licet ſecus eſſet ſi aliquot annis præceſſiſſet, vt
diſtinguendo declarauit *Rota in Tiraſonen. Cap-*
pellania 28. Nouembris 1605. coram Sanctiſſimo D.
Noſtro, quam refert, & ſequitur *Lotter. de re be-*
nef. lib. 3. q. 20. num 159. & excludit valorem nar-
ratum per aſcenſum in gratia permutationis,
cum impoſſibile ſit, quod ſi non excedit 24.
aſcendat ad 60. *Seraph. deciſ. 1017. num. 5. Coccin.*
dec. 82. num. 1. uerſ. nec valor, Rota d. dec. 444. nu. 1.
uerſ. Nihilominus par. 2. recent.

Plurimi autem faciendam hanc malam ex-
preſsionem valoris in huiuſmodi permuta-
tione dicebant Domini, quia Papa illam non
admiſiſſet ſi ſciuiſſet tantam inter vtrumque
beneficium diſparitatem, cum ex ea oriatur
15 præſumptio fraudis, *Anchar. conſ. 388. numer. 2.*
uerſ. primo ex diſparitate, Rebuff. conſ. 22. uerſ. ſecun-
da coniectura, Gambar. de auct. legat. lib. 10. nu. 334.
& lib. 6. num. 425. Pariſ. de Reſignat. lib. 13. q. 4. n. 8.
Rota dec. 460. n. 7. par. 5. rec.

Quæ fraudis præſumptio licet non ſatis cō-
uincatur ex ſola coniectura diſparitatis bene-
ficiorum, vt *in cap. quæſitum de rer. permut. notant*
Anchar. num. 12. Card. num. 21. & in cap. Vnic. eod.
tit. Anchar. num. 3. Rot. dec. 2. de rer. permut. in antiq.
Attamen in caſu iſto multum trahebat Do-
minos ad dicendum d. permutationem fuiſſe
factam in fraudem, & ad ſupplantandum Pa-
tronum, animaduertentes potiſſimum totam
ſeriem facti; nam poſtquam d. Marius fuerat
requiſitus, vt aſſentiret reſignationi, quam de
hoc patronatu Gattius poſſeſſor intendebat fa-
cere ad fauorem Platti, & ipſe recuſauerat,
idem Plattus impetrauit beneficium tenue,
illudque non longè poſt permutauit cum be-
neficio patronali poſſeſſo à Gattico ſub falſa
expreſſione valoris vtriuſque beneficij, augen-
do valorem eius, quod dimittebat, & minuen-
do eius, quod recipiebat, & idem Gatticus
poſt menſem à die permutationis contraxit
16 matrimonium, probatur enim fraus ex plu-
ribus coniecturis ſimul iunctis, *cap. 2. de renunc.*
in 6. l. dolum C. de dol. Aym. conſ. 10. num. 3. P. Paul.
Pariſ. conſ. 97. n. 17. lib. 3. Menoch. de arbitr. caſ. 459.
numer. 4. Flamin. Pariſ. de Reſign. lib. 13. quaſt. 4.
num. 5. & 20.

Et hinc educebatur aliud motiuum exclu-
ſiuum derogationis iuriſpatronatus obtentæ
à Platto. Quia Papa noluit derogare niſi per-
mutatio eſſet canonica, & ſincera ibi, Iuripa-
tronatus in totum attenta permutatione præ-
dicta vera, & canonica & ea expreſsè deroga-
17 mus. At permutatio fraudulenta, & obre-
ptitia non eſt canonica, & vera, imò nulla, vt
notant omnes *Doct. in d. cap. 2. de renunciat. in 6.*
aliiſque allegati per *Flamin. Pariſ. de reſignat. d.*
q. 4. nu. 5. & in puncto permutationis admiſſæ
à Papa non expreſsis ei diſparitate valoris be-
neficiorum permutatorum, & coniecturis
fraudis, quod gratia Apoſtolica non teneat ex
defectu voluntatis Papæ, *Rebuff. conſ. 22. verſ.*
Iſtud enim.

Non obſtat, quod cum Plattus d. deroga-
tionem in hoc iudicio non produxerit, & in
18 beneficialibus detur multiplicatio titulorum,
allegare poſsit aliam derogationem, ſiue ti-
tulum meliorem ex allegatis per *Lotter. de re*
benefic. lib. 2. q. 46. num. 28. & ſeqq. Quia Domini
dicebant, aut Plattus vult vti d. derogatione,
& ei obſtat illius nullitas, aut non vult ea vti,
& tunc niſi alium titulum exhibeat, & probet
ſuccumbere debet, ex quo Actor ſuam in-
tentionem plenè probauit.

Quare cum intentio d. Abbatis Catanei ſit
ex ſupradictis iuſtificata, & vice verſa Plattus
reus, & poſſeſſor ſuam exceptionem non pro-
bet DD. reſoluerunt d. Abbatem eſſe inſti-
tuendum à Rota iuxta facultates ei conceſſas
ex *Clement. Auditor de reſcript.*

Et ita vna tantum parte informante &c.

BONONIEN. HAEREDITATIS.

Mercurij 3. Ianuarij 1646.

ARGVMENTVM.

Immiſſionem, vt fideicommiſſarius tanquam
legitimus contradictor valeat impedire hære-
di

di ſcripto in Teſtamento non cancellato, nec
in aliqua parte vitiato, quæ requirantur.

SVMMARIVM.

1 *Poſſeſſio ad effectum manutentionis probatur ex confeſſione partis enunciantis aliquem poſſidere.*
2 *Hæres eſt immittendus in poſſeſſionem bonorum hereditariorum.*
3 *Fideicommiſſarius, vt ſit legitimus contradictor tria copulatiuè requiruntur, quod incontinenti de ſuo iure doceat, nihil ſit detrahendum, & ſine vitio poſſideat, & 4.5.6.*

DECISIO DCCLXVII.

DANDAM eſſe immiſsionem Comitiſſæ Helenæ, & Conſortibus in poſſeſsionem bonorum hæreditariorum Com. Franciſci de Pepulis reſolutum fuit, quia conſtat de illorum inſtitutione ex Teſtamento d. Comitis non abolito, non cancellato, nec in aliqua ſui parte vitiato, & ex declaratione Comitiſſæ Camillæ d. Comitis vxoris ſe nõ eſſe pregnantem, apparet de purificatione conditionis ſub qua ijdem inſtituti fuerunt; Sicuti etiam de obitu Teſtatoris, & identitate bonorum prædictorum ex cõfeſsione Comitis Ioannis Ad-
1 uerſatij emanati in libello per eũ Iudici porrecto pro obtinenda eorumdem bonorum poſſeſsione, quæ confeſsio licet fuerit qualificata hiſce verbis, videlicet (quæ olim per q. D. Comitem Frãciſcum Pepulam iniuſtè occupabantur, tamen benè probat dicta bona fuiſſe à defũcto poſſeſſa, quia huiuſmodi qualitas vti habens contra ſe iuris præſumptionem eſt ab ea confeſsione ſeparabilis iuxta Theoricam, *Bart. in l. Aurelius . . . §. idem quæſiit num. 2. ff. liber. legat.* quam in his terminis ſequuta eſt *Rota dec. 802. par. 1. diuerſ. dec. 525. n. 3. par. 2. recent. ſan. mem. Greg. XV. dec. 458. num. 3. & ſeqq. & coram me in Ferrarien. ſupplementi legitimæ 28. Iunij* 1645. His itaque ſic concurrentibus
2 immiſsio venit omnino concedenda prędictis ſcriptis hæredibus iuxta *text. in l. fin. C. de Edict. Diu. Adr. toll.* Vbi conueniunt omnes Scriben. *& Rota penes ſan. mem. Greg. XV. dec. 206. num. 1. & penes bon. mem. Buratt. dec. 544. ſub n. 1. verſ. fundamentum fuit, & n. ſeq.*

Nec ad eam impedieñ videbatur legitimus Contradictor d. Com. Ioannes veniens ex fideicommiſſo cõuentionali ordinato inter Iacobum eius Auum, & Patrem reſpectiuè d. Com. Franciſci, ac Riccardum, & Vgonem
3 fratres de Pepulis, quia vt fideicommiſſarius habeat huiuſmodi facultatem tria copulatiuè requiruntur nempè quod doceat incontinenti de iure ſuo, quod nihil ſit detrahendum, & quod poſſideat ſine vitio ad traditis per *Bartol. in l. fin. nu. 22. C. de Edict. D. Adr. toll. Gabr. conſ. 45. num. 24. vol. 2. Seraph. dec. 629. nu. 4. Menoch. de adipiſc. remed. 4. num. 635. cum plurib. ſeqq. Surd. deciſ. 333. inter eius conſ. num. 1. Rota dec. 103. num. 1. p. 1. diuerſ. deciſ. 115. num. 2. & ſeqq. par. 1. & deciſ. 94. num. 5. par. 5. recent.* quę omnia in iſto caſu deficiunt.

Nam primo d. fideicommiſſum, à quo ipſe Com. Ioannes deducit ius ſuum redditur turbidum ex ſententia contra eum lata in Ciuitate Bononiæ ad fauorem d. Com. Franciſci, &
4 ex tranſactione de anno 1637. ac diuiſione ſubſequuta, cuius vigore prætenditur ex parte dd. hæredum illud fuiſſe remiſſum quoad ipsũ Com. Franciſcum, & eius ſucceſſores, vt legitur in Capitulis ſuper illa tranſactione firmatis, & ex amplitudine clauſularum, quæ in vtroque Inſtrumento, ſcilicet tranſactionis, & diuiſionis fuerunt appoſitæ, vt fuit dictum *in Romana Caſtrorum, ſeu Tranſactionis 11. Maij 1590. coram Gypſio in recent. dec. 21. num. 5. & ſeq. verſ. ſecundo dicebatur par. 1. & in Bononien. fideicommiſſi de Vizzanis 15. Febr. 1643. & 15. Ianuarij 1644. coram R. P. D. meo Bichio.* Quibus ſtantibus dici non poteſt prædictum fideicommiſſum eſſe clarum, & liquidum, itaut eius vigore impediri poſſit immiſſio ſcripti hæredis, *Rota d. dec. ſan. mem. Greg. XV. 206. ſub num. 8. verſ. non eſt verum, & num. ſeq. apud Buratt. dec. 738. n. 8. verſ. non eſt verum, & num. ſeq. apud Buratt. deciſ. 738. num. 8. verſ. quæ immiſſio, & latè dec. 520. ſub num. 2. verſ. nam inſtrumenta, & numer. ſeq. par. 1. diuerſ. & in dec. 115. ſub num. 10. verſ. ſed quatenus par. 1. recent.* Vbi quod ſatis eſt ad reddendum turbidum ius fideicommiſſarij, ſi aliquid coloratè, vel probabile opponatur, & confert *deciſ. 516. num. 6. verſ. Vltra quod eadem par. 1. recen.*

Secundò dicebatur, quod vbi etiam de d. fideicommiſſo clarè conſtaret, adhuc tamen plures adducuntur pro parte hæredum detractiones legitimæ, dotium, ac aliæ, quæ licet
5 per Com. Ioannem impugnentur, interea ſufficiunt ad illum repellendum, donec certum ſit nullas eiſdem hæredibus competere, *Menoch. de adipiſc. remed. 4. ſub num. 638. verſ. quartus eſt caſus, Surd. dec. 333. ſub num. 8. verſ. Exaduerſo autem, & ſeqq. Rota in Romana de Capizucchis 5. Iunij 1602. & 10. Aprilis 1606. coram bon. me. Card. Lancellotto in recent. d. dec. 115. par. 1. & deciſ. 116. par. 3. & latè per Adden. ad Greg. XV. d. deciſ. 206. ſub num. 11.*

Quo verò ad tertium requiſitum, quod ſcilicet Comes Ioannes non poſſideat niſi vitioſè, abundè patet ex duabus deciſionibus in
6 cauſa Bononieñ bonorum inter eaſdem partes vertente emanatis ſub diebus 3. Aprilis 1645. & 24. huius, in quibus fuit ei denegata manutentio prędictorum bonorum propter vitium ſuæ poſſeſſionis. Ideò hodie impedire non valet immiſſionem prædictis hæredibus, ſed ab eorum manibus fideicommiſſum, ſi quod, reſtituendum erit, conſequi debet, *Bart. in d. l. fin. ſub eodem n. 22. verſ. quarto vtrum fideicommiſſarius C. de edict. D. Adr. tollen. Menoch. d. remed. 4. ſub nu. 630. verſ. Primus eſt, Rota penes ſa. me. Greg. XV. dicta dec. 206. num. 5. & ſeqq. verſ. non obſtat, quod Laura, & latius penès Buratt. dec. 431. à n. 5. verſ. quia ſicuti, & ſeqq. & in recen. dec 94. nu. 5. verſ. 1. non obſtat, quod Angelus par. 5.*

Et ità vtraque &c.

FER-

FERRARIEN. PENSIONIS.

Veneris 2. Martij 1645.

ARGVMENTVM

Penſio ſemel tranſlata, quod non ſit amplius tranſferibilis, ceſſat quando ex veriſimili mẽte Pontificis apparet facultatem conceſſiſſe transferendi penſiones etiam ſemel tranſlatas, & quando conſtet de huiuſmodi Papæ voluntate.

SVMMARIVM.

1 *Reſtitutio in integrum datur ſtante iniuſtitia ſententia.*

2 *Transferendi penſionem facultas datà in Indulto Apoſtolico comprehendit penſiones ſemel tranſlatas.*

3 *Diſpenſatio ad acquirendas, & retinendas penſiones comprehendit penſiones tranſlatas.*

4 *Dictio, nec non, reſoluitur in copulatiuam repetitq; omnes qualitates præcedentes.*

5 *Dictio, huiuſmodi, eſt relatiua præcedentium.*

6 *Verba, omnia, & ſingula, nullam reſtrictionem patiuntur.*

7 *Habent vim indiuidua expreſſionis. &*

8 *Deſignant enixam voluntatem diſponentis ſuper tali ſpecificatione.*

9 *Verbum, quaſcunque, ex ſui proprietate omnia includit.*

10 *Verba retinent latitudinem ſuæ ſignificationis, quam habent ex eorum propria ſignificatione etiam in materia odioſa.*

11 *Papa poteſt facere, quod pro expreſſis habeantur, quæ alias exprimenda ſunt.*

12 *A declaratione deſumitur mens concedentis.*

13 *Verbum, declarantes, ex ſui proprietate non importat nouam diſpoſitionem, ſed tantummodo quæ cõpetebat, manifeſtat.*

14 *Transferendi facultas motu proprio conceſſa eſt latè interpretanda.*

15 *Perſonæ coniuncta vberiori modo gratificatur.*

16 *Cui conceſſum eſt, quod eſt plus, dicitur etiam conceſſum quod eſt minus.*

17 *Transferendi penſiones facultas non eſt odioſa odio irrationabili.*

18 *Penſio tranſlata nihil differt à reſeruata.*

19 *Penſio tranſlata re vera eſt eadem penſio cum prima, & dicitur quædam delegatio ſoluendi alteri, nec requirit derogationes Concil. Lateran.*

20 *Deciſ. in Florentina Penſionis 17. Maij 1617. coram Vbaldo reprobatur.*

21 *Expreſſio facta ab aliquibus non inducit conſequentiam expreſſionis facienda ab alijs.*

22 *Deciſ. fundata in conſtitutione per reſcriptum Principis abrogata nullius eſt efficacia.*

DECISIO DCCLXVIII.

SIXTVS fel. rec. Papa V. conceſſit Indultum præcl. me. Principi Michaeli Peretto facultatis transferendi penſiones fauore illius reſeruatas, & reſeruandas; cuius Indulti vigore cũ idem tranſtuliſſet Eminentiſſimis DD. Cardinalibus Montalto Iuniori; & Vrſino penſionem, quam habebat ſcutorum auri trium millium ſibi reſeruatam, mediante tranſlatione præcl. mem. Alexandri Cardinalis Montalti ſuper Menſa Epiſcopali Ferrarien; & Reuerendiſs. D. Auditor Cameræ ab anno 1631. ſententiam protuliſſet cum voto Dominorum ſui in Ciuilibus Locumtenentium ſuper inualiditate tranſlationis factæ per dictum Principem, commiſſa mihi cauſa in gradu reſtitutionis in integrum à Sanctiſſimo, propoſui dubium; An conſtet de cauſis reſtitutionis in integrum.

Et Domini reſponderunt conſtare, attenta ſententiæ iniuſtitia, cum inde læſio reſultet, propter quam datur paſſim ſine difficultate
1 in integrum reſtitutio *Rota deciſ. 1. de reſtitut. in integrum in nou. & recent. deciſ. 532. num. 2. part. 1. deciſ. 329. num. 1. par. 2. deciſ. 609. num. 11. part. 5. deciſ. 50. num. 1. par. 7. & in Sarſinaten. feudi 22. Iunij 1645. coram me.*

Iniuſtitiam verò deducebant, quia ſic fuerat pronunciatum habita ratione, quod penſio hæc vti ſemel tranſlata non fuerit amplius transferibilis, quam tamen, immo Dominis viſum eſt vti comprehenſam ſub Indulto cõ-
2 ceſſo transferendi potuiſſe omnino iterum transferri, ſicut de ſimilibus Indultis, quod intelligantur comprehendere penſiones etiam antea tranſlatas, quas propterea denuo transferre liceat vigore Indultorum huiuſmodi, fuit aliàs deciſum in *Papien. penſionis 19. Martij 1607. coram Ottembergo, in Lucana penſionis 28. Iunij 1617. coram bo. me. D. meo Archiepiſcopo Seleucien. in impreſſ. coram Buratt. deciſ. 638. num. 2. & ſeqq. in Ferrarien. Penſionis 14. Iunij 1924. coram bo. me. Remboldo, quæ eſt recent. deciſ. 450. numer. 41. verſ. de Indulto transferendi par. 5.* & ſequitur *Lotther. de re benefic. lib. 1. q. 40. num. 95. & ſeq.*

Eoque facilius ita licuiſſe in præſenti ſuadebatur detecta clara mente Pontificis, quatenus in prima parte Indulti diſpenſauit, & habilitauit Principem Perettum generaliter ad acquirendas, & retinendas quaſcumque
3 Penſiones ſibi hactenus reſeruatas, aut in futurum reſeruandas nõ obſtantibus defectibus profeſſionis in Religione militari, aut matrimonij etiã reiterati, ibi, Etiamſi contingerit, vel nõ contigerit te qualemcumq; Militiam cuiuſuis Ordinis, & profeſſionis &c. & ad ſecunda, ac etiã plura laicalia vota, aut ſecundas, vel plures nuptias tranſire &c. Quaſcumq; pẽſiones annuas &c. retinere, recipere, conſequi &c. Ac ſubſequenter in ſecunda parte, facultatem conceſſit indefinitam, & indifferentem omnimodè transferendi eaſdem penſiones vigore ipſius Indulti retentas, vel acquiſitas, ibi, Nec non tibi omnia, & ſingula, penſiones, redditus, prouentus, iura, obuentiones, & emolumenta tibi reſeruata, & reſeruanda huiuſmodi &c. transferendi plenam liberam, & omnimodam facultatem dicta auctoritate concedimus, & impartimur &c. Cum enim dubio careat in vim dictæ primæ partis reſpicientis facultatem retinẽdi, licuiſſe Principi retinere, & acquirere penſiones ex

ex tranſlatione prouenientes *Rot.recent.deciſ.7. num.15.& deciſ.50.num.31.par.5. & coram ſa.me. Greg.XV.deciſ.18.num.3.* vtique reſultat eaſdem ſic retentas, & acquiſitas, neceſſariò ex vi repetitionis intelligi comprehenſas in ſecunda parte Indulti reſpiciente ius transferendi, efficaciam perpendendo tum dictionis, Necnō,
4 adiectæ principio ipſius ſecundæ partis, quæ reſoluitur in copulatiuam *gloſ.in Clem.1.verb. necnon de offic.deleg.Rota diuerſ.deciſ.791.numer.2. par.1.& coram Card.Caualer.deciſ.343.num.2.* Repetitque omnes qualitates præcedentes *Bald. in l.Saio, §.Caio, ff.de fid.Inſtrum. Neuiz.conſ.172. num.14.Rot.recent.deciſ.38. num.11. par.7.* Tum etiam dictionis, Huiuſmodi, præcedentium relatiuæ cum omnibus ſuis qualitatibus *gloſ. in c.Abbate, & in c.nemo verb. huiuſmodi, de elect. in 6. Rebuff.in comment ad l.1. verb. huiuſmodi ſtipulatione, ff.de verb.ſignific.Mareſcott.variar.reſol. lib.2. cap.77.num.27. Rota recent.deciſ.373. nu.6. par.2.*

Vel etiam vltra repetitionis effectum eſſet de per ſe conſiderabilis prægnantia, & generalitas dictæ ſecundæ partis tanquam fulcitæ verbis illis, omnia, & ſingula &c. quæ ſunt adeo generalia, & effrenata, vt nullam reſtri-
6 ctionem patiantur, ac propterea benè reputentur apta comprehendere penſiones etiam alioquin ſub ſimplici diſpoſitione non comprehenſas, & quæ indigerent ſpeciali mentione, iuxtà *gloſ.in Clem.2.de vit.& honeſt.Cleric. clem.1. in verb. vbicumque de iud. Surd. conſ.308. num.41. cum alijs in Cæſarauguſtana penſionis 18. Iunij 1610. coram Card.Lancellotto, quæ eſt deciſ.2. poſt Pic.ad Stat.Vrb.num.5. & in Romana penſionis 15. Februarij 1639. coram bo.me. Pirouano*; Ac ſi
7 eſſent explicitæ, & in indiuiduo ſpecificatæ *gloſ.in c.vt circa,verb.omnia,& ſingula de elect.in 6. Socc.conſ.3.num.17.lib.3.Surd.conſ.331.nu.7. Rota*
8 *rec.deciſ.130.num.3.par.2.* Enixam deſignando ſuper tali ſpecificatione voluntatem diſponentis. *Alex.conſ.216.num.27.lib.2. Barboſ.plures referens clauſ.96. num.3.* Prout in idem conſonat
9 verbum, quaſcunque &c. ex ſui proprietate omnia includens nihil excluſo *c. ſolitæ de maiorit.& obed. gloſ. in c. quicunq. verb. quicunque, de ſent.excomm in 6.Iaſ.in l.quodcunque, num.1. ff. de verb.oblig. Marc.Anton.var. reſol.40. num.2.* In
10 omni enim materia quantumuis odioſa, nullatenus receditur à proprietate verborum, ſed lata fieri debet interpretatio, quatenus illam patiatur eorum proprietas *l.cum lege, vbi Aret. ff.de Teſtam.Menoch.conſ.429. nu.9. Calderin. conſ. 24. in primo dubio, de præben. Card.Mantic.de coniect.lib.8.tit.18.n.35.ſa.me.Greg.XV. dec.516.n.3.*

Neque immo aliter exprimenda iſta qualitas reiteratæ tranſlationis opus habuiſſet vlteriori expreſſione, ſed ſat haberetur pro expreſſa per mandatum Papæ, quod omnes, & quicunque defectus valentes impedire conceſſā gratiam, & eius effectum taciti, vel omiſſi habeantur pro expreſſis, ac ſi de ijs explicita mentio facta fuiſſet, ibi, neque ex eo quod præſens gratia &c. vel quicunque defectus, &c. præſentem gratiam, eiuſque effectum quandocunque, & ex quibuſuis cauſis, etiam
11 de neceſſitate exprimendis impediri, vel annullari valentes hic &c. taciti, vel omiſſi fuerint &c. ſed omnino ſubſiſtant, tibique ſuffragentur in omnibus, & per omnia perinde, ac ſi in eis de præſentibus, necnon defectibus, & impedimentis prædictis expreſſa mentio facta fuiſſet &c. Cum ſine dubio volens Papa potuerit expreſſionem huiuſmodi ſupplere ad *l.omnes C.de præſcript.* & fuit dictum in *Placentina Penſionis 27.Iunij 1605. coram Litta, impreſſ. penes Marcheſ.de commiſſ.par.1.pag.557.num.2.ante fin.* & inde de gratia ſuffragetur in omnibus & per omnia non obſtante aliàs exprimēdorum omiſſione. *Abb.in c.ad hæc col.fin.de reſcript. Dec.conſ.191.num.3. & ſeq. & conſ.341. num. 31. in fin. Pariſ.conſ.46. num.43. lib.3. Mareſcott. var. reſol.lib.2.cap.18.num.46.Rota recent.deciſ.464.numer.12.par.5. & in allegata Placentina Penſionis d. num.2. verſ.Præterea fuit reſponſum.*

Eamdemque ex præmiſſis detectam comprehenſionem fortius comprobat conformis
13 declaratio eiuſdem Sixti Papæ V. circa facultates conceſſas Militibus Lauretanis transferendi pariter de quibuſcunque penſionibus, ac ijſdem quas indulſerat, non obſtante matrimonio poſſe per milites Lauretanos acquiri, & retineri ad ſummam ſcutorum 200. vt nimirum intelligeretur de penſionibus etiam alias tranſlatis. A qua declaratione mens potiſſimum deſumitur ipſius Pontificis concedentis *gloſ. in cap. ſi propter verb. intentionis de reſcript.in 6.Alex.conſ.52.nu.25.lib.4.Surd.conſ.481. num.13.Buratt.deciſ.228.num.2. Card. Caualer.deciſ.611.num.52.* ſicut Papam ita declaraſſe Ius competens dictis Militibus vigore antecedentium facultatum, non autem proceſſiſſe per viam, qualis opponebatur nouæ legis conuincunt nō minus clara verba ibi Declarātes &c. ex ſui proprietate nullatenus Importātia nouā
13 diſpoſitionem, ſed ſimplicem declarationem, ex trad. *à Barboſ.dict.80.nu.1.& ſeqq.* itaut exinde nullum intelligatur à Pontifice collatum ius de nouo; ſed tantummodo, quod competebat manifeſtatum *l.adeo, §.cum quis, ff. de acquir.rer.dom.l.ait Prætor, §.ſi Iudex, ff. de re iudic. Oldrad.conſ.224.num.10. & 20. verſ. Nec verbum declaramus. Caſtren.conſ.341.in princ.lib.1. Soccin. conſ.156.num.17.lib.2.Rota recent.deciſ.281.nu.8. par.1.* Quàm effectus dum ibidem ſubditur, licere illas penſiones transferre in vim facultatum, & Priuilegiorum per prius conceſſorum, quod vtique facere non potuiſſent, ſi in eiſdem facultatibus penſiones tranſlatæ non fuiſſent comprehenſæ *Gimin. conſ.72. num.1. ad med.verſ.contrarium credo.*

Prout quoque mens Pontificis omnino cōprehendendi, vt dictum eſt, ſuadetur perpenſis facti circumſtantijs; nimirum reſpectu modi
14 conceſſæ huius facultatis motu proprio inde pleniſſimam facilè recipientis interpretationem *c. ſi motu proprio de conceſſ.præbend.in 6.Rot. recent.deciſ.12.num.22.par.5. & coram Reuerendiſſ. D.Durano deciſ.67. nu. 5.* nec non reſpectu perſonæ, cum gratia emanauerit fauore Magna-
15 tis, qui erat nepos, & dilectus Pontificis cōcedentis; Vnde pariter intelligitur illum vo-

juſſe omni vberiori, & fauorabiliori modo
gratificare. *Bald.conſ.209.per tot.lib.2. Rota diuerſ.
decif.401.num.1.& ſeq.par.1.& recent.deciſ.12.nu-
mer.41.deciſ.452.num.28.deciſ.464.num.13.par.5.
& d.deciſ.67.coram D. Durano num.5.& 21.* Ac
demum, quia conceſſis in eodem Indulto
grauioribus, quoad facultatem retinendi pẽ-
ſiones, non obſtantibus impedimentis profeſ-
ſionis in Religione militari; ac matrimonij
etiam reiterati, vt ſupra, quæ indigebant par-
ticulari diſpenſatione tanquam contra Cano-
nes, & diſpoſitionem Iuris; oritur concludens
16 illatio, Papam multo magis conceſſiſſe, quod
erat minus, ac nullibi prohibitum, ſcilicet fa-
cultatem transferendi etiam de penſionibus
alias tranſlatis *c.cui licet de reg.iur.in 6. c.ex par-
te il 3.de decim.c.per venerabilem, qui fil. ſint legit.
Ancharan.conſ.295. numer.8. Menoch. conſil.a10.
num.11.*

Ex quibus omnibus ſubſiſtente ad fauorem
Eminentiſſimorum Cardinalium Tranſlata-
riorum fundamento indubitatæ, ac omnimo-
dæ voluntatis Pontificis, ita comprehendi Pẽ-
ſiones tranſlatas velut innixo lecturæ ipſius
Indulti, & exuberanter comprobato per dedu-
ctas facti circumſtantias DD. viſum fuit ſu-
perfluum diſcutere deducta circa fauorabili-
tatem gratiæ, quæ faciat illam extendi, vel
odioſitatem, vt obijciebatur ex parte Eminen-
tiſs. D. Card. Macchiauelli Epiſcopi, & litis
conſortium; quæ potius deberet reſtringere,
& nihilominus animaduerterunt, huiuſmodi
gratiam facultatis transferendi non eſſe odio-
ſam, ſaltem odio irrationabili, vt plenè ra-
17 tiocinando, & pluribus adductis firmatur in
*dicta decif. Reuerendiſſ. D. Durani 67.nu.1.& ſeqq.
& d.deciſ.452.num.33.& ſeqq.par.5. recent.* quo-
niam penſio tranſlata vti realiter, ac propriè
penſio ex tradit. per *Vitalin. in clem.1. §. eadem
num.3. de ſupplen.negl. prælat. Lotther. de re benef.
lib.1.quæſt.36.num.64.& ſeqq. & quæſt.40. nu.95.
18 & 96.* nil differt à reſeruata *fa. mem. Greg.XV.
deciſ.18. num.3.* ſed re vera eſt eadem penſio
cum prima, non autem nouum grauamen.
*Ant.Auguſt.in Epitom.de tranſlat.penſ.verſ.in trã-
ſlatione penſionis num.6.Garg.de Benef.par.1. cap.5.
num.256.Creſcent.deciſ.1.n.1.& ſeqq.de reb.Eccleſ.
non alien.* vbi propterea firmatur non eſſe ne-
ceſſarias derogationes Concil. Lateranen. *Rot.
recent.deciſ.307.nu.1.par.3. coram Buratt.deciſ.12.
n.2.in Segobien.Penſionis 20.May 1598.corã Cordu-
ba, impreſſ.penes Pacific.de Saluian. interdict. deciſ.
129.num.1.in Lauden.Penſionis 29. Ianuarij 1601.
coram Penia, in Bononien. tranſlationis penſionis 20.
Iunij eiuſdem anni coram Cardinali Millino, & in
Romana Penſionis 29. May 1628. coram me,* Ac
quamuis in tranſlatione penſionis extingua-
tur prima, & noua reſeruetur, extinctio
19 eſt adeo momentanea, vt haberi nequeat in
aliqua conſideratione, cum ſit potius muta-
tio perſonæ, & vitæ transferentis in perſonam
& vitam Tranſlatarij, ſeu delegatio ſolutionis
alteri faciendæ, & quædam ſubrogatio vnius
in locum alterius *Pariſ.conſ.5.num.86.lib.4.Gra-
tian.diſcept.424.num.14.& 15.Rot.recent.dec.122.
num.9.deciſ.327.num.4.& ſeqq. & deciſ.505.nu.4.
par.1.deciſ.119.num.2.& 3. par.4. Add.ad ſan.me.
Gregor.XV.dicta deciſ.18.num.11.* Et hæc opinio
quicquid Rota ſenſerit antiquitus eſt hodie
receptiſſima, vt per *Buratt.dicta deciſ.638.nu.2.
vbi num.5.* aduertit, cauendum eſſe à deciſio-
nibus in *Eugubina penſionis coram Rubeo, & in
Aretina, ſeu Senen. penſionis coram Accorambono,
& num. 7.* reprobat in ſpecie *deciſionem in Flo-
rentina penſionis ſub 17. Maij 1617.coram bon. me.
20 Vbaldo*, In qua nec immo pesſigebatur ſuper
motiuo odioſitatis, ſed inualiditas fundabatur
ſuper alijs, vt ex lectura, & rationes olim per-
penſas diluendo fortioribus in contrarium,
etiam reſpectu caſus emanatæ tranſlationis in
mortis articulo firmatum fuit latiſſimè in *al-
leg.deciſ.24.num.11, & ſeqq. par.5.recent.*

Nec refragari cenſuerunt exempla nonnul-
larum facultatum transferendi continentium
explicitam mentionem de penſionibus etiam
tranſlatis; Non enim verſantur in caſu Indul-
ti habentis alias circumſtantias demonſtrati-
uas cõprehenſionis earumdem, vt in præſenti
ex ſuperius adductis; Nec deſunt plures ſimi-
les facultates abſque tali expreſſione cum re-
ſolutionibus in Rota, vt dictum eſt, emanatis
pro validitate ſecutarum inde tranſlationum,
de ſic tranſlatis, ita quod elicitur mentionem
illam fuiſſe magis habitam pro effugiendis li-
tibus, ad tradita per *Caſſad.deciſ.3. num.4. & 5.
de conceſſ.præb.& Gonzal. in reg.8. gloſ.6. num.26.
& ſeqq.* nec ab aliquibus facta expreſſio indu-
21 cit conſequentiam expreſſionis faciendæ ab
alijs *Calder.conſ.1.num.2.verſ.& ſi dicatur, de Cle-
ric.non reſid.Lotther.de re benef.quæſt.45.numer.11.
Card.Seraph.deciſ.514.num.5.*

Sicut pariter Breue ſa. me. Pauli V. reuali-
datorium tranſlationis Penſionis antea ſemel
tranſlatæ, potuit obtineri ad abundantiorem
cautelam; nec proinde valet inferri, quod
fuiſſet neceſſarium, iuxta adducta in *Romana
reſciſſionis contractus 28. Nouembris 1580. coram
ſa.me.Clemente Octauo.*

Ac denique tranſlationis odioſitas firmata
in *Romana penſionis 23. May 1644.coram R. P.D.
meo Meltio,* procedit in terminis Cõſtitutionis
Vrbanæ pluries transferri prohibentis, cui
tunc temporis vigenti in ſuo totali robore
opus erat inhærere; ſed in caſu, de quo agitur
22 dicta Conſtitutio remanet nullius efficaciæ,
nec conſequenter deciſio afficit ob ſuperuen-
tum reſcriptum Sanctiſſimi Domini Noſtri in
plena Signatura, quod procedatur, ac ſi Con-
ſtitutio iſta non emanaſſet, *vt in deciſ.104.nu.6.
par.6.rec. vbi alia allegantur.*

Et ita vtraque parte informante &c.

AQVI-

Digitized by Google

AQVILANA IVRISPATRONATVS

Mercurij 14. Martij 1646.

ARGVMENTVM.

Regula menſium reſeruatoria ſi ſit dubium An intret hoc ſufficit vt decretum irritans inibi appoſitum non afficiat poſſeſſionem prouiſi ab inferiori collatore.

SVMMARIVM.

1 *Poſſeſſio inſtrumentalis alio non exiſtente in poſſeſſione eſt manutenibilis.*

11 *Decretum irritans poſitum in regulis Cancellariæ non intrat niſi in caſibus, in quibus ipſi regulæ eſt locus.*

3 *Conditio poſita in limine fundationis Iuriſpatronatus eſt ſeruanda.*

4 *Regula reſeruatoria beneficiorum non habet locum in beneficijs Iuriſpatronatus laycorum, etiamſi ſpectent ad Eccleſiam.*

5 *Dictiones, ne mai, & ſemper, comprehendunt omnem caſum & tempus.*

6 *Diſpoſitio regulatur à ratione ibi expreſſa.*

7 *Beneficium fundatum & dotatum ex bonis laycalibus reputatur laycale.*

8 *Papa non præſumitur præiudicare prouiſis ab inferiori collatore ſi prouiderit tanquam de reſeruato, & reſeruatio ceſſet.*

9 *Papa non præſumitur conferre beneficium in præiudicium etiam coloratè poſſidentis.*

DECISIO DCCLXIX.

VACANTE Cappellania ſub inuocatione B. Mariæ Gratiarum de Iurepatronatus Capituli Collegiatæ Eccleſiæ S. Mariæ de Paganica, fuit ad eam à Canonicis d. Eccleſiæ præſentatus Petrus Aloyſius, qui deinde ab Ordinario inſtitutus illius poſſeſſionem adeptus fuit. Verum quia eamdem Cappellaniam vti vacan in menſe reſeruato per regulã octauam hodie 9. Cancellar. Mutius à Sede Apoſtolica impetrauit, orta fuit controuerſia inter ipſum, & Petrum Aloyſium. Vnde commiſſa mihi cauſa dubitaui; Cui dañ eſſet mandatum de manutenendo, & illud dañ eſſe Petro Aloyſio DD. reſponderunt. Quia de eius poſſeſſione conſtat ex publico Inſtrumẽ-
1 to, quæ Inſtrumentalis poſſeſſio alio non exiſtente in poſſeſſione eſt manutenibilis, *l. Prædia vbi not. omnes ff. de acquir. poſſeſſ. Gregor. XV. deciſ. 138. num. 1. Caual. deciſ. 2. num. 2.* Et cum ſit anterior præferenda venit in concurſu poſſeſſionis Mutij poſterioris, *Felin. in c. licet cauſam num. 8. verſ. tertia cauſa & num. 9. de probat. Rot. deciſ. 106. num. 1. & 4. par. 1. rec.*

Non obſtat, quod poſſeſſioni Petri reſiſtat decretum Irritans poſitum in dicta Regula Cancellariæ, quia cum ſit acceſſorium Re-
11 gulæ non intrat niſi in caſibus, in quibus ipſi Regulæ Reſeruatoriæ locus eſt *Put. deciſ. prima lib. 1. Rota deciſ. 341. num. 3. par. 1. recent. & in Corduben. Cappellaniæ 24. Maij 1596. coram Corduba.*

Quod autem in propoſito non ſit locus regulæ reſeruatoriæ deducitur ex eo quia huiuſmodi Cappellania fundata, ac dotata fuit à Layco ſub Iurepatronatus ad fauorẽ ſui hæredis, & deinde d. Capituli Collegiatæ Eccleſiæ Sãctæ Mariæ de Paganica, & cum conditione
3 excluſiua reſeruationis Apoſtolicæ, quæ cõditio potuit apponi in limine fundationis cũ conſenſu Epiſcopi, ex traditis per *Lotter. de re benef. lib. 1. quæſt. 32. num. 44.* & quidem ſeruanda eſt, quia Papa non intellexit per regulam octauam inducere reſeruationem contra voluntatem Patroni Layci, vt in puncto Iuriſpatronatus ad fauorem Capituli reſeruati fuit deciſum in *Spoletan. Canonicatus 3. Iulij 1645. coram R. P. D. meo Rojas, & prius in Romana Iuriſpatronatus 31. Maij 1613. coram bo. me. Card. Sacrato relat. per Modern. Piſan. de Iurepatr. par. 1. lib. 4. cap. 9. ſub num. 56. & in deciſ. 157. num. 6. & 7. p. 7. recent.* Vnde quod tunc Iuſpatronatus quoad
4 pertinentiam eſt Eccleſiaſticum, quia ſpectat ad Eccleſiaſticas perſonas, ſed ad effectum excludendi reſeruationem iudicatur tanquam Laycale.

Voluntas verò excluden reſeruationem Apoſtolicam elicitur ex verbis fundationis, dum fundator prohibuit quod nunquam ſubintrare poſſit alius Superior nec in conferẽdo, nec in præſentando, nec in derogando, neque poſſint inſtitui ad hanc Cappellaniam, niſi præſentati à Patronis ibi. *In maniera che eſſendo detti beneficij ex fundatione & dotatione della ſua facoltà nõ vi poſſa ſubintrare altro ſuperiore ne in conferire, ne in preſentare, ne in derogare mai, e che nõ ſi poſſino inſtituire Cappellani ſe nõ quelli che ſaranno preſentati* pro tempore *dall'infraſcritta ſua herede e Capitulo come di ſopra.* Ponderando præſertim dictionem illam, *ne mai*, quæ eſt vniuerſalis
5 negatiua comprehendens omnem caſum, & tempus *Barboſ. dict. 231.* Ideoque etiam vacationis in menſibus reſeruatis, vt de verbo, ſemper, ponderauit in puncto *Rot. in dicto Spoletan. Canonicatus coram R. P. D. meo Roias §. Nec*
6 *fuit.* Nec non etiam ponderando rationem, ob quam fundator ad dictam prohibitionem deuenit, nempe quia dotauit ex proprijs bonis ibi. *Eſſendo detti beneficij* ex fundatione, & dotatione *della ſua facoltà*, demonſtrat enim hæc ratio, à qua ſequens prohibitio regulatur ad *tex. in l. cum Pater §. dulciſſimis ff. de leg. 2. Peregrin. conſ. 36. num. 12. lib. 2. Rim. Iun. conſ. 310. num. 27.* quod fundator noluerit Iuriſpatrona-
7 tus qualitatem deſumi à perſonis illud habẽti, ſed à bonis ex quibus dos fuit conſtituta, & ſemper voluerit haberi pro laycali, quale reputari debet illud quod ex bonis laycalibus fuit fundatum, ac dotatum *c. cum dilectus vbi Abb. nu. 4. de Iurepatr. Put. deciſ. 222. in princ. lib. 2. Rot. in Gerunden. Beneficij 23. Martij 1635. coram R. P. D. meo Veroſpio.* Vnde ſequitur iſtud beneficium non cadere ſub regula reſeruatoria menſiũ, quæ vt dictum eſt ſupra non capit beneficium Iuriſpatronatus laycalis *cap. 2. de præben. in 6. vbi gloſ. in verb. collatio Gemin. num. 11.*

Digitized by Google

Franc.n.8. Butr.in cap.dilectus nu.13.de off.legat.Seraph.deciſ.1324.n.6.

Quæ omnia ponderarunt Domini non ad effectum decidendi quod ex lege fundationis ſit excluſa regula reſeruationis menſiũ, ſed ad affectum aſſequendi, quod ſaltem dubitabile hoc eſt, vnde hac dubitatione pendente, & donec pleniùs quæſtio diſcutiatur dixerunt dandam eſſe manutentionem Petro poſſeſſori, cum huiuſmodi decretum non operetur. niſi poſtquam clarum eſt quod ſit locus Conſtitutioni, cui inhæret, *Gonz.* in terminis huius Decreti ſuper *reg.8.gloſs.67. num.39. Lotter.de re benef.lib.2.q.8.num.77. Caual.deciſ.8.num.4.* cum alijs allegatis *in Gerunden. Cappellania 27. Ianuarij 1645.coram R.P.D. meo Bichio*, & nouiſſimè *coram me in Vladislauien. Parochialium 24. Ianuarij proximi præteriti verſ.non obſtat el 1.propè fin.*

8 Non obſtat prouiſio Apoſtolica ad fauorem Mutij, quia cum emanauerit cum ſuppoſito, quod beneficium cadat ſub regula menſium non iuſtificato ſuppoſito corruit ipſa prouiſio, nec Papa prouidendo tanquam de reſeruato cenſetur voluiſſe præiudicare præcedenti collationi inferioris collatoris, quatenus non intret reſeruatio *Gemin.conſ.92. ante num.1. verſ.Nam ſi apparet Rot. deciſ.7. de præbend.in nou. deciſ.616.ſub nu.2.verſ.& hinc tollitur par.4.diuerſ. & deciſ.585.nu.44. par.5.recent.* Et multominus quia Papæ non fuit narratum, quod præceſſerat præſentatio facta à dicto Capitulo,& præſentatus fuerat inſtitutus, & poſſeſſionem in-
9 greſſus. Nam non præſumitur quod voluerit beneficium conferre in præiudicium etiam coloratè poſſidentis Reuerendiſs.D. *Duran.deciſ.208.nu.9.* cum ibi allegatis.

Et ità vna tantum &c.

AVXIMANA SEPVLTVRAE De Cimis.

Mercurij 14. Martij 1646.

ARGVMENTVM.

Deſcendentia cum qualitate hæreditaria à ſucceſſoribus illius, qui ſepulchrum condidit pro ſe, hæredibus, & familia ex quibus probetur, dilucidatur.

SVMMARIVM.

1 *Ius ſepulturæ tranſit etiam ad hæredes extraneos.*
2 *Sententia excedens metam centum annorum probat ſine actis.*
3 *Ennunciatiuæ antiquæ emanatæ à diuerſis perſonis in diuerſis actibus probant.*
4 *Inſtrumenta non Archiuiata probant, quando conſtat de Legalitate Notarij, & ceſſat ſuſpicio fraudis.*
5 *Notarij legalitas, & recognitio manus illius præſumitur in Inſtrumentis antiquis centum annorum.*
6 *Ennunciatiua moderna iuncta cum antiquiſſima probat.*
7 *Deſcendentia tanquam res difficilis probationis probatur ex Coniecturis.*
8 *Filiatio in præiudicium tertij probatur ex Inſtrumento Patris inſtituentis aliquem tanquam filium.*
9 *Deſcendentia probatur ex fide baptiſmi concurrentibus adminiculis.*
10 *Ignorantia actus alibi geſti præſumitur.*
11 *Ennunciatiua erronea nullius eſt momenti.*
12 *Ennunciatiua fundata in falſa cauſa facti non probat.*
13 *Ennunciatiua emanata à perſona intereſſata,& ſuſpecta non probat.*
14 *Agnatio præſumitur ex deſcendentia conſanguineorum, & identitate cognominis, & armorum, & contrarium aſſerenti incumbit onus probandi.*

DECISIO DCCLXX.

DOMINI reſponderunt conſtare de bono Iure DD.Caroli, Io:Baptiſtæ,& aliorum fratrum de Cimis ſuper ſepulchro condito propè Cappellam S.Crucis, ſeu Crucifixi in Eccleſia S.Franciſci de Cingulo ab aſcendentibus q.Franciſcę Cimæ pro ſe,hæredibus, & familia. Quia illi probant ſe deſcendere cum qualitate hæreditaria, à ſucceſſoribus dictæ Franciſcæ, quæ qualitas ſucceſſiuè tranſtulit Ius d.ſepulturę in omnes eiuſdem Franciſcæ hæredes *l.familiaria 13.ff.de Relig.& ſumpt. funer.l.Ius ſepulchri 13.C.eod.Molin.de Primogenit. cap.14.num.35.36.& 41.lib.1.Gratian.diſcept.210. num.37.* vbi quod tale Ius tranſit etiam ad hę-
1 redes extraneos *Lotter. de re beneſ. lib.2. quæſt.9. num.23.*

Quod autem dd.Carolus, & Conſortes deſcendant cum d.qualitate à ſucceſſoribus prædictis viſum fuit iuſtificari ex pluribus Inſtrumentis, alijſque Iuribus in actis exhibitis, & in eorum Summ.relatis ex quibus patet,quod d.Franciſca de anno 1466.ſuum Teſtamentum condidit, in quo inter alios ſibi vniuerſalem hæredem inſtituit Maſium Cimam Seniorem ſuum proximiorem conſanguineum, eique ſubſtituit eius deſcendentes hæredes, quales ordine ſucceſſiuo fuerunt Blaſinus filius, & Duraſtantes, vt probatur ex duabus enunciatiuis altera in Inſtrumento anni 1510. altera
2 in actu iudiciali de anno 1532. Et fuit etiam declaratum per ſententiam latam de eodem anno 1532. quæ cum excedat metam centum annorum probat etiam ſine actis *Rot. inter rec. deciſ.235.num.5.deciſ.673.num.1. par.2.deciſ.197. nu.38.deciſ.353.n.69.par.5.& coram bo.me.Euratt. deciſ.94.num.8.*

Et deinde Thomas d. Duraſtantis filius, vt probatur ex Inſtrumento de anno 1536. Iuncto Teſtamento Petri Iacobi Ser Ruberti condito de anno 1558. quæ enunciatiuæ antiquæ
3 emanatæ à diuerſis Perſonis in diuerſis actibus habent vim famæ, & ſufficiunt iuxtà doctrinam *Bald.in l.cum aliquis num.7. C.de Iur.delib. Aret.in cap.cum cauſam num.9. & 20.de probat. Mantic.de tacit. lib.2.tit.6. num.21. Caſſad.deciſ.3. num.3.de Proc.Coccin.deciſ.105. n.6.Put.deciſ.149. num.2.lib.3.Rot.deciſ.91.num.2.in fin.deciſ.312.n.6. par.1.& deciſ.10.num.3.par.7.rec. Add.ad Greg.deciſ.406.num.6.*

Non

Non obſtat quod aliqua ex dd. Inſtrumen-
tis non ſint Archiuiata. Quia hoc non minuit
4 probationem quando conſtat de legalitate
Notarij, & ceſſat fraudis ſuſpicio *Rot.deciſ.662.*
num.4.par.1.rec.& deciſ.456.num.18.coram bo.me.
5 *Buratto*. Et propter antiquitatem centum, &
vltrà annorum legalitas Notarij, & recogni-
tio manus illius præſumuntur *Rota deciſ.613.*
num.3.par.2.deciſ.681.num.1.par.3.recent. Add.ad
ſan.mem.Greg.XV.deciſ.3.num.5. Et non eſt opus
alia recognitione *Cranett.de antiq.temp.par.1.nu.*
316.Put.deciſ.146.lib.1.in correct. Coccin.dec.258.
nu.2.Seraph.deciſ.303.nu.1. Rota deciſ.105.num.3.
par.6.recent.

Similique modo per duas alias enuncia-
tiuas, altera de anno 1558. altera de anno
1591. probatur deſcendentia Io: Baptiſtæ Se-
nioris, & Vgonis Antonij à prædicto Thoma
Seniore, quarum poſtrema licet non multum
6 antiqua iuncta tamen cum altera antiquiſſi-
ma ſufficientem facit probationem iuxta ad-
ducta *in deciſ.176. num.1. circa med.par.1. recent.*
& per bo. mem. Coccin. in terminis probationis
deſcendentiæ, & filiationis *deciſ.147. num.4.*
nam tanquam res difficilis probationis ſatis
7 etiam probatur ex coniecturis *gloſſ. in l. Lucius*
in fin.ff.de cond.& demonſtr. Anchar.conſ.225.nu.6.
Surd.conſ.1.nu.38.Rot.deciſ.238.nu.2.par.1.diuerſ.
& deciſ.214.num.1.par.6.recent. Præſertim quan-
do prout hic non principaliter, ſed incidenter
de deſcendentia, & filiatione agitur *gloſſ.in cap.*
lator verſ.probare qui fil.ſint legit.Rot.deciſ.199.n.2.
par.3.recent. & in Bonon.fideicommiſſi 29. Februarij
1644.coram Reuerendiſs.D.Carillo, vbi plures, *&*
in Britonorien.fideicommiſſi 24. Martij 1642. coram
R.P.D.meo Bichio.

Aliæ verò deſcendentiæ, nempè Tho-
mæ Iunioris ab Vgone Antonio, & Ca-
roli nunc agentis ab eodem Thoma, necnon
Maſij Iunioris à Io: Baptiſta Seniore, & Io: Ba-
ptiſtæ hodie viuentis, & fratrum ab eodem
Maſio viſæ fuerunt carere difficultate: Nam
aliquæ probantur ex Teſtamentis à prædictis
aſcendentibus ordinatis, & relatis *in d. Summ.*
num. 6. 7. 8. In quibus aliqui eorum leguntur
Inſtituti hæredes tanquam filij; nominatio
enim Patris iuncta actui proportionabili inſti-
8 tutionis probat filiationem etiam in præiudi-
cium tertij, vt conſuluit *Ruin. conſ. 53. num.6.*
& 7.lib.5.Add.ad ſa.mem. Greg.XV. deciſ.349.n.8.
Rota deciſ.472.num.8.par.1. recent.& in Bononien.
fideicommiſſi 22.Iunij 1639. coram R.P.D. meo Bi-
chio, & prius in Romana Caſalis 7.Februarij 1635.
coram R.P.D. Carillo. Aliæ verò iuſtificantur
9 ex fidibus baptiſmorum, quæ adminiculatæ
à prædictis Teſtamentis ſufficienter probant,
vt in Deciſionibus quas refert, & ſequitur
Rot.in deciſ.219.num.5.coram Coccino, & in Floren-
tina fideicommiſſi 9.Iunij 1627.coram me.

Nec ad excludendam d. qualitatem hæredi-
tariam annexam deſcendētiæ per omnes gra-
dus diſtinctos vt ſupra probatæ *iuxt.text.in c.li-*
cet ex quadam 47.de teſt.& atteſt.Bald.poſt Innoc.in
cap.ſeries 26.num.1.& 3.eod.tit. Lotter. de re benef.
lib.2.q.11.num.99.& Rot.deciſ.381.num.3.verſ.de-
buiſſet etiam par.1. recent. fuit habitum in con-
ſideratione Inſtrumentum anni 1467. allatum
pro parte DD. Iulij, & Horandini de Cimis,
in quo quędam Blanciflora enunciauit ſe hæ-
redem ab Inteſtato eiuſdem Franciſcæ Cimæ.

Tum quia hoc Inſtrumentum celebratum
fuit Cinguli, quod diſtat quinquaginta millia-
ribus à Caſtro Biſſinæ, in quo fuit factum
Teſtamentum Franciſcæ, ac propterea veriſi-
10 militer potuit Blanciflora d. Teſtamentum
ignorare, vt in ſimili dixit *Rota in Parmen.Be-*
neficij 31.Ianuarij 1642.coram bo.me.Merlino.

11 Tum quia eadem enunciatiua tanquam
erronea viſa fuit nullius momenti *Rota deciſ.*
136.num.15. par.6. recent. Error autem manife-
ſtus reſultat, & conuincitur, tàm per ſupra-
dictam ſententiam anni 1532. confirmatam
de anno 1617. à Deputatis Comitis Cinguli
per aliam ſententiam in iudicatum tranſactā,
& effectuatam, *vt Summ. Caroli nu.10.* Quàm
ex tenore eiuſdem Inſtrumenti rogati 7. No-
uembris 1467. ex quo patet Blanciſloram fuiſ-
ſe natam ex familia Simonetta, & fuiſſe nu-
ptam Galerano Siluestrio, & ſic tanquam na-
tam, & nuptam ex familijs diuerſis colligitur
neque fuiſſe in gradu ſucceſſibilem ab inteſta-
to Franciſcæ Cimæ. Quàm etiam tenore
prædicti Teſtamenti, ex quo apparet d. enun-
12 ciatiuam fundatam eſſe in falſa cauſa *Argel.de*
legit.contrad.quæſt.2.n.3.& gloſs.fin.in l.ſi is ad quem
ibique Bart.num.2.& 3.ff.de acquir.hæred. Gabr.de
ſent.concluſ.3.num.3.Rot.deciſ.170.num.4.circa fin.
par.3.recent. vbi quod nihil probat enunciatiua
fundata in falſa cauſa in facto.

Tum etiam quia emanauit ab ipſamet Blā-
ciflora ſucceſſionem ab Inteſtato, forſan ac-
ceptando, & ſic à perſona intereſſata, & ſuſpe-
13 cta, atque ideò quantũuis antiqua nihil pro-
bat *Aretin.in d.cap.cum cauſam num.13.17.& 22.*
de probat.Gratian.diſcept.893.nu.27. Mantic.de ta-
cit.lib.2.tit.6.num.25.Buratt.deciſ.570.num.4.& 8.
in qua agebatur de pluribus enunciatiuis, ſed
quia emanarant a perſona ſuſpecta fuerunt à
Rota reiectæ, & fuit dictum *in Florentina, ſeu*
Bonon.de Barbadoris 25.Iunij 1640.§.Quantum ve-
rò coram bo.me.Coccino.

Tum demum quia eſt vnica, & ſic nullius
momenti *Mantic.loco ſupra cit.nu.21.& 22.Corn.*
conſ.171.nu.10.lib.2. Rot.deciſ.160.nu.6.deciſ.388.
nu.2.par.1.diuerſ.deciſ.170.n.3.par.2.& deciſ.673.
num.5.in fin. par.3. recent. Et in fortioribus ter-
minis quod vnica enunciatiua nihil probet,
etiamſi fuerit emanata à ſupremo Principe,
vel ab ipſo Papa dixit *Rota deciſ.178.n.13.coram*
bo.me.Buratto.

Minus obſtat, quod dicatur non probari
identitatem familiæ, ſcilicet Carolum, &
Conſortes eſſe de vera familia Cima, de qua
erat Franciſca; Quia cum deſcendant (vt ſu-
pra mediātibus eorum Auis Paternis ex Tho-
ma Seniore, Thomas ex Duraſtante, & Du-
raſtantes ex Maſio Cima Seniore proximiore
Cōnſanguineo, & hærede prædictæ Franci-
ſcæ Cimæ, cuius erat ſepulchrum, de quo agi-
tur, & deferant idem cognomen, & arma
delecta à prædictis Anteceſſoribus eiuſdem fa-
14 miliæ, Domini nullam habuerunt dubitatio-

nem illos eſſe de vera agnatione, & familia Cima, & contrarium aſſerenti incumbere onus probandi *Cephal.conſ.90.num.18.lib.1. Menoch.conſ.816. num.35. vſque 38. lib.9.& praeſ.15. num.48.lib.6. Gratian.diſcept.645. num.16.* cum alijs *in d.Britonorien.fideicommiſſi 24.Martij* 1642. *coram R.P.D.meo Bichio.*

Et ità fuit deciſum vtraque parte audita &c.

MARIANEN. PENSIONIS.

Lunæ 30. Aprilis 1646.

ARGVMENTVM.

Beneficiorum vacantium, Sede Apoſtolica vacante, collatio ſpectat ad Ordinarios, ex quo per Pontificis obitum regula menſium reſeruatoria expirat.

SVMMARIVM.

1 *Poſſeſſio Inſtrumentalis alio non exiſtente in poſſeſſione probat etiam ad effectum manutentionis.*

2 *Titulus non eſt diſcutiendus in ſummariſſimo manutentionis.*

3 *Litteræ Ordinarij non egent iuſtificatione.*

4 *Reſeruationes inductæ per regulam mẽſium per mortem Papæ extinguuntur.*

5 *Decretum irritans tanquam acceſſorium ſimul cum regula mentium expirat per obitum Pontificis.*

6 *Poſſeſſor non habens ſe pro ſpoliato eſt manutenendus.*

DECISIO DCCLXXI.

FVIT reſolutum Matthæo Antoniotto eſſe concedendum mandatum de manutenendo in poſſeſſione Parochialis Eccleſiæ Sanctæ Mariæ de Petra Alba Marianen. Diœceſis, quia docet de ſua poſſeſſione ex publico Inſtrumento adeptionis illius, quod alio
1 non exiſtente in poſſeſſione plenè probat etiã ad effectum de quo agitur *l. Prædia vbi communiter omnes ſcriben. ff. de acquir. poſſeſſ. Bald. in l. vlt. num.56. C. de E. Diu. Adr. toll.* cum alijs fusè relatis *in Placentina Beneficij 19. Iunij 1643. coram Mo.*

Non obſtat, quod d. Matthæus fuerit prouiſus ab Ordinario, & Beneficium vacauerit de Menſe Iulij, qui eſt reſeruatus Papæ per Regulam 8. hodie 9. Cancellariæ, quia præter quam quod in Beneficialibus ſicut in prophanis non eſt diſcutiendus titulus in ſum-
2 mariſſimo articulo manutentionis *Rota deciſ. 698. num.3. par.3. recent. deciſ.242. num.16. inter impreſſ. apud Cenc. de cenſib. deciſ.322. num.22. coram ſan. mem. Greg. XV. deciſ.112. nu.1. poſt Modern. Peruſ. de manutent.* Parochialis prædicta vacauit tẽ-
3 pore quo Sedes Apoſtolica vacabat, vt aſſeritur in litteris prouiſionis Ordinarij quæ iuſtificatione non egent, ex quo Ordinarij ſemper prouident motu proprio ex allegatis *in Leodien. Canonicatus 27. Martij 1623. coram bon. mem. Coccino.* Quocirca Iure potuit Epiſcopus ſeruata forma *Conc. Trid. ſeſſ.24. cap.18. de reformat. & Conſtitutionis Pij V.* in conferendis Parochialibus de ea liberè prouidere cum per mortem
4 Papæ extinguantur omnes reſeruationes inductæ per dictam regulam menſium, ac remaneant ſolutæ manus Ordinariorum, quæ viuo Papa per eamdem regulam ſunt ligatæ *Gonz. ſuper d. reg.8. in §.5. protem. num.119. & 124. Seraph. deciſ.980. num.12. Rot. deciſ.980. nu.12. Rota deciſ.319. nu.4. par.4. diuerſ. & in Abulen. Parochialis 19. Nouembr. 1593. verſ. nec refragatur po ᵗ med. coram bo. me. Corduba relat. per Garz. de benef. par.5. cap.5. num.91.*

5 Nec Decretum irritans appoſitum in d. Regula impedire poteſt iſtam manutentionem, quandoquidem etiam illud tanquam acceſſorium ſimul cum ipſa regula expirauit per obitum Pontificis *Put. deciſ.1. lib.1.* cum alijs allegatis *in Corduben. Cappellaniæ 24. May 1596. coram Corduba relat. per Garz. de benef. par.5. cap.1. num.424.*

Non obſtat poſterior poſſeſſio Angeli Luciani Prouiſi Apoſtolici. Quia vltra quod manutentio danda venit Matthæo anteriori poſſidenti *Bart. in l. ſi duo num.4. verſ. ſi verò ff. vti poſſid. Alex. conſ.110. num.1. lib.1. & conſ.38. nu.12. lib.5. Dec. conſ.302. num.7. Surd. conſ.28. num.63. & ſeqq. Afflict. deciſ.363. n.3. & 4. Greg. XV. deciſ.549. nu.1. Buratt. deciſ.139. num.1. Reuerendiſs. Vrgellen. deciſ.114. num.2.* Illa fuit capta non citato dicto Matthæo, qui cum non habuerit ſe pro ſpo-
6 liato ſuam anteriorem poſſeſſionem non amiſit *cap. Licet Epiſcopus de præbend. in 6. Garz. de benef. par.6. cap.2. nu.120. & ſeqq. Rot. deciſ.103. nn.6. apud Modern. Peruſ. de manutent.*

Et ità vna tantum parte Informante deciſum &c.

BONONIEN. HAEREDITATIS.

Mercurij 30. Maij 1646.

DECISIO DCCLXXII.

COMES Franciſcus de Pepulis in ſuo cum quo deceſſit Teſtamento Inſtituit ſibi vniuerſalem hæredem ventrem pregnantem Comitiſſæ Camillæ ſuæ Vxoris, eoque non pregnante, vel mortuo edito partu inſtituit Comitiſſam Helenam eius ſororẽ pro medietate & pro altera medietate natos ex Comitiſſa Vincẽtia, altera ipſius Teſtatoris ſorore. Verũ quia d. Comitiſſa Camilla declarauit ſe nõ eſſe pregnantem, & huiuſmodi declaratioñe comprobauit lapſus nouem menſium à die obitus viri; Orta fuit ſuper bonis d. Teſtatoris controuerſia inter Co. Ioannem de Populis aſpirantem ad illa vigore cuiuſdam antiqui fideicommiſſi conuentionalis ex vna, & dictos hæredes ſcriptos in Teſtamento ex altera Cauſaque mihi commiſſa, & propoſito dubio ſub die 31. Ianuarij præteriti, an Comitiſſæ Helenæ, & Conſortibus eſſet danda Immiſſio affirmatiuè reſolutum, ea præcipuè ratione, quia ipſi probabant eorum inſtitutionem ex Teſtamento non caſso, vel in aliqua ſui parte vitiato iuxta diſpoſitionem *text. in l. fin. C. de edict. Diu. Adr. tollen.* Et viceuerſa

d. Co.

Digitized by Google

d.Co.Ioannes non docebat incontinenti de
lute ſuo , quod nullæ eſsent faciendæ detra-
ctiones , & quod ipſe poſſideret ſine vitio,
prout hæc omnia copulatiuè probare tenetur
fideicommiſsarius , ad hoc vt ſit legitimus
Contradictor ſcripto hæredi peteñ Immiſſio-
nem *ex d.l.fin.C.Edict.D.Adr.tollen.* vt præter al-
legatos in deciſione tradit *Argel. de legit.contra-
dict.quæſt.*10.*num.*60.

Hodie autem repropoſita Cauſa ſuper ijſ-
dem , ac iterum examinatis prædictis, & alijs
rationibus , & Iuribus deciſionis, contra quæ
Pars nihil oppoſuit , illa adhuc Dominis pla-
cuerunt , & ſic ſteterunt in deciſionis .

BAREN. DONATIONIS.

Veneris 5. Aprilis 1647.

ARGVMENTVM.

Donatio omnium bonorum tam præſentium ,
quam futurorum abſque vlla reſeruatione ad
effectum teſtandi , & inſinuatione fauore Ec-
cleſiæ adminiſtratoribus abſentibus facta inter
viuos eſt valida , & irreuocabilis etiam ante
acceptationem .

SVMMARIVM.

1 *Dominus de bonis ſuis poteſt ad libitum diſponere .*
2 *Donatio inter viuos abſque vlla ſtipulatione , vel traditione , ſed ſolo verbo nudoque pacto perficitur . .*
3 *Donatio probatur per ſcripturam priuatam .*
4 *In donatione inter viuos ſufficiunt duo teſtes .*
5 *Donatio prima perfectè facta non poteſt reuocari per ſecundam in præiudicium Iuris tertio quæſiti.*
6 *Donans abdicans à ſe dominium per clauſulam, conſtituti , vel per retentionem vſusfructus non poteſt amplius donationem reuocare .*
7 *Clauſula cõſtituti, et Retentio vſusfructus non transferunt dominium in Donatarium abſentem .*
8 *Donatio facta abſenti eſt reuocabilis antequam acceptetur à donatario .*
9 *Limita ſi ſit facta Eccleſiæ , vel ſi fuerit in ea appoſitum Iuramentum .*
10 *Donatio omnium bonorum præſentium , et futurorum facta Eccleſiæ ſuſtinetur .*
11 *Inſinuatio non requiritur in donationibus Eccleſiæ factis .*

DECISIO DCCLXXIII.

DONATIONEM, quam de omnibus ſuis
bonis præſentibus, & futuris fecit Ioan-
nes Baptiſta Pippus Veñ Capellæ Beatiſſimæ
Virginis Conſtantinopolitanæ ſitæ in Colle-
giata Eccleſia S. Euſtachij Terræ Aqueuiuæ
Bareñ Diœc. mediante chirographo per ipsũ,
& quatuor teſtes ſubſcripto, iuramẽto, & clau-
ſula conſtituti vallato , ac cum retentione
vſusfructus donec ipſe donans viueret ; validã
1 eſſe reſponderunt DD. cùm non ſit dubium
quin ipſe tanquam dominus rerum ſuarum
potuerit de eis ad libitum diſponere *iux.tex. in
l. an re mandata* 21.*C.mandat.Rot.deciſ.*863.*num.*1.
coram Buratt. & ſic illas donare etiam per chi-
2 rographum , ex quo donatio inter viuos, qua-
lis eſt iſta , abſque vlla ſtipulatione , vel tradi-
tione , ſed ſolo verbo , nudoque pacto rectè
perficitur *l. ſi quis argentum* 35. *§.fin. C. de donat.*
*§. aliæ verſ. perficiuntur , Inſtit. eodem tit. Clar. in
§. Donatio quæſt.*14.*in princ.Mantic. de tacit.lib.*13
3 *tit.*6. *num.* 24. *& tit.*9. *num.*6. probaturque ſuffi-
cienter per ſcripturam priuatam *Paul. de Caſtr.
conſ.*406.*num.*2.*lib.*1. *Genou. de ſcript.priuat.lib.*3.
*quæſt.*12. *nu.*15. cum alijs relatis per *Maſcard. de
probat. concluſ.* 562. *num.* 3. præcipuè munitam
4 ſubſcriptione quatuor teſtium , cùm tamen
duo in donatione huiuſmodi ſufficerent *Alex.
in l. quæ dotis num.* 13. *verſ. vltimo fallit ff. ſolut.
matr.* cum alijs , quos refert, & ſequitur *Rot.pe-
nes Reuerendiſſimum Vrgellen.deciſ.*84. *ſub num.*14.
*verſ. vlterius , & deciſ.*9.*num.*15.*par.*7.*recen.*

Atque ideo prçferendam eſſe addebant DD
alteri donationi ab eodem Pippo poſtea factæ
5 de eiſdem bonis ad fauorem Franciſci Syles ;
cùm prima donatio validè , & perfectè facta ,
reuocari non poſſit per ſecundam in præiudi-
cium iuris tertio quæſiti *l. perfecta* 4. *C. donat.
quæ ſub mod. Bald. in l. cum à ſocero* 7.*C. de iur. dot.
Socin.Sen conſ.*137.*num.*2. *poſt med.verſ. hoc proba-
tur lib.*1.*Crauett.conſ.*19.*num.*11. cum alijs addu-
ctis per *Rot.deciſ.*38.*num.*13.*par.*7.*recen.* Maximè
6 ſi donator in prima donatione abdicauit à ſe
dominium, & poſſeſſionem rerum donatarum
*l.fin.§. Lucius , & ibi gloſ. in verb. perfectam ff. do-
nat.l. quod ſæpè* 35. *§. ſi res ff. de contrahen. empt.l.
quoties* 15. *C. de re vindicat. Bart. in l.*1. *C. de iur.
fiſc.lib.*11. *Corſett.ſing.*82, *verb. donatio Vin. deciſ.*
421.*nu.*20.*Rot. coram Reuerendiſſimo Vrgellen.dicta
deciſ.*84. *num.*17. prout hæc omnia à ſe abdica-
uit Pippus in fauorem prædictæ Capellæ per
actus fictæ traditionis , quales ſunt clauſula ,
Conſtituti , & in hac materia , retentio vſusfru-
ctus ; vt de dicta clauſula, *Conſtituti* , dixit *Rot.
in rec. deciſ.*308. *num.*7. *par.*5. *deciſ.*174. *num.*34.
*par.*6. *& deciſ.*261.*num.*16. *par.*7. & de retentio-
ne vſusfructus *Cancer. uar. reſol. cap.* 8. *num.* 31.
*Gaudpap.deciſ.*46.*nu.*2. *& deciſ.*101. *num.*1. *Reue-
uerendiſſimus Vrgellen. dicta deciſ.* 84. *num.* 19. *&
deciſ.*364.*nu.*1. *&* 2. vbi quod hoc fortius pro-
cedit fauore Eccleſiæ ex particulari priuilegio
illius , de quo in *l.vlt.C. de ſacroſanct.Eccleſ.*

Non obſtat ſi dicatur prædictam primam
donationem fuiſſe reuocabilem ex eo, quia fa-
cta fuit Adminiſtratoribus Capellæ abſenti-
bus, & nemine pro ea acceptante, ac per con-
7 ſequens ràm clauſulam , *Conſtituti* , quàm re-
tentionem vſusfructus non potuiſſe transfer-
re dominium , & poſſeſſionem in Cappellam
donatariam , tanquam dependentes à princi-
pali contractu inualido , vel reuocabili *ex trad.
per Cancer.var.reſol. dicto cap.*8. *nu.*34. *in fin.verſ.
& ſic videmus Rot.deciſ.*694.*num.*9.*par.*1. *& deciſ.*
113.*num.*25.*par.*7.*recen.* Nam concluſio , quod
8 donatio facta abſenti ſit reuocabilis antequã
acceptetur à donatario *iux.tex. in l.abſenti* 10.*ff.
donat. Dec. in l. contractus nu.*22.*ff. de reg.iur. Mo-
9 bed.deciſ.*1. *in fin. de donat.* non applicatur quan-
do ,

do, *prout hic*, donatio eſt facta Eccleſiæ, & Deo, cùm ipſe Deus, qui præſens eſt vbique acceptet *Mantic. de tacit. lib. 13. tit. 7. num. 15. & ſeqq. ubi reſpondet contrarijs poſt Cyn. in l. illud 17. num. 4. Alberic. num. 1. & 2. C. de Sacroſan. Eccl. Corn. conſ. 215. num. 6. verſ. nam ad pias cauſas lib. 2. Decian. conſ. 1. num. 56. lib. 3. Tiraquell. de priuil. pia cauſa priuil. 115. facit Seraph. deciſ. 1184. num. 11.* Idemque etiam venit dicendum virtute iuramenti in donatione appoſiti, etiamſi non fuiſſet Eccleſiæ donatum ex latè *trad. per Cancer. ubi ſupra plures allegantem ſub num.* 39. & diſtinguendo dixit *Rot. deciſ. 27. à num. 10. uſque ad fin. par. 7 recent.*

Minus releuat, quod donatio ſit omnium bonorum præſentium, & futurorum, nihilque reſeruatũ dicatur cauſa teſtandi; & quod non fuerit inſinuata; quia vtrumque obiectũ ceſſat ex ſpeciali Eccleſiæ priuilegio, propter
10 quod donationem omnium bonorum præſentium, & futurorum ſine aliqua reſeruatione Eccleſiæ factam ſuſtineri tenent *Bart. in l. fin. num. 13. C. de pact. Abb. in c. ut priuilegia 24. de priuil. num. 2. remiſſiuè ad tradita per eum in c. fin. de ſucceſſ. ab inteſt. num. 2. Felin. in c. in præſentia 8. num. 5. & 6. cum ibi adnotatis ſub littera A. de probat. Couar. de teſt. in ſecunda par. rubr. num. 5. verſ. His accedit Clar. in dicto §. donatio quæſt. 20. verſ. ulterius, ubi in fine dicit*, ab hac opinione non eſſe in iudicando, aut conſulendo recedendum *Franc. deciſ. 168. & latè Rot. coram Buratt. plures congerens atteſtantes de communi deciſ. 7. num. 3. ubi Add. litt. B.* allegat alios concordantes; ea ratione, quia, cùm liceat cuique perſonam ſuã vouere Eccleſiæ, multo magis ei licere debet omnia bona ſua præſentia, & futura donare; confert illud Euangelij, ſi vis perfectus eſſe vade, & vende omnia, quæ poſſides, & da Pauperibus, & habebis Theſaurum in Cælo,
11 *Marc. cap. 20. & Luc. cap. 13*, Nullamque in ea requiri inſinuationem voluit *Abb. in c. relatum el primo num. 4. de teſtam. Felin. in c. Eccleſia Sanctæ Mariæ num. 84. ubi de communi de Conſtit. Clar. in dicto §. donatio quæſt. 17. in princ. Matthæſyl. ſingul. 169. Dec. conſ. 488. num. 7. Soccin. Sen. conſ. 115. n. 6. vol. 4. Gabr. de donat. concluſ. 1. nu. 28. verſ. ſecundò limita Tiraquell. de priuil. pia cauſa priuil. 124. Buratt. dicta deciſ. 7. num. 9.*

Et ita vna tantùm &c.

FIRMANA SALVIANI.

Lunæ 13. Maij 1647.

ARGVMENTVM.

Poſſeſſio anterior manutenenda eſt in concurſu poſſeſſionis captę pendente termino ad appellandum etiam ſi ſit capta in vim ſententiæ latæ in poſſeſſorio, ſi in illa contineatur condemnatio tam in fructibus, quam in expenſis, ſiuè ſimus in terris baronalibus Sedi Apoſtolicæ mediatè ſubiectis.

SVMMARIVM.

1 *Manutentio debetur habenti anteriorem poſſeſſionem*

2 *Poſſeſſio probatur ex eo quod Aduerſarius intentauerit Saluianum, uel reportauerit ſententiam immiſſionis cum clauſula*, A moto.

3 *Poſſeſſio capta infra decendium uti attentata non eſt manutenibilis, nec efficax ad impediendam manutentionem anteriori poſſeſſori, qui nunquam habuit ſe pro ſpoliato.*

4 *Appellatio ad effectum ſuſpenſiuum regulariter non datur à ſententia lata in poſſeſſorio.*

5 *Limita ſi contineat condemnationem fructuum, & expenſarum.*

6 *Locus exemptus licet non ſit de diœceſi remanet tamen ſubiectus legi diœceſanæ.*

7 *Ius canonicum ſeruatur in terris baronalibus Sedi Apoſtolicæ mediatè ſubiectis.*

9 *Appellatio in poſſeſſorio de iure can. admittitur licet in ſententia non contineatur aliqua mixtura expenſarum etiam ad effectum ſuſpenſiuum.*

DECISIO DCCLXXIV.

CONTENDENTIBVS Antonio Iacobo Iardino, & Iacoba Silentia ſuper manutentione Prædij, de quo agitur, in cuius poſſeſſionem per ſententiam latam in Saluiano à Vice Duce Ciuitatis nouæ, eiecto Iardino, fuit dicta Iacoba immiſſa donec ſatisfieret de fructibus cenſus ſuper dicto Prædio, vt prætenditur, impoſiti à Franciſco Celſo ad fauorem Ioannæ Claravignanæ primæ Auctricis
1 eiuſdem Iacobæ, reſolutum fuit manutentionem deberi Iardino, habenti anteriorem poſſeſſionem *§. retinendæ Inſtit. de interdict. Rot. poſt Moden. Piſan. de Iurepatr. deciſ. 109. num. 5. relatis per Poſt. de manut. obſeruat. 48. num. 2. & in deciſionibus Ferrarien. ſupplementi legitima 28. Iunij, &*
2 *prima Decembris 1645. coram me*, de qua conſtat non minus ex Iudicio Saluiani contra ipſum exaduerſo intentato, ex quo reſultat confeſſio Actoris, quod reus conuentus poſſidet *Rot. deciſ. 561. num. 2. par. 1. recen. deciſ. 161. num. 4. coram Buratt. ubi Add. num.* 17. refert concordantes, quàm ex ipſa ſententia immiſſionis per Iacobum reportata cùm clauſula, amoto Iardino, quæ pariter probat illius poſſeſſionem ex regula, quod priuatio ſupponit habitum *Rot. deciſ. 104. ſub num. 4. poſt Pacif. de Saluian. dec. 182. num. 5. poſt Moder. de manut. deciſ. 908. num. 3. coram Buratt. & fuit dictum in præalleg. Ferrarien. ſupplementi legitimæ 28. Iunij 1645. coram me.*

Nec obſtat poſſeſſio eiuſdem Iacobæ licèt capta auctoritate Iudicis, nam quidquid ſit an dictus Iudex iuſtè proceſſerit illa tanquam capta die immediatè ſequenti ad diem latæ
3 ſententiæ, & ſic infra decendium de iure conceſſum ad appellandum, infra quod tempus etiam appellauit dictus Iardinus fuit attentata ex latè *trad. per Lancellott. de attent. par. 2. cap. 11. nu. 1. & 14. Moder. de manut. obſeruat. 12. n. 14 Seraph. deciſ. 530. num. 1. Greg. XV. deciſ. 513. num. 1 & 2. Rot. in recen. deciſ. 32. num. 1. & deciſ. 644. n. 6 par. 1.* & per conſequens non eſt manutenibilis *Lancellott. de attent. par. 2. cap. 4. declarat. 4. n. 49 Rot. penes Coccin. deciſ. 492. num. 3. in recen. deciſ. 225. num. 3. par. 1. & deciſ. 196. num. 3. par. 3.* nec

efficax

efficax ad impediendam manutentionē dicto anteriori poſseſsori, qui nunquam habuit ſe pro ſpoliato ex adductis per *Rot. in Ianuen. pecuniariis, ſeu attentatorum 24. Ianuary 1642. verſ. firmatis igitur, cum verſ. ſeq. impreſſ. poſt Poſt. de ſubhaſt. deciſ. 112. & in Martanen. Parochialis 30. Aprilis 1646. coram me.*

4 Non obſtat, quod dicta ſententia lata fuerit in poſseſsorio, à quo regulariter non datur appellatio ad effectum ſuſpenſiuum *Dec. conſ. 28. num. 5.* cum aliis relatis per *Rot. deciſ. 183. n. 3*

5 *par. 2. recen.* quia cùm illa contineat condēnationem tàm in fructibus, quàm in expenſis admittebat appellationem ad vtrumque effectum *iux. Additionē Cardinalis de Carpo ad Conſt. Aegidianam c. 2. lib. 6.* quæ Ciuitatem nouam cōprehendit, vt colligitur ex illius deſcriptione in Conſtitutione 54. lib. 2. vbi inter alias Ciuitates, ſeu Terras Prouinciæ Marchiæ deſcribitur Ciuitas noua; à qua Prouincia non fuit ſegregata propter conceſſionem factam à Iulio Tertio de iſto loco familiæ Cæſarinæ, ſed ſemper remanſit in illa, & fuit ſubiecta Conſtitutionibus illius, vt in ſimili docet *Cocchier. de iuriſdict. in exempt. lib. 4. quæſt. 55. per tot.* vbi

6 licèt locus exemptus non ſit amplius de Diœceſi, tamen adhuc eſt in Diœceſi, & hoc reſpectu remanet ſubiectus legi Diœceſanæ idē *Cocchier. lib. 1. cap. 15. num. 9.*

Sed quatenus prædicta ſegregatio admitteretur, adhuc tamen dicebant DD. ſententiam

7 de qua agitur, fuiſſe appellabilem ex diſpoſitione iuris canonici, quod ſeruandum eſſe etiam in Terris baronalibus S. Sedi Apoſtolicæ mediatè ſubiectis, firmat *Corn. conſ. 261. in fin. verſ. quorum opinione retenta Guald. de art. teſt. ordin. caut. 2. ſub num. 2. circ. med. Magdalen. de num.*

8 *teſt. par. 2. cap. 8. nu. 23.* & admittit appellationem in cauſis poſſeſſoriis, licèt in ſententia non cōtineatur aliqua mixtura expenſarū *Clem. vnic. de ſequeſtr. poſſ. & fruct. Abb. in c. cùm ad Sedem de reſtit. ſpoliat. & in conſ. 55. col. 1. lib. 2. Bald. conſ. 141 num. 1. conſ. 379. num. 9. lib. 1. & conſ. 321. num. 2. ante med. verſ. item ius canonicum lib. 5. Oſaſc. dec. 25. Capell. Tholoſ. deciſ. 501. nu. 2. Afflict. deciſ. 269. n. 2. Rot. apud Greg. XV. deciſ. 335. num. 18. & dec. 546. num. 4. in recent. deciſ. 32. num. 2. par. 1. & in Romana Succeſſionis de Ametis 16. Nouembris 1646. coram R. P. D. meo Bichio.*

Et ita vtraque &c.

BARCHINONEN. ALIMENTORVM.

Veneris 17. Maij 1647.

ARGVMENTVM.

Remiſſoria denegatur quando articuli ſunt irreleuantes, & de calumnia ſuſpecti, & quando tales dicantur.

SVMMARIVM.

1 *Remiſſoria eſt deneganda, quando articuli ſunt irreleuantes calumnioſi, & improbabiles.*

2 *Immemorabilis vt probetur teſtes debent eſſe annorum 54. & deponere de geſtis ante motam litem.*

3 *Remiſſoria non datur quando teſtes debent eſſe annorum 88.*

4 *Articulus, qui tendit ad elidendum Inſtrumentum eſt irreleuans.*

5 *Dominium probatur ex Inſtrumento conceſſionis iunctis adminiculis.*

6 *Redditio rationis cadere poteſt in non domino.*

7 *Dominium non infertur ex actu perneceſſe non concludenti, & equiuoco.*

8 *Oeconomi deputatio ſpectat ad Epiſcopum.*

9 *Oeconomum conſtituere non poteſt Vicarius, niſi ſpecialiter Epiſcopus committat.*

10 *Remiſſoria non datur ad probandum id, quod probari poteſt per ſcripturas, & num. 17.*

11 *Vel quando fuerunt in eadem materia in partibus dati articuli, & ſuper illis examinati teſtes, & num. 17.*

12 *Articulus non dicitur nouus ſi in virtute, & ſubſtantia contineat idem, quod antiquus non attenta mutatione corticis verborum.*

13 *Collatio non tollit dominium, quia intelligitur facta ſaluo dominio, & cum ſuis oneribus.*

14 *Dominus poteſt diſponere de re ſua.*

15 *Inſtrumentum antiquum repertum in Archiuio, cuius gubernium reſidet penes duos canonicos archiniſtas iunctis adminiculis probat.*

16 *Archiuium inter ſubditos eiuſdem Eccleſiæ probat.*

18 *Statuta facere, & tollere poſſunt Domini earum rerum ſuper quibus ſtatuta diſponunt.*

19 *Conuentio nouatiua nouans aut alterans dominium Capituli ſuper rebus non oritur ex obligatione ſoluendi ſummam à Capitulo taxatam à ſtatuto.*

20 *Conſenſus ſeruandi ſtatuta inducit naturam ſimpliceis acceptationis non contractus irreuocabilis.*

21 *Obſeruantia non prodeſt adminiſtratori.*

22 *Solutio adminiſtratoris præſumitur de pecunijs eius, cuius bona adminiſtrat.*

23 *Adminiſtrator quidquid acquirit præſumitur acquirere ei, cuius eſt adminiſtrator.*

24 *Donatum procuratori cenſetur donatum principali.*

25 *Papa penſiones reſeruat per reſcriptum motu proprio*

26 *Statuta rationabilius immutantur permutato rerum ſtatu.*

26 *Scripturæ probatio præualet probatione teſtium.*

DECISIO DCCLXXV.

DIE 10. Maij 1634. coram bon: me: Coccino Rota reſpondit, validum eſſe ſtatutum conditum ab Epiſcopo, & Capitulo Eccleſiæ Barchinonen. de anno 1582. in quo ordinatum fuit, quod Præpoſiti eiuſdem Eccleſiæ de cætero tenerētur ſingulis diebus præſtare Canonicis portiones canonicales aut in ſpecie vini, carnis, & ſimilium, prout antiquitus conſueuerat; aut in pecunia ſufficienti ad prædictas ſpecies comparandas; ea ratione, quia pro parte Capituli pluribus antiquis, & publicis documentis oſtenſum fuit, dominiū bonorum, ex quibus dictæ portiones Canonicales erogantur ſpectare ad menſam Capitularem, & dictos Præpoſitos eſſe ſimplices illorum Adminiſtratores, ſed quia Præpoſiti impugnantes dictam dominij probationem à Ca-

Capitulo factam, inſteterunt pro remiſſoria
ad effectum probandi, dominium dictorum
bonorum ad ſe ſpectare, Domini hodie me
proponente, illam denegandam eſſe reſpon-
1 derunt; Quoniam ex nouem articulis primo
loco, deinde ex alijs tribus additionalibus po-
ſtea datis, nulli viſi fuerunt releuantes, qui-
nimo calumnioſi, & improbabiles, vt ex in-
fra dicendis apparebit.

Primus enim continens, quod in Eccleſia
Barchinonen̄ extiterint duodecim Præpoſitu-
2 ræ ab immemorabili, eſt improbabilis; nam
lis fuit cæpta de anno 1582. & teſtes ſuper im-
memorabili deponere debent de geſtis ante
litem motam *Bart. in l. Celſus num. 26. & ſeq. ff.
de vſucap. Rot. deciſ. 243. num. 4. par. 2. recen.* & de-
bent eſſe ætatis annorum ſaltem 54. *Caputaq.
deciſ. 290. par. 3. Rot. deciſ. 76. num. 3. & deciſ. 254.
num. 1. par. 1. recen. cum alijs cumulatis per Narbon.
de ætat. ad omn. human. actus requiſit. ſuper anno 57
quæſt. vnic. num. 1. & 2.* Vnde requirerentur te-
ſtes annorum 119. cuius ætatis reperire teſtes
haud poſſibile eſt, quo caſu denegari remiſſo-
riam firmat *Rot. coram Reuerendiſſimo Vrgellen.
deciſ. 196. nu. 5. & fuit dictum in Roſſanen̄ Decima-
rum 24. Ianuarij 1624. corā Reuerendiſſimo D. Præ-
ſide Valliſoletano, & in Vicen. Collegij coram bon.
mem. Coccin. quæ eſt deciſ. 266. num. 17. par. 6. recen.*
3 in qua Rota denegauit remiſſoriam ad probā-
dum per teſtes, qui debebant eſſe ætatis anno-
rum 88.

Sed dato etiam, quod probaretur extitiſſe
duodecim Præpoſitos in hac Eccleſia, hoc nil
releuaret, quinimo faueret Capitulo, dum
ex hoc reſultaret, bona fuiſſe ab ipſo in duo-
decim Adminiſtratores diſtributa pro ſuppor-
tandis oneribus duodecim menſium ſicuti,
qui nunc remanſerunt vocantur ſinguli ab
vno proprio menſe, ex quibus potius arguitur
dominium Capituli, & propterea ex capite
etiam irreleuantiæ venit deneganda remiſſo-
ria *l. ad probationem C. de probat. Caputaq. deciſ. 66.
par. 3. fa. me. Greg. XV. deciſ. 122. & deciſ. 477. nu. 1.*

Secundus articulus continens, quod Epi-
ſcopus Barchinonen̄ nunquam fuerit, nec ho-
4 die ſit Præpoſitus, vltra quod eſt etiam im-
probabilis, ex eo quia negatiuam anni 1157.
reſpicit, eſt etiam omnino irreleuans, cùm
tendat ad elidendum inſtrumentum dicti anni
1157. quo bona fuerunt à Capitulo vti pro-
pria commendata Epiſcopo, & alijs vndecim
perſonis acceptantibus adminiſtranda; Vnde
licèt verum eſſet, quod illi Adminiſtratores
tunc non appellarentur Præpoſiti, & Epiſco-
pi Succeſſores dimiſerint onus adminiſtratio-
nis, & conſequenter Epiſcopus nunquam
fuerit Præpoſitus, vt continet dictus articu-
5 lus, hoc nihil facit ad excludendum dominiū
Capituli, quod ex dicto inſtrumento conceſ-
ſionis in adminiſtrationem cum adminiculis
probari firmat *deciſio in hac cauſa facta 537. à
num. 1. ad ſeptimum par. 5. recen. tom. 2.*

Tertius articulus, quod Oeconomi depu-
tati à Capitulo pro adminiſtrandis fructibus
Præpoſiturarum vacantium, reddunt ratio-
nem Præpoſitis Succeſſoribus, non videtur re-
leuans; nam ex redditione rationis non poteſt
6 argui in Præpoſitis ſucceſſoribus dominium
bonorum, cùm huiuſmodi rationis redditio
etiam in non domino cadere poſſit *Soccin. Sen.
conſ. 213. num. 2. lib. 2.* & ex actu per neceſſe non
7 concludenti, vel æquiuocò dominium nec
aliud quid releuans inferatur *Surd. deciſ. 288.
num. 45. Seraph. deciſ. 1103. num. 2. & 3.* & in ter-
minis dominij prætenſi per alios Præpoſitos
in cauſa alterius Capituli fuit reſolutum *in
Geruuden. Vini 4. Maij 1616. corām Sanctiſſimo D.
8 N. ſub num. 3. quæ eſt deciſ. 263. par. 4. recen.* Qui-
nimo iſte articulus, quantum ſupponit Oeco-
nomos deputari à Capitulo, confirmat domi-
nium illius, nam aliàs deputatio ſpectaret ad
Epiſcopum *c. cum vos de offic. Iud. ord.* adeo vt
9 nec Vicarius ipſe Oeconomum conſtituere
poſſit, niſi ſpecialiter Epiſcopus committat
*Felin. in c. quoniam in fin. de offic. Iud. ordin. Strozz.
lib. 2. quæſt. 53. num. 2.*

Quartus articulus, quod fideiuſſores, quos
præſtant Præpoſiti ante adeptionem poſſeſſio-
nis Præpoſiturarum, non ſunt de fideliter ad-
miniſtrando bona, & fructus Præpoſiturarum,
nec de adimplendo onera imponenda; ſed ea
duntaxat, quæ ſecundum laudabilem Eccle-
ſiæ conſuetudinem Præpoſiti Anteceſſores fa-
cere conſueuerunt; videtur manifeſtè calum-
nioſus, ex quo fideiuſſores ſe obligant per in-
ſtrumentum, vel ſcripturas, vt apparet ex
pluribus inſtrumentis pro parte Capituli pro-
ductis, in quibus legitur tenor & forma, qui-
bus fideiuſſores ſe obligant, & propterea in-
10 trat concluſio, non dari remiſſoriam ad pro-
bandum id, quod probari poteſt, & debet per
ſcripturas vt in his terminis firmatum fuit in
*deciſ. 45. num. 2. par. 2. recen. & in eiſdem deciſ. 142.
num. 2. par. 4. tom 2. deciſ. 473. num. 1. par. 5. tom. 2. &
deciſ. 252. num. 1. par. 7. Caualer. deciſ. 87. num. 7. Re-
uerendiſſimus Vrgellen. deciſ. 196. nu. 2.* vltra quod
etiam hoc idem fuit articulatum in partibus.

Quintus, & ſextus articuli, in quibus po-
nitur Præpoſitos habere præeminentias, & in-
ſignia, & præpoſituras eſſe titulos beneficia-
les collatiuos, illorum reſpectu venit etiam
deneganda remiſſoria, ex quo fuerunt iam in
11 partibus dati, & ſuper illis examinati Teſtes,
quo caſu denegatur remiſſoria *Abb. in cap. fra-
ternitatis num. 8. verſ. ſed breuiter concludo de teſt.
Greg. XV. deciſ. 48. nu. 1. & deciſ. 497. nu. 3. Caputaq.
deciſ. 66. par. 3. Buratt. deciſ. 180. num. 1. Reuerendiſſ.
Vrgellen. deciſ. 131. num. 2. & 7. Rota deciſ. 146. n. 9.
12 par. 5. recent.* Non attenta mutatione corticis
verborum dum idem continent articuli in
virtute, & ſubſtantia *Greg. XV. d. deciſ. 497. n. 3.
Buratt. d. deciſ. 180. num. 3.* & fuit dictum *in Pe-
ruſina Succeſſionis de Alphanis 29. Maij 1634. corā
me impreſſ. in compend. ſtat. Peruſ. fol. 254. & in Ro-
mana Succeſſionis 4. Iunij 1642. coram Reuerendiſſ.
D. Præſid. Valliſoletano.*

Sed quatenus etiam probarentur contenta
in iſtis duobus articulis, non propterea fieret
13 præiudicium dominio Capituli, cum colla-
tiones benè ſe compatiantur cum dominio
Capituli, cui non cenſetur præiudicatum,
quia dato, quod Præpoſituræ ſint effectæ ti-

tuli

tuli beneficiales collatiui, intelliguntur factæ ſaluo dominio Capituli, & cum ſuis oneribus *Rota coram ſa. me. Greg. XV. deciſ. 29. num. 2. & in recent. deciſ. 12. n. 9. par. 2. & in d. de huius cauſa 537 num. 10. par. 5. tom. 2.* & in puncto pro denegatione remiſſoriæ dictum fuit *in Gerunden. augmenti Lunæ 18. Iunij 1601. quæ eſt deciſ. 45. nu. 4. par. 2. recent.*

Septimus articulus dum continet, quod Canonicatus iſtius Eccleſiæ ſunt valdè pingues non meretur attendi, quia Capitulum non prætendit de redditibus Eccleſiæ diſpo-
14 neré, & augmentum habere propter illorum opulentiam ſed ratione dominij, vt *in d. dec. 45 num. 3. par. 2. & 537. num. 11. par. 5. tom. 2. recent.*

Octauus articulus, in quo habetur claues Archiuij Barchinonẽ à Notario non cuſtoditi, ſed à duobus Canonicis, qui dicuntur Archiuiſtæ, minus etiam eſt releuans, cum
15 propterea non minuatur fides Inſtrumentorum ex d. Archiuio extractorum, quibus Capitulum probat dominium bonorum, de quibus agitur, quia cum d. Inſtrumenta ſint plurima, & in ſui facie antiquiſſima, pluriumq; ex eis, nempe illius celebrati de anno 1157. nec non fideiuſſionum à Præpoſitis pro tempore præſtitarum, ipſi Præpoſiti veritatem nõ negent, & quod plus eſt, Inſtrumenta fuerint extracta vigore compulſoriæ Præpoſitis citatis, & aſsiſtentibus mediante perito ab eis electo; & inſuper per Teſtes examinatos à Capitulo conſtet d. Archiuium haberi pro publico ſcripturiſque ibidem aſſeruatis fidem præſtari his ſiquidem concurrentibus, vtique Inſtrumenta, de quibus agitur, bene probant, eſto quod gubernium, & claues Archiuij penes duos Canonicos reſiderent, vt *per Bald. in l. inſtrumenta num. 1. ibidemque Salyc. num. 1. & 2. C. de probat. Caputaq. deciſ. 234. par. 1. Rota deciſ. 716. n. 4. coram Buratt. & in Barchinonen. Vicaria Sanctæ Eulaliæ 12. Decembris 1639. coram bo: me: Coccino, & in alia Barchinonen. Iuriſdict. 4. Iulij 1646.*
16 *coram R. P. D. meo Bichio*; Eoque magis contra Præpoſitos d. Capitulo, & Eccleſiæ ſubiectos *Caualer. deciſ. 351. num. 2.*

17 Reſpectu verò noni articuli continentis, quod Præpoſiti ab immemorabili de bonis iſtius Eccleſiæ, tanquam de re propria tàm reſpectu proprietatis, & dominij, quàm vſusfructus diſpoſuerint, non poteſt concedi remiſſoria; tùm quia ſuper eo in partibus fuerunt examinati Teſtes *Rota deciſ. 497. num. 3. coram ſa. me. Greg. XV. cum alijs ſupra allegat.* Tùm quia eſt improbabilis, ex quo impoſsibile eſt recipere Teſtes adeo annoſos, qui deponere valeant de d. immemorabili *ex alleg. in d. Vicen Colegij coram bo. me. Coccin. int. recent. deciſ. 266. nu. 17. par. 6. cum alijs ſupra alleg.* Tùm denique quia contrarium probatur per publica documenta, vt ſupra fuit oſtenſum; quo caſu remiſſoriam denegari firmat *Rota coram Seraph. deciſ. 1460. num. 3. Buratt. deciſ. 351. num. 1.* & fuit dictum *in ſupracitatis deciſ. 45. num. 2. par. 2. & 17 num. 1. par. 7. recent.*

Quo verò ad articulos additionales, in quibus informãtes pro Præpoſitis plurimum inſiſtebant, illorum reſpectu, ex eiſdem, quibus ſupra, & alijs rationibus infra dicendis denegandam etiam eſſe remiſſoriam Domini dixerunt.

Nam primus illorum continet, quod de anno 1274. Capitulum, & Canonici taxarunt
18 portiones obſonij in pecunia ad rationem Iuliorum 30. circiter menſtruorum; & quod Præpoſiti conuenerunt de ſoluendo d. ſummam; quodq; ab inde citra fuit obſeruatum, non meretur remiſſoriam; nam nil refert, quod Capitulum fecerit prædictam taxationem, quia per eam potius confirmatur, quod dominium eſt apud Canonicos, & Capitulum *iux. gloſ. communiter receptam in cap. conſtitutionem §. cæterum verb. Statutum verſ. ſi verò de verb. ſignif. in 6. vbi Franc. num. 1. in princ. Butr. in cap. cum omnes num. 25. verſ. dic in concernentibus de Conſtit. Imol. ibid. num. 13. verſ. ſi vero Capitulum*: Et ſicuti Canonici ratione d. dominij potuerunt obſonium diurnum taxare ad articulatam quãtitatem; eodem modo poſſunt hodie hanc taxam reuocare, vel alterare, vt in puncto reſpondit *Rot. deciſ. 34. ſub num. 1. verſ. & eodem modo par. 2. recent.* vbi ſubditur quod tales taxæ, & Statuta, quæ de ſui natura ſunt reuocabilia, fieri poſſunt, vt alimenta debita in ſpeciebus mutentur in pecunia, & è conuerſo *l. cum id §. penult. ff. de tranſact.* vbi *Bart. Caſtr. Abb. & alij*;
19 Non obſtante articulata conuentione; nam ex quo Præpoſiti ſe obligarunt ſoluere ſummam à Capitulo taxatam, non ſequitur conuentio nouatiua nouans, aut alterans dominium Capituli ſuper bonis, cum id non fuerit expreſſum, vt requirebatur *ad tex. in l. ſi conuenerit ff. de pact. l. fin. C. nouat.* Et conſenſus,
20 ſeù obligatio Præpoſitorum ſoluendi ſummam taxatam ſimplicis potiùs acceptationis, quàm contractus irreuocabilis naturam inducit, non ſecus, ac quando Princeps facit legem, & Populus illam acceptat, vt in his terminis ponderauit *Rota in d. deciſ. 34. num. 3. & ſeq.* vbi reſpondetur omnibus contrarijs *par. 2. rec.* Præter quod Canonici fatentur articulatam taxam, & Præpoſitorum obligationem, eiuſq; obſeruantiam vſq; ad annum 1582. & ſic ſuperflua eſt remiſſoria; maximè quia obſeruan-
21 tia, quamuis longi temporis, prodeſſe non poteſt Præpoſitis, qui cum ſint ſimplices Adminiſtratores non poſſederunt ſibi, ſed Capitulo verò domino *l. per ſeruum §. fin. l. res ex mandato 59. ff. de acq. rer. dom. l. 1. §. hæc quæ de ſeruis ff. de acq. poſſeſſ.* & ſoluiſſe præſumuntur de fru-
22 ctibus ſpectantibus ad Capitulum *Seraph. deciſ. 646. num. 1. Rota deciſ. 135. num. 9. int. impreſſ. apud Moder. Pernſ. de manut. & in puncto d. deciſ. 34 num. 6. par. 2. recent.*

Secundus verò articulus, in quo habetur quod Præpoſituræ fuerunt erectæ in titulos beneficiales cum dote competenti, illiſque fuerunt factæ vniones, & aliquando ſuper illis etiam reſeruatæ penſiones, & ſimilia; non eſt remiſſoria dignus; nam erectio in titulos eſt irreleuans, vt ſupra firmatum fuit; Quod verò Præpoſituris fuerint vnitæ Parochiales, vltra quod fuit articulatum in partibus, non

rele-

Digitized by Google

releuat; quia cum deinde Capitulum de bonis Eccleſiarum Præpoſituris vnitatum diſpoſuerit ad libitum ea applicando modo vni, modo alteri, dictas yniones factas fuiſſe principaliter ad commodum Capituli declarauit
23 obſeruantia, que debet attendi; quia etiam in dubio, quicquid acquirunt Adminiſtratores, quales ſunt Præpoſiti, vt dixit *Rota d. deciſ. 537. num. 11. par. 5. recent.* acquirunt non ſibi; ſed ei cuius ſunt Adminiſtratores *d. l. per ſeruum §. fin. ff. de acq. rer. dom. cum alijs ſupra alleg.* & do-
24 natum Procuratori cenſetur donatum principali *Menoch. præſumpt. 25. num. 1. lib. 3. ex tex. in l. profectitia in princ. ff. de iur. dot. Vincent. de Franch. deciſ. 172. n. 5. & ſeq.* Nec quicquam facit quod Præpoſiti oneta Eccleſijs vnitis annexa adimpleuerint, & ſoluerint, quia ſoluiſſe præſumitur ex titulo præcedenti adminiſtrationis *Fulgoſ. conſ. 7. in princ. verſ. ſi vero Crauett. conſ. 158 num. 13. in princ. Rota deciſ. 262. num. 5. par. 1. diuerſ.* & ex pecunijs Canonicorum, vt ſupra dixi, Penſiones autem fuiſſe auctoritate Apoſtolica reſeruatas ſuper Præpoſituris, cum Papa, à quo ſolum poſſunt reſeruari, non illas re-
25 ſeruet niſi per reſcriptum, manu propria ſignatum *ex trad. per Lotther. de re benef. lib. 1. q. 37 num. 50.* probandum eſſet per ſcripturas, & litteras Apoſtolicas *Rota deciſ. 10. num. 6. de offic. deleg. in nou.* & in ſimilibus terminis fuit aliàs denegata remiſſoria, vt *in ſupra allegatis deciſionibus 45. num. 2. in fin. & 414. num. 5. par. 2. recent.* & aliàs ſæpiſſimè,

Tertius demum articulus continens quod portiones obſonij, de quibus in nouo ſtatuto anni 1582. aſcendunt ad ſcuta 10. menſtrua, & quod ſi Præpoſiti tenerentur illa perſoluere, prouentus Præpoſiturarum non ſufficerent; non viſus fuit releuans, tùm quia non continet quantitatem redditus omnium bonorum datorum in adminiſtrationem Præpoſitis, ſine quorum liquidatione non poteſt colligi, an prouentus Præpoſiturarum non ſufficere valeant pro ſolutione quantitatis in Statuto taxatæ; Tùm etiam quia Statutum diſponit, quod præſtentur, aut ſpecies præſtari ſolitæ ante Statutũ antiquum anni 1274. aut valor his temporibus neceſſarius pro illarum emptione, & cum ſpecies huiuſmodi creuerint in valore longe poſt d. Statutum antiquum, vbi taxatæ fuerunt in ſc. 3. menſtruis circiter, vt pro parte Præpoſitorum admittitur, imò ne dum dominium, ſed etiam tale incrementum pretij iuſtam cauſam dederit d. nouo Statuto anni 1582. inde fit, vt articulus hic, quantumuis probatus, ad nihilum deſeruire poſſit; cum eo rationabiliùs
26 Canonici immutare potuerint præſtationes, dum res in eodem ſtatu non permanſerunt ſicuti fuit ponderatum *in d. deciſ. 537. n. 11. verſ. rebus in eodem Statu non permanentibus par. 5. rec.* & Præpoſiti conqueri non poſſunt, ſed ſibi imputare debent ſi officium contingẽtia onerum huiuſmodi ſubiectum acceptarunt, vt in ſpecie pro denegatione remiſſoriæ dixit *Rota in d. Gerunden. Vini in recent. deciſ. 45. num. 4. verſ. ex eiſdem par. 2.* Vltra quod Canonici dant manus, vt ex redditibus Præpoſiturarum ante omnia detrahantur decem pro quolibet centenario in ſtipendium, & mercedem Præpoſitorum adminiſtrantium, & quod reſiduum conuertatur in portiones canonicales, quo partito mediante ceſſabit omnis inſufficentia obiecta, ſicuti ſeruatum fuit *in eadem Gerunden. Vini coram Santiſs. D. N. quæ eſt deciſ. 442. par. 4. recent.*

Ex quibus omnibus tantò magis DD. pro denegatione remiſſoriæ reſponderunt; nam dato quod Teſtes pro parte Præpoſitorum inducendi deponerent dominium bonorum nõ eſſe Capituli, ſed Præpoſitorum; adhuc ta-
27 men præualere deberet contraria probatio fauore Capituli ex publicis Inſtrumentis, vt ſupra, reſultans *l. cenſus ff. probat. gloſ. in cap. 3. loco uerb. teſtium eod. tit. Roman. conſ. 319. num. 1.* vbi *Add. littera C. Rota deciſ. 275. num. 11. par. 4. tom. 2. & deciſ. 64. num. 17. par. 5. recent.* & fuit dictum *in Auguſtana Decimarum 27. Iunij 1638. coram R. P. D. meo Bichio.*

Et ita vtraque &c.

GERVNDEN CANONICATVS.

Ven. 31. Maij 1647.

ARGVMENTVM.

Impotentia coadiuti quæ requiratur, & ex quibus probetur ad effectum, vt gratia coadiutoriæ ſuſtineatur, & intret affectio.

SVMMARIVM.

1 *Sententia iniuſta nunquam tranſit in iudicatum.*
2 *Reſtitutio in integrum datur ſtante iniuſtitia ſententiæ.*
3 *Teſtis deponens vera eſſe contenta in articulo probat.*
4 *Medico deponenti de mala valitudine eſt deferendum.*
5 *Gratiæ iuſtificatio debet percutere tempus datæ.*
6 *Poſſe non dicitur is, qui poteſt cum diſcrimine vitæ.*
7 *Verba recipiunt interpretationem ſecundum ſubiectam materiam.*
8 *A reſidentia excuſatur beneficiatus ſi ſit abſolutè impotens, vel non poſſit niſi cum diſcrimine vitæ.*
9 *Probatio qualitatis non narrata Papæ non releuat, quamuis ſatis eſſet ad gratiam obtinendam.*
10 *Gratia vt ſuſtineatur omnis interpetratio amplectenda.*
11 *Infirmitas pro obtinenda coadiutoria debet præſtare perpetuum impedimentum.*
12 *Infirmus, licet faciat aliquos actus, qui ſanitatem arguant, non excluditur quin ſit infirmus ſi talis probetur.*
13 *Reſidentiam coadiuti cum diſcrimine uitæ docet euentus, ſi poſt non multum tempus à data gratiæ deceſſerit.*
14 *Alienatio Iurium Eccleſiæ requirit beneplacitum Apoſtolicum quanquam fiat in perſonas eiuſdem Eccleſiæ.*

15 *Præ-*

Digitized by Google

15 *Præpoſituræ non cadunt ſub reſeruatione, ſi ſint ſimplices adminiſtrationes temporales nihil ſpiritualitatis habentes.*

16 *Limita ſi ſint unitæ beneficio.*

17 *Statum ultimum ſufficit probare ad effectum iuſtificationis gratiæ quo ad qualitatem beneficij.*

18 *Status ultimus inſpicitur ad effectum ut uideatur, an beneficium cadat ſub reſeruatione.*

19 *Beneficij affectio in coadiutorijs intrat iuſtificata narratiua gratiæ.*

20 *Beneficium ex appoſitione manus Pontificis ita remanet affectum, ut nullus inferior collator circa illud ſe ingerere ualeat.*

DECISIO DCCLXXVI.

LATA per R. P. D. meum Roias, bo: me: Motmanno ſubrogatum, ſententia contra Ioſephum Ballam, in qua pronunciatum fuit, d. Ioſephum deputatum à Sede Apoſtolica in Coadiutorem cum futura ſucceſſione Franciſci Ballæ in Canonicatu, & Præpoſitura, de quibus agitur, non eſſe immittendum vigore ſubrogationis gratioſæ inde obtentæ, quia non iuſtificabatur cauſa, qua Papa motus conceſſit Coadiutoriam, & ſubrogationem prædictas; & ſic non remanebat probata affectio reſultans ex appoſitione manus Pontificis, quæ eſt tertium requiſitum imò principale fundamentum omnino probandum pro obtinenda in præiudicium inferioris Collatoris immiſſione vigore ſubrogationis prædictæ vim collationis habentis, vt latiùs *in deciſ. deſuper extenſa à bo: me: Motmanno* reſpondit *Rota deciſ.237.par.7.recent.* fuit inſtante eodem Ioſepho mihi commiſſa cauſa appellationis; qua intra biennium minimè proſequuta, neque obtenta prorogatione fatalium; Ioannes Planella de d. Præpoſitura, ac Hieronymus Sanoù de d. Canonicatu prouiſi ab ordinarijs Collatoribus obtinuerunt commiſsionem executorialem mihi pariter directam iuxta cuius tenorem cùm dubium propoſuerim, An conſtet de re iudicata, vel potiùs de cauſis reſtitutionis in integrum, DD. negatiuè quoad primam partem, & affirmatiuè quoad ſecundam reſponderunt.

Ita enim de re iudicata non conſtare viſum fuit, quia ex nouitèr deductis ſatis iuſtificatum apparet id, quod pro cauſa Coadiutoriæ, & ſubrogationis prædictæ obtinendæ narratum fuit Pontifici; nempe quod Franciſcus Coadiuutus aduerſa valetudine detinebatur, & ita malè affectus erat, vt ſæpe, maximè poſt quamuis exercitationem corporis ſanguinem expueret, adeo vt Choro Eccleſiæ, eiuſque officijs diurnis, & nocturnis intereſſe, neque reſidentiam in ipſa facere, minuſque d. Præpoſituræ eleemoſinariæ panis nuncupatæ ad-
1 miniſtrationem exercere, valeret; Vnde ſententia rotalis remanet iniuſta, proindeque ex capite iniuſtitiæ, non obſtante quacunque deſertione appellationis ab ea interiectæ, vel nunquam tranſiuit in iudicatū *l.4.§.condemnatū ff.de re iud.l.ſi expreſſim* 19.vbi *gloſ.& Doct.ff.de appell.& relat.Abb.in c.inter cæteras 9.de ſent.& re iud.* *Rota coram ſa: me: Greg.XV.deciſ.339.num.1.& in Tiburtina Caſtri S. Angeli* 18. *Iunij* 1646. *§.regulare namque eſt coram R: P. D. meo Meltio*; vel
2 ſaltem conſtat de cauſis reſtitutionis in integrum *Rota deciſ.164. num.1. coram Caualer. & deciſ.492. num.1. in fin.par.1. recent. cum alijs fuſe relat. in Sarſinaten. Feudi* 22. *Iunij* 1645. *§. cauſa in gradu reſtitutionis coram me.*

Sufficiens autem iuſtificatio impotentiæ prædictæ Franciſci coadiuti deſumebatur ex depoſitionibus plurium Teſtium pro parte d. Ioſephi coadiutoris formiter examinatorum; quorum primus, qui eſt Medicus, & quartus, qui eſt Beneficiatus eiuſdem Eccleſiæ, in qua Franciſcus erat Canonicus, & cum eo conuerſabatur, ſuper ſecundo articulo, vbi impotentia d. Franciſci articulatur eodem
3 modo, quo narrata fuit in litteris Apoſtolicis; dicunt vera eſſe in articulo contenta; vnde bene probatur d. impotentia coadiuti *Bald.conſ.10.num.6.lib.5. Rota penes ſa: me: Greg. XV.deciſ.194.num.2.* & ibi *Add.num.25.& coram bo: me: Buratt. deciſ.817. num.4.* Secundus, & tertius affirmant quod coadiuutus ſine vitæ diſcrimine non poterat Choro intereſſe, reſidentiam facere, ac exercere adminiſtrationem ſuæ Præpoſituræ, & quod ipſi dederunt ei conſilium, vt à prædictis ſe abſtineret; qui-
4 bus; cum ſint Medici, & Franciſcum coadiuutum curauerint, maximè eſt deferendum vt in his terminis dixit *Rota deciſ.45. num.28. & 29.par.6.& deciſ.313.num.8. & ſeqq. par.7.rec.*
5 Alij verò Teſtes ſimiliter deponunt de dicta mala valetudine Franciſci, ac omnes percutiunt tempus imperratæ gratiæ, prout requiritur *cap. eam te 7. ubi Felin. num.18. de reſcript. cap.ſi eo tempore 9.vbi gloſſ.in verb. data eod. tit. in 6.Rebuff.in prax.tit.Differ.int.reſcript.grat.num.53. Caputaq.deciſ.86. num.2.par.1. & deciſ.58. num.3. par.2.Rota recent.deciſ.443.nu.2.par.2.& deciſ.99. num.3.par.7.*

Nec refert, quod Papæ non fuerit narratum diſcrimen vitæ, ſed impotentia ſimpliciter, vt ponderauit *Rota in d.deciſ.237.§.fin.par.7.rec. coram bo. me. Motmanno*, quia verba narratiuę non ſunt accipienda in ſenſu tàm rigoroſo, ſed ciuiliter, & ęquiùs, itaut appellatione impotentiæ veniat etiam ea potentia, quæ trahit ſecum periculum vitæ, cùm verè, &
6 propriè non poſſe dicatur, qui poteſt quidem, ſed non niſi cum periculo vitæ *ad tex. in l. Nepos Proculo* 125. vbi *Rebuff. verſ.octauo ff. de uerb. ſignific.Menoch.conſ.351.num.33.uerſ.illa itaque, & num.35.lib.4.Ciriac.contr.487.num.28.& 29.in fin. Caball.reſol.crimin.287.ſub nu.14.Caualer.dec.494*
7 *num.5.* Præſertim quia ſecundum ſubiectam materiam coadiutoriæ, à qua verba interpretationem recipiunt *Aym. conſ.9. num.22. Bero. conſ.106.num.24.lib.1.Rota deciſ.398.num.4.par.1*
8 *recent.* à pari procedit vtraque impotentia; cum coadiutoria concedatur, ſiuè Coadiuutus ſit abſolutè impotens, ſiuè inſeruire non poſſit niſi cum diſcrimine vitæ; nam vtroq; caſu Beneficiatus excuſatur à reſidentia *Azzor Inſtit.moral.par.1.lib.10.cap.13.col.2.§.quæres uerſ qui ſi indicauerit.*

Digitized by Google

9 Vnde non applicatur *deciſ.308. num.1. par.6.*
recent. vbi dicitur, quod non ſufficit probatio
alteriùs qualitatis non narratæ Papæ, licet il-
la de perſe ſatis eſſe potuiſſet ad ipſam gratiã
obtinendam; quia qualitas diſcriminis vitæ
non eſt diuerſa à ſupradicta impotentia; qui-
nimò ex prædictis includitur tanquam ſpecies
impotentiæ generalitèr Papæ narrarę; Et in
dubio iuxta ſtylum, & ęquitatem huius Sac.
10 Tribunalis, omnis interpretatio eſt ſumenda
ad ſuſtinendam gratiam Coadiutoriæ, cùm
non ſine magno labore, & grauibus impenſis
obtineri ſoleat *Rota deciſ.9.num.9.par.2.diuerſ.ex*
Sarnen. ad reg. de ualor. qu.11. in fin. & in puncto
Buratt.deciſ.778.num.9.

Non obſtant Teſtes pro parte d. Hierony-
mi examinati, deponentes, quod Coadiuutus
de dicto tempore impetratæ gratiæ diu, no-
ctuque inſeruiebat Eccleſię, ex quo excluſa
prætenditur, vel infirmitas narrata Papæ, vel
11 ſaltem perpetuum impedimentum neceſſa-
rium pro obtinenda Coadiutoria, vt præter
alleg. in d. Mõtmanni deciſ.237. par.7. recent. §. in
hoc autem in fin. dixit *Rota coram Buratt.deciſ.548*
12 *num.2.* Quia vltra quod non excluditur, quin
ſit infirmus ille, qui alioquin probatur talis,
& faciat aliquos actus, qui ſanitatem arguunt
ex ponderatis *per Rot.penes Reuerendiſſ. Vrgellen.*
deciſ.178.num.28. reſpondetur poſſe ſtare ſimul
quod Coadiuutus inſeruierit ſed inſeruiuerit
cũ diſcrimine vitæ, vt ferè in puncto reſpõdit
Rot.corã Bur.d.deciſ.778.ſub n.5.verſ.& potuit: Ac
13 Franciſcum inſeruiſſe cum huiuſmodi diſcri-
mine bene docuit euentus, cum poſt duos
menſes à data gratię deceſſerit, vt in terminis
ponderauit *Rota deciſ.45.nu.30.par.6.& dec.313.*
nu.10.par.7.recent. & in ſimili *Menoch. conſ.351.*
ſub num.34.lib.4.

Non obſtat, quod dicatur, Coadiuutum
ſaltem reſpectu Prępoſituræ prędictæ nullum
potuiſſe habere impedimentum, ex quo illa
vigore concordię inter ipſum, & Capitulum
initæ de anno 1629. adminiſtrabatur per Com-
miſſarios deputatos; nam vltra quod ex teſte
relato *in Sum. d. Hieronymi ſub num.6.* appáret
effectuationem d. concordiæ fuiſſe litigioſam
eam non eſſe habendam in conſideratione
dicebant DD. quia caret beneplacito Apoſto-
14 lico, quod ſemper requiritur in alienatione
iurium Eccleſiæ, etiamſi alienatio fiat in per-
ſonas eiuſdem Eccleſiæ, vt poſt *Nauarr.conſ.9.*
& 10. de reb. Eccl. non alien. dixit *Rota in Elnen.*
diſtributionum 4. Decembris 1634. coram bo. me.
Buccabella, & in Mediolanen. Penſionis 19. Ianua-
rij 1635. coram bo. me. Merlino impreſſ. int. recent.
deciſ.3. num.31. par.7. Et vlteriùs d. concordia
ſubſtulit Præpoſito tantummodò adminiſtra-
tionem panis in pauperes, & reddituum eiuſ-
dem panis, non autem onus exercitij Iuriſdi-
ctionis in quibuſdam Oppidis, Parochijs,
Baronijs ei ſubiectis, atque redditionis ratio-
nis huiuſmodi adminiſtrationis iuriſdictiona-
lis, nec non celebrationis Miſſarum, ac reſi-
dentiæ in Eccleſia Gerunden. illi incumbentis,
& ſic adhuc Præpoſitus remanebat iſtis one-
ratus.

15 Minus obſtat dicere, quod Præpoſitura ſit
ſimplex adminiſtratio temporalis, nilque
habeat commune cum ſpiritualitate, & pro-
pterea non cadat ſub affectione, vel ſub reſer-
uatione, vt in terminis Præpoſiturarum Ec-
cleſiæ Gerunden. *Reuerendiſſ. Vrgellen.deciſ.340.*
nu.4.cum ſeqq.& deciſ.381. à num.2. per tot. Quia
16 hæ deciſiones loquuntur de Præpoſituris non
vnitis alicui beneficio collatiuo, & quæ non
dantur in titulum, qualis non eſt iſta, de qua
agitur, cùm ſit vnita beneficio S. Anaſtaſiæ,
& detur in titulum, vt de vnione patet non
ſolum ex Inſtrumento fundationis factę per
Arnaldum, ibi. *Etſi forte aliquo tempore ego ſta-*
bilimentum Preſbyteri fecero in Eccleſia Gerunden.
ille officium eleemoſinæ fideliter ſemper agat &c. ſed
etiam ex ſtabilimẽto ſubſequuto prędicti Prę-
sbyteri, ibi. *Item inſtituo in perpetuum vnum Sa-*
cerdotem in Altari S. Anaſtaſiæ ſito in Eccleſia Ge-
runden. &c. qui in Choro deſeruiat &c. Miſſam in
Altari prædicto celebret &c. teneat omnes decimas,
& domos &c. & omnia alia faciat ſicut conti-
netur in Inſtrumento fundationis eleemoſinæ, &
vocetur Præpoſitus eleemoſinæ; & rurſus ex Sta-
tuto eiuſdem Eccleſię Gerunden. ibi. Item
atteſo, e conſiderato, che il beneficiato di Santa
Anaſtaſia Prepoſito dell' Elemoſina del Pane di detta
Cathedrale nuncupato &c. & de collatione in ti-
tulum conſtat ex collationibus dicti beneficij
vna cum eadem Prępoſitura factis in titulum
quibus ſimilem habet ſuam prouiſionem Hie-
ronymus, ibi, *ſciens perpetuum ſimplex beneficium*
Eccleſiaſticum ſub inuocatione S. Anaſtaſiæ &c. cui
eſt annexa adminiſtratio eleemoſinæ &c. vacaſſe &c.
Quæ collationes tanquam vltimę ſuffragan-
tur Ioſepho Coadiutori, quia quando non
conſtat de ſtatu contrario, prout conſtabat *in*
d. Reuerendiſſ. Duran. deciſ.340. ſufficit probare
17 vltimum ſtatum ad effectum iuſtificationis
gratię quoad qualitatem beneficij *Seraph. de-*
ciſ.1095. num.1. & 4. Greg.XV. deciſ.77. num.9.
18 vbi quod inſpici debet vltimus ſtatus, ad ef-
fectum vt videatur, an beneficium cadat ſub
reſeruatione, *& deciſ.95.num.3. Rota deciſ.229.*
num.2.par.1.recent.cum alijs alleg.per Add. ad Bur.
deciſ.776.num.17.& ſeqq.

Vnde cum vera, & iuſtificata ſint ea, quæ
fuerunt narrata Pontifici, qui concedendo
19 Coadiutoriam manum appoſuit, intrat affe-
ctio, vt in puncto ſimilis ſubrogationis gra-
tioſę dixit *Rota deciſ.45. num.5. par.6.* vbi alle-
gantur concordantes; *& deciſ.313.nu.1. par.7.*
20 *recent.* adeo quod nullus inferior Collator cir-
ca Canonicatum, & Præpoſituram, de qui-
bus agitur, ſe ingerere poſſit *Rota deciſ.36.*
num.2.coram Buratt. & fuit dictum *in Gerunden.*
Canonicatus, & Sacreſtia 18. Maij 1637. coram
Eminentiſſ. Cardinali Veroſpio, quæ eſt pręcita-
ta *deciſ.313. num.1. par.7. recent.* & *in eadem 15.*
Martij 1638. coram bo. me. Merlino §. quia Papa
prouidendo.

Et ità vtraque &c.

BONO-

Digitized by Google

BONONIEN. FIDEICOMMISSI
De Ruggerijs.

Veneris 14. Iunij 1647.

ARGVMENTVM.

Fideicommiſſum à Teſtatore ordinatum, ſi N. ſine filijs deceſſerit, expirat ſi dictus N. poſt aditam hæreditatem obiuit cum filio, etiamſi iſte nullos liberos procreauerit, & præſertim quando ex verbis Teſtamenti deficientia filiorum apparet reſtricta ad tempus mortis dicti N.

SVMMARIVM.

1 *Subſtitutio hæredi facta, ſi deceſſerit ſine filijs, expirat relictis filijs.*

2 *Conditio ſemel defecta nunquam reuiuiſcit.*

3 *Verba, eo caſu, reſtringunt ſubſtitutionem ad caſum, & tempus immediatè ante expreſſum.*

4 *Verba, quoſcunque hæredes, comprehendunt hæredes, & ſucceſſores extraneos.*

5 *Determinatio reſpiciens plura determinabilia debet ea pariformiter determinare.*

6 A conſ. Oldrad. 21. *receditur quando concurrunt coniecturæ ſuadentes contrariam voluntatem Teſtatoris, quæ tamen debent eſſe vrgentes, & neceſſariæ præſertim in fideicommiſſo tranſuerſali.*

7 *Subſtitutio habens tractum temporis ſucceſſiuum non excedit caſum, & perſonas vocatas.*

8 *Subſtitutio, ſi ſine filijs, euaneſcit relictis filijs, qui poſtea obierint, licet agnati ſint vocati.*

9 *Alienationis prohibitio non importat multiplicitatem, aut extentionem fideicommiſſi quando ſtat accessoriè, & conſecutiuè ad præcedentes ſubſtitutiones.*

10 *Et ſtat acceſſoriè ſi habet relationem ad perſonas ibi ſubſtitutas.*

11 *Verba, ordine quo ſupra, ſunt corroboratiua præcedentium, & quandoque denotant ordinem ſucceſſionis fideicommiſſariæ.*

12 *Subſtitutio facta, de proximiore, expirat in primo proximiore, niſi appoſitum ſit verbum habens tractum ſucceſſiuum.*

DECISIO DCCLXXVII.

LELIVS de Ruggerijs decedens condidit Teſtamentum in hæc verba in omnibus &c. ſuos hæredes inſtituit, nominauit, reliquit, & eſſe voluit; quoad vſumfructum Camillam de Rubeis eius matrem eius naturali vita durante; quoueró ad nudam proprietatem D. Fuluium de Ruggerijs ipſius Teſtatoris fratrem; ac ipſius D. Fuluij filios, & deſcendentes maſculos tamen & legitimè natos, & gradatim per maſculum deſcendentes, finito autem, & extincto dicto vſufructu dictæ D. Camillæ, tunc vſufructuarios, & proprietarios inſimul inſtituit, & eſſe voluit ſupradictum D. Fuluium, & eius filios, & deſcendentes maſculos legitimè natos, vt ſupra, itaque in totum vniuerſaliter ſuccedant, & ſuccedere debeant, etſi dictus Fuluius ſine filiis & deſcendentibus maſculis, & legitimè natis, vt ſupra, decederet, eo caſu ſuos hæredes vniuerſales pro medietate proximiores in gradu eidem D. Teſtatori, & de agnatione, ac familia eiuſdem inſtituit, nominauit, reliquit, & eſſe voluit omni meliori modo.

Defuncto Lelio Teſtatore hæreditatem eius adiuit Fuluius, qui poſtea obijt relicto Thoma filio, quo etiam vita functo abſque liberis Florianus Dulphus prætendens in vna dimidia dictæ hæreditatis Lelij purificatum fuiſſe fideicommiſſum ad fauorem Lauræ Sororis Lelij Teſtatoris, ipſiuſque Floriani auctricis, inſtituit Iudicium in Tribunali A. C. contra Marcum Antonium Zambeccarium poſſidentem bona, de quibus agitur, ad cuius fauorem emanauit ſententia abſolutoria, à qua appellauit Florianus, & introducta cauſa in Rota propoſui dubium; An conſtet de dicto fideicommiſſo Lelij ad fauorem Lauræ, & DD. negatiuè reſponderunt.

Quoniam vocatio proximiorum de agnatione, & familia Lelij Teſtatoris concepta eſt ſub conditione mortis Fuluij hæredis inſtituti ſine filijs, & deſcendentibus, qui caſus non euenit, quia Fuluius deceſſit relicto Thoma filio; vndè ob defectum dictę cōditionis eua-
1 nuit etiam dicta proximiorum, vocatio, *l. neceſſariò, §. quod ſi ſub conditione ff. ad pericul. & com. rei vend. Cephal. conſ. 183. n. 50. Fuſar. conſ. 64. num. 3. & conſ. 09. num. 24.* quamuis poſteà Thomas deceſſerit ſine liberis, nam ſufficit conditionem extitiſſe tempore mortis Fuluij, &
2 conditio, quæ in actu momentaneo conſiſtit, ſemel defecta nunquam reuiuiſcit, *l. qui res §. aream ff. de ſolut. Aleograd. conſ. 54. num. 100.* & in puncto eſt celebre *conſ. Oldrad. 21.* ſępiſſimè canonizatum à Rota, *vt coram Caualer. deciſ. 454. num. 4. Buratt. deciſ. 820. num. 1. & ibi Add. Litt. A. & in recent. deciſ. 194. num. 1. & ſeqq. & deciſ. 221. num. 1. par. 5. & in Anconitanen. fideicommiſſi 30. Aprilis 1646. coram R. P. D. meo Veroſpio.*

Multoque magis in præſenti caſu, quo deficientia filiorum ex verbis Teſtamenti apparet reſtricta ad tempus mortis Fuluij, ponderando primo, quod Teſtator nedum vocationem proximiorum conceſſit, ſub dicta conditione, ſi Fuluius ſine filijs deceſſerit, ſed etiam addidit illa verba, eo caſu, quæ reſtrin-
3 gunt ſubſtitutionem ad caſum, & tempus obitus ipſius Fuluij ſine filijs immediatè ante expreſſum, *Fuſar. d. conſ. 69. num. 32. & de ſubſtit. q. 480. n. 3. circa med. Peregr. de fideic. art. 29. n. 15. & nu. 28.* cum ibi allegatis *Caualer. deciſ. 454. nu. 7. Rota diuerſ. deciſ. 490. n. 4. par. 4.*

Secundò, quod Teſtator proximiores de agnatione ſub dicta conditione vocauit ad vnam medietatem hæreditatis, & aliam dimi- 5
diam eodem tempore, & ſub eadem conditione voluit tranſire ad omnes, & quoſcunque hæredes, & ſucceſſores Fuluij hæredis inſtituti, quorum appellatione in hac materia indifferenti, præſertim propter dictionem il-
4 lam, *quoſcunque* veniunt etiam hæredes, & ſucceſſores extranei; *Rota conſ. 65. n. 54. lib. 1. Surd. conſ. 475. num. 30. Mark. de clauſ. clauſ. 102.* & fuit dictum *in Sarſinaten. Feudi 23. Iunij 1645. coram*

Me. Vndè ſicuti quoad hos hæredes extraneos
dicta conditio, ſi ſine filijs, reſtringitur perne-
ceſsè ad tempus mortis Fuluij, quia alioquin
non extranei; Sed filius Fuluij, qui tempore
mortis ſuperuixiſſet, illi ſuccedere debuiſſet;
*iuxt.text.in §.inteſtatorum Inſtit.de hæred.quæ ab in-
teſt.defer.l.in ſuis ff.de liber. & poſthum.* Ità pariter
ſub eadem reſtrictione ad tempus mortis Ful-
uij intelligenda eſt dicta conditio quoad aliam
medietatem, in qua proximiores ſubſtituun-
5 tur, vt vnica determinatio reſpiciens plura
determinabilia, ea pariformiter determinet,
vt debet, *l.iam hoc Iure ff.de vulg. & pupill, l.quò-
nis C.de impuber.& al.ſubſt. Menoch.conſ.327.n.62.
Buratt.deciſ.621 n.5.*

Hinc non obſtat, quod à *d. conſ. Oldrad.* 21.
recedatur ex coniecturis contrariam Teſtato-
6 ris voluntatem ſuadentibus, vt tenet *Rota co-
ram Caualer. deciſ.34. num.* 9. Quia ſtantibus ſu-
pradictis coniecturis pro excluſione Lauræ
militantibus, coniecturæ pro receſſu à d.con-
ſil.deberent eſſe vrgentes, & neceſſariæ. *Surd.
conſ.448.nu.15.Rota in recent. deciſ.486.n.2.par.1.
& deciſ.538.num.2.par.2.*& fuit dictum in *Roma-
na fideicommiſſi de Spiritibus 12. Ianuarij 1643. co-
ram R.P.D.meo Bichio.* Præſertim in fideicom-
miſſo tranſuerſali, quale eſt iſtud, *Craſſ.in §.fi-
deicommiſſum quæſt. 14. num.fin. Buratt. deciſ.385.
num.2.& 8. Rota in Tudertina Aſſerti fideicommiſſi
4. Iunij 1640. coram R.P.D. meo Royas.* Quales
non ſunt allatæ per Informantes pro Flo-
riano.

Prima namque deducta ex præcedentibus
ſubſtitutionibus, & vocatione omnium filio-
rum, & deſcendentium maſculorum Fuluij,
non releuat, quia illa operatur quidem inter
7 ipſos deſcendentes maſculos ad excluſionem
deſcendentium fœminarum, donec illi ſu-
perſint, ſed nihil facit in caſu contrario, vide-
licet mortis Fuluij ſine liberis, & deſcenden-
tibus, quo caſu proximiores ſunt vocati, &
tractus temporis ſucceſſiuus in dicta vocatio-
ne contemplatus non excedit caſum ſuum, &
perſonas per eum vocatas *Rot. deciſ.357.num.6.
par.1.rec. & in Spoletana Bonorum 13. April.1646.
coram R.P.D.meo Corrado §.prima enim.*

Idemque reſpondendum venit ad ſecundam
deſumptam ex digreſſu ad plures gradus ſub-
ſtitutionum, quia talis digreſſus non legitur,
niſi inter deſcendentes maſculos *Rota dicta de-
ciſ.357.nu.6.par.1.recent.& in Auenionen.fideicom-
miſſi 30. Aprilis 1646.coram R.P.D. meo Veroſpio,
§.altera,& §.ſeq.*

Et tertia coniectura elicita ex eo, quod vo-
cati ſunt proximiores de agnatione, quia illi
vocati ſunt reſtrictiuè ad caſum obitus Fuluij
8 ſine filijs, per ſe ſola non ſufficit, vt receda-
tur à *d conſ.Oldradi*, vt dixit *Rota coram Buratto
deciſ.820.num.2.& 3.& in recent.deciſ.486.num.6.
part. 1.*

Quarta denique deprompta ex prohibitio-
ne alienationis facta cum expreſſione rationis,
quod bona permanere deberent in bonis, &
9 hæreditate Teſtatoris, vilis fuit inefficax, quia
prohibitio alienationis non importat multi-
plicationem fideicommiſſi, aut illius exten-
ſionem vltrà caſus ſupra diſpoſitos, quando
ſtat acceſſoriè, & conſecutiuè ad præceden-
tes ſubſtitutiones *Dec. conſ.616. num.8. & ſeqq.
Gabr.conſ.112.num.21.lib.1. Seraph.deciſ.432.n.3.
par.4.diuerſ.& in recent. deciſ.300. num. 20. par.1.
deciſ.272.n.16.par.6.& deciſ.15.n.5.par.7.*
10 Quod autem prohibitio prædicta fiet, ac-
ceſſoriè, & conſecutiuè ad præcedentes ſub-
ſtitutiones apparet; Tum ex eo, quia tam pro-
hibitio alienationis, quam eius ratio habet
relationem ad perſonas ſupra ſubſtitutas, ibi
& ad ſupradictos omnes peruenire, vt ponderat *Me-
noch.conſ.900.num.17.verſ.quartus eſt caſus Decian.
conſ.94. num.19.& 20.lib.5. Rimin. Iun. conſ.371.
num.83.Fuſar.de ſubſtit.quæſt.685. num.20.Rota in
recent. deciſ.272. num.7. & ſeqq.par.6.& deciſ.15.
num.8. par.7.* & fuit dictum in *Peruſina fideicom-
miſſi de Baptiſtis 17. Martij 1631. coram Me, §.ex
qua, & in Romana fideicommiſſi de Pancaldis 10.
Iunij 1642. coram R. P. D. meo Cerro, §. Minus
obſtat.*
11 Tum etiam ponderatis alijs verbis, *ordine
quo ſupra,* quæ demonſtrant ad oculum, Te-
ſtatorem noluiſſe per prohibitionem aliena-
tionis, & rationem illi adiectam nouum fi-
deicommiſſum conſtituere, ſed corroborare
ſupra conſtitutum, iuxtà caſus, tempus, &
perſonas ſuperius expreſſas *Alex.conſ.59. nu.21.
verſ.non obſtat,quod illa lib.3. Cranett.conſ.98.n.11.
& 12.Bero.conſ.108.num.17.Peregr.conſ.30.nu.22.
in fin.lib.3.Buratt.deciſ.322.n.6. Rot.diuer.deciſ.54.
nu.28.& 29.par.2.*

Non obſtat deciſio Seraphini 1375. num.4.
12 vbi verba huiuſmodi interpretantur ad inclu-
ſionem fideicommiſſi, itaut denotent ordi-
nem ſucceſſionis fideicommiſſariæ, quia, vt
patet ſupra *n. 3. verſ.ſed etiam in caſu d.Deciſionis
prohibitio alienationis,* & ratio conſeruandi bona
in agnatione erat expreſsè relata ad ſubſtitu-
tiones antecedentes, & ſubſequentes, ſed in
hoc caſu poſt ſubſtitutionem proximiorum
de agnatione aliæ ſubſtitutiones non adſunt,
& illa expirat in primo proximiori, cum nul-
lum fuerit appoſitum verbum habēs tractum
ſucceſſiuum *iuxt.theor.Cuman.in l.cum ità §.in fi-
deicommiſſo num. 4. ff.ad Trebell. Fuſar. de ſubſtit.
quæſt.382.num.52. Rouit.conſ.6.num.9.& 10.lib.2.
Adden.ad Greg.XV.deciſ.207.n.9. Rot.in recent.de-
ciſ.264.num.2.par.4.*

Et ità vtraque &c.

BONONIEN. DOTIS, SEV PECVNIARIA.

Lunæ 17. Iunij 1647.

ARGVMENTVM.

Sententiarum executioni eſt locus in ea ſumma,
quæ detractis ſolutis in eadem cauſa appare-
bat deberi.

SVMMARIVM.

1 *Deciſiones Rotales ſupponuntur in diſputatione eiuſ-
dem cauſa.*

2 *Valor deſumitur ex libris publicis.*

3. In

Digitized by Google

3 *In valore probando rerum modica quantitatis ſuffi-cit leuis probatio.*
4 *Datio in ſolutum facta à Iudice comprobat valorem.*
5 *Aſſerenti maiorem quantitatem fuiſſe exactam incumbit onus probandi.*
6 *Fructus rei præſumuntur percepti à poſſeſſore.*

DECISIO DCCLXXVIII.

POSTQVAM per duas Deciſiones in hac cauſa emanatas, alteram ſub die 26. Maij 1645. alteram ſub die 27. Aprilis ſequentis anni, reſolutum fuit conſtare de re iudicata ad fauorem Comitis Ioannis de Calderinis, & ſic locum eſſe executioni ſententiarum Bononiæ latarum petitæ per Com: Federicum & fratres de Calderinis filios, & hæredes dicti Com: Ioannis, contigit dubitari pro qua ſumma concedenda eſſet executio, & DD. reſpondent dictas ſententias eſſe exequendas pro ſcutis auri 7045. iuxtà eorum valorem de tempore ſolutionis currentem, vt in dictis deciſionibus, quæ de ſtylo huius Sacri Tribunalis in præſenti dubio veniunt ſupponendæ *Buratt. deciſ. 596. n. 1.*

Nam creditum Thadeæ tam in ſententijs, quam in deciſionibus prędictis canonizatum, videlicet, ſors dotis ab eadem Thadæa datæ Alexandro Serpæ eius viro aſcendit ad ſummam ſcutorum auri 550. alimenta dotalia pro annis 1605. & 1606. quo tempore dictus Alexander cœpit vergere ad inopiam ſubminiſtranda Thadeæ ad rationem ſeptem pro cẽtenario conſtant ſummam ſimilium ſcutorũ 770. alimenta pariter eidem debita ab anno prædicto 1606. vſque ad obitum Alexandri viri ſequutum die 17. Februarij 1622. ad rationem quinque pro centenario, conſtituunt ſcuta aurea 4216. alimenta denique prædictæ Thadeæ præſtanda à d. anno 1622. vſque ad diem 17. Septembris, quo ipſa deceſſit, conficiunt ſummam aureorum 2147. Quæ omnes ſummæ crediti ſimul iunctæ aſcendunt ad ſcuta auri 12633.

Valor verò bonorum in excomputum dicti crediti receptorum reſpectu frumenti, ſpeltæ, vuarum, & lignorum à Thadæa habitorum, aſcendit ad libras 613. vt probatur
2 ex libris publicis Ciuitatis, quibus ad hunc effectum ſtari debet *Seraph. deciſ. 1245. n. 8. Rot. in Peruſina Liquidationis Fructuum 1. Martij 1610. coram Penia, & in Anconitana Prædij 10. Februarij 1640. & 22. Aprilis 1641. coram bo. me. Pirouano.*
3 Et præſertim reſpectu vuarum, & lignorum, cum ſint modicę quantitatis ſtari poſſet libris prædictorum hæredum Com: Ioannis, cum etiam leuiores probationes ſufficiant *Bald. in l. 1. num. 22. C. de fruct. & lit expenſ. Surd. conſ. 293. num. 21.* vbi quod Iudex poteſt ex officio ſe informare, & liquidare *Seraph. d. deciſ. 1245. num. 7.*

Et reſpectu bonorum ſtabilium tam à Co: Ioanne, quàm à dictis eius hæredibus habitorum in cauſam prædicti crediti, pretium domus ſitæ in Capella S. Andreæ de Anſaldis, aſcendit ad ſummam librarum 8000. valor verò tornaturarum 128. terrarum exiſtentium in Comitatu Caſtri Ghelphi, quæ vna cum ſtabulo in Ciuitate Bononiæ datæ fuerunt in ſolutum Com: Ioanni, conſtituit libras 7625. Valor demum aliorum bonorum hęreditariorum dicti Alexandri Serpæ à Golfardo Serpæ creditore cõſignatorum dictis hæredibus Co: Ioannis probatur in ſumma librarum 4615.
4 nedum ex relatione Peritorum, qui dicta bona æſtimarunt, ſed etiam ex inſtrumentis dationis in ſolutum à Iudice factæ, quibus ſtandum eſt *Rot. deciſ. 607. num. 1. in fin. par. 1. rec. & in Romana Pretij Fiani 14. Iunij 1610. coram Card. Lancellotto Iun. num. 2. impreſſ. poſt Marcheſ. de Commiſſ. to. 2. fol. 236.*

Affictus quoque dicti Prædij ſiti in Comitatu Caſtri Ghelfi per Com: Philippum Thadeæ fratrem exacti ab anno 1614. vſque ad annum 1618. conſtituunt ſummam librarum 1436. prout apparet ex receptis eiuſdem Co: Philippi: Et aſſerenti maiorem quantitatem
5 fuiſſe exactam incumbit onus probandi *iuxta Theor. gloſſ. communiter receptam in l. cum de lege C. de probat. Becc. conſ. 100. nu. 22. Surd. conſ. 267. n. 33. Rot. in Romana, ſeu Ianuen. Locorum Montium 15. Iunij 1640. coram bon. mem. Pirouano.* Necnon etiam affictus per Thadeam ab anno 1622. quo ipſa in poſſeſſionem dicti prædij immiſſa fuit, & ab anno 1623. quo pariter immiſſionem prædicti ſtabuli obtinuit, vt præſumun-
6 tur percepti vſque quo vixit, & ab eius obitu vſque ad annum 1634. quo prædium, & ſtabulum Com: Ioanni fuit adiudicatum, per eundem Com: Ioannem, vt præſumuntur exacti, conſtituunt ſummam librarum 4450. vt per Informantes pro dictis hæredibus non controuertitur. Demum affictus domus S. Andreæ de Anſaldis ab anno 1630. quo Co: Ioannes in illius poſſeſſionem immiſſus fuit, vſque ad annum 1632. quo eidem Com: Ioanni fuit adiudicata in ſolutum; conſtituunt ſummam librarum 300. Quæ omnes vt ſupra receptæ ſummæ aſcendunt ad libras 27039. quæ redactæ ad ſcuta aurea, pro nunc tantummodo calculata ad rationem librarum quatuor, ſolidorum decem octo, & denariorum octo pro quolibet ſcuto, iuxtà bannimenta Cardinalis Iuſtiniani, & ex ijs, quæ probantur ex actis, ſine tamen præiudicio augmenti valoris dicti ſcuti iuxta diuerſitatem temporum, ac ſolutionum; vt prætendunt hęredes Com: Ioannis aucti; conſtant ſcuta aurea 5483. Quibus demptis à prædicta ſumma crediti Thadeę aſcendentis ad ſcuta aurea 12633. creditum purum dd. hæredum Com: Ioannis de Calderinis remanet ſcutorum auri 7150. pro quibus ſententiæ merentur executionem, licet ad euitandam omnem ſuſpicionem exceſſus viſum fuerit DD. tantummodò exequendas eſſe pro ſcutis 7045.

Non obſtat, quod Thadeæ de anno 1605. aſſignata fuerint domus, & bona ruralia, quia dicta aſſignatio non habuit effectum, & iudicium nomine Thadeæ motum pro conſecutione reſidui dotis ei non nocuit, vt firmatur

in dictis Deciſionibus, & præcipuè in ſecunda edita *ſub die 27. Aprilis.* 1646. *ſub §.ſunt pariter, extenſa à R.P.D.meo Bichio*, propter abſentiam meam ab Vrbe.

Et ità vtraque &c.

CÆSENATEN. CENSVS.

Lunæ 17 Iunij 1647.

ARGVMENTVM.

Exceſſus etiam in obulo reddit totam executionem nullam, & impedit ne ad vlteriora procedatur.

SVMMARIVM.

1 *Partitarum duplicatio non præſumitur, quando in ſubſequenti quietantia caſſantur quælibet quietantiæ antea facta.*

2 *Quietantia per publicum Inſtrumentum non differt ab apocha priuata.*

3 *Verba,* quaſcunque, *ſunt apta omnia comprahendere.*

4 *Mutuans de aliena pecunia proprio nomine ſibi non illi, cuius ſunt pecunia, quærit actionem.*

5 *Effectus duplex contrarius non poteſt oriri ex eodem contractu.*

6 *Compenſatio non prodeſt niſi opponatur.*

7 *Executio exceſſiua etiam in obulo corruit, & ad vlteriora procedi non debet.*

DECISIO DCCLXXIX.

DEVOLVTA hac cauſa ad Rotam per appellationem interpoſitam per Comites Rouerellos à mādatis relaxatis ab A.C. ad fauorem Petri Ludouici Manzini Cappellani Cappellæ Sancti Seueri in Eccleſia Sanctę Mariæ de Buccaquatuor Ciuitatis Cęſenę pro ſumma ſcutorum 1031. 66. dicto Cappellano debita pro fructibus cenſus ad dictam Cappellam ſpectantis, fuit ſub diebus 14. Martij 1635. 14. Ianuarij, & 4. Iulij 1636. coram me reſolutū, dd. mādata eſſe exequēda per ſumma ſc. 831. 66. quia poſt interpoſitam appellationē Rouerelli ſoluerant ſcu. 200. poſt huiuſmodi reſolutionem, & poſt relaxatum exequatur Rotale Rouerelli non ſolum ſoluerunt ſummam contentam in dicto exequatur, ſed etiā omnes fructus poſtea decurſos vna cum expenſis, necnon extinxerunt ſortem principalem d. cenſus. Quibus peractis de anno 1642. ijdem Rouerelli prætendentes dicta mandata A.C. necnon Rotale exequatur fuiſſe exceſiua in ſumma ſcu. 727. obtinuerunt committi R. P. D. meo Cerro Cauſam appellationis ab illis, & deinde pronunciari pro exceſſu in dicta ſumma, quam ſententiam poſtea Rota coram R. P. D. meo Otthobono, Rouerellis tantum informantibus, dixit tranſitum feciſſe in iudicatum: à qua vltima ſententia, poſtmodum interiecta appellatione per Manzinum, fuit commiſſa cauſa cum clauſula, *alteri, qui ad legitimam*. Vndè propoſito à me dubio iuxta d. reſcriptum, DD. reſponderunt non eſſe procedendum ad vlteriora in executione prætenſę rei iudicatæ per Rouerellos.

Ea potiſſimum ratione, quia calculus pro dictis Rouerellis, exhibitus, ex quo deciſiones emanatæ in cauſa coram RR. PP. DD. meis, Cerro, & Otthobono probari d. exceſſum firmarunt, hodie non viſus fuit iuſtificatus in multis partitis, in eo deſcriptis, quas ideò DD. dixerunt eſſe ex illo detrahendas; & in primis partitam ſcutor. 50. pro frumento tradito Ludouico Patri Manzini à Banceijs debitoribus hæreditatis Lunardellæ, quæ eſt principalis debitrix huius cenſus, necnon aliam ſcut. 59. ſolutam die 16. Martij 1625. quia vtraq; comprehenditur in ſubſequenti partita ſcut. 261. ſiue lib. 1089. de qua fuit facta quietantia die 14. Aprilis 1626. vt patet ex eo, quod in ea caſſantur quælibet quietantiæ antea factæ, de quibus propterea ratio habenda non eſt; nam
1 ſtante dicta caſſatione non præſumitur duplicatio partitarum, ad tradita per *Bart. in l. Triticum 94. num. 1. verſ. in dubio intellige, vbi Iaſ. n. 9. verſ. limitat. ff. de verb. oblig. idem Bart. & Ang. in l. planè vbi 34. §. ſi eadem reſ. in fin. ff. de leg. 1. Neuiz. conſ. 96. nu. 9. cum alijs relatis per Surd. conſ. 80. num. 33. Menoch. de arbitr. lib. 2. cent. 2. caſ. 213. n. 3. & Rota coram Buratto dec. 158. n. 5.*

Neque huiuſmodi caſſatio, ſub prætextu, quod reſtringi debeat ad quietātias factas Curatori d. hæreditatis Lunardellæ, valet excludere d. partitas, vt ſupra ſolutas à Banciis, ſeu Braſchis eiuſdem hęreditatis debitoribus, quibus Mauzinus quietantias fecerat per publica Inſtrumenta, quia, dum ponuntur in creditum hæreditatis Lunardellæ, & reſpectiuè in debitum Manzini, proinde eſt, ac ſi ab ipſa hæreditate ſolutæ fuiſſent, & ſemper intrat dilemma, quod, aut Manzinus de dictis partitis fecit quietantias hæreditati Lunardellæ, & proculdubio tales quietantiæ cadunt ſub caſſatione poſteriori; aut non fecit, & tunc d. partitę non ſunt ponendæ in creditum hæreditatis, ac duplicandæ in debitum Manzini. Abſurdum quidem eſt dicere, quod verbum, *quietantia*, referatur ſolummodò ad quietantias per appochas priuatas, cū experientia doceat illas fieri etiam per publica Inſtrumenta, quæ in hoc
2 non differunt ab apochis priuatis, imò maiorem vim habent, *Bart. in l. 1. nu. 3. ff. de nou. oper. nunc. Dec. conſ. 36. ſub num. 2. Rota coram ſan. mem.*
3 *Greg. XV. dec. 180. num. 1.* Ponderando præſertim verbum illud, *quaſcunque*, ibi; *qualſivoglia quietanza*, quod eſt aptum compræhendere quietantias tam priuatas, quam per publica inſtrumenta confectas. *Rota penès Reuerendiſſimum Vrgellen. dec. 273. num. 12. dec. 30. nu. 5. par. 4. tom. 2. & coram me dec. 193. n. 4. par. 6. recen.*

Delenda etiam viſa fuit alia partita ſc. 271. quæ non fuerunt Manzino ſoluta à Rouerellis fideiuſſoribus in cenſu, ſed mutuata à D. Aduocato Tuſchò cum promiſſione eiuſdem Manzini de reſtituendo mutuanti, non habita ratione, quod D. Tuſchus mutuauerit de pe-
4 cunijs Rouerelli, quia, cum ſtipulatus fuerit

ſibi

Digitized by Google

ſibi illas reſtitui; & proprio nomine mutua-
uerit, ſibi, non autem Rouerello, actionem
quæſiuit, *l. 1. l. qui aliena 8. l. Nihil prohibet 9. C. ſi*
quis alt. vel ſib. Oſaſc. dec. 140. num. 8. & 9. Rota de-
ciſ. 219. num. 1. par. 2. diuerſ. dec. 26. n. 3. & dec. 262.
n. 7. par. 1. rec.

Ideò nihil facit, ſi Manzinus in actu mutui
ſciuerit pecunias eſſe Rouerelli, dum conſtat,
ipſum contraxiſſe cum D. Tuſcho, ac ei illas
5 reſtituere promiſiſſe; alioquin ex dictis pecu-
niis ſic mutuatis duplex ſequeretur contrarius
effectus: alter, nempè liberationis Rouerelli
à debito cenſus erga Manzinum; alter obliga-
tionis Manzini de reſtituendo dictas pecunias
D. Tuſcho, quod impoſſibile eſt, vt ad propoſi-
tum *Add. ad Greg. XV. dec. 75. n. 3. Rota apud Cenc.*
de cenſ. dec. 205. num. 1. & in Romana, ſeu Sabinen.
cenſus 20. Nouembris 1624. coram bon. mem. Vbal-
do ſen.

Neque ſuffragatur, quod anno ſequenti
poſt d. mutuum D. Tuſchus iura eiuſdem mu-
tui ceſſerit Rouerello; Quia hæc eſt res inter
alios acta abſente Manzino, vnde debebat Ro-
uerellus de hac ceſſione excipere in iudicio
pro fructibus cenſus inſtructo coram A. C. &
deindè coram me, cum talis ceſſio operari nõ
poſsit liberationem Rouerelli à debito cen-
ſus, niſi per viam compenſationis mutui ceſſi
6 cum cenſu, quæ non prodeſt, niſi opponatur
iuxta opinionem, quam ſequitur *Surd. dec. 191.*
numer. 13. & ſeqq. Rota in Romana pecuniaria, ſeu
mercium 5. Iunij 1613. coram Cardinali Sacrato, in
Romana cenſus 10. Iunij 1641. & Romana de Lura-
ghis 4. Iunij 1646. coram R. P. D. meo Cerro.

Non obſtat, quod etiam demptis è calculo
ſupradictis partitis, adhuc remaneat exceſſus
in ſcutis 345. circiter; Nam quidquid ſit de
hoc, cum decretum R. P. D. mei Cerri decla-
ret exceſſum in ſcutis 727. vt conſtat ex deci-
ſionibus coram eodem emanatis ſub diebus
11. Martij, & 27. Iunij 1644. illudque fuerit ad
vnguem confirmatum à R. P. D. meo Ottho-
bono, & pro d. ſumma executum, & hodie
quæratur, An in hac executione procedendũ
ſit ad vlteriora, ſufficit adeſſe exceſſum in
7 partitis ſupradictis, imò etiam in obulo, vt
tota executio corruat, & ad vlteriora procedi
non debeat: iuxta notata per *Doct. in l. ſi non*
ſortem, §. ſi centum, ff. de cond. indeb. & dixit Rota
penès Buratt. dec. 91. num. 3. & 4. cum alijs relatis in
Ariminen. Molendini 1. Iunij 1640. coram R. P. D.
meo Bichio.

Et ita vtraque &c.

ELNEN. IVRISDICTIONIS.

Mercurij 19. Iunij 1647.

ARGVMENTVM.

Iuris aſsiſtentia, quæ ſuffragatur Epiſcopo, quo
ad exercitium ſuæ ordinariæ iuriſdictionis, ſe-
de Epiſcopali vacante ſuffragatur Capitulo
etiam ad effectum manutentionis præſertim
concurrente exercitio alicuius actus.

SVMMARIVM.

1 *Iuriſdictionis Epiſcopi eſt viſitare, proceſſiones in-*
dicere, eaſque faciendi licentias impertiri.
2 *Capitulum ſuccedit in iuriſdictione Epiſcopo vita*
functo.
3 *Aſſiſtentia iuris pro obtinenda manutentione in iu-*
riſdictione ſuffragatur Epiſcopo, & Capitulo ſede
vacante, limita n. 7.
4 *Manutentio datur ex vnico actu poſſeſſorio effe-*
ctuato.
5 *Cauſa actus magis attenditur, quàm ipſius actus*
exercitium.
6 *Inſtrumentum extractum ex archiuio capitulari con-*
currentibus adminiculis probat.
8 *Scriptura priuata non probat pro ſcribente.*
9 *Teſtis depoſitio ſuper interrogatorijs pluris facienda,*
quàm ſuper articulis.
10 *Manutentio datur habenti aſſiſtentiam iuris cum*
poſſeſſione, licet alius exiſtat in eadem poſſeſ-
ſione.

DECISIO DCCLXXX.

RESPONDERVNT DD. Capitulo Elnẽſi
dandam eſſe manutentionẽ in quaſi poſ-
ſeſſione viſitandi, & exercendi actus iuriſdi-
ctionales in Beneficiatos, nec non indicendi
proceſsiones, eaſque faciendi licentias conce-
dendi ſede Epiſcopali vacante; ea potiſſima
1 ratione, quia cum ad iuriſdictionem Epiſcopi
pertineat viſitare, *cap. conquerente 16. de off. Iud.*
ord. cap. 1. de cenſ. in 6. Sac. Conc. Trid. cap. 3. ſeſſ. 6.
cap. 4. ſeſſ. 14. & cap. 3. ſeſſ. 24. de reformat. Barboſ.
de offic. & pot. Epiſc. par. 3. allegat. 73. num. 24. Rota
in recent. deciſ. 345. num. 3. par. 1. & fuit dictum in
Pampilonen. iuris viſitandi 15. Decembris 1623. im-
preſſ. penes Barboſ. in addit. ad dictam allegat. 73.
num. 24. Proceſsiones indicere, eaſque facien-
di licentias impertiri ex diſpoſitione eiuſdem
Sac. Conc. Trid. ſeſſ. 23. cap. 15. in fin. de Regular.
& ibi declaratio num. 3. Barboſ. in d. tract. de offic.
& pot. Epiſc. par. 3. allegat. 78. num. 3. cum ſeq. Et in
2 vniuerſa iuriſdictione, Epiſcopo vita functo,
Capitulum ſuccedat, *cap. cum olim vbi gloſſ. in*
verb. Capitulo de maiorit. & obed. cap. 1. vbi gloſ. in
1. not. eod. tit. in 6. cap. ad abolendam vbi gloſ. in verb.
Clerici ipſi de hæret. Federic. de Sen. conſ. 30. col. 1.
verſ. è contra Capitulum, Rota in rec. dec. 632. nu. 4.
verſ. & ſede vacante, par. 2. & dec. 166. num. 1. p. 3.
& in dicta Pampilonen. iuris viſitandi coram bo: me:
3 *Merlino*; Iuris aſsiſtentia, quæ ad effectum
manutentionis in exercendis dictis actibus iu-
riſdictionalibus Epiſcopo viuenti ſuffragatur,
c. cũ perſona de priu. in 6. Moder. de manut. obſeruat.
45. n. 6. & 7. Caualer. dec. 306. n. 2. Add. ad Greg. XV.
dec. 312. n. 4. Rota in rec. deciſ. 491. n. 2. p. 1. dec. 313.
num. 2. par. 4. & dec. 198. num. 6. poſt d. Modern. de
manut. Sede Epiſcopali vacante, Capitulo Epi-
ſcopum repræſẽtanti ſuffragari debet, vt in
terminis Capituli ſede Epiſcopali vacante di-
ctum fuit in *Ampurien. ſeu Ciuitaten. Deputatio-*
nis Vicarij 19. Iunij 1646. coram R. P. D. meo Mel-
tio in princ. verſ. Et hæc.

Quod faciliùs in præſenti caſu procedere
viſum fuit, quia vltra dictam iuris aſſiſtentiam
ad

Digitized by Google

ad fauorem Capituli militantem;pro eiuſdem
3 parte docetur de pluribus actibus poſſeſſorijs
circa prædicta exercitatis, *Gratian. diſcept.370. num.8. Rota coram Caualer. deciſ.487. num.1. verſ. Maximè, & dec.198.num.6. & 7. impreſſ. poſt Moder. de manut. & in recent. dicta deciſ. 491. num. 3. part. 1.*

Exhibentur nimirum inſtrumēta plurium
viſitationum, proceſſionum indictarum de
anno 1644.necnon etiam licentiarum faciendi
proceſſiones ab anno 1582. vſque ad annum
1646. ſede Epiſcopali vacante conceſſarum à
Vicario Capitulari; ex quibus ambigi non
poteſt quin Capitulum fuerit conſtitutum
non ſolùm in quaſi poſſeſſione manutenibili
4 omnia prædicta exercendi,cùm ad huiuſmodi
effectū ſufficiat vnicus actus effectuatus, *Abb. in cap. cum Eccleſia Sutrina num.22.de cauſ. poſſ.& propriet. Dec.conſ.134.num.1. Rota dec.222. num.2. relat. poſt Moder. de manut. & in recent. deciſ. 87. num.5. & dec.563.num.2. par.4.* Sed etiam vigore
dictæ cauſę vniuerſalis, quam Capitulum
habet ſuper tota iuriſdictione, acquiſiuerit
quaſi poſſeſſionem iuriſdictionis etiam in Be-
neficiatos,in qua proptorea venit manutenen-
5 dum, quia magis attenditur cauſa vniuerſalis
actus, quam ipſius actus exercitium, *Bald. in l.1.num.24.verſ. tu dic C. de emancip.liber. Rot. deciſ.480.num.2. par.1. & dec.501.num.3. par.2.rec.*
& in terminis iuriſdictionis *Felin. in cap.auditis ſub num.19.de præſcript. Butr. in cap. fin. num.47. de cauſ. poſſ. & propriet. Rota in recen. d.deciſ.491. nu.3. verſ. etiamſi par.1. & in Adrien. iuriſdictionis 18.Maij 1637. coram me, & in Romana Hæreditatis de Fabijs 29. Aprilis 1641. coram R. P. D. meo Bichio,*

Non obſtat, quod de dictis actibus poſſeſſo-
rijs conſtet ſolum per inſtrumenta extracta ex
6 Archiuio Capitulari; quia cum dictum Ar-
chiuium ſit ſub cuſtodia Notarij publici, illa-
que adminiculentur tùm à iuris aſsiſtentia,
tùm ab eorumdem pluralitate, actus prædicti
ſatis probati dicuntur, *Rota dec.242.num.1.& 2. penes Cenc.de cenſ. & dec.470.num.5. par.4. & deciſ.341. n.4. par.5. rec.*

Hinc non obſtat ſi dicatur Capitulo non eſ-
ſe dandam manutentionem reſpectu licentia-
7 rum faciendi proceſsiones, dum conſtat Be-
neficiatos reperiri in quaſi poſſeſsione illas
concedendi, ſolamque iuris aſsiſtentiam non
ſuffragari in ijs, in quorum poſſeſſione alius
exiſtit ex latè congeſtis per *Add. ad Gregor.XV. dec.312.num.4. verſ. item aſſiſtentia, & fuit dictum in d. Ampurien. ſeu Ciuitaten. Deputationis Vicarij 19.Iunij 1646. coram R.P.D. meo Melzio verſ. Vel*
8 *quando alius*; Quia omiſſo, quod huiuſmodi
quaſi poſſeſſio Beneficiatorum non bene pro-
batur per ſcripturas extractas ex eorum priua-
tis libris, qui pro ſcribente non probant,
l. exemplo C. de probat.Greg.XV.dec.79.num.1.Rot. in recent.dec.111.num.1. par.2. & dec.254. num.7. par. 5. Neque teſtes ab eis ad hunc effectum
examinati merentur attendi, cum dicant ſe
neſcire, an Beneficiati conceſſerint dictas li-
9 centias, maximè cum hoc deponant ſuper in-
terrogatorijs, ſuper quibus pluris facienda eſt
depoſitio, quam ſuper articulis, *Rot.deciſ.774. num.3. par.3.rec.& in Bononien. pecuniaria 19.Ianuarij 1646. coram R.P.D.meo Bichio*; eſto, quod
conſtaret eos eſſe in dicta quaſi poſſeſſione
concedendi has licentias, adhuc tamen ma-
nutentio danda eſſet Capitulo, quod non ni-
10 titur ſola iuris aſſiſtentia, ſed vltra ad eius fa-
uorem concurrunt etiam dicti actus poſſeſſo-
rij, *Bald.conſ.104. in fin.lib.5. Rota deciſ.3. num.3. & dec.118. in fin. impreſſ.apud Moder.de manut. & dec.291.num.15. poſt 2. vol. conſ.Farinac.Add. ad Buratt. dec.219.litt.A & fuit dictum in d. Aprutina iuriſdictionis 8.Aprilis 1639. §. non obſtat,quod aſſiſtentia coram me.*

Et ità vnica tantum &c.

ROMANA PALATII DE FERRINIS

Lunæ 1. Iulij 1647.

ARGVMENTVM.

Ex poſſeſſione Palatij benè infertur ad poſſeſſionem ſtabuli, fenilis, aliorumque membrorū etiam ad effectum manutentionis, licet non detur aliquis actus poſſeſſorius reſpectu dictorum membrorum.

SVMMARIVM.

1 *Habitatio arguit poſſeſſionem.*
2 *Locatio, & penſionis exactio etiam inter locantes probant poſſeſſionem.*
3 *Poſſeſſio iure familiaritatis excluditur ex multiplicitate actuum, ac continuata poſſeſſione.*
4 *Poſſeſſio Palatij principalis ſufficit quo ad eius membra.*
5 *In manutentionis Iudicio attenditur nudum factum nec diſquiritur poſſeſſionis titulus.*

DECISIO DCCLXXXI.

FVIT reſolutum dandam eſſe manuten-
tionem petitam ab Antonio Franciſco
Ferrino aduerſùs Carolum Camillum eius
fratrem ſuper quarta parte Palatij, de quo agi-
tur, illiuſque apothecarum, & aliorum mē-
brorum, videlicet Coquinæ, ſtabuli, remiſſæ,
& fenilis; Quià conſtat de eius poſſeſſione,
nedùm ex confeſſione ipſius Caroli Camilli
emiſſa in Curia Capitolina, vbi, pró obtinen-
da Inhibitione contrà Creditores matris, vnà
cùm eodem Antonio Franciſco aſſeruit, ſe
inhabitare d. Palatium; habitatio enim poſ-
1 ſeſſionem arguit ad tradita per *Eugen. conſ.47. num.18.lib.1.Gratian.diſcept.615.num.36.Rota deciſ.254.num.2.par.4.diuerſ.cum alijs relat. per Modern.de manut.obſeruat.26.num.11. & 12.* ſed etiā
ex locationibus factis, tàm per dictos fratres
inſimul de duabus ſtantijs Brigidæ ſorori, cū
aſſertione, quod illę ſunt in Palatio ipſorum
fratrum de Ferrinis, quàm ex alijs ab eorum
communi Procuratore factis de nonnullis
apothecis ſubtus d. Palatium exiſtentibus, cū
2 locatio probet poſſeſſionem etiam inter locā-
tes,

Digitized by Google

tes, ea ratione, quià locans ſimùl cum alio cenſetur poſſeſſioni conlocantis conſentire; vt in puncto reſpondit *Rota deciſ. 651. numer. 5. poſt Modern. tract. de manut.* Accedentibus potiſſimùm exactionibus penſionum in vim dd. locationum prò rata factis per eoſdem fratres, quæ operantur, vt nullatenus poſſint hæſitari de poſſeſſione locatoris ex cumulatis, per *Maſcard. de probat. concl. 1181. num. 3. & ſeqq. Modern. de manut. obſeruat. 24. num. 14. & ſeqq. Rota deciſ. 171. num. 1. part. 2. & deciſ. 407. num. 2. part. 5. recent.*

Vndè non obſtat, ſi dicatur, prędictos actus poſſeſſorios, fuiſſe geſtos ab Antonio Franci-
3 ſco iure familiaritatis; Quia huiuſmodi titulus excluditur, tùm ex eo, quod geſti fuerunt nomine proprio, tanquam de re ſua; *Innoc. in c. bona memoria il ſecundo nu. 1. poſt princ. verſ. quæritur, cum lex dicat. de poſtul. Prælat. Gratian. diſcept. 450. num. 5. & 6. Add. ad Buratt. deciſ. 169. numer. 14.* Tùm etiam, quia vltrà habitationem adſunt plures locationes, & ex multiplicitate actuum, ac continuata poſſeſſione excluditur præſumptio familiaritatis, *Add. ad Gregor. XV. deciſ. 572. num. 8. Rot. dec. 32. num. 9. apud Modern. de manut.*

Minùs releuat, quod reſpectu, aliquarum apothecarum, nec non ſtabuli, & fęnilis non detur locatio, ſiue alius particularis actus poſſeſſorius; Quià reſpondetur, hæc eſſe mēbra, & de pertinentijs ipſius Palatij, vt patet ex ſtructura illius ad tradita, per *Alex. conſ. 204. num. 4. & 5. lib. 6. Gabr. conſ. 94. num. 11. & 12. lib. 2. Caputaque. deciſ. 342. num. 2. par. 1.* & propterea
4 ſatis eſſe, quod probetur poſſeſſio dicti Palatij tanquàm capitis, & principalis ad hoc, vt indè per neceſſariam conſequentiam inferatur ad poſſeſſionem dd. membrorum, & pertinētiarum, *Natt. conſ. 446. num. 7. Lancellott. de attent. cap. 4. limit. prima num. 73. Farinac. in fragm. verb. Inhibitio num. 534. Rota penès Gregor. XV. dec. 557. num. 3. coram Canalet. deciſ. 629. num. 10. & ſeq. & deciſ. 641. num. & ſeq.* cum alijs relet. per d. *Modern. de manut. obſer. 73. num. 77. & 78.*

Cùm itaque ex prædictis pateat, dictum Antonium Franciſcum fuiſſe à fratre admiſſum ad ſimultaneam poſſeſſionem, DD. reſponderunt ei eſſe conceden. mandatum de manutenendo in poſſeſſione dictæ quartæ Palatij comprehenſis membris ſuprà expreſ-
5 ſis, cùm in hoc ſummariſſimo iudicio manutentionis attendatur nudum factum, nec ſit opus examinare titulum poſſeſſionis ex *alleg. per Modern. de manut. obſer. 42. num. 8. & ſeq.* & ad propoſitum *Lambert. de iur. patr. par. 1. lib. 2. quæſt. 3. art. 17. num. 11. & 12. Rota deciſ. 284. nu. 7. par. 1. rec. & aliàs ſæpiſſimè.*

Et ita vtraque &c.

FERRARIEN. SVPPLEMENTI LEGITIMAE

Luna 1. Iulij 1647.

ARGVMENTVM.

Legitima ad quam ſummam aſcendat calculari debet hæreditas, ex qua debet detrahi, & haberi in conſideratione numerus filiorum.

SVMMARIVM.

1 *Confeſſio auctoris nocet habenti cauſam ab eo.*
2 *Liber æſtimi cuſtoditus ab Officiali publico inter perſonas eiuſdem ciuitatis probat.*
3. *Præſertim in antiquis, &c.*
4 *Quod prædium non reperiatur diſcriptum in faciem alterius.*
5 *Filij pro virili ſuccedunt parentibus.*
6 *Inſtrumētum acquiſitionis defuncti probat rem fuiſſe in ſuis bonis.*
7 *Inueſtitura concurrente temporis antiquitate probat directum dominium infeudantis.*
8 *Legitima eſt triens ſi filij ſint quatuor.*
9 *Legitima debita vni ex duobus eſt ſextans.*

DECISIO DCCLXXXII.

PRAESVPPOSITA deciſione coram bo: me: Buratt. emanata inter eius impreſſas 897. in qua reſolutum fuit conſtare de fideicommiſſo Herculis ſen. ad fauorem Iulij Cæſaris Patris Caroli de Varanis, cuius vigore plures emanarunt ſententiæ; dubitatum fuit ad quam ſummam aſcendat legitima Monialibus S. Monicę ex perſona Camillę in earum Monaſterio profeſsæ debita in bonis Matthiæ filij d. Herculis, & Patris d. Camillæ.

Pro cuius dubij reſolutione quia neceſſe erat examinare ſtatum hæreditatis Matthiæ Informantes pro Monialibus ad hunc effectū exhibuerunt notulam, in qua leguntur deſcripta plura bona æſtimata tanquam pertinentia ad hæreditatem dicti Matthiæ; videlicet Prędium nuncupatum S. Petri in Caſale valoris librarum 18750. Prædium ſitum in communi S. Petri Maſſumatici, diſtrictus Bononiæ valoris librarum 36000. Prædium poſitum in Villa nuncupata S. Ioannis de Gambalonga valoris librarum 42000. Aliud Prædium poſitum in Villa Foſſæ nouæ, valoris librarū 22530. Item aliud Prædium ſitum in fundo Caſſumariæ valoris librarum 13900. Palatiū exiſtens in Ciuitate Ferrariæ valoris librarum 20000. Bona mobilia aſcendentia ad valorē librarum 12000. Et denique quamplura loca montium valoris librarum 44000.

Sed DD. re benè perpenſa, exiſtimarunt ex prædicta notula eſſe detrahenda infraſcripta bona, nempè Prædium ſitum in communi Maſſumatici valoris lib. 36000. tanquam pertinens ad hæreditatē dicti Herculi Patris Matthiæ, prout conſtat ex publico inſtrumento, in quo Hieronymus Gerardinus ad inſtantiā hæredum ipſius Matthiæ Faſſus fuit ſe ſhot

præ-

Digitized by Google

1 prædium vendidiſſe de Herculi, quæ confeſ-
ſio nocet etiam Monialibus cauſam habenti-
bus à Camilla hærede Matthię *Aretin.conſ.112.
num.2.verſ.quinimo Rot.in rec.dec.597.n.8. part.4.
tom.3.& deciſ.336.n.22.p.5.*

Prædium pariter exiſtens in Villa nuncupa-
ta S.Ioannis de Gambalonga cuius valor eſt
librarum 42000. quia illud à prædicta hæredi-
2 tate Herculis ad Matthiam prouenìſſe conſtat
ex libro æſtimi Ciuitatis Ferrariæ, qui cùm
aſſerantur à publico Officiali inter perſonas
eiuſdem Ciuitatis benè probat *Barbat. conſ.6.à
num.10.vſque ad 18.vol.2.Maſcard. de probat. con-
cluſ.274.num.12. & ſeqq. Nicol. Gen.de ſcript. pri-
uat.lib.5.q.1.num.8.Afflict.deciſ.303.nu.5. Seraph.
deciſ.1077. num.2.Add.ad Buratt.deciſ.117.num.9.*
concurrente præſertim temporis antiquitate,
ad *tex.in l.2. C.de aq. plu. arcend.Barbat.d. conſ.6.
n.18.vol.2.Maſcard.de probat.dicta concl.274.n.15.*
4 & quod idem prædium non reperiatur deſcri-
ptum in faciem alterius, *Caſtr. in l. ſi pater in
princ.C.de act.empt.Socin.ſen.conſ.89.nu.12.vol.1.
& conſ.205.num.5.vol.2.Peregr.de fideicom.art.44.
num.7.in fin.*

Item tres ex quatuor partibus dicti Palatij
Ferrariæ exiſtentis, quarum valor aſcendit ad
libras 15000. quia cum illud datum fuerit in
dotem Philippę Matri Matthiæ, proindeque
in eiuſdẽ Philippę hæreditate remãſerit, Mat-
thias in vnicam tantum ex quatuor illius par-
5 tibus ab inteſtato ſucceſſit; nam in alijs tribus
pro virili ſucceſſerunt Fabritius, Camillus, &
Petrus Gentilis eius fratres iuxta *text. in §. pri-
mo vbi DD.Inſtit.de Senatuſc.Orphic. l.prima ff.ad
Senatuſc.Tertull. §.ſi quis Auth. de hæred. ab inteſt.
venient.Bald.conſ.204.in princ.lib.5.*

Similiter prædium ſitum in Villa Foſſeno-
uæ valoris librarum 22530. quod tribuendum
eſſe hæreditati dicti Herculis conſtat nedum
6 ex prædicto libro æſtimi, ſed etiam ex publi-
co Inſtrumento, in quo aſſeritur illud fuiſſe
emptum de mandato Herculis à Nicolao de
Vincentijs, quod inſtrumentum ſicuti ad ef-
fectum de quo agitur probaret contra Mat-
thiam filium, & hæredem Hercolis *Cagnol. in
l.2.num.173. C.de pact.int empt.& vendit. Caphal
conſ.156.num.14. vol.2. Bald.conſ.89. num.3.& 4.
vol.1.* ita pariter probat contra Moniales à d.
Matthia cauſam habentes *Peregr. conſ.48. nu.6.
& ſeq.lib.1.& in tract.de fideicom. art.44.numer.4.
Fuſar.de ſubſtit.q.618.nu.3. verſ. ſecundo ex inſtru-
mentis Petr.de fideicom.q.12. num.31. vſque ad 45.
Rota in Bononien. Bonorũ de Sanctis 5.Martij 1641.
coram R.P.D. meo Bichio.*

Prædium denique exiſtens in fundo Caſſu-
mariæ nuncupato valoris librarum 13900. il-
lud enim eſſe feudale Cameræ Ciuitatis Fer-
rariæ, apparet ex inueſtituris de eo factis in
perſonam dicti Herculis, & deinde Petri Gen-
7 tilis eius filij; quæ inueſtituræ, iuncta præſer-
tim temporis diuturnitate, directum dominiũ
infeudantis probant *Crauett. conſ.508. numer.9.
Alb. conſ.657.num.5. Maſcard.de probat.concl.768.
num.9.*

Quibus bonis hæreditariis dicti Herculis,
& feudalibus Cameræ Ferrariæ aſcendentibus
ad valorem librarum 129430. demptis à bo-
nis in prædicta notula deſcriptis aſcendenti-
bus ad ſummam librarum 209180. Bona hæ-
reditaria Matthiæ remanent valoris librarum
79750. At his demum additis alijs libris 8377
pro quarta portione Matthiam tangente triẽ-
8 tis, qui à dictis bonis hæreditarijs Herculis oc-
caſione legitimę ipſius Matthiæ, & prædicto-
rum trium eius fratrum, detrahendus venit
*iux.tex.in Auth. nouiſſima C. de inoff. teſt.§.1. Auth.
de trient.& ſemiſſ.Craſſ.de ſucceſſ. §.legitima qu. 7.
num.1.Merlin.de legitim.lib.1. tit.3. q.1. num.2. &
ſeqq.* cùm eadem bona hæreditaria Matthiæ
liqueat in totum aſcendere ad libras 88127.
Domini dixerunt legitimam ex perſona Ca-
millę Monialibus debitam, quæ ob exiſten-
9 tiam Herculis iunioris eiuſdem Camillæ fra-
tris eſt ſextans totius ſubſtantiæ dicti Matthię
*iux.tex.in dicta Auth.nouiſſima C. de inoff. teſt. §.1.
Auth.de trient.& ſemiſſ.Rota deciſ.517. num.2. p.4.
diuerſor.* aſcendere ad ſummam librarum
14687.

Et ita vtraque &c.

ROMANA PECVNIARIA.

Mercurij 4. Decembris 1647.

ARGVMENTVM.

Præbet Summarium.

SVMMARIVM.

1 *Sententia, quæ habet omnia requiſita, eſt confir-
manda.*

2 *Hæres tenetur reddere rationem adminiſtrationis
geſtæ à defuncto.*

3 *Redditio rationis requirit exhibitionem partitarum,
calculationem exacti, & impenſi, & reſtitutionem
reliquatus.*

4 *Actus celebratus pro certa cauſa non debet extendi
ad aliam.*

5 *Ratio alias reddita eſt reiteranda detecto errore.*

DECISIO DCCLXXXIII.

POSTQVAM Aquilius, & Cinthius hę-
redes q. Mercurij de Accurſis obtinuerũt
in gradu appellationis confirmari à Rota co-
ram R. P. D. meo Corrado ſententiam ab A.
C. latam ad eorum fauorem contra fratrem
Alexium Carmelitam hæredem q. Hierony-
mi de Lelijs pro redditione rationis, ac reſti-
tutione reſpectiuè ſcutor. 1289. ex fructibus
locorum montium exactorum per d. Hiero-
nymum vti deputatum in teſtamento prædi-
cti Mercurij ad complendum multiplicum,
quod in ſumma ſcutorum 20500. ex dictis
fructibus, ac alijs redditibus, vel bonis fieri
debebat ad creditum DD. de Sanctacruce, qui
vendiderat eidem Mercurio Tenutam Mon-
tis Nigri, relictis penes eum ex pretio ſcutis
7000. ad effectum illa, illorumque fructus
per ipſum emptorem, vel aliam perſonam
ab ipſo deputandam inueſtiendi in tot locis
mon-

montium cameralibus: quouſque perfectum eſſet prædictum multiplicum cõuentum pro maiori ſecuritate emptoris, eiuſque ſucceſſorum in caſu euictionis; Iterum appellauit dictus frater Alexius, & cauſa in tertia inſtantia mihi commiſſa dedi dubium. An ſententia Rotalis eſſet confirmanda; & DD. affirma-
1 tiuè reſponderunt; Quoniam de eius validitate dubitari non poteſt, cùm habeat omnia requiſita de quibus per *Caputaq.deciſ.260.par.2. Rot.deciſ.295.num.1.p.5.rec.*

Iuſtitia verò apparet ex deciſionibus editis coram R. P. D. meo Corrado 14. Decembris 1646. & prima Iulij præſentis anni; in quibus
2 benè firmatur Hieronymum teneri reddere rationem de pecuniis ad eius manus peruentis occaſione muneris prædicti, ſiue ille conſideretur vti procurator, ſiue vti exequutor teſtamentarius, ſiue vti quilibet adminiſtrator, quam rationem cùm non reddiderit in vita, meritò condemnatus fuit eius hæres ad illam reddendam, alioquin ad reſtituendum dictas pecunias ex rationibus & iuribus plena manu congeſtis in dictis deciſionibus, quæ adhuc hodie DD. placuerunt.

Nec obſtare viſum fuit inſtrumentũ quietantię factę de menſe Martij 1635. à Marchione Franciſco Sanctacruce, in quo idem Marchio aſſeruit ſe eſſe informatum, & certum, quod Mercurius Accurſius dum vixit, & poſtea Aquilius, & Cinthius eius hæredes, nec non Hieronymus de Lelijs Procurator fecerunt multiplicum, ſeu inueſtimentum in tot locis montium, prout fuerat conuentum, ideoq; tam dictos hæredes, quam Hieronymũ Procuratorẽ quietauit, & abſoluit; quia ex huiuſmodi inſtrumẽto nulla poteſt deduci rationũ redditio, tum quia prędicta verba Marchionis ſunt generalia, & confuſa, nec diſtinguunt quantitates pecuniarum, quæ à Mercurio, vel eius hæredibus, ſiue à Hieronymo Procuratore fuerunt inueſtitæ, nec vnde prouenerũt;
3 redditio ſiquidem rationis requirit partitarũ exhibitionem, exacti, impenſiq; diligentem calculationem vna cum reliquatus reſtitutione vt præter adductos in *deciſ. R.P.D. mei Corradi tradit Tuſc. in verb. rationem concl.40. num.4. Altograd.conſ.21.nu.6. Rot. Iannen.deciſ. 64.nu.21.* & fuit dictum in *Romana Curæ* 11. *Martij* 1620. *§. quod autem coram bo. me. D. meo Archiepiſcopo Seleucien. impreſſ. int. recent. deciſ.190.num.3.par.4. tom.2. & in Romana Nullitatis contractus 20. Aprilis 1633. §. præterea coram me, quæ eſt deciſ.197.n.8. par.6.rec.* tum etiam quia illud fuit celebratũ
4 ſolùm pro intereſſe, quod vertebat inter DD. de Sanctacruce ex vna, & dictos hęredes Mercurij, & Hieronymum ex altera parte; nempe ad effectum conſignandi multiplicum, ac reportandi quietantiam, & liberationem, & propterea non poteſt extendi ad aliud intereſſe, quod erat inter dictos hæredes, & Hieronymum, ſcilicèt ad præſentem redditionem rationis, de qua tunc non agebatur, & partes non cogitabant *l. cum pater 77. §. dulciſſimis, & ibi Bart. ff. leg.2. l. emptor 47. §. fin. ff. de pact. Abb. conſ.114.num.3. verſ. ſed bis obſtantibus lib.2. Alex. conſ.46.nu.3. & 8. lib.1. & conſ.170. num.7. lib.2.* cum alijs relatis per *Tiraquell. in tract. ceſſ. cauſ. ceſſ. effect. littera L. num.146. & 179. & Rot. deciſ. 534. num.3. par.2. rec.*

Et in omnem caſum, quatenus prædictum inſtrumentum deſeruire poſſet pro redditio-
5 ne rationis debita per dictum Hieronymum, adhuc tamen non ſuffragaretur illius hæredi, ſed ad illam iterum reddendam cogendus eſſet, ex quo Hieronymus ibi inter conſignandum litteras patentes locorum montium, dixit deficere litteras patentes ſex locorum mõtium Communitatis ſecundæ Erectionis, quæ expeditę exiſtebant penes Secretarium; & tamen per fidem eiuſdem Secretarij oſtenſum fuit dictas litteras non fuiſſe expeditas ex quo Hieronymus nunquam compleuerat ordinem conſignatum pro ſolutione pretij dictorum locorum; vnde error in hac partita detectus, totius redditionis ſuſpectam reddit veritatem, & iuſtam præbet reiterandæ rationis, etiam aliàs redditæ cauſam *iux. tex. in l.1. C. de err. calcul. l. illicitas 6. §. veritas ff. de off. Præſid. Ruin. conſ.71. num.4. lib.4. Pariſ. conſ.131. num.27. & ſeq. lib.1.* quos ſequitur *Cephal. conſ.506. n.10. & dixit Rota in prælleg. Romana Curæ 29. Aprilis* 1620. *§. & quoad primam dubij partem coram bon. me. D. meo Seleucien. & prius in eadem 14. Ianuarij* 1619. *coram eodem pariter impreſſ. in d. p.4. tom.2. recent. deciſ.71. num.3.*

Minus releuat ſi dicatur Hieronymũ emiſſe ad creditum dicti multiplici nonnulla loca montium, quia vltra quod hoc non ſatis probatur; conſtat etiam per publicum inſtrumẽtum confectum de menſe Septembris 1633. ipſum diſtraxiſſe quindecim loca montium hæreditaria dicti Mercurij, eorumque pretiũ impendiſſe in emptionem cuiuſdam cenſus, de quo, illiuſque fructibus, & alijs ad hæreditatem prędictam ſpectantibus, & per ipſum, vt prætendunt dicti Aquilius, & Cinthius hęredes, exactis, non dum fuit reddita aliqua ratio, prout reddi debet ex ſuperius dictis.

Et ità vna tantùm &c.

ELNEN. IVRISDICTIONIS.

Lunæ 16. Decembris 1647.

ARGVMENTVM.

Proceſſiones extraordinarias indicere munus non eſt habentium iura Parochialia, ſed Epiſcopi, & ſede Epiſcopali vacante Vicarij Capitularis.

SVMMARIVM.

1 *Vicarius Capitularis non poteſt exercere Iuriſdictionem contra Beneficiatos in actibus irretractabilibus, & carcerationis, niſi cum adiuncto deputando per Collectorem Apoſtolicum.*

2 *Parochus poteſt exercere munera Parochialia & facere proceſſiones ordinarias, intra fines Parochiæ.*

3 *Proceſſiones extraordinarias indicere ſpectat ad Epiſcopum.*

4 *Aſſi-*

Digitized by Google

4 *Aſſiſtentia iuris dumtaxat in iuriſdictionalibus ſuffragatur ad effectum manutentionis.*

5 *Poſſeſſio habens pro ſe aſſiſtentiam iuris venit præferenda.*

6 *Actus poſſeſſorij effectum non ſortiti poſſeſſionem non probant.*

7 *Parochus poteſt prohibere proceſſiones facere intra fines Parochiæ, niſi adſit licentia Epiſcopi.*

DECISIO DCCLXXXIV.

DIE 19. Iunij præteriti reſolutum fuit Capitulo Elneñ informanti dandam eſſe manutentionem in quaſi poſſeſſione viſitandi, & exercendi actus iuriſdictionales in Beneficiatos Eccleſiæ S. Ioannis de Perpiniano; nec non indicendi proceſſiones, illarumque faciendarum licentias concedendi Sede Epiſcopali vacante; Cauſa hodie iterum propoſita, Beneficiatis etiã informantibus DD. reformando dictam deciſionem, quoad iu-
1 riſdictionem Vicarij Capitularis contra dictos
Beneficiatos exercendam, reſoluerunt, vt illa in actibus irretractabilibus, & carcerationis, exerceri non poſſit niſi cũ adiuncto per Collectorem Apoſtolicum deputando partibus non ſuſpecto iuxta declarationem Sac. Congregationis ſuper negotijs Epiſcoporum factã ſub die 23. Nouembris anni præteriti, & circa hoc Capitulum dat manus; in reliquis verò ſteterunt in deciſis.

Nam quod attinet ad viſitationem, illa per Beneficiatos non controuertitur; quo verò ad indictionem proceſſionum admittunt quidem iuriſdictionem Vicarii Capitularis in proceſſionibus publicis: ſed illam negant in proceſſionibus particularibus, quæ fiunt intra limites Parochiæ S. Ioannis à perſonis eiuſdẽ Eccleſiæ etiam cum interuentu Regularium ſponte ad illas accedentium; harum enim indictionem prætendunt ſpectare ad Syndicos, penes quos reſidet regimen dictæ Eccleſię Parochialis, in ſpiritualibus, & temporalibus, cùm ſit ius parochiale, & ſępiſſimè Syndici huiuſmodi proceſſiones indixerint.

Sed hæc minimè placuerunt; Quia eſto quod Syndici exercere poſſint omnia mune-
2 ra parochialia, & ſic poſſint proceſſiones or-
dinarias facere intra fines Parochiæ, vt notat *Barboſ. in collect. ad Concil. ſeſſ. 25. de regul. cap. 13. num. 47. & in tract. de off. & poteſt. Paroch. par. prima cap. 22. num. 13.* vbi refert plures declarationes Sac. Rituum Congregationis *Buratt. deciſ. 43.*
3 *num. 1.* Non tamen poterunt indicere proceſ-
ſiones extraordinarias, cùm aliud ſit facere proceſſiones ordinarias, aliud indicere extraordinarias; Nam indicere eſt actus iuriſdictionis ſpectans ad Epiſcopum, ſiue Vicarium Capitularem Sede Epiſcopali vacante, vt ex pluribus ibi allegat, tradit. *Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſc. allegat. 78. n. 3.* & firmat alia deciſio in hac cauſa emanata ſub dicta die 19. Iunij præteriti in §. 1. *verſ. proceſſiones indicere*; ita vt iuriſdictionale ſit nedum cõpellere Regulares, & Clerum ad intereſſendũ proceſſionibus extraordinarijs; ſed etiã ipſas proceſſiones indicere & quatenus indictio iuriſdictionalis nõ eſſet, non poſſent Syndici ex ſola iuris aſſiſtentia, quã habet Parochus circa munera Parochialia intra fines ſuæ Parochiæ, petere manuten-
4 tionem in quaſi poſſeſſione indicendi; quia
aſſiſtentia iuris in iuriſdictionalibus dumtaxat ſuffragatur ad effectum manutentionis *Burat. deciſ. 451. num. 2. deciſ. 827. num. 1. cum alijs alleg. per Moder. Peruſ. de manutent. obſeruat. 45. num. 3.* neq; contrarium tradit *Barboſ. de iur. Eccleſ. lib. 1. q. 20 num. 41.* quinimo *num. 42.* teſtatur, quod in cauſis non iuriſdictionalibus Rota nunquam conſueuit ex ſola iuris aſſiſtentia manutentionem impartiri.

Neque ſuffragantur Syndicis actus poſſeſſorii indictionis proceſsionum, qui dãtur; quia illi indiſtinctè ſe habent ad proceſsiones publicas, & priuatas; cùmque etiam pro parte Vicarii Capitularis dentur alij actus poſſeſſo-
5 rij, & vlterius idem Vicarius in iuriſdictio-
nalibus habeat iuris aſſiſtentiam, eius poſſeſſio in concurſu venit præferenda, vt dixit *Rot. coram Comitulo deciſ. 64. nu. 18. inter impreſſ. apud Moder. de manut. & in alijs relatis ab eod. Moder. obſeru. 45. num. 38. & 39.*

Denique quoad pretenſionẽ Syndicorum ſuper poſſeſsione concedendi licentias, quod alij proceſſionaliter tranſeant intra limites Pa-
6 rochiæ S. Ioannis, non viſa fuit ſubſiſtere,
quia hanc poſſeſſionem non probant licentiæ datæ pro parte ipſorum, cùm non probentur effectuatæ, vt ad hunc effectum requiritur, *Rot. deciſ. 165. num. 5. par. 4. diuerſ. & deciſ. 194. n. 4. apud Moder. de manut.* Minuſque probant teſtes dati, quia primus deponit ſolùm de auditu, quod non poſſunt fieri proceſsiones abſq; licentia Syndicorum, & ingenuè ſe fatetur ſe neſcire, quod tales licentiæ fuerint petitæ; Item ſecundus deponit ſolùm de licentia ſemel petita à Fratribus Carmelitanis, & de alijs dicit, ſe neſcire, ibi, *e non sò altro, che habbi dimandato licenza, mà ſolo i Frati del Carmine*, nec explicat, an huiuſmodi licentia habuerit effectum; Et in omnem caſum ſemper præferẽda erit poſſeſſio Vicarij Capitularis habentis pro ſe actus poſſeſſorios, & iuris aſſiſtentiam, vt præter ſupra allegatos aduertit prædicta deciſio edita in hac cauſa in §. *fin.*

Præterea ponderatum fuit, quod ius parochiale prohibendi alijs, ne ſine conſenſu Parochi proceſſiones faciant intra fines Parochię, de quo *Barboſ. in collect. Concil. & de offic. & poteſt. Epiſc. loc. ſup. alleg. Moder. Matriten. in ſumm. Regular. verb. proceſſio num. 9.* ceſſat quando adeſt conſenſus, & licentia Epiſcopi ad *tex. in c. cum inferior de maior. & obed. & in puncto Calcan. conſil. 34. ſub num. 10. verſ. ergo*, ibi, ſine licentia Epiſcopi, vel Rectoris loci.

Et ita vaque &c.

LEO-

LEODIEN. PECVNIARIA.

Lunæ 16. Decembris 1647.

ARGVMENTVM.

Inhibitio Rotalis perſonaliter præſentata reddit attentata omnia poſtea geſta ſiuè ciuiliter, ſiuè criminaliter coram alio Iudice fuerit actũ ſi cauſa criminalis ſit connexa cum ciuili.

SVMMARIVM.

1 *Exequutori de re ſpectante ad eius officium adhibetur fides.*
2 *Sententia emanata poſt inhibitionem Rotalem eſt attentata.*
3 *Iudex criminaliter procedens pendente iudicio ciuili non attentat.*
4 *Iudex criminalis, poſt inhibitionem Iudicis ciuilis, procedens in cauſa criminali connexa cum ciuili, attentat.*
5 *Connexio Iudicij criminalis & ciuilis deducitur quãdo ſententia ciuilis paritura eſt exceptionem rei iudicatæ in criminali.*

DECISIO DCCLXXXV.

FVIT per Eminentiſſimum Principem Electorem Colonien. Epiſcopum Leodien. erectus Mons Pietatis in eadem Ciuitate, in cuius erectione fuerunt deputati in Protectores duæ perſonæ Eccleſiaſticæ, & vna Layca; adminiſtratio verò ipſius Montis fuit commiſſa Petro Rous, & Dorotheæ Bourellę coniugibus præſtita per ipſos cautione de fideliter adminiſtrando. Vita functo dicto Petro, Dorothea pro redditione rationis fuit cõuenta per Syndicum, ſeu Superintendentem Montis coram prædictis Protectoribus, à quibus obtinuit aliquas prouiſiones pro aſſecuratione dicti Montis vſque ad completam redditionem rationis; Cùm autem Dorothea huiuſmodi prouiſionibus parere detractaret, & recurſum habuiſſet ad Tribunal Laycum vigintiduorũ Virorum nuncupatum, obtentũ fuit ex parte dicti Eminentiſſimi Epiſcopi cõmitti cauſam huiuſmodi in Rota, qua pendente Dorothea corã d. Tribunali Vigintiduorũ Virorum inſtetit cõdemnari Syndicum, ſeu Superintẽdentem Montis, & alios Eminentiſs. Epiſcopi Miniſtros ratione violentiæ ei ad illorum inſtantiam vt aiebat illatæ coram prædictis Protectoribus & obtinuit ſententiã ſcondemnatoriam contra Syndicum, ſeu Superintedentem Scribam eiuſdem Montis, ac Miniſtros prædictos dicti Eminẽtiſſimi Epiſcopi in certa ſumma; quæ cum pro parte Eminentiſſimi Epiſcopi, ac Syndici, ſeu Superintendentis, ac Scribæ, & Miniſtrorum prædictorum prætenderentur attentata, hodie poſito dubio, An conſtet de attentatis, DD. affirmatiuè reſponderunt.

1 Conſtat enim ex relatione Exequutoris,
cui tanquam de re ſpectante ad eius officium,
adhibetur fides *Put. deciſ. 187. lib. 3. Rota in Romana Spolij Domus 28. Iunij 1617. coram Sanctiſſ.*
D. Noſtro, & in Vercellen. Prioratus 25. Februarij 1647. coram R.P.D. Pentingerio, inhibitionem
2 rotalem perſonaliter præſentatam fuiſſe Dorotheæ. Vnde ſequitur, quod omnes actus
poſtea per dictam Dorotheam geſti in dicto Tribunali Vigintiduorum Virorum, necnon ſententię ad eius fauorẽ emanatæ fuerint attẽtatæ *Achil. de Graſſ. deciſ. 29. num. 3. de appell. Caputaq. deciſ. 93. p. 2. Rota deciſ. 97. num. 3. par. 1. rec.* quod procedit etiam ſiue ipſa in dicto Tribunali ciuiliter litem inſtruxerit, cùm id nõ potuerit facere citra vitium attentatorum *Butr. in cap. cum M. nu. 61. de Conſtit. Lancellot. de attent. par. 2. cap. 4. limit. 2. num. 52. & ſeq. Mandoſ. de inhibit. q. 121. num. 2. Rot. deciſ. 148. num. 7. par. 5. rec. & fuit dictum in Leodien. Beneficij 4. Iulij 1642. coram R.P.D. meo Bichio*, ſiue introduxerit criminaliter, prout verè introduxit per viam quærelæ criminalis, vt patet ex recurſu per ipſam habito; Nam licèt pendente iudicio
3 ciuili poſſit criminaliter per Iudicem ordinarium procedi abſque labe attentati, vt tradit *Lancellott. de attent. ſuperalleg. par. 2. cap. 4. limit. 23.*
4 *num. 1.* hoc non procedit quando emanauit inhibitio Iudicis ciuilis, & cauſa criminalis eſt connexa cum ciuili; quia ad effectum reuocationis attentatorum poſt inhibitionem commiſſorum, ſatis eſt quod cõmiſſum verſetur circa rem connexam, & dependentem primo loco à negotio principali anteà deducto in Iudicium *Bero. conſ. 113. nu. 4. & per tot. lib. 3. Lancellot. dicta par. 2. cap. 12. limit. 2. num. 23.* & in his terminis declarauit *Rota in Auximana Attentatorum 16. Martij 1641. coram R.P.D. meo Cerro, in Bononien. Pecuniaria, ſeu Attentatorum 28. Aprilis 1645. coram R. P. D. meo Bichio, & Spoletana Bonorum 1. Febr. 1647. coram R.P.D. meo Roias.*
5 Connexio autem in præſenti caſu, deducitur, quia querela criminalis porrecta fuit à Dorothea ſuper violentia; quam ſibi prætendebat illatam, eo quod citata fuerat in hoc Sac. Tribunali ſuper redditione rationis adminiſtrationis dicti Montis, & ſic habet origine a Iudicio ciuili, pẽdetque ab eius terminatione, ita vt ſententia in eo ferenda excluſura ſit omnem violentiam, & per conſequens paritura exceptionem rei iudicatæ in Iudicio criminali, quod vtriuſque Iudicij connexionem demonſtrat, vt in ſpecie tradit *Lancellot. d. p. 2. cap. 4. limit. 2. ſub num. 88. Rota in Romana de Stocchis nona Martij 1598. coram Gypſio impreſſ. apud Marcheſ. de commiſſ. par. 1. fol. 1293. num. 2. in Romana Pecuniaria 28. Iulij 1604. coram Card. Millina impreſſ. apud eumdem Marcheſ. ibid. fol. 1294. num. 3. & 4. & in dicta Spoletana Bonorum coram R.P.D meo Roias.*

Nec dubitari poteſt, quod recurſus per Dorotheam ad dictum Tribunal habiti, verſentur circa prædictam adminiſtrationem Montis, quia benè hoc iuſtificatur per mandatum, ſiue Monitorium à dicto Tribunali ad inſtãtiam eiuſdem Dorotheæ emanatum ſub die 3. Auguſti 1647. contra nonnullos Satellites à dicto Eminentiſſimo Epiſcopo deputatos ad cuſtodiendam domum dicti Montis, in quo narrando Dorothea ſe turbatam in dicta

Digitized by Google

adminiſtratione, inſtabat per Syndicum, ſeu Superintendentem, ac Scribam dicti Montis, & Miniſtros ſupradictos remoueri exceſſum turbationis huiuſmodi, & refici ſibi omnes expenſas, damna, & intereſſe, aliàs &c.

Et ita vnica tantum &c.

AVENIONEN. PECVNIARIA.

Mercurij 15. Ianuarij 1648.

ARGVMENTVM.

Mandatum in filio ex quibus præſumatur ad hoc, vt ſolutio ipſi facta, eius patri facta cenſeatur, & ſoluentem liberet.

SVMMARIVM.

1 *Solutio facta filio non extinguit obligationem ſoluentis erga patrem, limita num. 2.*
3 *Mandatum ad exigendum præſumitur in filio.*
4 *Ponens fatetur contenta in poſitionibus.*
5 *Confeſſio qualificata poteſt acceptari qualitate reiecta.*
6 *Soluens procuratori, quem credebat habere mandatum excuſatur.*
7 *Mandatũ ad exigendũ coniecturis probatur, & n. 15.*
8 *Actus ſequens præſumitur geſtus in executionem præcedentis obligationis.*
9 *Solutio cenſetur facta in cauſam correſpondentem ſummæ ſolutæ.*
10 *Exactio præſumitur facta de mandato, ſi creditor tenebatur exigere, & poſt exactionem non petierit ſummam debitam à debitoribus.*
11 *Mandatum ad exigendum particularem ſummam præſumitur datum illi, qui exegit reliquas.*
12 *Pecuniæ exactæ retentio inducit præſumptionem mandati, vel ratificationis.*
13 *Teſtis vnicus contra producentem probat.*
14 *Scientia præſumitur ex cohabitatione.*
16 *Intentionis ſuæ fundamentum vnuſquiſque probare tenetur.*
17 *Teſtis vnicus non probat.*
18 *Solutio præſumitur facta in moneta bona, & currenti.*

DECISIO DCCLXXXVI.

COMMVNITATES, & Homines Serignani, & Cameretti aſpirantes ad redemptionem Baroniæ eiuſdem loci Serignani, acceperunt ad cenſum diuerſas pecuniarum ſummas, & præſertim ſcuta mille ab Henrico Sauocane, & alia mille ab Anna d. Henrici ſorore, quæ depoſuerunt penes Oliuerium de Blanchis, qui ſub obligatione Camerali promiſit ea reſtituere, vel conſignare ad omne mandatũ Domini, aliàs teneri voluit ad omnia damna, expenſas, & intereſſe.

Poſt hæc excluſis dictis Communitatibus à iure redimendi prædictam Baroniam, Eminentiſsimus Cardinalis Legatus Auen̄ ſub 8. Iulij 1639. præcepit dictas pecunias reſtitui Creditoribus, nec non omnes contractus cum dictis Communitatibus initos ex cauſa prædicta cancellari infra octo dies; inſuper huiuſmodi præceptum eiſdem Creditoribus intimari iuſſit, (prout verè fuit perſonaliter intimatum d. Henrico, nec non Oliuerio Depoſitario) quatenus intra dictum terminum ipſimet affectarẽt pecuniarum reſtitutionem, & recuperationem; alioquin dictis octo diebus elapſis, ac recuperatione etiam non ſequuta, voluit dictos contractus, & inſtrumenta deſuper celebrata pro cancellatis habere. Inde Depoſitarius reſtituit Laurentio filio d. Henrici non ſolum ſummam eidem Henrico, ſed etiam alteram Annæ debitam; qua reſtitutione ſequuta Communitates petebant caſſationem inſtrumentorum, ſed recuſante Henrico illam facere, prætextu quod reſtitutio pecuniarum fuiſſet facta in monetis tonſis, & perſonæ non habenti mandatum ad exigendum, fuit deſuper pro parte Communitatum mota lis coram Auditore D. V. Legati Auen̄, qui duas tulit ſententias; alteram ad fauorem Annæ ad cauſam vocatæ: in qua declarauit ipſi licere, vti iuribus ſui inſtrumenti pro conſequendis fructibus ſui cenſus decurſis, & decurrendis, non obſtante litis pendentia inter Communitates, & Hæredes Depoſitarij interim defuncti ex vna, ac Henricum ex altera; & ſucceſsiuè relaxauit mandatum exequutiuum contra Communitates debitrices; Alteram verò ſententiam promulgauit ad fauorẽ ipſarum Communitatum, & dd. Hæredum contra Henricum, declarando, ſolutionem factã in Laurentio per Depoſitariũ fuiſſe legitimam, & propterea Henricum teneri conſentire cancellationi inſtrumentorum, & quietare Communitates de ſorte, & fructibus vſque ad diem ſolutionis decurſis, & vlterius eaſdem, ac dictos Depoſitarij hæredes reſpectiuè conſeruare indemnes à ſolutione eidem Laurentio facta tam ſortis, quam fructuum cenſus ſcutor. mille ad dictam Annam ſpectantis; Vnde appellauit Henricus, cauſaque ſuæ appellationis mihi commiſsa, dubitaui, an ſolutiones ſuffragentur, vel potius ſit relaxandum mandatum executiuum pro Communitatibus contra hæredes Depoſitarij; cuius dubij reſolutio pendere viſa fuit ex eo, nempe examinare, an ſupradicta ſolutio per Depoſitarium facta Laurentio Henrici filio, fuerit legitimè facta; nam ſi fuit talis, Henricus tenebatur ad extinctionem cẽſuum impoſitorum per dictas Communitates tam reſpectu ſui ipſius, quàm reſpectu Annæ eius ſororis, & propterea tenebatur ad omnia damna, & intereſſe, quæ ob non factam dictã extinctionem oriri poterant.

Quod autem dicta ſolutio fuerit legitimè
facta d. Laurentio in cauſam crediti paterni,
1 ſatis probari viſum fuit; nam licet regulariter
ſolutio facta filio non extinguat obligationẽ
ſoluentis erga patrem, *l. filius fam. 22. ff. ſolut.*
l. filius paciſcendo 23. C. de pact. Maur. de ſolut. c. 6.
2 *num. 43. Ciriac. contr. 505. num. 47.* Hoc tamen limitatur, quando filius habet mandatum ad exigendum, ſaltem præſumptum à patre, quia tunc exegiſſe pecunias videtur ipſemet pater, *l. tres tutores 55. §. non ſolum, l. ita autem 5. §. geſ-*

ſiſſe.

Digitized by Google

*ſiſſe, ff. de adminiſtr. tut. l. ſolutam 49. l. vero procu-
ratori 11. ff. de ſolut. gloſſ. magna in l. 1. verb. ſi is,
ff. de exercit. act. Rot. Ian. dec. 14. num. 2. & 3. Lar-
rea dec. 45. num. 19. & fuit dictum in Romana pecu-
niaria 15. Iunij 1643. coram R.P.D. meo Bichio.*

3 Mandatum autem huiuſmodi, vltra quod
facile præſumitur in filio ad tradita *per Abbat.
conſ. 7. num. 4. lib. 2. Gozadin. conſ. 11. num. 15. Man-
tic. de tacit. lib. 7. tit. 5. num. 10. Larrea deciſ. 55.
num. 20.* viſum fuit ſufficienter probari in præ-
ſenti caſu, tum ex confeſſione ipſius Henrici
patris in poſitionibus ab eo datis, & in *Summ.*
Hæredum Oliuerij relatis *num. 5.* ibi, *che li 17.
Nouembre del detto anno 1639. il detto Signor Sa-
uecano diede commiſſione al detto Signor Lorenzo ſuo
figliolo d'andare à pigliare dal Signor Blanch il dena-*
4 *ro, e ſomme, che haueua*; ponens enim ſatetur
contenta in poſitionibus, *Rot. deciſ. 227. num. 2.
par. 2. recen. & fuit dictum in Piſcien. pecuniaria 12.
Februarij 1618. coram bon. mem. Cocc. & in Romana
Vinea de Capocephalis 26. Ian. 1629. coram me.*

Nec quicquam facit, quod in eadem poſi-
tione Henricus ſubdiderit ſe dictam commiſ-
ſionem dediſſe non animo vt filius exigeret
pecunias debitas pro cenſu, de quo agitur; ſed
pro litteris cambij; quia cum talis animus ſit
ex infra dicendis coniecturis inuerisſimilis, po-
5 teſt ea qualitate reiecta acceptari confeſſio
commiſſionis datæ filio ad exigendum iuxta
*theor. Bart. in l. Aurelius 28. §. idem quæſijt num. 1.
ff. liberat. leg. quam ſequitur Purpurat. conſ. 242. n. 6.
Surd. dec. 258. num. 6. Rota coram ſa. me. Greg. XV.
deciſ. 351. num. 18.* vel ſaltem cum talis animus
non fuerit Oliuerio ſoluenti notificatus, im-
mo nec ipſi Laurentio filio recipienti, vt ha-
betur in eadem poſitione, ibi; *Di che il d. Sign.
Sauecano non ne diede piena informatione al d. Signor
Sauecano figlio*; habuit Oliuerius iuſtam cau-
6 ſam credendi mandatum Laurentij eſſe inde-
terminatum ad omnem ſummam, & hęc iu-
ſta credulitas efficit, vt excuſetur, ſi ſoluit fi-
lio pro patre, vt per *Bald. in l. 2. num. 76. C. de ſer-
uit. & aq. Giurb. dec. 79. num. 20. qui alios latè cu-
mulat.*

7 Tum ex coniecturis, quæ ſufficiunt ad pro-
bandum mandatum ad exigendum, quamuis
ſpeciale requireretur, *Mantic. de tacit. lib. 7. tit. 4.
num. 19. Rota penes Caſſador. dec. 3. num. 4. de procur.
Caſ. de Graſſ. dec. 2. num. 5. verſ. certum enim eſt, &
num. 6. de reb. Eccl. non alien. Seraph. dec. 1326. nu. 2.
Caualer. dec. 590. num. 10. int. rec. dec. 222. num. 13.
par. 6. & coram ſan. mem. Gregor. XV. dec. 86. num. 3.*
Nam quicquid in contrarium dixerit, *Cancer.
var. reſol. lib. 2. cap. 4. num. 192. tamen ſub num. 193.
verſ. vbi verò*; admittit mandatum, quod pro-
bandum eſt per ſcripturam, poſſe probari per
teſtes, quando agitur de ſuſtinendo actu de
præterito, qui eſt caſus noſter, cum agatur de
ſolutione iam facta ſuſtinenda.

Prima igitur coniectura reſultat ex prædi-
ctis diſdicta cenſus, & præcepto Eminentiſſi-
mi Cardinalis Legati Auen, vt ſupra intima-
to tam Henrico, quam Oliuerio Depoſitario,
necnon ipſis Communitatibus debitricibus,
quod ſors principalis cenſus reſtitueretur, vt
in Summario hæredum *num. 3. & 4.* præſumi-
tur enim, quod Henricus in executionem ta-
lis præcepti in eamdem cauſam cenſus me-
diante perſona filij exigere voluerit, vt in ſi-
mili ponderauit *Rota in Anconitana Bonorum 22.
Aprilis 1644. coram R. P. D. meo Bichio circa fin.*
metiendo patris voluntatem ex dicto præce-
denti præcepto, quo exigere tenebatur iuxta
receptiſſimam concluſionem, quod actus ſe-
8 quens præſumitur geſtus in executionem præ-
cedentis obligationis, *l. 3. §. verum, ff. de manu-
miſſ. Surd. conſ. 202. num. 17. & dec. 71. nu. 9.* quod-
que ſequens exactio interpretanda eſt ſecun-
dum titulum præcedentem, *Rot. dec. 549. n. 10.
par. 1. diuerſ.*

9 Secunda coniectura deſumitur ex eo, quod
ſumma per filium exacta non correſpondet
cambio, ſed benè cenſibus, de quibus agitur,
in quorum propterea cauſam cenſetur facta
ſolutio, *Menoch. præſumpt. 136. num. 18. lib. 3. Gre-
gor. XV. dec. 521. num. 7.* & in eamdem cauſam
10 pater dediſſe mandatum ad exigendum præ-
ſumitur, cum exigere in vim ſupradicti præ-
cepti teneretur; nec per biennium, & amplius,
poſtquam dicta ſumma eius filio ſoluta fue-
rat, eam ab Oliuerio depoſitario, vel à Com-
munitatibus debitricibus vnquã petierit, prout
veriſimiliter petijſſet, niſi filius de eius or-
dine exegiſſet, vt benè ponderat *Ciriac. d. con-
trou. 505. num. 48. & Rota in d. Romana pecuniaria
15. Iunij 1643. coram R.P.D. meo Bichio §. tertiò
quia.*

11 Tertia educitur ex ſolito; quoniam vt pa-
tet in dicta poſitione, Henricus faſſus fuit ſe
vti perſona filij in exigendo, & negotiando;
vnde veriſimile admodum eſt, quod eiuſdem
perſonam adhibuerit etiam in exactione ho-
rum cenſuum, *Mandell. conſ. 462. numer. 1. & 3.
Rota dec. 566. num. 2. par. 2. dec. 162. num. 11. deciſ.
197. num. 7. par. 4. tom. 2. rec. & in d. Romana pecu-
niaria coram R.P.D. meo Bichio, §. ſecundo dedu-
citur.*

12 Quarta depręhenditur ex quo pater pecu-
nias exactas à filio apud ſe retinuit, vt patet
ex datis in Summario hæredum *num. 9.* & hæc
retentio inducit præſumptionem mandati in
filio, vel ſaltem ratificationis in patre, quæ
æquipollet mandato etiam in requirentibus
ſpeciale mandatum, *l. Paulus 5. ff. rem rat. hab.
l. ſolutam 49. ff. ſolut. Surd. conſ. 28. nu. 19. & ſeqq.
Rota d. dec. 197. num. 6. & 10. par. 4. tom. 2. & de-
ciſ. 103. num. 22. par. 5. rec.* Ponderata præſertim
13 reclamatione Henrici ſuper huiuſmodi ſolu-
tione facta filio emiſſa, quæ vt deponit teſtis
pro eius parte examinatus, & datus in *Summ.
num. 4.* non fuit ob defectum mandati, ſed ſo-
lum ob malam qualitatem pecuniæ ſolutæ;
vnde agnouiſſe videtur, non defuiſſe dictum
mandatum, vt ad propoſitum ponderatum
fuit in *Romana permutationis 20. Februarij proxi-
mipræteriti coram R.P.D. meo Bichio §. tum ex con-
ſenſu.* Nec non etiam iuncto, quod tanto
tempore Henricus de defectu mandati non
oppoſuit, cùm tamen ſolutionis factæ filio
ſcientiam habuiſſe conſtet ex depoſitione di-
cti teſtis, qui cùm nedum fuerit ab Henrico
inductus, ſed etiam eius depoſitio producta,

Digitized by Google

probat licèt vnicus contra producẽtem *Salyc. in l.comparationes 19.nu.13.C.de fid.inſtr. Rot.deciſ. 123.num.5. verſ.ſed vim illam recipit par.1. recent.*
14 vltra quod d. ſcientia pręſumitur ex cohabitatione patris cum filio *l. octaui 9.ff.vnd. cognat. Bec.conſ.47.num.22.& ſeqq. Rota in his terminis in d. Romana Pecuniaria coram R. P. D. meo Bichio §. & ſcientia.*

15 Ex quibus omnibus coniecturis ſimul iunctis *iux.gloſ.in l.3.§.eiuſdem verb.ſpeciem ff.de teſt. Roland.conſ.22.num.27.lib.3. Surd.conſ.1.num.52. Ciriac. d.contr.505. num.49.* Domini concludebant Laurentium habuiſſe mandatum ad exigendum pecunias, de quibus agitur, nomine Henrici patris, & eodem nomine exegiſſe, licet in quietantia id non fuerit expreſſum *l.fin.ff.inſtit.act. Ang.in l.eandem.9.in fin. ff.de duob. reis Ronchegall. ibid. in princ. num.163. Raudenſ. deciſ.4.num.116. Rota in ſæpius alleg. Romana Pecuniaria coram R. P. D. meo Bichio §. tertiò quia in fine.*

16 Non obſtat, quod ſolutio dicatur facta in moneta tonſa, & per edictum reprobata, quia hoc non probatur per Henricum, prout deberet probari tanquam fundamentum ſuæ intentionis, vt in his terminis dixit *Rot.coram*
71 *ſa.me. Greg.XV.deciſ.42.num.1.* nec ſufficit vnicus Teſtis ab eo inductus, quia non probat contra aliam partem *Alex.conſ.149.num.4.lib.5*
18 *Rota deciſ.244.num.2.par.1.recent.* Maximè cum non omnes monetæ aureæ de tempore ſolutionis, vel pauló poſt reprobatę fuerint, vnde pręſumi poteſt ſolutionem fuiſſe factam in moneta bona, & currenti, donec contrarium probetur *iux.text.in l.quoties 13. ff.de reb. dub. & in l.ſi poſt diuiſionem 4. cum gloſ. verb. non poſse C. de iur.& fact.ignor. Gabr.conſ.138. num.12. vol.2. Ciriac.contr.261.num.5.& 6.*

Quare ex his partibus pluries auditis, fuit reſolutum dictas ſolutiones ſuffragari contra d. Henricum tantùm, hoc eſt, ipſum teneri releuare indemnes dd. Communitates, & hęredes Oliuerij Blanchi à moleſtijs, quæ ipſis poſſent inferri occaſione vtriuſq; cenſus, ex quo liquet exegiſſe à dicto Oliuerio mediante perſona dicti Laurentij filij pecunias tàm proprij, quàm Annæ eius Sororis cenſus.

Et ita deciſum &c.

COMEN. CAPELLANIAE.

Ven. 24. Ianuarij 1648.

ARGVMENTVM.

Sententia etiam ſine citatione ad ſententiam ſuſtinetur quando pars appellauit, vel fuit lata Procuratore pręſente.

SVMMARIVM.

1 *Attentata eſt poſſeſſio capta pendente lite, vel termino ad appellandum.*
2 *Appellans facit ſuam ſententiam.*
3 *Admiſſus ad cauſam facit ſua acta, & ſententias.*
4 *Procuratoris præſentia ſupplet defectum citationis ad ſententiam.*
5 *Poſſeſſio capta poſt decem dies, & ante appellationem non eſt reuocabilis per viam attentatorum, aut nullitatis, ſed beneficio iniuſtitiæ.*
6 *Poſſeſſio non dicitur capta pendente termino ad appellandum elapſo decendio etiam in caſibus quibus decendium non currit niſi à die ſcientiæ.*
7 *Non citatus appellans à die ſcientiæ non dicitur acquieuiſſe ſententiæ, & habuiſſe ſe pro ſpoliato.*
8 *Commiſſio cauſæ appellationis ſimpliciter non operatur plus, quam ipſa appellatio.*
9 *Conſenſus ex vſu commiſſionis facit cauſam appellabilem, non tamen vt geſta poſt decem dies, & ante appellationem ſint attentata.*
10 *Commiſſione vtens non cenſetur renunciare poſſeſſioni à ſe legitimè captæ.*

DECISIO DCCLXXXVII.

CVM ad beneficium ſimplex, de quo agitur, vti de iurepatronatus Laycorum filij q. Valerij Buſię pręſentaſſent Ioannem Baptiſtam Turrianum, & Ioannes Antonius, ac Magdalena de Madernis pręſentaſſent Io: Baptiſtam Polattam; orta fuit lis coram Vicario Comeñ inter d. Turrianum ex vna, & d. de Madernis, & Polattam ex altera; In qua lite cum controuerteretur quis dd. præſentatorum eſſet inſtituendus, dictus Vicarius die 23. Septembris 1645. ſententiauit, eſſe inſtituendum Turrianum, qui vigore huius ſententię die 26. Octobris eiuſdem anni adeptus fuit poſſeſſionem d. Beneficij; Ab huiuſmodi ſententia die 2. Nouembris ſubſequentis appellarunt dd. de Madernis, & Polattus, qui introducta cauſa in Rota prętendebant dictam poſſeſſionem Turriani fuiſſe attentatam ex duplici capite.

Primò quia etiam ipſi de Madernis erant in lite cœpta coram Vicario Comeñ, nec
1 quoad ipſos ea lis terminata fuerat per ſententiam ſubſequutam, cùm in ea citati non fuerint, & proinde dicta lite pendente Turrianus adipiſci non poterat poſſeſſionem dicti beneficij citra vitium attentatorum *iur. trad. per Lancell.de attent.par.2.cap.4.ampliat.6. Valenzol. conſ.100.num.86.lib.1. Gregor.XV. deciſ.465. num.8.*

Secundò quia Turrianus cœpit dictam poſſeſſionem ſub dicto die 26. Octobris, tempore quo dicti de Madernis ignorabant latam ſententiam, ad quam non fuerant citati, & ideò, cum ex cauſa d. ignorantię ipſis adhuc liceret appellare, dicta poſſeſſio taquam capta pendente termino ad appellandum, eſt attentata *ad tex.in cap.non ſolum de appellat.in 6.Seraph deciſ.530.num.1.*

Veruntamen his non obſtantibus Domini reſponderunt non conſtare de attentatis; Nam quoad primum caput litis pendentiæ attinet, illud procederet, niſi ipſi de Madernis à dicta
2 ſententia appellaſſent; appellando enim effecerunt, vt ſententia etiam quoad ipſos litem primæ inſtantiæ terminauerit, cum eam ſuam quoq; fecerint *Acchil.de Graſſ.deciſ.13. de appellat.*

Digitized by Google

*lat. Rota deciſ. 98. num. 5. par. 1. recent. cum alijs alle-
gatis in Montis Regalis Iuriſdictionis coram Penia
impreſſ. apud Marcheſ. de comiſ. par. 2. fol. 266. nu. 2.
& 3.* vbi quod ſibi imputare debet appellans
præiudicium, quod ſibi intulit appellando,
& dando de nullitate ſententiæ, & *per Add. ad
Greg. XV. deciſ. 259. num. 8.* Eoque magis ponde-
rando, quod dicti de Madernis ad cauſam in
3 Rota pendentem inter Turrianum, & Polat-
tam fuerunt admiſſi in ſtatu, & terminis,
quod ſufficit ad hoc vt ipſi ſentẽtiam, & om-
nia acta ſua feciſſe dicantur *Rota deciſ. 431. n. 5.
deciſ. 705. n. 4. par. 1. rec. & coram Greg. XV dec. 259
num. 1.* vbi allegantur concordantes.

Sed ceſſare videtur omnis difficultas ex eo,
quod d. ſententia lata fuit præſente Ioanne
Baptiſta Cataneo Procuratore nedum Polattę
4 ſed etiam illorum de Madernis; quæ quidem
præſentia ſuppleuit ſupradictum defectum ci-
tationis ad ſententiam *Felin. in cap. 1. num. 18. de
iudic. Caſſador. deciſ. 2. num. 3. eod. tit. Rot. coram Se-
raph. deciſ. 1057. num. 5. & coram Greg. XV dec. 576
num. 1. & deciſ. 207. nu. 9. impreſſ. poſt Moder. Peruſ.
de manut. & in recent. deciſ. 498. par. 5. & deciſ. 37.
in fin. par. 6.*

Quo verò ad alterum caput poſſeſſionis ca-
ptæ intra tempus ad appellandum, cum non
5 controuertatur, quod dicta poſſeſſio, quæ
pręteenditur attentata, capta fuerit poſt men-
ſem, & vltrà à die latæ ſententiæ, & antequam
appellatio à dicta ſententia interponeretur;
vtiq; eadem poſſeſſio attenta dici non poteſt;
Nec per viam attentatorum, aut nullitatis eſt
reuocabilis, ſed ſolum beneficio iniuſtitiæ,
cognito de illa in gradu appellationis; & ratio
eſt, quia ſtatim lapſis decem diebus, Iudex
non tenebatur amplius expectare, ſed potuit,
& debuit ad executionem ſuæ ſententiæ pro-
cedere *cap. quod ad conſultationem de ſent. & re iu-
dic. cap. ſignificauerunt de teſt. cap. cum dilectus in fin.*
6 *de elect.* Idque procedit etiam in caſibus, qui-
bus ob fictam contumaciam, vel alias decen-
dium ad appellandum non currit à die ſenten-
tiæ, ſed à die ſcientię illius, quia nihilomi-
nus Iudex non tenetur expectare niſi per de-
cem dies à die ſententiæ, quo decendio elapſo
poſſeſſio non dicitur capta pendente termino
ad appellandum, vt in his terminis benè de-
clarauit *Rota. deciſ. 28. de appell. in nou.* & fuit de-
ciſum *in Mediolanen. Parochialis 21. Nou. 1586.
& 22. Iunij 1587. coram Card. Platto impreſſ. apud
Moder. Peruſ. de manut. deciſ. 62. la ſeconda num. 5.
& in Volaterana Prioratus 5. Maij 1645. coram R.
P. D. meo Bichio §. non obſtat el primo.*

Neque contrarium dixit *Rota in Romana Vi-
nea de Capocephalis 26. Ianuarij 1629. coram me
impreſſ. apud dictum Moder. de manuten. deciſ. 248.*
quia, vt patet ibi *num. 3.* poſſeſſio in eo caſu
7 erat capta pendente termino ad appellandum,
& vlteriùs pręetendebatur manutentio ex quo
victus non appellando intra decendium à die
ſententiæ videbatur ſententiæ acquieuiſſe, &
ſe pro ſpoliato habuiſſe, & propterea eadem
deciſione *ſub num. 5.* reſpondet, quod ad ex-
cludendam hanc acquieſcentiam ſatis eſt,
quod victus, qui perſonaliter citatus non fue-
rat, appellauerit à die ſcientiæ, & manuten-
tionem petierit.

Non obſtat, quod Signatura Iuſtitiæ cau-
ſam appellationis commiſerit ſimpliciter, &
huiuſmodi reſcriptum retrotrahatur ad diem
ſententiæ ad effectum, vt quicquid medio
tempore geſtum fuit, attentatum dicatur, vt
ſępiſſimè reſolutum fuit; quia hoc eſt intel-
ligendum de geſtis pendente tempore ad ap-
pellandum, vel poſt interpoſitam appellatio-
nem, vt bene aduertit *Rota in Comen. Iuriſp. 25.
Iunij 1646. coram R. P. D. meo Corrado §. quia hæc
concluſio;* cum reſcripta huiuſmodi licet decla-
8 rent materiam eſſe appellabilem; non tamen
operantur plus quam ipſa appellatio, quæ
etiam in cauſa appellabili non efficit attenta-
tam poſſeſſionem captam poſt decem dies
antequam ipſa interponatur ex ſupra alleg.

Ex quibus etiam ſublatum remanet aliud
obiectum fundatum in conſenſu Turriani,
elicito ex eo quod ipſe citauit ad dicendum
9 contra commiſſionem iam Rotæ directam,
eaque commiſſione vſus fuerit; quia talis
conſenſus efficit quidem, vt cauſa ſit appella-
bilis etiam in caſibus, quibus alioquin appel-
lationi locus non eſſet, vt aiunt *Lancellott. &
alij quos refert,* & ſequitur *Rota in Viterbien. fidei-
commiſſi, ſeù attentatorum 13. Maij 1644. coram
R. P. D. meo Cerro;* non tamen facit, vt geſta
poſt decem dies, & ante interpoſitam appel-
lationem ſint attentata, in quibus terminis
nemo loquitur ex alleg. pro parte dd. de Ma-
dernis, & Polattæ; & ex huiuſmodi vſu com-
10 miſſionis Turrianus ſolum intendit accelera-
re expeditionem cauſæ, vnde nullatenus dici
poteſt, quod renunciare voluerit poſſeſſioni
à ſe legitimè captæ, vt in proximis terminis
*Seraph. deciſ. 906. num. 2. Rota deciſ. 705. numer. 5.
par. 1. rec. Add. ad Greg. XV deciſ. 259. num. 6.*

Et ita vtraque &c.

S. ANGELI IN VADO CANONICATVS SEV DISTRIBVTIONVM.

Lunæ 27. Ianuarij 1647.

ARGVMENTVM.

Sume ex Summario.

SVMMARIVM.

1 *Manutentio danda eſt poſſeſſori.*
2 *Teſtis vnicus in ſummariſſimo manutentionis pro-
bat.*
3 *Libri capitulares contra capitulum, & perſonas eiuſ-
dem Eccleſiæ probant.*
4 *Teſtibus de poſſeſſione deponentibus concurrentibus
adminiculis eſt deferendum.*

DECISIO DCCLXXXVIII.

RESOLVTVM fuit Franciſco Ferro dan-
dam eſſe manutentionem in poſſeſſione,
ſeù quaſi exigendi diſtributiones quotidianas
ex maſſa Canonicorum numerariorum Ca-

Digitized by Google

thedralis Eccleſiæ S. Angeli in Vado; quo-
niam eius quaſi poſſeſſio illas exigendi proba-
1 tur ex pluribus Teſtibus formiter examinatis,
& ſignanter ex tertio, & quarto, quorum
vterque deponit ſe fuiſſe Camerarium Capi-
tuli, & durante tempore ſui Camerariatus
ſemper perſoluiſſe Canonico Ferro dictas di-
ſtributiones; qui quidem Teſtes ad effectum,
de quo agitur licèt ſufficerent, non obſtante
quod videantur ſingulares, eo quia quilibet
2 ipſorum de ſolutionibus à ſe factis, deponat
cum in Summariſſimo manutentionis, etiam
vnicus Teſtis admittatur *ad trad. per Menoch. de
retinend. remed. vlt. num. 34. Rot. coram ſa. me. Greg.
XV. deciſ. 160.* vbi *Add. num. 3. deciſ. 438. num. 2.
& in Auguſtana Decimarum 27. Iunij 1649. coram
R. P. D. meo Bichio.*

Nihilominus non deeſt alia concludentior
probatio reſultans ex partitis mediante com-
3 pulſoria extractis ex libris Capitularibus, in
quibus fuerunt adnotatæ ſolutiones de dictis
diſtributionibus factæ eidem Ferro ab anno
1638. vſque ad annum 1645. quo fuit intro-
ducta lis, quæ partitę ſic extractę, cum aga-
tur contra Prępoſitum, & ſic perſonam eiuſ-
dem Eccleſiæ, & contra ipſum Capitulum
plenè probant *Geno. de ſcript. priuat. lib. 5. de lib.
capit. Rota deciſ. 491. nu. 9. par. 4. tom. 2. & deciſ. 570.
num. 8. par. 5. recent.*

Maximè quia prędicti Canonici numerarij
omnes inſimul capitulariter congregati de
menſe Februarij 1643. decreuerunt, quod ex
eorum maſſa ſoluerentur diſtributiones Ar-
4 chidiacono, & Octo Canonicis tantum in
decreto expreſsè nominatis, inter quos legi-
tur nominatus Franciſcus Ferrus Canonicus
Pœnitentiarius; quo ſtante decreto faciliùs
deferendum eſt Teſtibus, & partitis prędictis
ſuper ſolutionibus ſubſequutis *Gratian. diſcept.
310. num. 62. & ſeqq.* cum alijs ibi relatis.

Ex quibus viſum fuit DD. non eſſe dene-
gandam manutentionem per Ferrum petitam
contra d. Prępoſitum, de cuius quaſi poſſeſſio-
ne exigendi diſtributiones controuerſas nul-
libi docetur; nec non contra Capitulum dictę
Eccleſiæ Cathedralis, vt in ſimilibus termi-
nis fuit dictum *in Cæſarauguſtana Diſtributionum
coram bo. me. Coccino impreſſ. poſt Moder. tract. de
manut. deciſ. 547. num. 13. & 14. deciſ. 558. nu. 21.*

Et ita Ferro tantum informante reſolu-
tum &c.

VICEN. BENEFICII, SEV ATTENTATORVM.

Ven. 7. Februarij 1648.

ARGVMENTVM.

Attentata quando eſt poſſeſſio poſterior vti ca-
pta in vim ſententię latę per Iudicem, cui fuit
Inhibitio Rotalis pręſentata. Prior poſſeſſor
manutenendus eſt quando non habuit ſe pro
ſpoliato pro reuocatione attentatorum.

SVMMARIVM.

1 *Executori de re ſpectante ad eius officium adhibetur fides.*

2 *Attentata eſt ſententia lata poſt Inhibitionem Rotalem.*

3 *Iudex inferior non poteſt cognoſcere de viribus Inhibitionis Rotalis.*

4 *Appellationi renunciaſſe non ſemper cenſetur pars rediens ad Iudicem inhibitum.*

5 *Attentata geſta poſt inhibitionem Rotæ reuocat ex officio non obſtante conſenſu partium præſtito in Iuriſdictionem.*

6 *Poſſeſſio probatur ex ſententia Iudicis condemnatoria ad illam demittendam.*

7 *Attentatorum reuocatio habet vim retinendæ ſi pars non habuit ſe pro ſpoliato.*

8 *Attentata vt reuocentur ſatis eſt tranſportare alia ex quibus illa probentur.*

DECISIO DCCLXXXIX.

POSTQVAM Raymundus Riquer fuit
prouiſus à Sede Apoſtolica de beneficio,
de quo agitur, & illius poſſeſſionem accepit;
Franciſcus Orioi pretendẽs idem beneficium
ad ſe ſpectare ex lege fundationis; per ſenten-
tiam Ordinarij Vicen. illud ſibi adiudicari ob-
tinuit, à qua ſententia Raymundus appella-
uit, & cauſam in Rota committi obtinuit,
cuius commiſſionis vigore fuit inhibitus in
partibus Collector Apoſtolicus, qui tamen
non obſtante inhibitione confirmauit ſenten-
tiam dicti Ordinarij, ad quem pro executio-
ne ſententiæ cauſam remiſit, qui quidem
Ordinarius beneficium contulit Franciſco,
qui deinde poſſeſſionem accepit; Quare prę-
tendente Raymundo geſta per d. Collectorem
cum omnibus inde ſequutis eſſe attentata,
dedi dubium, An conſtet de attentatis, quæ
veniant reuocanda, quo hodie propoſito DD.
affirmatiuè reſponderunt.

Quoniam ex relatione Executoris, cui in
hoc tanquam de re ſpectante ad eius officium
1 plena fides adhibetur, vt fuit dictum *in Ro-
mana Pecuniaria 12. Decembris 1642. coram R. P.
D. meo Cerro*, & nouiſſimè *in Leodien. pecunia-
ria, ſeù Attentatorum 16. Decembris proximiprate-
riti coram me*. Conſtat inhibitionem Rotalem
fuiſſe perſonaliter pręſentatam d. Collectori,
2 vnde ſequitur, quod ſententia ab ipſo lata
cum omnibus inde ſequutis fuit attenta, vt
in terminis inhibitionis pręſentatæ Iudici *Cæ-
ſar. de Craſſ. deciſ. 6. num. 5. de cauſ. poſſ. & propriet.
Rota in Vercellen. Prioratus 28. Nouembris 1645.
coram R. P. D. meo Peuttingerio*; quamuis idem
Collector declarauerit inhibitionẽ non afficere,
3 re, quia non ſpectat ad Iudicem inferiorem
cognoſcere de viribus inhibitionis Rotalis,
vt fuit dictum *in Toletana Fructuum 16. Maij
1586. coram clar. mem. Card. Hieronymo Pamphi-
lio impreſſ. apud Marcheſ. de Commiſſ. par. 2. fol. 20.
ſub num. 4.* & ferè in his terminis *in Cracouien.
Canonicatus 24. Maij 1647. coram R. P. D. meo
Peuttingerio §. nec refert.*

Non

Digitized by Google

Non obſtat, quod Raymundus poſt præ-
ſentatam inhibitionem redierit coram ipſo
4 Collectore, & propterea dicatur inhibitioni
renunciaſſe, quia vltra quod non omnis redi-
tus ad Iudicem inhibitum importat huiuſmo
di renunciationem ad trad. *per Abb. in cap. gra-
tum num. 7. verſ. hac limita de offic. deleg. Franc. in
c. ſi à Iudice ſub num. 6. verſ. tu aduerte de appellat.
in 6. Gabr. eodem tit. concl. 2. num. 14. & 15. facit de-
ciſ. in Romana fideicommiſſi de Marianis 28. Iunij
1645. coram me §. Demum ne à Rota*, talis renun-
ciatio non efficit, quominus Rota ex officio
5 poſſit reuocare geſta poſt inhibitionem vti
attentata, ne ſit in poteſtate partium maie-
ſtatem huius ſacri Tribunalis eludere *Lancell.
de attent. lit. pend. p. 2. cap. 4. limit. 15. num. 21. Bunat.
deciſ. 406. num. 1. vbi Add. num. 3. & allegat. concor-
dantes, alioſq; refert. Add. ſeame. Greg. XV. deciſ. 243.
litt. A.* & fuit dictum in *Romana fideicommiſſi
ſeu Attentatorum 17. Maij præteriti coram R. P. D.
meo Arguelles*.

Cum igitur ex prædictis pateat dictas ſen-
tiam Collectoris, collationem Ordinarij, nec
non poſſeſſionem Franciſci eſſe attentatas, pro
reuocatione attentatorum dixerunt DD. Ray-
mundo dandum eſſe mandatum de manute-
nendo, quia de eius anteriori poſſeſſione con-
ſtat nedum ex præcepto ei iudicialiter facto
6 de poſſeſſione dimittenda; ſed etiam ex ſen-
tentia Ordinarij Viceñ mãdantis illum à poſ-
ſeſſione amoueri, ibi; amoto dicto Riquer,
priuatio enim ſupponit habitum *Menoch. conſ.
1014. nu. 19. in fin. Rota coram Buratt. deciſ. 160.
num. 5. & deciſ. 393. num. 2. & in Ferrarien. ſupple-
menti legitimæ 28. Iunij 1646. coram me*. Nec ipſe
7 per poſteriorem poſſeſſionem Franciſci ſe
habuit pro ſpoliato, quo caſu attentatorum
reuocatio habet vim retinendæ *Oldead. conſil.
206. num. 4. cum alleg. per Moder. Peruſ. de manut.
obſeruat. 10. numer. 82. Rot. coram Seraphin. deciſ.
1176. numer. 6. Coccin. deciſ. 380. numer. 3. & 4. &
deciſ. 127. numer. 3. impreſſ. apud dictum Moder.
de manut. & in Vladiſlauien. Villa de Hoppenburch
3. Iulij 1645. coram Rev. P. Domino meo Otthe-
bono*.

Non obſtat, quod non fuerint tranſportata
omnia acta, quia ad effectum reuocationis
8 attentatorum, quorum reuocatio ſpecialiter,
vt in caſu noſtro commiſſa fuit, ſatis eſt tranſ-
portare acta, ex quibus illa probantur, *Rota
deciſ. 311. num. 7. par. 4. tom. 2. recent. & in Maiori-
cen. Beneficij 26. Nouembris 1641. & 17. Martij
1642. coram me*, in qua dictum fuit hoc pro-
cedere etiam ad effectum obtinendi manu-
tentionem pro reuocatione attentatorum.

Et ità vnica tantùm &c.

MACERATEN. CENSVS SEV DOTIS.

Veneris 7. February 1648.

ARGVMENTVM.

Immiſſio non conceditur ſuper bonis, quæ non ſint hæreditaria illius ſuper quibus illa tantum competit.

SVMMARIVM.

1 *Inſtrumentum facit probationem probatam.*

2 *Confeſſio iudicialis etiam inter alios emiſſa probat contra confitentem eiuſque hæredes.*

3 *Adminiſtrator non poteſt obtinere ceſſionem actionum contra eum, cuius bona adminiſtrat, eamque recipiendo amittit ſtatim actionem.*

4 *Fructus ſtabilium taxantur ad rationem quinque pro centenario.*

5 *Maritus vendens arbores non cæduas in fundo dotali teneturreſtituere pretium illarum.*

6 *Fructus extra dotales non præſumuntur donati marito ab vxore.*

7 *Et cenſentur demiſſi in manibus viri pro extinctione debiti vxoris.*

8 *Maritus non extinquens debitum vxoris ex fructibus extra dotalibus tenetur reſtituere illos vna cum intereſſe.*

9 *Creditor de ſuo credito ſatisfactus cenſetur ſi bona debitoris adminiſtrauit.*

10 *Vel ſibi imputare debet ſi ſibi non ſatisfecerit.*

11 *Cenſus extinqui poteſt per compenſationem debiti.*

12 *Exceptio requirens altiorem indaginem non eſt admittenda in Iudicio adipiſcendæ.*

13 *Teſtis de auditu contra producentem probat.*

14 *Dotale efficitur prædium, ſi eius tranſlatio facta fuerit in vxorem præſente & conſentiente viro.*

15 *Confeſſio iudicialis fortior eſt quacumque probatione.*

16 *Exceptio præſumptione iuris probata ſufficit ad impediendam immiſſionem.*

17 *Præſumptio Iuris facit claram probationem.*

18 *Exceptio incontinenti probata ex confeſſione partis, vel iuris præſumptione valet impedire immiſſionem.*

19 *Exceptio in iure conſiſtens ſemper admittitur.*

20 *Hypotheca tacita inducitur in bonis viri qui adminiſtrauit bona extra dotalia vxoris.*

21 *Exceptio retentionis pro credito repellit immiſſionem.*

22 *Mater tutrix, & curatrix filiorum non præſumitur ſatisfacta de ſuo credito niſi peruenerint ad eius manus tot bona ex quibus potuerit ſatisfieri.*

DECISIO DCCXC.

CVM Lucia vna ex quatuor filiabus, & hæredibus q. Ioſephi Bucci prætenderet cenſum ſcutorum 500. in ſorte, aliàs impoſitum ſuper prædio Montis Caſciani cum plãtata, eſſe hæreditarium dicti Ioſephi, & conſequenter ſibi competere immiſſionem in quartam partem illius contra Pieram Nicolam eius matrem ex interdicto quorum bonorum; dubitaui An eſſet concedenda prædi-

cta

ćta imminiſſio, quo dubio hodie propoſito DD.
negatiuè reſponderunt.

1 Etenim ex inſtrumento publico celebrato
de anno 1602. quod facit probationem pro-
batam ad *trad. in Ianuen. Cambij 2. Decemb. 1644.
coram me*, conſtat dictũ prædium Mõtis Ca-
ſciani valutatum in ſcutis 4200. fuiſſe pro ra-
ta ſcutorum 3500. per tranſactionem traditũ
dictæ Pieræ Nicolæ à Lidonia eius Auia pro
ſe, & ſuis, cum clauſula ad habeñ, & quic-
quid de eo ſibi placuerit, & videbitur diſpo-
neñ pro omni & toto eo, quod prætendere
potuiſſet in hæreditate paterna; pro rata verò
reliquorum ſcutorum 700. fuiſſe eidem aſſi-
gnatum ex eo quia cum præſentia, & con-
ſenſu dicti Ioſephi Bucci eius viri in ſe accol-
lauit diuerſa debita hæreditaria patris, & præ-
ſertim cenſum de quo agitur, ſuper eodem
prædio conſtitutum.

2 Inſuper ex iudiciali confeſſione eiuſdem
Ioſephi, quæ contra ipſum, eiuſque hæredes
plene probat, etiamſi fuerit inter alios emiſ-
ſa *Surd. deciſ. 325. num. 12. Rota in Bononien. Penſio-
nis 27. Octobris 1600. coram Penia impreſſ. apud
Marcheſ. de Commiſſ. p. 1. fol. 617. ſub num. 3.* &
fuit dictum in *Romana permutationis 20. Februa-
rij 1647. & in Bononien. Bonorum, ſeu fideicommiſſi
de Sanctis 17. Maij eiuſdem anni coram R.P.D. meo
Bichio*, conſtat ipſum Ioſephum virum (qui
dictum prædium partim vti dotale, partim vti
extradotale poſſedit, percipiendo fructus om-
nes, & adminiſtrando redditus illius; vt depo-
nunt teſtes Summar. Pieræ Nicolæ num. 3.)
declaraſſe poſſidere pro dote ſcutor. bismille
ſuæ Vxoris legata à Patre, item pro legitima
illi debita in bonis patris ex perſona fratris
ſcutorum 1500. & reſiduum pro debitis in ſe
accollatis.

Ex quibus ſic probatis infertur, quod licet
dictus Ioſephus de anno 1611. numerauerit
Creditoribus dicti cenſus ſcuta 500. pro ſor-
te, à quibus propterea reportauit pro ſe ſuiſ-
que &c. ceſſionem iurium tranſlatiuè non
autem extinctiuè contra Pieram Nicolam
eius vxorem; nihilominus non potuerit
3 dictum cenſum acquirere, & tranſmitte-
re ſuis hæredibus; Tum quia adminiſtra-
tor non poteſt obtinere ceſſiones actio-
num contra eum cuius bona adminiſtrat,
eamque recipiendo amittit ſtatim actionem
*Angel. in Auth. minoris debitor numer. 2. ibique
Salic. num. 14. C. qui dari tut. poſſ. Munoz. de ratiocin.
cap. 23. in fin. Menoch. conſ. 1225. nu. 1. 2. & 3. lib. 13.*
Tum, & eo minus, quia tẽpore quo reporta-
uit ceſſionem ex nouennali poſſeſſione per-
uenerant ad eius manus tot fructus dictæ par-
tis extradotalis ſcutorum 1500. qui ſuperabãt
ſummam pro redemptione cenſus ſolutam,
calculando illos ad rationem quinque pro
4 quolibet centenario, & anno vt ſolet in ſta-
bilibus iuxta *gloſ.* communiter receptam in
Auth. perpetua C. de ſacroſ. Eccleſ. quam ſequuta
eſt *Rota deciſ. 65. num. 2. deciſ. 112. num. 1. dec. 130.
num. 7. coram bo. me. Buratt.* & aliàs ſæpiſſimè, ac
vlterius habuerat ſcuta 225. ex venditione d.
plantatæ *d. Summ. num. 4.* ad effectum eradican-
5 di pro conficiendis tabulis, & columnellis,
quorum etiam erat debitor vxoris; dum illa
non erat Sylua cedua *l. diuortio §. ſi fundum ff. ſol.
matr. Honded. conſ. 77. nu. 16. lib. 2. Gratian. diſcept.*
6 *21. num. 13. in fin. 14. & 17.* & infra; Quos qui-
dem fructus extradotales proculdubio Ioſe-
phus non fecit ſuos, quia non præſumuntur
donati ab vxore *Dec. reſp. 84. num. 28. verſ. octa-
uam addo, & nu. 29. verſ. vndecima coniectura lib. 4.
Rota deciſ. 45. num. 7. verſ. tamen cum eſſet impreſſ.
poſt conſ. Farinac. lib. 1. & in fortioribus terminis Cã-
cer. var. reſol. par. 1. cap. 9. nu. 24. Menoch. præſumpt.
19. num. 9. lib. 3. Honded. conſ. 91. nu. 59. & ſeqq. lib. 1.
Neguſ. iun. reſponſ. 304. num. 11. & ſeqq. Lauren. de-
ciſ. Auenion. 18. ſub num. 9. & 13.* Saltem & indu-
biè pro rata cenſuũ ac collatorum à muliere
7 præſente, & conſentiente viro in dicta tradi-
tione prædij, quia cenſetur tantum dimiſſi
fructus in eius manibus, vt eorundem cen-
ſuum debitum extingueretur, vt reſultat etiã
ex dicta confeſſione Ioſephi, & firmant *De-
cian. d. reſponſ. 84. num. 3. & ſeq. & num. 41. & ſeq. &
48. lib. 4. Cancer. dicta par. 1. cap. 9. num. 24. Palm.
conſ. 88. num. 84.* Immo tenebatur Ioſephus ex
8 fructibus dictæ partis extradotalis adminiſtra-
tis] cenſum extinguere aliàs ad omnia damna
& intereſſe, quorum loco ſuccedunt fructus
cenſus prætenſi, vt in puncto dixit *Rot. in Ro-
mana de Ruſticuccijs 23. Febr. 1631. coram Emi-
nentiſs. Card. Veroſpio.*

Quod benè arguit idem Ioſephus, dum in
ſuo libro inter alios eius Cenſus, hunc non
deſcripſit *d. Summ. num. 8.* nec vnquam viuens
ſe illius creditorem prętendidit.

9 Prætérea percipiendo dictos fructus per
tot annos tàm ante, quàm poſt dictam ceſſio-
nem decurſos, de dicto credito cenſus ſibi po-
tuit ſatisfieri, prout verè cenſetur ſatisfactus,
*Neuizan. conſ. 97. ſub num. 11. & in puncto Rot. in
Ciuitatis Vetula dotis 27. Februarij 1643. coram R.
P.D. meo Cerro §. ſolutio vero, & in Bononien. Pe-
cuniaria 27. Aprilis 1644. coram R.P.D. meo Rotas
impreſſ. apud Zacch. de oblig. Camer. deciſ. 209. n. 12.
verſ. & eſſe præſumendum, ſecund. vlt. impreſſ.* alias
10 vel ſibi imputare debet ſi ſibi non ſatisfece-
rit, vt de quolibet adminiſtratore inquit *Surd.
conſ. 290. num. 33. vbi allegat concordantes Rota in
Sulmonen. Pecuniaria 10. Iunij 1624. coram bon. me.
Reuerendiſſ. D. meo Archiepiſc. Seleucien.* Vel cre-
ditum cenſus compenſare debent eius hære-
des cum dictis fructibus extradotalibus, quos
niſi Ioſephus conuerterit in extinctionem d.
Cenſus, ſicuti tenebatur, reſtituere teneren-
tur vna cum damnis, & intereſſe, quorum
loco ſuccedunt fructus Cenſus prętenſi vt ſu-
11 pra; Vel ſaltem per oppoſitam pro Piera
Nicola compenſationem crediti ex dicta ad-
miniſtratione contra Virum reſultantis, cen-
ſus fuiſſet ipſo iure extinctus *Cenc. de cenſ. quæſt.
108. num. 4. Rota poſt eius tract. deciſ. 516. num. 1. &
ſeq. Duard. eod. tract. §. Quinto q. 8. nu. 9.*

Non obſtat quod exceptio Pieræ Nicolę ex
cauſa dd. fructuum extradotalium non ſit ad-
12 mittenda in hoc iudicio adipiſcendæ ex quo
prętenditur illiquida, & quod requirat altio-
rem indaginem; ſiuè quia non cõſtet ad quã
ſum-

Digitized by Google

ſummam aſcendant bona extradotalia, cùm dictum prædium Montis Caſciani in ſupra relato inſtrumēto anni 1602. legatur aſſignatum, ne dum pro dote, legitima, & trebellianica, ſed etiam pro interuſurijs dotalibus, ſiue quia non videatur probata quantitas fructuū ex prędio perceptorum; ſiue quia deducendæ ſint expenſæ, quas maritus fecit in litibus contra vxorem motis.

Nam licèt in inſtrumento prædicto enunciętur prædium tradi etiam pro interuſurijs; tamen id fuit expreſſum ad maiorem cautelam, ad includendam omnem prætentionem, vt patet ex dictis trium teſtium aliàs ab eodē Ioſepho examinatorū, ex quibus patet, quod
13 non aduenerant paghæ, & vnus deponit de ſcientia, alij de auditu, qui probant contra eum ad cuius inſtantiam fuerunt examinati *Honded.conſ.15.num.37.lib.1. Amat. deciſ. Marcb. 61.num.41. Rota coram bo.me. Buratt.deciſ.668.n.4.* & re verà aſſignationem factam fuiſſe ſolùm pro dote, & bonis dotalibus detegit, tùm
14 translatio facta præſente, & conſentiente Viro in vxorem pro ſe, & ſuis cum dicta clauſula ad habendum, ità vt certum ſit prædium totum fuiſſe effectum vxoris *l. mancipia vbi Bald.& alij C. ſi quis alter. vel ſib. Rota coram ſa.me. Greg.XV.deciſ.157. nu.5.* & in fortioribus terminis *deciſ.399.num.1.par.3. rec.* tùm ſupra-
15 dicta confeſſio iudicialis Ioſephi Viti, quæ fortior eſt inſtrumento, & quacunque alia probatione *Bald.conſ.192. num.8.lib.2. Surd.conſ. 60.num.1. Rota penes Mantic.deciſ.57. num.9. & in Romana Societatis Officij 7. Nouembris 1614. coram clar. memor. Cardinali Fabritio Veroſpio, §. prætereà.*

Quantitas verò fructuum perceptorum, ſatis remanet probata ex præſumptione iuris vt ſupra; iunctis maximè teſtibus pro parte Pieræ Nicolæ examinatis, qui deponunt dictum prædium eſſe fertile, & coli impenſis ſolius Coloni, abſque eo quod illi tradatur ſemen,
16 prout ſolet tradi pro alijs; ad impediendam namque Immiſſionem petitam per Luciam, ſufficit, quod dicta quantitas fructuum probata ſit præſumptione iuris *Rota deciſ. 92. nu.1. par.1. diuerſ.cum alijs alleg. per Zacch.de oblig. Camer. quaſt.17.num.75. ſecund. vlt.impreſſ.* ea ratio-
17 ne, quia præſumptio iuris facit claram probationem *Mantic.deciſ.21.num.10. Rota coram R. P. D. meo Arguelles in deciſ.254. num. 27. & ſeqq. int.impreſſ.apud Zacch.dicto tract.* Hinc igitur pa-
18 tet, quod dictę exceptiones valent impedire immiſſionem, cùm ſint incontinenti probatę ex confeſſione partis, & præſumptione iuris, vt in terminis Interdicti quorum bonorum tradit *Menoch.de adipiſc. remed. primo numer.104. verſ.ſecundus eſt caſus, Chriſtoph. de Paz de tenut.*
19 *tom.1.cap.38.num.28.* Et exceptio, quod non poterat ab adminiſtratore reportari ceſſio, eo minus dum habuit fructus excedentes, vti in iure conſiſtens ſemper admittitur *Gratian. diſcept.740.num.47. Fontanell.deciſ.133.n.14.*

Prætereà pro denegatione prædictæ immiſſionis animaduertebant DD. quod cùm bona
20 Ioſephi pro adminiſtratione bonorum extradotalium vxoris ſint eidem tacitè hypotecata *Mantic.de tacit.lib.11. tit.16. num.20. C.ancer.var. reſol.par.7.cap.9.num.17.* poteſt vxor petentem
21 immitti repellere exceptione retentionis pro ſuo credito reſultāte ex d.adminiſtratione *Rota coram Comitulo deciſ.167.num.5.* vbi allegantur Concordantes, *& in Romana fideicommiſſi de Spinis 18. Martij 1602. coram Cardinali Millino,* & hoc non obſtante quod Piera Nicola poſt mortem viri vti Tutrix, & Curatrix filiorum adminiſtrauerit illius bona abſque confectione Inuentarij; Quia ex eo, quod fuerit Tu-
22 trix, & Curatrix filiorum, Inuentariumque non confecerit non poteſt præſumi ſatisfacta de ſuo credito poſt mortem viri, niſi vltra probetur ad eius manus perueniſſe tot bona hæreditaria viri, ex quibus potuerit ſatisfieri, vt pluribus relatis fuit dictum in *Fanen. Dotis 12. May 1642. coram R.P.D.meo Cerro, & in Anconitana Bonorum prima Iulij 1643. confirmata 22. Aprilis 1644. coram R. P. D. meo Bichio,* vbi in ſpecie agebatur de muliere filiorum tutrice, quæ inuentarium non confecerat.

Sed fruſtra contenditur, vt Piera Nicola faciat ſe creditricem viri in ſubſequenti ſua adminiſtratione, dum ex ſuperius firmatis concluditur Cenſum non eſſe computandū inter bona viri adminiſtratoris bonorū vxoris illo aggrauatorum, & qui fructus vltra ſummam Cenſus perceperat.

Et ita vtraque &c.

NAZARENA SEV MONTIS VIRIDIS BENEFICII.

Lunæ 10. February 1648.

ARGVMENTVM.

Remiſſoria denegatur ſi articuli ſint irreleuantes, inuériſimiles & calumnioſi, & eo magis etiam denegatur quando illam petens ſuccubuit in prima & ſecunda inſtantia, & remiſſoriam non petijt.

SVMMARIVM.

1 *Articulus irreleuans non meretur remiſſoriam.*
2 *Immemorabilis articulanda requiſita.*
3 *Immemorabilis ceſſat conſtito de principio.*
4 *Viſitatio non ſolet exerceri in membris, & grancijs Eccleſiæ Cathedralis.*
5 *Remiſſoria non datur ad probandum rem inuériſimilem.*
6 *Remiſſoria non eſt danda quando ex articulis oritur ſuſpicio calumniæ.*
7 *Remiſſoria denegatur ad probandum id quod probari poteſt per ſcripturas.*
8 *Et quando articuli ſunt calumnioſi, vel*
9 *Concepti ad euitanda fundamenta deciſionum in cauſa emanatarum, vel*
10 *Fuit antea quaſi eadem materia articulata.*

DE-

DECISIO DCCXCI.

POSTQVAM per duas ſententias Rota-
les, alteram à R. P. D. meo Veroſpio, al-
teram verò à R.P.D. meo Meltio latas, pro-
nunciatum fuit, litteras Apoſtolicas à q.Gui-
done Apudeo impetratas, in quibus manda-
batur, beneficium, de quo agitur, erigendum
eſſe in titulum, illudque conferendum ipſi
Guidoni, exequendas eſſe ad fauorem Thomę
Guerrini in iuribus dicti Guidonis ſubrogati;
Ad impugnandas eaſdem ſententias pro par-
te Reuerendiſs. Archiepiſcopi Nazareni, &
Capituli Terræ Carbonariæ petita fuit remiſ-
ſoria ad effectum probandi Eccleſiam ſub in-
uocatione S.Viti, in qua exiſtit dictum bene-
ficium cum omnibus ſuis bonis eſſe mem-
brum, & granciam Eccleſiæ Archiepiſcopa-
lis Nazarenæ, & Capitularis dictæ Terræ Car-
bonariæ; Vnde poſito per me dubio; An
eis eſſet concedenda remiſſoria, DD. negatiuè
reſponderunt; Quia ex duodecim articulis ad
effectum prædictum datis, aliqui viſi fuerunt
irreleuantes, aliqui inueriſimiles, aliqui verò
calumnioſi, prout ex ſingulorum pondera-
tione liquebit.

Primus enim articulus, continens quod
Eccleſia S. Viti ſita eſt in Territorio Terræ
1 Carbonariæ, vltra quod à Thoma non con-
trouertitur, eſt irreleuans, cùm nihil referat
ad effectum, de quo agitur, quod dicta Eccle-
ſia ſita ſit in dicto Territorio, & propterea
non meretur remiſſoriam *l. ad probationem C. de
probat. Caſ. de Graſſ. deciſ. 26. num. 5. de dilat. & de-
ciſ. 27. eod. tit. Caputaq. deciſ. 66. par. 3. Rota diuerſ.
deciſ. 647. num. 3. par. 3. lib. 3. & coram ſan. memor.
Gregor. XV. deciſ. 477. num. 1. & coram Reuerendiſſ.
Vrgellen. dec. 121. num. 1. & dec. 196. num. 1. & alibi
ſæpiſſimè.*

Secundus, & tertius, in quibus continetur
d. Eccleſiam S. Viti cum omnibus ſuis bonis,
tanquam membrum, & granciam dictarum
Eccleſiarum Archiepiſcopalis, & Capitularis
ad eaſdem ſpectare, & pertinere ab imme-
morabili tempore, patiuntur non ſolùm defe-
ctum irreleuantię, ſed etiam inueriſimilitu-
dinis.

Siquidem irreleuantia apparet, ex quo di-
cta immemorabilis non articulatur cum om-
2 nibus requiſitis per *gloſ. in cap. 1. in verb. memoria
de præſcript. in 6.* Non enim articulatur, quod
teſtes per 40. annos ante motam litem vide-
rint Archiepiſcopos Nazarenos pro tempore,
& Capitulares d. Terræ Carbonariæ, ſeu eius
Miniſtros gerere actus denotantes d. Eccleſiā
S. Viti eſſe membrum, & granciam eorun-
dem Eccleſiarum *Rot. in rec. deciſ. 254. num. 1. &
ſeqq. par. 1. deciſ. 248, num. 4. par. 2. deciſ. 274. num. 2.
par. 4.* Et quod ita eſſe audiuerint à ſuis maio-
ribus *Rot. in rec. dec. 432. nu. 4. p. 3. dec. 274. nu. 2. &
deciſ. 502. n. 1. p. 4.* Prout etiam quod nunquam
fuit viſum, aut auditum contrarium, ſed cō-
munis eſt, & fuit ſemper opinio ita fuiſſe, &
quod non extat cōtrarij, vel initij memoria, vt
dixit *Rota in ſupradicta dec. 432. nu. 4. p. 3. dec. 274.
num. 2. & deciſ. 502. nu. 1. par. 4. & deciſ. 162. nu. fin.
par. 5. recent.*

Immo in præſenti caſu d. immemorabilis
redderetur irreleuās etiam ex eo, quod ex pu-
blico inſtrumento celebrato ſub die 30. No-
uemb. 1628. apparet d. Eccleſiam S. Viti ab Ar-
chiepiſc. Nazareno fuiſſe vnitam prędictę Ec-
cleſiæ Capitulari, & ſic conſtat de aliquo prin-
3 cipio, quod omnino deſtruit naturam imme-
morabilis, cuius proprium eſt, vt de principio
nō ſit memoria *iux. trad. per gloſ. in d. c. 1. in verb.
memoria de præſcript. in 6. Rot. in Burgen. Decimarū
26. May 1642. coram Reuerendiſſ. Epiſcopo Pataui-
no, & in Hiſpalen. Decimarum 15. Februarii 1647.
coram R.P.D. meo Meltio.*

Inueriſimilitudo autem reſultat tū ex actu
viſitationis d. Eccleſiæ S. Viti per Archiepiſc.
4 Nazarenum pluries exercito, qui exerceri nō
ſolet in membris, & grancijs Eccleſiæ Cathe-
dralis, vt reſpondit *Rot. in hac cauſa ſub die 12.
Nouemb. 1646. coram R.P.D. meo Veroſpio §. altera
vero;* Tum etiā quia ſi d. Eccleſia fuiſſet gran-
cia Eccleſiæ Archiepiſcop. non eſt veriſimile
quod Archiepiſcopus per ſupradictā vnionē
5 ſibi, ac ſuæ Eccleſiæ præiudicium inferre vo-
luiſſet: quæ inueriſimilitudo ſufficit ad dene-
gādam remiſſoriā *c. quia veriſimile de præſumpt.
Rot. deciſ. 23. de teſtib. in antiq. Caualer. deciſ. 87.
num. 3. ſan. mem. Greg. XV. deciſ. 414. num. 3. Duran.
dec. 131. num. 12.* & fuit dictum in *Calaguritana
Beneficii de Cornago 31. Maii 1647. coram R.P.D.
meo Ottbobono.*

Quartus, quintus, & ſextus, qui tendunt ad
probandam vnionem Cathedralium Montis
Viridis, & Nazarenæ, & reſidentiam Archie-
piſc. Nazareni in Terra Barlettæ; prout etiā
ſeptimus circa diſtantiā Terrę Barlettę à Terra
Carbonariæ, ſunt irreleuantes, nec faciunt ad
cauſam, & à Thoma controuertuntur; quam-
obrem reſpectu illorum remiſſoria concedi
non debet.

Octauus articulus, in quo habetur, quod
Archiepiſcopi Nazareni adminiſtrauerunt d.
Eccleſiam S. Viti tanquam propriam per Pro-
curatores, & miniſtros; videtur repugnare ſe-
cundo & tertio articulis, in quibus dicitur d.
Eccleſiam cum bonis ſuis non ſolùm ſpecta-
re ad Eccleſiam Archiepiſcopalem Nazare-
nam, ſed etiam ad Eccleſiam Capitularem
Terræ Carbonariæ, ex qua quidem repugnā-
tia, cùm oriatur non modica calumniæ ſuſpi-
7 cio remiſſoria danda non eſt *Bald. in l. iudices
num. 3. verſ. tertio nota ibique Caſtr. num. 3. C. de fid.
inſtr. Mohed. deciſ. 5. num. 3. de probat. Rot. coram Se-
raphin. deciſ. 1364. num. 4. ſan. mem. Gregor. XV. de-
ciſ. 48. num. 7. deciſ. 81. num. 5. & deciſ. 414. num. 8.
Duran. deciſ. 462. num. 3. cum aliis alleg. in dicta Ca-
lagnritana Beneficii de Cornago coram R. P. D. meo
Ottbobono in fin.*

Nonus, & decimus articuli continentes
quod dicta Eccleſia Sancti Viti ab Archiepiſ-
copis Nazarenis viſitari conſueuit tanquam
membrum, & grancia eorum Menſę Archie-
piſcopalis, & quod Lambardus fuit Ar-
chiepiſcopus Nazarenus, ſimiliter viſi ſunt
calum-

Digitized by Google

7 calumnioſi,cum omnia prædicta probati poſ-
ſint per ſcripturas, quo caſu remiſſoriam de-
negari dixit *Egid.deciſ.9.num.1.de reſcript. & de-
ciſ.495.verſ.nec propter de except.Canaler.deciſ.87.
num.1.Buratt.deciſ.864. num.1. Duran. deciſ.196.
num.2. Rota in rec.deciſ.414.nu.5.par.2. deciſ.142.
num.2.par.4.tom.2.deciſ.416.num.1.deciſ.473. n.1.
par.5.tom.2.& deciſ.252.num.1.par.7.*

Vndecimus, & duodecimus articuli in
quibus ponitur, Archiepiſcopum Lambar-
dum tractaſſe, ac tractari feciſſe cum Clero
Eccleſiæ Capitularis Terræ Carbonariæ de ei
cedendo omnia iura, quæ ſuper Eccleſia S.
Viti, eiuſq; bonis ad ſe pertinebant, & dein-
de iuxta hunc tractatum d. Archiepiſcopum
per ſimplicem ceſſionem,nō autem per vnio-
nem iura Eccleſiæ S. Viti in d. Eccleſiam ca-
pitularem pro triginta ducatis annuis tranſtu-
liſſe; defendi non poſſunt à manifeſta calum-
8 nia; quia per ſupradictum publicum Inſtru-
mentum celebratum ſub die 30. Nou. 1628.
conſtat de contrario, nempe translationem
dictorum iurium ad fauorem dictæ Capitu-
laris Eccleſiæ factam fuiſſe per veram vnio-
nem, & ideo nec iſti digni ſunt remiſſoria *Se-
raph.deciſ.1460.num.3. Duran.deciſ.131. num.13.
& deciſ.196.num.3.Rota in recent.deciſ.539.num.1.
in fin.verſ.& eo minus par.2. & deciſ.135.num.12.
par.5.* & fuit dictum *in Barchinonen. Alimento-
rum 17. May 1647. coram me in fin.*

In quam ſententiam eo libentiùs Domini
deuenerunt ponderando, quod D. Archiepi-
ſcopus, & Capitulum in prima, & ſecunda
inſtantijs ſuccubuerunt, & nunquam petie-
runt remiſſoriam, quo caſu videtur calum-
nioſè peti hodie ad defaticandum Thomam
9 longiori litigio, & ad euitanda fundamenta
deciſionum in hac cauſa emiſſarum, prout
dixit *Rota coram Put. deciſ.195. lib.1. in correct.
Mantic.deciſ.61.num.5.in recent. deciſ.253.num.9.
par.5. & in Firmana Penſionis 12. May 1642. co-
ram R. P. D. meo Bichio*; Quibus accedit quod
aliàs in iudicio manutentionis *coram bon. mem.
Vbaldo* fuit quaſi eadem materia articulata,
10 prout in ſecundo, & tertio articulo, quo ca-
ſu remiſſoria denegari ſolet, cum cenſeantur
partes elegiſſe Teſtes magis informatos *Rota
deciſ.406.num.2.par.2.recent.Reuerendiſs. Vrgellen.
deciſ.131.num.3.& 7.*

Et ita vtraque &c.

ROMANA DOMVNCVLARVM.

Lunæ 10. Febr. 1648.

ARGVMENTVM.

Via executiua etiam ſecundum Rotæ opinio-
nem pro legato competit, quando fuit actum
ex remdio vtilis Saluiani. Donatio, ſeù re-
nunciatio facta à muliere ex falſa cauſa non
ſuſtinetur ex appoſitione cauſarum ob amo-
rem, & beneuolentiam, quibus proſequeba-
tur Donatarium, & quia ſic ſibi facere place-
bat.

SVMMARIVM.

1 *Aegidianæ eſt locus quando ſententia eſt iuſta, & la-
ta in poſſeſſorio.*
2 *Via executiua non competit pro legato, declara
num.9*
3 *Periurus non dicitur qui obtinuit abſolutionem Iu-
ramenti ante cæptum iudicium, licet eius fidem non
produxerit in actis ante oppoſitionem.*
4 *Relictum ſub conditione ea non purificata non debe-
tur, & ideò alteri relinqui non poteſt.*
5 *Portio caducata pertinet ad coniunctum re, & ver-
bis.*
6 *Subſtitutio excludit ius accreſcendi, quando deficien-
ti eſt datus ſubſtitutus.*
7 *Subſtitutio concepta,* à miei Heredi, & Suc-
ceſſori, *Succeſſores non cenſentur ſubſtituti hære-
dibus.*
8 *Conceſſio, pro ſe, & Succeſſoribus, non efficit quod
ſucceſſores dicantur ſubſtituti primo acquirenti, ſed
reddit conceſſionem hæreditariam.*
10 *Legatarius habet hypothecam legalem ſuper re le-
gata.*
11 *Saluianum datur habenti hypothecam.*
12 *Clauſulæ,* vel alteriùs remedij &c. omneque
ius &c. *& quodcunque mandatum, in libello
comprehendunt omnem modum agendi.*
13 *Renunciatio mulieris ex falſa cauſa, vel damnoſa
eſt nulla.*
14 *Legata non relinquuntur mortuis.*
15 *Teſtamentum qui non mutauerit, præſumitur ab il-
lo noluiſſe recedere.*
16 *Voluntas non redacta ad actum nihil operatur.*
17 *Verba,* ob amorem, & beneuolentiam, *in
donatione cenſentur appoſita de ſtylo Notario-
rum.*
18 *Cauſa contractus prohibiti contrahere debet expri-
mi Iudici, nec ſufficit expreſſio cauſæ generalis, aut
voluntariæ.*
19 *Cauſa beneuolentiæ, ac liberi arbitrij, ſi non ſit
cauſa finalis, cenſetur coloratè appoſita.*
20 *Cauſa finalis ſola venit attendenda.*
21 *Renunciatio mulieris corruit ex falſitate vnius ex
cauſis coniunctim eam ad renunciandum mouen-
tibus.*

DECISIO DCCXCII.

CONDIDIT Marius Sorcius de anno 1626 ſuum Teſtamentum clauſum,in quo inſtitutis hęredibus Druſilla Ranuccia,& Theodoſia Iocoſa, iure legati reliquit Valentino fratri domunculas, de quibus agitur, cum conditione, quod moriente ipſo legatario ſine filijs legitimis, & naturalibus, domunculæ prędictæ reuerti deberent ad dictos ſuos hęredes, eorumq; Succeſſores, poſtea de anno 1630. deceſſit: Cuius obitu ſequuto Druſilla prędicta antequam aperiretur d. Teſtamētum, cum iuramento, & decreto Iudicis renunciauit ad fauorem dicti Valentini totam hęreditatem, omniaque iura, quæ ſibi ex dicto Teſtamento competere poterant; Theodoſia verò cohæres ſimiliter hęreditatem, & omnia ſibi competentia ex eodem Teſtamento Marij legauit eidem Valentino, qui tandem in-

ſtitu-

ſtituto ſibi herede vniuerſali Ioſepho Sciope-
ra obijt ſine filijs: Quare pretendens Druſilla
purificatam fuiſſe conditionem, ſub qua ſub-
ſtituta fuerat in dicto legato domuncularum,
egit coram A. C. pro immiſſione, & ſenten-
tiam fauorabilem reportauit, vnde appellauit
d. Ioſephus, cauſaq; ſuæ appellationis fuit à
Signatura in Rota commiſſa cum clauſula
1 *Conſtito, quod ſit locus Aegidianæ*, cui locum
eſſe propoſito hodie deſuper dubio Domini
reſponderunt, attento quod ſententia eſt lata
in poſſeſſorio, & apparet valida, & iuſta, vt
in ſimilibus terminis fuit dictum *coram ſa. me.
Greg. XV. deciſ. 491. num. 1. & 5.* vbi *Add. litt. B.*
indicat concordantes.

Nec obſtare viſæ fuerunt exceptiones, quas
contra validitatem opponebant Informantes
pro Ioſepho: Primò quod Druſilla tanquam
periura eſſet repellenda à limine iudicij. Se-
cundò quod ſententia contineret exceſſum,
vti concedens Druſillæ immiſſionem in
poſſeſſionem omnium Domuncularum, &
ſic etiam medietatis Theodoſiam, vel Ioſe-
2 phum illius Succeſſorem tangentis. Tertiò
quod fuerit proceſſum via executiua ex reme-
dio *l. fin. C. de edict. Diu. Adr. toll.* quæ non com-
petit pro legato.

Quoniam exceptio periurij ceſſat ex facto,
in quo manifeſtè patet ipſam Druſillam ante
motum iudicium obtinuiſſe abſolutionem à
iuramento, quod præſtitit in donatione il-
liuſq; fidem produxiſſe in actis ſtatim, ac de
pretenſo periurio fuit exaduerſo oppoſitum;
Vnde ex eo ſolùm, quod dicta fides non fuit
exhibita ante dictam oppoſitionem Druſilla
non poteſt appellari periura, cùm ad effectum
euitandi incurſum periurij, & nullitatem ſen-
3 tentiæ ex eo reſultantem, ſufficiat opportunè,
hoc eſt antequam incipiatur agere, obtinere
abſolutionem à iuramento ad latè *trad. per
Mancin. de iuram. par. 6. qu. 6. & 9.* ac de ea doce-
re quando ab Aduerſario excipitur de periu-
rio *Rota in rec. deciſ. 165. num. 36. deciſ. 241. nu. 19.
par. 7. rec. & in Tiburtina Pratorum 5. Iulij 1638.
coram bo. me. Buccabella.*

Ad ſecundam exceptionem dicebatur, ſen-
tentiam nullum continere exceſſum ex eo
quod dat Druſillæ immiſſionem in poſſeſſio-
nem omnium Domuncularum; quia cùm
in ſubſtitutione Druſilla, & Theodoſia fue-
rint re, & verbis coniunctæ, ac Theodoſia
4 prædeceſſerit antequam ſubſtitutio purifica-
retur, vtique eius portio fuit caducata *ad tex.
in l. vnic. §. ſin autem aliquid C. de cad. tollen.* cum
alijs plena manu congeſtis *in Romana fideicom-
miſſi de Marianis 16. Martij 1643. coram me*; ideò
relinqui non potuit Valentino, vt eſt *tex. ex-
preſſus in l. legata ſub conditione 41. ff. de condit. &
5 demonſtrat.* Sed accreuit Druſillæ *Bellon. de iur.
accreſcen. cap. 7. qu. 35. num. 14.* cum alijs ibi re-
latis.

Nec ius accreſcendi excluditur ex quo ne-
dum Druſilla, & Theodoſia, ſed etiam earum
Succeſſores ſunt ſubſtituti, ibi, *debbano torna-
re à gl'infraſcritti miei heredi, e ſuoi ſucceſſori*;
6 quia eſto quod ſubſtitutio excludat ius accre-
ſcendi, quando deficienti eſt datus ſubſtitutus
in quibus terminis loquitur *tex. in l. vnic. §. pro
ſecundo C. de caduc. toll. Bellon. conſ. 3. nu. 37. Fuſar.
qu. 495. num. 19. & 20.* In preſenti tamen caſu
7 negatur per ea verba, *e ſuoi Succeſſori*, cenſeri
Succeſſores ſubſtitutos heredibus, cùm ſolum
demonſtrent, quod purificata reuerſione per
obitum Valentini ſine filijs, Domunculæ illi
legatæ pleno iure, ac liberè reuertantur ad
heredes inſtitutos, itaut illi poſſint de domi-
bus diſponere ad fauorem Succeſſorum, qua-
tenùs portio alteriùs non cadacetur; Sicuti in
8 ſimili dicimus, quod conceſſio facta alicui
pro ſe, & Succeſſoribus non efficit, quod
Succeſſores dicantur ſubſtituti primo acqui-
renti, ſed ſolùm reddit conceſſionem heredi-
tariam, & tranſitoriam ad quoſcunque here-
des *ex alleg. per Giurb. de ſucceſſ. feud. praelud. 4. ſub
num. 19. verſ. vel ſi conceſſum ſit*, & in fortioribus
terminis *Peregrin. de fideicom. art. 51. num. 20. Me-
noch. conſ. 84. num. 15. conſ. 442. num. 32. & Cephal.
conſ. 312. num. 85. & 86.*

Quo verò ad tertiam exceptionem, ſcilicèt
quod pro legato non competat via executiua
ſecundum Rotæ opinionem, vt pluribus re-
latis fuit dictũ *in Vrbeuetana legati 4. Iulij 1646.
9 coram R. P. D. meo Bichio.* Domini declarando
concluſionem, dicebant illam non applicari
quando, prout hic, fuit actum ex remedio
vtilis Saluiani, ſed procedere quando legata-
rius agit actione ex Teſtamento, quæ perſo-
nalis eſt, ſiuè rei vendicatione, quæ pariter
legatario competit *ad trad. per Bart. in l. 1. n. 12.
& ſeqq. ff. de leg. 1. Aret. in l. qui Roma 122. §. duo
fratres ſub num. 27. ante med. verſ. praeterea leges prae-
allegatae ff. de verb. obligat.* & ratio eſt, quia Te-
ſtamentum tunc habet paratam executionem
quando nullus adeſt legitimus contradictor;
legatarius verò, cum debeat legatum capere
de manu heredis ſemper habet contradicto-
rem, videlicèt ipſum hæredem, vnde ſequi-
tur, quod ipſe non poſſit obtinere nec per
viam aſſociationis, nec ex remedio *l. fin. C. de
edict. diu. Adr. toll.* vt in puncto hæc omnia benè
explicat *Rota in Romana Tutelæ ſuper Aromataria
4. Martij 1622. coram bo. me. Patriarcha Manze-
nedo*, quæ eſt *deciſ. 359. nu. 1. & ſeqq. par. 4. tom. 2.
rec.* vbi reſpondetur omnibus contrarijs.
10 Cæterum quia legatarius habet hypothe-
cam legalem ſuper re legata *l. 1. C. com. de leg.*
vtique ad rem legatam conſequendam vltra
prædictas duas actiones poteſt agere ex reme-
11 dio Saluiani interdicti, quod nunquam de-
negatur habenti hypothecam, vt in terminis
*Gabr. conſ. 46. num. 20. & 21. lib. 1. & conſ. 44. nu. 4.
& ſeqq. lib. 2.* alijſq; plures relati *à Pacif. de Sal-
uian. interdict. inſpect. 3. cap. 4. num. 179.* Et hanc
opinionem perpetuò amplexa eſt *Rota penes
Seraph. deciſ. 828. num. 1.* vbi quod ita fuit ſem-
per in Rota obſeruatum, *& deciſ. 674. num. 4.
deciſ. 689. nu. 4. par. 3. diuerſ. deciſ. 193. nu. 1. dec. 387
num. 1. par. 1. rec. deciſ. 67. nu. 11. penes bo. me. Coc-
cino, Viterbien. Caſtrorum 10. Maij 1642. coram
eodem Coccino, & in Bonon. legati de Mareſcottis 24.
Aprilis 1626. coram bo. me. Merlino*, vbi quod
hanc opinionem paſſim ſequitur Rota.

Quod

Digitized by Google

Quod autem Druſilla egerit vtili Saluiano
interdicto apparet ex verbis monitorij, ibi,
ex remedio interdicti vigore l.fin.C.de edict.diu.Adr.
12 *toll.* vel alteriùs remedij poſſeſsorij ſibi de
iure magis proficui, & competentis; & in-
fra ibi, *omneque ius, & omne remedium, & actio-
nem ſibi de iure magis proficuam, & competētem &c.*
ex quibus, pretertim ſimul iunctis euidens
ſit, quod Druſillæ petitio non eſt reſtricta ad
remedium *l. fin.* Sed comprehendit omnia
alia remedia poſseſsoria legatario de iure
competentia, vt in terminis ponderauit *Rota
deciſ.*106.*num.*11. *par.*7.*rec.* & magis in ſpecie,
quod dicatur comprehenſum poſseſsorium
remedium Saluiani interdicti, licèt eius no-
men non fuerit verbis expreſsum, fuit deci-
ſum *in Firmana Saluiani 24. Maij 1632. coram
bo. me. Pirouano impreſs.in rec.deciſ.135.ſub.nu.4.
verſ.quia etſi, & num.5.par.6.& apud Cinc.de cenſ.
deciſ.559.num.4 ſecund.ult.impreſs. facit deciſ.251.
in princ.par.1.diuerſ.* Eoque magis ponderando
quod in corpore eiuſdem Monitorij Druſilla
petijt relaxari quodcunq; mandatum de im-
mittendo, & aliud deſuper neceſsarium, &
opportunum, vt in ſortioribus terminis pon-
derauit *Rot.in Romana Reſtitutionis in integrum 26
Ianuarij 1629. coram bo. me. Card.Vbaldo impreſs.
apud Moder.Peruſ.de manut.deciſ.249.ſub nu.2.*

Subſiſtit pariter eiuſdem ſententiæ iuſtitia;
cui minimè refragatur prędicta Druſillę re-
nunciatio, ſeù donatio, tanquam nulla ex
falſitate, vel ineptitudine cauſæ; Nam cum
13 verſemur in renunciatione facta à Muliere
poſtquam per obitum Teſtatoris ad ipſam
erat deuoluta hęreditas, oportet cauſam re-
nunciandi non ſolum eſse veram, ſed vltrò
non eſse damnoſam, vt dixit *Rota int.impreſs.
apud Pacif. de Saluian.deciſ.56. numer.22. & ſeqq.
deciſ.227.nu.3.& ſeq. & in Romana Domorum 11.
Dec. 1645.coram R.P.D.meo Bichio §.quæ autem.*

Falſa quidem, & inepta eſt cauſa expreſsa
in renunciatione, nempe quod Marius Teſta-
tor, ideò Druſillam hęredem inſtituit non
autem Valentinum fratrem, quia ipſum tunc
temporis abſentem nunquam ad Vrbem re-
diturum credebat, quinimò mortuum exiſti-
mabat, & poſtquam redijt, eundem Valen-
tinum hæredem inſtituere volebat, niſi præ-
matura mors contigiſset; Vnde Druſilla cre-
dens iuſtum eſse dictam hęreditatem deueni-
re ad Valentinum renunciauit, & donauit &c.
Nam quod Teſtator Valentinum mortuum
crediderit non ſubſiſtit, dum illi has Domun-
culas legauit, equidem legata non relinquun-
14 tur mortuis *l.interuenit 24. ff.de leg. præſt. l.eum
qui 104.ff.de cond.& demonſtr.l.cum pater 77.§ hæ-
reditatem ff. de leg.2.* Pariterque minus videtur
ſubſiſtere, quod poſt reditum Valentini mors
Teſtatoris prępedierit illius inſtitutionem
mediante nouo Teſtamento, quod Teſtator
facere volebat; quia poſt d. reditum Marius
ſuperuixit per plures menſes, intra quos, cum
15 iam factum Teſtamentum non mutauerit, vt
poterat, ab illo noluiſse recedere præſumitur
*tex.eſt in l.3.C.de inoff.teſt.& notat gloſ.in l. tracta-
batur 14.verb.nihil noni ff.de teſt.mil.Pariſ.conſ.62.
num.25.lib.2.Dec.conſ.490.num.7.* Et in omnem
euentum, vt Druſilla in primo Teſtamento
hæres inſtituta hæreditatem amitteret, eam-
que iuſtum eſſet peruenire ad Valentinum,
quem Teſtator hæredem facere volebat per
ſubſequens Teſtamentum, non ſatis eſt hæc
16 voluntas, & deſtinatio ad actum non reda-
cta mediante poſteriori Teſtamento *§. poſte-
riori Inſtit. quib. mod. teſt. infir. Menoch. conſ.496.
num.81.Rimin.iun.conſ.732.num.5. & ſeq.* vbi al-
legat concordantes *Oſaſch.conſ.11.num.97.lib.1.*

Non obſtat, quod non ſolum ex dicta cau-
ſa Druſilla renunciauerit, ſed etiam ob amo-
rem, & beneuolentiam, quibus proſequeba-
tur Valentinum, & quia ſic ſibi facere place-
bat; quia huiuſmodi cauſæ, cū ſoleant apponi
17 in qualibet donatione, & renunciatione,
cenſentur appoſitæ de ſtylo Notariorum *Bart.
in l.1.num.10. in fin.ff.de iur.Codicill.Gabr.concl.4.
tit. de conſuetud. num.5.* & in terminis pondera-
uit *Rota deciſ.318.num.23. par.4. tom.2.rec.* Ideò
non ſufficiunt ad ſuſtinendam renunciatio-
nem Mulieris requirentem vigore ſtatuti Vr-
bis *lib.1.cap.151.* cauſam expreſſam Iudici co-
gnitam, & ſaltem non damnoſam renuncian-
ti, alioqin nunquam eſt locus dicto Statuto,
cui non eſt ſatisfactum per expreſſionem cau-
18 ſæ generalis, aut voluntariæ, vt pluribus
comprobat *Rota deciſ.32 num.5.impreſſ.apud Pic.
ad d.Stat.& in Rom. Pecuniaria 24. Aprilis 1637.
coram bo. me. Merlino.*

Vltra quod cauſas beneuolentiæ, ac liberi
arbitrij fuiſſe appoſitas ad colorandam renun-
ciationem deprehenditur ex quo concurrit
cauſa finalis, nempe cauſa iuſtitiæ, per quam
19 Druſilla renuncians credidit hæreditatem de-
beri Valentino, ibi, *conoſcendo eſser coſa giuſta,
che detto Signor Valentino habbi l'heredità &c.* quæ
tanquam ſubſtantia actus, & principium in-
20 tentionis agentis ſola venit attendenda ad la-
tè *trad.per Tiraquell.in tract.ceſs.cauſ.limit.1.à n.1
cum pluribus ſeqq. Burſatt.conſ.109. num.31. Rota
deciſ.125.num.28.par.5.rec.* eamque eſſe finalem
docet *tex. in l.fin.ff.de hæred.inſtit.idem Tiraquell.
in d.tract. & limit. ſub num.26.* vbi ait, quod ſi
do tibi quia hæres es, cauſa hæc finalis eſt.
Aut ſaltem dicendum eſt, omnes cauſas prę-
narratas coniunctim mouiſſe animum Dru-
ſillæ ad renunciandum, vnde propter inepti-
tudinem alteriùs ex illis tota corruit renun-
ciatio, quicquid dicendum veniat quando
21 conſtat ſingulas cauſas de per ſe mouiſſe re-
nunciantem *Rimin.iun.conſ.5. num.210. & ſeqq.
Ciriac.controuerſ.257.nu.15.& ſeqq.Rota deciſ.852
num.2.par.4.diuerſ.deciſ.251.num.10.& ſeq.par.6.
deciſ.229.num.8. & 9. par.7. rec. & in d. Romana
Domorum 11. Decembris 1645. coram R.P.D. meo
Bichio §. tum etiam, & §. quibus poſitis.*

Et ità vtraque &c.

BONONIEN. FIDEICOMMISSI DE RVBEIS.

Lunæ 16. Martij 1645.

ARGVMENTVM.

Aegidianæ quando ſit locus, & quando obſtet mixtura ex quo fuerit etiam cognitum de inualiditate tituli materia plenè explanatur.

SVMMARIVM.

1 *Aegidiana eſt locus, quando ſententia eſt lata in poſſeſſorio inter perſonas laycas contendentes de re laycali.*

2 *Aegidiana habet locum in qualibet inſtantia, & ſic in ſecunda ſententia dummodò non ſit reuocatoria primæ.*

3 *Citatio remanet circumducta, ſi ſuper ea non fuit lata ſententia.*

4 *Citatio ſub qua emanauit ſententia attenditur ad effectum Aegidianæ.*

5 *Sententia contra tenorem petitionis, & probationum ſubſtantiam eſt exceſſiua.*

6 *Ceſſio, ſeu declaratio caducitatis incurſa ob alienationem bonorum fideicommiſſorum facta ab hærede grauato ſuffragatur ſi emanauerit ante motum Iudicium, vel antequam fuerit concluſum in cauſa.*

7 *Declarationi, quæ concernit ea, quæ in animo conſiſtunt, ſtandum eſt.*

8 *Alienatio prohibita parit eundem effectum quam mors fauore ſucceſſiuè vocatorum.*

9 *Contradictor legitimus ad impediendam immiſſionem fideicommiſſario non eſt qui allegat titulum nullum, & irrelenantem.*

10 *Tituli diſcuſſio incidenter facta non facit mixtum Iudicium ad effectum excludendi Aegidianam.*

DECISIO DCCXCIII.

FVIT reſolutum eſſe locum Aegidianę, quia ſententia Rotalis concedens Iacobo de Rubeis immiſſionem in poſſeſſionem prę-
1 dij fideicommiſſo Minij, & Neſtoris de Rubeis ſubiecti, ac contra expreſſam prohibitionem dd. fideicommittentium per Tiberium alienati in q. Comitem Henricum de Vrſis acquirentem pro ſe, hæredibus, & Succeſſoribus ſuis; apparet lata in mero poſſeſſorio ex remedio *l.fin.C.de edict.Diu.Adr.toll.* inter laycas perſonas, contendentes de re omninò laycali, vt in terminis dixit *Rota in Ariminen. fideicommiſſi 10. Iunij 1641. coram Eminentiſs. Cardinali Veroſpio confirmata 7. Aprilis 1642. coram me.*

Non obſtat quod ſuper hac eadem immiſſione ad fauorem eiuſdem Iacobi præceſſerit alia ſententia Rotalis coram R. P. D. meo Peuttingerio, à qua cum appellaſſent Moderni Comites de Vrſis filij, & hæredes d. Henrici, & Signatura in cauſa eorum appellationis reſcripſiſſet R. P. D. meo Corrado cum eadem clauſula, *Conſtito*, quod ſit locus Aegidianæ, reſolutum fuerit ſub 23. Maij 1644. illi non eſſe locum, tùm propter Clericatum Antonij de Rubeis, cui etiam nomine fuerat actum in illo iudicio; tùm etiam propter iniuſtitiam prouenientem ab exceſſu ponderato in deciſione deſuper accuratè extenſa per eundem R. P. D. meum Corradum; Quia cum poſtea fuerit per d. Antonium Clericum, eiuſque fratres renunciatum d. Iudicio ad fauorem ipſius Iacobi eorum Nepotis, qui deinde in vim nouæ commiſſionis continentis facultatem procedendi, prout in prima inſtantiam immiſſionis ex integro inſtaurauit corã R. P. D. meo Corrado, à quo ipſe ſolus ſententiam reportauit nulla vnquam facta mentione Patruorum in actis ſubſtantialibus iudicij; vtique hodie non ſolum non applicantur deducta in d. deciſione R. P. D. mei Corradi, quæ loquitur de iudicio antecedenti; Sed etiam nullo modo remanet excluſa diſpoſitio dictæ Conſtitutionis, quia vltra quod ſententia eſt lata prout in prima; certum eſt
2 quod Aegidiana habet locum in qualibet inſtantia, & ſic in ſecunda ſententia, dummodò non ſit reuocatoria primæ, vt dixit *Rota apud Caualer. deciſ. 92. num. 3. & deciſ. 69. num. 2. & inter diuerſ. deciſ. 201. num. 1. & 2. par. 3. int. recent. deciſ. 173. num. 3. par. 1. & deciſ. 264. num. 1. & ſeqq. par. 6.* & fuit declaratum *in d. Ariminen. fideicommiſſi 7. Aprilis 1642. coram me, & in Romana fideicommiſſi de Spiritibus 14. Iunij 1645. coram R. P. D. meo Cerro.*

Minùs obſtat quod Antonius in renunciatione dictæ ſententiæ R. P. D. mei Peuttingerij reſeruauerit ſibi facultatem reaſſumendi diſputationem coram R. P. D. meo Corrado, & recuperandi bona dicti fideicommiſſi, ad quem effectum etiã expenſas refecit, quia reſpondebatur, ſatis eſſe, quod in hoc nouo iudicio nõ vſus fuerit dicta facultate, ſed ſolus Iacobus pro immiſſione in vim nouæ Commiſſionis inſteterit; & ad refectionem expenſarum Antonius tenebatur propter renunciationem, vt ſupra factam alias ad illam poterat compelli etiamſi in ſecundo iudicio non eſſet nominatus.

Parum etiam intereſt, quod in proceſſu huius noui iudicij adſit quædam citatio ad ſententiam concepta ad inſtantiam Iacobi, & dicti Antonij, quia vltra quod non apparet à quo huiuſmodi citatio fuerit reproducta, illa
3 remanſit circumducta, ex quo ſuper ea non fuit lata ſententia *ex trad. per Rota in rec. dec. 274 num. 1. par. 1. & int. impreſſ. poſt Fenz. ad Stat. Vrb. deciſ. 28. §. vlt. & penes bo. me. Buratt. deciſ. 574. num. 11.*

Prout nihil refert, quod in eodem proceſſu reperiatur ſemel citatus Procurator Iacobi vti etiam Procurator dicti Antonij, quia cum non fuerit pro eius parte comparitum, hæc citatio nihil concludit ad effectum, de quo agitur, aliàs maximum reſultaret abſurdum, nempe quod fuiſſet in poteſtate partis aduerſæ citando etiam Antonium confundere Iudicium in præiudicium Iacobi, dum hic nomine tantùm proprio nouam commiſſionem obtinuit, & ad hoc nouum iudicium nunquam Antonius admiſſus fuit, vt neceſſè erat,

Digitized by Google

erat, ac dum idem Iacobus nec in principio,
nec in proſequutione iudicij vnquam fecit
actum per quem Antonium in conſortem
agnoſcere voluerit; immò ſolo eius nomine
4 fuit concepta citatio ſub qua emanauit ſen-
tentia, cuius tempus venit attendendum ad
effectum Aegidianæ, vt dixit *Rota in Romana
Cambiorum coram Cardinali Millino impreſs. apud
Marcheſ.par.2.fol.151. num.3. & 4.* & in alijs re-
latis *in Recanaten. Bonorum 14. Martij 1639. coram
bo. me. Buccabella extenſa per R. P. D. meum Cer-
rum 21. Aprilis 1640.*

Nec facit quod ſententia fuerit lata pro Ia-
cobo nominibus de quibus in actis, quia cum
in actis Iacobus proprio tantùm nomine in-
ſteterit, ea verba, nominibus de quibus in
actis poſſunt referri ad nomen fideicommiſſa-
rij, quo tanquam vocatus ad fideicommiſ-
ſum ipſe petijt immiſſionem: Ponderata ma-
ximè inuериſimilitudine, quod Iacobus, qui
ne ob conſortium Antonij Clerici exclude-
retur Aegidiana, prout excluſa fuerat in pri-
mo iudicio coram R. P. D. meo Peuttinge-
rio, renunciauerat priori ſententiæ per nouam
commiſſionem, & nouum iudicium, volue-
rit iterum immiſcere perſonam Antonij, &
ſic incidere in id, quod tanto ſtudio, & im-
penſa euitare conabatur, & ex quo nullum
commodum reportare poterat, ſed vndequa-
que damnum.

Neque aduerſatur obiectum exceſſus, ſicu-
ti aduerſabatur primæ ſententiæ R. P. D. m.
Peuttingerij, quoniam illud tunc releuare
viſum fuit, ea præcipuè ratione, quia con-
corditèr, & æqualitèr petebatur à Iacobo, &
eius Patruis immiſſio, quæ tamen fuit tota-
litèr conceſſa ſoli Iacobo, quare dicta ſenten-
5 tia non poterat excuſari ab exceſſu tanquam
lata contra tenorem petionis, & probationum
ſubſtantiam, vt bene aduertit *d. deciſio R.P.D.
mei Corradi in §. ſecundò quia*; quod ſecus eſt in
hac ſecunda ſententia, pro qua ſolus Iacobus
inſtetit, vt patet ex ſupradictis. Nec ex eo
quod concedit immiſſionem in poſſeſſionem
totius eidem Iacobo æqualitèr vocato cum
dictis eius Patruis ad fideicommiſſum, dedu-
ci poteſt aliquis exceſſus, quia ſtantibus alie-
natione bonorum fideicommiſſariorum facta
à Tiberio, & conſenſu deſuper præſtito ab
eius filijs, illud fuit totalitèr deuolutum ad
Iacobum, etiam in tali caſu ſucceſſiuè voca-
tum, vt fuit oſtenſum *in deciſione in hac cauſa
emanata coram eodem R.P.D. meo Corrado 30. Maij
1646. §. Minus obſtat*, & agnouerunt etiam
ijdemet filij Tiberij in declaratione facta 8.
Iulij 1643. ad fauorem dicti Iacobi eorum
6 Nepotis; quæ declaratio licèt inutilis viſa
fuerit *in prædicta R. P. D. mei Corradi deciſ. 23.
Maij 1644. §. Nec releuat ceſſiones*, eo quod ſu-
peruenerant poſtquam fuerat concluſum in
cauſa; hodie tamen ſuffragari debet, cum præ-
ceſſerit hoc nouum iudicium, vt in fortiori-
bus terminis dixit *Rota coram bo. me. Buratti de-
ciſ. 780. num. 7. & ſeqq.* Vnde addebant Domini
quod non erat opus examinare, an ceſſio fieri
potuerit pendente iudicio; ſiuè an ceſſiona-

rius etiam in caſibus, in quibus ceſſio rei liti-
gioſæ eſt licita, poſſit iudicium proſequi no-
mine proprio, ſuper quo plurimum inſiſte-
bant Informantes pro Comitibus de Vrſis,
quia vt dictum eſt, prædicta declaratio ema-
nauit antequam inchoaretur nouum iudiciũ,
& poſtquam fuerat extinctum primum per re-
nunciationem actoris à reo acceptatam vna
cum refectione expenſarum, vt fuit deciſum
*in Conchen. Archipresbyteratus 19. Ianuarij 1598.
coram Litta impreſſ. apud Marcheſ. de commiſſ. par. 2
fol. 516. ſub num. 2.*

Præterquam quod animaduertebatur, quod
non ſumus in terminis puræ ceſſionis, ſed de-
clarationis, & agnitionis caducitatis incurſæ
ex diſpoſitione fideicommittentium ob con-
ſenſum præſtitum alienationi; adeo quod Ia-
cobus egit ex propria perſona vti etiam in
caſu alienationis vocatus ad fideicommiſſum,
& ideò gratis allegatur quod alienantes excu-
ſare ſe poterant prætextu bonæ fidei ob igno-
rantiam ſubreptionis; ſiuè falſitatis narrato-
rum in breui Pontificio ſuper facultate alie-
nandi per Tiberium obtento, cum immò id
apprimè ſcirent, proindeque ſeſe incurriſſe
7 caducitatem declararũt, cui declarationi ſtan-
dum eſt, quia concernit ea, quæ in animo
conſiſtunt *ad trad. per Alex. conſ. 217. num. 13. lib. 2
Menoch. conſ. 191. num. 48. Rota in Anconitana Bo-
norum 12. Ianuarij 1607. §. vlterius coram bo. me.
Manzanedo, & int. recent. deciſ. 188. num. 2. verſ.
vnde ſuccedit, & deciſ. 632. num. 3. verſ. vltra quod
par. 2.*

Fruſtrà ergo dicitur, quod dicti de Rubeis
non potuerint cedere in præiudicium Comi-
tum de Vrſis, ad quorum fauorem forſan ſe
antea obligauerant; quia non ceſſerunt ſed de-
clararunt, quæ conſiſtebant in animo, & bo-
nam fidem agnouerunt; Et Iacobus egit non
ſimpliciter in vim huiuſmodi declarationis,
ſed ex Teſtamento fideicommittentium, ac ſi
8 Patrui alienantes prædeceſſiſſent, cum aliena-
tio prohibita eundem effectum pareat, quem
mors fauore ſucceſſiuè vocatorum *Fuſar. de
ſubſtit. qu. 739. num. 5. & 6.* cum alijs ibi relatis.

Nec releuat mixtura prætenſa ex eo quod
fuerit etiam cognitum de ſubreptione dicti
Breuis Pontificij, & inualiditate tituli; quia
huiuſmodi cognitio non fuit facta principali-
ter, ſed tantùm incidenter, ad effectum di-
gnoſcendi an ipſi Comites de Vrſis, qui alle-
gabant titulum emptionis, & facultatem alie-
nandi, eſſent legitimi contradictores, & va-
lerent impedire iudicium poſſeſſorium, cum
certum ſit, quod quando, prout euenit in
præſenti caſu, titulus detegitur incontinenti
9 nullus, vel irreleuans, illum allegans non po-
teſt dici legitimus Contradictor ad impedien-
dam fideicommiſſario immiſſionem, & iudi-
cium poſſeſſorium *Roland. conſ. 48. num. 12. lib. 1.
Afflict. deciſ. 374. num. 7. Seraph. deciſ. 256. num. 1.
Rota deciſ. 755. num. 5. par. 2. & deciſ. 415. num. 14.
par. 5. recent.* cum alijs copioſè relatis *in d. deciſ.
R. P. D. mei Corradi in hac cauſa facta ſub 30.
Maij 1646. §. fin.* quo caſu diſcuſſio tituli in-
10 cidenter facta non operatur talem mixtu-

ram, ob quam excludatur Aegidiana, vt dixit *Rota deciſ. 144. nu. 8. deciſ. 229. nu. 4. deciſ. 243. num. 2. poſt tract. Pacif. de Saluian. & in Auenionen. ſeu Carpetoraten. Iuriſpaſcendi 7. Iunij 1637. coram bo. me. Card. Virili.*

Et ità vtraque &c.

REGIEN. BONORVM.

Ven. 13. Martij 1648.

ARGVMENTVM.

Rotæ Tribunal ex officio capit reſolutiones extra dubia propoſita, quando iſta non applicantur materiæ, quæ diſputatur.

SVMMARIVM.

1 *Sententia valida, & iuſta eſt confirmanda.*

2 *De re iudicata conſtat quando à ſententia non eſt appellatum.*

3 *Contumaci ficto currit tempus ad appellandum à die habitæ ſcientiæ.*

4 *Commiſſio cauſæ, ſeu recurſus ad Sanctiſſimum pro ea obtinenda deſeruit loco appellationis.*

5 *Procurator Ordinis Prædicatorum habet facultatem tàm per ſe, quàm per alium comparendi pro Monaſterio particulari.*

6 *Limita niſi adſit Procurator ſpecialis illius Monaſterij.*

7 *Reſtitutio in integrum non datur abſque læſione.*

8 *Sententiæ validas probatur ex actis.*

9 *Inſtantia in gradu appellationis de iure can. eſt temporalis ad annum, ſeu biennium.*

10 *Fatalia in negotio principali non currunt tempore, quo diſputatur poſſeſſorium.*

11 *Appellationis inſtantia deſerta, non cenſetur deſerta cauſa nullitatis, ſi æque principaliter commiſſa ſint.*

12 *Non omnis poſſeſſio manuteneri debet.*

13 *Interpetratio capienda eſt ad euitandam contrarietatem ſententiæ.*

14 *Hæres immiſſus in poſſeſſionem bonorum, ſi illam in alios tranſtulerit, non poteſt iterum immiſſionem petere.*

15 *Immiſſio poteſt peti ad confirmandam poſſeſſionem ſemel acquiſitam.*

16 *Procedit ſi hoc expreſsè petatur.*

17 *Clauſula,* omni meliori modo, *deducit omne remedium vtiliùs.*

18 *Donatio ob cauſam conſeruationis bonorum in familia, non cadit ſub diſpoſitione Statuti Bononien.*

19 *Donatio non dicitur ob cauſam quando verſatur in terminis ſimplicis enunciatiuæ honoris familiæ.*

20 *Donatio dicitur ob cauſam quando in donatione adſunt ſubſtitutiones fideicommiſſariæ appoſitæ fauore familiæ donantis.*

21 *Donatio dicitur ob cauſam, ſi de hoc appareat ex alijs partibus donationis quamquam donans expreſſerit ſe donare ob amorem.*

DECISIO DCCXCIV.

PRAEVIIS duabus deciſionibus, altera ſub die 23. Februarij 1646. & altera ſub die 23. Ianuarij 1647. R. P. D. meus Corradus protulit ſententiam, qua fuit dictum Ioſephum, & Auguſtinum fratres de Nigris hæredes q. Raymundi de Sanctis eſſe immittendos in poſſeſſionem quinque ex ſex partibus bonorum, de quibus agitur; Cum autem dicti fratres prætenderent dictam ſententiam feciſſe tranſitum in iudicatum, impetrarunt commiſſionem executorialem mihi directam vnde propoſito dubio, An conſtet de re iudicata, ſeu potiùs de cauſis reſtitutionis in inte-
1 grum, DD. agnoſcentes non conſtare de re iudicata, minus de cauſis reſtitutionis in integrum, attenta tamen validitate, & iuſtitia prædictæ ſententiæ; reſponderunt illam eſſe validam, & iuſtam, & proinde confirmandam.

Etenim quoad rem iudicatam, de ea non conſtat, non obſtante quod pro parte Monialium Sanctiſs. Corporis Chriſti Terræ Corri-
2 gij à dicta ſententia non fuerit appellatum infra decendium, vnde reſultare ſolet res iudicata *iux. tex. in Auth. hodie C. de appellat. cap. non ſolum eodem tit. in 6. cap. quoad conſultationem de ſent. & re iudic. Rota coram ſa. me. Greg. XV. dec. 492. num. 2. & in recent. deciſ. 227. num. 1. par. 7.* quia hoc procederet ſi Binus earundem particularis Procurator citatus fuiſſet ad ſententiam perſonalitèr; non autem procedit dum ille citatus fuit per contradictas; nam, etſi talis citatio habeat vim perſonalis, id euenit ex quadam fictione iuris præſumentis, quod citatus habuerit notitiam citationis, ideoque efficit ſolum quod ſententia teneat, & citatus ſit fictus contumax; at ficto contumaci non
3 currit tempus ad appellandum à die ſententiæ ſed à die habitæ notitiæ, vt in his terminis benè ratiocinatur *Rota deciſ. 16. num. 2. de dol. & cont. in nou. deciſ. 46. num. 1. de apellat. in antiq. deciſ. 55. num. 2. par. 1. diuerſ. & in Volaterana Prioratus 15. Decembris 1638. §. nec dicendum coram R. P. D.*
4 *meo Bichio.* Quare cum pro parte Monialium appellatum fuerit à die habitæ notitiæ, excluditur res iudicata, & loco appellationis benè deſeruit commiſſio cauſæ, ſiuè recurſus ad Sanctiſſimum pro ea obtinenda, vt poſt *Bald. Lancellott. & alios allegatos in his terminis*, ad effectum ſcilicèt excludendi rem iudicatam ob nón interpoſitam appellationem dixit *Rota deciſ. 520. num. 23. & 24.* vbi hoc ampliat, ſequuta commiſſione cauſæ in Rota *par. 4. tom. 3. recent.*

5 Nec ſuffragatur, quod fuerit perſonaliter citatus Cittadonius Procurator ſubſtitutus à generali Procuratore Ordinis Prædicatorum, cuius Ordinis regulam dictæ Moniales profitentur, qui generalis Procurator ex ſpeciali priuilegio dicti Ordinis tàm per ſe, quàm per alium poteſt comparere pro Monaſterio particulari *Rot. coram Cocc. deciſ. 169. nu. 9.* quo-
6 niam hoc ſibi locum vendicat quando non adeſt Procurator particularis illius Monaſterij; ſi verò adeſt, ceſſat poteſtas Procuratoris generalis, & inhærendum eſt citationi Procuratoris particularis, vt declarauit *Rota in Fanen. Monaſterij 26. Aprilis 1621. §. nec releuat coram bo. me. Vbaldo Bentiuo* [illegible]

Quo

Quo verò ad reſtitutionem in integrum, minus de ea viſum fuit conſtare, ſtante vali-
ditate, & iuſtitia dictæ ſententiæ R.P.D. mei
7 Corradi, vnde remanet excluſa læſio, quæ eſt
fundamentum reſtitutionis in integrum *l.nam
poſtea §. ſi minor ff. de iureiur. l. ſi ex cauſa indicati
ff. de minor cap. 1. de in integr. reſtit. Rota deciſ. 1. de
reſtit. in integr. in nou. Buratt. deciſ. 323. num. 1.* &
fuit dictum *in Romana grani 14. Decembris 1643
coram R. P. D. meo Veroſpio §. quia ex eo, & in
Marſicen. Iuriſdictionis 18. Februarij 1647. coram
R. P. D. meo Bichio in fin.*

Validitas enim apparet ex reuolutione
actorum, in quibus leguntur omnia ad hunc
8 effectum requiſita *per Caputaq. deciſ. 260. lib. 2.*

Non obſtat, quod dicta ſententia lata fue-
rit poſt biennium, & ſic poſt lapſum inſtan-
tiæ; quia quamuis in gradu appellationis in-
9 ſtantia etiam de iure canonico ſit temporalis
ad annum, ſeù biennium *per tex. in cap. cum ſit
Romana de appellat. in 6. Veſtr. in prax. lib. 6. cap. fin.
num. 8.* hoc non applicatur præſenti caſui, in
10 quo continuò diſputatum fuit ſuper poſſeſſo-
rio ſummariſſimo, quo tempore non curre-
bant fatalia in negotio principali *Scacc. de ap-
pellat. qu. 15. nu. 85. verſ. inſero ſextò Rot. deciſ. 857.
num. 2. & 3. lib. 3. par. 3. diuerſ. & deciſ. 496. num. 5.
& 6. int. impreſſ. poſt Moder. Peruſ. de manut.* ea
ſcilicèt ratione, quia nulla poteſt imputari
negligentia actori, ſi cauſam ſuper negocio
principali expediri non curauit, & præſertim
cùm æquè principaliter commiſſa fuerit cau-
11 ſa appellationis, & nullitatis, quo caſu etiamſi
expiraſſet inſtantia appellationis, non tamen
cenſeretur deſerta cauſa nullitatis, quæ durat
per triginta annos *Rota d. deciſ. 406. num. 7. apud
Moder. de manut. & in recent. deciſ. 151. num. 2. par. 1*

Minus obſtant ea, quæ dicuntur de contra-
rietate eiuſdem ſententiæ, ex quo illa conce-
dit immiſſionem contra Moniales, quod ſup-
ponit ipſas poſſidere, & tamen infra, Monia-
libus denegat manutentionem; Quia ſuppo-
12 ſitum poſſeſſionis Monialium verificari po-
teſt etiam in poſſeſſione vitioſa, & non ma-
nutenibilis, cum non omnis poſſeſſio manu-
tentionem mereatur *Rota deciſ. 539. nu. 2. par. 3.
recent. & coram ſa. me. Greg. XV. deciſ. 370. nu. 1.*
13 & ibi *Add. num.* 10. Omniſque capienda eſt in-
terpretatio ad euitandam contrarietatem ſen-
tentiæ *ad tex. in c. cum expediat de elect. in 6. Alto-
grad. conſ. 70. num.* 100. & fuit dictum *in Barchi-
nonen. Exemptionis 20. May 1647. coram R.P.D.
meo Bichio.*

Iuſtitia verò eiuſdem ſententiæ clarè appa-
ret ex deciſionibus in hac cauſa coram R. P.
D. meo Corrado emanatis; quarum funda-
menta non eneruantur ex duobus obiectis,
pro parte Monialium deductis; Primò ex ca-
rentia remedij adipiſcendæ per dictos fratres
14 de Nigris intentati, elicita ex eo, quod An-
tonius de Vellanis hæres ſcriptus in Teſta-
mento Raymundi fuiſſet aliàs auctore Præto-
re immiſſus in poſſeſſionem bonorum hære-
ditariorum, eamque per ceſſionem cum clau-
ſula *Conſtituti* tranſtuliſſet in dictos de Nigris,
qui propterea iterum immiſſionem petere
non valebant *Menoch. de adipiſc. remed. 4. nu. 246.
Moder. Bonon. de acquir. poſſeſſ. qu. 10. art. 6. nu. 113.
& ſeqq.* & fuit reſolutum *in Romana fideicommiſ-
ſi de Spiritibus 12. January 1643. §. atque hinc co-
ram R. P. D. meo Bichio*; Quia remedium im-
15 miſsionis peti potuit ab eis ad confirman-
dam poſſeſsionem ſemel acquiſitam *Mantic.
deciſ. 33. nu. 12. Buratt. deciſ. 201. nu. 1. & deciſ. 262.
num. 9.* Et quamuis ad hunc effectum neceſſa-
16 ria videatur expreſsio, quod actor petit im-
mitti ad confirmandam ſuam poſſeſsionem
*Mantic. deciſ. 20. num. 5. cum aliis alleg. per Add. ad
Buratt. deciſ. 306. num. 10.* vltra quod omnes lo-
quuntur ad alium effectum, nempe ne petens
immiſsionem ſe non poſſeſſorem fateri dica-
17 tur, ceſſat difficultas in præſenti caſu prop-
ter clauſulam, *omni meliori modo*, & alias ſalu-
tares in libello appoſitas, per quas abſque
alia expreſsione omne remedium vtiliùs di-
citur deductum, vt de clauſula, *omni meliori
modo Barboſ. clauſ. 95. nu. 11. & 23. Bur. deciſ. 241.
num. 7. & deciſ. 337. num. 26.*

Secundò ex nullitate donationis deſumpta
ex eo quod careat rogitu, & ſubſcriptione
duorum Notariorum à Statuto Bononiæ *li. 3
rubr. de donat. requiſitis*, ſub decreto irritanti, ibi,
Et aliter facta non valeat ipſo iure &c. Quia cum
Alexander de Sanctis donauerit Raymundo,
& Alexandro eius filijs ob cauſam perpetuæ
18 conſeruationis bonorum in familia, ibi *quia
voluit dd. bona ſemper, & continuò ſtare debere in
familia de Sanctis*; talis donatio non cadit ſub
diſpoſitione dicti Statuti, vt firmant *dd. deci-
ſiones R. P. D. mei Corradi edita ſub die 23. Fe-
bruarij 1646. in §. alter autem verſ. vel quia; &
ſub die 23. Ianuarij 1647. in §. poſtrema, & §.
hincque eliditur*: Animaduertendo præſertim,
19 quod non verſamur in terminis ſimplicis
enunciatiuæ honoris familiæ, quo caſu do-
nationem non eſſe ob cauſam dixit *Rot. in Ro-
mana Donat. de Cuppis impreſſ. apud Pic. ad Stat.
Vrb. deciſ. 22. num. 13.* ſed in caſu fideicommiſſi
20 ſeriò, ac per plures ſubſtitutiones conſtituti
cum ratione expreſſa perpetuæ conſeruatio-
nis bonorum in familia; Quod fideicommiſ-
ſum, etſi non efficeret, quod donatio dicere-
tur ob cauſam ſi non reſpiceret fauorem fa-
miliæ ipſius donatoris, ſed ſolùm familiæ do-
natarij; contrarium tamen venit dicendum
quando, prout in præſenti caſu, reſpicit fa-
miliam ipſius donatoris, quæ eadem eſt cum
familia filiorum donatariorum, vt in his ter-
minis diſtinguendo declarat *Rota deciſ. 924. n. 9.
coram bo. me. Buratt. deciſ. 118. num. 11. deciſ. 192.
num. 1. par. 6. recent. & in Romana fideicommiſſi de
Spiritibus 17. February 1645. coram R.P.D. meo
Bichio §. quia iuris, verſ. ac vlterius.*

21 Non obſtat, quod initio Alexander dona-
tor dixerit, ſe donare ob paternum amorem,
quia hoc nō excludit quin donatio ſit ob cau-
ſam, ſi ex alijs partibus donationis de hoc ap-
pareat *Rota deciſ. 65. in fin. par. 6. recent.*

Et ità vtraque &c.

Digitized by Google

BONONIEN. FIDEICOMMISSI DE RVBEIS.

Mercurij 11. Martij 1648.

ARGVMENTVM.

Qualitas hereditaria ex quibus inducatur, & excludatur reſpectiuè in filijs, & Nepotibus, & quando intrent facultates Auditoris Cameræ, vt procedi valeat executiuè diſcutitur.

SVMMARIVM.

1 *Promittens liberare à moleſtijs tenetur, ſi promiſſori mota ſit lis.*

2 *Hæreditatis aditio probatur ex verbis enunciatiuis.*

3 *Iura actiua, & paſſiua transſeunt in heredem.*

4 *Hæres conuenitur ex eodemmet contractu inito cum defuncto.*

5 *Hæres non conficiens inuentarium, vel non reddens rationem de bonis inuentariatis tenetur de proprio.*

6 *Auditor Cameræ non procedit executiuè quando agitur vigore Inſtrumenti non continentis obligationem Cameralem, vel quarantigiam.*

7 *Precarii pactum iuxta Statutum Bononiæ præbet viam executiuam in remedio poſſeſſorio, non autem in actione perſonali.*

8 *Iudicium executiuum differt à poſſeſſorio quantumuis ſummario.*

9 *Statuta non egrediuntur territorium ſtatuentium.*

10 *Auditor Cameræ procedit executiuè in cauſis, in quibus proceditur executiuè in aliis Tribunalibus Vrbis, non autem exteris.*

11 Deciſ. 103. par. 1. rec. & 537. & 879. Buratt. explicantur.

12 *Inſtrumentum Regni Neapolis in quo partes promiſerunt, modis, & formis &c. per ſe, & ſuos hæredes &c. continet quarantigiam.*

13 *Quarantigia non intrat niſi adſit præceptum Notarij ad id facultatem habentis.*

14 *De facultate faciendi præcepta quarantigiæ debet conſtare aliundè quam ex ſcriptura ipſius Notarij.*

DECISIO DCCXCV.

POST ſententiam Rotalem à R. P. D. meo Corrado latam ad fauorem Iacobi de Rubeis ſuper immiſſione in poſſeſſionem prædij *di Beluedere* exiſtentis in ſuburbijs Bononien. fideicommiſſo Minij, & Neſtoris ſuppoſiti, & per q. Tiberium de Rubeis venditi q. Comiti Henrico de Vrſis pretio librarum 15. mil. Moderni Comites de Vrſis, filij & hæredes dicti Henrici emptoris, adita Signatura obtinuerunt cauſam liberationis à moleſtijs contra Ioannem Galeatium, Ludouicum, & alios filios dicti Tiberij venditoris mihi committi cum clauſula, vt in ea procederetur cum facultatibus A. C. quatenùs illis eſſet locus; Vnde poſito dubio, An dicti filij de Rubeis teneantur ad dictam liberationem, & intrent facultates A. C. Domini reſponderunt illos teneri etiam de proprio, ſed non intrare dictas facultates.

Ratio reſolutionis quoad primam partem dubij fuit, quia petita per Vrſos liberatio à moleſtijs legitur in Inſtrumento venditionis
1 expreſſè promiſſa per dictum Tiberium; Vnde cum Iacobus egerit, & adhuc agat in iudicio pro immiſſione in poſſeſſionem dicti prædij, factus eſt locus dictæ promiſſioni *Alex. conſ. 52. num. 2. verſ. & quod dicatur moleſtia inferri lib. 2. cum alijs relatis per Rotam deciſ. 231. num. 2. par. 3. recent.* ad cuius obſeruantiam hodie me-
2 rito pulſantur filij Tiberij, qui ſunt illius hæredes, vt conſtat ex Inſtrumentis de annis 1618. & 1622. celebratis, in quibus ipſi vti tales contraxerunt cum diuerſis perſonis, ac de creditis hereditarijs ex venditione de qua agitur prouenientibus diſpoſuerunt *ad tex. in l. pro hærede 20. & l. geris 88. ff. de acq. hæred. Rota in recent. deciſ. 74. num. 6. par. 7. coram bo. me. Buratt. deciſ. 279. num. 2. & 19. & coram ſa. me. Greg. XV.*
3 *deciſ. 460. num. 1.* Nam propter hereditariam qualitatem in ipſos tranſierunt omnia iura, omneſque actiones actiuæ, & paſſiuæ, quæ tempore mortis erant penes eorum Patrem *l. cum hæredes 23. ff. de acq. poſſeſſ. l. 1. ff. de bon. poſſ. l. hæres la ſeconda ff. de acq. hæred. Aret. conſ. 123. n. 4. Surd. deciſ. 297. num. 3. Rota deciſ. 143. nu. 10. par. 5. & deciſ. 19. num. 9. par. 6. recent.* & conſequenter tenentur à dictis moleſtijs liberare emptores, ac omnia alia conuenta in venditione obſeruare eodem modo, quo teneretur ipſemet Tiberius ſi viueret *l. 2. C. de pact. int. empt. & vendit. l. veteris 13. C. de contrahen. & committ. ſtipulat.*
4 cum hæres conueniatur à Creditoribus hæreditarijs ex eomet contractu, & obligatione, quæ fuerat inita cum defuncto *Bart. in l. de eo ff. de iudic. Dec. in l. qui cum alio num. 7. ff. de reg. iur. Ruin. conſ. 72. num. 1. lib. 1. Crauett. conſ. 102. nu. 3. Surd. conſ. 112. num. 69. lib. 1. & conſ. 196. num. 59. lib. 2. & deciſ. 310. num. 3. Barz. deciſ. 26. num. 21.*

Quinimo in præſenti viſum fuit illos teneri etiam de proprio, ex quo non docent mediante reali productione ſe confeciſſe inuen-
5 tarium bonorum hereditariorum Patris iuxta *trad. per Gratian. & alios per eum fusè relatos in diſcept. 981. à num. 22. vſque ad 26.* & dixit *Rota in recent. deciſ. 696. num. 2. par. 1. in Fulginaten. Pecuniaria 23. Iunii 1636. coram R. P. D. meo Merlino, & in Bonon. Bonorum 11. Martii 1647. coram R. P. D. meo Otthobono.* Prout ita etiam tenerentur quoties producerent dictum inuentarium, ſed de bonis in eo diſceptis non redderent legitimam rationem *id. Gratian. in d. diſcept. 981. num. 27. & 28. Rota in Cæſenaten. Bonorum 1608. coram Sanctiſſ. D. N. tunc Rotæ Auditore in Narnien. legati 14. Decembris 1615. coram bon. mem. Card. Fabritio Veroſpio, & in d. Fulginaten. Pecuniaria coram bo. me. Merlino.*

Ad hunc autem obligationem erga Vrſos Domini dicebant non teneri dictum Iacobum Tiberii ex filio nepotem, ſed ab ea eſſe prorſus liberum, & exemptum, quia non probatur hæres Ioannis Galeatij ſui Patris hæredis dicti Tiberij, & aſſertio Marghæritæ eius Matris pro confirmatione tutelæ emiſſa ſub 20. Februarij 1629. ad hunc effectum iterum hodie allata per dictos Comites de Vrſis, viſa

fuit

fuit inſufficiens ex eiſdem rationibus, & iuribus deciſionis editæ in cauſa prædictæ immiſſionis ſub 30. Maij 1646. §. *Non obſtat quod ille, coram R.P.D. meo Corrado.*

Quo verò ad facultates A. C. dicebatur illis non eſſe locum, quia Inſtrumentum, cuius vigore agitur, non continet aliquam obligationem cameralem, vel quarantigiam, aliamue formam, vel pactum ex quibus A.C. iuxta ſuas ſpeciales facultates procedere valeat executiuè, vt alias dixit *Rota coram Buratt. deciſ.462. num. 1. & in Lucana Dotis 19. Ian. 1629. coram bo. me. Cardinali Virili relata per Add. ad d. deciſ. Buratt. ſub num. 3.* & hac eadem die fuit reſolutum *coram R.P.D. meo Royas in Cremen. ſeu Ianuen. Pecuniaria*; Et pactum præcarii in eo appoſitum quamuis extenſum iuxta formula-
7 rium Bononiæ anni 1546. ſolum præbet viam executiuam in remedio poſſeſſorio, nempe in petendo aſſociationem contra rem promiſſam, vel debitam, non autem in actione perſonali, vbi petitur mandatum executiuum *ad trad. per Rot. in Bonon. Aſſictus coram bon. mem. Cardinali Virili impreſſ. poſt Zacch. de oblig. Cameral. deciſ. 175. num. 8. & 9. ſecund. nouiſſimam im-*
8 *preſſionem*; Iudiciũ ſiquidem executiuum valdè differt à poſſeſſorio quantumuis Summario *Curt. iun. in l. tale pactum §. qui prouocauit ſub nu. 28 verſ. etſi etiam ff. de pact. Coler. de proceſs. execut. p. 3. cap. 1. ſub num. 20. verſ. reſpondit Curtius Scacc. de iudic. lib. 1. cap. 63. ſub nu. 10.*

Non obſtat quod in Ciuitate Bononiæ ex particulari Statuto Inſtrumenta publica habeant paratam executionem; quia Statutorum
9 diſpoſitiones non egrediuntur territorium Statuentium *l. fin. ff. de iuriſdic. omn. Iud. plene Cancer. var. reſol. tom. 2. cap. 3. ſub num. 19. & 20.* & fuit dictum *in Baren. ſeu Neapolitana Pecuniaria 24. Maij 1641. coram R.P.D. meo Royas, & in d. Cremen. ſeu Ianuen. Pecuniaria coram eodem*. Et li-
10 cèt A. C. habeat in facultatibus procedendi executiuè in cauſis, in quibus executiuè proceditur in aliis Tribunalibus; hoc tamen intelligitur de aliis Tribunalibus Vrbis, non autem exteris, vt declarauit *Rota in prealleg. Bur. deciſ. 462. num. 1. & in Lucana Dotis 19. Iunij 1639. coram Eminentiſſimo Cardinali Panzirolo impreſſ. poſt Zacch. de oblig. cam. deciſ. 272. num. 11.*

Nec contrarium firmant *deciſiones 103. par. 1 recent. 537. & 879. coram eodem bo. me. Buratt.* dum in eis reſolutum exiſtit, quod Inſtrumenta de quibus ibi, extra Statum Eccleſia-
11 ſticum celebrata rectè A. C. fuit executiuè exequutus; quia id non fuit deciſum ex eo quod in locis contractuum poterat executiuè agi ob aliquam conſtitutionem, vel Statutum ſed quia in illis Inſtrumentis aderant talia pacta executiua, quæ vbique, & conſequentèr in aliis ordinariis Vrbis Tribunalibus merebantur expeditam executionem, vt patet *in d. deciſ. 103. ſub num. 4.* ibi, *Iuſtitia verò patet ex publico donationis Inſtrumento obligatione camerali vallato &c.* & ibi, *quia reſpondebatur nullitatem ceſſare ex clauſula Inſtrumenti, per quam fuit conſenſum in mandatum executiuum vnica, vel ſine citatione &c.* & in *deciſ. 537. coram Buratt. in princ.* ibi, *in Inſtrumento conuento, in quo expreſsè fuit actum de illud conſequendo via executiua &c. & in fin.* ibi, *alias obligationes executiuas prout eſt iſta de qua agitur vigore pacti &c.* Et in alia *eiuſd. Bur. deciſ. 879. ſub num. 1.* ibi, *conuenerunt, quod haberet promptam, & expeditam executionem realem, & perſonalem &c.*

Non obſtat, quod dicatur, Inſtrumentum de quo agitur, continere quarantigiam tàm ex eo, quod fuit ſtipulatum coram publico Notario cum Iuramento, & confirmatum ſub pœna; quam etiam quia in eo fuerunt appoſita hæc verba, *videlicet*, quæ quidem omnia in præſenti Inſtrumento, & contractu ap-
12 poſita promiſerunt partes contrahentes modis, & formis &c. per ſe, & ſuos hæredes &c. vt voluit *Galter. in pract. inſtr. in 1. par. primæ partis rubr. prima num. 13. & 14.* Nam quicquid ſit de ſtylo Regni Neapolis ſecundum quem loquitur *Galter.* qui ideò non applicatur; certum eſt, quod quarantigia non intrat niſi
13 manifeſtè adſit præceptum Notarij ad id facultatem habentis ex congeſtis per *Zacch. de oblig. cam. qu. 2. num. 9. & Theſaur. deciſ. 26. num. 13* & vlteriùs conſtet, aliunde tamen, quàm ex
14 ſcriptura ipſius, quod habeat talem facultatem faciendi ſimilia præcepta quarantigiata, vt tradit *Barz. de quarantig. in princ. verſ. & hac de re infero* cum aliis cumulatis *per Grat. diſc. 455. num. 18. & ſeqq.* Quæ omnia deficiunt in hoc caſu.

Et ità vna tantùm &c.

BONONIEN. DOTIS.

Merc. 18. Martij 1648.

ARGVMENTVM.

Dotis fructus calculantur iuxta ſtatutariam diſpoſitionem conſtante matrimonio, & intra annum luctus, poſtea verò ad rationem quinque pro centenario, & quando ſint debiti etiam nulla præcedente interpellatione.

SVMMARIVM.

1 *Dotis fructus debentur viro ſubſtinenti onera matrimonii, & per totum annum luctus.*

2 *Etiam non facta interpellatione ſi certa dies adiecta ſit ſolutioni dotis.*

3 *Dotalia internſuria taxantur ad rationem ſeptem pro centenario in Statuto Bononien.*

4 *Dotis fructus poſt annum luctus debentur ad rationem quinque pro centenario.*

5 *Dotis fructus debentur ſine interpellatione, quando dos recuperanda eſt ab hæredibus patris, ſecus ſi ab hæredibus viri.*

6 *Declara non procedere poſt mortem filiæ, quamuis filios reliquerit.*

7 *Moroſus nequit dici ſi ſit incertum quid ſoluendum limita num. 8.*

9 *Dotis facta extimatione prædii dotalis, pro reſiduo intermedii temporis fructus debentur.*

10 *Dotis fructus non cenſentur remiſſi ex taciturnitate illos petendi exiſtentibus filiis.*

11 *Liber*

11 *Liber conſcriptus à Miniſtro concurrentibus adminiculis probat.*
12 *Teſtis deponens de facto proprio fidem meretur.*
13 *In Statuto ſub ſimplici non venit caſus mixtus.*
14 *An Statutum Bononiæ dans fidem libris mercatorum contra tertios afficiat eos, qui non ſint Mercatores.*
15 *Confeſſio auctoris nocet eius heredibus.*
16 *Partita, per tanti hauti, in libro Mercatorum probat illam fuiſſe numeratam.*
17 *Correſpectiuitas excluditur quando adeſt expreſſio cauſæ, & diuerſitas perſonarum etiam in actu facto eodem tempore.*
18 *Ad compromiſſa voluntaria non ſolet deueniri niſi præexiſtentibus prætenſionibus.*
19 *Soluens ex vna cauſa non tollitur quin poſſit eſſe creditor ex altera.*

DECISIO DCCXCVI.

INSTANTE D. Comite Paride Maria de Graſſis filio, & hærede qq. Gabrielis, & Dianæ Coniugum coram Eminen. Card. legato Bononiæ pro reſiduo, & fructibus dotis maternæ contra hæredes Comitis Philippi Albergati hæredis Horatij, & Fabij de Albergatis patris, & Aui reſpectiuè dictæ Dianæ, ac eiuſdem Dotis promiſſorum; fuit pronunciatum ipſum Comitem Paridem Mariam remanere creditorem in libris 10881. pro dictæ dotis reſiduo, & in libris 179. & ſolidis 10. pro reſiduo fructuum, ſeù interuſuriorum illius decurſorum vſq; ad diem 4. Sept. 1614. quo diſſolutum fuit matrimonium per mortem dicti Gabrielis: Poſtea verò deuoluta cauſa ad Rotam per appellationem interpoſitam à dictis hæredibus, prodijt dubium, An prætenſum reſiduum dotis cum fructibus deberetur; cuius dubij reſolutio cùm penderet viſa fuerit à partitarum diſcuſſione, nempe videre quod ſit ponendum ad creditum, & quid ad debitum dd. Coniugum, ſiuè dicti eorum hæredis; ideò DD. præmittendo hanc diſcuſſionem dixerunt, primò eſſe ponendas ad illorum creditum libras 42400. à Fabio Auo pro dote promiſſas in Inſtrumento, ſeù apocha matrimoniali confecta ſub 4. Decemb. 1597.

Secundò alias libras 5600. ab Horatio, & Lucretia Amorina parentibus dictæ Dianæ pro augumento dictæ dotis promiſſas in alia apocha dotali facta ſub eadem die 4. Dec. 1597 quæ duæ partitæ ſimul vnitæ conſtituūt ſummam librarum 48. mil. quæ redacta ad ſcuta bononieñ faciunt ſc. 12. mil.

Tertiò demum ſc. 7744. 72. pro fructibus reſidui dotis, & totius augmenti, poſt expiratas dilationes ad ſoluendum promiſſoribus conceſſas, proportionabiliter decurſis tàm conſtante, quàm diſſoluto matrimonio vſq; ad obitum Dianæ. Nam Fabius dotem à ſe conſtitutam in dicta quantitate ſcutor. 10600. promiſit ſoluere dicto Gabrieli hoc modo, videlicèt, ſcuta 2. mil. in actu matrimonij, & ad beneplacitum eiuſdem Gabrielis conſignare vnum prædium nuncupatum, *Baggiano*, & vnum molendinum ab omni onere liberū pro pretio æſtimando per duos peritos; reſiduum verò ſoluere ad rationem ſcutor. 1000 in ſingulo anno, ita vt tot eſſent anni quot ſcutorum millia dicta æſtimatione ſequuta, remanſiſſent ſoluenda: Cum igitur in actu matrimonij ſequuti ſub 7. Ianuarij 1598. fuiſſent ſoluta dicta ſcuta 2. mil. nec non etiam conſignata prædium, & molendinum prædicta pro ſc. 6500. liquidò conſtat, quod pro reſiduo dictæ dotis remanebant ſoluenda ſcuta 2100. quorum mille, iuxtà ſuprarelatæ obligationis tenorem numerari debebant inde ad vnum annum, & ſic in anno 1599. alia mille in ſequenti anno 1600. complementum verò ſcut. 100. in anno 1601. In quo pariter anno Horatius, & Lucretia ſoluere debebant ſcuta mille ad computum dicti augumēti dotalis in quantitate ſc. 1400. ab eis promiſſi, & in anno 1602. reliqua ſcuta 400. quia ad huiuſmodi formam illud ſoluere conuenerunt in tertio, & quarto anno poſt contractum matrimonium: Vnde cum dicti promiſſores defecerint ſoluere in temporibus conuentis pagas, vt ſupra ab ipſis diſtributas, æquum eſt vt pro tempore, quo fuerunt moroſi, & Ga-
1 briel ſuſtinuit onera matrimonij, & per totum annum luctus teneantur ad fructus, ſeù interuſuria dotalia, vt inquit *Vlpian. in l. dotis fructus 7. ff. de iur. dot. & in l. pro oneribus 20. C. eod. tit. Canoniſtæ communiter in c. ſalubriter 16. de vſur. Alex. conſ. 63. num. 4. vol. 4. Corn. conſ. 250. num. 7. & 8. vol. 2. Surd. de alim. tit. 1. qu. 42. n. 1. Mantic. deciſ. 26 num. 2. Rota deciſ. 574. num. 1. par. 2. rec.* etiam non facta interpellatione, cum promiſſores cer-
2 tam diem adiecerint ſolutioni *l. magnam 12. C. de contrahen. ſtipulat. Pariſ. conſ. 34. num. 15. vol. 1. Gabr. de ſolut. concl. 9. num. 1. Fontanell. de pact. nuptial. clauſ. 6 gloſ. 2. par. 6. num. 10. Rota deciſ. 85. §. neque refragari, & deciſ. ſequenti §. quia pluribus modis poſt Fenz. ad Stat. Vrb.*

Et quidem ad rationem ſc. 7. pro quolibet centenario, & anno, ſequendo diſpoſitionem
3 Statuti Bononieñ *lib. 4. tit. de ſucceſſ. liber. patr. vel matr. mor. §. præterea*, cui in hac materia Rota ſemper detulit ex cumulatis *in Bonon. fructuum Dotis 4. Martij 1630. coram R. P. D. meo Ghiſilerio, & in Bonon. Dotis, ſeu Pecuniaria 26. Maij 1645 coram me*, ſicut etiam in ſpecie probarunt *Alex. conſ. 63. num. 6. vol. 4. & conſ. 31. num. 7. vol. 6. Grat. conſ. 29. num. 23. vol. 2.*

Quo verò ad fructus poſt annum luctus decurſos vſque ad diem 29. Nouembris 1641. qua obijt Diana, cum ceſſet in hoc dicta Statutaria diſpoſitio, eos deberi ad rationem quinque pro quolibet centenario, & anno ar-
4 bitrati ſunt Domini, ſequendo *deciſionem 292. num. 4. par. 1. rec. & d. deciſionem in Bonon. fructuum Dotis 4. Martij 1630. coram R. P. D. meo Ghiſilerio*, vbi *in §. Non obſtat*, quod ex diſpoſitione ſupradicti Statuti explicantur caſus in quibus habet, vel non habet locum diſpoſitio eiuſdē Statuti. Pro quibus quidem fructibus debitis loco alimentorum, quæ Pater tenetur dare filiæ, minus fuit opus aliqua interpellatio-
5 ne, quæ in eo tantum caſu requiritur, vbi agitur de dote repetenda ab hæredibus viri, ſecus

Digitized by Google

ſecus autem quando, prout hic, ab hæredi-
bus Patris promiſſoris dotis, quia Pater, eiuſq;
hęredes tenentur alimenta præſtare filiæ etiã
non interpellati, vt ita diſtinguendo benè de-
clarauit *Rota in Rom. fructuum Dotis de Vellis* 10.
Nouembris 1600. *coram Litta penes Ferr. ad Stat.
Vrb. deciſ.* 84. *deciſ.* 85. *deciſ.* 86. *& deciſ.* 87. *& in Ro-
mana Saluiani* 4. *Decembris* 1643. *§. reſpectu verò
coram R.P.D. meo Veroſpio*, vbi *in §. ſeq. ſubditur*,
6 hoc non procedere poſt mortem filiæ, quam-
uis filios reliquerit, quia hi non ſunt alendi à
Matre, vel ab Auo materno, ſed à Patre, &
de bonis paternis, quatenus adſint.

Nec debitores ſolutionem interuſuriorum
& fructuum prædictorum euitare poſſunt ex
eo quod prædium, & molendinum aſſignata
pro dote non fuerint æſtimata niſi de anno
1642. ideoq; propter incertitudinem, an ali-
7 quid remaneret ſoluendum dici nequeãt mo-
roſi; quia quæſtio hæc habens hinc inde con-
tradictores relatos *in deciſ.* 573. *nu.* 6. *&* 7. *coram
ſa. me. Greg. XV.* ceſſat quando ex ipſa aſſigna-
tione conſtat, quod illa eſt longè inferior de-
8 bito, & culpa debitoris priùs non fuit facta
æſtimatio, vt patet in præſenti caſu, vbi in
Capitulis matrimonialibus conuentum fuit,
quod de reſiduo vltrà pretium prædij, & mo-
lendini aſſignati, ſoluerentur ſc. 1000. quo-
libet anno, & debitores fuerunt in culpa, quia
prædium æſtimandum erat tanquam liberum
quod fieri non poterat, antequam ab eiſdem
debitoribus affrancaretur à canone emphyteo-
tico, cui ſubiacebat, vt probatur per publi-
cum Inſtrumentum: his ergo concurrentibus
9 videtur abſq; dubio recipienda opinio tenen-
tium, quod facta æſtimatione debeantur pro
reſiduo fructus etiam intermedij temporis,
quam ſequuntur *Corn. Alciat. Coſt. Surd. in locis
allegatis à Gluth. deciſ.* 72. *nu.* 2. & in ſimili *Surd.
conſ.* 201. *num.* 23. *Ioſeph. Ludouic. deciſ.* 53. *num.* 6.

Prout neq; eoſdem debitores iuuare poteſt
præſumptio remiſſionis vſurarum, quæ ſolet
oriri ex longæua taciturnitate viri in illas pe-
tendo; quia huiuſmodi præſumptio excludi-
10 tur quoties, ſicut in præſenti, ſuperſunt filij
creditoris, vt notabiliter limitat *Fontanell. de
pact. nupt. tom.* 2. *clauſ.* 6. *gloſ.* 2. *par.* 6. *num.* 32 vbi
allegat concordantes; & dicit, hoc procedere
fauore filij, quem patet prædilexiſſe cenſetur,
nec in eius præiudicium interuſuria dotis cõ-
donare voluiſſe promiſſori.

Ita igitur firmato credito d. Comitis Pari-
dis Marię in ſc. bonon. 12. mil. pro ſorte, &
in ſc. 7744. 72. pro interuſurijs, & fructibus;
DD. deueniendo ad partitas, quæ referendæ
ſunt ad eiuſdem Comitis debitum; illarum
primam dixerunt eſſe librarum 8. mil. vt ſu-
pra ſolutam in actu matrimonij, vel ſub die 9
Martij 1598.

Alteram librarum 26. mil. aſſignatam in
valore prædij, & molendini prædicti.

Tertiam librarum 2691. ſolid. 14 & den. 2.
ſolutam Gabrieli viro 19. Decembris 1602.
mediante banco Mercatorum de Dugliolis.

Quartam librarum 1400. eidem Gabrieli
ſolutam 29. Martij 1603. mediante banco prę-
dicto.

Quintam librarum 3837. ſimiliter Gabrieli
ſolutam 4. Septembris 1608. per bancum
Montis Pietatis Ciuitatis Bononiæ: De qui-
bus quinque partitis inter partes nulla erat
controuerſia.

Sextam denique partitam adſcribendam ad
debitum dicti Comitis Paridis Mariæ, DD.
cenſuerunt eſſe librarum 3647. ſolutam Ga-
brieli patri die 29. Decembris 1612. vt conſtat
ex libro confecto à Dionyſio Ratta tunc tem-
poris computiſta, & Miniſtro eiuſdem Ga-
brielis, qui liber quamuis conſcriptus non à
principali, ſed à Miniſtro, concurrente ſal-
11 tem depoſitione mox dicendi teſtis, plenè
probat contra Gabrielem eiuſque hæredem
Buratt. deciſ. 344. *num.* 5. *Rota in Romana Pecunia-
ria de Donis* 13. *Martij* 1617. *§. de credito., coram
bo. me. Card. Sacrato.*

Concurrit enim depoſitio Ioannis Baptiſtę
de Raymundis, per cuius manus in dicto li-
bro leguntur ſolutæ prædictæ libræ 3647. di-
ſertiſſimè id ipſum atteſtantis, qui eo magis
12 meretur fidem, quia deponit de facto pro-
prio *Aym. conſ.* 178. *num.* 7. *Rota diuerſ. deciſ.* 196.
nu. 4. *par.* 1. Nec ſubſiſtit quod dicatur, ipſum
ita deponere ad effectum ſe exonerandi, cum
non aliunde, quam ex eius proprio dicto ap-
pareat totidē pecunias ab Horatio dotis pro-
miſſore recepiſſe, ad effectum conſignandi
Gabrieli.

Nec refragatur Statutum Bononiæ prohi-
bens, & nullo modo admittens ſolutionis pro-
bationem factam per teſtes, dum agitur de
ſumma vltra libras 50. & conſtat de credito
per publicum Inſtrumentum; quia cum di-
ctum Statutum loquatur in caſu ſimplici,
nempe probationis ſolutionis ſolum per te-
13 ſtes factæ, non eſt trahendum ad caſum pro-
bationis mixtæ per teſtes, & per ſcripturas *ex
alleg. per Ciriac. contr.* 445. *num.* 15. *Rota coram Reu.
Vrgellen. deciſ.* 36. *nu.* 36. Et gratis dicitur, quod
partita dicti libri non ſit formitèr extracta,
quia non fuit opus aliqua extractione partita-
rum, dum fuit ipſe liber originalis exhibitus,
vt patet ex teſtibus pro parte dd. hæredum
examinatis, qui dictum librum originalem
recognouerunt, & vltrò dictum Dionyſium
Rattam fuiſſe tunc temporis computiſtam
Gabrielis depoſuerunt.

Aliæ autem partitæ, quas prædicti hæredes
contendebant eſſe ponendas ad debitum dicti
Comitis Paridis; videlicet partitæ ſolutionum
Dianæ factarum extractæ ex libris Ludouici
de Magiſtris Mercatoris aſcendentes ad libras
12636. Nec non partita librar. 2400. deſcripta
in libro dd. Mercatorum de Dugliolis fol. 410
ſub die 7. Ianuarij 1602. viſæ fuerunt Domi-
nis irreleuantes; & propterea excludendæ à
debito dicti Comitis; Nam quoad dictas par-
titas extractas ex libris Ludouici de Magiſtris,
14 omiſſo etiam, An Statutum Bononiæ dans
fidem libris Mercatorum contra tertios affi-
ciat eos, qui non ſunt Mercatores, quod ne-
gat *Alex. conſ.* 129. *num.* 4. *& ſeqq. lib.* 4. affirmat
verò *Rota Bonon. diuerſ. deciſ.* 80. *num.* 55. pro ex-
cluſione illarum ſatis eſſe dicebatur, quod ex
con-

confeſſione ſupradicti Comitis Philippi emiſſa coram Compromiſſarijs, & *in Sum. Comitis Paridis Mariæ relata ſub num.* 18. conſtet dictas libras 12636. fuiſſe ab Horatio ſolutas Dianæ extra cauſam Dotis: Qua ſtante confeſſione prædictæ partitæ imputari non debent in cauſam dotalem; neque heredes dicti Comitis Philippi aliter prætendere poſſunt, cum te-
15 neãtur ſtare confeſſioni eorum auctoris *Ruin. conſ.46.num.4.lib.3. Natt.conſ.235. num.13. Surd. conſ.315.num.6. Rota int.rec.deciſ.161.num.2.par.2 deciſ.207.num.2.par.4. & deciſ.336.num.22.par.5.*

Quo verò ad partitam librarum 2400. dicebatur non ſuffragari coniecturas ex parte dd. heredum allatas pro illarum prætenſa ſolutione; Nam prima deducta ex eo quod in libro dd. Mercatorum reperiantur ſub dicta die 7. Ianuarij 1600. deſcriptæ duæ partitæ ſimilis ſummæ nempe librarum 2400. altera ad debitum Vgonis fratris dicti Horatij, & cohæredis dicti Fabij dotantis, altera verò ad creditum Gabrielis dotis creditoris; potiùs viſa fuit vrgere in contrarium; quandoquidem d. Vgo in omnibus alijs partitis, quas recepit à dictis Mercatoribus pro ſoluenda dote, de qua agitur, ſemper exprimi fecit, *per dare al Signor Gabrielle de Graſſi per conto di dote*, quæ expreſſio non legitur in hac partita; ſignum euidens, quod non fuit recepta ad effectum conſignandi Gabrieli.

Neque facit, quod ſub eadem die, vt dictum eſt, iidem Mercatores in totidem libris conſtituerint creditorem Gabrielem, quia partita Gabrielis cantat, *per tanti hauuti dal Signor Gabriele*, quod probat illas antea à Ga-
16 briele fuiſſe numeratas Mercatoribus, vt aduertit *Rota deciſ.746. num.5. verſ. ex quibus patet par.3. recent.* Cumq; Gabriel eſſet diues, eo magis præſumitur ſoluiſſe de proprijs pecunijs aliunde, quàm ab Vgone habitis: Nec partitarum contemporaneitas inducit earum correſpectiuitatem ſtante ſolito dd. Mercatorum ſcribendi diuerſimodè ſolutiones cantantes in cauſam dotis, & ſtante expreſſione cauſæ ſcripta in ſecunda partita, nempè, *per*
17 *tanti hauuti dal Signor Gabriele*, & demum ſtante diuerſitate perſonarum ad latè *trad. per Gratian. diſcept.786. num.19. Put. deciſ.479. num.2. in corr. Rota deciſ.392. num.13. coram ſa. me. Gregor. XV. & in Romana Subcollectoria 12. Iunij 1645. coram R.P.D. meo Bichio.*

Secunda coniectura elicita ex taciturnitate Gabrielis in petendo reſiduum dotis, ex qua præſumitur dictam partitam verè fuiſse per eum receptam ab Vgone, & quidem in cauſam dotis, cum aliàs inueriſimile ſit ipſum per tantum temporis ſpatium ſiluiſſe, & onera matrimonij ſuſtinuiſſe; diluitur ex eo quia ſucceſſiuis temporibus eidem Gabriel factæ fuerunt multæ ſolutiones in cauſam d. dotis, & poſt annum 1614. Diana ſoluto matrimonio pluries, ac pluries requiſiuit dictum Comitem Philippum debitorem pro eiuſdem dotis reſiduo, & fructibus conſequendis, vt deponunt teſtes *in Sum. Comitis Paridis relati num.10.* immò à dictis requiſitionibus, ſeù interpellationibus Diana nunquam ceſſauit vſquequo de anno 1639. fuit hac de re factum compromiſſum in perſonam Eminentiſſimi Cardinalis Sacchetti tunc Bononiæ legati, quod benè comprobat præcedentes interpellationes à Diana factas, & conſequenter ex-
18 cludit prætenſam taciturnitatem, cum ad huiuſmodi compromiſſa voluntaria deueniri non ſoleat niſi præexiſtentibus prętentionibus ſæpius inter partes deductis, atque ſignificatis argumento *tex. in l.1. ff. de recept. arbitr.*

Friuola tandem eſt tertia, & vltima coniectura, etiam ad effectum præſumptæ ſolutionis totius dotis, & fructuum deducta ex eo quod Diana reſtituit, & ſoluit Horatio Patri diuerſas pecuniarum ſummas, quas veriſimiliter non reſtituiſſet, neque ſoluiſſet, ſi verè creditrix dotis, & fructuum tunc extitiſſet; Quia ſolutiones fuerunt ab ea factæ ex cauſa mutui, vt patet ex apochis deſuper ad eius fa-
19 uorem ab eodem Horatio confectis, *& in d. Summario relatis ſub num.* 22. Reſtitutiones verò quatenus ita nuncupari poſſint, fuerunt factæ occaſione diuerſarum negociationum, quæ extra cauſam dotis inter Dianam, & Horatium intercedebant, ſicuti per dictam confeſſionem Comitis Philippi ſupra oſtenſum fuit; Nam Horatius plurimum confidens de perſona Dianæ filiæ, ſolebat in banco Ludouici de Magiſtris ponere pecunias ad creditum illius, a qua deinde mediante eodem banco ſoluebantur pro Horatio diuerſis perſonis, & Mercatoribus, vt benè deprehenditur ex tenore partitarum dicti Banchi *in prædicto Sum. datarum num.19. 20. & 21.* Vnde ex hac correſpondentia, quam habuit Diana cum dicto ſuo patre, nullum deſumi debet argumentum in præiudicium eiuſdem Dianæ, eiuſq; hæredis.

Ex quibus Domini præuio diligenti, & accurato calculo ſortis, & fructuum, regulato ſecundum pagas pro temporibus ſupradictis maturatas; necnon ſecundum ſolutiones ad debitum Comitis Paridis Mariæ admiſſas, referendo ſemper quamlibet ex eis priùs in cauſam fructuum vſque tunc decurſorum, reſiduum verò, ſi quod ſuperfuit in extenuationem ſortis, vt fuit obſeruatum *in Senogallien. Compromiſſi 3. Iulij 1641. coram Me*; reſoluerunt reſiduum dotis cum augmento deberi in quantitate ſcutorum 3214. 72. reſiduum verò fructuum in ſumma aliorum ſcutorum 5144. 60. quæ ſimul coaceruata faciunt in totum ſcutorum bonon. 8359.

Et ita vtraque &c.

ROMA-

Digitized by Google

ROMANA SEPARATIONIS TORI.

Veneris 27. Martij 1648.

ARGVMENTVM.

Alimenta per virum ſunt præſtanda vxori quãdo de iſtius paupertate & bono iure conſtat, etiam ſi vxor moretur extra domum dummodo euenerit ex cauſa litis, & ipſa vitam honeſtam ducat.

SVMMARIVM.

1 *Alimenta prætendens ab Aduerſario debet probare paupertatem & bonum ius.*

2 *Paupertas deſumitur ex fide Parochi.*

3 *Mulier, nil aliud, præter dotem habere præſumitur.*

4 *Aſſertioni ad fauorem aſſerentis non eſt ſtandum.*

5 *Maritus, qui habuit dotem, tenetur alere vxorem licet diuortium petat.*

6 *Tanto magis quando ſententiam ad ſui fauorem reportauit.*

7 *Proteſtatio conſeruat ius proteſtantis.*

8 *Maritus debet alere vxorem extra domum, ſi ipſa ducat honeſtam vitam, & lis inter eos pendeat.*

9 *Pater cogitur præſtare alimenta filio extra domum ſi inter eos ſit lis.*

10 *Alimenta ſufficere præſumuntur, ſi partes ea ſufficere antea declararunt.*

DECISIO DCCXCVII.

FVIT reſolutum alimenta deberi Valeriæ
per Antonium eius virum, quia ipſa pro-
bat requiſita ad effectum illa obtinendi, vi-
1 delicèt, paupertatem, & bonum ius, quibus
concurrentibus alimenta veniunt præſtanda,
l.fin.§.nam ſi, ibique gloſ.& Doct. C.de ordin.cognit.
Seraph.deciſ.426.num.1.Greg.XV. deciſ.189.nu.1.
vbi Add. num.7. alios cumulat. Paupertas ſiqui-
2 dem ipſius ſufficienter probatur, nedum ex
fide Parochi atteſtantis ipſam eſſe mendicam,
ac ſe alere quotidie ex proprijs laboribus, ſed
etiam ex præſumptione iuris, ſecūdùm quod
3 mulier nil aliud præter dotem habere præſu-
mitur, quæ tota occupatur à dicto Antonio
eius viro, *Greg.XV. deciſ.398.num5. Reuerendiſſ.*
Vrgellen.deciſ.111.num.13.

Non obſtat, quod pro parte Antonij dica-
tur, Valeriam habere tot credita, quæ red-
dunt ſingulo anno ſcuta 134. vnde prætendi-
tur paupertatem dictæ mulieris remanere ex-
4 cluſam, quia de dictis creditis non docetur
niſi per aſſertionem eiuſdem Antonij, cui in
præiudicium dictæ Valeriæ non eſt ſtandum
Aret. conſ.30. num.2. poſt med. verſ. ergo non ſtatur
Rot.in recent.deciſ.77. num.10.par.5. & coram bon.
me.Buratt.deciſ.282.num.5.

Quo verò ad bonum ius, illud remanet ſuf-
ficienter probatum, ad effectum de quo agi-
tur, non ſolùm ex eo quod alimenta petun-
5 tur ab vxore, quam maritus, qui habuit do-
tem ex æquitate, & iuſtitia alere tenetur, licèt
ipſa diuerterit à viro, & ſuper hoc pendeat lis
ad *trad.per Abb.in c.ex parte num.10. de accuſ.cum*
alijs per Ferrett.conſ.34. num.1. verſ. & teneo quod
ſit Surd.de alim.tit.1. quæſt.118. num.5. & Afflict.
deciſ.10.num.6. Sed etiam ex ſententia lata ad
6 fauorem Valeriæ per Eminentiſſimum Car-
dinalem Vrbis Vicarium de anno 1625. ſuper
ſeparatione Thori, vt in puncto hæc omnia
ſimul ponderando, dixit *Rot. in Ianuen. Matri-*
monij coram ſa.me. Greg.XV.deciſ.534.num.2.& 3.
& indiſtinctè, quod ſola ſententia ſufficiat ad
effectum de quo agitur, pluribus relatis fuit
reſolutum in *Bononien.Alimentorum 3.Iulij 1645*
fin. coram me, & in Spoletana hæreditatis 11.Febr.
1647.coram R.P.D.meo Veroſpio.

Non obſtat concordia inter iſtos Coniuges
inita de anno 1636. quia licèt in illa hinc inde
fuerit facta remiſſio iniuriarum, non propte-
rea Valeria renunciauit prædictæ ſententiæ;
quinimo ante, & poſt tranſactionem prote-
ſtata fuit, quod per dictam concordiam non
intendebat à lite pendente in Rota recedere;
vnde non poteſt dici ſublatum illius bonum
7 ius reſultans ex ſupradicta ſententia, quod ipſi
per dictam proteſtationem fuit reſeruatum ad
tex.in l.4.§.1.vbi Bart.ff.quib.mod. pign. vel hypot.
Oldrad.conſ.6.in fin.verſ. & ſi dubitet Rot.dec.400.
num.26.par.4.tom.2.recent.

Non obſtat, quod Antonius offerat ſe para-
tum alere Valeriam in propria domo, quia
cum non probetur ipſam inhoneſtam vitam
ducere, & inter vtrumque pendeat lis, hæc
8 videntur præbere iuſtam cauſam, ob quam ei
de fructibus dotis etiam extra domum mari-
ti alimenta veniant præſtanda, vt in ſimilibus
fuit dictũ in *Romana aliment.21.Iunij 1627.coram*
Vrgellen int. eius impreſſ.deciſ.95.num.13.& 14. &
9 in fortioribus terminis de alimentis debitis
filio à Patre tradit *Surd. de alim. tit.4. quæſt.14.*
n.27. & fuit dictũ in *Auximana Domus 27. Iunij*
1640. §.fin. coram me.

Quo verò ad quantitatem alimentorum,
DD. illa taxarunt ad ſcut. 3. pro quolibet
menſe, prout aliàs taxarunt eædemmet par-
tes in dicta tranſactione; cùm enim tunc ea
10 ſufficere dicta Valeria agnouerit, etiam ho-
die ſufficientia præſumuntur, vt ad propoſi-
tum *Rot.deciſ.215.num.7.deciſ.429.numer.3. & 4.*
coram ſa.me.Gregor.XV. Quæ faciliùs procedũt,
ponderata quantitate fructuum dictæ dotis,
qui dicuntur ſolùm aſcendere ad ſcuta annua
90. Quare vtraque parte informante fuit re-
ſolutum dicta alimenta deberi dictæ mulieri
ad rationem ſupradictam, dummodo ipſa de-
gat in domo honeſta.

Et ita &c.

COMEN. CAPELLAE.

Luna 27. Aprilis 1648.

ARGVMENTVM.

Inſtitutio quando ſit debita præſentato à maiori parte patronorum etiam in quaſi poſſeſſione præſentandi non exiſtentium, & quando patrono ſit licitum reuocare mandatum procuræ ad præſentañ cum pacto iurato illud non reuocandi articuli examinantur.

SVMMARIVM.

1 *In iurepatronatus hæreditario filij ſuccedunt patri in capita tàm maſculi, quàm fœminæ.*

2 *Hæreditatis aditio eſt probanda.*

3 *Inſtitutio debetur præſentato à maiori parte patronorum.*

4 *Præſentatus ab exiſtentibus in quaſi poſſeſſione eſt præferendus.*

5 *Præſentandi quaſi poſſeſſio non tranſit in ſucceſſorem abſque noua apprehenſione.*

6 *Petitorium abſorbet poſſeſſorium, ſi de eo prius conſtiterit.*

7 *Mandatum reuocari poteſt non obſtante pacto iurato de non reuocando.*

8 *Periurus efficitur, qui contra iuramentum Procuratorem reuocauit, ſed reuocatio tenet.*

9 *Præſentatio facta ex mandato reuocato eſt nulla.*

10 *Ratificatio in præiudicium tertij re non integra non tenet.*

11 *Patronus laycus poteſt plures cumulatiuè præſentare.*

12 *Ordinarius poteſt gratificare præſentatum à medietate patronorum.*

13 *In iuriſpatronatus quaſi poſſeſſione cenſetur conſtitutus is, qui fuit admiſſus à compatrono ad præſentandum.*

15 *Confeſſio auctoris nocet habenti cauſam ab eo.*

DECISIO DCCXCVIII.

VACANTE per obitum Flaminij Buſiæ Cappellania Sancti Stephani in Eccleſia SS. Coſmi, & Damiani loci Mendriſij Comeñ Diœceſis de iurepatronatus laycorum; aliqui ex Patronis ad illam præſentarunt Ioannem Baptiſtam Turrianum, nonnulli verò Ioannem Baptiſtam Polattam; Quocirca orta inter iſtos præſentatos controuerſia coram Vicario Comeñ ſuper conſequutione inſtitutionis, prodijt ſententia ad fauorem Turriani, à qua, cum appellauerit Polatta, cauſamque ſuæ appellationis in Rota mihi committi obtinuerit, dedi dubium, An ipſe Polatta eſſet inſtituendus, & DD. negatiuè reſponderunt, ex quo habet minorem numerum vocum.

Quoniam, prætermiſſa inſpectione, an iuſpatronatus, de quo agitur, ſit gentilitiũ, cùm in hoc partes pro nunc non inſiſtant, ſed vltro admittant eſſe hæreditarium Valerij Buſiæ; per mortem eiuſdem Valerij illud deuolutum
fuit ad quatuor eius filios, nempè Lucretiam, Aureliam, Catherinam, & Flaminium, & ſic diuiſum in quatuor voces, cùm in iurepatro-
1 natus hæreditario filij ſuccedant Patri in capita, *Rota dec. 2. num. 1. par. 7. rec.* & tam maſculi, quam fœminæ, *Buratt. dec. 183. nu. 1.* Vox Lucretiæ deuenit ad Antoniam eius filiam, & ad Lucretiam iuniorem eiuſdem ex Franciſca altera filia neptem; Vox Aureliæ deuenit ad Hieronymum, Camillam, & Aureliam iuniorem eius ex Petro Aloyſio filio nepotes; In voce verò Catherinæ ſucceſſerunt Ioannes Antonius, & Magdalena eius filij; ad quos etiam deuenit vox Flaminij priuatiuè quoad alios filios aliarum ſororũ eiuſdem Flaminij, quia ipſos, & non alios nepotes probatur, adi-
2 uiſſe auunculi hæreditatem ab inteſtato delatam, *Bald. conſ. 273. num. 8. lib. 1. Neguſ. quæſt. 297. n. 24. Surd. dec. 154. n. 18.*

Quibus ita ſtantibus Polatta non docet ſe fuiſſe præſentatum ab alijs, quàm à prædicta Magdalena, quæ habet vnam tantùm vocem conflatam ex medietate vocis Catherinæ matris, & ex medietate vocis Flaminij auunculi;
3 vnde in concurſu Turriani præſentati à cœteris ſupradictis compatronis, & ſic habentis pro ſe maiorem calculum vocum, non debet inſtitui, *cap. quoniam 3. de iurepatr. Garz. de benef. par. 9. cap. 2. num. 257. Rota dec. 2. num. 4. deciſ. 275. num. 1. & dec. 280. num. 1. & 3. par. 7. rec. dec. 94. num. 8. coram Reuerendiſſ. Vrgellen. & in Pampilonen. Parochialis de Anorbe 3. Decemb. 1646. coram R.P.D. meo Melſio.*

Non obſtat, quod ſolùm Flaminius, & Catherina auctores d. Magdalenæ eſſent in quaſi poſſeſſione præſentandi, & ideò ſit præferen-
4 dus Polatta, tanquam præſentatus ab exiſtentibus in huiuſmodi quaſi poſſeſſione præſentandi, *cap. conſultationibus 19. de iurepatr. cap. querelam 24. de elect.* Quia vltra quod concluſio, quatenus applicaretur, militaret etiam ad fauorem Turriani præſentati à Ioanne Antonio repræſentante eaſdem perſonas Flaminij, & Catherinæ; dupliciter reſpondetur. Primo, quod Polatta nõ fuit præſentatus ab ipſis Flaminio, & Catherina, ſed à Catharinæ filia, quæ nunquam præſentauit, & in quam quaſi
5 poſſeſſio authorum non tranſiuit abſque noua apprehenſione, vt, reprobato Lambertino, contrarium tenente, dixit *Rota penes Acchill. de Graſſ. deciſ. vlt. de cauſ. poſſ. & propriet. deciſ. 260. num. 4. par. 2. rec. dec. 62. num. 2. & ſeqq. & dec. 37. num. 20. coram Reuerendiſſ. Vrgellen. vbi allegantur concordantes,* & in ſpecie loquitur de filijs poſſeſſoris; Secundò quod, cùm ſit in confeſſo apud partes pertinentia iuriſpatronatus ad Valerium, nec dubitetur quin ab illo deſcendant
6 cum qualitate hæreditaria auctores Turriani, non attenditur quaſi poſſeſſio, ſed ius præſentantium, cùm in huiuſmodi caſu poſſeſſorium abſorbeatur à petitorio ad tradita *per Abb. in d. cap. conſultationibus de iurepatr. num. 9. Decian. conſ. 149. num. 2. verſ. & retenta, Rota dec. 167. n. 9. & 10. par. 2. diuerſ.*

Minus obſtat, quod Polatta prætendat ſe fuiſſe præſentatum etiam à d. Ioanne Antonio,

nio, eo quia Ioannes Antonius conſtituit *ip-*
ſum Polattam Procuratorem ad præſentandũ
eum facultate ſubſtituendi, cuius facultatis
vigore Polatta ſubſtituit Andream Madernũ,
à quo deinde ad proprium commodum re-
portauit præſentationem; quia d. Ioannes An-
tonius antequam ſequeretur d. præſentatio
Polattæ reuocauit mandatum, & adhæſit prę-
ſentationi factæ ab alijs Compatronis de per-
ſona Turriani, prout reuocare, & adhærere
potuit non obſtantibus pactis iuratis de non
reuocando mandatum, & de non variando
præſentationem, *cap. fin. & ibi gloſ. communiter
approbata in verb. reuocatus de procur. in 6.* Nam
actus reuocationis procuratoris pendet à ſola
voluntate reuocantis, & licèt reuocans fiat
periurus, nihilominus tenet reuocatio, vt
6 in terminis mandati ad præſentandum dixit
*Rota in Compoſtellana Parochialis 20. Febr. 1630.
§. regulariter coram bon. mem. Merlino, Lambert. de
Iurepatr. par. 1. lib. 2. art. 13. q. 4. princ. ſub num. 1.
& 2. alijque relati ab Add. Buratt. dec. 942. nu. 11.*
Actus verò variationis ſumit robur à præce-
denti reuocatione mandati, quandoquidem
9 in præſentatione Polattæ facta ex mandato re-
uocato, nulla vis fieri poteſt, vt reſpondit *Ro-
ta coram ſan. mem. Greg. XV. dec. 452. ſub n. 18.*

Nec quicquam facit, quod Ioannes Anto-
nius poſtquam adhæſit præſentationi Com-
patronorum, ratificauerit præſentationem
10 de Polatta factam à Procuratore, quem reuo-
cauerat, quia ratificare non potuit in præiudi-
cium Turriani re non integra, & poſtquam
11 Turrianum præſentauerat; Et in omnem
euentum hæc ratificatio non poteſt habere
aliam vim, quam præſentationis cumulatiuę,
quæ ſolùm laycis eſt permiſſa, *c. quod autem 5.
vbi Abb. num. 3. cap. cum autem 24. & ibidem Abb.
num. 2. de iurepatr. Garz. de benefic. par. 5. cap. 9.
num. 214. Guttier. de iuram. confirm. par. 3. cap. 13.
numer. 5. & fuit dictum in Cæſarauguſtana Beneficij
de Linares 4. Decembris 1643. coram R. P. D. meo
Bichio.*

Sed ceſſare viſa fuit omnis difficultas ex eo,
quod licèt vox Ioannis Antonij computanda
foret ad fauorem Polattæ, adhuc tamen ipſe
non veniret inſtituendus, ex quo non haberet
pro ſe plus quàm duas voces, & Ordinarius
12 in paritate vocum voluit, vt potuit gratifica-
re Turrianum *Prob. ad Monach. in cap. duobus
num. 5. de elect. in 6. Tiraquell. de iure primogenit.
quæſt. 17. opin. 2. num. 8. Adden. ad Buratt. deciſ. 651.
num. 12.*

Non obſtat, quod pro parte Polattæ nege-
tur deſcendentia cum qualitate hæreditaria
Antonij à Lucretia ſeniore, & Hieronymi ab
Aurelia ſeniore; Quia obiectum ceſſare vi-
ſum fuit ex confeſſione Ioannis Antonij, à
13 quo Polatta inſiſtit ſe habere cauſam, emana-
ta dum adhæſit pręſentationi de Turriano fa-
ctæ ab eis, quos propterea pro deſcendentibus
à Valerio cũ dicta qualitate hæreditaria agno-
uit, & in Compatronos admiſit, atque con-
ſtituit in quaſi poſſeſſione præſentandi ad
tradita per *Innoc. in cap. cum Eccleſia Sutrina 3.
num. 4. de cauſ. poſſ. & propriet. Rip. ibid. num. 93.
Abb. num. 35. Rota dec. 284. num. 7. par. 1. recen. &
in Bononien. Iuriſpatronatus 23. Iannarij 1640. co-
ram R. P. D. meo Bichio*; vnde non valet Polatta
impugnare confeſſionem, & factum eius, quē
prætendit eſſe ſuum auctorem, vt in terminis
iuriſpatronatus, *Burat. dec. 792. num. 4.*

Et ita vtraque &c.

ROMANA DOMVS.

Lunæ 4. Maij 1648.

ARGVMENTVM.

Emphyteuticæ rei deuolutio ob eiuſdem alie-
nationem abſque conſenſu Domini directi,
& ob nõ ſolutionem canonum in quibus ca-
ſibus euitetur articulus benè explanatur.

SVMMARIVM.

1 *Deuolutio facit ceſſare ius emphyteutæ, & conſo-
lidat dominium vtilè cum directo.*

2 *Emphyteuta eſt manutenendus pendente iudicio ca-
ducitatis, & num. 5.*

3 *Poſſeſſio probatur ex vnico actu exactionis penſio-
num.*

4 *Et ex confeſſione partis petentis aſſociationem.*

6 *Iudex nulliter procedens non priuat poſſeſſorem ſua
poſſeſſione.*

7 *Sententia ſuſpenditur per appellationem.*

8 *Pro ſpoliato quis non cenſetur ſe habere ſi petat mã-
datum de manutenendo, & quatenus opus ſit de
reintegrando.*

9 *Alienatio cenſetur approbata per receptionem cano-
num.*

10 *Emphyteuta poteſt pignorare rem emphyteuticam
ſine conſenſu domini directi.*

11 *Eccleſiæ bona non poſſunt pignorari.*

12 *Inueſtitura non transfertur in creditorem pignoris
remanente vtili dominio penes pignorantem.*

13 *Dominus directus poteſt petere canones à pignorante
rem emphyteuticam.*

14 *Scientia clara & certa requiritur ad incurrendam
pœnam.*

15 *Ignorantia præſumitur in minore.*

16 *De ſcientia ad incurrendam pœnam caducitatis de-
bet conſtare per decretum Iudicis.*

17 *Reſtitutio in integrum debet obtineri intra quadrien-
nium.*

18 *Procedit quando minor petit reſtitutionem aduerſus
inſtrumentum.*

19 *Limita ſi ignorauerit illud, quod continebat ſuum
præiudicium.*

20 *Iuramentum non tranſit ad ſucceſſorem.*

21 *Pœna excuſatur ex qualibet cauſa.*

22 *Caducitas vt inducatur per alienationem ſine con-
ſenſu domini requiritur vt ſit facta tanquam de re
libera.*

23 *Emphyteuticus contractus non conficitur abſque ſcri-
ptura.*

24 *Purgatio moræ ſemper admittitur de iure Canonico
quando ius alterius non eſt effectum deterius. vel*

Digitized by Google

pars eſt parata reſarcire damnum etiam ſtantibus pactis contrarys.

25 *Mora non incurritur pro debito incerto, & non liquido.*

26 *Oblatio verbalis ſufficit, quando ob incertitudinem realis fieri nequit.*

27 *Oblatio præſumitur facta de mandato.*

28 *Oblatio ad effectum præſeruandi ius alterius poteſt fieri à quocunque.*

29 *Oblatio non eſt neceſſaria non facta liquidatione per Iudicem.*

30 *Mora ſupponit culpam.*

DECISIO DCCXCIX.

HAEREDES q. Alexandri Fabrini tunc minores cum interuentu Iudicis, & ſolemnitatibus Statutarijs ex cauſa reſidui dotalis debiti D. Theodoro Amayden oppignorarunt eidem domum, de qua agitur, quandocunque luendam. Poſt quam pignoratione Moniales Purificationis Vrbis, quarum Monaſterio dicta domus ſuppoſita eſt in annuo canone, egerunt contra prædictos Fabrinos, necnon D. Theodorum pro conſequutione canonum in foro Capitolino, qui reſpondit ſe paratũ ſoluere, ſpecificata ſumma per Moniales prætenſa; qua oblatione non obſtante Iudex Capitulinus mandauit Monaſterium aſſociari ad poſſeſſionem dictæ domus non ſolùm pro canonibus decurſis, ſed ex capite deuolutionis nunquam petitæ. Annullato hoc decreto per reſcriptum Signaturæ Sanctiſſimi, eo quia Iudex Capitolinus careret iuriſdictione, cauſa hæc per eundem D. Theodorum introducta fuit coram Eminentiſſimi Card. Vicarij Viceſger. coram quo petijt, manuteneri & dictus Iudex pronunciauit decretũ Capitolinũ ex defectu iuriſdictionis nullũ eſſe, & ſimul D. Theodoro nullum ius competere; Cum tamen neque in illo primo iudicio nullo, neque in hoc ſecundo vllum fuerit factum verbum ſuper bono iure, ſed ſolummodo ſuper manutẽtione per eundem D. Theodorum petita, vt patet ex reuolutione actorum totius extractus, vnde per appellationem, per D. Theodorum interpoſitam, cauſa ad Rotam deuoluta, dubitaui ſub die 18. Maij 1647. An D. Theodoro eſſet dandũ mandatum de manutenendo; & quia pro parte Monialium opponebatur deuolutio tripli-
1 ci ex capite, quæ facit ceſſare ius emphyteutę, & conſolidat vtile dominium cum directo *Corbul. de cauſ. priuat. ob lin. finit. num. 1. Rot. deciſ. 117. par. 5. recent. & apud Poſth. de manut. deciſ. 137. num. 7. & deciſ. 168. num. 8. & 9. & deciſ. 293. nu. 1.* Placuit DD. vt adhunc effectum videretur de bono iure; & poſita cauſa ſub die 27. Maij eiuſdem anni, fuit reſolutum non conſtare de bono iure D. Theodori ad effectum manutentionis prædictæ, ſed eſſe factum locum deuolutioni ad fauorem Monialium. Super qua reſolutione cùm D. Theodorus de ſtylo huius Tribunalis obtinuiſſet nouam audientiam ſub die 23. Martij pręteriti reſolutio fuit dilata, vnde cauſa iterum poſita ſub die quarta Maij præſentis anni, DD. ex nouiter ſupra, & infra deductis receſſerunt à deciſis, videlicèt D. Theodoro competere manutentionem qui fuit effectus primi & principalis dubij, ea
2 ratione, quod pendente iudicio caducitatis Emphyteuta nõ poteſt in ſua poſſeſſione moleſtari *Poſth. tract. de manut. obſeruat. 16. num. 8. & Rot. apud eundem deciſ. 275. per tot.*

De poſſeſſione verò D. Theodori ante litem motam non poteſt dubitari, quia de ea doctum fuit in iudicio Vicarij per continuatas penſionum exactiones, & ad hunc effectum
3 vnica ſufficeret vt notant omnes in *c. cum Eccleſia Sutrina, & ibi poſt alios Rip. num. 53. de cauſ. poſſeſſ. & propriet. Rot. coram Greg. XV. deciſ. 313. num. 1. & coram Buratt. deciſ. 158. num. 2. & aliàs ſæpiùs*; & de ea ad abundantiam doctum fuit in hoc iudicio Rotali per depoſitionem duorum teſtium deponẽrium de pluribus actibus,
4 per plures annos continuatis poſſeſſorijs, pręſertim intentatæ caducitatis, vt fuit dictum in in *Romana deuolutionis domus 12. Nouembris 1578. coram Clemente VIII.* & in alia ſimili *prætenſa deuolutionis domus 25. Iunij 1621. coram Patriarcha Manzanedo.*

Et ratio eſt quod Rota nunquam denegat poſſeſſionem Emphyteutæ, niſi quando de-
5 uolutio eſt clara, & indubitata *Add. ad deciſ. Gregor. 105. & deciſ. 359. numer. 4. & 5. part. 5. recent.*

Nec facit quod Monaſterium ceperit poſſeſſionem auctoritate Iudicis, quia cum Iu-
6 dex nulliter proceſſerit, vt oſtenſum eſt, non priuauit poſſeſſorem ſua poſſeſſione *Angel. in l. clam. poſſidere §. qui ad nundinas num. 1. in fin. ff. de acq. poſſ.* cum vulgatis, vltra quod per appella-
7 tionem ſententia, ſiue decretum Iudicis, illiuſq; effectuatio fuit ſuſpenſa *Cæſar. de Graſſ. deciſ. 4. de cauſ. poſſ. & propriet.* Demum poſſeſſio huiuſmodi probatur ex confeſſione partis petentis aſſociationem contra D. Theodorum poſſeſſorem, quæ ſufficit ad effectum manutentionis *Ruin conſ. 115. num. 16. lib. 5.*

Non obſtat, quod dicebatur pro parte Monialium D. Theodorum petijſſe reintegrationem & proinde habuiſſe ſe pro ſpoliato, ex eo quod reintegratio, ſiue immiſſio non competit poſſidenti; nam vt apparet ex *Summar. eiuſdem D. Theodori num. 3.* non fuit petita reinte-
8 gratio ſimpliciter, ſed primo, & principaliter manutentio, & quatenus opus ſit reintegratio, quo caſu non intrat confeſſio ſpolij in puncto *Rot. coram Gregor. XV. deciſ. 555. num. 1. & per tot. vbi latè Add. ſub nu. 11.*

His poſitis, non obſtant tria capita deuolutionis per Moniales oppoſita. Primò videlicet propter alienationem de hac domo factã abſque conſenſu Monialium à Griſennio in Alexandrum Fabrinum. Secundo ex alia alienatione facta per hæredes dicti Alexandri in perſonam D. Theodori; Et tertiò ob canones per eundem non ſolutos. Nam primum caput deuolutionis ſublatum fuit in deciſione in hac cauſa coram me emanata ſub 27. Maij 1647. ex eo quod Moniales poſt huiuſmodi alienationem receperunt à Fabrinis emptoribus

bus

9 bus canones, per quam receptionem cenſen-
tur approbaſſe alienationem; & emptorem
in Emphyteutam agnouiſſe *Roland. conſ.87.nu-*
mer.32.lib.1.Menoch. de recuper.remed.9.num.152.
Maraſcott.var.reſol.lib.2.cap.138.nu.5. Afflict. de-
ciſ.129.num.10.cum alijs in deciſ. allegatis.
Circa ſecundum caput deuolutionis dice-
bant DD. non videri neceſſarium conſenſum
10 Monialium, eo quod domus non fuerit alie-
nata, ſed tantummodo pignorata, quo caſu
non requiritur conſenſus Domini directi,
Clar.in §.Emphyteuſis q.18.Rot.deciſ.294.numer.8.
par.1.recent.Afflict.deciſ.191.num.3.Boer.dec.281.
num.2.Amic.de iur.emphyt.q.14.num.6. vbi ponit
differentiam inter alienationem rei Eccleſia-
11 ſticæ, alienationẽ rei emphyteuticæ; & Doct.
qui pro contraria opinione allegantur, lo-
quuntur in terminis Extrauagantis ambitio-
ſæ, non autem in terminis emphyteuſis, *Rot.*
deciſ.427.num.6.par.1.diuerſ. Et ratio eſt quia
laudemium competit, & debetur Domino di-
12 recto ratione nouæ inueſtituræ, quæ non
transfertur in creditorem pignoris remanen-
te vtili dominio penes pignorantem ad *tex. in*
l.pignus C.de pignor. act. ibi, *pignus in bonis debito-*
ris permanere &c. vbi *gloſ.in verb.in bonis*, dicit,
quod pignus non mutat cauſam dominij be-
nè *Corbul.de cauſ.priuat.ob alienation. irrequiſit.do-*
mino limit.33.num.2.Franc. deciſ.201. num.2. Rota
deciſ.294.num.8. par.1. recent. & propterea Do-
13 minus directus poteſt petere canones à ce-
dente, ſiue pignorante *Corbul. de priuat. ob non*
ſolut.canon.q.6.
Cui non obſtat clauſula inueſtituræ prohi-
bens alienationem, alienationis latiſſimè ſum-
pto vocabulo, ſub qua comprehenditur etiã
pignoratitia, quia de hac inueſtitura ſiue pa-
ctis illius D.Theodorus nunquam habuit no-
titiã, nec fuit producta in actis, ſed ſolũmodo
data in *Summar.* Monialium, & ad effectum
inducendæ deuolutionis non ſufficit ſcientia
14 præſumpta, ſed requiritur clara, & certa ex
productione inſtrumenti *Siluan.conſ.53.num.43*
Rot.deciſ.261.num.8.par.1.& deciſ.593.num.4.p.2.
rec.& coram Buratt.dec.617. nu.1.
Et non ſolùm D. Theodorus non habuit
notitiam huius inſtrumenti, ſed nec ipſi Fa-
15 brini illius auctores, in quibus, cùm eſſent
minores præſumitur ignorantia *Alex.conſ. 26.*
num.7.verſ.præterea lib.7.Aym. conſ.192. numer.5.
Bec. conſ.111. num.14. & 15. & ſcientia debet
16 præcedere deuolutionem, ſiue caducitatem
per decretum Iudicis *l.mora 22.ff.de vſur. l.Ti-*
tia §.ſi vſuras ff. de leg.2.
17 Neque obſtat, quod Fabrini minores in-
tra quadriennium non obtinuerint reſtitutio-
nem in integrum, quia hæc concluſio proce-
dit quando minor petit reſtitutionem aduer-
18 ſus inſtrumentum, illudque intendit reſcin-
dere, ſeu infirmare, vt diſponitur in *l. fin.C.de*
temp.in integr. reſtit. Fabrini autem non impu-
gnant inſtrumentum pignoris, ſed immo in
19 eo maximè perſiſtere intendunt, & non po-
tuerunt præuidere, quod Moniales eſſent vn-
quam acturæ ad deuolutionem ex hoc incom
petenti capite *Roland.conſ.73.nu.16.lib.4. Socin.*
iun.conſ.59.num.5. lib.1. Gabr. de minor. concluſ.4.
num.12.
Et hic aduertebant DD. quod pacta inue-
ſtituræ emphyteuticæ, & obligatio cum
iuramento de ſoluendo canonem non afficiũt
niſi primum acquirentem, non quidem ob
20 non ſolutionem canonis, ſed ob iuramentum
quod non tranſit ad ſucceſſores *Rip.in c.ex par-*
te num.20.verſ.& ſi dixeris de reſcript. Cagnol. in l.
ſi quis maior num.203.C.de tranſact. quem allegat
& ſequitur *Gabriel conſ.65. num.25. & ſeq. lib.2.*
cum alijs deductis *in Romana prætenſæ deuolutio-*
nis 28.Iunij 1610.coram Patriarcha Manzanedo, &
hoc ſupremum Tribunal, vt ſolent ſuprema
21 Tribunalia, alienum eſt ab imponenda pœ-
na caducitatis, quam quacunque ex cauſa ſo-
let excuſare, vt teſtatur *Amic. vbi ſupra q.1. nu-*
mer.13.& q.78.num.9. dicit, quod iuramentũ
afficiens primum acquirẽtem debet interpre-
tari de propria, & vera alienatione, & non
procedere in pignore. & in puncto, quoad
effectum vt alienans rem emphyteuticam ſi-
22 ne conſenſu Domini cadat à iure ſuo, requi-
ritur, quod ſit alienatio propria, & facta de re
libera, & pleno iure ad alienantem ſpectante,
Rot.deciſ.261.num.6.in fin.p.1.rec.
Demum conſiderabant Domini, quod ne-
que hodie conſtat in actis de aliquo inſtru-
mento inueſtituræ habente pacta à Moniali-
bus prætenſa, ſed tantummodo reperitur pro-
ductum inſtrumentum cuiuſdam conceſſio-
nis factæ per Moniales cuidam Gerardo Mu-
tatori de quodam terreno ad effectum inibi
fabricandi domos pro annuo canone ſcutorũ
22. nulla autem fit mentio domus de qua agi-
tur, neque conſtat vt ſupponitur in *Summar.*
Monialium, quod dictus Gerardus in prædi-
cto ſolo ſibi conceſſo domum fabricauerit,
eamque alienauerit in Tobiam Griſennium
auctorem Alexandri Fabrini patris auctorum
D.Theodori, pro cuius parte illa non negan-
tur, ſed hactenus verificata nõ fuerunt, quod
23 ſufficit ad euitandam caducitatem; nam con-
tractus emphyteuticus non conficitur abſque
ſcriptura, *Vclaſc.de iur. emphyt. q.7.num.27.Rot.*
deciſ.400.n.10.par.1.rec.
Circa tertium caput deuolutionis deductũ
ex non ſolutione canonis, & aſſerta mora D.
Theodori; DD. dixerunt, vel nullam fuiſſe
contractam moram, vel illius purgationem
24 planè eſſe admittendam, quæ de iure canoni-
co ſemper admittitur, quando ius alterius nõ
eſt effectum deterius per *tex.in c. ſua de pœn.* &
hanc opinionem ſemper tentam fuiſſe in Ro-
ta fuit dictum in *Romana Hæreditatis de la Porta*
24. Nouembris 1595. coram Cardinali Millino.
Etiam ſtantibus pactis contrarijs, & etiamſi
ius partis eſſet effectum deterius, quando alia
pars eſſet parata reſarcire damnum, & intereſ-
ſe, ità huic difficultati reſponſum fuit in *Ro-*
mana Vinea tertia Aprilis 1598. coram Orano, &
Add.ad deciſ.Gregor.559. ſub num 10. verſ.limita-
tur autem primo, & Add.ad deciſ.Buratt.582.n.13.
etiam ſine reſarcimento damni, quando dam-
num eſt modicum *Gabr.conſ.66.nu.62.*
In præſenti caſu ius Monaſterij non eſt effe-

Digitized by Google

ctum deterius, nec quidem deteriorari potuit,
cùm in iudicio Capitolino illicò ac D. Theo-
dorus fuit conuentus ad ſoluendum canones
obtulerit ſe paratum ſoluere omnes canones
decurſos ſpecificatos à Monialibus ſummaļ prę-
tenſa, quæ oblatio fuit legalis facta à tertio
poſſeſſore non habente notitiam ſummę prę-
tenſæ, nec vnquam poſtea à Monialibus ſpe-
25 cificatæ, ex qua incertitudine excluditur om-
nis mora in D. Theodoro *Ancar. conſ. 235. nu. 2.*
Menoch. de arbitr. lib. 2. cent. 3. caſ 120. num. 46. Hon-
ded. conſ. 36. num. 24. lib. 2. Rot. dec. 131. nu. 7. par. 5.
rec. Afflict. deciſ. 205. per tot. Surd. deciſ. 179. n. 13.
Vnde cùm nunquam fuerit cõſtitutus certus
debitor, nec ſumma liquidata, non potuit
incurrere motam *Surd. conſ. 38. num. 13.* cum
alijs adductis per *Duran. deciſ. 270. num. 11. vſque*
26 *ad num. 15.* Et ad hunc effectum ſufficit obla-
tio verbalis, ea ratione, quod ob incertitudi-
nem realis fieri nequit, vt fuit dictum in *Ro-*
mana aſſerta deuolutionis Domorum 27. Iunij 1589.
coram Comitulo Corbul. de cauſ. priuat, ob non ſolut.
canon. limit. 20. num. 6. & in Bonon. Cumuli Miſeri-
cordia 20. Octobris 1621. coram Coccin. verſ. inſu-
per circa fin. vbi liquod mora nunquam com-
mittitur in non liquidis.

Non obſtat, quod oblatio iſta fuerit facta
per Procuratorem de cuius mandato non cõ-
27 ſtat, quia vltra quod præſumitur in eo qui
abſque mandato oblationem nõ feciſſet *Abb.*
in c. 1. & ibi Rip. num. 2. vbi de communi, *de*
Iud. Put. deciſ. 132. lib. 1. Ant. Auguſtin. in repetit.
tit. de commiſ. num. 11. oblatio illa fieri potuit à
28 quocunque tertio ad effectum præſeruandi
ius emphyteutæ, vt in terminis tradit *Amic.*
vbi ſupra de iur. Emphyt. q. 98. num. 4. & ſeq. im-
mo non præcedente liquidatione facta per Iu-
29 dicem, oblatio omnino non eſt neceſſaria,
Rot. in d. Bonon. loco alleg. Accbil. deciſ. 2. num. 8. de
locat. & conduct.

Quæ magis videbantur DD. procedere in
hoc caſu, ſtante legalitate perſonæ D. Theo-
30 dori excluſiua ſuſpicionis culpæ, quam de
neceſſe ſupponit mora *l. ſi quis 24. ff. de vſur.*

Et ita vtraque parte informante reſolutum
fuit &c.

RAVENNATEN. BONORVM.

Lunæ 11. Maij 1648.

ARGVMENTVM.

Patet ex Summario.

SVMMARIVM.

1 *Remiſſoria non datur quando articuli ſunt irrele-*
uantes.

2 *Filius non conficens inuentarium, licet legitimam*
non amittat, tamen illam non poteſt detrahere ex
fideicommiſſo particulari.

3 *Hæres non conficens inuentarium tenetur præſtare*
integrum fideicommiſſum particolare etiamſi hæ-
reditas non ſufficeret pro ſatisfactione ſui crediti.

4 *Calumnia eſt articulare illud, de cuius contrario per*
ſcripturas conſtat.

4 *Confeſſio ſimplex mariti de dote recepta conſtante*
matrimonio, licet facta animo donandi cenſeatur,
attamen præcedente viro ſuſtinetur.

6 *Dos in pecunia promiſſa in pecunia reſtitui debet, li-*
cet aliqua bona æſtimata data ſint in ſolutio-
nem.

DECISIO DCCC.

DIE prima Februarij 1647. coram R. P.
D. meo Corrado reſolutum fuit Preſ-
byteris Boni Ieſu dandam eſſe immiſſionem
in poſſeſſione bonorum ſtabilium ad quorum
ſucceſſionem ipſi per particulare fideicom-
miſſum ab Argentina Roncuzia vocati fue-
rant: Nec obſtare detractiones ab Antonio
Donato ſuper dictis bonis prætenſas ex perſo-
na Franciſci Donati hæredis ab Argentina
grauati, quia dictus Franciſcus nullum con-
fecit inuentarium hæreditatis Argentinæ.
Cui reſolutioni conformem ſententiam tulit
idem R. P. D. meus Corradus, à qua prouo-
cauit Antonius, qui, cauſa mihi commiſſa,
inſtetit pro remiſſoria ad effectum probandi
ſtatum hæreditatis dictæ Argentinæ. Quare
1 dato dubio an illa eſſet concedenda, DD. at-
tenta articulorum irreleuantia, & ex eo etiã
quia non carebant ſuſpicione calumnię illam
denegarunt.

Irreleuantia clarè patet, quia eſto quod pro
baretur ſicut articulatur Argentinam in hæ-
reditate ſua nulla alia bona vltra illa dicto par
ticulari fideicommiſſo ſubiecta, reliquiſſe, ni-
hilominus dictus Franciſcus hæres grauatus
nullas potuiſſet ex dictis bonis ſtabilibus de-
tractiones facere, ſiue illas prætendat ex cauſa
legitimæ ſibi debitæ in bonis dictæ Argenti-
næ Auiæ Maternæ, ſiue ex cauſa creditorum
reſultantium tam ex dote materna, quàm ex
ſolutione æris alieni, & legatorum ab ipſo
Franciſco facta.

Non quidem ratione legitimæ: Nam licet
hæres grauatus propter omiſſionem inuenta-
rij non amittat legitimam dum probat ſtatũ
hæreditatis; attamen quando agitur de fidei-
commiſſo particulari, prout in præſenti caſu,
2 hæres tenetur etiam de proprio illud integrũ
præſtare, & ideo ad euitandos circuitus legi-
timam ex illo detrahere non poteſt, *Caſtrenſ.*
conſ. 186. num. 1. lib. 2. Surd. deciſ. 316. num. 16. Rota
coram Duran. deciſ. 213. num. 15. & fuit dictum
in hac cauſa ſub *dicta die prima Februarij 1647.*
coram R. P. D. meo Corrado §. quia cum, verſ. ſeu ve-
rius: Et ratio eſt propter quam hæres tali ca-
ſu tenetur etiam de proprio, quia adeundo
hæreditatem abſque beneficio legis, & inuen-
tarij quaſi contrahit cum legatarijs, & fidei-
commiſſarijs particularibus *l. fin. §. ſin verò poſt-*
quam adierint C. de iur. deliberan. §. hinc nobis verſ.
ſi vero non fecerit Auth. de hæred. & falcid. §. hæres
inſtit. de oblig. quæ ex quaſ. contract. naſc. Iaſon. in l.
more num. 17. ff. de acquir. hæred. Roland. in tract. di-
uerſ. de inuentar. q. 191. num. 1. & ſeq. Rot. in Arimi-
nen. Pecuniaria 22. Iunij 1646. coram R. P. D. meo

Ar-

Digitized by Google

Arguelles, & in Ciuitatis Plebis Saluiani 13. *Ianuary proximipræteriti coram R.P.D. meo Bichio.*

Nec pariter reſpectu ddd. creditorum, quia
cùm ipſe non fuerit vſus beneficio inuentarij,
3 poterat aſtringi ad præſtandum particulare fi-
deicommiſſum integrum, etiam ſi vires hæ-
reditatis Argentinæ pro ſatisfactione ſuorum
creditorum defeciſſent vt pluribus compro-
bat dicta *deciſ. in hac cauſa emanata die prima
February* 1647. *coram R. P. D. meo Corrado*, §.
quia cum, verſ. in hoc autem caſu, & §. *creditis demum.*

4 Et calumnia detegitur, quia ex inſtrumen-
to dotali conuincitur contrarium eius; quod
fuit articulatum *Rot. coram Duran. deciſ.* 131. *nu-
mer.* 13. *& deciſ.* 196. *num.* 3. *& in rec. deciſ.* 235. *nu-
mer.* 12. *par.* 5. & fuit dictum in *Barchinonen. Ali-
mentorum* 17. *Maij anni præteriti coram Me in fin.*
Apparet enim ex dicto inſtrumento, quod
Argentina reliquit in hæreditate etiam credi-
tum ſuæ dotis aſcendentis ad ſummam ſcu-
torum 550. auri in auro, quæ reſtituenda
erat ab hæredibus Franciſci de Abbioſis eius
viri.

Nec obſtat, quod dictum inſtrumentum
dotale in aliqua parte contineat ſimplicem
confeſſionem de recepto, nam eſto quod eſſet
talis, indeq; reſolueretur in donationem pro-
hibitam inter virum, & vxorem *Aret. conſ.* 86.
num. 1. *Mancin. de confeſſ. cap.* 2. *num.* 96. *Rot. coram
Gregor. XV. deciſ.* 67. *num.* 7. Adhuc ſuſtineretur,
5 quia ſuperueniente morte viri cõfirmata fuit
vt in puncto *Gabr. conſ.* 163. *num.* 19. *vbi alleg.
concord. lib.* 2. *latè Ioſeph Ludouic. deciſ. Peruſin.* 66.
num. 3. & propterea ſemper erit verum dicere,
quod Argentina ſiue ex contractu dotali, ſiue
ex donatione morte confirmata remanſit cre-
ditrix hereditatis d. Franciſci de Abbioſis eius
viri in dictis ſcutis auri 550.

Minus obſtat, quod dicatur Argentinam
probari de dote ſatisfactam; ex quo ipſa per
dictum fideicommiſſum particulare diſpoſue-
rit de bonis ſitis in Villa Baſtiæ in quibus di-
ctus Franciſcus eius maritus confeſſus fuit ſi-
bi ſoluta fuiſſe ſcuta centum ex cauſa dotis.
Nam vltra quod creditum remaneret in alijs
ſcutis 450. auri; Non probatur bona Baſtiæ
de quibus diſpoſuit Argentina, eſſe eadem
alias in ſolutum data eius marito: maximè
6 cùm dicta dos vti promiſſa in pecunia, pari-
ter in pecunia reſtitui debuiſſet, licèt in ſolu-
tum aliqua bona æſtimata data fuiſſent, vt do-
cet *Couar. pract. quæſt. cap.* 28. *num.* 1. §. *ſecundo ap-
paret Card. Tuſc. in pract. concl. littera D. concl.* 726.
num. 27. & fuit dictum in *Bonon. Dotis* 27. *Iunij*
1603. *coram Penia, & in Anconitana reſtitutionis
dotis* 27. *February* 1617. *coram Remboldo.*

Et ita vtraque &c.

ROMANA SIMVLATIONIS CONTRACTVS.

Veneris 29. *Maij* 1648.

ARGVMENTVM.

Depromitur ex Summario.

SVMMARIVM.

1 *Venditio, in qua inſurgit læſio vltra tertiam partem
debet reſcindi ex ſtatuto Vrbis cap.* 154. *lib.* 1.
2 *Pactum temporale de redimendo facit minus pretiũ
rei in ſexta parte.*
3 *Simulatio venditionis deſumitur ex iniuſtitia pretij
& pacto redimendi.*

DECISIO DCCCI.

PLACVERVNT DD. fundamenta De-
ciſionum in hac cauſa editarum ſub die-
bus prima Iulij 1630. & 14. Februarij 1631.
In quarum prima fuit reſolutum venditionē
Domus à Claudio-Maono factam Bartholo-
meo Quadrio pretij nomine ſcutorum 1300.
reſcindendam eſſe ex capite iniuſtitiæ pretij;
In ſecunda verò firmatum fuit, illam non
ſolùm reſcindendam, ſed etiam ſimulatam
eſſe: Quamobrem hodie ad inſtantiam Ber-
nardinæ hæredis dicti Claudij repropoſito du-
bio ſuper iiſdem DD. ſteterunt in reſolutis.

Iniuſtitia enim dicti pretij adhuc manifeſta
viſa fuit, nedum vltra tertiam partem veri
1 valoris, quæ ad effectum reſciſſionis contra-
ctus in Vrbe ſatis eſt ex diſpoſitione Statuti
cap. 154. lib. 1. & tenuit *Rot. deciſ.* 275. *num.* 1. *im-
preſſ. penes Cenc. de cenſib. & coram Buratt. dec.* 675.
num. 5. & fuit dictum in *Romana Reſciſſionis con-
tractus* 22. *Aprilis* 1613. *coram bo. me. Coccin.* Sed
etiã vltra medietatē, quæ eundem reſciſſionis
effectum parit ex diſpoſitione iuris commu-
nis per *tex. in l.* 2. *C. de reſcind. vend. Azo in ſumm.
C. ſub eodem tit. num.* 2. *Myſing. Centur.* 4. *obſeruat.*
73. *num.* 1. *& ſeqq. Vincent. de Franch. deciſ.* 243. *nu-
mer.* 1. *par.* 2.

Nec dicta iniuſtitia tollitur ex eo quod In-
formantes pro Gregorio dicti Bartholomei
hærede conati ſint oſtendere verum valorem
domus venditæ tempore celebratæ venditio-
nis fuiſſe ſolummodo ſcutorum 1142. circi-
ter, vt deponunt teſtes periti dati in *Summar.*
Gregorij *num.* 7. Non autem ſcutorum 3000.
vt firmatur in prædictis deciſionibus; Quia,
eſto quod valor dictæ domus tempore ven-
ditionis aſcendiſſet ſolùm ad dicta ſcuta 1142.
attamen cùm de dicto pretio ſcutorum 1300.
fuerint ſoluta Claudio venditori ſolùm ſcuta
260. reliqua verò ſcuta 1040. idem Claudius
ſe obligauerit erogare in vtilitatem domus
venditæ, vt legitur in inſtrumento venditio-
nis *Summar.* Bernardinæ *num.* 1. negari non po-
teſt dictam ſolutionem ſcutorum 260. habito
etiam reſpectu ad dictum valorem ſcut. 1142.
fuiſſe iniuſtam. & læſiuam, non ſolùm vltra
tertiam partem, ſed etiam vltra medietatem
veri valoris domus venditæ.

Digitized by Google

Nec releuat, quod ex dicto valore ſcutor.
1142. ſit etiam demẽda ſexta pars, & ſic ſum-
2 ma ſcutorũ 190. ratione pacti redimendi per
quinquennium in inſtrumento dictæ vendi-
tionis adiecti ad fauorem Claudij venditoris,
ſecundùm opinionem, quam in ſimili pacto
redimendi temporali tenuit *Rot. in Romana de
Montegalijs 29. Nouembris 1591. coram Orano n. 5.
regiſtrata poſt Ciriac. controuerſ. 261.* Quia cùm
demptis dictis ſcutis 196. valor domus adhuc
remaneat ſcutorum 952. vtique etiam iſtorũ,
reſpectu dicta ſumma ſcutorum 260. Claudio
ſoluta continet prædictam iniuſtitiam, vt ex
calculo dignoſci poteſt.

Minus ſuffragatur dicere, quod Claudius
venditor ex prædictis ſcutis 1040. ſe obligaue-
rit conuertere in vtilitatem domus venditæ
tantummodo ſcuta 290. reliqua verò ſcuta
840. in conſtructionem alterius domus ipſius
venditoris, quæ ſtare debebat pro euictione
domus venditæ: Quia hoc apertè repugnat
expreſſis verbis dicti inſtrumenti venditionis,
ibi, *& gli altri ſcudi 840. reſtanti di moneta per
reſto, & intiero pagamento delli detti ſcudi 1320.
prezzo di detta Caſa, il Sig. Bartolomeo compratore
promette, & ſi obliga hauerli depoſitati nel Monte
della Pietà di Roma per tutto il meſe di Luglio proſ-
ſimo, li quali detto mſ. Claudio ſia obligato ſpender-
li per la Fabrica di detta Caſa, come ſopra ven-
duta.*

Immo etiam hoc obiectum remouetur ex
verbis ſubſequentibus, cùm ex illis appareat
contrahentes ſenſiſſe Claudium venditorem
erogare debere in cõſtructionem alterius do-
mus ſuæ non dicta ſcuta 840. ſed id tantùm,
quod de pecunijs ex dicta venditione retractis
ſupereſſet poſt perfectas comoditates domus
venditæ, ibi, *e quello, che auanzarà di detto prez-
zo di ducati 1300. moneta, detto Claudio ſia obliga-
to fabricare il ſuo ſito vicino al Portone di detta Caſa
nel modo, & forma, che haurà fatto il reſtante, qual
fabrica reſti ſempre obligata, & affetta per l'euittio-
ne di detta Caſa &c.*

Ex quibus apparet ſimulationem in præ-
ſenti caſu non indigere altiori probatione,
3 nam ex iniuſtitia pretij, & pacto redimendi
ſupradictis, ſatis abundè probatur *c. ad noſtram
de empt. & vendit. cum pluribus alleg. in poſtrema de-
ciſione huius cauſæ ſub dicta die 14. Februarij 1648.
§. quo verò ad ſimulationem*

Et ita vtraque &c.

ANCONITANA DOTIS.

Veneris 5. Iunij 1648.

ARGVMENTVM.

Confeſſio iurata receptionis Dotis facta à mari-
to conſtante matrimonio licet præſumatur
facta in fraudem donationis inter virum, &
vxorem à lege prohibitæ adhuc contra hæ-
redes confitentis ſuffragatur licet ſecus con-
tra tertios.

SVMMARIVM.

1 *Validitas ſententiæ probatur ex actis.*
2 *Reſtitutio in integrum competit ſtante iniuſtitia ſen-
tentiæ.*
3 *Mariti iurata confeſſio de dote recepta conſtante ma-
trimonio, & nulla præcedente promiſſione contra
eius hæredes tenet licet ſecus contra tertios.*
4 *Et quando concurrunt adminicula & coniecturæ pro-
bat numerationem.*

DECISIO DCCCII.

SENTENTIAM Rotalem, vti validam
& iuſtam confirmandam eſſe DD. reſpõ-
1 derunt. Validitas enim patet ex reuolutione
actorum, in quibus leguntur ſeruata omnia
de iure ſeruanda iuxta *vulg. Caputaq. deciſ. 266.
par. 2. bo. me. Coccin. deciſ. 429.*

Iuſtitia verò deſumitur ex tribus deciſioni-
bus in hac cauſa emanatis coram R.P.D. meo
Arguelles, in quibus latè firmatur conſtare
de cauſis reſtitutionis in integrum aduerſus
ſententiam latam per bo: me: Buccabellam,
qua abſoluebantur hæredes q. Hieronymi Fa-
nelli à reſtitutione ſcutorum 947. 56. in ma-
iori quantitate ex cauſa dotis petita per Fran-
ciſcam Lanfranconiam, eò quia reſpectu di-
ctæ ſummæ non conſtabat de vera numera-
tione, vt videre eſt in *deciſ. 259. & 290. par. 6.
recent.* Nam cum poſtmodum ex nouiter de-
ductis conſtiterit de vera numeratione dictæ
ſummæ, vtique dicta ſententia abſolutoria
1 remanſit iniuſta, & per conſequens rectè fuit
per R.P.D. meum Arguelles pronunciatum,
conſtare de cauſis reſtitutionis in integrum,
2 cùm hæc ſemper competat quoties ſententia
detegitur iniuſta *Rota deciſ. 492. num. 1. par. 1. rec.
coram Seraph. deciſ. 251. num. 2. coram ſa. me. Gregor.
XV. deciſ. 459. num. 2.* & fuit dictum in *Calagu-
ritana Beneficij de Cornago 28. Iunij 1647. in §.
præſertim quia coram R.P.D. meo Ottobono, & in
Gerunden. Canonicatus ſiu Præpoſituræ 31. Maij
1647. §. Nam enim coram Me.*

Quod autem conſtet de vera dotis ſolutio-
ne etiam in ſumma prædictâ patet ex confeſ-
ſione de recepto facta à d. Hieronymo viro,
quæ confeſſio, licet emanauerit nullâ præce-
dente promiſſione dotis, & tẽpore conſtantis
matrimonij, proindeq; veram, & realem ſo-
lutionem probare non valeat, eſt potius præ-
ſumatur facta in fraudem donationis inter vi-
rum, & vxorem à lege prohibitæ ex iuribus
ris relatis in *d. deciſ. 269. n. 1. & ſeq. p. 6. rec.* nihi-
lominus viſa fuit ſufficiens eo quia fuit à viro
3 iurata, hodieque dirigitur non contra tertios,
vel contra creditores, ſed cõtra hæredes ipſius
confitentis, *Surd. conſ. 489. n. 24. & 25. Caſtr. conſ.
383. n. 2. verſ. an autem lib. 2. Roland. conſ. 93. nu. 20.
verſ. quibus tamen lib. 1. Rot. in Maceraten. Pecunia-
ria 14. Iunii coram b. m. Merlino, in Fanen. Dotis 17.
Martii 1642. coram R.P.D. meo Cerro, & in To-
lentina Dotis ead. die 17. Martii 1642. coram Me.*
4 Et adminiculatur pluribus, & quidem vrgen-
tiſſimis coniecturis recenſitis in *prima deciſ.
d. R.P.D. mei Arguelles edita ſub 17. Iunii 1647.*

quo

Digitized by Google

quo, caſu concluſio prædicta, ſcilicèt quòd confeſſio de dote recepta nulla præcedente promiſſione non probat numerationem, recipit limitationem, vt in terminis tradit *Surd. conſ.489.num 7. Mareſcott. var. reſol. lib.1. cap.8. n.9 & 10. Rota coram ſa. me. Greg. XV. deciſ.62. nu.2. & coram bo. me. Coccino deciſ.499. num.3.* & ſæpè in alijs relatis in *dd. deciſ. R.P.D. mei Arguelles*, quæ in hac poſitione ad trutinam reuocatæ, DD. adhuc placuerunt.

Et ita vna tantùm &c.

NAZARENA, SEV MONTIS VIRIDIS BENEFICII.

Mercurij 10. Iunij 1648.

ARGVMENTVM.

Remiſſoria etiam in beneficialibus conceditur quando cauſa vertit in tertia inſtantia, concurrit releuantia articulorum, & datur fumus veritatis materiæ articulatæ.

SVMMARIVM.

1 *Dominium probatur ex poſſeſſione longeua.*

2 *Remiſſoria ſolet dari ad declarandas, ſeu coadiuuandas res contentas in ſcripturis.*

3 *Epiſcopus debet viſitare grancias, & oratoria, maximè ſi habeant certam perſonam eorum ſeruitio deſtinatam.*

4 *Remiſſoria conceditur ad probandum errorem etiam propia confeſſionis, quando datur fumus.*

5 *Qualibet Eccleſia ſoluit cathedraticum ordinario in ſignum ſubiectionis.*

6 *Fructus ſpectans ad Dominum.*

7 *Remiſſoria in dubio eſt concedenda.*

8 *Remiſſoria in beneficialibus conceditur quando datur fumus.*

9 *Remiſſoria non ſolet denegari ex ſolo capite calumnia concurrentibus releuantia, & fumo.*

DECISIO DCCCIII.

REMISSORIAM, quam DD. ſub 10. Februarij præteriti denegandam eſſe cenſuerunt; hodie repropoſita cauſa ſuper iiſdem concedendam eſſe, reſolutum fuit, eo præcipuè fundamento, quod vbi priùs D. Archiepiſcopus Nazarenus, & Capitulum Terræ Carbonariæ intendebant probare dominium Eccleſiæ Sancti Viti per immemorabilem, articulatam ſine requiſitis *gloſ. in cap.1. verb. memoria de præſcript. in 6.* nunc reformatis articulis, illud probare intendunt per longam poſſeſſionem, & ſic ceſſare videtur irreleuantia in deciſione ponderata propter defectum dd.
1 requiſitorum; cum ad probandum dominium non ſit neceſſaria immemorabilis, ſed ſufficiat longa poſſeſſio, donec exaduerſo doceatur de contrario *Menoch. de recup. remed.11. n.32. Rota deciſ.34. num.20. par.2. diuerſ. & deciſ.678. n.2 par.3. recent.*

Similiter inuerìſimilitudo deducta ex eo quod aliàs Archiepiſcopus Nazarenus viſitauit hanc Eccleſiam, & de anno 1628. eandem vniuit Capitulo Terræ Carbonariæ; ceſſare, aut ſaltem offuſcari dicebatur ex articulis ſpecificè continentibus, quod dicta Eccleſia S. Viti non fuit viſitata tanquam ſeparata, ſed tanquam membrum, & Grancia Menſæ Ar-
2 chiepiſcopalis; cumque actus viſitationis id non explicent, vtique ſuppleri, & declarari poteſt per Teſtes mediante remiſſoria, quæ dari ſolet ad declarandas, ſeù coadiuuandas res contentas in ſcripturis, vt fuit dictum *in Romana ſeu Veliterna Aſſictus 4. Iulij* 1646. *coram R.P.D. meo Bichio*, & priùs *in Cæſaraugustana Diſtributionum 13. Martij 1643. coram R.P.D. meo Cerro*: Vltra quod, cum dicta Eccleſia S. Viti non prætendatur Grancia menſæ Archiepiſco-
3 palis niſi pro duabus quintis partibus, & habeat certam perſonam eius ſeruitio deſtinatam, viſitari potuit, immò debuit, vt tradit *Henric. Boich. in cap. fin. ſub num.1. infra med. verſ. aut in tali Oratorio de Cenſ. & ibid. Abb. antiq. ſub num.2. verſ. vbi autem in Oratorio Fuſcus de Viſit. lib.2. cap.12. num.7.* vbi quod Epiſcopus debet viſitare huiuſmodi Grancias, & Oratoria, ad effectum videndi an benè, & iuridicè iuxta formam iuris, & Sac. Concilij Trid. ſint conſtructa, ſi benè cuſtodiantur, & ſacra Rite peragantur.

Quod verò fuerit, vt ſupra vnita de anno 1628. nihil facit, quia ſuppoſito, quod pro dictis duabus quintis partibus ſit Grancia Menſæ Archiepiſcopalis, vniri non potuit in præiudicium eiuſdem Menſæ ab Archiepiſcopo abſque beneplacito Apoſtolico, vt admittunt deciſiones huius cauſæ in præcedentibus
4 inſtantijs editæ; Et talis vnio dicitur facta per errorem, ad quem probandum, etiam in terminis propriæ confeſſionis conceditur remiſſoria, quando datur fumus veritatis materiæ articulatæ *Put. dec.6. de dilat.* qui in caſu noſtro reſultat ex pluribus Teſtibus ad perpetuam rei memoriam examinatis; necnon ex duobus antiquiſſimis Inuentarijs annorum 1564. & 1573. ab Archiepiſcopis Nazarenis pro tempore confectis, & hodie exhibitis, in quibus Eccleſia, de qua agitur, cum omnibus ſuis bonis deſcripta fuit tanquam Grancia Menſæ Archiepiſcopalis: Nec repugnat quod in alijs Inuentarijs legatur deſcripta tanquam redditítia ratione terratici, quia verbum redditítia verificari poteſt in alijs tribus quintis partibus ad Capitulum ſpectantibus, ex quibus etiam decima potuit ſolui Archiepiſcopo,
5 ſtante præſumptione quod quælibet Eccleſia Diœceſana ſoluat Ordinario in ſignum ſubiectionis cathedraticum *Grat. diſcept.620. nu.1. Barboſ. de offic. & pot. Epiſc. alleg.86. num.40. Rot. in Fanen. Exemptionis 23. Ianuarij 1621. coram bo. me. Coccino, & in Sulmonen. Status cathedratici 18. Maij 1626. coram Manzanedo.* Vel etiam ſignificare poteſt dominium eiuſdem Menſæ in
6 alijs duabus partibus, cum redditus ſpectent ad Dominum *l. Herennius la prima 42. ff. de vſur. Surd. conſ.101. num.14. & conſ.128. num.15. verſ. illæ enim acceſſiones vol.1. Rota deciſ.495. num.1. par.1. recent.*

Aut

Digitized by Google

Aut ſaltem ſtantibus ſupradictis Teſtibus, & Inuentarijs antiquiſſimis, negari non poteſt quin dubium remaneat, an hæc Eccleſia Sancti
7 Viti cum omnibus ſuis bonis ſit Grancia, nec ne dd. Menſarum, & in dubio ſtandum eſt pro remiſſoria *Buratt. deciſ. 656. num. 5.* Ma-
8 ximè quando, prout hic, cauſa in qua illa petitur, eſt beneficialis, vertitque in tertia inſtantia, concurrit releuantia articulorum, & datur fumus veritatis materiæ articulatæ, *vt per Coccin. deciſ. 165. num. 6. Seraph. deciſ. 555. num. 4. Add. ad Gregor. XV. deciſ. 144.* Ex quibus etiam remanet excluſa ſuſpicio calumniæ in deciſione pariter ponderata *Caputaq. dec. 56. n. 3. par. 3.* & fuit dictum *in Romana Societatis de Rotignis 6. Nouemb. 1646. coram R.P.D. meo Ghiſilerio, & in d. Romana ſeu Veliterna Affictus coram R.P.D. meo Bichio*: Immò quod ex ſolo capite calumniæ, concurrentibus releuantia, & fu-
9 mo veritatis articulatorum denegari non ſoleat remiſſoria, fuit nouiſſimè ex pluribus comprobatum *in Colaguritana Beneficij de Corzago 27. Aprilis proximè præteriti coram R.P.D. meo Cerro §. concluſio enim.*

Et ità vtraque &c.

ABVLEN. PORTIONIS.

Lunæ 22. Iunij 1648.

ARGVMENTVM.

Beneficij vacatio ſecuta in media nocte quomodo ex horologis, & teſtibus probetur illud vacaſſe vel ante, vel poſt mediam noctem ad effectum includendi, ſeu excludendi regulam mentium reſeruatoriam.

SVMMARIVM.

1 *Reſtitutio in integrum non datur ſine læſione.*
2 *Sententiæ validitas probatur ex actis.*
3 *Iuſtitia ſententiæ Rotalis deſumitur ex deciſionibus in eadem cauſa emanatis.*
4 *Horologij ictus duodecim horarum tempore noctis apud Hiſpanos deſignant mediam noctem.*
5 *Menſis terminatur, & incipit à media nocte etiam ad effectum, vt intret, vel ceſſet diſpoſitio regulæ nonæ.*
6 *Teſtium dicta inter ſe eliduntur.*
7 *Horologijs numero pluribus ad inſtar Teſtiū ſtatur.*
8 *Teſtis deponens per verbum, videtur, non concludit.*
9 *Limita ſi reddat bonam rationem ſui dicti.*
10 *Teſtis non poteſt affirmare de ſecundo niſi cognouerit primum.*
11 *Limita ſi inter primum, & ſecundum ſit aliqua diuerſitas.*
12 *Teſtium dicta non ſunt cauillanda, ſed ſuſtinenda & reducenda ad concordiam.*
13 *Teſtium non integrorum fides ſuppletur ex numero.*
14 *Probatio exacta non requiritur ad offuſcandam probationem actoris.*
15 *Obitus in menſe reſeruato ad inducendam reſeruationem debet concludentèr probari.*
16 *Reſeruatio fauore menſis eſt fauorabilis.*
17 *Ieiunium non frangitur quando dubitatur de exceſſu mediæ noctis ſi dies præcedens non erat ieiunij, ſeu è conuerſo.*
18 *Reſeruatio requirit concludentes probationes ad excludendum prouiſum ab Ordinario exiſtentem in poſſeſſione.*

DECISIO DCCCIV.

RESOLVTVM fuit non conſtare de cauſis reſtitutionis in integrum aduerſus tres conformes declarantes, litteras Apoſtolicas Franciſci de Auila expeditas ſuper prouiſione Portionis, de qua agitur non eſſe exequendas, quia d. ſententiæ viſæ fuerunt DD. validæ, & iuſtæ, & perconſequens excludere
1 læſionem, ſine qua reſtitutio non datur *Rota deciſ. 1. num. 1. de reſtit. in integr. in nou. deciſ. 321. num. 1. & deciſ. 426. num. 1. coram Buratt. deciſ. 194. num. 2. coram Caualer.* & fuit dictum *in Brunduſina Pecuniaria 23. Iunij 1645. coram R.P.D. meo Ghiſilerio, & in Romana prætenſa Societatis 12. Iunij 1645. coram R.P.D. meo Otthobono.*

2 Validitas non controuertitur, & patet ex reuolutione actorum, ex quibus apparent fuiſſe ſeruata omnia de iure ſeruanda *iux. vulg. Caputaq. deciſ. 260. par. 2. bo. me. Coccino deciſ. 429.*

Iuſtitia verò reſultat ex deciſionibus in ſecunda, & tertia inſtantia factis coram RR. PP. DD. meis Ghiſilerio, & Celſo, in quibus ſatis ſuperq; demonſtratum fuit cur prędictę litteræ non ſint exequendæ, nimirum quia non fuerunt iuſtificatæ in eo quod hæc Portio vacaſſet de menſe Auguſti Sedi Apoſtolicæ reſeruato, prout narratum fuit, & cum quo fundamento gratia fuit obtenta; ex deciſionibus namque in eadem cauſa promanatis benè deſumitur iuſtitia ſententiæ Rotalis;
3 quando, prout hic, nil quod releuet contra eas opponitur, vt ſępiùs dixit *Rota*, & ſignantèr *in Romana ſeu Ianuen. locorum Montium 18. Iunij 1641. coram Me*, vbi allegantur deciſiones concordantes.

Non obſtat, quod Teſtes examinati pro parte dicti Prouiſi Apoſtolici deponant Franciſcum de Aguirre, per cuius obitum vacauit hæc portio, deceſſiſſe vltima Auguſti antequam horologia S. Ioannis, & S. Thæreſiæ dediſſent ictus duodecim, qui apud Hiſpanos
4 tempore noctis deſignant mediam noctem, vt aduertit *Garz. de benefic. par. 5. cap. 1. nu. 55. poſt med.* vnde prætenditur fuiſſe iuſtificatam reſeruationem Apoſtolicam, cùm menſis ter-
5 minetur, & incipiat à media nocte etiam ad effectum vt intret, vel ceſſet diſpoſitio regulę reſeruatoriæ 8. & hodie 9. vt tradunt *Gonzal. ſuper eadem reg. 8. gloſ. 11. nu. 9. & ſeqq. Garz. de benef. par. 5. cap. 1. num. 523.* & alij relati *in deciſione R.P.D. mei Celſi 14. Iunij 1647. §. & in terminis*, quia licèt prædicti Teſtes deponant vt ſuprà, tamen eorum dicta eliduntur ex Teſtibus ex-
6 aduerſo pro parte Alphonſi de Caldas ab Ordinario prouiſi, examinatis, qui deponunt contrarium, nempe d. Portionarium obiiſſe poſt pulſatam duodecimam noctis ad horologium Eccleſiæ Cathedralis, & ad quatuor alia horo-

Digitized by Google

horologia; ad eruendam quippe veritatem facti, an ſcilicet Portionarius obierit ante,
vel poſt mediam noctem, ſtandum eſt horo-
7 logijs numero pluribus ad inſtar Teſtium, vt
docet *Bobadil.in Politic.lib.5.cap.2.num.25.Parla-
dor.rer. quotid.lib.3. qu.9. num.10. Caſtropal. oper.
moral.par.2.tract.13. diſput. 2.punct.22.§.2.num.1.
verſ.ſecus quando plura ſunt*, cum alijs adductis
*in dictis deciſ RR.PP. DD. meorum Ghiſilerij, &
Celſi*.

Minus obſtat, quod aliqui ex dictis Teſti-
bus Alphonſi deponant per verbum, videtur,
8 quod tanquam dubitatiuum non concludit,
vt fuit dictum *in Lucana Pracedentiæ 24. Ianua-
rij 1628. coram R.P.D meo Ghiſilerio*; Nam hæc
concluſio limitatur quando Teſtis deponens
9 per d. verbum, *vel aliud ſimile reddit bonam ra-
tionem*, quoniam tunc meretur fidem, quam-
uis deponat de proprio iudicio *Dec. conſ.363.
num.4. Gabr.conſ.159. num.26.lib.1.* latè *Farinac.
de teſt.qu.68.nu.29.* prout bonam rationem red-
dunt in caſu noſtro dicti Teſtes Alphonſi,
dum dicunt, quod ideò ipſis viſum fuit con-
tigiſſe obitum Portionarij poſt mediam no-
ctem pulſatam ad horologium Cathedralis,
quia infra dimidium quarti horæ poſt illius
obitum Campanæ dictæ Cathedralis pulſatæ
fuerunt ad ſecundam, ad quam pulſari ſolent
elapſo integro quadrante poſt primam, quæ
ſonat ad mediam noctem.

Nec releuat ſi dicatur; dictos Teſtes non
audiuiſſe pulſari ad primam, ergò non valent
deponere de pulſatione ad ſecundam, cum
primum, & ſecundum ſint ſimul in cogni-
tione, & ideò quis non poteſt affirmare hoc
10 eſſe ſecundum, niſi primum cognouerit; quia
in caſu noſtro ceſſat argumētatio non ſolum
ex eo quod quando in dicta Eccleſia pulſatur
ad ſecundam ſonat duæ Campanæ, vbi ad pri-
11 mam ſonat tantùm vna: ex hac enim diuer-
ſitate ſonandi benè diſtinguitur, & cognoſci-
tur ſecunda à prima; ſed etiam ex quo ſtatim
atque horologium dictæ Cathedralis deſinit
ſonare duodecimam noctis, pulſatur ad pri-
mam, & inde ab vno quarto ad ſecundam,
vnde audita pulſatione Campanarum abſque
eo, quod præceſſerit ſonus horologij benè
poteſt affirmari, pulſationem fuiſſe factam ad
ſecundam.

Neque refragantur aliæ exceptiones allatæ
contra prædictos Teſtes Alphonſi, quoniam
viſæ fuerunt nimis cauilloſæ; & ideò non at-
12 tendendæ, cum dicta Teſtium non ſint cauil-
landa, ſed potiùs ſuſtinenda, & reducenda
ad concordiam *Alex.conſ.185.num.4.& ſeq.lib.7
Rota deciſ.167.nu.51.& 52.par.1.rec.& deciſ.351.
num.37. coram ſa. me. Greg.XV*. Quatenùs verò
dictæ exceptiones deducuntur ad effectum di-
gnoſcendi quantum fidei ſit eorum perſonis
adhibendum, animaduertebatur, quod Fran-
ciſcus excipiens duos ex dictis Teſtibus repe-
tijt pro ſe, quos proinde approbauit; Reliqui
verò, eſto quod aliquam patiantur exceptio-
13 nem, eorum tamen fides ex numero ſupple-
tur, & corroboratur *Alex.conſ.149.num.6.lib.5.
& conſ.237. nu.2.verſ.ſi autem lib.6. Corn.conſ.47.
num.7.in med.verſ.adeo quod pluralitas vol.3.Hond.
conſ.17.num.42.lib.1.Rota coram ſa. me. Greg.XV.
deciſ.340.num.6.*

Et ceſſare videtur omnis amaritudo non
ſolum ex eo quia dicti Teſtes Alphonſi admi-
niculantur ex libris Capituli, vt fuit pondera-
tum *in dd.deciſ. RR. PP. DD. meorum Ghiſilerij,
& Celſi*, ſed etiam quia non deducuntur prin-
14 cipalitèr ad probādum obitum poſt mediam
noctem, ſed ad offuſcandam probationem
prouiſi Apoſtolici de obitu ſequuto ante me-
diam noctem, ad quem effectum non requi-
runtur tàm exactæ probationes *Bald. conſ.79.
num.7.lib.2.Aym. conſ.6.num.127. Natt.conſ.32.in
fin.* quos omnes refert *Surd.in conſ.105.ſub n.6.
verſ.nec dicatur*, & fuit dictum *in Auguſtana De-
cimarum 27. Iunij 1639. coram R. P. D. meo Bi-
chio*.

Et in omnem caſum adhuc DD. dicebant,
quod negari non poteſt quin ſaltem res ſit du-
15 bia, ideoq; non conſtet de clara reſeruatione,
prout requiritur *ex alleg. in deciſ. R. P. D. mei
Ghiſilerij 17. Decembris 1646. §. fin.* Præſertim
in concurſu Prouiſi ab Ordinario exiſtentis
16 in poſſeſſione, qui propterea, eſto quod re-
ſeruatio ratione menſis ſit fauorabilis, vt vo-
luit *Lotther.de re benefic.lib.2.qu.36.num.7. & ſeq.*
præferendus eſt, vt ad litteram diſponit *tex.in
cap.ſi à ſede 31.de præben. in 6.* ibi, *erit potior con-
ditio poſſidentis*.

Hinc patet non applicari, ſed potiùs retor-
queri ingenioſum exemplum ieiunij, quod
non frangitur quando dubitatur de exceſſu
17 mediæ noctis ſi dies præcedens non erat ie-
iunij, ſecus è conuerſo, cùm ſemper atten-
datur an dies præcedēs ſit in poſſeſſione liber-
tatis, vel ieiunij, vt per *Sanch.de matrim. lib.2.
diſput.41.num.32.& ſeqq.* quia vltra quod idem
Sanch.ſub num.40. verſ. quod ſi diuerſa, ait non
ſtari poſſeſſioni huiuſmodi quando adſunt di-
uerſa horologia, diuerſimodè regulata, cum-
que ſequitur *Dian.reſol.moral.par.4.tract.3. tit.de
conſuet.dub.reſol.19.* vt ſupra dictum eſt, poſſeſ-
ſio in præſenti caſu eſt ex parte Prouiſi ab Or-
dinario. Et vlteriùs quæſtio noſtra non ten-
dit ad excuſandum quem à peccato, in qui-
bus terminis applicantur allatum exemplum,
18 & Doctores illud afferentes, ſed ad inducen-
dam reſeruationem, quæ in dubio non indu-
citur, ſed requirit probationes claras, & con-
cludentes, vt excludatur Prouiſus ab Ordina-
rio, qui exiſtit in poſſeſſione iuxta diſtinctio-
nem, quam affert *Garz. de benefic.par.5. cap.1.
num.533.*

Et ita vtraque &c.

ROMANA DOMVNCVLARVM.

Ven. 26. Iunij 1648.

ARGVMENTVM.

Donatio mulieris, vt ſuſtineatur ne dum requi-
rit, vt cauſa ſit vera ſed etiam congrua, &
ſufficiens.

SVM-

Digitized by Google

SVMMARIVM.

1 *Abſolutus à iuramento poteſt contrauenire contractui iurato.*

2 *Exceptio periurij præſumitur ſuperueniſſe poſt ſententiam, vt illa ſuſtineatur.*

3 *Contractus mulieris initus ex cauſa inepta corruit.*

4 *Veritas cauſæ non præſumitur ex Iudicis decreto, quando falſitas eſt manifeſta.*

5 *In contractu mulieris, vel minorum requiritur decretum Iudicis vna cum cauſa ſufficienti.*

6 *Ratificatio contractus nulli non inducitur ex taciturnitate plurium annorum niſi data ſcientia nullitatis.*

7 *Ratificatio expreſſa non ſuffragatur contractui, in quo præſumitur à Statuto dolus.*

DECISIO DCCCV.

NON acqnieſcente Ioſepho Sciopera deciſioni in hac cauſa emanatæ ſub 10. Februarij proximipræteriti, in qua fuit dictum locum eſſe Aegidianæ, & iterum poſita cauſa ſuper eiſdem, Domini ſteterunt in deciſis; quandoquidem ex deductis in deciſione ſubſiſtit validitas, & iuſtitia ſententiæ latæ in Tribunali A. C. in qua Druſillæ Ranucciæ conceditur immiſſio in poſſeſſionem Domuncularum de quibus eſt controuerſia.

Nec validitati dictæ ſententiæ refragatur exceptio periurij, quod informantes pro Ioſepho prætendunt Druſillam incurriſſe; quia
1 Druſilla ante litem motam obtinuerat abſolutionem à iuramento, qua ſtante potuerat abſque incurſu periurij contrauenire donationi iuratæ per ipſam factæ ad fauorem Valentini auctoris dicti Ioſephi, vt dixit *Rota in Marſicen. Iuriſdictionis* 18. *Februarij* 1647. *coram R. P. D. meo Bichio*; Quamuis dicta exceptio fuiſſet in actis oppoſita eadem die, qua ſenten-
2 tia lata fuit, quia non ideò dici poteſt ſententiam fuiſſe latam poſtquam fuit de periurio oppoſitum, ſed è conuerſo præſumendum eſt priùs fuiſſe latam, vt illa ſuſtineatur *Creſcent. deciſ. vlt. de præſumpt. Mantic. deciſ.* 352. *nu.* 11 & in terminis ſententiæ *Seraph. deciſ.* 1115. *nu.* 1. *Adden. ad ſa. me. Greg. XV. deciſ.* 282. *ſub nu.* 11. *in fin.* & fuit dictum *in Bonoñ. Penſionis coram Millino penes Marcheſ. par.* 1. *fol.* 527. *num.* 4.

Iuſtitia verò eiuſdem ſententiæ inconcuſſa remanet non obſtante donatione per Druſillam facta, cum illa euidentèr nulla detegatur ex defectu cauſæ, quam ne dum oportet eſſe veram, ſed & congruam, & ſufficientem, vt in terminis donationis dixit *Rota in Romana Liberationis* 17. *Iunij* 1633. *coram bo. me. Coccino*, *& deciſ.* 56. *num.* 21. ibi, *& reperta vera, ac ſufficiens penes Pacif. de Saluian. Interd.* alioquin ſi
3 cauſa ſit inepta, contractus corruit *Caſ. Manent. deciſ.* 7. *num.* 45. *Rota deciſ.* 167. *num.* 3. *par.* 3. *recent.* ſaltem ob enormiſſimam Mulieris læſionem *Rota deciſ.* 318. *num.* 1. *& ſeqq. par.* 4. *tom.* 2 *recent.*

Quod autem in caſu noſtro donationis cauſæ ſint ineptæ, & leſiuę, dignoſcitur ponderando, quod Druſilla hęreditatem, omniaq; iura ſibi ex Teſtamento Marij competentia, donauit Valentino ſub diuerſis prætextibus qui nec in iure, nec in facto ſubſiſtunt, vt latè fuit oſtenſum *in alia deciſione §. falſa quidem.*

Non obſtat, quod in donatione interuenerit decretum Iudicis, quod facit vt præſumantur vera omnia narrata in ea; quia quælibet præſumptio, quæ admittit probationem in contrarium, cedit veritati, & propterea vbi,
4 vt hic, manifeſta eſt falſitas, & ineptitudo, præſumi non poteſt veritas, & ſufficientia cauſæ ex ſolo Iudicis decreto, vt in puncto *Alciat. de præſumpt. regul.* 3. *præſumpt.* 10.
6 *num.* 11. vbi etiam quod in tali caſu decretum eſt nullum, & comprobat *Duen. reg.* 185. *per tot.* Maximè quia illud de per ſe ſolum non valet authorizare contractum Mulieris, vel minorum, ſed copulatiuè *per Stat. Vrb. cap.* 151. *lib.* 1. requiritur vna cum cauſa ſufficienti. Cuius loco deſeruire minimè poteſt hodie deducta promiſſio Valentini de retinendo penes ſe Druſillam, quia talis promiſſio non poterat dici ſufficiens cauſa, vt Druſilla integram hęreditatem Marij Valentino donaret, vt in fortioribus terminis ponderauit *Rota deciſ.* 358. *num.* 15. *par.* 6. *rec.*

Denique non obſtat donationem obſeruatam fuiſſe ſpatio 18. annorum, quia non inde inducitur mulieris ratificatio actus nulliter
6 geſti, præſertim non probata ſcientia nullitatis *Rota in recent. deciſ.* 190. *num.* 22. *par.* 6. *cum alijs alleg. in Anconitana Cenſus* 27. *Martij* 1647. *coram R. P. D. meo Peuttingerio*; eo enim caſu Statutum Vrbis *d. cap.* 151. contractum doloſum præſu-
7 mit *Rota deciſ.* 54. *in fin. par.* 1. *rec. deciſ.* 410. *nu.* 10. *coram Bur.* vbi *Add. litt. B. & in Rom. Dotis* 10. *Iunij* 1626. *coram bo. me. Coccino*. Vbi quod ratione dictæ præſumptionis doli, nec ratificatio expreſſa ſuffragatur.

Et ità vtraque &c.

ECCLESIEN. VNIONIS.

Ven. 26. *Iunij* 1648.

ARGVMENTVM.

Vnio æquè principalitèr ſi prætendatur eo caſu per poſſeſſionem quadragenariam cum bona fide etiam abſque titulo probatur pręcipuè ad effectum manutentionis.

SVMMARIVM.

1 *Vnio Eccleſiarum probatur per quadragenariam cum titulo.*

2 *Vnio tituli non extintiua deſumitur per quadragenariam cum bona fide etiam abſque titulo.*

3 *Enunciatiua vnica antiquiſſima probat titulum præſumptum vnionis.*

4 *Et iuncta alijs enunciatiuis ferè centenarijs ipſam vnionem plenè probat.*

5 *Vnio temporalis non excludit quin deinde fieri potuerit vnio abſoluta.*

6 *Leuis probatio ſufficit ad manutentionem.*

7 *Poſ-*

7 *Poſſeſſio vigore decreti prouiſionalis non ſuffragatur ad manutentionem.*
8 *Poſſidens Eccleſiam principalem cenſetur etiam poſſidere Eccleſias filiales illi annexas.*
9 *Poſſeſſio anteceſſoris iuuat ſucceſſorem ad effectum manutentionis.*
10 *In dignitatibus prædeceſſor, & ſucceſſor reputatur vna perſona cum dignitas nunquam moriatur.*
11 *Clauſula*, ſine præiudicio, *appoſita in decreto præſeruat ius in poſſeſſorio, ſecus ſi à partibus in actu voluntario.*

DECISIO DCCCVI.

ORTA controuerſia inter D. Archiepi-
ſcopum Calaritanum ex vna, & Capi-
tulum Eccleſień ex altera ſuper eo quod Ec-
cleſia Cathedralis Eccleſień ſit vel non vnita
Archiepiſcopali Eccleſiæ Calaritanæ; fuit de-
ſuper introducta lis in Rota, nec non etiam
conſulta Sac. Congregatio rerum Conſiſto-
rialium, quæ ne prędicta Eccleſia Eccleſień
paſtorali cura prorſus deſtituta remaneret,
per modum prouiſionis, & ſine præiudicio
litis pendentiæ in Rota, ac quorumcunque
iurium vnicuiq; partium quomodolibet com-
petentium, eiuſdem Eccleſiæ regimen ad
tempus limitatum d. D. Archiepiſcopo de-
mandauit. Hodie verò propoſita in hoc Sa-
cro Auditorio cauſa ſuper articulo manuten-
tionis, DD. vtraq; parte audita dixerunt d.
D. Archiepiſcopum eſſe manutenendum in
quaſi poſſeſſione adminiſtrationis d. Eccleſiæ
Eccleſień nedum titulo prædictæ adminiſtra-
tionis ipſi demandatæ à prędicta Sac. Congre-
gatione, prout pars aduerſa aſſentiebat, ſed
etiam nomine proprio tanquam de Eccleſia
vnita, & annexa Eccleſiæ Calaritanæ.

1 Quoniam de vnione conſtare videbatur ex
quadragenaria poſſeſſione cum titulo *iux. trad.
per Felin. conſ. 2. num. 2. & per tot. Barboſ. de iur.
Eccleſ. lib. 3. cap. 16. §. 3. ſub num. 61. Rota deciſ. 233.
in fin. par. 1. & deciſ. 672. num. 6. par. 2. recent. & de-
ciſ. 235. nu. 2. coram bo. me. Coccino*. Immò cùm
2 agatur de vnione non extinctiua, ſed æquè
principalitèr facta, cui ius commune minus
reſiſtit, ſufficeret poſſeſſio quadragenaria
cum bona fide abſque titulo *Garz. de benefic.
par. 12. cap. 2. num. 239. & ſeqq. Rota deciſ. 642. nu. 7.
& tribus ſeqq.* vbi etiam, quod bona fides prę-
ſumitur niſi contrarium probetur *par. 4. tom. 3.
recent.* & fuit dictum *in Abulen. Præſtimonij 20.
Iunij* 1639. *coram bo. me. Coccino, & in Lucana
Vnionis 28. Ianuarij* 1647. *§. fin. coram R. P. D.
meo Bichio*.

Quadragenaria autem, immò, & longior
poſſeſſio in præſenti caſu ſatis probatur ex li-
bris Cancellariæ Apoſtolicæ, in quibus ab
anno 1534. vſque ad annum 1589. apparet
fuiſſe de Eccleſia Calaritana Conſiſtorialitèr
prouiſum tanquam de habente ſibi vnitam
Eccleſiam Eccleſienſem; Et ſicut enunciati-
ua huiuſmodi vnionis emiſſa in prouiſione
3 dicti anni 1534. cum ſit antiquiſſima vltra
centum annos, de per ſe ſola probat titulum
præſumptum, vel putatiuum Vnionis, vt in
his terminis dixit *Rota in Alerien. Beneficij 14.
Ianuarij* 1612. *coram Manzanedo impreſſ. apud Mo-
der. de manut. deciſ. 464. num.* 1. ita etiam iuncta
4 alijs enunciatiuis fere centenarijs ipſam vnio-
nem plenè probat *Lotther. de re benefic. lib. 1.
qu. 28. num. 106. & duob. ſeqq. Barboſ. de offic. & pot.
Epiſc. alleg. 66. num. 51. Caputaq. deciſ. 344. num. 2.
& 3. deciſ. 347. num. 2. & ſeqq. par. 3. Andr. deciſ. 11.
num. 2. Caualer. deciſ. 599. num. 6. & ſeqq. Rota inter
recent. deciſ. 724. num. 3. par. 2. & in Fanen. Paro-
chialis 1. Iulij* 1647. *coram R. P. D. meo Otthobo-
no*. Maximè quia, vt ſupra dictum eſt, per 140
annos, & vltra continuatæ fuerunt prouiſio-
nes Conſiſtoriales Eccleſiæ Calaritanæ, tan-
quam habentis vnitam Eccleſienſem ſiuè Sul-
cinatenſem, quæ eſt vna, & eadem vnde prę-
ſumi poteſt, quod eodem modo factæ fuerint
ſubſequentes prouiſiones, licèt in libris præ-
dictæ Cancellariæ forſan incuria Scriptoris
expreſſum non fuerit.

Nec refragantur vniones temporales ad vi-
5 tam Ioannis Pilaris de anno 1513. à Leone X.
vel ad vitam Hieronymi de Villanoua de
anno 1522. ab Adriano VI. factæ; Quoniam
huiuſmodi vniones temporales non excludũt
quin deinde fieri potuerit vnio abſoluta, quã
probant ſubſequentes prouiſiones poſt obi-
tum prędictorum Pilaris, & Villanouæ Con-
ſiſtorialiter factæ.

Neque facit *deciſio Eccleſien. Spolii coram Re-
uerendiſſ. Vrgellen.* quæ inter eius impreſſas eſt
deciſ. 331. quatenus *ſub num. 5.* firmat vnionem
de qua hic agitur, non fuiſſe in eo caſu pro-
batam; Quia licèt ibi reiiciatur illa probatio
vnionis tunc facta per Teſtes, nihilominus
6 admittitur præſumptio vnionis æquè princi-
palis, quæ hodie ex ſupra deductis viſa fuit
DD. ſatis probata, ſaltem ad effectum manu-
tentionis, ad quem leuiores probationes ſuf-
ficiunt *Menoch. de retinend. remed. vlt. num. 34. Ca-
ualer. deciſ. 75. num. 4.* cum alijs relatis *in Spoleta-
na Bonorum 7. Februarii* 1648. *§. ſiquidem prædi-
cta poſſeſſio coram R. P. D. meo Roys*.

Non obſtat ſi dicatur D. Archiepiſcopum
non adeptum fuiſſe poſſeſſionem prædictæ
Eccleſiæ Eccleſień, & actus poſſeſſorios ab
ipſo in ea geſtos de annis 1644. & 1645. non
ſuffragari ad obtinendam manutentionem,
7 cùm illi emanauerint in vim dicti decreti pro-
uiſionalis, quod ſimplicem adminiſtrationem
præſtat, & ideò non tribuant poſſeſſionem
manutenibilem nomine proprio, & in per-
petuum, vt in terminis adminiſtratoris tra-
dit *Caſtrenſ. in l. Aquilius Regulus 27. num. 5. verſ.
nota ſingulariter ff. de donat. Neuiz. conſ. 80. ſub nu. 3.
Caualer. deciſ. 182. num. 2. cum aliis à Moder. Peru-
ſin. de manut. obſeruat. 52. num. 13. & ſeqq.* Quia
probata vt ſupra vnione, ſufficit quod D. Ar-
8 chiepiſcopus poſſideat Eccleſiam Calarita-
nam Primitialem ad hoc, vt cenſeatur poſſi-
dere etiam Eccleſias filiales, aliaſque illi vni-
tas, & annexas, in quibus propterea venit ma-
nutenendus *Bertach. de Epiſc. lib. 3. par. 1. qu. 56.
Couar. var. reſol. lib. 3. cap. 16. num. 13. Lambert. de
iurepatr. 2. lib. 3. par. qu. princ. 11. art. 9. num. 3. Rota
deciſ. 19. nu. 7. par. 2. diuerſ. deciſ. 171. nu. 2. deciſ. 199
num.*

Digitized by Google

num.6. & dec.658.num.2. par.2. rec. Vltra quod
9 etiam ſat eſſet poſſeſſio Prædeceſſoris, quę ad effectum manutentionis iuuat ſucceſſorem in dignitate, *Rota deciſ.501.num.2. par.2.deciſ.391. num.1. par.4.tom.2. rec.dec.21.num.2. coram Reuerendiſſ. Vrgelleu. & deciſ.26.num.3. coram bon. me. Coccino*. Ea ratione, quia Prædeceſſor, & Succeſſor in Officiis, & Dignitatibus vna perſona
10 reputantur, cùm Dignitas, & Officium nunquam moriantur, vt notatur in *cap. quoniam Abbas 14. vbi gloſ. in verb. ſubſtitutum de offic. deleg. cap. ſi gratioſè 5. de reſcript. in 6. & fuit dictum in Vicen. Canonicatus 4. Iulij 1646. coram R. P. D. meo Ghiſlerio*.

Minus obſtat dicere huiuſmodi poſſeſſionem fuiſſe ſublatam à prædicto decreto prouiſionali, vel ab illius acceptatione facta per D. Archiepiſcopum; quia eùm dictum decretum habeat in ventre prænarratam clauſulam, ſine præiudicio quorumcunque iurium vnicuique partium quomodolibet competentiū; vtique per eam fuit præſeruata etiam poſ-
11 ſeſſio; quicquid dicendum eſſet ſi dicta clauſula appoſita fuiſſet nō à Iudice, ſed à partibus in actu voluntario iuxta diſtinctionem, quam tradit *Add. ad Greg. XV. dec.332. ſub num.6. verſ. verum concordari poſſunt*, quam alias ſequuta eſt *Rota in deciſionibus relatis ab illo, & à Moder. Peruſ. in tract. de manut. obſeruat. 50. num. 11.*

Et ita vtraque &c.

S. ANGELI IN VADO CANONICATVS, ſeù Diſtributionum.

Veneris 26. Iunij 1648.

Argumento non indiget.

S V M M A R I V M.

1 *Manutentio datur poſſeſſori.*
2 *Quaſi poſſeſſio probatur ex vnica exactione.*
3 *Poſſidere eandem rem poſſunt plures diuerſis reſpectibus.*

D E C I S I O DCCCVII.

ITERVM Domini dixerunt dandam eſſe manutentionem Canonico Franciſco Ferro in poſſeſſione, ſeu quaſi exigendi diſtributiones quotidianas ex maſſa Canonicorum
1 numerariorum Cathedralis Eccleſiæ S. Angeli in Vado, quia de dicta eius quaſi poſſeſſione conſtat ex multiplicatis ſolutionibus dd. diſtributionum ipſi de ordine ſiue ex decreto Capituli à Camerariis pro tempore factis, & probatis per teſtes, & partitas extractas ex libris Capitularibus, vt latè oſtenſum fuit in alia deciſione ſub 27. Ianuarij prox. præt. cuius fundamenta adhuc hodie ſubſiſtere viſa fuerunt ex regula, quod in incorporalibus
2 quaſi poſſeſſio manutenibilis reſultat nedum ex pluribus, ſed ab vnica tantùm exactione, *Rip. in cap. cum Eccleſia Sutrina 3. num. 53. de cauſ. poſſ. & propriet. Rot. dec.44. num. 1. par.4. rec. dec.121. num.4. & dec.142. num.5. poſt Moder. tract. de manut. & penes Seraph. dec.436. n. 1.*

Non obſtat, quod Præpoſitus eiuſdem Eccleſiæ prætendat ſe quoque eſſe in quaſi poſſeſſione exigēdi diſtributiones quotidianas ex maſſa communi Canonicorum; quia vltra quod, id adhuc remanet pro eius parte probandum, animaduertebant Domini, quod ius percipiendi diſtributiones reſidere poteſt penes quemlibet Canonicum, quo caſu vnuſquiſque ex titulo propriæ Canoniæ diſtributiones pro virili ad ſe ſpectantes percipit, & ideò poſſeſſio vnius nō excludit poſſeſſionem
3 alterius, cùm poſſint plures eandem rem pro diuerſis portionibus, & reſpectibus poſſidere, vt notant *Doct. in cap. licèt cauſam 9. de probat. Bart. in l. ſi duo 3. num.4. ff. vti poſſid. Rot. deciſ.363. num.2. & 3. par.1. diuerſ. & coram bon. mem. Buratt. dec.375. n.12. & dec.614. n.9.*

Et ita Ferro tantum informante reſolutum fuit ſtandum eſſe in deciſis.

NEPESINA MANVTENTIONIS.

Mercurij 1. Iulij 1648.

A R G V M E N T V M.

Manutentio debetur poſſidēti de tempore motę litis quando poſſeſſor anterior legitimè ſua poſſeſſione authore prætore fuit priuatus.

S V M M A R I V M.

1 *Manutenendus eſt, qui de tempore motæ litis ſe poſſidere probauit.*
2 *Iudex ritè, & rectè procedens priuat poſſeſſorem ſua poſſeſſione.*
3 *Deliberatio facta contra formam mandati, executionis, & edictorum eſt nulla.*
4 *Appellatione totius venit pars.*
5 *In quantitate maiori ineſt minor.*
6 *Deliberatio facta de parte rei in executionem captæ tenet.*
7 *Deliberatio non interuenientibus tribus oblatoribus eſt nulla.*
8 *Ex pretij quantitate dignoſcitur, quid fuerit comprehenſum in oblatione, ſeu venditione.*
9 *Deliberatio facta maiori oblatori etiam poſt terminum ad offerendum valet.*
10 *Deliberatio eſt nulla non intimato penultimo oblatore.*
11 *Declara reſpectu ſolius penultimi oblatoris, non debitoris.*
12 *Limita in deliberationibus, quæ fiunt in Depoſitaria.*
13 *Læſionis exceptio eſt reijcienda ad petitorium.*
14 *Iniuſtitia, vel nullitas debet eſſe notoria ad hoc, vt immiſſus non ſit manutenendus in poſſeſſione.*

D E C I S I O DCCCVIII.

1 DOMINI reſponderunt, manutentionem in poſſeſſione prædiorum, de quibus agitur, dandam eſſe Ioſepho Hortentio, cuius poſſeſſio de tempore motæ litis non controuertitur, §. *retinendæ inſtit. de interdict. Rota in rec. dec.512.*

Digitized by Google

dec.512.num.1. par.1. dec.263.num.1. par.2.& deciſ.156.num.1.par.7.

Non obſtat anterior poſſeſſio Andreæ Roſæ, quia cùm Ioſephus poſſeſſionem dd. Prædiorum adeptus fuerit vigore ſubhaſtationis, & deliberationis ipſi ſeruatis ſeruandis factæ
2 authore Prætore, Andreas d.ſua anteriori poſſeſſione remanſit priuatus, *l. iuſtè poſſidet ff. de acq. poſſ. Angel. in l. clam poſſidere §. qui ad nundinas num.2. in fin. ff.eodem tit. Gratian. diſcept. 266. num.17. & ſeqq. Mohed.dec.4.numer.1. & 4. verſ. maximè quia de reſtit. ſpoliat. Greg.XV. deciſ.582. num.4. & 5. vbi Add.num.8.Rota in rec.deciſ.173. n.2. par.1. & dec.229. n.6. par.7.*

Non obſtant nullitates adductæ contra di-
3 ctam ſubhaſtationem; Non quidem illa, quæ deducitur ex eo, quod deliberatio dd.Prædiorum Ioſepho facta diſcrepet ab executione, edictis de ſubhaſtando in partibus affixis, nec non etiam à decreto Iudicis de deliberando; cùm dd. executio,edicta,& decretum loquantur de bonis indefinitè, deliberatio vero facta ſit de bonis durante tãtùm vita ipſius Andreæ debitoris abſque nouo decreto Iudicis,& citatione partis, vt fuit dictum in *Romana Attentatorum 27.Aprilis* 1640. *coram R.P.D. meo Bichio, §. apotheca autem*; Quia fuit reſponſum dd. executionem, edicta,& decretum de deliberando bona abſolutè, verificari etiam in dominio ſiue iure ſuper illis bonis competente Andreę debitori eius vita durãte iuxta regulam, quod
4 appellatione totius venit etiam pars, *l.1. §. ſi ſtipulanti, ff.de verb. oblig. Feder.de Sen. conſ.159. in fin.verſ. item non obſtat, Barboſ.Axiom. iur.220.*
5 *n.1.* & in quantitate maiori ineſt minor, *Alex. in d.l.1. §. ſi ſtipulanti n.12. ff.de verb. oblig.Gabr. conſ.168.num.103. lib.1. cum alijs alleg. per Adden. ad Buratt. deciſ.468.num.16.* Et ideò dictam deliberationem de tali diſcrepantia redargui nõ poſſe, nec opus fuiſſe nouo decreto Iudicis, & citatione partis: Maximè cum iſta deliberatio non intulerit maius præiudicium Andreę, & verſemur in re diuiſibili, prout eſt domi-
6 nium, quod eſt diuiſibile in temporale,& perpetuum, quo caſu deliberari poteſt pars rei in executionem captæ, vt benè diſtinguit *Aſin.de execut.§.4.cap.83.numer.1. & 2.* quem ſequitur *Moder.Peruſ.de ſubhaſt. inſpect.28.num.53.*

Minus obſtat altera nullitas elicita ex eo, quod in deliberatione dd. Prædiorum facta durante vita Andreæ dicatur ſolùm interue-
7 niſſe duas oblationes, cùm tamen tres requirantur iuxta ſtylum Tribunalis A. C. de quo teſtatur *Saluſt.Tiber.in prax.lib.1.cap.42. num.12. Gratian.diſcept.739.num.22.Rota in recen. dec.113. num.14. par.7.* Quia tantùm abeſt, vt in dicta deliberatione non interuenerint tres oblationes, quin potius interuenerint quinque; nam vltra dictas duas oblationes, etiam aliæ tres antecedentes indefinitè factæ in termino, cadunt ſub dominio temporali ad vitam Andreæ, vt patet attenta earum modicitate reſpectu iſtorum Prædiorum ingentis valoris, quæ tamen congrua eſt ſi referantur ſolùm ad dominium temporale; ex quantitate enim
8 pretij oblati dignoſcitur quid fuerit in oblatione,ſeu venditione comprehenſum, *Mantic. de tacit.lib.4.tit.9.num.8. & ſeq.Capic.latr. dec.37. num.8.& 10.Buratt. dec.697. num.5.* & in terminis ſubhaſtationis, *Rota dec.229.num 21. & 22.*
9 *par.7. rec.* Et quamuis dicti duo oblatores aduenerint poſt terminum ad offerendum, non ideò deliberatio facta vltimo ex eis plus offerenti, eſt nulla,cùm illa fecerit meliorem conditionem Andreæ debitoris, qui proinde non habet de quo conqueratur, vt fuit deciſum in *Romana Domus 19. Decembris* 1624. *coram Remboldo impreſſ. penes Moder. Peruſ. de ſubhaſtat. deciſ.64.n.4. & ſeqq.*

Prout neque refragatur alia nullitas, quę depromitur ex quo in deliberatione non fuit
10 intimatus penultimus oblator, prout requiritur ex diſpoſitione reformat. fel. record. Pau-
11 li V. Quia cum vltima oblatio fuerit pinguior, non intereſt debitoris,quod huiuſmodi intimatio facta non fuerit, ſed intereſt ſolius penultimi oblatoris, quo propterea tacente, debitor d. intimationis defectum allegare non poteſt,vt in puncto reſpondit *Rot.In Rom. reſtit. dotis 26.Iunij 1623. coram bo.me. Remboldo impreſſ. penes Moder. ex Arce Hannoni in tract.de ſubhaſtat.*
12 *deciſ.12. n.7. & 8.* Eòque minus quia in deliberationibus, quæ hodie fiunt in Depoſitaria, prout iſta facta fuit, non requiritur intimatio penultimi oblatoris, cùm omnes ſint ibi præſentes, vt dixit *Rota in Romana Spoly 1. Decembris 1642. coram R.P.D. meo Ghiſilerio.*

12 Tandem non obſtat prætenſa læſio, quia cum requirat diſcuſſionem, & reſpiciat petitorium ad illud reijcienda eſt, *Buratt. dec.783. num.15.& 19. & deciſ.914.num.3.* & in terminis ſubhaſtationis fuit dictum in *Ariminen. Manutentionis 5.Iunij prox. prat. coram R.P.D. meo Ghiſilerio.* Immo etiam ſufficit exceptionem læſionis, & quamcunque aliam, quæ contra iu-
14 ſtitiam, ſeu validitatem deliberationis opponitur, non inferre notoriam deliberationis iniuſtitiam, vel nullitatem, vt interim danda ſit manutentio dicto Ioſepho poſſidenti authore prætore, *Rota in rec. dec.362. num.2. par. 4. & in Romana locorum montium 18. Maij 1643. coram R. P.D.meo Meltio.*

Et itá vtraque &c.

ALEXANDRINA ARCHIPRESBYTERATVS.

Mercurij 1. Iulij 1648.

ARGVMENTVM.

Iuſpatronatus in perſonis priuatis probatur ex cẽtenaria quaſi poſſeſſione præſentandi dummodo præſentationes fuerint effectum ſortitæ: immo ex ſola quadragenaria cum fama, ſeu adminiculis.

SVMMARIVM.

1 *Præſentationes probantur effectuatæ ob ſucceſſiuam vacationem per obitum præſentatorum.*
2 *Præſentationes prima, & vltima ſi appareant effe-*

ſtiuata, media præſumuntur, niſi doceatur de ſtatu libertatis intermedio.

3 *Centenaria quaſi poſſeſſio præſentandi probat iuſpatronatus in perſonis priuatis.*

4 *Centenaria quaſi poſſeſſio iuriſpatronatus æquipollet immemorabili.*

5 *Et inducit præſumptionem tituli fundationis, vel dotationis.*

6 *Centenaria cenſetur completa licet deſit modicum tempus ad 100. annos.*

7 *Iuſpatronatus fauore priuatæ perſonæ probatur ex quadragenaria cum fama, vel adminiculis.*

8 *Titulus præſumptus non tollit titulum fundationis, vel dotationis reſultantem ex centenaria.*

9 *Priuilegium Apoſtolicum interpretari poteſt tempore fundationis, vel dotationis iuriſpatronatus pro conſenſu Papæ.*

10 *Productio priuilegij Apoſtolici iuriſpatronatus extraiudicialiter facta non excludit, quin producens habere poſſit aliud priuilegium.*

DECISIO DCCCIX.

VACANTE Archipresbyteratu Cathedralis Eccleſiæ Alexandrinæ ad illum vti de iurepatronatus familiæ de Arnutijs, Marcellus Arnutius præſentauit Iacobum Mariam filium ſuum. Cùm autem Ordinarius huiuſmodi præſentationem non approbans dictum Archipresbyteratũ tanquam liberum eidem Iacobo Mariæ contulerit; ab iſta collatione Marcellus appellauit, & cauſam appellationis in Rota committi obtinuit; vnde hodie propoſito dubio. An conſtet de dicto Iurepatronatus DD. affirmatiuè reſponderunt.

Siquidem ex deductis pro parte Marcelli patet familiam de Arnutijs ab anno 1527. vſque ad annum 1625. præſentaſſe Clericos ad dictum Archipresbyteratum inſtituendos, omneſque præſentatio-
1 nes fuiſſe effectum ſortitas, ex quo ſucceſſiuæ vacationes contigerunt per obitum præſentatorum iuxta celebre *conſ. Oldrad. 229. num. 2. Rot. coram Seraph. dec. 1141. num. 2. ſan. mem. Greg. XV. deciſ. 215. num. 2. vbi Add. num. 8. Duran. deciſ. 74. num. 34. Coccin. deciſ. 174. num. 3. & in recent. deciſ. 154. num. 4. & dec. 541. nu. 2. par. 2. & fuit dictum in Auerſana Capellania 27. Iunij 1639. coram R.P.*
2 *D. meo Royas*; & licèt prima præſentatio facta de anno 1596. non oſtendatur effectuata, præſumitur tamen, quia nedũ præcedentes præſentationes annorum 1527. & 1532. ſed etiam aliæ plures ab eodem anno 1569. vſque ad annum 1625. probatur effectum ſortitæ per vacationem ex obitu, vel reſignatione præſentatorum; Nam probatis extremis media præſumuntur niſi doceatur de ſtatu libertatis intermedio, *Seraph. d. dec. 1141. num. 2. verſ. & licet, & num. 3. dec. 1334. num. 3. Buratt. deciſ. 172. n. 10. vbi Add. num. 32. & dec. 875. num. 3. Rota in recen. dec. 509. n. 3. par. 5. in reſid.*

3 Ex qua ſanè centenaria quaſi poſſeſſione præſentandi in perſonis priuatis probatur iuriſpatronatus exiſtentia, *Caſſad. deciſ. 2. num. 6. & 7. de probat. Rota coram Seraph. d. deciſ. 1141. num. 1. & dec. 17. ſub num. 3. impreſſ. poſt Modern.*
4 *Piſan. de iurepat.* Illa enim in hac materia æquipollet immemorabili, *Feder. de Sen. conſ. 234. num. 3. verſ. ſic ad propoſitum, Rot. dec. 254. num. 10. lib. 3. p. 3. diuerſ. & in Piſtorien. Iuriſpatr. 31. Martij 1628. coram bon. mem. Merlino in princ.* Et inducit
5 præſumptionem tituli fundationis, vel dotationis, *Rota coram Buratt. deciſ. 875. num. 1. & 5. & in recen. dec. 312. n. 4. par. 1. & dec. 218. n. 23. & ſeq. par. 6. & fuit dictum in Bonon. Iuriſpatronatus de Butrigarijs 16. Martij 1642. coram R.P.D. meo Bichia impreſſ. penes Moder. Piſan. de Iurepatr. deciſ. 132. num. 1. ſecundùm vltimam impreſſionem.*

Non obſtat, quod numerãdo ab anno 1527. vſque ad annum 1625. non ſit completa dicta centenaria quaſi poſſeſſio, quia ad hunc effe-
6 ctum non attenditur modicum tempus duorũ annorum; *Rota deciſ. 309. num. 1. par. 5. in reſid. dec. 184. num. 3. par. 6. rec. & dec. 17. num. 4. dec. 18. num. 6. penes dictum Moder. Piſan. de Iurepatr.* Ma-
7 ximè quia ad probandum iuſpatronatus fauore priuatæ perſonæ ſufficeret quaſi poſſeſſio quadragenaria cum fama, vel adminiculis, *Caſſador. deciſ. 2. num. 4. de probat. Acchill. de Graſſ. dec. 7. num. 4. & 5. de Iurepatr. Put. dec. 56. num. 4. lib. 1. Duran. dec. 413. num. 2. Coccin. dec. 174. num. 3. & tenuit Rota in Regien. Iuriſpatronatus 27. Aprilis 1640. coram R.P.D. meo Ghiſilerio*; Quæ in præſenti caſu vberrimè præſtãtur à tot alijs præſentationibus antiquioribus vſque ab anno 1519. factis cum enunciatiua dicti iuriſpatronatus.

Neque refragatur, quod hoc iuſpatronatus potuerit competere ex priuilegio Leonis X. ob augmentum tertiæ partis dotis, & ideo cadat ſub regula reuocatoria Adriani Sexti;
8 Quia tale priuilegium à nemine exhibetur, & quatenus exhiberetur exaduerſo, non excluderetur d. præſumptio tituli fundationis, vel dotationis ex centenaria quaſi poſſeſſione præſentandi reſultans, vt dixit *Rota coram Buratt. dec. 875. num. 7. & inter rec. deciſ. 218. num. 20. & ſeqq. par. 6. & dec. 29. num. 32. & 33. par. 7.*

Minus obſtat, quod in aliquibus præſentationibus, præſertim in ea anni 1569. vltra expreſſionem dotationis, & fundationis fuerit etiam facta mentio de priuilegio; quia non inde ſequitur huiuſmodi mentionem neceſſariò eſſe referendam ad d. priuilegium Leonis Decimi ob augmentum tertiæ partis, cùm illa verificari poſſit in altero, & diuerſo priui-
9 legio alterius Pontificis in limine fundationis, & dotationis emanato; vel etiam in priuilegio eiuſdem Leonis X. ex cauſa tamen coæqualis dotationis, vt latiſsimè firmatum fuit *int. rec. dicta dec. 218. per tot. & ſignanter ſub n. 28. 35. 36. & 52. par. 6. & dec. 29. ſub num. 8. 10. 29. & pluribus ſeqq. par. 7. in quibus deciſ. ſub num. 7. & ſeqq. & n. 39.* reſpectiuè ſubditur, quod ne-
10 que realis productio priuilegij Leonis X. ob augmentum tertiæ partis extraiudicialiter facta pro habenda inſtitutione, excludit quin Patronus habere poſſit aliud priuilegium Apoſtolicum, cui non ſit hactenus derogatum.

Et ita vnica tantùm &c. altera tamen ſæpiùs citata &c. reſolutum fuit &c.

RA-

Digitized by Google

RAVENNATEN. BONORVM.

Veneris 6. Nouembris 1648.

ARGVMENTVM.

Immiſſio Fideicommiſſarijs denegari nequit conſtito de purificatione fideicommiſſi, identitate bonorum, & quod hæredi grauato nullæ competant detractiones.

SVMMARIVM.

1 *Sententia validitas deſinitur ex actis.*
2 *& Iuſtitia probatur ex deciſione rotali.*
3 *Subſtitutio per hac verba*, e mancando la ſucceſſione de' figli, e deſcendenti, *comprehendit tam caſum quo hæres decedit cum filijs, qui poſtea moriantur, quam ſi decedat ſine filijs.*
4 *Subſtitutionis primo gradu perempto ſequens ſuccedit.*
5 *Fideicommiſſario, conſtito de purificatione fideicommiſſi, & identitate bonorum, nequit denegari immiſſio.*
6 *Hæres non conficiens inuentarium tenetur etiam de proprio præſtare integrum fideicommiſſum particulare.*

DECISIO DCCCX.

SENTENTIAM Rotalem ad fauorem Presbyterorum Boni Ieſus Rauennæ latam contra Antonium Donatum, confirmandam eſſe cenſuerunt Domini ex quo conſtat
1 de validitate, & iuſtitia illius: Validitas liquidem deſumitur ex reuolutione actorum continentium cuncta requiſita per *Caputaq. deciſ. 260. par. 2. & iuſtitia patet ex deciſione coram R. P. D. meo Corrado edita die Vener. 1. Februarij 1647.*
2 In qua dictum fuit prædictis Presbyteris per fideicommiſſum vocatis ad bona, de quibus agitur, concedendam eſſe immiſſionem non ſolùm in caſu, quo Franciſcus hæres grauatus deceſſiſſet cum filijs, qui deinde mortui fuiſſent nullis relictis deſcendentibus maſculis; ſed etiam in caſu, quo dictus hæres
3 obijſſet, prout obijt ſine filijs. Nam ſubſtitutio ab Argentina Teſtatrice ordinata per hæc verba: *E mancando la ſucceſſione de' figliuoli, e deſcendenti ſempre come ſopra chiamati diſpoſitiuamente in queſto caſo ſuſtituiſce il Conuento de' Reu. Padri del Buon Gieſu ne' ſtabili, & immobili ſolamente per fideicommiſſo &c.* caſum comprehendit vtrumque, tam ex ipſa verborum efficacia, quam ex coniecturata mente Teſtatricis, quàm etiā ex legis diſpoſitione permittentis in huiuſmodi fideicōmiſſarijs ſubſtitutionibus, quod
4 perempto primo gradu, ſequens ſuccedat perinde, ac ſi fuiſſet hæredi immediatè ſubſtitutus, vt ex iuribus, & ſolidiſſimis rationibus in dicta deciſione fusè deductis oſtenſum fuit. Quare dum prædicti Presbyteri agunt ad fi-
5 deicommiſſum particulare, & probant in altero ex prædictis caſibus purificationem fideicommiſſi, & identitatem bonorum, eis denegari non debet immiſſio ex vtili Saluiano

interdicto, vt præter allatos in deciſione tradit *Alex. Rauden. deciſ. Piſan. 28. num. 131. verſ. amplia, & num. 142. Fuſar. de ſubſtit. q. 611. num. 2.* quem in puncto refert, & ſequitur *Rota rec. dec. 244. num. 1. par. 7.*

Inſuper in eadem deciſione probatum fuit nullas Antonio prædicto competere ex perſona d. Franciſci hæredis detractiones, pro quibus ei concedenda ſit retentio bonorum, de quibus agitur, ſiue illas prætendat ex cauſa legitimæ, ſiue alia ex quacunque cauſa: Nam
6 cùm d. Franciſcus nō confecerit inuentarium bonorum hæreditariorum tenetur etiam de proprio integrum præſtare fideicommiſſum particulare quale eſt iſtud *ex alleg. in d. deciſ. R. P. D. mei Corradi, & fuit comprobatum coram me in deciſione emanata in hac cauſa ſub 11. Maij prox. præt.* dum Antonio prætendenti probare ſtatum d. hæreditatis Argentinæ pro habenda retentione ex capite dd. detractionum, fuit denegata remiſſoria.

Et ita Presbyteris tantùm &c.

VLADISLAVIEN. PAROCHIALIVM.

Veneris 11. Decembris 1648.

ARGVMENTVM.

Beneficium primum, quando vacet per aſſecutionem ſecundi incompatibilis, & alia plura de diſpenſatione retinendi plura incompatibilia, & de decreto dimittendi aliquod ex beneficijs infra bimeſtre appoſito in litteris diſpenſationis, quando excuſetur, vel non materia dilucidatur.

SVMMARIVM.

1 *Primum beneficium vacat ſi impetrans adeptus fuerit poſſeſſionem ſecundi incompatibilis per duos menſes cum perceptione maioris partis fructuum, vel per eum ſtet quo minus adipiſcatur illam.*
2 *Poſſeſſio acquiritur per Inſtrumentum alio non exiſtente in poſſeſſione.*
3 *Poſſidens præſumitur in poſſeſſione ſemper continuaſſe.*
4 *Optio ſuppenit poſſeſſionem, & ab ipſa regulatur.*
5 *Supplicans cenſetur fateri contenta in ſupplicatione.*
6 *Diſpenſatio ad plura incompatibilia retinenda non ſolet de facili concedi.*
7 *Supplicatio præſumitur impetrata ab eo, ad cuius fauorem cantat, quando materia eſt difficilis conceſſionis, vel concurrit impenſa notabilis.*
8 *Dictio*, omnium, *nihil excludit.*
9 *Dictio*, hactenus, *deſignat tempus præteritum vſque ad præſentem diem.*
10 *Fructus præſumuntur percepti à poſſeſſore.*
11 *Gratia conditionalis, non impleta conditione, non ſuffragatur.*
12 *Terminus duorum menſium, qui datur in decreto de dimittendo currit à die diſpenſationis obtentæ, licet ibi dicatur à die adepta poſſeſſionis.*
Vel ab eo die quo per ipſum ſteterit, quominus poſ-

S 2 ſeſ-

ſeſſionem adipiſcatur, num. 14.

13. *Poſſeſſor præſumitur ſibi mutare cauſam poſſidendi ex ſupraueniente titulo etiam abſque alia declaratione.*

15 *Primum beneficium litigioſum vacat per aſſecutionem pacificam ſecundi incompatibilis, ſecus è contrario.*

16 *Beneficiorum incompatibilium retentio dicitur doloſa, & malitioſa retentio.*

17 *Manutentio danda eſt poſſeſſori contra impetrantem ob aſſecutionem incompatibilis.*

18 *Procedit quando impetrans non probauit pacificam poſſeſſionem cum perceptione fructuum vltimi beneficij incompatibilis.*

19 *Decretum irritans contentum in extrauaganti, execrabilis, inficit titulum, & poſſeſſionem.*

20 *Decretum irritans, quando illi eſt locus, impedit manutentionem.*

21 *Decretum irritans appoſitum in Extrauag. Execrab. intrat docto de pacifica poſſeſſione incõpatibilis niſi exaduerſo doceatur de valida diſpenſatione.*

DECISIO DCCCXI.

CVM D. Matthæus Iudiski retineret de anno 1642. quatuor Beneficia incompatibilia, nempe Archidiaconatum Pomeraniæ, duas Eccleſias Parochiales Gedaneñ vnam, Fordaneñ alteram nuncupatas, nec non Canonicatum Eccleſiæ Metropolitanę Gneſneñ, fuit pluries requiſitus per D. Epiſcopum Vuladislauieñ, in cuius Diœceſi ſitæ ſunt prædictę Parochiales, & Archidiaconatus, ad exhibendum legitimam diſpenſationem retinendi tot incompatibilia; Verùm quia illam non exhibuit ſufficientem ad quatuor, ſed tantùm ad tria incompatibilia, ideo dictus Epiſcopus in actu Viſitationis habitæ de menſe Ianuarij 1644. declarauit per aſſequutionem vltimo loco factam de Canonicatu Gneſneñ vacaſſe prædictas Parochiales, & Archidiaconatum iuxta diſpoſitionem *Extrauagantis Execrabilis de præben. & Sac. Concilij Trid. ſeſſ. 7. de reformat. c. 5.* ac deinde in Parochiali Gedaneñ Florianũ Flanck, & in altera Fordaneñ Albertum Komentoski ad præſentationem Sereniſſimi Regis Poloniæ inſtituit. Contra quos ſic inſtitutos proſequens dictus Matthæus in Rota cauſam appellationis, quam à prædicta declaratione Ordinarij interiecerat, fuit ſub 24. Ianuarij 1646. diſputatum dubium, An, & cui eſſet dandum mandatum de manutenẽ, illudque reſolutum ad fauorem d. appellantis, eo tantùm fundamento, quia exaduerſo non docebatur illum accepiſſe poſſeſſionem dicti Canonicatus, eiuſque fructus exegiſſe; tum ad effectum vt ſit locus d. Extrauaganti Execrabilis, & Sac. Concilio Trident. non ſufficit ſola impetratio ſecundi incompatibilis, ſed
1 ſimul requiritur vt impetrans poſſeſſionem & quidem pacificam de facto, & de iure per duos menſes continuos cum perceptione maioris partis fructuum adipiſcatur, vel per eum ſtet quominus illam apprehendat, vt præter *alleg. in deciſione nunc extenſa tradunt. Bonfan. conſ. 353. num. 27. lib. 4. Gemin. conſ. 78. num. 5. verſ. Nec obſtat ſi dicatur, Vbied. de incompatibilitat. benefic. par. 1. cap. 13. nu. 48. & 80. Staphil. de litt. grat. tit. de qualit. & ſtat. benefici. §. huiuſmodi nu. 12. & ſeqq. latè Maſcard. de prob. concl. 183. nu. 40. 45. & ſeqq.*

Verùm hodie repropoſita cauſa ſuper iiſdẽ DD. receſſerunt à deciſis; quia ex iuribus nouiter productis pro parte dd. Floriani, & Alberti ceſſat prædictum fundamentum, & conſtat Matthęum accepiſſe poſſeſſionem pacificam d. Canonicatus tum ex publico inſtru-
2 mento adeptionis illius confecto de menſe Octobris 1642. quod non docto de alterius poſſeſſione plenè probat, *l. prædia 48. vbi notant omnes ſcribentes ff. de acquir. poſſ. cum vulgar.*
3 & præſumitur in ea ſemper continuaſſe, *Natt. conſ. 400. num. 6. Rota dec. 62. num. 6. par. 2. diuerſ. deciſ. 166. num. 9. coram ſan. mem. Gregor. XV. & in Cæſaraugustana Parochialis de Conſnenda 12. Nouembris 1620. coram bon. mem. Pirouano*; Tum ex eo, quod ille tanquam Canonicus Gneſneñ optauit duas Villas præſtimoniales, optio ſi-
4 quidem ſupponit poſſeſſionem, & ab ipſa regulatur, *Gonz. ſuper reg. 8. §. 3. proœmial. num. 23. & ſeqq. & gloſ. 24. nu. 49. & 102.* Tum denique ex propria confeſſione eiuſdẽ Matthæi emiſſa in ſupplicatione per eum Sanctiſſimo porrecta de menſe Octobris 1643. pro obtinenda diſpenſatione dd. quatuor incompatibilium, in qua narrauit ſe poſſeſſorem dicti Canoni-
5 catus, quoniam ſupplicans cenſetur fateri omnia contenta in ſupplicatione, *l. cum precum 19. C. liber. cauſ. Rot. dec. 489. n. 2. par. 3. recent.*

Nec dubitari poteſt quin ab ipſo Matthęo, vel de eius mandato fuerit porrecta prędicta
6 ſupplicatio, cùm diſpenſatio ad plura incompatibilia ſimul retinenda non ſoleat de facili concedi, vt teſtatur *Gonz. ſuper regul. Cancell. gloſſ. 15. num. 38. faciunt tradita per Rebuff. titul. de diſpenſat. ad plur. benefic. num. 22.* & in materia
7 difficilis conceſſionis ſupplicatio præſumitur impetrata ab eo ad cuius fauorem cantat *Add. ad ſan. mem. Greg. XV. dec. 331. nu. 19.* Vltra quod in caſu noſtro ceſſat omnis dubietas ex quo de menſe Octobris 1644. ad formam impetratę ſupplicationis fuerunt cum magna impenſa expeditę litterę quibus Matthęus vtitur in hoc iudicio.

Pręterea cùm in eadem ſupplicatione Matthęus vltro petierit, & impetrauerit condonationem omnium, & ſingulorum fructuum hactenus perceptorum ex d. Canonicatu, iuſtificatum quoque remanet alterum requiſitum perceptionis fructuum, ne dum in maiori parte, ſed in omnibus, & quidem non ſolùm per duos menſes, verùm etiam per totum tempus, quo ipſe Canonicatum retinuit abſ-
8 que diſpenſatione in vim prędictę dictionis, omnium, quę eſt vniuerſalis, & nihil excludit, *Rota in recent. deciſ. 269. num. 9. par. 5. & deciſ. 611. num. 7. par. 7.* & alterius dictionis, hacte-
9 nus, quę deſignat tempus pręteritum vſque ad diem condonationis *ad text. in l. 1. in princip. vbi Doct. ff. non op. nunc. §. Hactenus inſtit. de grad. cognat. Decian. conſ. 44. num. 130. lib. 4. Rota coram Card. Caual. dec. 380. num. 1.* Immo hoc ipſum benè ſuadet ſola probatio pacificę poſſeſſionis,

Digitized by Google

nis, qua præmiſſa, vt in præſenti, ſiue ſuppoſi-
10 ta, fructus omnes præſumũtur percepti à pa-
cifico poſſeſſore, *Rota in rec.dec.364. numer.14.*
par.4.tom.2.deciſ.47.num.19. par.6.dec.283. n.11.
par.7. & in puncto ad inducẽdam vacationem
ex diſpoſitione d. Extrauagantis Execrabilis,
& Concilij Tridentini ob retentionem bene-
ficiorum incompatibilium fuit dictum in
Aquiſgranen. Canonicatus 22. Maij anni currentis,
§. & licèt coram R. P. D. meo Cerro vbi allegantur
concordantes.

Cæterum, quod attinet ad prædictam di-
ſpenſationem Apoſtolicam impetratam ſub
dicta die 13. Decembris 1643. DD. dicebant,
illam nullatenus poſſe ſuffragari Mattheo ex
quo ipſe non dimittendo infra duos menſes
alteram ex prædictis Parochialibus, prout de-
creuerat Summus Pontifex, non adimpleuit
11 conditionem, ſub qua gratia retentionis alio-
rum incompatibilium emanauit, ideoque in
illa, tanquam nulla ex defectu voluntatis con-
cedentis, nullum fundamentum fieri poteſt,
Mandoſ. ſuper reg.32. Cancell. q.31. ſub numer.16.
Rota coram ſan.mem.Greg.XV. deciſ.117. num.10.
Maximè quia in eodem decreto de dimitten-
do alteram ex prædictis Parochialibus Papa
expreſſit, quod alioquin ambæ Parochiales, &
Canonicatus vacent eo ipſo, vt in terminis
tradit *Cokier. de permut. benefic. par.3. cap.18. in*
princip. vbi refert deciſum in Illerden. Canonicatus
13. Decembris 1594. coram clar. mem. Card. Hie-
ronymo Pamphilio, & ſequuta eſt Rot. in alleg. Aquiſ-
granen. Canonicatus §. vacatio enim coram R.P.D.
meo Cerro.

Nec releuat dimiſſio, quam Mattheus fecit
de Parochiali Fordanen. in menſe Iunio 1646.
12 & ſic per biennium poſt expeditionem litte-
rarum Apoſtolicarum; Quoniam ex vi dicti
decreti fieri debebat infra bimeſtre, quod in-
cœpit currere ab ipſa die diſpenſationis ob-
tentæ, licèt ibi dicatur, quod incipiat à die
adeptæ poſſeſſionis Canonicatus vigore litte-
rarum Apoſtolicarum ſuper ipſa diſpenſatio-
ne expediendarum, quia cum litteræ huiuſ-
modi expeditæ fuerint de d. menſe Octobris
1644. Mattheus, qui ſucceſſiuè poſſeſſionem
continuauit, dicitur ex tunc cœpiſſe poſſide-
re vigore dictarum litterarum, mutando ex
13 eadem ſuperuenientia ſibi titulum poſſeſſio-
nis, vt feciſſe præſumitur etiam abſque alia
declaratione, *Achill. de Graſſ. dec.5. num.2. de re-*
ſtit. ſpoliat. Mantic. dec.245. num.4. bon.mem. Coccin.
dec.130. num.6. Add. ad ſan.me. Greg. XV. dec.546.
14 *ſub num.15.* Et in omnem euentum, quia per
ipſum ſtetit quominus vigore dd. litterarum
poſſeſſionem apprehenderet, adhuc terminus
ad dimittendum præfixus à principio cucur-
rit; attentis verbis expreſſis ipſius decreti de
dimittendo, ibi, ſeu qua per te ſtaret quomi-
nus illam aſſequeris, computandos &c. vt no-
tat *Lotther. de re benefic. lib.2. quæſt.30. num.34. Se-*
raph. dec.856. num.10.

Minus releuat excuſatio deſuper allata
per Mattheum dicentem, ſe non potuiſſe di-
mittere alteram ex Parochialibus, ex quo ſu-
per illis patiebatur moleſtias ab Epiſcopo me-
diante ſententia priuationis; Quia huiuſmodi
excuſatio caret fomento iuris, & facti. Iuris,
quia aſſequentem tertium, vel quartum in-
15 compatibile non excuſant à dimiſſione prius
obtentorũ moleſtiæ ſuper illis latæ; ſed opor-
tet motæ ſint ſuper vltimo beneficio ob cuius
aſſecutionem priora vacant, *Nauarr. conſ. 14.*
§. his ſtantibus verſ. Et ſi ille erat litigioſus, & §. ad
quæſtionem verſ. tum quia licet de præben. Garz. de
benefic. par. 11. cap.5. num.107. & ſeq. Barboſ. de
iur. Eccleſ. lib.3. cap.13. numer.173. in fin. Rota in
Gerunden. Beneficij 26. Iunij 1647. coram R. P. D.
meo Bichio; at ſuper vltimo beneficio, nempè
ſuper Canonicatu Gneſnen. aliqua moleſtia
Mattheo illata non fuit. Facti; quia à die di-
ſpenſationis emanatæ ſub 19. Kal. Octob. an-
ni 1643. vſque ad dictam ſententiam latam
de anno 1644. lapſa fuerunt plura bimeſtria,
in quibus Mattheus poterat, immo debebat
alteram ex Parochialibus dimittere, niſi indu-
rato corde, eludendo decretum de dimitten-
do in diſpenſatione appoſitum, omnium be-
neficiorum poſſeſſionem retinere voluiſſet,
16 quod cum, ſibi non licere, ſcire teneretur,
doloſa, & malitioſa dicitur huiuſmodi reten-
tio, vt in his terminis declarat *Garz. de benefic.*
par.11. cap.5. num.97. Ideoque non applicatur
deciſ.175. bon. mem. Buratti num.17. quia ibi mo-
leſtiæ cadebant ſuper vltimo beneficio.

Non obſtat, quod hæ exceptiones reſpiciãt
petitorium, & Mattheus poſſit iuuari poſſibi-
17 litate alterius diſpenſationis, vel alias excuſa-
tiones adducere, vnde interim ipſi danda ſit
18 manutentio, vt per *Lotther. de re benefic. lib. 2.*
qu.30. num.19. & ſeq. Quia Lotther. loquitur
quando ex parte allegantis vacationem ob nõ
factam dimiſſionem non fuerunt probata ex-
trema pacificæ poſſeſſionis cum perceptione
fructuum vltimi beneficij; illis autem liqui-
dò probatis, vt in caſu noſtro, incumbit reo
onus probandi ſuas exceptiones, alioquin
19 (quia clarum eſt intrare decretum irritans
contentum in Extrauag. Execrabilis, & in
Concilio Trident. loco ſupra alleg.) neque in
iudicio poſſeſſorio obtinere poteſt, vt in pun-
cto *Caputaq. dec.325. num.2.* vbi dicit rationem,
quia decretum irritans inficit titulum, & poſ-
ſeſſionem parte prima, quamuis appoſitum
20 in lege generali; nam poſtquam certum eſt
illi locum eſſe ſemper impedit manutentio-
nem bon. mem. *Coccin. deciſ.51. num.2. & ſeqq.*
21 Quodque clarum ſit intrare prædictum de-
cretum irritans, docto de pacifica poſſeſſione
incompatibilis, niſi exaduerſo doceatur de
purificata, & valida diſpenſatione tradit *An-*
char. in cap. Ordinarij ſub num.3. verſ. opponitur ibi
dicit Franchus, & infra ibi, quæ hodie *de Offic.*
Ordin. in 6. Lotther. de re benefic. lib. 3. quæſt. 23.
num. 6.

Ex quibus DD. vtraque parte audita reſol-
uerunt non eſſe concedendam Mattheo ma-
nutentionem in poſſeſſione Parochialium de
quibus agitur, & ſic in hac parte tantùm re-
ceſſerunt à deciſis; quandoquidem circa alte-
ram partem, in qua fuit dictum, vtramque
poſſeſſionem Floriani, & Alberti eſſe attenta-

Digitized by Google

tam, & propterea non manutenibilem; eis adhuc placuerunt fundamenta deciſionis.

Et ità vtraque &c.

MELEVITANA ANTIANITATIS.

Lunæ 14. Decembris 1648.

ARGVMENTVM.

Statutum Religionis Hieroſolymitanæ 25. tit. 2. de reſcript. Fratrum, ac ordinatio 11. eodem titulo mandantia quod nulli equiti poſt quinquennium à die ſuæ receptionis aliqua quæſtio inferatur ſuper gradu antianitatis examinantur, & de requiſitis ad effectum præſcribendi in vim dicti pleniſſimè tractatur.

SVMMARIVM.

1 *Sententia tranſit in iudicatum ſi appellans non proſequutus fuerit appellationem per annum, vel ex cauſa per biennium.*

2 *Appellationis fatalia currunt à die qua veriſimiliter appellans potuit obtinere cauſam committi in curia.*

3 *Executorialis ſubſequens, quando rei iudicatæ eſt locus, circumducit præcedentem commiſſionem appellationis.*

4 *Prorogatio fatalium, cum clauſula, quatenus illa durent, illis elapſis non ſuffragatur.*

5 *Appellationes ad S. Apoſtolicam non comprehenduntur ſub ſtatuto particulari.*

6 *Validitas ſententiæ deſumitur ex actis.*

7 *Teſtes examinati coram Iudice incompetente non probant.*

8 *Sententia dicitur publicata, ſi ab illa procurator ſuccumbentis reclamauerit.*

9 *Iuris ſolemnitates non ſunt ſeruandæ in letigijs agitatis inter Equites Hieroſolymitanos ſecundum eorum ſtatutum.*

10 *Equiti Hieroſolymitano poſt quinquennium non poteſt inferri quæſtio ſuper gradu antianitatis, declara num. 25.*

11 *Præſcriptio requirit titulum, poſſeſſionem, & bonam fidem.*

12 *Teſtis vnicus contra producentem probat.*

13 *Præſcriptio non inducitur niſi probetur ſcientia, & acquieſcentia partis, & num. 19. limita nu. 18.*

14 *Titulus putatiuus prodeſt ad præſcribendum.*

15 *Aetas deſumitur ex fide baptiſmatis.*

16 *Antianitatis quaſi poſſeſſio acquiritur ex actibus geſtis ſine contradictione.*

17 *Libri ſcripti ab officialibus adhoc deputatis probant.*

20 *Ignorantia excludi[illegible] ex longitudine temporis, & multiplicitate actuum publicè geſtorum.*

21 *Bona fides inducitur ex titulo, & ex communi reputatione.*

22 *Decretum irritans inficit titulum & poſſeſſionem.*

23 *Antianitas numeranda eſt in Religione Hieroſolymitana à die præſentationis, & ſolutionis paſſagij, & non à die factarum probationum.*

24 *Decretum irritans non minus tollit exceptionem, quam actionem & operatur vt impugnanti denegetur audientia.*

26 *Exceptio firmat regulam in caſibus non exceptuatis.*

27 *Præſcriptio parat præſcribenti exceptionem.*

28 *Regula de Triennali non ſuffragatur poſſeſſori, ſi ipſemet litem mouerit poſt completam triennalem præſcriptionem.*

DECISIO DCCCXII.

CONFIRMATA per Ven. Concilium Completum Sac. Religionis Hieroſolymitanæ in gradu appellationis ſententia lata à Concilio Ordinario, & Magno Magiſtro ad fauorē Equitis Iacobi de Chiauarij; Eques Dionyſius de Noyllan, contra quem prædictæ ſententiæ emanarunt, iterum appellauit, & cauſam huius nouæ appellationis per reſcriptum Sanctiſſimi in Rota committi obtinuit, ſed eam proſequi diu non curauit; Vnde dictus Eques de Chiauarij prætendens prædictā ſententiam Concilij Completi feciſſe tranſitum in iudicatum, impetrauit commiſſionē executorialem, iuxta cuius tenorem prodiit dubium An conſtet de re iudicata, quæ veniat exequenda; quod attenta deſertione cauſæ appellationis validitate, & iuſtitia ſententiarum affirmatiuè fuit hodie reſolutum.

Siquidem deſertio reſultat ex eo, quod cauſa appellationis fuit commiſſa de menſe Nouembris 1643. & ab inde citra, & ſic per ſpatium ferè quinquè annorum nihil vnquam in ea actum reperitur, nec minus petita ſaltem in tempore prorogatio fatalium, vnde ſententia, a quā fuit appellatum, procul dubio fecit trāſitum in iudicatum, cum adhuc
1 effectum ſufficeret, vt appellans fuiſſet negligens in proſequendo appellationem per annum, vel ex cauſa per biennium *Auth. ei qui C. de temp. appell. c. cum ſit Romana 5. de appellat. Clem. ſicut & Clem. ſi appellationē eod. tit. de appell. Rot. in Antonitana Dotis 25. Martij 1641. coram Reuerendiſſ. D. Præſide Valliſoletano, & in Interamnen. fideicommiſſi 6. Februarij 1645. coram R. P. D. meo Meltio.* [illegible]

Neque releuat, quod Eques de Noyllan ſub 21. Iulij 1649. impetrauerit aliam commiſſionem cauſę eiuſdem appellationis, & ſub prima Iulij 1647. obtinuerit prorogari fatalia;
2 Quia tempus proſequendæ appellationis interpoſitæ Melitæ ad Sedem Apoſtolicam, cœpit ei currere à die, qua veriſimiliter potuit obtinere cauſam in Curia committi ex trad. per *Scacc. de appell. lib. 3. cap. 2. quæſt. 15. num. 173. Put. deciſ. 147. verſ. ſed alij quatuor, & deciſ. 11. de appell.* Et ipſum potuiſſe vſque de menſe Nouembris 1643. obtinere commiſſionem huiuſmodi ipſa facti euidentia docet, quandoquidem de d. menſe Nouembris præſentauit in actis dictam primam commiſſionem manu Sanctiſſimi ſignatam, propterea hæc ſecun-
3 da, ad effectum de quo agitur, non eſt habenda in conſideratione; Eoque magis quia fuit reformata per ſubſequentem executorialem, quæ quando rei iudicatę locus eſt, prout in

in caſu noſtro, præcedentem commiſſionem appellantis tollit de medio,& circumducit vt fuit dictum in *Nullius ſeu Sublacen. Attentatorū prima Iulij* 1647. *coram R.P.D. meo Bichio.* Pro-
4 rogatio verò fatalium fuit decreta cum clauſula, quantus illa durent, quæ cùm hodie (calculato tempore à dicta prima commiſſione vt debet ex iam dictis) deteganțur tunc fuiſſe elapſa, illorum prorogatio non ſuffragatur, *Bald.in d. Auth.ei qui num.*10.*C.de temp.appell.Marcheſ.par.*3.*tit.de commiſſ.proroq.fatal.n.*88. *fol.*405.*Scacc.de appel.d.q.*15.*n.*197.*&* 226.*Caſar. Barz.deciſ.*32.*n.*33.*ad fin.& ſeqq.*

Non obſtat Statutum prædictæ Religionis, quatenus cap.23. diſponit cauſas appellationū interpoſitarum à Sententijs Concilij Completi terminandas fore in primo Capitulo Generali, quod cùm adhuc non fuerit celebratū, Informantes pro d. Equite de Noyllan dicunt fatalia proſequendæ appellationis non eſſe lapſa; Quia huiuſmodi ſtatutum compre-
5 hendit ſolum appellationes, quæ deuoluuntur ad dictum Capitulum generale, non autem illas, quæ interponuntur ad Sedem Apoſtolicam vt pluries reſpondit, *Rot.* & ſignanter *int.rec.deciſ.*661.*num.*4.*par.*1.*deciſ.*191.*num.*4. *coram Reuerendiſſ.Vrgellen. in Melanitana Commēda* 20.*Iunij* 1639.*coram R. P. D. meo Roias, & in eadem* 16.*Ianuarii* 1641.*coram Eminentiſſ.D.Cardinali Veroſpio.*

6 Validitas patet ex reuolutione actorum cōtinentium cuncta requiſita per *Caputaq. deciſ.* 460.*par.*2. Ideoque gratis opponitur, quod
7 teſtes, in quorū depoſitionibus ſententiæ fundantur, fuerint examinati coram Iudice incompetente; quoniam conſtat illos fuiſſe examinatos de mandato Commiſſariorum in cauſa deputatorum inxta Ordinationes, & Statuta Religionis de quibus *cap.*2.*tit.*7.Prout
8 etiam non ſubſiſtit quod dicatur prædictas ſententias non fuiſſe publicatas,nam ex earum lectura liquet fuiſſe latas procuratorib.vtriuſque partis præſentibus, quorum alter, nempe procurator ſuccumbentis ſemper prima, & ſecunda vice ab illis reclamauit intra decem dies, ideo non erat opus alia publicatione; Stante præſertim ſtatuto primo eiuſdem Religionis *eod. tit.*7. diſponente nullas in hu-
9 iuſmodi litigijs agitatis inter fratres ſeruandas eſſe iuris ſolemnitates, ſed ea ſummariè, & ſola facti veritate inſpecta, & ſine ſcriptura, ſiue actis compilatis eſſe tractanda, & terminanda, nudiſque verbis, & dictis iuſtitiam inter litigantes dici, & miniſtrari &c.

Iuſtitia depromitur ex eo quia contendente Equite de Noyllan ſe eſſe in gradu antianitatis potiorem Equiti de Chiauarij, ſententiæ declarant antianitatem dicti de Chiauarij currere à die 25. Februarij 1625. eumq; magis antianū eſſe dicto de Noyllan; & meritò, quia Eques de Noyllan calculat ſuam antianitatem à die 24. Aprilis 1625. qua fuit admiſſus inter pueros honorarios Eminentiſſimi Magni Magiſtri; Eq. verò de Chiauarij eſt in quaſi poſſeſſione numerandi ſuā à dicto die 27. Februarij eiuſdem anni 1625. quo, facta prius ſolutione paſſagii, ſe præſentauit in Conuentu, & fuit receptus in fratrem; Vnde cum hæc controuerſia incæperit de anno 1640.clarum eſt, ipſum iuuari ſtatuto 25.*tit.*2. *de recept.* fratrum, & ordinatione 11. *eod. tit.*
10 ſæpius à Rota canonizata, quibus cauetur, vt nulli poſt quinquennium à die ſuę receptionis aliqua quæſtio inferatur ſuper gradu antianitatis.

Nec obſtat ſi dicatur, Equitem de Chiauarij non habere tria requiſita ad præſcribendū,
11 nempè,titulum,poſſeſſionem temporis à ſtatuto definiti, & bonam fidem; Titulum,quia licèt ipſe ſoluerit paſſagium de menſe Ianuarij 1625. & de menſe Februarij immediatè ſequentis ſe præſentauit in Conuentu, tamen ſub 15.Martij ſubſequentis ex defectu probationis ætatis legitimæ, fuit reiectus; Poſſeſſionem temporis à ſtatuto definiti,quia teſtes ad id examinati, vltra quod loquuntur cum falſo ſuppoſito, non deponunt de tempore, quo celebratæ fuerunt Collectæ, Congregationes Ven. linguæ Prouentiæ, Electio Moderni Magni Magiſtri, & alij actus, in quibus Eques de Chiauarij obſeruando morem Religionis publicè ſedit, & tradidit ſuum votū iuxta gradum antianitatis numeratæ à dicto menſe Februar. 1625. vnde colligi non poteſt
12 quod ipſe poſſederit per quinquennium ante motam litem; Immo tertius teſtis,qui etiam vnicus plenè probat contra Equitem Chiauarij reproducentem, *Honded.conſ.*84.*nu.*50.*lib.*2. *Rot.in Romana Aſſiſtus* 30. *Martij* 1618.*coram bo: me: Andrea*, dicit dictam electionem Magni Magiſtri cōtigiſſe de menſe Iunij 1636. à quo tempore vſque ad annum 1640. non inter-
13 cedit quinquennium; Præterea minus probant, quod in prædictis actibus fuerit aliquando præſens, & ſciens, ac acquieuerit Eq. de Noyllan, vt requiritur ad inferendum ei præiudicium, & præſcribendum, *Caualer. deciſ.*649.*num.*3. Bonam fidem;quia ſtante dicta reiectione curauit, & obtinuit ſe admitti inter pueros honorarios de menſe Nouembris d.anni 1625.

Quoniam DD. viſum fuit hæc omnia ſufficienter concurrere. Titulus namque,ſaltem
14 putatiuus, qui etiam prodeſt ad præſcribendum, *iux.tex.in l.Celſus* 27.*ff.de vſucap. Caputaq. deciſ.*361.*num.*3.*&* 4.*par.*2.*Rot. deciſ.*324.*num.*8. *par,*1.*recent.* oritur ex dicta receptione ſequuta die 27. Februarij 1625. quæ licèt fuerit deinde reiecta,rurſus tamen fuit confirmata per Ven. linguam Prouentiæ, & Magnum Magiſtrum, dum ſub die 12. Nouembris eiuſdē anni 1625. declararunt, quod antianitas Nobilium reiectorum ex defectu ætatis incipiat à die, qua decimum ſextum annum compleuerint abſque noua probatione, & receptionibus faciendis; Quæ declaratio (quicquid an emanare potuerit in præiudicium Equitis de Noyllan prætendentis ſibi medio tempore fuiſſe ius quæſitum) tanquam veritatem ſequens, cùm reintegret eos, qui re vera ætatē 16. annorum habebant tempore receptionis (prout habebat Eques de Chiauarij,ſicuti iuſtifi-

15 ſtificauit in prima inſtantia per fidem baptiſ-
matis formiter extractam, quæ ætatem pro-
bat *Seraph.deciſ.*1138.*num.*2.*Rota deciſ.*363.*nu.*1.
*par.*4.*recent. & alibi paſſim*) negari non poteſt,
quin ſaltem præbuerit d. Equiti de Chiauarij
reiecto non ob aliquem defectum perſonæ,
ſed ob ſolum defectum legitimæ probationis
ætatis requiſitæ, iuſtam cauſam credendi, ſe
poſſe metiri ſuam antianitatem à dicta rece-
ptione in fratrem, & ab ea deſumere titulum,
Maximè concurrente obſeruantia, quando-
quidem, poſtquam promanauit dicta decla-
ratio, ille ſemper in omnibus actibus, nempè
Carauanis, Congregationibus, Electione Ma-
gni Magiſtri, & aliis ſeſſionibus, & rebus fuit
à Religione admiſſus, & tractatus iuxta gra-
dum antianitatis calculatæ à d. die receptio-
nis in fratrem.

Quinquennalis poſſeſſio à ſtatuto requiſita
probatur plenè à primo teſte ſuper ſecundo,
& vltimo interrogatorijs, à 2. ſuper 5. & 6. à
3. ſuper 7. qui deponunt quod Eques de Chia-
uarij tam in Congregationibus, ſiue Collectis
Equitum linguæ Prouentiæ quotieſcunque
habitis, quàm in Electione Moderni Magni
Magiſtri protulit votum iuxta antianitatem
deſumptam à die ſuæ receptionis, quæ euenit
ſub 27. Februarij 1625. per quos actus geſtos
16 abſque vlla contradictione, ſauè conſtitutus
fuit in quaſi poſſeſſione d. antianitatis, vt per
*Gratian.diſcept.*845.*num.*5. *& alios alleg. à Moder.*
*Peruſ.de manut.obſeruat.*18.*ſub num.*24. Neque
ex eo quod d. teſtes dicunt receptionem Equi
tis de Chiauarij accidiſſe 27. Februarij 1625.
ſupponunt falſum, quia tunc verè fuit rece-
ptus, vt conſtat ex partita libri eiuſdem lin-
guæ, necnon communis ærarij in quibus dies
17 receptionis Equitum accuratè annotantur,
iiſq; plena fides in hac materia adhibetur *Rot.*
*deciſ.*19.*nu.*3.*par.*7.*rec.*

Quod verò non deponant præcisè de tem-
pore, quo fuerunt habitæ prædictæ Congre-
gationes non obſtare viſum fuit, nedum quia
teſtes indefinitè deponunt, quod nimirum
d. Eques de Chiauarij ſemper in omnibus
Seſſionibus, Carauanis cœteriſque functioni-
bus numerauit ſuam antianitatem à d. die ſuę
receptionis 27. Februarij 1625. Verum etiam
quia tam ſtatutum, quàm ordinatio prædicta,
quibus prohibetur, ne cuiquam lis, ſiue mo-
leſtia aliqua inferatur ſuper ſtatu, & gradu
antianitatis lapſo quinquennio, duo dumta-
xat requirũt, ſcilicet receptionem, & lapſum
quinquennij ab ipſa receptione calculandum
prout vtrumque in præſenti caſu ſatis proba-
tum remanet ex ſupradictis.

Nec facit, quod non explicent an Eques de
Noyllan adfuerit, & acquieuerit dictis acti-
18 bus, nam quando, vt hic præcedit titulus,
poſſeſſio acquiritur etiam abſque ſcientia ad-
uerſarij vt benè explicat *Rebuff. in Conſtit. Gall.*
*tom.*3.*tit.de mat.poſſeſſ.in præfat. num.*145. *& ſeqq.*
*Gratian.diſcept.*870.*num.*33.*Rot.in Lucana Iuriſpa-*
tronatus 20. *Decembris* 1628. §. *Minus &c. coram*
Me, & in aliis relatis in Barchinonen. Iuriſdictio-
nis 4.*Iulii* 1646. §.*fin.coram R. P. D. meo Bichio.*

19 Et quamuis non præſcribatur contra ignoran-
tem *Rot.deciſ.*252.*nu.*11.*par.*5.*recent.* exclu-
ditur tamen ignorantia ex longitudine tem-
20 poris, & actum multiplicitate publicè geſto-
rum *Surd.deciſ.*240.*num.*16.*verſ.hinc dicimus Rot.*
*deciſ.*406.*num.*7.*par.*1.*recent. & in d. Lucana Iuriſ-*
patronatus eod. §. *Minus &c. coram Me.*
21 Denique bona fides reſultat ex ſupradicto
titulo, & communi tractatu, & admiſſione
Equitis de Chiauarij in omnibus actibus iux-
ta gradum dictæ antianitatis, *Rot. deciſ.*71. *ſub*
*num.*2.*verſ.communis tamen par.*1.*rec.* & etiam in
dubio præſumitur, ita vt ſufficiat ipſam alle-
gare *l.penult.C.de euict.Rot.deciſ.*91. *nu.*2.*in princ.*
*p.*1.*rec.dec.*64.*nu.*8. *coram bo:me:Buratt. & magis in*
*puncto dec.*642. *nu.*10. *p.*4.*tom.*3. *rec.*

Non obſtat motiuum, quod lingua, & Ma-
gnus Magiſter non potuerint decernere præ-
dictam reintegrationem fauore reiectorum
ex defectu ætatis tanquam contrariam ſtatu-
22 tutis, & Ordinationibus Religionis confir-
matis à Sede Apoſtolica cum decreto irritan-
ti, quod efficit, vt omnis titulus in vim dictę
redintegrationis acquiſitus continuò reman-
ſerit diſcoloratus, & quælibet poſſeſſio infe-
cta; Quia prædicta lingua, & Magnus Magi-
ſter non declararunt fore admittendos, ſeu
reintegrandos illos, qui non dum comple-
uerant ætatem à ſtatuto requiſitam; ſed ſolũ
ordinarunt, vt antianitas reiectorum incipe-
ret abſque noua probatione, & receptione à
die, qua quilibet ipſorum decimum ſextum
annum expleuiſſet, quod non eſt contra di-
ſpoſitionem dd. ſtatutorum, ſed potius om-
nino conforme: Quoniam ex ſtatuto 15. de
Commun. ærar. antianitas numeranda eſt à
23 die pręſentationis, & ſolutionis paſſagij, quod
ſolùm attenditur, & non tempus probationũ
vt declarauit *Rot. in Neritonen. Antianitatis* 15.
Aprilis 1622. *coram bo:me:Remboldo, & par.*7.*rec.*
*d.deciſ.*19.*num.*3.*in fin. & num.*4. *& deciſ.*73. *ſub*
*num.*3. vbi quod licèt ſolutio paſſagii de per ſe
non ſufficiat niſi factis probationibus; hæ ta-
men, poſtquam ſunt factæ, retrotrahuntur,
& inſuflant ſpiritum ſolutioni, adeout ab illa
die computetur antianitas: Quare tantùm
abeſt, quod applicetur obiectum decreti irri-
tantis, ex quo dictæ receptioni Equitis de
Chiauarij habentis de eo tempore completã
ætatem 16. annorum, nequaquam reſtiterunt
ſtatuta; quin potius (quia præſcriptio quin-
quẽnalis prouenit ex particulari ſtatuto eiuſ-
dem Religionis, quod pariter cadit ſub eadem
confirmatione Apoſtolica, & decreto irritan-
ti) retorquetur contra Equitem de Noylian
24 præſcriptioni contradicentem; nam decretũ
irritans non minus tollit exceptionem, quàm
actionem, & operatur vt impugnanti dene-
getur audientia, vt fuit dictum in *Craconien.*
Iuris legendi 19. *Iunii* 1626. *coram bon. mem. Coc-*
cino.

Minus tandem refragatur deciſio in Mele-
uitana Antianitatis 30. Maij 1639. coram Me,
25 quatenus in ea firmatur prædictum ſtatutum
de præſcriptione quinquennali non habere
locũ quando inter duos Equites diſceptatur,
quis

Digitized by Google

quis eorum ſit prior in antianitate; Quia vl-
tra quod ſtatutum loquitur vniuerſaliter, ſci-
licet, quod nulli poſt quinquennium à die
ſuæ receptionis aliqua queſtio inferatur ſuper
gradu antianitatis; & quod plus eſt, non po-
teſt verificari niſi inter duos, vel plures Equi-
tes de antianitate contendentes, quandoqui-
dem præſeruat in verbis ſubſequentibus iura
comunis ærarij, à quo etiam quæſtio antia-
nitatis moueri poteſt, nec non reſeruat exce-
ptionem originis à Indęis, Saracenis, & Mau-
26 mettanis, quæ reſeruationes demonſtrant,
omnes alios caſus, & quæſtiones inter quaſ-
cunque perſonas eſſe in ſtatuto comprehen-
ſas *iux. tex. in l. nam quod liquida 4. ff. pen. leg. Aym. conſ. 214. num. 12. & ſeqq. Rot. deciſ. 51. num. 10. deciſ. 189. num. 1. & 2. p. 1. rec.* Caſus illius deciſio-
nis eſt longè diuerſus à præſenti; ibi enim lis
mota fuerat ab illomet Equite, qui præſcri-
pſerat, vt fuit obſeruatum in ſubſequenti de-
ciſione eiuſdem cauſæ ſimiliter *coram Me edita ſub 16. Martii 1640. & in alia Meleuitana Antianitatis 9. Februarii 1640. coram Eminentiſſ. D. Cardinali Panzirolo*; Et ratio diuerſitatis eſt, quia
qui præſcripſit, mouendo deinde litem ſuper
antianitate, eandem ipſemet in controuerſiã
deducit, ideoque iuuari non poteſt præſcri-
27 ptione ſtatutaria, quæ ſolum parare videtur
præſcribenti exceptionem, ſi conueniatur; ob
quam rationem in ſimili dicimus, quod re-
28 gula de triennali inducens ſimilem præſcri-
ptionem non ſuffragatur poſſeſſori, ſi ipſemet
litem mouerit poſt completam triennalem
præſcriptionem *Acchil. de Graſſ. deciſ. 1. n. 1. & 2. ſuper reg. de triennal. Sarnen. ſuper eadem reg. qu. 56. num. 5. in fin. verſ. nec etiam. releuat. Rot. deciſ. 94. num. 3. verſ. dumque impetrat. p. 7. rec.*

Erità articulo per quatuor vices propoſito vtraque parte ſemper informante reſolutum &c.

ROMANA DOMVNCVLARVM.

Ven. 31. *Iulij* 1648.

ARGVMENTVM.

Diſpoſitio *textus in L. 2. C. de fideicom. & in §. fin. Inſtit. de fideicom. hæred.* procedit quando voluntas defuncti fuit diſpoſitiua, ſed non ſolemnis, ſecus quando non diſpoſitiuè, ſed tantùm dicitur defunctum habuiſſe animum concedendi nouum Teſtamentum, & inſtituendi N.

SVMMARIVM.

1 *Hæres tenetur reſtituere bona defuncti, quamuis illius voluntas non fuerit ſolemniter explicata.*
2 *Procedit quando voluntas defuncti fuit diſpoſitiua.*
3 *Verba*, voler fare, *important præparationem ad diſponendum per actum de futuro.*
4 *Teſtamentum imperfectum ratione voluntatis non ſuſtinetur.*
5 *Et hæres non poteſt illud supplere.*

DECISIO DCCCXIII.

POSTQVAM ſub diebus 10. Febr. & 26.
Iunij præſentis anni fuit reſolutum in
hac cauſa intrare Aegidianam ad fauorem
Druſillæ Ranucciæ, fuit hodie in relatione
memorialium pro eius parte facta inſtantia
pro expeditione, cuius Ioſephus Sciopera ſe
oppoſuit, allegando quod Marius habuerat
animum relinquendi bona Valentino, & de-
clarauerat ſe velle condere nouum teſtamen-
tum, & quod Druſilla ſciebat talem fuiſſe
1 mentem ipſius Marij; Vnde prætendebat ip-
ſam potuiſſe, & debuiſſe exonerando ſuam
conſcientiam bona eiuſdem Marij donare, &
reſtituere Valentino, quamuis voluntas illius
non fuerit ſolemniter explicata *iux. tex. in l. 2. C. de fideicomm. & in §. fin. Inſtit. de fideicomm. hæred. Mantic. qui alios allegat in tract. de coniect. ult. volunt. lib. 2. tit. 14. num. 17. & ſeqq.*

Hoc tamen non obſtante Domini mihi de-
mandarunt, vt extenſa breui deciſione ad ſa-
tisfaciendum huic motiuo magis præcisè, li-
cèt *in prima deciſione §. falſa quidem verſ. & in omnem euentum fuerit illi reſponſum*, non tamen
in ſpecie *d. l. 2.* ad cauſæ expeditionem proce-
2 derem. Non enim releuant iura, *& Doct. ſupra allegati*; nam loquuntur quando volun-
tas defuncti fuit diſpoſitiua, ſed non ſolem-
nis, vnde non applicantur ad præſentem ca-
ſum, in quo non apparet quod Marius reli-
querit diſpoſitiuè hęreditatem, ſeù bona Va-
lentino, ſed quod *haueua dichiarato di far nouo Teſtamento, & di laſciar herede Valentino &c.* pon-
derando verba, *di voler fare*, quæ important
3 potius præparationem ad diſponendum per
actum de futuro, ideoq; exinde reſultat im-
propria, ſeù imperfecta voluntas iuxta diſtin-
ctionem communiter receptam de qua latè
Vaſq. de ſucceſſ. creat. lib. 3. par. 1. §. 22. limit. 12. n. 6. Magdalen. de num. teſt. par. 2. cap. 5. num. 15. fol. 415. cum alijs relatis *per Gratian. diſcept. 895. num. 23.*

4 Nec quicquam facit, quod in donatione
adſint illa verba, *e perche sà, che tale era la mente del Signor Mario*, quia illa referuntur ad vo-
luntatem Marij, paulò ſupra narratam de vo-
lendo condere nouum Teſtamentum, & ſic
ad voluntatem perficiendam per actum de fu-
turo, & interim imperfectam, ex qua nil om-
5 ninò debebatur hæredi deſtinato *Surd. dec. 292. num. 15. Rota deciſ. 576. nu. 3. par. 2. rec. & dec. 475. num. 9. coram bo. me. Buratt.* eamque ſupplere
non potuit Druſilla hæres, vt per *Alex. conſ. 155. num. 5. lib. 2. Surd. conſ. 129. num. 23. verſ. ideo ſi hæres, & num. 24.*

Et ita vtraque &c.

RA-

RAVENNATEN. BONORVM.

Luna 11. Ianuarij 1649.

Argumentum ſume ex primo numero Summarij.

SVMMARIVM.

1 *Subſtitutio concepta*, e mancando la ſucceſſione de figlioli, e deſcendenti, *intelligitur purificata per obitum hæredis ſine filijs, quamuis illi nunquam nati fuerint.*

2 *Subſtitutio in caſum defectus filiorum hæredis inſtituti non cenſetur purificata ſi filii nunquam extiterunt, cum defeciſſe dici non poſſunt contra num. ſeqq.*

3 *Conditio dicitur deficere quæ nunquam extitit.*

4 *Verba*, quaſi, & videtur, *important fictionem, & impropietatem.*

5 *Teſtatoris voluntas non eſt infringenda per ſuperſtitioſas, ac rigidas verborum ſignificationes.*

6 *Verba ſunt inuenta ad exprimendam mentem dicentis.*

7 *Teſtatoris voluntas ſolummodo ſeruanda eſt, non propietas verborum.*

8 *Pia cauſa, & anima Teſtatoris fauore lata facienda eſt interpetratio.*

9 *Subſtitutionis primo gradu perempto ſequens ſuccedit.*

DECISIO DCCCXIV.

DOMINI confirmarunt deciſionem coram me editam ſub die 6. Nouemb. præteriti in qua dictum fuit ſententiam Rotalem latam ad fauorem RR. Præsbyterorum Boni IESVS eſſe confirmandam; Nam adhuc inconcuſſa viſa fuit illius iuſtitia, quæ probatur ex eo quod conditio ſubſtitutionis factæ per Argentinam Roncutiam fauore Conuentus dd. Presbyterorum, concepta ſub his ver-
1 bis; *E mancando la ſucceſſione de figliuoli, e deſcendenti come ſopra chiamati diſpoſitiuamente, In queſto caſo ſuſtituiſce il Conuento de Reuerendi Preti del Buon Gieſù di Rauenna &c.* purificata fuerit per obitum Franciſci heredis dictæ Argentinæ ſine filijs, quamuis illi nunquam nati fuerint, quia defeciſſe dicuntur ſiuè nunquam in lucem prodierint, ſiuè nati poſtea deceſſerint, & vterq; caſus videtur per Teſtatricem contemplatus, niſi aliqua ratio probabilis cõcurrat, per quam veriſimile ſit illam non fuiſſe eodem modo ſubſtituturam in caſum non natiuitatis, prout in caſum mortis filiorum, & deſcendentium dicti Franciſci, vt præter allegatos *in deciſione R.P.D. mei Corradi emanata ſub 1. Februarii 1647. §. Ea tamen &c.* tradit *Ger.Spin.conſ.12.num.9.& 10. Rota in rec.dec.222. par.5.ſub num.13. verſ.quinimo &c. & num.15.*

Neque releuat obiectum, in quo tota vis fit per Scribentes pro Donato, quod ſcilicèt
2 ſubſtitutio concepta fauore Presbyterorum emanauerit ex quo ipſi fuerunt ſubſtituti in caſum defectus filiorum Franciſci heredis inſtituti, qui tamen nunquam extiterunt, & ſic defeciſſe dici non poſſunt *iux. conſ. Oldrad. 177.* Quia cum prędicti Presbyteri fuerint ſubſtituti in caſum defectus deſcendētiæ, & filiorū, vt dictum eſt, illi vocati cenſentur tàm in caſum, quo filij non naſcerentur; quàm ſi nati decederent: in vtroque enim ex his caſibus verificatur ſucceſſionis defectus, cùm
3 etiam deficere dicantur ea, quæ nunquam fuerunt *l.3. §.1. ff.de vſufruct. & quemod. caueat. Dec.conſ.226. num.2. Socin.iun.conſ.181. num.23. lib.2.* cum alijs adductis *in d. deciſ. R.P.D. mei Corradi in d. §.ea tamen &c.* & preter ibi relatos dixerunt *Fulgoſ.conſ.89.num.1. Bertrand.conſ.178 num.3.lib.3. Bero.conſ.102. num.33. lib.2. Alciat. conſ.256.num.8. Marzar. conſ.28. num.36. Soccin. iun.conſ.42.num.34. & conſ.94.num.46. lib.1. Menoch.conſ.1063. num.1.* qui contrarijs reſpondet *Sfort. Odd. conſ.12. num.8. & in tract. de compend. ſubſtit.par.6.qu.1.art.1.limit.2.verſ.contrarium &c.* vbi ait hanc opinionem ſibi magis placere *Boer. deciſ.38. num.15. Surd. deciſ.37.num.26. & ſeqq.* & latè comprobat *Fuſar.de ſubſtit.qu.460. num.50.& ſeqq.*

Et pro hac opinione faciũt plures textus, in quibus dicitur, quod conditio, quæ non extitit defeciſſe dicatur, vt in *l.pecuniam quam 36 ff.de reb.cred.l. fœnerator 6. ff.de nautic.fœnor.l.nam etſi ſub conditione 5.verſ.puto igitur ff.de iniuſt.rupt. & irrit.fact.teſt.l.non tantum 3. §.ſed ſi ſub conditione ff.de bonor.poſſeſſ.contr.tab.l.in perſona 30. §.fin. ff.de pact.l.ſi quis 37. in fin. ff. de contrahen. empt.l. multum intereſt 19. ff. de hæred. vel act.uend. l.ſi eiuſmodi 5. ff.de hæred.inſtit.l.decem 116.ff.de uerb. oblig.l.ſi fundum 81. §.penult.ff.de leg.1.l.vnic.§.& cum triplici, & §.ſin autem C. de caduc.tollen.& in d.l.3.§.1.ff.de vſufruct. & quemad.caueat.*

Nec obſtat quod *in dicta l.3.* Iuriſconſultus vtatur verbo, *quaſi*, quod importat fictionem,
4 ac proinde inferatur non eſſe recedendum à proprietate verborum, ſecundum quam defeciſſe dici poſſe non videtur, qui nunquam extitit *l. Titio vſusfructus 96. ff.de cond.& demonſtr.l.non poteſt uideri deſiiſſe 208.ff.de reg.iur.* Quia vltra quod etiam in his iuribus Iuriſconſultus vſus fuit verbo, *videtur*, quod pariter improprietatem ſignificat *Iaſ.in l. ſi is quis pro emptore 15. num.93 ff.de vſucap.Menoch de præſumpt.*
5 *lib.1.qu.10.num.3.* per has ſuperſtitioſas, ac rigidas verborum ſignificationes defunctorum voluntates infringendæ non ſunt, vt huic obiecto contra *Oldrad.* & ſequaces reſpondet *Odd. de compend.ſubſtit.d.par.5. qu.1.art.1.limit.2.*
6 *verſ.& puto veriſſimum*: Verba enim ſicuti adinuenta ſunt, vt dicentis mentem exprimant *l. labeo 7.ff.de ſupell. leg.can. is autem 22. qu.2.* ita proprietati verborum inſeruire tàm ſtrictè non debemus, vt cùm de voluntate Teſtato-
7 ris conſtare poteſt, potiùs proprietatem verborum, quàm dicentis mentem ſeruemus, quæ tamen ſolummodo ſeruanda eſt *l. cum de lanionis 18. §.aſinam ff.de fund.inſtruct. & in l.non aliter 69.§.1.ff.de leg.3. Bald.conſ.46.num.1. lib.3.* & dixit *Rota deciſ.365.num.39.par.5.rec.* & aliàs ſæpiſſimè.

In pręſenti verò caſu patet, quod Argentina Teſtatrix poſtquam conſuluit conſeruationi

Digitized by Google

tioni agnationis Franciſci nepotis, ea extincta nil aliud in effectu voluit, niſi quod bona, de quibus agitur, peruenirent ad Preſbyteros Boni IESVS, & deſeruirent pro ſuffragio animæ ipſius; vnde ſiuè filij Franciſci nati fuiſſent, & deſeciſſent, ſiuè nunquam extiterint, ceſſat ratio conſeruationis agnationis Franciſci nepotis, & inſurgit præſumptio, quod quolibet modo prouidere voluerit propriæ ſaluti, illamque extraneis præferre; & in hac
8 materia lata facienda eſt interpretatio fauore piæ cauſę, & animæ Teſtatricis, vt dixit *Rota in Romana fideicommiſſi 27. Maij 1647. in fin. coram R. P. D. meo Otthobono*.

Atque ideò ſequitur, quod dum de tempore obitus Franciſci nepotis Argentinę nulli ſuperſtites fuerint filij, factus ſit locus ſubſtitutioni dictorum Preſbyterorum, cum in his fideicommiſſarijs ſubſtitutionibus peremp-
9 pto primo gradu antecedenti, ſequens ſuccedat perinde ac ſi fuiſſet vltimo grauato defuncto immediatè ſubſtitutus *L. vnica §. pro ſecundo C. de cad. toll. Bart. in l. quandiu inſtitutus 68. num. 10. ff. de acquir. hæred. Peregr. de fideicom. art. 15. num. 22. Rota in d. Romana fideicom. 27. Maij 1647 in princ. coram R. P. D. meo Otthobono cum aliis alleg. in deciſ. R. P. D. mei Corradi §. quare ex prædictis &c.*

Et ita vtraq; &c.

ROMANA DOMORVM DE REGARDIS.

Veneris 15. Ianuarij 1649.

ARGVMENTVM.

Sententiæ quando ſunt conformes, & apparent validæ, & iuſtæ ſunt executioni demandandę.

SVMMARIVM.

1 *Sententiæ ſunt conformes quando ſecunda confirmat primam, & tertia vtramque.*
2 *Validitas ſententiæ probatur ex actis.*
3 *Iuſtitia probatur ex ſecunda ſententia reuocante priorem tanquam nullam, & iniuſtam.*
4 *Proceſſus per edictum non tenet non facta probatione non tuti acceſſus.*
5 *Saluianus non competit contra creditorem anteriorem.*
6 *Sententia lata in concurſu creditorum probat anterioritatem inter ipſos.*
7 *Dos defertur filio titulo hæreditario matris.*
8 *Aditio hæreditatis maternæ probanda eſt.*
9 *Confeſſio receptionis dotis facta à viro conſtante matrimonio cenſetur facta animo donandi, & ideò non nocet creditoribus etiam futuris.*
10 *Sententia iuſta eſt exequenda.*

DECISIO DCCCXV.

POST obitum Guillelmi, & Franciſci fratrum de Sangallettis, ob ingens æs alienum in hæreditate repertum fuit ad eorum bona factus concurſus Creditorum, & in ſententia graduatoria inde emanata, quinto loco poſiti fuerunt Ioannes Galleſius, Alexander, & Cæſar de Regardis occaſione ſortis, & fructuum cenſus impoſiti vſque de anno 1576. In decimoquinto verò fuit graduatus Petrus Maria Ardinghellus vti Maritus Virginiæ filiæ dicti Franciſci pro reſiduo dotis ſibi promiſſæ ſub 23. Nouembris 1593. Poſtea prædictis Ioanni Galleſio, Alexandro, & Cæſari fuerunt in ſolutum aſſignatæ Domus, de quibus agitur, quas à die aſſignationis ſequutæ de anno 1604. poſſederunt vſque ad annum 1630. de quo tempore inſurrexerunt dicta Virginia, nec non Auguſtinus, & Franciſcus de Ardinghellis eius filij, & intentato coram A. C. Saluiano contra Ioannem de Regardis tantùm tunc abſentem, & citatum per Edictum obtinuerunt in illas immitti donec remanerent de prædicto reſiduo dotis, eiuſque fructibus ſatisfacti. Quamobrem prædicti de Regardis à die habitæ notitiæ appellarunt, & cauſa huiuſmodi appellationis cognita per Eminentiſs. D. Cardinalem Cecchinum tunc Prælatum, fuit ab eo tamquam nulla, & iniuſta reuocata d. ſententia A. C. & ſucceſſiuè ſententia Eminentiſſimi Cecchini fuit ſemel atque iterum confirmata. Quibus ſententijs non acquieſcentes Virginia, & filij obtinuerunt committi cauſam appellationis cum clauſulâ conſtito de tribus conformibus exequatur; ideò dato deſuper dubio, hodie fuit reſolutum conſtare de dictis tribus conformibus, & eſſe locum executioni.

Siquidem conformitas patet non minus ex ipſarum ſententiarum tenore dum ſecunda
1 expreſsè confirmat primam, & tertia vtramq; *gloſ. & Doct. in Clem. 1. de re iudic. Rota deciſ. 491. num. 1. par. 5. recent. cum alys alleg. in Senogallien. ſupplementi legitimæ 17. Maii 1645. §. conformitas coram Me*; quàm attenta earumdem validita-
2 te, & iuſtitia; prout validitas colligitur ex reuolutione actorum *iux. Caput. deciſ. 260. par. 2.*
3 & Iuſtitia reſultat ex eo quod illę reuocant præcedentem ſententiam A. C. quæ cum eſſet nulla, & iniuſta reuocari merebatur *Rota deciſ. 161. num. 2. deciſ. 173. num. 4. par. 1. recent. & deciſ. 240. num. 18. coram bo. me. Buratt.*

Quod autem ſententia A. C. eſſet nulla, deprehenditur ex eo quia fuit lata fabricato proceſſu per Edictum præſuppoſito non tuto acceſſu, & tamen huiuſmodi ſuppoſitum nequaquam probatum fuit, prout in primis, &
4 ante omnia probari debebat, cum A. C. habeat facultatem ita procedendi conſtito de non tuto acceſſu, qui eſt omninò iuſtificandus *ex trad. per Moder. Caſenaten. de cit. tom. 2. c. 11. num. 456. Dec. conſ. 460. nu. 26. Mandoſ. de Commiſſ. Formul. 4. verb. etiam per Edictum, verſ. aduertant iuniores &c. Vant. de nullit. ex defect. cit. num. 127.* & dixit *Rota deciſ. 22. de dol. & contumac. in antiq. & in Iannen. Separationis Thori 8. Martij 1627. coram bo. me. Coccino*, alioquin nullitas euitari non poteſt *Gabr. conſ. 40. nu. 5. verſ. maximè quia lib. 1. Afflict. deciſ. 2. num. 6. Caputaq. deciſ. 111. par. 1. Seraph. deciſ. 972. num. 6.*

Iniu-

Iniuſtitia pariter eiuſdem videtur clara,
quia concedit immiſſionem ex vtili Saluiano
interdicto Virginiæ, eiuſque filijs creditori-
bus poſterioribus aduerſus Ioannem Regar-
5 dum poſſeſſorem pro credito anteriori, quo
caſu Saluianum non datur, vt per *Mantic. de-
ciſ.69.per tot. Buratt.deciſ.844.nu.1.Coccin.dec.67.
num.12. Rota int.recent.deciſ.123. num.2.par.5. &
deciſ.306. num.28. par.7.* De anteriotitate verò
6 Ioannis, & aliorum de Regardis conſtat ex
ſententia graduatoria lata in concurſu Credi-
torum, quæ inter ipſos ſufficienter probat
*Anchar.conſ.270. ſub num.4. Tuſc.in verb.ſententia
concluſ.166.num.64.*

Neque iniuſtitia euitari poteſt ex anterio-
ritate, quam dicta Virginia, & filij præten-
dunt habere mediante perſona Guillelmi San-
galletti iunioris ſibi coobligati, qui ratione
dotis Caſſandræ Matris eſt d. Franciſci San-
galletti ſui Patris creditor anterior dictis de
Regardis; Quia non conſtat d. Guillelmum
7 adiuiſſe Caſſandræ hęreditatem, vt oportet,
nam dos defertur filio titulo hęreditario Ma-
tris *Rota in Piſauren. Donationis* 8. *Febr.* 1647.
*coram R. P. D. meo Otthobono, & in Vrbeuetana
Legati* 4. *Maij* 1643. *coram R. P. D. meo Bichio*,
8 & hęreditatis maternæ aditio probanda eſt,
vt poſt *Alex.Magon.* & alios fuit deciſum *in de-
ciſ.165.num.49.par.7. recent. & coram Card. Ca-
ual.deciſ.504.ſub num.4.*

Præterquam quod, etſi probaretur prędi-
cta hęreditatis aditio, nihilominus non rele-
uaret, quia de dicto credito dotali Caſſandræ
non apparet niſi per ſolam confeſſionem
9 Franciſci Sangalletti viri conſtante matrimo-
nio emiſſam, quæ propterea pręſumitur facta
in fraudem donationis inter virum, & vxorē
prohibitæ non ſolum à iure cōmuni *in l.1.2.
& 3. & tot.tit. ff. & C. de donat. int. vir. & vxor.*
ſed etiam à Statuto Vrbis *lib.1. cap.135.* quod
habere locum etiam in huiuſmodi confeſſio-
nibus tradit *Gabr.conſ.142.num.23.& ſeqq.lib.2.
Gratian.diſcept.693.num.6. & ſeqq. Put.deciſ.7.per
tot.lib.3.* Ideoque non nocet creditoribus, ne-
que pręſentibus, neque futuris, vt in ſpecie
docet *Bart.in l.2.§.creditum num.5.verſ.& iſta iu-
ra ſunt ff.ſi cert.pet.Calderin.conſ.3.de donat.int.uir.
& vxor. Alex.conſ.142. num.6. & 7.lib.5. Gozad.
conſ.28.num.25.verſ.2.& ſeqq. Purpurat.conſ.349.
num.12.Ruin.conſ.137.num.4.lib.4. Vin.deciſ.148.
num.1.* & dixit *Rota deciſ.683.num.3.par.2.recent.*

Vnde cum ex prædictis pateat dictas ſen-
tentias, quæ reuocant immiſſionem ab A.C.
10 conceſſam eſſe nedum conformes, ſed etiam
validas, & iuſtas, cenſuerunt Domini illas
etiam eſſe exequendas *iux. tex. in Clem.* vt ca-
lumnijs de re iudicata.

Et ita Regardis tantùm Informantibus &c.

MEDIOLANEN. PRAETENSI IVRISPATRONATVS.

Sabbati 23. Ian. 1649.

Argumento non indiget.

SVMMARIVM.

1 *Sententia tranſit in iudicatum ſi ab ea intra decen-
dium non fuerit appellatum.*
2 *Citatus perſonaliter ſcientiam negare non poteſt.*
3 *Citati comparitio probat citationem, eiuſque defe-
ctum ſupplet.*
4 *Epiſcopus non valet Eccleſiam liberam ſubycere
Iuripatronatus ex cauſa augumenti dotis, niſi illi
totaliter primeuam dotem amiſerit.*

DECISIO DCCCXVI.

VACANTE de anno 1631. Sede Archie-
piſcopali Mediolaneñ Vicarius Capitu-
laris Beneficium liberè collationis ſitum in
Eccleſia Sancti Ioannis Baptiſtæ loci Bergori
ex cauſa augumenti dotis in Iuſpatronatus
erexit, illudque reſeruauit ad fauorem Pauli
Antonij, & Hieronymi de Palatijs; Quibus
volentibus de anno 1647. quo vacauit d. Be-
neficium exercere pro prima vice ius pręſen-
tandi, ſeſe oppoſuit Procurator fiſcalis Curię
Archiepiſcopalis, & à Vicario Generali Emi-
nentiſſimi Domini Cardinalis Archiepiſcopi
obtinuit declarari erectionem, & reſeruatio-
nem Iuriſpatronatus prædicti fuiſſe, & eſſe
nullas, ac pręſentationes factas à dictis de Pa-
latijs non eſſe attendendas. Hinc Hierony-
mus, nec non Carolus Antonius Palatius ab
eo præſentatus appellarunt, cauſamque eo-
rum appellationis mihi commiſſa cum clau-
ſula *Conſtito* de re iudicata, dedi dubium huic
reſcripto conforme, quod hodie propoſitum
fuit affirmatiuè reſolutum.

Siquidem ſententia fuit lata ſub 4. Februa-
rij, appellatio verò reperitur interpoſita ſub
28. Iunij, & ſic poſt decem dies datos ad ap-
1 pellandum, vnde res iudicata redditur indu-
bitata ex diſpoſitione *tex.in Auth.hodie C. de ap-
pell.cap.Romana 3. cap.non ſolum 7.eod.tit.in 6.cap.
quod ad conſultationem 15.de ſent.& re iud.* Calcu-
2 lando etiam decendium à die ſcientiæ, quæ
reſpectu Caroli Antonij negari non poteſt,
cum ipſe fuerit perſonalitèr citatus ad ſenten-
tiam *Gratian.diſcept.708.ſub num.14.Rota dec.16.
ſub nu.1.verſ.ſed ſi perſonaliter de dol. & contumac.
in non.cum aliis alleg. in Regien. Bonorum 13. Mar-
tij* 1648. §. *Etenim coram Me*; Reſpectu verò
Hieronymi eſt clara, quia iſte ſtante ſententia
prædicta, in qua pariter dos aucta declarata
fuit nimis tenuis, obtulit ſub die 16. eiuſdem
Menſis Februarij ſe paratum ad illam denuo
augendam, & intimauit Paulo Antonio aſ-
ſerto Compatrono, vt pro ſua portione con-
tribueret, eamdemque oblationem repetijt
3 ſub die 11. Maij ſubſequentis; per compari-
tionem enim citati probatur ſcientia citatio-
nis, eiuſque defectus, ſi quis adeſt, ſuppletur

Seraph.

*Seraph.deciſ.*1441.*num.*1. *ſa. me. Greg.XV.dec.*27 *num* 3. vbi *Add. num.*9. *&* 10. allegat Concordantes.

Eoque libentiùs reſponderunt DD. pro re iudicata; quia validitas dictæ ſententiæ non controuertitur, & iuſtitia euidens, eſt ex eo quod declarantur nullæ erectio, & reſeruatio dicti Iuriſpatronatus factæ à Vicario Capitu-
4 lari, qui ſanè, immò ipſe Epiſcopus non valet Eccleſiam liberam ſubijcere Iuripatronatus ex cauſa augmenti dotis, niſi illa totalitèr primæuam dotem amiſerit, itaur reducatur de eſſe ad non eſſe *Barboſ.de pot. Epiſc. alleg.* 70.*num.*15.*&* 16.*Rota deciſ.*318.*num.*7. *par.*5.*rec. deciſ.*40.*num.*1. *int.impreſſ.apud Moder. Piſan.de Iurepatr.* & fuit dictum *in Placentina Beneficij* 23 *Ianuarii* 1647. §. 1.*in fin. coram Reuerendiſs. D. Terracinen.*

Nec obſtare viſa fuit allata pro parte dd. Hieronymi, & Caroli Antonij attentatorum exceptio, quia certum eſt, quod pendente termino ad appellandum nihil penitùs fuit innouatum; Vnde ſi dicta exceptio opponatur contra decretum ab Eminentiſſimo Archiepiſcopo ſub 25. Iunij factum de erigendo dictam Eccleſiam Sancti Ionnis Baptiſtæ in Parochialem, eiq; vniendo prædictum Beneficium; vel contra ea, quæ geſta fuerunt in executionem dicti decreti, & poſt interpoſitam appellationem; minus refragatur, ex quo nunc de his non eſt quæſtio.

Et ità vtraque &c.

MELEVITANA COMMENDAE.

Luna 8. *Februarij* 1649.

ARGVMENTVM.

Optanti ob euictionem beneficij optati debetur reintegratio ad primum beneficium, ſeù ad illud ius quod ſuper illo habebat præſertim accedente proteſtatione ſe non habere primum pro dimiſſo ſine aſſecutione ſecundi.

SVMMARIVM.

1 *Optans paſſus euictionem beneficii vltimo optati poteſt reuertere ad prius beneficium quamuis alteri collatum eo magis ſi proteſtatus fuerit ſe nolle habere primum pro dimiſſo niſi aſſequatur ſecundum.*

2 *Proteſtatio, nolle habere primum beneficium pro dimiſſo niſi aſſequatur ſecundum, intelligenda eſt de aſſecutione irreuocabili.*

3 *Primum beneficium non vacat per aſſecutionem ab initio pacificam ſecundi incompatibilis, ſi paulo poſt lis deſuper moueatur.*

4 *Equites Hieroſolymitani debent ſpedire infra annum vacationis bullas commendæ.*

5 *Priuationis pœna dum non legitur in Statutis, ea ſubintelligi nequit.*

6 *Fides cauſidicorum non attenditur in ijs, quæ iuris ſunt, præſertim contra intellectum, quem Statuto alias Rota dedit.*

7 *Expectatiua magni Magiſtri ad commendas tribuit ſolum ius ad rem.*

8 *Reintegratio debetur permutanti, à quo beneficium permutatum fuit euictum, vt mediante noua collatione beneficium demiſſum aſſequatur.*

9 *Reintegratio datur etiam ei, qui nunquam poſſedit ſi habuerit ius, vel dominium rei.*

DECISIO DCCCXVII.

POSTQVAM D. Eques Ferrettus fuerat prouiſus de Commenda, quæ controuertitur, ſita in Territorio Corneti, contigit per priuationem Commendatarij Portici vacatio Commendę Tortonę, quam d. Ferrettus optauit cum huiuſmodi proteſtatione, videlicet, *non laſciando ſenza pigliare*; Subide dicta Commenda Corneti fuit collata D. Equiti Filicaię. Poſt hæc Porticus obtinuit reintegrari ad prædictam Commendam Tortonæ, vnde Ferrettus intentauit aduerſus Filicaiam reintegrationem ad illam Corneti, & deſuper reportauit duas ſententias fauorabiles, alteram à Concilio Ordinario, alteram à Concilio Completo Sac. Religionis Hieroſolymitanæ: Cui ſecundæ ſententiæ minùs acqueſcens Filicaia appellauit ad Sanctiſſimum, cauſaq; appellationis mihi commiſſa propoſui dubium An, & quæ reintegratio competat Ferretto, quod DD. quoad primam partem affirmatiuè reſoluerunt; Nam paſſum euictionem Bene-
1 ficij vltimo optati reuerti poſſe ad priùs Beneficium, quamuis alteri collatum fuerit, conceſſit Bonifacius VIII. *in cap.ſi beneficia* 20. *de præb. in* 6. & tradit *Gonzal.ſuper reg.*8.*gloſ.*34. *num.*94. *& ſeqq. Monet.de opt.cap.*5.*qu.*5. *num.*68. *& ſeqq.* & in puncto fuit deciſum *in Aglicana Prioratus* 1. *Iulij* 1592. *coram Litta, & in Meleuitana Commenda* 14. *Decembris* 1648. *coram R.P.D. meo Otthobono*. Quæ concluſio eo magis procedere videtur quando, vt in præſenti caſu, optans proteſtatus fuit ſe nolle habere primũ pro dimiſſo niſi aſſequatur ſecundum, vt in ſpecie aduertit *Monet.* vbi ſupra *num.*70. *in fin. Id.in tract.de Canon.cap.*30.*num.*26. *Garz.de benefic.par.*11.*cap.*3.*num.*41.

Non obſtat quod Commendatarius Ferrettus acceperit ſecundæ Commendæ poſſeſſionem, & ſic per aſſecutionem illius videatur dictæ proteſtationi ſatisfactum; Quia
2 proteſtatio intelligenda eſt de aſſecutione irreuocabili, cum proteſtans non præſumatur voluiſſe dimittere primam, niſi æquè benè ſecundam pacificè, & irreuocabilter poſſideret *Abb.in cap.de multa* 28.*nu.*16. *de præb.Calder. conſ.*5.*in princ.eod.tit.Sanch.reſponſ.moral.lib.*2.*c.*2. *dub.*7. *num.*13. vbi quod non ſufficit ſecundi
3 beneficij poſſeſſionem fuiſſe ab initio pacificam, ſi paulò poſt lis deſuper moueatur *Rot. deciſ.*3.*&* ibi *Add.ſub nu.*3.*verſ. & oportet de præben.in nou.*faciunt congeſta per *Pariſ.de reſignat. lib.*1.*qu.*1. *num.*20. & magis in terminis proteſtationis *Garz.de benef.par.*11.*cap.*3.*num.*41.

4 Nec releuat quod Ferrettus infra annum Mortuorij, ſeù vacantis non expediuerit bullas Commendæ Cornetanæ, vt præcipit Statutum Religionis *ſub tit.* delle Commende *cap.*13. Quia cum illud non inducat pœnam priua-

5 priuationis contrauenienti, vtique Ferrettus
non debet ex tali omiſſione cenſeri priuatus,
vt in puncto reſpondit *Rota in dicta Meleuitana
Commendæ §. ſin coram R.P.D. meo Otthobono.* Pro-
6 pterea non fuit habita in conſideratione aſſer-
ta fides Cauſidicorum Melitæ, aſſerentium,
quod non expeditis Bullis, nec capta poſſeſ-
ſione intra d. tempus ex inueterata obſeruan-
tia reuerti non poſſit ad Commēdam renun-
ciatam; cum in ijs quæ iuris ſunt, & ad Iu-
dicem pertinent non attenditur Cauſidicorū
iudicium, ſeù Teſtimonium, præſertim con-
tra intellectum, quem Statuto dandum eſſe
aliàs Rota cenſuit, vt fuit dictum *in deciſ. 212.
num. 1. par. 1. deciſ. 319. num. 8. par. 6. recent. & in
Meliten. Bauliuatus 26. Nouembris 1617. coram
bo. me. Seleucien.*

Quo verò ad ſecundam partem dubij, nem-
pè quæ redintegratio competat dicto Ferret-
7 to, animaduertentes DD. quod ille non ob-
tinuerat ad Commendam Cornetanam niſi
ſmutitionem, per quam non acquiritur ne-
que titulus, neque poſſeſſio, ſed ſolum ius
ad rem, vt per *Lotter. de re beneſic. lib. 2. qu. 15.
ſub num. 46.* cum alijs relatis *in Meleuitana Com-
mendæ 27. Iunij 1642. §. neque poteſt coram Reue-
rendiſſimo Terracinen.* dixerunt reintegratio-
nem eſſe ei concedendam ad illud tantùm
ius, quod mediante dicta ſmutitione acqui-
ſiuit, hoc eſt, quod obtenta à Magno Magi-
ſtro eiuſdem Commendę collatione, illam
pleno iure aſſequi poſſit, prout in proximis
8 terminis datur redintegratio ei à quo bene-
ficium permutatum euictum fuit vt median-
te noua collatione beneficium dimiſſum
aſſequatur, *gloſ. in cap. penult. de rer. permut.
Socin. Sen. conſ. 168. per tot. lib. 2.* & alios refert
*Garz. de beneſic. part. 11. cap. 3. numer. 29. & cap. 4.
numer. 5. & Rota in Lucana Iuriſpatronatus 1.
Iulii 1648. coram Reuerendiſſimo Terracinen.* Nec
9 eſt nouum quod in prædictis terminis detur
reintegratio etiam ei, qui nunquam poſſe-
dit, ſed habuit ius, vel dominium rei *iux. do-
ctrinam Bart. in l. ſi prius 17. §. ſi tertius ff. de aq. plu.*
quam amplexa fuit *Rot. coram Put. deciſ. 285. n. 1.
lib. 2. in corr.*

Et ita vtraque &c.

MELEVITANA COMMENDAE ſeu FRVCTVVM.

Lunæ 8. Februarii 1649.

ARGVMENTVM.

Fructus beneficij ſpectant ad prouiſum à die vacationis ſeu ſaltem datæ, poſt tamen poſſeſſionem captam etiam ſi poſtea aliud beneficium fuerit optatum, & deinde euictum, ſi in optando adfuerit proteſtatio, quod non intendebat poſſeſſionem dimittere ſine aſſecutione.

SVMMARIVM.

1 *Fructus beneficii ſpectant ad prouiſum à die vacationis, ſeu ſaltem datæ ſupplicationis poſt tamen poſſeſſionem captam.*

2 *Fructus quando petuntur principaliter à reſtitutione eorum quis non excuſatur propter implicitum ſtatum validitatis collationis.*

3 *Fructus percepti debent reſtitui quando titulus reducitur ad non titulum non ſolum à die declaratæ reductionis, ſed à die quo titulus cenſetur reductus.*

4 *Clauſula præſeruatiua conſeruat ius præſeruatum in ſtatu primæuo.*

5 *Fructus percepti etiam ante purificationem conditionis debentur illa purificata.*

6 *Conditio trahitur retro ad tempus primi actus, & habetur, ac ſi actus conditionalis nunquam fuiſſet celebratus.*

7 *Fructus quando petuntur principaliter ratione tituli non attenditur bona vel mala fides.*

8 *Obligatio reſtitutionis fructuum vſque ab initio perceptorum intrat reſoluto titulo poſſeſſionis propter malam fidem.*

9 *Actio pro reſtitutione fructuum principaliter petitorum datur contra tertium poſſeſſorem.*

10 *Fructus quando petuntur principaliter ſunt reſtituendi quatenus extant, ſin minus reſtituendum eſt illorum pretium.*

DECISIO DCCCXVIII.

VACATA per priuationem Commendatarij Portici Commendā Tortonæ, eaque optata à D. Equite Ferretto cum proteſtatione, quod ipſe non intendebat dimittere Commendam Corneti paulo ante ſibi ſmutitam, niſi alteram Tortonæ aſſequeretur; fuit nihilominus dicta Commenda Corneti ſic dimiſſa optata à D. Equite Filicaia, qui expeditis litteris magiſtralibus illius poſſeſſionem accepit. Poſtmodum d. Porticus impetrauit à Sanctiſſimo reintegrationem ad prædictam Commendam Tortonæ, vnde Ferrettus ſimile remedium reintegrationis ad Commendam Corneti intentauit aduerſus Filicaiam, & deſuper reportauit duas ſententias fauorabiles, quibus executioni demandatis orta fuit inter eoſdem Equites alia controuerſia ſuper fructibus d. Commendæ Cornetanæ decurſis tam ante, quàm poſt litem motam exiſtentibus penes Andream Graſſum Economum deputatum nomine Religionis Hieroſolymitanæ. Quapropter introducta huiuſmodi cauſa in Rota prodiit dubium An pro Ferretto, ſeu pro Filicaia ſit relaxandum mandatum pro dictis fructibus contra Graſſum depoſitarium, quod hodie propoſitum fuit ad fauorem Ferretti reſolutum; Nam ex prænarrata facti ſerie patet ipſum fuiſſe prouiſum de hac Commenda Corneti, eiuſq; poſſeſſionem adcepiſſe in executionem prædictarum ſententiarum, nec non agi de fructibus decurſis à die prouiſionis citra, vnde intrare videtur concluſio communiter recepta, quod ad prouiſum de beneficio, poſtquam illius

poſſeſ-

1 poſſeſſionem apprehendit, ſpectant fructus omnes à die vacationis, ſeu ſaltem à die datę ſupplicationis decurſi, vt tradit *Pariſ. de reſignat. lib. 1. q. 6. nu. 27. Garz. de benefic. par. 6. cap. 3. n. 115. Surd. conſ. 333. n. 23. in fin. Caualer. dec. 637. num. 4. verſ. neque obſtare &c. & n. 5.*

Nec illos prętendere poteſt Filicaia ratione tituli acquiſiti in vim collationis ſibi factæ à Magno Magiſtro, quæ ſaltem habebat ſtatum validitatis donec ob euictionem Commendę Tortonenſis Ferrettus ad Cornetanam reuerteretur; Quia cùm in prædictis ſententijs pro Ferretto latis fuerit etiam declarata irrita, & nullius roboris vſque ab initio dicta collatio
2 Filicaiæ, & fructus hodie petantur principaliter, non acceſſoriè; implicitus ſtatus validitatis collationis non ſuffragatur Filicaiæ, etiãſi ipſe fructus, de quibus agitur, percepiſſet, quia implicitus ſtatus validitatis, ſequuta nullitatis tituli declaratione, non excuſat à reſtitutione fructuum nulliter perceptorum, vt benè declarauit *Rota deciſ. 281. num. 21. p. 7. rec.*
3 & comprobatur ex eo, quod quando titulus reducitur ad non titulum, fructus debent reſtitui non ſolum à die declaratæ reductionis, ſed à die quo titulus cenſetur reductus vt poſt *Roman. conſ. 454. num. 26. & 27. conſuluit Rimin. inn. conſ. 333. num. 21. Natt. conſ. 535. num. 12. Gonz. gloſſ. 15. num. 130. Rot. deciſ. 693. ſub num. 1. verſ. & eſt regulare p. 1. rec.*

Tantoque minus Filicaia aſpirare valet ad fructus controuerſos, quia reſolutio ſuæ Collationis prouenit præcipuè ex conditione intrinſeca, quam Ferrettus adiecit optioni Cõmendæ Tortonæ, nimirum quod non intendebat dimittere Commendam Corneti, niſi illam Tortonæ aſſequeretur: Sicuti enim Ferretto, quotieſcunque Commendam Tortonę ipſe non optaſſet, procul dubio omnes fructus Cornetanæ deberentur, nec vllatenus illos lucrifacere poſſet Filicaia; ita pariter debentur reſoluta ſmutitione Commendæ Tortonen-
4 ſis facta cum conditione præſeruatiua Cornetanæ, cùm natura præſeruatiuæ ſit conſeruare ius præſeruatum in ſtatu primæuo *Mart. de clauſ. par. 1. clauſ. 157. nu. 1. Ricc. in collect. deciſ. collect. 833. in princ. par. 4. Put. deciſ. 191. numer. 17. lib. 1. in correct. Verall. deciſ. 119. par. 1. Seraph. deciſ. 144. num. 6.* cum alijs relatis per *Barboſ. clauſ. 157. num. 8.* adeo quod purificata conditione
5 veniunt fructus etiam ante purificationem percepti *Molin. de inſtit. tom. 2. diſput. 379. Pariſ. de reſign. lib. 1. q. 6. num. 67. & 68. Garz. de benefic. p. 2. cap. 1. num. 167. & ſeq.* ea ratione, quia conditio
6 trahitur retro ad tempus primi actus, & habetur ac ſi actus conditionalis nuſquam fuiſſet celebratus *Bart. in l. ſi is qui pro emptore 15. in 5. quæſt. ff. de vſucap. Soccin. ſen. conſ. 170. num. 9.* & in terminis reſtitutionis fructuum dixit *Rot. dec. 1. num. 9. par. 2. rec.*

Hinc patet non eſſe opus inquirere an Filicaia poſſederit bona vel mala fide, quæ non
7 attenditur quando fructus petuntur principaliter ratione tituli, cum in hoc caſu illi non debeãtur ex mora, aut ex cauſa malæ fidei, ſed iure dominij *Rot. deciſ. 3. num. 7. deciſ. 281. num. 9. & 10. par. 7. rec. & in Romana Bonorum 25. Iunij 1646. coram R. P. D. meo Bichio*, & magis ad propoſitum tradit *Garz. de benefic. par. 3. cap. 6. num. 115.* Nihilominus quia dictus Filicaia acceptauit titulum ex ſui natura reſolubilem, vnde cogitare potuit fructus ad Ferrettum ſpectare poſſe, præſertim dum ipſi ante fructuum recollectionem fuit à Ferretto iudicialiter intimata reintegratio Portici, videtur
8 in eo mala fides adeſſe, propter quam reſoluto titulo intrat obligatio reſtitutionis fructuũ vſque ab initio perceptorum *l. fructus non modo 33. ff. de rei vendic. Sanchez ſuper decal. lib. 2. cap. 23. num. 4. Larr. deciſ. 76. num. 4. & 35. Rot. deciſ. 3. numer. 40. par. 7. rec.* & fuit dictum in *Mediolanen. Penſionis 27. Iun. 1646. §. mala fides coram R. P. D. meo Bichio.*

Quare ſicuti Ferretus pro horum fructuũ reſtitutione agere poſſet contra Filicaiam, ita poteſt ſe conuertere contra Graſſum tertium illorum poſſeſſorem ad *trad. per Aria de Meſa var. reſol. lib. 3. cap. 50. num. 25. in fin. Anton. Fab. in l. 3. §. hæres ff. commod. Rot. d. deciſ. 3. numer. 21. verſ. nec ſuffragatur p. 7. rec. & in d. Mediolanen. Penſionis 27. Iun. 1646. coram R. P. D. meo Bichio §. Idque procedit.* Non attento an fructus ſint conſumpti nec ne, quia hoc eſſet momenti quãdo peterentur acceſſoriè propter malam fidẽ percipientis; at vbi, vt in præſenti caſu petũ-
10 tur principaliter ratione tituli, & dominij, reſtituendi ſunt quatenus extant, ſin minus reſtituendum eſt illorum pretium, ad quod agitur eadem actione, qua actum fuiſſet ad ipſos fructus ſi extarent ex plenè deductis in Ciuitatis *Caſtelli ſupplementi legitimæ 23. Martij 1640. coram bo. me. Merlino.*

Et ità vtraque &c.

BONONIEN. FIDEICOMMISSI DE RVBEIS.

Veneris 26. Februarij 1649.

ARGVMENTVM.

Hæres non docens de Inuentario legitimè confecto tenetur de proprio erga omnes creditores hæreditarios.

SVMMARIVM.

1 *Inuentarium hæredis non ſuffragatur cohæredi, niſi ſit factum eius nomine.*
2 *Hæres non conficiens inuentarium tenetur de proprio erga creditores hæreditarios.*
3 *Hæreditatis repudiatio per minorem facta cenſetur reuocata ſi maior factus immiſceat ſe hæreditati.*
4 *Inuentarium præſeruat hæredem à damno, non autem ei parat lucrum cum aliorum iactura.*
5 *Sororem dotare iuri ſanguinis congruit.*
6 *Creditor habens ſpecialem hypothecam non poteſt agere ad bona ſibi generaliter obligata niſi prius facta excuſſione bonorum in ſpecie obligatorum.*
7 *Lites nonas, & difficiles circuitos ſubire nemo cogitur.*

DECISIO DCCCXIX.

DOMINI non obſtante inuentario nuper producto per filios, & hæredes q. Tiberij de Rubeis ſteterunt in deciſis ſub 11. Martij præteriti, quo fuit dictum illos teneri etiã de Proprio ad conſeruationem indemnitatis, & liberationem moleſtiarum Comitibus de Vrſis in vim fideicommiſſi qq. Minij, & Neſtoris illatarum à Iacobo deRubeis ſuper prędio, quod olim d. q. Tiberius pretio librarũ 15. mil vendidit Henrico dd. Comitum Patri, & auctori. Quandoquidem dictum in-
1 uentarium nullatenus ſuffragari poteſt Ioanni Galeatio alteri ex filiis, & hæredibus prædictis, cùm non legatur eius nomine factum,
2 ac proinde ille, ſiue eius hæreditas tenetur de proprio erga omnes creditores hæreditarios dicti Tiberij *iux.tex.in l. fin. §. & ſi præfatam C. de iur.delib.vb. Alberic.ſub num.7. Salyc.ſub n.14. Roland.de inuent.q.26.per tot. latè Rot.penes bo. me. Buratt.dec.521.n.7.verſ.nec inuentarium.*

3 Nec releuat repudiatio hæreditatis paternæ per eum tunc minorem facta ſub 10. Decembris 1603. quia poſtmodum factus maior declarauit ſe hæredem re, & verbis alienando cenſum hæreditarium vt apparet ex publicis inſtrumentis celebratis ſub 14. Ianuarij & 15. Septembris 1622. quæ planè ſufficiunt ad cõuincendam reuocationem dictæ repudiationis, & ad obligandum illum tanquã hęredẽ, *l.ſi filius 12.in princ.ff.de interrogat.act.& l.fin.C.de repud.vel abſt.hæred.Rot.deciſ.96.num.9. verſ. tum. quia & ſeq. p.6.rec.*

Cœteris autem filijs,& hæredibus eiuſdem Tiberij nempè Ludouico, Philippo Mariæ, minus ſuffragari poteſt pro rata commodi ad ipſos in effectu delati ex contractu prædictæ emptionis, & venditionis celebrato inter di-
4 ctos Tiberium, & Henricum; Nam inuentarium hæredem præſeruat à damno, non autem ei lucrum parat, cum aliorum iactura, vt inquit *Surd.deciſ.30. ſub num. 13. verſ. inuentum eſt enim & ſeq.Rot. penes Card. Mantic. deciſ.306. num.1.penes ſa.me.Greg.XV.deciſ.418.num.6.verſ. nec releuat,& ſeq.int.diuerſ.deciſ.270. num.4. verſ. hoc enim beneficium p.4.& int.recent. deciſ.351.ſub num.3.& deciſ.668.ſub num.5.par.4.* Vnde cùm ex publicis inſtrumentis conſtet eos ad proprium commodum alienaſſe pro libr. 7.mil. duos cenſus ab Henrico emptore Tiberio võditori aſſignatos in computum pretij d. prędij, nec non ratificaſſe venditionem à prędicto Tiberio factam Marchioni Cæſari de Pepulis de terreno trigintatrium tornaturarum, quod ex ſpeciali conuentione per Henricum fuerat redemptum ad computum dicti pretij pro libris 4. mil. & ſtare debebat pro multiplico, & regreſſu eiuſdem Henrici emptoris; vtique pro iſtis libris 11.mil. hæreditarijs in proprios vſus cõſumptis tenentur de proprio, etiamſi nihil in hæreditate ſupereſſet, nec excuſantur per inuentarium ex ſupra deductis.

Non obſtat, quod pretium ex dictis cenſibus redactum prætendatur conuerſum in ſolutione æris alieni per dictos hæredes contracti pro dotibus filiarum Tiberij, quæ ad debitum hæreditatis illius ſunt referendæ, quia allegata pecuniarum verſio in cauſam ab ipſis hæredibus aſſertam in dicto inſtrumento alienationis cenſuum non iuſtificatur, & caſu quo iuſtificaretur nequaquam præiudicaret Vrſis; quippe ſi vires hæreditaris paternæ non ſuppeditabant pro dotandis Sororibus, imputent ſibi fratres, qui pro illis
5 ſoluendis debita contraxerunt, quamuis peregerint id quod iuri ſanguinis congruebat, vt poſt alios probat *Surd.de alim.tit.1. quæſt.25. num.9.verſ.ſicut autem & ſeq.* atque ideo non licuit eis ſatisfacere de bonis Vrſi extranei pro eius etiam indemnitate ſpecialiter hypothecatis.

6 Minus obſtat, quod dicatur Vrſos non eſſe audiẽdos niſi facta prius excuſſione multiplici ſpecialiter obligati pro euictione prædij, de quo agitur, *iux. tex. in l.2. C.de pignor. Roman.conſ.187.num.2. verſ. ſecundo quia Crauett. conſ.77.num.16. Gabr.conſ.41. num.5. lib.2. Surd. conſ.495.num.9.* Quoniam dicti de Rubeis nõ probant quod multiplicum iſtud fuerit factũ prout probare tenentur dum in eo ſe fundant; Et conuentio inita inter Tiberium, & Marchionem Pepulum de illo conficiendo non releuat, eum aliud ſit promiſſio de faciendo, aliud implementum facti promiſſi: Nec deciſio in *Bononien. fideicommiſſi de Rubeis emanata coram R. P. D. meo Peutingerio 27. Ianuar. 1644. §. fin.* firmat huiuſmodi muliplicum fuiſſe factum; nam dicit quod calculatis fructibus ad rationem ibi contemplatam, multiplicum potuiſſet impleri de anno 1632. & ſic loquitur de poſſibilitate tantùm, non autem de vera & reali perfectione illius.

Demum non obſtat, quod ſaltem reſpectu librarum 4. mil. quæ fuerunt erogatæ pro recuperatione prędicti terreni deinde venditi d. Marchioni de Pepulis, teneantur Vrſi iuribus ſuis vti contra illius poſſeſſores vtpotè ſpecialiter obligati pro euictione prædij, de quo agitur; quia cum dicti de Rubeis iam ſuper eodem terreno conuetionem fecerint mediatibus publicis inſtrumentis ſupradictis, nec non poſtea pro illius vendicatione vna cum Iacobo de Rubeis nepote iudicium inſtituerint, idemque Iacobus ſententias fauorabiles reportauerit, æquum non eſt, quod prædicti Comites de Vrſis modo cogantur nouas lites
5 difficileſque ſubire circuitus ad *tex. in l. ne in arbitris 4. in fin.C.de arbitr. Clemen. Auditor vbi gloſſ.in verb.circuitus de reſcript.Rot.deciſ.770. n.1. verſ.& lex abhorret par.2.rec.*

Et ità vtraque &c.

Digitized by Google

COMEN. CAPELLAE.

Ven. 26. Februarij 1649.

ARGVMENTVM.

Habetur in alia præcedenti deciſione huius cauſæ edita 27. Aprilis 1648.

SVMMARIVM.

1 *Inſtitutio debetur habenti pro ſe maiorem numerum vocum.*

2 *Ratificatio in præiudicium tertij re non integra non ſuffragatur.*

3 *Qualitas hæreditaria, & ius deſcendenti a iuſtificantur ex probatione aliquem fuiſſe in gradu ſucceſſibili, & vt compatronum agnitum & admiſſum per indubitatum ſucceſſorem ad præſentandum.*

4 *Verbum, deſcendens, in enunciatiua præſentationũ accipitur demonſtratiuè, non taxatiuè.*

5 *Clauſula, omni meliori modo, facit ſuſtinere actum etiam vltra expreſſa.*

6 *Approbatio, ſiue adheſio compatroni iudicari debet tanquam principalis præſentatio, & tanquam talis ſuſtineri, licet actus approbatus ſuſtineri non poſſit.*

7 *Præſentatus in paritate vocum qui obtinuit gratificationem ab Ordinario debet inſtitui perinde ac ſi ſolus fuiſſet præſentatus.*

DECISIO DCCCXX.

ITERVM Domini dixerunt Polattam nõ eſſe inſtituendum in beneficio patronali, de quo agitur, & ſic ſteterunt in deciſis ſub 27. Aprilis 1648. quia adhuc ſubſiſtere viſum fuit, quod hoc Iuſpatronatus vti hæreditariũ per mortem Valerij Buſiæ olim vnici Patroni deuolutum fuerit ad quatuor eius filios, nempe Lucretiam, Aureliam, Catharinam, & Flaminiam, & per conſequens diuiſum in quatuor voces, quarum vna, ſcilicet vox Lucretiæ hodie ſpectat ad Antoniam eius filiam & ad Lucretiam iuniorem eiuſdem ex Franciſca altera filia neptem; altera vox Aureliæ pertinet ad Hieronymum, Camillam, & Aureliam iuniorem eius ex Petro Aloyſio filio nepotes; Reliquæ verò voces ſcilicet Catharinæ, & Flaminij ſpectant æqualiter ad Ioannem Antonium, & Magdalenam eiuſdem Catharinę filios, & reſpectiuè nepotes d. Flaminij. Cumque Polatta non fuerit præſentatus ab alijs, quàm à prædicta Magdalena, quæ habet vnam dumtaxat vocem non meretur
1 inſtitui in concurſu Turriani præſentati à cęteris omnibus Compatronis, & ſic habentis pro ſe maiorem numerum vocum vt præter *alleg. in deciſione §. quibus ita ſtantibus, tradit gloſſ. in cap. 3. verb. qui maioribus de iurepatr. Rot. deciſ. 633. num. 10. verſ. & ita gratia & deciſ. 942. nu. 1. & ſeq. coram bo. me. Buratt. & in Mutinen. Beneficij 27. Martij 1648. §. nec releuat coram R. P. D. meo Arguelles.*

Non obſtat, quod Polatta prætendat vocem Ioannis Antonij computandam fore ad ſui fauorem, ex quo iſte conſtituerat Procuratorem ad præſentandum, qui præſentauit Polattam; nam prius quam procurator deueniret ad actum præſentationis Ioannes Antonius reuocauit mandatum, & adhæſit præſentationi de Turriano factæ à Compatronis; Et licèt poſtmodum idem Ioannes Antonius reuocauerit etiam actum adhæſionis, & approbauerit præſentationem de Polatta antea factam in vim mandati reuocati, tamen hu-
2 iuſmodi approbatio illi non ſuffragatur, cùm emanauerit re amplius non integra, ſcilicet poſtquam fuerat ius quæſitum Turriano, cui propterea nullum fuit illatum præiudicium ex congeſtis in *deciſ. §. nec quicquam facit.*

Minus ſubſiſtit, quod Lucretia, & Aurelia ſeniores, ac deſcendentes illarũ non probẽtur
3 hæredes prædicti Valerij, quia cum prędictę Lucretia, & Aurelia eſſent filiæ eiuſdem Valerij, & proinde tã ipſę, quàm earũ deſcendentes in gradu ſucceſſibili exiſterẽt *iux. tex. in l. fin. C. de ſuis & legit. hæred. & in §. 1. Auth. de hæred. ab inteſt. venient.* hiq; fuerint agniti in Cõpatronos, & tanquam tales admiſſi per d. Ioannem Antonium indubitatum ſucceſſorem, ad præſentandum, vt patet ex dicto actu adhæſionis; hinc vtique iuſtificatur qualitas hæreditaria, & ius dd. deſcendentium *Rot. penes Seraph. deciſ. 824. ſub num. 5. verſ. & eo magis ſa: me: Gregor. XV. deciſ. 452. num. 15. verſ. ſed vtcunque ſit, & in rec. deciſ. 265. ſub num. 2. verſ. quia reſpondetur p. 3. & deciſ. 96. num. 10. verſ. ex quo & num. 12. verſ. tum etiam quia par. 6.*

Neque releuat, quod præſentantes Turrianum in ſuis præſentationibus expreſſerint ſe deſcendentes Valerij ex linea fœminina ob defectum maſculorum; Vndè prætenditur ipſos tanquam deſcendentes præſentaſſe, & conſequenter Ioannem Antonium, qui adhærendo illos admiſit in Compatronos ſub eadem qualitate deſcendentiæ, potuiſſe ſubinde reuocare adhæſionem vtpote erroneam, cum Iuſpręſentandi in hoc caſu non pertineat ad deſcendentes, ſed ad hæredes; quia expreſſio deſcendentiæ non excludit qualitatem hęreditariam, cùm poſſit ſtare ſimul, vt paſſim contingit, quod quis ſit deſcendens, & hæres, ideoque illud verbum, deſcendentes, accipiẽ-
4 dum eſt demonſtratiuè, non autem taxatiuè, ſcilicet quod illi, qui præſentarunt ſunt deſcendentes, non autem quod tanquam tales præſentauerint vt in puncto conſiderauit *Rot. coram Reuerendiſſ. Vrgellen. deciſ. 173. num. 4. & in dicta Florentina Iuriſpatronatus 14. Februar. 1639. coram bo. me. Merlino.* Maximè quando, prout
5 hìc præſentationes fuerunt factæ omnibus melioribus modis &c. cùm hæc verba apertè declarent intentionem præſentantium fuiſſe illas facere validiori modo quo poſſunt ſuſtineri, nec ſe reſtringere ad ſolam qualitatem expreſſam ad *trad. per Surd. conſ. 428. num. 19. & conſ. 450. num. 23. Rot. penes ſan. me. Greg. XV. deciſ. 204. num. 19. Buratt. deciſ. 316. num. 16.* Propterea adhæſio Ioannis Antonij re amplius non in-

tegra reuocari non potuit ſub prætextu quod eſſet erronea, quia reuera talis non detegitur ex prædictis.

Et in omnem caſum, quatenus etiam prędicti deſcendentes non probarentur hæredes d. Valerij, & propterea eorum præſentationes non ſubſiſterent; adhuc tamen ſuffragaretur Turriano approbatio facta per dictum Ioannem Antonium indubitatum patronum pro certa portione ad præſentandum, quandoquidem iſte non ſolum adhæſit præſentationi aliorum Compatronorum, ſed vltro in Beneficiatum elegit, & nominauit eumdem
6 Turrianum, vnde huiuſmodi adhæſio, ſeu approbatio iudicari debet tanquam principalis præſentatio, & tanquam talis ſuſtineri, etiãſi actus approbatus ſuſtineri non poſſet vt in ſimilibus terminis probat *Bald. in l. ſi liqueat nu. 2. C. de inoff. donat.* & *admiſſum fuit in Romana de Millinis 15. Decembris 1645. coram R. P. D. meo Cerro §. Quibus non obſtat verſ. quicquid ſocus &c.* Et
7 conſequenter cùm Ioannes Antonius habeat ius æquale, paremque vocem cum Magdalena, quæ præſentauit Polattam, locus erat gratificationi, quam cum obtinuerit Turrianus ex ſententia, & immiſſione Ordinarij, ipſe adhuc inſtitui debet perinde ac ſi ſolus fuiſſet præſentatus *Clem. plures §. fin. vbi Vitalin. ſub n. 4. de Iurepatr. Rot. penes Caualer. deciſ. 517. num. 7. & deciſ. 519. n. 4. & in alijs relatis per Add. ad bo. me. Buratt. deciſ. 651. ſub num. 12.*

Et ita vtraque &c.

ROMANA CENSVS.

Mercurij 13. Martij 1649.

ARGVMENTVM.

Creditor ſicuti poteſt propria authoritate capepere poſſeſſionem bonorum debitoris vigore præcatij in Inſtrumēto appoſiti etiam contra ſingulares ſucceſſores & tertios poſſeſſores, ita facilius poteſt petere aſſociationem.

SVMMARIVM.

1 *Aſſociatio debet concedi habenti facultatem apprehendendi poſſeſſionem propria authoritate in Inſtrumento cenſus.*

2 *Mater & Tutrix, licet ante ſuſceptionem tutela ſolemnia non adimpleuerit, poteſt pro credito neceſſario dotis agere, & multo magis mediante curatore ſpeciali cum decreto Iudicis, & conſenſu conſanguineorum conſtituto.*

3 *Contractus colebratus ſine interuentu pupilli 10. annorum irritus eſt, niſi ſit neceſſarius, & vtilis ipſo pupillo.*

4 *Tutrix præſumitur ſibi ſatisfeciſſe de ſua dote, ſi conſtet ad eam perueniſſe tot pecunias ex quibus commodè ſatisfieri potuerit.*

5 *Mulier pro ſua dote poteſt ſatisfieri de bonis fideicommiſſarijs, nec tenetur recipere bona libera debitis obnoxia, vel ex quorum venditiona non poteſt conſuli proprijs indigentijs.*

6 *Exceptio debet eſſe certa, & ineuitabilis adhoc vt valeat impedire immiſſionem.*

DECISIO DCCCXXI.

DOMINI perſiſtendo in deciſis ſub die 22. Maij pręteriti coram Reuerendiſs. D. Epiſcopo Terracinen.; reſoluerunt, filijs & hæredibus q. Renati de Marerijs concedendam eſſe aſſociationem ad Caſale Aguzani poſſeſſum à Marchione & Fratribus de Maximis; Quoniam intentio prędictorum de Marerijs fundatur in publico inſtrumento cenſus ſolemniter celebrato cum ampliſſimis clauſulis, quę cùm pręſeferant facultatem ad fauorem dicti Renati emptoris cenſus, eiuſq;
1 hæredum apprehendendi propria actoritate poſſeſſionem d. Caſalis, multo magis ſufficiũt ad obtinendam aſſociationem à Iudice; *iuxta tex. in l. 3. vbi Cyn. Bart. cæteriq; Doct. C. de pign. Cenc. de cenſ. q. 58. num. 35. & 36. & q. 94. num. 13. verſ. regulare antea eſt & num. 14. Rot. in recent. deciſ. 338. num. 1. par. 1. in Bituntina Cenſus 27. Nouembris 1645. coram R. P. D. meo Corrado in §. 1.* & latè in *Romana Cenſus 26. Iuny 1647. coram R. P. D. meo Bichio.*

2 Nec obſtat, quod dictum inſtrumentum non fuerit celebratum cum Carolo Franciſco tunc pupillo, ſed cum Curatore illi per Iudicem deputato ad inſtantiam Camillæ matris tamquam tutricis, quæ adhuc non confecerat inuentarium, nec cętera ſolemnia pro ſuſceptione tutelę adimpleuerat, & de proprio intereſſe tractabat; Quia cùm ageretur de reſtituenda parte dotis ei debitę, ac proinde de ſolutione debiti neceſſarij, ſicut illa per ſe ipſam validè potuiſſet palam, ac bona fide id agere, multo ſanè magis mediante Curatore ſpeciali cum decreto Iudicis, & conſenſu Conſanguineorum cōſtituto facere potuit *l. pupillus §. item ipſe tutor verſ. ſanè,* & ibi *gloſſ. in verb. palam ff. de auct. & conſenſ. tut. l. non exiſtimo §. & multum refert ff. de adminiſtr. & pericul. tut. & curat.* & fuit dictum in *Romana de Coſciaris 13. Ianuarij 1599. coram Orano penes Zacch. de oblig. Cam. deciſ. 111. num. 12. verſ. & quando,* & alijs relatis *in Romana fideicommiſſi de Coſciaris 16. Martii 1643. coram R. P. D. meo Corrado in §. quia ſolemnitas verſ. & omnia geſta fuerunt.* Eſto quod non dum confeciſſet inuentarium *Rot. coram ſa. me. Greg. XV. deciſ. 31. num. 4. verſ. non obſtat quod obiiciantur & ſeqq.* & ibi *Add. litt. B.* refert concordantes & *coram Buratt. deciſ. 344. num. 21. verſ. & demum & deciſ. 526. num. 8. verſ. non obſtat quod non conſtet.*

3 Minus releuat, quod in eodem inſtrumento non interuenerit d. pupillus, qui interuenire debebat ex eo quia iam erat in decimo eius ætatis anno conſtitutus vt dixit *Rot. in Bonon. de Berois 23. Iunii 1642. coram R. P. D. meo Roias §. non obſtat quod in ſecunda &c.* quia non ideo irritari debet quando cōſtat actum fuiſſe neceſſarium, vel vtilem pupillo, vt in hoc caſu, in quo ex eodem inſtrumento probatur

pre-

Digitized by Google

pretium dicti cenſus ſtatim fuiſſe conuerſum in extinctionem æris alieni paterni, ac proinde non videtur legi contrauentum *l. ſi pupillorum §.fin.l.non ſit l.penult.§.1.ff.de reb. cor. l.vtere C.de præd.minor. Rot.coram ſa.me.Gregor.XV.d.deciſ. 31.num.9. verſ.non obſtat quod non interuenerit,* & in his terminis benè procedit *deciſ.in Romana Pecuniaria 18.Aprilis 1614.coram bo.me: Manzanedo,& in Romana Mercedis 9.Iunij 1621.coram eodem in recent. deciſ.296. numer. 2. & 3. part.4. tom.2.*

Deinde non obſtat, quod dotis creditum iam ſatisfactum eſſe potuerit ex bonis hæredi-
4 tarijs mariti, quæ Camilla tamquam tutrix adminiſtrauerat, *Gratian.diſcept.129. num.21. & ſeqq.Rot.in Romana ſeu Viterbien. reſtitutionis dotis 8.Februarij 1627. coram bo.me. Card. Virili,* quoniam hæc exceptio non iuſtificatur prout neceſſarium eſſet, probando videlicet ad eam perueniſſe tot pecunias, ex quibus commodè ſatisfieri potuerit iuxta veriorem & communiorem opinionem, quam reiecta contraria *Soccin.ſen.conſ.180.lib.2.* & ſequacium, ſequuta fuit *Rota apud Sarnen.deciſ.66. lib.1. Put. deciſ. 141.num.1.lib.1.Seraph.deciſ.1455.num.1. & int. diuerſ.deciſ.1055.lib.3.par.3.Buratt.deciſ.862.n.3. Duran. deciſ.347. num.19. & in Fanen. Dotis 17. Martij 1642.coram R.P.D. meo Cerro §.minus obſtat ſecundum;* Immo potius eliditur ex breui temporis interuallo à morte viri vſque ad celebrationem dicti Inſtrumenti cenſus, & ex quantitate dotis, ideoque attendi non debet, vt fuit dictum *in S. Seuerini Dotis 16. Decembris 1619. coram bo. me. Vbaldo in rec. deciſ.159. num.7. verſ.nec refragatur & ſeqq.par.4. tom.2.* & ſæpe in alijs.

Poſtremo nihil facit quod prædictum Caſale tanquam ſubiectum fideicommiſſo ordinato per q.Franciſcum de Salamonibus cum expreſſa prohibitione alienationis non poſſet
5 cenſui ſupponi, præſertim extante quadam domo libera in via Ripottæ empta per Ioannem Baptiſtam Maritum Camillæ, ac patrem pupilli pretio ſc. 1500. in qua poterat Camillæ ſatisfieri; nam cum ageretur de reſtituenda dote debita per deſcendentem Teſtatoris, validè ſuper dicto Caſale cenſus imponi potuit non obſtante fideicommiſſo *per tex. vulg. in Auth. res quæ C. com.de leg.* Nec enim tenebatur Camilla Creditrix in pecunia domum illam recipere, quam non conſtat eiuſmodi fuiſſe, vt ex eius prompta venditione proprijs indigentijs conſuli poſſet: Immò ex lectura Inſtrumẽti illius emptionis relati *in Sum. Marchionis, & fratrum de Maximis ſub num.5.* apparet illam fuiſſe anterioribus cenſibus, & hypothecis obnoxiam *Rota penes Card.Mant.dec.152. num.5. verſ. & ſi quis dixerit,* & fuit dictum *in Romana fideicommiſſi de Zuccaris 14. Nou. 1639. coram Me §.nec dicatur,* & in alijs relatis *in Romana Dotis 23. Iunij 1645. coram R.P.D. meo Ottinobono §. Demum non obſtat.*

Præter quod exceptio hæc in alio iudicio adhuc pendente, deducta, ac etiam ratione detractionum multipliciter controuerſa, non poteſt modo deduci ad conuincendam In-
6 ſtrumenti nullitatem, quæ cum non ſit certa & ineuitabilis, petitam immiſſionem, ſiue aſſociationem impedire non valet *Rota in Bonon. de Lambertinis 11. Martij 1620. coram bon. mem. Manzanedo deciſ.187.nu.5.verſ.quæ omnia & ſeqq. vſque ad fin.par.4. tom.2. recent.* & penes *Buratt. deciſ.553.ſub num.3.verſ.nam omiſſa reſponſione & ſeqq.* & in his terminis fuit concluſum *in dicta Romana Cenſus 26. Iunij 1647. coram R.P.D. meo Bichio in §.ſolum excitata fuit difficultas vſq; in fin.*

Et ità deciſum &c.

VERCELLEN. PENSIONIS.

Merc. 17. Martij 1649.

ARGVMENTVM.

Audiri quis non debet in petitorio, donec poſſeſſorium ab altera parte intentatum omninò terminatum non ſit.

SVMMARIVM.

1 *Petitorium remanet ſuſpenſum, donec poſſeſſorium terminetur.*

2 *Titularis negans ſoluere penſionem ex cauſa reſignationis reſeruatam ſpoliat, ideò non debet audiri in petitorio antequam ſatisfecerit in poſſeſſorio.*

3 *Penſio extinguitur per dimiſſionem beneficij declara num.5.*

4 *Reſignans non poteſt cogi ad ſolutionem penſionis beneficij reſignati.*

6 *Vicarius Epiſcopi non habet facultatem recipiendi reſignationes.*

DECISIO DCCCXXII.

PRAEVIA deciſione emanata coram Me ſub die 1. Iunij 1643. Rota conceſſit Sigiſmundo Salomonio mandatum de manutenendo in quaſi poſſeſſione exigendi à Cæſare Blandrate penſionem ducatorum centum ad fauorem ipſius Sigiſmundi reſeruatam ex cauſa reſignationis Canonicatus Eccleſiæ Vercelleñ per eundem Sigiſmundum factæ ad fauorem Mauritij Solarij anteceſſoris d. Cæſaris: Dictumque mandatum de manutenendo tamquam validum, & iuſtum in alia deciſione edita ſub die 1. Iulij 1644. confirmauit ad effectum relaxandi declaratoriam, quæ poſtmodum relaxata fuit, ex quo Cæſar huic mandato non obtemperauerat; Quamobrem Cæſar ad euitandas cenſuras ſoluit terminos penſionis vſque tunc decurſos, nec non etiam ad eximendum ſe deinceps à ſolutione dictæ penſionis, ſub die 8. Septembris 1645. dimiſit d. Canonicatum, & deinde inſtetit declarari per Rotam ſe amplius non teneri ad ſolutionem penſionis. Verum quia huiuſmodi inſtantiæ ſe oppoſuit Sigiſmundus proteſtando Cæſarem non eſſe audiendum ſuper tali prætenſione niſi poſtquam paruerit mandato rotali; hodie propoſui dubium, An Cæſar ſit audiendus, & teneatur ſoluere penſionem,

ſionem, ſed Domini reſpondendo ſolum ad illius primam partem dixerunt Cæſarem non eſſe audiendum.

Ea ratione moti, quia Cæſar recuſat ſoluere Sigiſmundo vigore d. mandati de manutenendo reliquos terminos penſionis hactenus decurſos; Ideircò cum Iudicium poſſeſſorium retinendæ adhuc non ſit terminatum ipſe non debet audiri ſuper dicta prætenſione, quia illa concernit petitorium, quod rema-
1 net ſuſpenſum, donec poſſeſſorium ab altera parte intentatum, omninò terminatum ſit, nè detur Iudiciorum inculcatio *cap. paſtoralis*, ibi, *ne litis litibus inculcentur de cauſ. poſſ. & prop.* & in terminis poſſeſſorij retinendæ tenuit *Rot. deciſ. 64. nu. 5. par. 2. diuerſ. & coram Card. Mantic. deciſ. 328. num. 3. §. ſecundo dicta ſententia &c. & in Romana Cenſus 8. Februarij 1587. coram Robuſterio impreſſ. penes Cene. de cenſ. deciſ. 232. nu. 3. & 4.*

Multoq; magis ſuſpenſio petitorij ſibi locum vendicat in præſenti caſu in quo non agitur de ſimplici iudicio poſſeſſorio retinendæ, ſed de iudicio retinendæ, quod implicitè
2 continet ſpolium, quoniam titularis negans ſoluere penſionem ex cauſa reſignationis reſeruatam, dicitur ſpoliare reſignantem eius poſſeſſione naturali, ideò non debet audiri in petitorio antequam plenè ſatisfecerit in poſſeſſorio *iux. trad. per Rotam coram Cæſar. de Graſſ. deciſ. 2. num. 5. verſ. quia dicebant de reſtit. ſpoliat.* & in his terminis fuit reſolutum *in Anagnina Penſionis 18. Martij 1630. coram Eminentiſſ. D. Card. Verospio in verſ. cum enim ex parte penſionarij, & inf. verſ. ex quo enim Iudicium manutentionis &c.*

3 Non obſtat quod dicatur d. penſionem fuiſſe extinctam per dictam dimiſſionem Canonicatus à Cæſare factam *Cambar. de auct. leg. lib. 6. num. 483. ad med. Barboſ. de exigen. penſ. par. 1. qu. 10. num. 12. & in fin. quæſt.* & proinde ipſum
4 non poſſe amplius cogi ad illius penſionis ſolutionem *Poſth. de manut. obſeruat. 64. num. 6. & 7. Rota in Cæſarauguſtana Veſtiarij 27. Martij 1626. coram bo. me. Pirouano*. Nam vltra quod iſta exceptio reſpicit petitorium, & ſic ſecundam dubij partem, quam Domini aggredi noluerunt donec Cæſar in Iudicio poſſeſſorio par-
5 uerit mandatis rotalibus; dicta dimiſſio fuit nullius roboris ad effectum extinguendi dictam penſionem, non ſolum quia illa non fuit pura, & abſoluta, ſed quoad ſolam poſſeſſionem, reſeruatis iuribus in petitorio, cum tamen ad d. effectum requiratur omnimoda tituli abdicatio, ita quod alteri liberè, & irreuocabilitèr conferri valeat, vt dixit *Rota in Ciuitatis Plebis Penſionis 15. Ian. 1616. coram bo. me. Card. Sacrato in §. ſecundo quia &c. cum alijs alleg. per Add. ad Buratt. deciſ. 528. num. 5. verſ. verum ad hoc &c.* ſed etiam quia facta fuit in ma-
6 nibus Prouicarij Epiſcopalis non habentis facultatem eam recipiendi, vt probatur *in cap. admonet ibique gloſ. in verb. dimittere de renunciat. Gaſp. Calderin. conſ. 3. eod. tit. Pariſ. de reſignat. lib. 7. qu. 10. ſub num. 38. verſ. quintò infertur, & qu. 24. à num. 1. vſque ad num. 16. Iacob. Strozz. de Vicar. Epiſc. lib. 2. qu. 130. num. 1. & ſeqq.*

Et ita vtraque &c.

ROMANA DOMORVM DE REGARDIS.

Mercurij 17. Martij 1649.

Argumentum ſumitur ex Summario.

SVMMARIVM.

1 *Sententiæ validæ, & iuſtæ debent executioni demandari.*
2 *Actorum non integra tranſportatio in prophanis non impedit exercitium iuriſdictionis Iudicis ad quem, ſed ſuſpendit executionem ſententiæ.*
3 *Proceſſus per edictum eſt nullus non conſtito de non tuto acceſſu.*
4 *Acceſſus non tuti probatio debet fieri ſpecialitèr reſpectu loci, vbi quis degit.*
5 *Saluianum non conceditur aduerſus creditorem, qui habet anteriorem hypothecam.*
6 *Solutio præſumitur ex taciturnitate longi temporis.*
7 *Mulier præter dotem nihil aliud præſumitur habere.*

DECISIO DCCCXXIII.

ITERVM Domini dixerunt conſtare de tribus conformibus exequendis, & ſic ſteterunt in deciſis ſub 15. Ianuarij proximipræteriti, quandoquidem conformitas non impugnatur, & patet ex lectura ipſarum trium
1 ſententiarum; Validitas verò; & iuſtitia, quæ reddunt illas exequibiles *per tex. in Clem. vt calumniis de re iudic.* & dixit *Rota deciſ. 38. n. 2. par. 7. rec.* adhuc viſæ fuerunt inconcuſſæ non obſtantibus hodie deductis pro parte Virginiæ, & filiorum de Ardinghellis.

Non enim infrigitur validitas ex eo quod cum cœteris actis non fuerit tranſportatum examen duorum Teſtium in præcedenti inſtantia coram A. C. factum ad probandum non tutum acceſſum; Quia in prophanis, qualis eſt cauſa iſta, in qua propterea non habet locum diſpoſitio Sac. Conc. Trid. ſeſſ. 24. cap. 20. de reformat. non integra tranſporta-
2 tio actorum non impedit exercitium iuriſdictionis Iudicis ad quem, ſed tantummodò ſuſpendit executionem ſententiæ donec diſcutiatur, an acta non tranſportata ſint releuantia pro concludenda iuſtitia, vel iniuſtitia illius ſententiæ, cuius ſunt acta omiſſa, & quando conſtat, prout in præſenti, ea non releuare, nullitas excluditur, vt benè explicauit *Rot. deciſ. 165. §. eſt tamen diuerſitas poſt Fenz. & in Romana Societatis Aſſictus 27. Martii 1647. §. hanc autem, verſ. vnde actis tranſportatis coram R. P. D. meo Arguelles*, & nouiſſimè *in Farfen. Bonorum 27. Nouembris 1648. coram R. P. D. meo Cerro*. Quod autem prædictum examen tunc in extractu omiſſum, & hodie ab Ardinghellis exhibitũ non releuet, patebit ex ſequentibus.

Subſiſtit pariter earumdem trium conformium Iuſtitia deprompta ex eo, quod illæ reuocant precedentem ſententiam A. C. tanquam nullam, & iniuſtam, ſiquidem nulli-
3 tas eſt irrefragabilis dũ ſententia fuit ab A. C.

pro-

Digitized by Google

prolata contra Ioannem de Regardis citatum per edictum non conſtito, quod ad locum eius domicilij non eſſet tutus acceſſus, prout in primis, & ante omnia conſtare debebat, vt præter *alleg. in deciſ. §. quod autem &c. dicit Rota in rec. dec. 70. num. 7. & ſeq. par. 7.* Et examen duorum teſtium, quod non eſſet ad Gallias
4 tutus acceſſus, non excuſat, cùm ſpecialiter reſpectu Ducatus Sabaudiæ vbi degebat dictus Ioannes iuſtificandum eſſet ſuppoſitum non tuti acceſſus, vt probatur *ex text. in Clemen. 1. §. quia verò,* ibi, *vel quorum domicilia, ſiue loca non poſſunt tutè, liberecuè adiri de iudic. Socein. de citat. art. 18. num. 6. verſ. adde tamen, Bocat. de litter. remiſſor. cap. vlt. num. 0. Iacob. de Laur. de Iudic. ſuſpect. cap. 13. num. 42. ad med.*

Iniuſtitia verò probatur ex eo, quod Virginia, & filij fuerunt immiſſi ex Saluiano in poſſeſſionem domorum, quæ in diſcuſſione bo-
5 norum Guillelmi ſenioris, & Franciſci de Sangallettis fuerãt adiudicatæ prædicto Ioanni, & alijs de Regardis vti creditoribus anterioribus, & ſic immiſſio fuit conceſſa aduerſus creditorem habentem anteriorem hypothecam quod eſt contra diſpoſitionem *text. in l. 2. & in l. potior 11. & l. creditor 12. ff. qui pot. in pign. hab. l. quoties 98. ff. de reg. iur. cap. qui prior 54. eod. tit. in 6. & dixit Rota penes Mantic. deciſ. 69. num. 1. & in alijs adductis per Statil. de Salu. interd. inſpect. 5. cap. vnic. ſub num. 6. & ſeqq.*

Nec prædictæ Virginiæ, & filijs ſuffragari poteſt anterioritas per eos prætenſa ex perſona Guillelmi iunioris ſibi coobligati, qui cum probetur hæres Caſſandræ vxoris dicti Franciſci Sangalletti remanet ratione dotis
6 eiuſdem Caſſandræ creditor anterior dictis de Regardis: Quoniam dos Caſſandræ præſumitur ſoluta, ex quo intra ſpatium 40. annorum decurſum à die diſſoluti per obitum viri, matrimonij illa nunquam fuit petita nec per ipſam Caſſandram, nec per eius hęredem, vt in terminis conſuluerunt, *Dec. conſ. 596. numer. 9. verſ. corroboratur, & ſeq. Calder. conſ. 23. numer. 5. poſt med. Corn. conſ. 277. num. 3. ante med. verſ. ideo non eſſet abſonum lib. 4. Crauett. conſ. 91. num. 10. Pariſ. conſ. 137. num. 12. lib. 4. Paſeth. conſ. 152. num. 13. Simon. de Pret. conſ. 68. num. 1. & ſeqq. Menoch. conſ. 457. num. 1. lib. 5. & latius conſ. 1257. nu. 9. & ſeqq. lib. 13. Bertazol. conſ. ciuil. 118. num. 6. cum plur. ſeq. Bellon. iun. conſ. 97. num. 6. Surd. deciſ. 105. numer. 4. Mantic. dec. 370. num. 2. circa fin. bon. mem. Buratt. deciſ. 98. num. 2. & prius fuit dictum in Romana fructuum Dotis 13. Ianuarij 1608. coram Cardinali Sacrato.*

Et hæc præſumptio tanto magis vrgere viſa fuit attẽto quod Franciſcus Caſſandræ maritus obijt decoctus, ad cuius propterea bona fuit factum vniuerſale iudicium concurſus creditorum, & inter eos prodijt ſententia graduatoria abſque eo, quod Caſſandra concurreret, vel peteret graduari pro ſuo credito dotali, quod ſanè ſuadet ipſam fuiſſe prius de illo ſatisfactam, cum non ſit veriſimile, quod illa permiſiſſet bona viri præoccupari à creditoribus poſterioribus in eius euidens præiudiciũ abſque vlla reclamatione.

Quæ potiſſimum corroborantur ex inuentario bonorum hæreditariorum eiuſdem Caſſandræ, in quo leguntur deſcripta bona non ſolum exequantia, ſed etiam excedentia ſummam dotis ſcut. 2. mil. quæ cenſeri debent ad Caſſandram perueniſſe ex ſubſtantijs mariti in cauſam reſtitutionis ſuæ dotis, nam mulier
7 nil aliud præter dotem habere præſumitur *ad trad. per Ang. conſ. 81. num. 2. poſt med. verſ. primo quia Honded. conſ. 91. num. 73. verſ. ſed in caſu, & duobus ſeqq. lib. 1. Rota coram ſan. mem. Gregor. XV. dec. 398. num. 5. & in Romana fideicommiſſi de Campagnolis 26. Iunij 1648. §. nec immiſſionem coram R. P. D. meo Peutingerio.*

Et ita vtraque &c.

BENEVENTANA QVARTAE.

Lunæ 19. Aprilis 1649.

ARGVMENTO

non indiget.

SVMMARIVM.

1 *Sententia nulla, vel iniuſta quamuis executiua eſt appellabilis ad effectum deuolutiuum, & ſuſpenſiuum.*

2 *Litteræ ſubreptitiæ non ſunt exequendæ.*

DECISIO DCCCXXIV.

D. Archiepiſcopus Beneuentanus impetratis ſub 5. Octobris 1646. à Sac. Congregatione Epiſcoporum quibuſdam litteris prouiſionalibus contra renitentes ſoluere eidem Archiepiſcopo Quartam Decimarum, de qua agitur, adiuit A. C. qui in executionem dd. litterarum declarauit Clerum, & Presbyteros Sancti Eliæ teneri ad ſolutionem, & ad aſportationem dictæ Quartæ, conſiſtentis in tumulis 180. frumenti, vſque ad Ciuitatem Beneuenti: Hinc Clerus, & Presbyteri prædicti appellarunt ad Sanctiſſimum, & obtinuerunt cauſam committi in Rota cum facultate inhibendi cauſa cognita; Vnde dato dubio, an, & quomodo eſſet inhibendum, Domini attenta iniuſtitia ſententiæ A. C. reſponderũt, inhibendum eſſe ad effectum deuolutiuum, &
1 ſuſpenſiuum, cùm ſententia nulla, vel iniuſta, quantumuis executiua ſemper ſit appellabilis ad vtrumque effectum, *cap. inter cætera de ſent. & re iudic. Rota dec. 147. n. 7. par. 7. recent.*

Iniuſtitia potiſſimum deducebatur ex eo, quod ſententia prædicta lata fuit in executionem prædictarum litterarum Sac. Congregationis, quæ emanarunt cum ſuppoſito, quod poſt primum decretum prouiſionale factum pro anno 1645. in quo reſernata fuit cuilibet ex partibus facultas vtendi de cętero iure ſuo, nullus adhuc reclamaſſet, nec iudicialiter proteſtatus fuiſſet, ibi: *Et hora venendo rappreſentato da V. S. che ninno di detti Cleri, & Vniuerſità doppo queſta riſolutione mai hanno reclamato, nè fatta*

pro-

Digitized by Google

proteſta alcuna giuditiale &c. quod reſpectu Cleri,& Presbyterorum Sancti Eliæ non ſubſiſtit, dum apertè conſtat illos nedum proteſtatos fuiſſe coram Notario, & teſtibus ſub hac forma, videlicet: *Il Clero proteſtando dice, che per obedire alla Sac. Congregatione paga coattè d. Quarta dell'anno* 1645. *ma eſpreſſamente ſi proteſta omnibus iuris, & facti remedys, che non intende continuare il contratto dell' affitto nell'auuenire, e che però Monſignore Arciueſcouo vtatur iure ſuo &c.* Sed etiam vocaſſe d. D. Archiepiſcopum in iudicium ſub diebus 30. Septembris 1645. & 19. Iulij 1646. coram A.C. ac litem contra eum inſtituiſſe ſuper prætenſione, quam habent nõ ſoluendi hanc Quartam eo modo, & forma vſque tunc ſeruata, atque prætenſa per ipſum Archiepiſcopum, ſed ſolùm in eiſdem ſpeciebus, in quibus verè exiguntur ab eiſdem Cle-
2 ro, & Presbyteris: Quamobrem litteræ prædictæ reddũtut obreptitiæ ex deductis in *Florentina Parochialis 26. Iunij 1647. coram R. P. D. meo Cerro, ac proinde non erant exequendæ, cap. ſuper litteris, vbi Felin. num.8.de reſcript. Rota in recent. deciſ.418. num.1. par.1. & dec.351. num.14. par. 6.*

Cœterum prædicta, & alia deducta per informantes pro Clero Domini ponderarunt ad effectum inhibendi tãtùm contrà prædictã ſententiã A.C. non autem ad effectum canonizandi ius Cleri, & Presbyterorum, minuſq; ad effectum illos eximendi à præſtatione, & tranſportatione integræ Quartæ annuæ totius exactionis in eiſdem ſpeciebus, in quibus exiguntur iuxta eorum confeſſionem, & diſpoſitionem iuris, nec ad effectum impediendi D. Archiepiſcopum, quin executiuè petere, & exigere queat in eiſdem ſpeciebus donec probet conſuetudinem exigendi in certa, & determinata quantitate.

Et ita vtraque &c.

CIVITATIS CASTELLANAE ATTENTATORVM.

Mercurij 5. Maij 1649.

ARGVMENTVM.

Pro purgatione attentatorum non ſuffragatur depoſitum vnius iulij cum oblatione ſoluendi reſiduum facta liquidatione, ſed requiritur realis purgatio vſque ad obulum.

SVMMARIVM.

1 *Depoſitum vnius iulij cum oblatione ſoluendi reſiduum facta liquidatione non ſuffragatur in iudicijs priuilegiatis, & num.7.*

2 *Liquidatio ſpectat ad eum, qui tenetur purgare attentata, vel debet impetrare commiſſionem in qua præfigatur Aduerſario terminus ad liquidandum.*

3 *Fructus præſumuntur percepti à poſſeſſore.*

4 *Attentans tenetur reſtituere fructus, quos percipere poterat.*

5 *Liquidatione non egent expenſæ in ſpecie probatæ per receptas Notariorum.*

6 *Expenſæ Procuratoris, & Copiſtæ adhibiti in Signatura Iuſtitiæ taxantur ad ſcuta quatuor.*

8 *Commiſſio cauſæ cum clauſula,* conſtito quod ſit locus Ægydianæ, *reddit attentatum quidquid intra terminum ad appellandum geſtum fuit.*

DECISIO DCCCXXV.

IVLIVS Cæſar Petronius ad effectum purgandi attentata, quæ commiſerat Agatha Pichinola eius nutrix, depoſuit expenſas mandati de reintegrando pro reuocatione dd. attentatorum relaxati, & iulium vnum cum obligatione ſoluendi reſiduum facta liquidatione, poſthæc inſtetit procedi ad vlteriora in negocio principali, cui inſtantiæ Reuerendiſſimus D. Tiberius, & Laurentius fratres de Petronijs ſe oppoſuerunt, pretendentes attentata non fuiſſe per prædicta ſufficienter purgata; vnde dedi dubium, an conſtet de ſufficienti purgatione attentatorum, & non conſtare
1 hodie reſolutum fuit, quia in iudicijs priuilegiatis, quale eſt iſtud attentatorum non ſuffragatur depoſitum vnius iulij cum oblatione ſoluendi reſiduum facta liquidatione, ſed requiritur realis, & omnimoda purgatio vſque ad obulum iux. doctrinam *Bald. in cap. conquerente de reſtit. ſpoliat.* quam ſequuta fuit *Rota coram Mohed. dec.17. eod. tit. de reſtit. ſpoliat. coram bon. mem. Buratt. dec.356. int. rec. deciſ.269. par.2.* & in alijs fusè relatis per *Add. ad ſan. mem. Gregor. XV. deciſ. 503. num.6.* Et ille qui vult purga-
2 re attentata tenetur liquidare quod venit reſtituendum, vel ſaltem debet impetrare commiſſionem, in qua profigatur terminus aduerſario ad liquidandum ad tradita per *Rot. coram Caputaq. deciſ.220. lib.1. Put. deciſ.143. lib.1. Seraph. deciſ. 1176. numer. 2. & per Adden. ad ſan. mem. Gregor. XV. d. dec. 503. num.6. verſ. & ſtylus eſt.*

Maximè quando, prout hic, purgatio conſiſtit in reſtitutione fructuum, & refectione expenſarum iudicialium, ac etiam extraiudicialium, dummodo de eis conſtet ſaltem in genere, quoniam tali caſu nullatenus admittitur depoſitum vnius iulij cum oblatione de qua ſupra, vt benè explicat idem *Adden. ad Greg. XV. d. dec. 503. num.6. verſ. prædicta de plano procedunt.*

Quod autem in præſenti ſint reſtituendi fructus probatur ex inſtrumento poſſeſſionis, quam Agatha attentatè accepit in vim mandati de immittendo ipſi ab A. C. conceſſi pro aſſecuratione ſuarum dotium, ex quo inſtrumento conſtat ipſam fuiſſe inter cœtera immiſſam in poſſeſſionem vnius petij terrę aratiuæ vna cum medietate etiam reſponſionis in eo exiſtentis quartarum quinque circiter frumenti, vnde reſtitutio harum quinq; quartarum frumenti, vel illarum æſtimatio con-
3 trouerti non poteſt, ſiue quia d. quartæ præſumuntur perceptę ab Agatha tunc poſſeditrice, vt fuit dictum in *Aquiſgranen. Canonica-*

tus

tus 22. Maij 1648. coram R. P. D. meo Cerro , & in
Melenitana Optionis 16. Aprilis prox. prat. coram
R.P.D. meo Peutingerio , ſiue quia attentans te-
4 netur reſtituere non ſolum fructus quos verè,
& realiter percepit, ſed etiam eos , quos perci-
pere poterat, *Herculan. de attent. cap. 21. num. 17.*
int. tract. magn. tom. 5. fol. 268. à tergo, Rota dec. 5.
num. 1. de reſtit. ſpoliat. in nou. Buratt. dec. 777. circa
fin. ibique Add. litt. B. & idem Add. dec. 642. n. 9.
& nouiſſimè in Oriolen. Decanatus 1. Iulij 1648. co-
ram R.P.D. meo Corrado .

Expenſę iudiciales pariter patent , nam D.
Tiberius,& frater occaſione dd. attentatorum
fuerunt coacti adire Iudicem,& coram eo iu-
ſtificare d. attentata mediante productione
publici inſtrumenti poſſeſſionis Agathę pro
quo expoſuerunt ſcuta ſex , & b. 30. ſubinde
obtinuerunt mandatum de redintegrando ,
pro quo pariter ſoluerunt ſcuta tria , & b. 30.
poſtmodum verò erogarunt alia ſcu. nouem,
& b. 70. pro rogitu inſtrumentorum poſ-
ſeſſionis apprehenſę in executionem d. man-
dati de reintegrando , quæ quidem expenſę
5 tamquam probatę in ſpecie per receptas No-
tariorum quibus fuerunt ſolutę prędictę ſum-
mę, non egent alia liquidatione .

Prout minus egent liquidatione expen-
ſę extraiudiciales conſiſtentes in mercede
6 Procuratoris , Copiſtę adhibiti in Signatu-
ra Iuſtitię ſemel adita ex cauſa eorumdem at-
tentatorum , quia huiuſmodi expenſę ſunt de
ſtylo taxatę ad ſcuta quatuor .

Nec facit,quod d. D. Tiberius,& frater plu-
ries informauerint eamdem Signaturam , &
quod in Procuratore, & Copiſta expenderint
ſcuta 23. quia vna tantùm Signatura fuit adita
occaſione dd. attentatorum , propterea illius
tantùm expenſę veniunt reficiendę, & qui-
dem ad ſummam de ſtylo taxatam,quę atten-
di debet , & non id , quod fuit vltro eroga-
tum .

Inſuper ſunt etiam reficiendæ aliæ expenſæ
tam iudiciales , quàm extraiudiciales , ſi quæ
adſunt legitimè factæ in Rota,& alibi ex cau-
7 ſa eorumdem attentatorum , quorum purga-
tio fieri debet vſque ad obulum ex ſupra de-
ductis, & de omnibus expenſis,vt fuit dictum
in Romana Vinea 9. Decembris 1648. coram R.P.D.
meo Rotas .

Cœterum licèt d. Iulius Cæſar controuer-
teret exiſtentiam attentatorum , tamen DD.
illa viſa fuit clara,& incontrouertibilis nedum
quia ipſe obtulit purgationem vnde reſultat
confeſſio,& agnitio attentatorum . Sed etiam
quia Agatha eius auctrix apprehendit poſſeſ-
ſionem intra decem dies datos ad appellan-
dum , & Signatura commiſit cauſam appella-
8 tionis cum clauſula, *Conſtito,quod ſit locus Aegy-*
diana , quod reſcriptum cùm ſit ſuſpenſiuum
exequutionis , & retrotrahatur ad diem ſen-
tentiæ , reddit attentatum quicquid intra ter-
minum ad appellandum geſtum fuit , vt de-
clarauit *Rota in Comen. Iuriſpatronatus 25. Iunij*
1646. §. quia hac concluſio coram R.P.D. meo Cor-
rado,& in Comen. Capellæ 14. Ianuarij 1648. §. Non
obſtat coram me .

MELEVITANA REDDITIONIS RATIONIS.

Veneris 14. Maij 1649.

ARGVMENTVM.

Ratio vt dicatur ſufficienter reddita factis cal-
culis debet reliquatus reſtitui .

SVMMARIVM.

1 *Perito iudicialiter electo ſtandum eſt* .
2 *Ratio non dicitur ſufficienter reddita niſi reſtituatur reliquatus* .
3 *Adminiſtrator tenetur ad intereſſe paſſum culpa ipſius* .
4 *Adminiſtratoris culpa , qui emit frumentum cariori pretio, probatur ſi oſtendatur, quod frumenta erant venalia viliori pretio.*
5 *Procurator,qui habet mandatũ cum clauſula,*prout eidem Procuratori magis expedire videbi-tur, *non tenetur pro culpa* .
6 *Dolus non præſumitur.*
7 *Teſtes de auditu , & auditu auditus nihil probant* .
8 *Teſtes examinati in Iudicio criminali pro informatione curiæ, non citata parte , non probant in ciuili etiam inter eaſdem partes* .
9 *Periti relatio excedens fines ſui officij in decernendis ijs , quæ pertinent ad Iudicem , non eſt attendenda* .

DECISIO DCCCXXVI.

DOMINI reſoluerunt non conſtare de
ſufficienti redditione rationis frumen-
torum , & pecuniarum , quæ peruenerunt ad
manus q. Auguſtini Borgi ad emenda fru-
menta deputati ab Vniuerſitatibus Ciuitatum
Vallettæ,Victorioſæ,Senglæ, & Melitæ; Nam
reſpectu frumentorum ex relatione Periti ad
reuidendas , & calculandas rationes de man-
dato Rotæ iudicialiter electi, cui proinde ſtan-
1 dum eſt ex latè congeſtis in *Romana redditionis*
rationis 5. Martij 1646. coram R.P.D. meo Peutin-
gerio , liquet penès dictum Auguſtinum re-
manſiſſe ſalmas 363. 6.4. frumenti ei in ma-
iori ſumma conſignatas ab eius in munere
anteceſſore,& ab Equite Aldobrandino ad ef-
fectum illas tranſmittendi dictis Vniuerſitati-
bus ; reſpectu verò pecuniarum ab eiſdem
Vniuerſitatibus ipſi traditarum ex eadem re-
latione apparet ipſum remanere debitorem re-
liquatus in ſumma ſcut. 7221. 5.19.3. ex qui-
bus demptis ſcut. 5000. nec non alijs ſc. 1030.
per dictum Auguſtinum reſpectiuè conſigna-
tis d. Equiti Aldobrandino receptori Religio-
nis Hieroſolymitanæ in Ciuitate Panormi, &
Petro Paulo Vincellæ eius in officio ſucceſ-
ſori , adhuc ipſe remanet debitor in ſumma
ſcut. 1191. 5.19.3. & propterea dici non poteſt
2 rationem fuiſſe ſufficienter redditam donec
non fuerint cum effectu conſignatæ d. ſalmæ
363. 6.4. frumenti , vel ſolutum illarum pre-
tium vna cum prędicta ſumma reſiduali ſcu-
tor.

Digitized by Google

tor.1191. 5.19.3. ad *text. in l.non ſolum §. libera-*
rationis verbo verſ. is , qui reddere , ff. de lib. legat.
l. quamuis, & l. cum ſeruus in fin. ff.de condit.& de-
monſtr. Menoch. de arbitr. iudic.lib.2.caſ.209. n.21.
& ſeq. Rota coram ſan.mem Gregor.XV. deciſ.554.
num.4. verſ. ſed hoc non obſtante , & fuit dictum in
Anconitana Mannæ 5. Iunij 1648. coram R, P. D.
meo Corrado §. reliqua &c.

Nec prædictæ ſummæ addi poteſt alia ſum-
ma in dicta relatione computata ad creditum
dd. Vniuerſitatũ propter intereſſe ab illis paſ-
3 ſum in emendo frumento cariori pretio cul-
pa Auguſtini , qui neglexit illud emere tem-
pore oportuno *iuxta trad. per Rota Ianuen. de-*
ciſ.50.num.4. Rota in recen. deciſ.565.num.2. & 3.
4 *par.4.tom.3.* Quia ad effectum, vt Auguſtinus
teneatur ad augmentum d. pretij,probandum
eſſet , quod ipſe habuerit occaſiones illud
emendi viliori pretio, *Rum.conſ.193.nu.8. Becc.*
conſ.37.num.20. Decian.conſ.85.nu.27. lib.2. Surd.
conſ.228.num.16. Rota in Romana redditionis com-
putorum 12. Iunij 1641. coram R.P.D. meo Roias ;
Quodque dolo emere omiſerit, cùm enim in
mandato ipſi dato ad emendum adſit clauſu-
5 la , prout eidem Procuratori magis expedire
videbitur, non ſufficeret ſola culpa , quia per
dictam clauſulam cenſetur remiſſa , *Dec. con-*
ſil.430. num.4. Rota in Melenitana Nauis 22. Iunij
1631. coram bon.mem. Motmanno .

6 Dolus autem huiuſmodi non præſumitur ,
l. quoties §. qui dolo ff.de probat. l. dolum C. de dol.
l. ſi creditor C.de pignor.act. Rota coram ſan.memor.
Greg.XV.dec.169.num.1. & ſeq. Buratt. deciſ.482.
num.14.verſ.licet dolus ; Nec probatur per teſtes
examinatos ad inſtantiam dd. Vniuerſitatum
deponentes , quod Auguſtinus tempore quo
morabatur in Ciuitate Gelę emendi cauſa di-
ctum frumentum mercabatur proprio nomi-
ne frumentum , aliaſque merces , vnde infe-
runt inſraſcriptos pro Vniuerſitatibus , quod
Auguſtinus doloſè omiſerit emere frumentũ
pro Vniuerſitatibus , vt conuerteret earum-
dem pecunias in proprium lucrum;quia dicti
teſtes vltra quod non concludunt Auguſtinũ
7 mercatum fuiſſe cum pecunijs Vniuerſita-
tum , ac deponunt de auditu , & auditu audi-
tus, & ſic nihil probant, *cap. licet cauſam de teſt.*
l. teſtium C.eod.tit: Rota coram Greg.XV.deciſ.379.
num.1. dec.432.num.1.dec.517. nu.14.verſ. & cla-
rum eſt , Buratt. deciſ.498. num.4. verſ. cui ſimili-
8 *ter &c.* Examinati fuerunt in iudicio crimi-
nali pro informatione Curię non citata parte,
ideoq; non probant in ciuili etiam inter eaſ-
dem partes , & in eadem cauſa *Rota deciſ.89.*
num.2.dec.250. num.1. impreſſ. poſt 2. volum. conſ.
Farinae. Add.ad Buratt.dec.118. num.14. & in Bo-
non. Pecuniaria 19. Ianuarij 1646. coram R.P.D.
meo Bichio .

Præterea nec addi poteſt alia ſumma ſcu-
tor.1347. 2. pro intereſſe cambiorum,quę per
eaſdem Vniuerſitates aſſeruntur ſoluta diuer-
ſis perſonis,à quibus receptæ fuerunt ad cam-
bium pecuniæ erogatæ in cauſam dictæ pro-
uiſionis annonæ, quia illa non iuſtificantur .

Non releuat , quod Peritus in dicta relatio-
ne deſcripſerit prædictum Auguſtinum debi-
torem de augmento pretij , & cambijs prædi-
ctis in ſumma ſcutor.6875. circiter , quia in
9 hac parte nõ eſt attendenda illius relatio, cùm
excellerit fines ſui officij in decernẽdis ijs,quę
pertinent ad Iudicis cognitionem , *Cephal.*
conſ.104.num.26. Riminal.iun.conſ.810.nu.31. Mu-
noz. de ratiocin.cap.38. num.6. verſ. aut vero, Rota
coram ſan.mem.Greg.XV. deciſ.204. num.5. & ſeq.
& coram Coccin.dec.422.num.7.verſ.vnde declara-
tio &c. & ſeq.

Et ita vtraque &c.

MANTVANA FIDEICOMMISSI.

Lunæ 17. Maij 1649.

ARGVMENTVM.

Filiorum appellatione etiam in vltimis volun-
tatibus ex quibus non dicantur comprehenſę
fœminæ , & de hac materia fuſiſſimè diſce-
ptatur .

SVMMARIVM.

1 *Fideicommiſſa ſunt concludenter probanda per fidei-*
commiſſarios .
2 *Filiorũ appellatione non continentur fœminæ quando*
Teſtator diſcretiuè loquutus fuit de filijs , & filia-
bus .
3 *Filiorum appellatione non continentur fœminæ*
quando Teſtator præcedentes inſtitutiones , & ſub-
ſtitutiones ad ſolos maſculos ſemper reſtrinxit .
4 *Filiorum appellatione non continentur fœminæ quã-*
do Teſtator diſcretiuè loquutus fuit de maſculis ex
fœminis .
5 *Teſtatoris voluntas declaratur ex eius vſu loquendi.*
6 *Dictio* , vt ſupra, *repetit qualitatem ſupra expreſ-*
ſam .
7 *Relatio fieri debet generaliter ad omnia ſuperius ex-*
preſſa , & præcipuè ſi particularis ratio id ſua-
deat .
8 *Filiorum appellatione veniunt fœminæ quando ſub-*
ſtitutio fuit facta vltimo maſculo decedente ſine
filiis , & quomodo d. concluſio procedat habes ſub
d. num.8. verſ.quia non dixit .
9 *Intentio Teſtatoris , vt magis declaretur admittun-*
tur verba ſuperflua , & minimè neceſſaria .
10 *Teſtatoris intentio ex toto Teſtamenti contextu pru-*
denter colligi , & iuſta interpretatione adiuuari
debet .
11 *Fœminarum ſucceſſiua vocatio prætendi non poteſt*
quando apparet illas fuiſſe excluſas ab vniuerſali
ſucceſſione etiam in defectum omnium maſculo-
rum .
12 *Fideicommiſſum quando ob deficientiam conditionis*
expirauit tunc bona remanent exempta ab omni fi-
deicommiſſo , & ſic tranſeunt ad hæredes ab inte-
ſtato .
13 *Fœminæ nuptæ in alienis familijs quando non ſint*
admittendæ ad fideicommiſſum ordinatum pro con-
ſeruatione domus ex familia .

DECISIO DCCCXXVII.

SVB die 29. Aprilis 1648. coram Reue-
rendiſſimo Terracineñ deciſum fuit ſen-
tentiam A. C. concedentem DD. Octauiæ,
& Iuliæ Sororibus de Gorno immiſſionem
ad bona fideicommiſſaria qq. Bartholomei,
& Alexandri de Gorno eſſe infirmandam ex
fundamentis in deciſione deductis, quæ ho-
die iterum ad tutrinam reuocata adhuc Do-
minis placuerunt. Tantum enim abeſt quod
prædictæ Sorores probent ſe vocatas ad fidei-
1 commiſſa quorum vigore agunt, (prout cla-
rè, & concludenter probare tenentur *l. 2. vbi
Bart. & cæteri DD. C. de edict. D. Adr. tollen.
Honded. conſ. 78. ſub num. 8. & ſeqq. lib. 1. Peregr. de
fideic. art. 43. num. 60.* cum aliis latè cumulatis
per Fuſar. de ſubſtit. qu. 615. quin potiùs ex fidei-
committentium Teſtamentis apparent ex-
cluſæ.

Etenim quoad fideicommiſſum Bartholo-
mei conſtat ex lectura Teſtamenti illius fuiſſe
inſtitutos Bonadeum, & Ioannem Baptiſtam
eius filios maſculos cum ſucceſſiua ſubſtitu-
tione eorum filiorum, ac deſcendentium ma-
ſculorum tantùm legitimorum, & natura-
lium, atque reciproca inter eoſdem in infini-
tum: fœminas autem ex eis progenitas ho-
neſtè dotari iuſſit; Ac demum filias proprias
ipſius Teſtatoris, vel earum præmortuarum
filias ſubſtituit in ſtirpes, quo caſu Sorores
2 prædictæ deſcendentes ex linea maſculina d.
Bartholomei cenſentur ab vniuerſali ſucceſ-
ſione excluſę, vt poſt alios *Menoch. conſ. 463.
ſub num. 11. Peregr. de fideicommiſſis art. 25. num. 45.
Fuſar. conſ. 14. num. 4. & in tract. de ſubſtit. qu. 252.
num. 22. & qu. 713. num. 21.*

Non obſtat quod ipſæ pretendant ſe in eo-
dem Teſtamento fuiſſe poſitas in conditione,
ibi (& decendentibus, vel caſu quod deceſ-
ſerint prædicti omnes inſtituti, & ſubſtituti
maſculi vt ſupra, ſine filijs legitimis, & natu-
ralibus, vt ſupra tunc, & eo caſu ſubſtituit
eiſdem, vel vltimo morienti filias fœminas
ipſius Teſtatoris, vel earum pręmortuarum
filios legitimos, & naturales æquis portionibus
per ſtirpes, & non per capita &c.) & ſic con-
currentibus coniecturis habendas eſſe pro di-
ſpoſitiuè vocatis.

Quoniam licet, verba illa, ſi ſine filijs legi-
timis, & naturalibus fœminas æquè, & ma-
ſculos comprehendere ſoleant, in propoſito
tamen caſu ad ſolos maſculos referuntur ex
3 Teſtatoris voluntate, quæ apertiſſimè con-
uincitur; tùm ex eo quod præcedentes inſti-
tutiones, & ſubſtitutiones ad ſolos maſculos
ſemper reſtrinxit *Peregr. de fideic. art. 25. ſub n. 48.
& deciſ. 55. ſub nu. 1. Fuſar. de ſubſtit. qu. 403. n. 18.
& ſeqq. Rota penes bo. me. Buratt. deciſ. 272. ſub n. 2.
& plur. ſeqq.*

Tùm quia diſcretiuè loquutus fuit, atque
diſpoſuit de maſculis, ac fœminis filiorum,
& deſcendentium ſuorum maſculos quippe
ad omnia bona vocando, fœminas verò do-
4 tari tantum iubendo, quo caſu ſub illa condi-
tione ſequenti, licèt communibus verbis con-
cepta, fœminæ non continentur, vt benè alijs
relatis probant *Peregr. de fideic. d. art. 25. ſub n. 24.
poſt med. verſ. imò etiam &c. Fuſar. d. tract. de ſub-
ſtit. qu. 311. num. 37. & qu. 402. num. 115.*

Rurſus quia idem Teſtator ſuperiùs ſubſti-
tuendo Ioannem Baptiſtam eius filium Bo-
nadeo alteri filio vſus fuit eiſdem verbis con-
ditionalibus, ſi ille decederet ſine filijs legiti-
mis, & naturalibus, & tamen de maſculis ſen-
ſiſſe liquet; quare eodem modo ſenſiſſe dicen-
5 dum eſt in hac poſteriori parte, dum eiſdem-
met verbis loquutus fuit *Peregr. de fideic. act. 25.
ſub num. 34. poſt princ. verſ. attamen multum opera-
tur &c. Rot. penes ſa. me Greg. XV. deciſ. 544. n. 12.*

Et denique quia non ſimpliciter poſuit in
conditione filios legitimos, & naturales, ſed
addita dictione (vt ſupra) quæ repetit quali-
6 tatem maſculinitatis antea pluries expreſſam
*Molin. de primog. lib. 3. cap. 5. ſub num. 64. Fuſar. d.
qu. 403. ſub num. 21. Rota penes Buratt. d. deciſ. 272.
num. 6. & ibi Add. num. 20.*

Neque ſubſiſtit quod relatio fieri debeat ad
ſolam qualitatem legitimitatis proximè co-
7 herentem, quia cum hæc fuerit ibidem ſpe-
cialitèr expreſſa non applicatur quoad eam
repetitio, ſed omnes qualitates ſupra expreſ-
ſas pariformiter repetit *Rota in recent. deciſ. 709.
num. 6. & deciſ. 714. num. 3. par. 1. & deciſ. 287. nu. 5.
par. 4. tom. 2. & deciſ. 514. num. 5. eadem par. tom. 3.*

Minus ſubſiſtit, quod ſi conditio illa intel-
ligeretur de maſculis reſultaret perplexitas,
& impoſſibilitas quædam, cum apertè repu-
gnet, quod vltimus maſculus, poſtquam
nullus alius ſupereſt eiuſdem ſexus Teſtatoris
8 deſcendens fuerit grauatus, ac ſucceſſiuè filij
eius maſculi in conditione poſiti, vt aduertit
Peregr. conſ. 36. ſub num. 17. & ſeqq. lib. 1. quem
refert, & ſequitur *Fuſar. dicta quæſt. 403. ſub
num. 28.*

Quia non dixit in hoc caſu Teſtator, quod
vltimo maſculo ſine filijs decedenti proprias
filias ſubſtituo, in quibus terminis *Peregr. &
Fuſar.* loquuntur, ſed quod decedentibus prę-
dictis omnibus inſtitutis, & ſubſtitutis maſcu-
lis ſine filijs legitimis, & naturalibus, vt ſu-
pra tunc filias ipſius ſubſtituit; Quæ ſanè ver-
ba ſi referantur ad eius filios maſculos ſupra
nominatim inſtitutos, quibus ſine filijs ma-
ſculis deficientibus proprias filias ſuccedere
voluit; illorum verò filias ſuperſtites tantum
dotari; nullam certè implicant impoſſibilita-
tem, nec repugnantiam; Si verò ad omnes
deſcendentes maſculos vſque ad vltimum
pręuocatos, nullam pariter continent per-
plexitatem, nàm tunc verè dicuntur omnes
præuocati ſine maſculis deficiſſe, quando no-
uiſſimus ex eis decedens nullum reliquit ma-
ſculum, illeque dicitur vltimus deſcendens
maſculus, qui nullos habet ſuperſtites maſcu-
los. Hic igitur intellectus congruam veriùs
pręſefert explicationem implicitæ intentionis
9 diſponentis ex præmiſſis reſultantis, pro cu-
ius maiori declaratione admittuntur etiam
verba ſuperflua, & minimè neceſſaria *l. quæſi-
tum 12. §. vlt. ff. de fund. inſtr. Peregr. de fideic. art. 14
ſub num. 21. verſ. ſæpe enim &c.* Perindeque eſt in

effectu, ac ſi dictum fuiſſet, quod omnibus
maſculis ſupra vocatis prorſus extinctis, ita
quod nullus ex eis ſupereſſet, tunc ſuccedant
10 filiæ propriæ Teſtatoris, cuius intentio ex to-
to teſtamenti contextu prudenter colligi, &
iuſta interpretatione adiuuari debet *l. menia
44. ff. de manumiſſ. l. licet imperator 74. ff. de legat. 1.
l. cum proponebatur 64. ff. de legat. 2. l. nummis 75. ff.
de legat. 3. cum concord. per Mantic. de coniect. lib. 6.
tit. 13. ſub num. 1. & ſeqq.* & latè probat *Peregr.
de fideic. art. 11. ſub n. 5. & plur. ſeqq. Fuſar. conſ. 56.
num. 7. & Rota deciſ. 365. num. 39. par. 5. recent.*

Idemq; comprobatur apertè ex verbis ante-
cedentibus, quibus Teſtator inſtitutis, & ſub-
ſtitutis eius filijs, & deſcendentibus eorum
maſculis tantum in infinitum ſubiunxit. Item
reliquit, & legauit quod decedentibus dictis
filijs ipſius Teſtatoris, & cœteris deſcenden-
tibus maſculis, vt ſupra, & ſeù nullis relictis,
vel ſuperuiuentibus maſculis legitimis, & na-
turalibus ex eis. Relictis verò filiabus, quæ
dotatæ non fuiſſent, tunc ipſę dotentur, &
dotari debeant ſecundum conditionem, &
facultatem bonorum, & hæreditaris ipſius
Teſtatoris &c. Ex quibus euidentèr apparet,
quod decedentibus eius hæredibus inſtitutis,
& ſubſtitutis, nullis ſuperſtitibus maſculis,
qualis eſt caſus præſens, noluit ſuccedere fœ-
minas ex eis deſcendentes, ſed tantum dotari;
Indeque benè declarantut verba ſequentia,
quibus diſpoſuit, quod decedentibus inſtitu-
tis, ac ſubſtitutis ſine filijs legitimis, & natu-
ralibus, vt ſupra, propriæ filiæ ſuccederent,
de maſculis per neceſsè intelligenda, cum
eorum fœminas in eodem caſu iàm excluſiſ-
ſet, ac dotari mandaſſet, vt fuit probatum
in §. Tum quia diſcretiuè loquutus &c.

Et hinc remouetur obiectum, quod fœmi-
narum excluſio eatenùs locum habuerit, qua-
tenùs maſculi fuerint ſuperſtites, nam ex re-
latis verbis apparet illas fuiſſe prorſus exclu-
ſas ab vniuerſali ſucceſſione dd. bonorum
etiam in caſu, quo omnes maſculi deficiſſent
11 & ideò prætendi non poteſt hoc caſu ſucceſ-
ſiua earum vocatio *Gabr. conſ. 132. in quinta qu.
ſub num. 55. & ſeqq. lib. 1. Peregr. de fideic. art. 27.
ſub nu. 20. Fuſar. plures congerens de ſubſtit. qu. 311
num. 35. & ſeqq. & num. 102. Rota penes Buratt. d.
deciſ. 272. num. 15. & ſeqq.*

Sicut etiam tollitur alterum, quod filiæ
deſcendentium Teſtatoris cenſeri debeant in
omnem caſum excluſæ in concurſu cùm pro-
prijs illius filiabus, quæ hodie non extant;
Quia vltraquod ex verbis prædictis apparet
illas fuiſſe ſimplicitèr, & abſolutè excluſas;
In dictis bonis fuerunt vniuerſalitèr ſubſtitu-
tæ non tantum filiæ Teſtatoris, ſed etiam de-
ſcendentes ex eis, qui niſi ſuperfuiſſent tem-
pore, quo Balthaſſar vltimus deſcendens ex
linea maſculina Teſtatoris, obijt ſine filijs,
bona, de quibus agitur, potiùs remanere
deberent penès hæredes eiuſdem Balthaſſaris
exempta ab onere fideicommiſſi ob condi-
12 tionis deficientiam, quam ad dictas fœmi-
nas abſolutè excluſas peruenire poſſent *iuxta
text. in l. vnic. §. ſin autem aliquid vbi Doct. C. de ca-
duc. toll.*

Quo verò ad fideicommiſſum Alexandri
pariter prædictæ Sorores apparent excluſæ,
ex quo illæ in defectum eius lineæ maſculinæ,
vel fœmininæ vocauit proximiores agnatos
de domo, & familia illorum de Gorno, volens
eius bona integra perpetuo manere in eadem
familia, & tranſire de proximiore in proxi-
miorem in infinitum, ex qua quidem diſpo-
ſitione clarè patet præcipuam ab eo rationem
habitam fuiſſe conſeruandi perpetuo eadem
omnia bona in eius agnatione; Ideoque fœ-
13 minæ in alienis familijs nupræ, prout ſunt
ſorores prædictæ, licèt ex eadem agnatione
deſcendant, hoc caſu non admittuntur *Peregr.
de fideic. d. art. 25. ſub num. 25. & num. 47. Fuſar. de
ſubſtit. qu. 352. num. 9. cum ſeqq. & num. 19. & ſeqq.
& qu. 361. num. 9. & ſeqq. & qu. 366. num. 24.* & la-
tè probat *Rota penes Buratt. d. deciſ. 272. num. 14.
& deciſ. 454. per tot.* Quod certiùs redditur ex
eo quod Teſtator expreſsè declarauit agnatos
in defectum deſcendentium ſucceſſuros debe-
re eſſe maſculos, ibi, *Et deficiente &c.* tali caſu
proximiores agnatos de domo, & familia il-
lorum de Gorno iuxta Iuris diſpoſitionem,
videlicèt, maſculos legitimos, & naturales
14 hæredes ſubſtituit; Ex iſtis enim verbis tàm
clarè voluntatem diſponentis explicantibus
omnis prorſus remouetur difficultas *l. ille aut
ille 25. ff. de legat. 3. cum concord. penes Peregr. de
fideic. d. art. 11. ſub num. 2.* & in ſpecie declarat
Fuſar. d. qu. 352. num. 15.

Et ità vtraque &c.

CAMERINEN. FIDEICOMMISSI.

Veneris 21. Maij 1649.

A R G V M E N T V M.

Habens ius ad aliquod fideicommiſſum po-
teſt petere bonorum aſſecurationem, & ex
quibus inductum dicatur fideicommiſſum
fauore illorum de familia Teſtatoris, facultas
nominandi alicui conceſſa ad eoſdem ſit re-
ſtricta, & quomodo ſit facienda aſſecuratio
materia diſcutitur.

S V M M A R I V M.

1 *Fideicommiſſum fauore familiæ conſtitutum com-
prehendit tranſuerſales de familia.*
2 *Verba,* poſſit, & liceat, *neceſſitatem excludunt.*
3 *Verba,* quod vltimus ſuperſtes de linea, *poſſit
nominare aliquem de familia, qui debeat ſuccede-
re in hæreditate, important fideicommiſſum eidem
vltimo iniunctum, perinde ac ſi fuiſſet nominatim
grauatus reſtituere vno ex prædictis.*
4 *Nominatio perſonæ, quæ debeat in hæreditate ſuc-
cedere à Teſtatore demandata, debet ad actum ne-
ceſſariò reduci.*
5 *Verba,* de ſui natura facultatiua, *ex voluntate
Teſtatorum poſſunt importare neceſſitatem.*
6 *Voluntas Teſtatorum etiam non expreſſa debet at-
tendi.*
7 *Hæres grauatus tenetur cauere fauore fideicommiſ-
ſarij*

Digitized by Google

ſarij incerti ex certis; qui eligi debent.

8 *Ius dependens ab incerto euentu non eſt conſiderabile.*

9 *Ius fideicommiſſarij dependens ab incertæ conditionis euentu eſt conſiderabile ad hoc, vt hæres grauatus teneatur cautionem præſtare de reſtituendo purificata conditione.*

10. *Hæres grauatus quomodo teneatur cauere reſpectu mobilium, & ſtabilium.*

DECISIO DCCCXXVIII.

BONA memoria Marianus Cardinalis, & Robertus Epiſcopus Nucerinus de Perbenedictis donarũt cauſa mortis quædam bona Fulchetto eorum fratri germano, & poſt illius obitum ad eorumdem bonorum ſucceſſionem vocarunt gradatim primogenitos maſculos in infinitum deſcendentes ex linea dicti Fulchetti, qua penitùs deficiente ad eamdem ſucceſſionem inuitarunt nonnullos extraneos, cum onere tamen aſſumendi arma, & inſignia familiæ de Perbenedictis, & demum nemine vocatorum exiſtente, dederunt facultatem vltimo ſuperſtiti nominandi, vel adoptandi aliquem ex linea Siluestri de Perbenedictis.

Poſt hanc donationem Cardinalis condidit teſtamentum, in quo hæredem vniuerſalem inſtituit Marianum Perbenedictum ex dicto Fulchetto fratre nepotem, cui morienti ſubſtituit gradatim eius deſcendentes maſculos primogenitos, & in illorum defectum, alios dicti Fulchetti filios, eorumque deſcendentes maſculos primogenitos in infinitum; Ac denique finita dicta linea Fulchetti, ſtatuit quod vltimo liceret ſubſtituere, vel nominare alium, qui in tota ſua hæreditate ſuccedere deberet, dummodò nobilem eligeret, & cœteris præferret perſonas de familia Perbenedicta, ſi adeſſent, quem ita nominatum ipſe Cardinalis ex tunc ſubſtituit vltimo decedenti ex dicta linea Fulchetti.

Defunctis omnibus ad d. ſucceſſionem vocatis, ſuperſtite ſolum Alexandro vltimo deſcendente ex dicta linea Fulchetti; Ioannes Baptiſta, qui deſcendit ex linea Siluestri de Perbenedictis, prætendens dictam nominationem in vim fideicommiſſi faciendam eſſe de perſona ſua, cuius propterea intereſt aſſecurari prædicta bona, obtinuit cauſam mihi committi, vnde hodie propoſito dubio, an ad ipſius fauorem conſtet de aliquo fideicommiſſo ad effectum aſſecurationis, Domini affirmatiuè reſponderunt in vtraq; parte dubij.

Etenim quoad fideicommiſſum de eo ſatis conſtare viſum fuit, tàm ex Inſtrumento donationis cauſa mortis, quam ex Teſtamento dicti Cardinalis, cum ex vtraque diſpoſitione manifeſtè dignoſcatur diſponentium reſpectiuè voluntatem fuiſſe, quod eorum bona integra, & perpetuò conſeruarentur in familia Perbenedicta; Primùm videlicèt inter deſcendentes maſculos ex linea Fulchetti fratris denique aliorum ab ipſis uocatorum ex ſororibus nepotum, qui per aſſumptionem inſignium fierent de familia, & demum alteriùs nominandi ab vltimo ex linea maſculina di-
1 cti Fulchetti, ſeruato ordine primogenituræ in infinitum: Quare cum Ioannes Baptiſta deſcendat à dicto Siluestro de familia Perbenedicta eius Auo, vtique in prædictis diſpoſitionibus comprehenditur *l. cum ita §. in fideic. l. peto §. fratre ff. de leg. 2. l. fin. C. de verb. ſignif. cum concordant. penes Fuſar. de ſubſtit. qu. 351. ſub nu. 1. & ſeqq.*

Non obſtat, quod prædicta nominatio videatur in vtroque Inſtrumento tàm donationis, quàm Teſtamenti collata in meram fa-
2 cultatem vltimi ſuperſtitis ex dicta linea Fulchetti, ponderatis verbis, *poſſit*, in donatione, *& liceat*, in teſtamento appoſitis, quæ neceſſitatem excludunt, vt notat *Cuman. in l. Gallus num. 35. ibique Alex. eod. num. Caſtr. num. 4. verſ. vel die ff. de liber. & poſth. Rum. conſ. 69. nu. 12. lib. 1.* Quoniam electio quidem perſonæ commiſſa fuit poteſtati vltimi ex dicta linea, vt quem ipſe mallet, dummodò nobilem, cœteriſq; præferret perſonam de familia Perbenedicta, eligeret, & nominaret; Actus autem electionis, & nominationis vtique neceſſarius eſt, cum ad certum finem fuerit ordinatus, vt ſcilicet bona diſponentium ad perſonas, & iuxta ordinem ab ipſis præſcriptum deferrentur, quod verbis præceptiuis, ac neceſſitatem importantibus expreſsè diſpoſitum legitur nedum in Inſtrumento dictæ donationis *in verſ. Et demum nullis exiſtentibus &c. poſſit vltimus ſuperſtes in eius vltimo teſtamento nominare, vel adoptare aliquem ex linea Siluestri, & aliquo non exiſtente alterum de familia Perbenedicta &c. & ab eo nominatus, ſeu adoptatus ſuccedat in omnibus prædictis bonis, & poſt illius obitum &c.* ſed etiam in Teſtamento *in verſ. hoc addito*, ibi, *in iſto caſu, & euentu dumtaxat liceat ei, qui vltimus deceſſerit ſubſtituere, uel nominare alium, qui debeat ſuccedere in tota mea hæreditate, & bonis, dummodò ſi aderit, ſeu eligat perſonam nobilem, & præferat illos de familia Perbenedicta quibuſcunq; aliis &c.*

3 Quæ ſanè verba præſeferunt fideicommiſſum eidem vltimo iniunctum perindeac ſi fuiſſet nominatim grauatus reſtituere vni ex prædictis, quem ipſe elegerit, vel cui ipſe voluerit *l. cum quidam 24. l. unum ex familia §. rogo*, vbi *Goffred. & cæteri Doct. ff. de leg. 2.* & clariùs *in l. utrum §. cum quidam ff. de reb. dub. Peregr. conſ. 65. ſub num. 12. uerſ. etſi diceretur lib. 2.*

Et propterea cum huiuſmodi electio, &
4 nominatio principalitèr fieri debeat finem à diſponentibus contemplatum pro beneficio perſonæ nominandæ, ac perpetuatione familiæ, & memoriæ ipſorum, debet vtique ad actum neceſſariò deduci, ita quod ſequatur effectus à diſponẽtibus conſideratus, & adimpleatur eorum voluntas *l. 3. §. ſed etſi iuſſum uerſ. ſi quis ſic acceperit ff. de ſtat. liber.* Ideoque verba
5 illa, *de ſui natura facultatiua*, important in præſenti caſu neceſſitatem nominandi ex voluntate diſponentium *iux. tex. in l. fideic. §. hæc uerba ubi gloſſ. in uerb. conſiſtere, ibique etiam Bald. in uerſ. uel ſic, ac Florian. num. 2. uerſ. uerba, & num. 4. uerſ. nota quod uerba cum ſeqq. ff. de leg. 3.* & cla-

rius reſpondet Iuriſconſultus *in dicta l. utrum §. cum quidam ff. de reb. dub.* ibi, *nec enim in arbitrio eius, qui rogatus erit, poſitum eſt an omninò velit reſtituere, ſed cui potiùs reſtituat; plurimum enim intereſt utrum in poteſtate eius, quem Teſtator obligari cogitat, faciat; ſi velit dare, an impoſita neceſſitate dandi, ſolum ei diſtribuendi liberum arbitrium cōcedat gloſ. in l. ſæpe in verb. neceſſitatem verſ. at in voluntatibus ultimis ff. de offic. Præſid. & in l. poteſt in princ. ff. de leg. 1. & in l. ſi is à quo in verb. poſſit ff. ut in poſſeſſ. legat. uel fideicom. Bart. in l. Gallus in princ. ſub num. 4. verſ. in ultimis uerò uoluntatibus ff. de liber. & poſth. Rip. in l. ex facto la prima nu. 4. uerſ. ſed ex facto ad Senat. Conſult. Trebell.*

Idemque clarè conuincunt ſequentia verba tàm dictæ donationis, quàm Teſtamenti *in d. uerſ. hac addito &c.* quibus Cardinalis prædictus ex tunc nominauit, atque expreſsè ſubſtituit ipſi vltimo ex linea maſculina Fulcherti perſonam ab eo nominandam loco, & vice illorum, qui fuerant in eodem Teſtamento diſpoſitiuè præuocati, deinde impoſuit illi onus ſuſcipiendi cognomen, atque inſignia familiæ, & alia paritèr adimplendi, quæ fuerant impoſita extraneis vocatis in antecedenti d. donationis Inſtrumento, in quo verbis præceptiuis iniuncta fuit vltimo ſuperſtiti nominatio, vt in eo legitur *in d. uerſ. & demum nullis exiſtentibus &c.* ibi, *& ſi ex eadem linea &c. non extiterit &c. debeat aſſumi, & uocari &c.* & ibi, *qua linea deficiente &c. debeat uocari aliquis &c.* & demū eidem ſubſtituit primogenitos maſculos in perpetuum deſcendentes, alienationemque prohibuit.

Ex quibus euidentèr apparet, quod diſponentium intentio fuit, huiuſmodi electionem,
6 & nominationem neceſſariò fieri debere, quę quidem intentio attendi debet etiamſi non fuiſſet expreſſa, vt reſpondit *I. Conſultus in l. unum ex familia §. penult. & fin. ff. de leg. 2. & in dicta l. fideicommiſſa §. hac uerba ubi gloſ. & Doct. ff. de leg. 3. l. omne uerbum C. com. de leg.*

Minus obſtat quod vltimus ex linea Fulcherti poſſit alium de familia Perbenedicta ſibi beneuiſum eligere, ac Ioannem Baptiſtam, eiuſque deſcendentes excludere; Quia vltra quod, nec alij comparent, nec ſupereſſe probantur; ſufficit interea, quod Ioannes
7 Baptiſta ſit ex numero illorum, quorum vnus eligi debet, vt iuſtificetur eius intereſſe ad effectum, de quo agitur, *ad l. cum quidam 24. ff. de leg. 2. Goffred. in d. §. rogo ſub num. 1. in verb. poſſe, & Caſtrenſ. ſub num. 1. in verb. unus,* & in his terminis dixit *Rota deciſ. 168. nu. 15. uerſ. nec etiam officit & ſeqq. par. 5. recent.*

8 Neque refragatur, quod ius Ioannis Baptiſtæ non ſit conſiderabile tanquam dependens ab incerto euentu, nedum deficientiæ lineæ Fulchetti, ſed etiam ſuperuiuentiæ ipſius, atque etiam futuræ electionis *Vin. deciſ. 403. num. 10. & ſeqq. lib. 3. Franc. Ant. Coſt. conſ. 86. n. 13. Rouit. conſ. 95. per tot.* Quia obiectum procederet ſi ipſe ageret pro declaratione ſui iuris, in
9 quibus terminis procedunt præallegatæ *Doct. auctoritates*; non autem dum petit ſolam prouiſionem pro conſeruatione bonorum, ne quandocunque caſus contigerit illuſa remaneat diſponentium voluntas, & vocatis illatum ſit præiudicium irreparabile, quo caſu non eſt neceſſaria adeo ſubtilis inueſtigatio *l. inter omnes ff. qui Satiſd. cog. l. 1. C. ut in poſſ. leg. ſeu fideicomm.* Niſi euidens, ac certum ſit nulli fideicommiſſo locum futurum *l. hac ſtipulatio ff. ut leg. & fideicom. nom. cau. l. ſi is à quo ff. ut in poſſ. leg. uel fideicom. Alciat. conſ. 401. num. 5. verſ. nec in hoc iudicio*; Etiamſi fideicommiſſi purificatio ab incertæ conditionis euentu dependeat *Rimin. iun. conſ. 222. ſub n. 10. uerſ. cui etiam Peregr. de fideicom. art. 40. ſub num. 17. uerſ. præmiſſa Rota coram Reuerendiſſimo Vrgellen. deciſ. 260. & 267.* & fuit dictum *in Romana fideicommiſſi de Rodianis 3. Iunij 1647. coram R. P. D. meo Meltio in §. quoad ſecundam partem in fin. uerſ. & pro obtinenda.*

Quo verò ad aſſecurationem, cenſuerunt Domini illam eſſe faciendam hoc modo, vi-
10 delicet reſpectu bonorum mobilium, quatenus adſint, per ſatiſdationem ab Alexandro præſtandam de illis conſeruandis; illorum enim reſpectu ſatiſdatiò negari non poteſt, quamuis nulla vigeret diſtractionis ſuſpicio *Peregr. de fideicom. art. 40. ſub num. 9. uerſ. ſed punctus eſt cum ſeq. Rota d. deciſ. 168. ſub nu. 1. & ſeq. par. 5. recent.* cum alijs adductis *in d. Romana fideicom. de Rodianis §. quoad ſecundam partem Fuſar. de ſubſtit. qu. 515. nu. 7. & 8.* Reſpectu verò locorum montium, per obligationem perſonalem, & realem eiuſdem Alexandri, nec non per eorumdem locorum montium in litteris patentibus vinculationem faciendam cum declaratione, quod illa ſubiacent d. fideicommiſſo. Reſpectu denique bonorum ſtabilium ſimilitèr per obligationem perſonalem, & realem Alexandri; quamquidem obligationem non ſolum exigunt præcedentes alienationes notabilis quantitatis, ex quibus reſultat dubitandi ratio, quod niſi occurratur cœtera quoque bona diſtrahantur *d. l. inter omnes uerſ. & plerumque ff. qui ſatiſd. cog. l. Imperator ff. ad S. C. Trebell. Rota d. deciſ. 168. ſub num. 13. & ſeq. par. 5. recent.* Sed etiam fieri præceperunt ſupradicti diſponentes, vt legitur in Inſtrumento dictæ donationis *in uerſ. uoluerunt, ut omnes, & ſinguli donatarij &c. teneantur, & debeant &c. inuentarium omnium bonorum conficere &c. & ad bonorum donatorum conſeruationem, manutentionem, & recuperationem &c. promittere cum obligatione perſonæ, & reliquorum ſuorum bonorū in forma iuris ualida &c.* Cuius ſanè præcepti obſeruantia publicam vtilitatem præſefert, vt reſpondit Imperator *in l. 2. C. ut in poſſ. leg. ſeu fideicom.*

Et ita vtraq; &c.

ROMANA PECVNIARIA.

Lunæ 14. Iunij 1649.

ARGVMENTVM.

Obligans ſe pecunias alicui debitas continuare in cambijs nundinalibus ita quod nunquam ob eius defectum illa ceſſarent, ſi id non præſtiterit tenetur ad damna, & intereſſe.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Obligatio Cameralis habet executionem paratam.*
2 *Cambia iniuſtè ſoluta extenuant ſortem.*
3 *Promittens tenere pecunias ſuper cambijs, ſi id non præſtiterit, tenetur ad damna, & intereſſe.*
4 *Obligatio debitoris exercendi pecunias ſuper cambijs non intelligitur ſuſpenſa per meram facultatem capiendi ſuper cambijs conceſſam in diſtincta periodo Creditori pro eius maiori fauore.*
5 *Continuatio non eſt primus actus, ſed ſucceſſiuus.*
6 *Verba*, prometre di continuar lui medeſimo queſta girata di detti cambij, *relata ad creditorem ſupponunt præcedentem receptionem pecuniarum, relata ad debitorem uerè includunt non ſolum progreſſum, ſed etiam principium actus.*
7 *Mercatorum fidibus eſt deferendum circa eorum ſtylum.*
8 *Mercatorum atteſtatio decernens id, quod ſpectat ad Iudicem debet reijci.*
9 *Obſeruantia declarat voluntatem contrahentium, & præfertur propriæ ſignificationi uerborum.*
10 *Obſeruantia æquiuoca non releuat.*
11 *Solutio referenda eſt ad cauſam enunciatam, & ueram, non autem ad aliam nullibi apparentem.*
12 *Teſtis uериſimilitèr non poteſt reminiſci uerba decem, & octo annorum antea prolata in facto minus notabili, & ad ipſum non pertinente.*
13 *Declaratio partium præferenda eſt depoſitionibus Teſtium.*
14 *Cambia non debentur ex credito proueniente ex pretio mercium.*
15 *Debitum ex una cauſa poteſt uolũtate partium transfundi in aliam.*
16 *Maximè ſi debitor Mercator ſit, qui præſumitur habere pecunias ſolutioni paratas.*

DECISIO DCCCXXIX.

MANDATVM Rotale ad inſtantiam Hieronymi Roſolini relaxatum contra Ioannem Antonium Pagninum exequendum eſſe Domini reſponderunt: Illius enim validitas non controuertitur, & iuſtitia manifeſtè patet ex apocha per dictũ Pagninum ſubſcripta die 30. Decembris 1631. in qua ipſe ſoluere Roſolino ſcuta biſmille ſe obli-
1 gauit in forma Cameræ Apoſtolicæ, quæ paratam habet executionem *Rota penes ſan. mem. Greg. XV. deciſ. 234. num. 1. Buratt. deciſ. 383. nu. 1.* ac in alijs congeſtis *in prima deciſione huius cauſæ edita ſub die 18. Iunij 1646. coram R. P. D. meo Corrado in princ.*

2 Neq; obſtat exceptio compenſationis cambiorum iniuſtè, vt prętenditur ſolutorum, quæ proinde ſortem extenuant, vt dixit *Rota in Romana Cambiorum 17. Februarii 1642. coram R. P. D. meo Bichio*; quia illa non ſubſiſtit;
3 nam cum Pagninus ſe obligauerit dictas pecunias Roſolino debitas continuare in cambijs nundinalibus, ita quod nunquam ob eius defectum ceſſarent, prout legitur in eadem apocha, idque non præſtiterit, iuremerito tenebatur Roſolino ad damna, & intereſſe, quę fuerunt ab ipſo Pagnino iuſtè ſoluta ad rationem octo pro centenario, ad quam eo toto tempore aſcendiſſe iuſtificantur, vt latè probatũ fuit in deciſionibus huius cauſæ coram R. P. D. meo Corrado emanatis de anno 1643. ſub die 5. Iunij §. neque obſtat, quod cambia &c. & ſub die 31. Iulij §. præterea non obſtat &c.

Minus ſubſiſtit repetita interpretatio prędictæ apochæ, cuius vigore prætẽditur Pagnino iniunctum onus continuandi tantummodo dictas pecunias ſuper cambijs, poſtquam Roſolinus illas ab alijs eo titulo recepiſſet iuxta facultatem ipſi in eadem apocha prius cõceſ-
4 ſam: Quoniam obligatio Pagnini præciſa fuit, & coactiua, ideòque ſuſpendi non potuit per meram facultatem in præcedenti, atque diſtincta periodo Roſolino pro maiori eius fauore conceſſam, licèt Roſolinus ea vti velle non declarauerit *Dec. conſ. 562. Viſo puncto, ſub num. 7. in fin. verſ. Vlterius conſiderandum eſt cum ſeq. quem ſequitur Rota in Placentina cambiorum 19. Iuny 1634. coram bon. mem. Merlino in §. tertio opponebatur.*

Neque repugnat ponderatio illorum verborũ apochæ, *Promette di continuar lui medeſimo queſta girata di detti cambij &c.* quæ præcedentem receptionem pecuniarum ſuper eis vi-
5 dentur ſupponere, cum continuatio non ſit primus actus, ſed ſucceſſiuus, vt inquit *Rip. in rubr. ff. ſi cert. pet. num. 16. Cagnol. in rubr. ff. de orig. iur. num. 1. ad med. Menoch. conſ. 848. n. 4.*

6 Tum quia obiectum procedit, quando talia verba referũntur ad creditorem, qui pecunias exburſauit, nam ſi ipſe velit huiuſmodi facere continuationem, neceſſe vtique habet illas prius ab alio ſuper cambijs recipere, vt ſubinde continuare valeat; cum illis enim pecunijs, quas alteri ſoluit, & amplius non habet, continuare nõ poteſt, vt explicat *Moder. Ianuen. in eius tract. de camb. diſput. 3. qu. 1. ſub num. 9. verſ. illa namque facultas &c.* Non autem quando referuntur ad debitorem, qui pecunias ſibi creditas habet, quas per ſe, vel per aliũ ad nundinas tranſmittere, ac in illis cambium exercere poteſt; nam hoc caſu verba illa verè includunt, atque præſeferunt non ſolum progreſſum, ſed etiam principium actus, ac totum ipſum negocium perinde, ac ſi dictum fuiſſet, *di tenere, ò girare lui medeſimo queſta ſomma ſopra detti cambij*; In quo ſenſu congruè verificantur eadem verba etiam in debitore iuxta tradita per *d. Moder. loc. cit. ſub num. 10. verſ. retinere in fin.* Ac in his terminis ſuper apocha de qua agitur ſpecialiter atteſtã-
7 tur Mercatores ſupra triginta tã Vrbis, quam aliarum inſignium Italiæ Ciuitatum, vt legitur in *Summ. Roſolini ſub nu. 6. & ſeq.* quibus eſt deferendum, vt latè firmatum fuit in prędicta deciſione edita ſub die 5. Iunij 1642. coram R. P. D. meo Corrado in §. ſecundo quia verba illa &c. Non attentis contrarijs atteſtationibus exhibitis pro parte Pagnini; quia Mer-
8 catores, qui illas confecerunt non atteſtantur ſimpliciter de ſignificatione dd. verborum inter Mercatores recepta, quales erant illorũ par-

partes, ſed incautè iudicium proferunt, quod
non debeantur cambia, neque ratione dam-
norum, & intereſſe, atque ita ſi caſus contin-
geret ſeruaretur, quod ſpectat ad Iudices,
ideoque reijci debent, vt fuit dictum *in Roma-
na iuſtificationis creditorum 13. Iunij 1635. coram
bon.mem. Pirouano in rec.dec. 52. n. 11. verſ. in præ-
ſenti autem &c. & ſeq. par. 7.*

Tum etiam quia ſubſequuta ſtatim obſer-
uantia, & continuata per annos circiter treſ-
decim, quibus Pagninus abſque vlla contra-
dictione ſoluit Roſolino intereſſe cambiorũ,
manifeſtè declarat atque interpretatur, quod
ſub verbis illis dictæ partes voluerunt onus
cambiandi dictas pecunias ad Pagninum alio
non expectato, ſimpliciter pertinere, quouſ-
que Roſolinus non declararet illas ab alijs,
pro maiori ſua commoditate, vel indigentia,
9 iuxta facultatem ſibi conceſſam, velle recipe-
re, hic enim proprius effectus eſt obſeruantię,
vt re ipſa præſeferat procedentis conuentionis
interpretationem, ac declarationem adeo in
quacunque materia efficacem, vt etiam pro-
priæ verborum ſignificationi præferri debeat
ex fusè allegatis in dictis *deciſ. coram R.P.D. meo
Corrado de anno 1648. emanatis ſub die 5. Iunij in
§. Tum etiam ex obſeruantia &c. ſub die 31. Iuly in
§. finali.*

10 Nec dicatur, quod dicta obſeruãtia ſit æqui-
uoca, ex quo ſolutiones æquè benè referri
poſſunt tam ad cambia realia, quàm ad ne-
glecta per Pagninum, idcirco non releuet,
Rot. dec. 120. num. 2. par. 2. rec. Quia verba ipſa-
rum partitarum in libris Pagnini deſcriptarũ
remouent obiectum, cum referantur expreſsè
ad damna, & intereſſe, quæ magis propriè cõ-
ueniunt omiſſis per Pagninum contra teno-
11 rem ſuæ obligationis, ideoque dictæ ſolutio-
nes ad hanc cauſam enunciatam, & veram,
non autem ad aliam nullibi apparentem, nec
veram referendæ ſunt, vt fuit dictum *in Caſe-
naten. cenſus 3. Iunij 1644. coram R.P.D. meo Cor-
rado in §. Non etiam obſtat &c.*

Ex quibus manifeſtè patet nõ aduerſari vo-
tum morale à pluribus Theologis ſubſcriptũ
ſentientibus Pagninum non teneri ad vllum
intereſſe Roſolino; Quia fuit redditum cum
ſuppoſito, quod Pagninus non obligatus di-
ctas pecunias in nundinis exercere, antequam
illæ fuiſſent per Roſolinum ab alijs receptæ,
cambia ſoluerit, credens illas fuiſſe verè rece-
ptas; quæ prorſus aliena ſunt à veritate, cùm
& ille ſimpliciter obligatus eſſet, & ſoluerit
ratione intereſſe Roſolini, eo quia ipſe pecu-
nias non exercebat, prout tenebatur, vt di-
ctum eſt.

Minus etiam attendi debet depoſitio vnius
teſtis pro Pagnino examinati, deponentis Pa-
gninum ſe obligaſſe continuare exercitium
dd. pecuniarum ſuper cambijs, quando Ro-
ſolinus illas ad cambium ab alijs recepiſſet,
ibi: *Dico, che il Pagnino diede facoltà al Signor Ro-
ſolino di potergli pigliare à cambio, e quando l'haueſ-
ſe preſi il Signor Roſolino, il Signor Pagnino promiſe
lui di continuare la girata di detti cambij &c.* Quia
vltra quod eſt vnicus, & non concludit, vt de-
monſtrant ſequentia verba, ibi: *Et promiſe con-
forme ritorno d'accordo, & non sò poi come reſtaſſero
d'accordo, ma mi rimetto al ſoldo, come hò detto &c.*
12 Nec veriſimiliter poteſt reminiſci verborum
inter alios per decem, & octo annos antea
prolatorum in facto minus notabili, nec ad
ipſum pertinente iuxta tradita per *Crauett. con-
ſil. 54. ſub num. 15. verſ. quinimo &c. Rota penes
ſan. mem. Greg. XV. deciſ. 194. num. 7. verſ. præſer-
tim &c. & fuit dictum in Senogallien. Saluiani 3. Iu-
nij 1647. coram R.P.D. meo Corrado in §. altera pa-
riter &c.* Eius depoſitio eliditur ex obſeruantia
13 ſubſequuta, quæ contrariam præſefert partiũ
confeſſionem, ac declarationem, omnino prę-
ferendam, *Roman. conſ. 391. ſub num. 8. verſ. ter-
tio probatur, Rot. penes ſan. mem. Greg. XV. dec. 357.
num. 3. verſ. ſed voluit &c. & deciſ. 434. num. 14.
verſ. & clarum eſt.*

14 Poſtremo non obſtat, quod creditum Ro-
ſolini proceſſerit ex pretio mercium, non
autem ex pecunia numerata, & effectiua, quę
ſuper cambijs negociari poſſet, & propterea
cambia non debeantur, *Rota in Romana Cam-
biorum 18. Aprilis 1644. coram R.P.D. meo Peu-
tingerio*; Quia cum Pagninus illas biduo ante,
15 vt aſſerit, accepiſſet in ſolutum à Bonettis, &
Bonetallis nomine Roſolini creditoris illorũ
pro ſumma ſcutor. 2225.74. cuius creditorem
in proprijs libris Roſolinum deſcripſit, nihil
impediebat quo minus Roſolinus, qui pecu-
nias ſibi debitas exigere poterat, illas penes
eumdem Pagninum debitorem in nundinis
cambiorum exercendas dimitteret, vt fuit di-
ctũ in prædictis deciſionibus huius cauſæ de
anno 1648. corã R.P.D. meo Corrado ema-
natis ſub die 5. Iunij in §. præterea & ſub die
31. Iulij in §. minus releuat &c.

16 Eoque magis cum Pagninus eſſet publicus
Mercator in nundinis cambia exercere ſoli-
tus, vt notum eſt, qui vel ære, vel credito pro-
prio benè complere poterat, quod promitte-
bat, eamque ſummam in nundinis reperire,
ac paratam habere, *Riminal. iun. conſ. 152. nu. 3.
verſ. accedit, Lopez. de contract. lib. 2. cap. 10. ſub
princ. verſ. tertium autem genus &c. Molpheſ. de
contract. cap. 7. ſub num. 432. verſ. tertia ratio, &
ſub num. 434. Eminentiſſimus Cardinalis de Lugo di-
ſputat. 28. ſub num. 8.* De quibus circumſtantijs
non conſtabat in illa Romana Cambiorum
18. Aprilis 1644. coram R.P.D. meo Peutin-
gerio ab informantibus pro Pagnino in con-
trarium allegata.

Et ita vtraque &c.

FERRA-

FERRARIEN. PENSIONIS.

Veneris 18. Iunij 1649.

ARGVMENTVM.

Indultum Pontificium facultatiuum transferendi penſiones ex quibus dicatur comprehendere penſiones alias translatas.

SVMMARIVM.

1 *Facultas à Papa conceſſa transferendi penſiones comprehendit penſiones alias translatas.*

2 *Penſiones non ſemel tantum, ſed pluries translata comprehenduntur ſub facultate retinendi omnes, & quaſcunque penſiones reſeruatas, & reſeruandas.*

3 *Penſiones etiam pluries translata continentur ſub facultate transferendi conceſſa ſub verbis, necnon omnes, & ſingulas penſiones huiuſmodi transferendi &c. virtute vniuerſalis repetitionis, & etiam ſi fuiſſent ſpeciali nota digna.*

4 *Interpretatio ex proprietate verborum, & ex mente concedentis proueniens admittitur etiam in materia odioſa, & alteri praiudiciali.*

5 *Gratia vna pars alteram declarat.*

6 *Pracipuè ſtantibus verbis generalibus, & illatiuis ad primam partem.*

7 *Motus proprij Pontificum pleniſſimè interpretantur.*

8 *Hoc procedit etiam in gratia alteri praiudiciali.*

9 *Gratia fauorabilis eo magis interpretatur ex qualitate nepotis.*

10 *Papa ſi in aliquo indulto conceſſerit grauiora inde oritur vrgens praſumptio, quod eo facilius concedere voluerit, quod eſt minus.*

11 *Declaratio mentis facta in caſu particulari operatur etiam quoad alios caſus ſimiles.*

12 *Papa declaratio facit ius generale, quamuis emanauerit in gratia particulari.*

13 *Verbum,* declarantes; *ex ſui proprietate non importat nouam conceſſionem, ſed tantummodo ſimplicem declarationem, & ponit in aperto, quid in diſpoſitione declarata continetur.*

14 *Limita, quando reſpicit tempus futurum, quo caſu dicitur prolatum per modum noua diſpoſitionis; ſed declara n. 15.*

16 *Diſpoſitio ſecunda quotieſcunque non eſt nouum ius, ſed concernit praterita nunquam inducit ius nouum quamuis verba ſapiant editionem noui iuris.*

17 *Declaratio quoad praterita poteſt fieri abſque induductione noui iuris, quamuis effectus diſpoſitionis declarata reſpiciat futurum.*

18 *Conſtitutio declaratoria ſecundum verba, quando poteſt referri ad praterita, & futura, debet intelligi, vt trahatur etiam ad praterita.*

19 *Odioſas qua conſideratur in translatione penſionis non operatur quin ſub indulto verbis generalibus concepto transferendi omnes, & quaſcumque penſiones comprehendatur penſio alias translata.*

20 *Minuſque d. odioſas excludit interpretationem qua depromitur ex proprietate verborum, & veriſimili mente concedentis.*

21 *Facultas transferendi penſiones alias translatas non laborat odio irrationabili, & aſſignatur ratio.*

22 *Penſionis impoſitio eſt magis odioſa, quam facultas transferendi penſiones alias translatas, & aſſignatur ratio.*

23 *Deciſ. in Florentina penſionis 17. Maij 1617. coram Vbaldo impreſſ. inter rec. dec. 435. par. 4. declaratur.*

24 *Impetrata ad abundantiorem cautelam non praiudicant, nec alterant diſpoſitionem.*

25 *Stylus debet probari de tempore gratia.*

26 *Conſtitutio Apoſtolica perinde eſt, ac ſi non emanaſſet quando à Papa fuit conceſſa reſtitutio in integrum, & negotium dicitur remanere, prout prius ante conſtitutionem erat.*

27 *Facultas transferendi penſiones non eſt noua gratia, neque continet nouum grauamen.*

28 *Clauſula,* ac ſi non emanaſſet, *reducit negotium ad ſtatum priſtinum.*

29 *Conſtitutio emanata contra communem opinionem in Rota antea firmatam, potius dicitur correctoria, quam doctrinalis.*

30 *Bigamia omnino arcet à delatione habitus, & tonſura.*

31 *Facultas transferendi penſiones non poteſt ſubſiſtere ſine pracedente illius aſſecutione.*

32 *Penſionarius non amittit penſionem ex eo, quia non incedat in habitu niſi conſtet de exactione penſionis quia Bulla Sixti V. priuat tãtum illos penſionarios qui penſiones exigunt, vel per quos ſtat quominus exigant, & n. 33.*

34 *Facultas transferendi penſiones acquirendas poteſt ſubſtineri quamuis non poſſit retinere acquiſitas ob defectum geſtationis habitus clericalis.*

35 *Penſio promoti ſimpliciter, & abſolutè extinguitur eo ipſo quo quis promouetur.*

36 *Indultum ex quibus renalidatum dicatur.*

DECISIO DCCCXXX.

PLACVERVNT DD. fundamenta deciſionis in hac cauſa emanatæ ſub 2. Martij 1646. in qua ex capite iniuſtitiæ reſolutum fuit conſtare de cauſis reſtitutionis in integrũ aduerſus ſententiam A.C. declarantem tranſlationem penſionis, de qua agitur factam à præclaræ memoriç Michaele Principe Peretto in Eminentiſſimos DD. Cardinales Montáltum, & Vrſinum fuiſſe inualidam. Quandoquidem iniuſtitia præfata adhuc viſa fuit patens ex eo, quod A.C. ita declarauit; quia hæc penſio fuerat iam anteà ſemel translata, & ideò non potuerit iterum transferri vigore indulti eidem Principi conceſſi à glor. mem. Sixto Papa V. tanquam non continentis explicitam facultatem transferendi penſiones alias translatas, quod tamen non videtur ſub-
1 ſiſtere vel quia in qualibet facultate ſimpliciter conceſſa transferendi comprçhenduntur penſiones alias translatæ, vt in puncto monet *Modern. Roman. de re beneſ. q. 40. num. 95.* vel quia hæc facultas ſatis, ſuperque continetur in Indulto D. Principis transferentis.

Siquidem in eo duplex conceſſa fuit facultas, altera, & prima retinendi omnes, & quaſcunque penſiones reſeruatas, & reſeruan-
2 das ſub qua comprçhendi penſiones non ſemel tantum, ſed plures translatas fuit ſæpiùs

per

Digitized by Google

per *Rot. deciſion, & ſignanter in hoc eodem Indulto*
in Ferrarien. penſionis coram Cardinali Virili im-
preſſ. int.rec.deciſ.50. num.31. par.5. & deciſ.450.
num. 41. eadem par.5. tom.2. recent. Altera verò
facultas eaſdem penſiones transferendi, quæ
legitur conceſſa per hæc verba videlicet, nec
non omnes, & ſingulas penſiones huiuſmodi
transferendi &c. quæ verba cum non tantum
ſint vniuerſalia, ſed repetitiua, & demonſtra-
tiua præcedentium penſionum cum ſuis qua-
litatibus in parte facultatiua retinendi expreſ-
ſarum inter quas contineri penſiones alias
translatas non controuertitur, vtique hæ cen-
ſeri debent quoque comprehenſæ in altera
parte facultatiua transferendi virtute vniuer-
3 ſalis repetitionis, etiam ſi fuiſſent ſpeciali no-
ta dignæ, vt ex pluribus comprobatum fuit in
deciſ. ſub §. eoque facilius, & fuit dictum in Lucana
Penſionis 28. Iunij 1617. coram bon. mem. D. meo
Seleucien. in Taurinen. penſionis 1. Decembr. 1614.
coram bon. mem. Remboldo, & in Regien. penſionis
9. Febr. 1624. coram bon. mem. Pironano.

Non obſtat, quod dicatur non valere argu-
mentum à facultate retinendi ad facultatem
transferendi, quia in præſenti non argumen-
tatur; ſed ſolùm interpretantur, & explican-
tur iuxta propriam ſignificationem verba In-
dulti continentis vtramque facultatem, vno,
eodemque tempore, & ſub vnico motu, &
4 verbo conceſſi, quæ interpretatio ex proprie-
tate verborum, & ex mente concedentis pro-
ueniens admittitur etiam in materia odioſa,
& alteri præiudiciali, vt in terminis dixit *Rota*
in d. Taurinen. Penſionis 1. Decembris 1614. coram
bon. mem. Remboldo §. neque obſtat, & in d. Lucana
penſ. 9. Febr. 1624. coram bon. mem. Pironano. Nec
5 eſt nouum, quod vna pars gratiæ, alteram de-
claret, *l. vtrum 16. ff. de pet. hæred. ſan. mem. Gre-*
gor. XV. dec. 87. num. 10. Præcipuè ſtantibus ver-
6 bis generalibus, & illatiuis ad primam partem
Rota deciſ. 76. num. 3. par. 2. recent. Quicquid di-
cendum eſſet in caſu, quo hæ duæ facultates
fuiſſent conceſſæ per Indulta diſtincta, & ſepa-
rata abſque eo, quod vnum haberet relatio-
nem ad alterum.

Nefas igitur eſt hæſitare de voluntate Papæ
concedentis, cum illa apertiſſima reſultet, non
ſolum ex prædictis, ſed etiam ex pluribus cir-
cumſtantijs in deciſione ponderatis, quarum
prima eſt illa motus proprij, cum quo ad gra-
tiam impertiendam Papa deuenit, tutum eſt
7 enim quod motus proprij Pontificum pleniſ-
ſimè interpretantur *ad tex. in cap. ſi pluribus 24.*
de præbend. in 6. Borell. de reg. Cathol. præſt. cap. 33.
8 *num. 19.* quod procedit etiam ſi gratia ſit alteri
præiudicialis, vt dixerunt *Natt. conſ. 340. num. 7.*
Surd. conſ. 140. num. 6. Rota dec. 12. num. 22. par. 5.
recent. & coram Reuerendiſſ. Vrgellen. deciſ. 67. n. 5.
Secunda eſt inſignis qualitas D. Principis In-
dultarij, qui cum eſſet pronepos Pontificis In-
dulgentis cenſendum eſt ipſum voluiſſe illum
gratificare vberiori, & fauorabiliori modo,
quo potuit, vt firmatur *in deciſ. §. prout quoque,*
9 huiuſmodi namq; qualitas nepotis facit gra-
tiam fauorabilem, vt in terminis *Socc. conſ. 115.*
num. 4. lib. 3. Rota diuerſ. dec. 35. num. 2. in fin. & de-
ciſ. 401. num. 1. verſ. corruit etiam p. p. & in recent.
dec. 12. num. 41. & deciſ. 464. num. 13. ad med. & 14.
par. 5. bon. mem. Buratt. deciſ. 638. in fin. Altera eſt,
quia Papa in eodem Indulto habilitauit eum-
dem Principem ad acquirendas, & retinendas
quaſcunque penſiones non obſtantibus defe-
ctibus profeſſionis in Religione militari, aut
matrimonij etiam reiterati, & ſic illum di-
ſpenſauit ad grauiora, nempe ad ea, quæ ſunt
contra diſpoſitionem Sac. Can. & iuris, vndè
10 oritur vehemens præſumptio, quod voluerit
etiam concedere facultatem transferendi pen-
ſiones alias translatas, quod eſt minus, & per
Canones non prohibitum ex deductis in *deciſ.*
§. prout quoque.

Comprobantur prædicta ex declaratione
ipſiuſmet Sixti V. facta circa facultates conceſ-
ſas Militibus Lauretanis transferendi penſio-
nes vſque ad ſummam ſcutorum 200. per
quam manifeſtauit ſub illis contineri etiam
penſiones alias translatas, dum vigore Indul-
torum per prius conceſſorum declarauit eiſ-
dem Militibus licere huiuſmodi penſiones
11 transferre, quæ quidem declaratio mentis li-
cet facta in caſu particulari operatur, & re-
mouet omnem ſcrupulum etiam quoad alios
caſus ſimiles, cum vna ſit mens, & voluntas,
vt inquit *Dec. conſ. 35. ſub nu. 5. Crauett. conſ. 62.*
num. 11. ad fin. verſ. præterea ſicut declaratio, Rota
dec. 121. num. 28. ad med. par. 1. diuerſ. & in termi-
12 nis declarationis facta à Papa, quod faciat ius
generale, quamuis emanauerit in gratia par-
ticulari tradit *Roman. conſ. 260. num. 1. & Rot. de-*
ciſ. 133. num. 2. ad med. verſ. quarto mouebantur p. 2.
recent.

Nec ſubſiſtit, quod dicatur Sixtum non
proceſſiſſe per viam declarationis, ſed per viã
nouæ conceſſionis, & gratiæ nam contrarium
13 ſuadet tam verbum illud declarantes, quod
ex ſui proprietate nullatenus importat nouã
conceſſionem, ſed tantummodò ſimplicem
declarationem, & ponit in aperto id quod vir-
tualiter in diſpoſitione declarata cõtinebatur,
Ciriac. contr. 210. num. 13. Fulgoſ. conſ. 147. ante fin.
Rimin. iun. conſil. 249. num. 49. Rota dec. 281. num. 8.
par. 1. dec. 28. num. 10. & dec. 413. num. 17. par. 5. re-
cent. & fuit dictum in Romana penſionis 14. Ianuarij
1636. *coram Eminentiſſ. Cardinali Veroſpio;* quam
effectus ipſius declarationis cum Sixtus ſubdi-
derit licere eiſdem militibus facere has tranſ-
lationes in vim facultatum, & priuilegiorum
per prius conceſſorum, quod ſanè facere non
potuiſſet niſi in dd. facultatibus pẽſiones alias
translatæ fuiſſent comprehenſæ, quemadmo-
dum comprobatum fuit in *deciſione §. eam-*
demque.

Non obſtat replicatio, quod Papa loquutus
fuerit per verba indicantia tempus futurum,
ibi, declarantes etiam quaſcunque penſiones
&c. in vim prædictorum priuilegiorum &c.
transferri poſſe &c. & ex nunc ſuffragari per-
petuo; ponderando verba illa transferri poſ-
ſe &c. & ex nunc ſuffragari, quæ reſpiciunt
futurum, vnde infertur verbum declarantes
non fuiſſe adhibitum ſecundũ ſuam proprie-
tatem, & ſic per modum ſimplicis declara-
tio-

Digitized by Google

14 tionis, ſed per modum nouæ diſpoſitionis:
ex traditis per *Gabr. de reg. iur. concluſ. 3. num. 39.*
quia eſto quod declaratio quæ reſpicit futura
operetur nouum ius, tamen obiectum non
applicatur caſui noſtro, in quo illa emanauit
ad explicationem eorum, quæ continebantur
in verbis præcedentium priuilegiorum, ideo-
15 que non cenſetur facta noua diſpoſitio, vt
admittit idem *Gabr. loc. & num. cit. & num. 62.*
16 Et ratio eſſe poteſt, quia quotieſcunq; ſecun-
da diſpoſitio non eſt nouum ius, ſed concernit
præterita nũquam inducit ius nouum quam-
uis verba ſapiant editionem noui iuris ad tra-
dita per *Felin. in cap. quoniam contra num. 4. ante
fin. verſ. Et amplia de Conſtit. & Gemin. in conſ. 72.
num. 1. circa med. verſ. licet etiam verba*, poteſt
17 enim fieri declaratio quoad præterita abſque
inductione noui iuris, quamuis effectus di-
ſpoſitionis declaratæ reſpiciat futurum, & ita
de cœtero obſeruari, & intelligi debeat, vt eſt
caſus in *Clem. 1. de vſur.* vbi Papa declarat vſu-
rarios qui ſtatuta condunt, quod vſuræ non
repetantur, ſed ſoluantur, & ne de cœtero
ſtatuta huiuſmodi fiant, *& gloſ. ibi verb. de cœ-
tero* dicit hoc eſſe quoad pœnam, non autem
ſequitur, quod non declaret id, quod prius
erat de iure, *Zabar. num. 2. verſ. ſecundo oppono,
Imol. num. 12. verſ. gloſ. de cœtero, Abb. num. 4. ad
med.* dicens hoc eſſe, quia non ſumitur argu-
mentum à contrario ſenſu, de cœtero, ergo
non in præteritum, *Felin. in cap. 1. num. 5. Dec.
num. 45. de Conſt.* Vlterius quando Conſtitutio
18 declaratoria ſecundum verba poteſt referri
ad præterita, & ad futura, debet intelligi, vt
trahatur etiam ad præterita, *Gabr. vbi ſup. n. 11.*
Sicque licet d. verba poſſe transferri &c. indi-
carent futura, adhuc quia ſunt connexa cum
præteritis, ex quo translatio habet ſuam om-
nimodam dependentiã à priuilegijs per prius
conceſſis quorum vigore fieri debet, vtique
Cõſtitutio ſemper remanet declaratoria, cum
non poſſit reſpicere actum de futuro quin
tangat præteritum, vt eſt priuilegium alias
conceſſum, & declaratum, ita in terminis ex-
plicat *Felin. in d. cap. quoniam contra num. 11. verſ.
Secunda declaratio huius fallentiæ de Conſt. & Ge-
min. in d. conſ. 72. num. 1. prope medium.*

Obiectum quod declaratio non refertur ad
præcedentia priuilegia, ſed dumtaxat ad pri-
uilegium in quo fuit adiecta, corruit ex clariſ-
ſimis verbis ipſius declarationis cantantibus
in hunc tenorem ſcilicet vigore prędictorum
priuilegiorum transferri poſſe &c. vnde circa
hoc DD. non immorati fuerunt.

Superfluum quoque videbatur attingere
repetitum motiuum odioſitatis, dum clarè
conſtat de mente Pontificis comprębendendi
penſiones alias translatas, nihilominus quia
informantes pro Eminentiſſimo Titulati, &
litis conſorte plurimum in eo inſiſtebant, fuit
19 reſponſum prætenſam odioſitatem non ope-
rari quin ſub Indulto verbis generalibus con-
cepto transferendi omnes, & quaſcunque
penſiones, quale eſt iſtud, de quo agitur com-
pręhendatur penſio aliàs translata, vt dixit
*Rota in Lucana Penſionis 28. Iunij 1617. coram bon.
mem. D. meo Seleucien. & in Cæſarauguſtana penſ.
18. Iunij 1610. coram Lancellotto*; minuſque ex-
20 cludere latam interpretationem, quæ depro-
mitur ex proprietate verborum, & veriſimili
mente concedentis fauore nepotis, quemad-
modum firmauit *Rota in d. Taurinen. penſ. coram
Remboldo, & coram Reuerendiſſ. Vrgellen. inter eius
impreſſ. dec. 67. num. 21.* Maxime quia facultas
transferendi penſiones pluries translatas non
21 laborat odio irrationabili, cum habeat admix-
tam rationem, vt nimirum ex pingui benefi-
cio plures alantur Clerici, & poſſit transferens
ſe gratum erga ſuos familiares oſtẽdere, prout
in terminis Indulti conceſſi nepoti Papę con-
ſideratum fuit *coram Reuerendiſſimo D. Vrgellen.
d. dec. 67. num. 1. & ſeqq. dec. 452. num. 33. cum ſeqq.
par. 5. tom. 2. recent. & in Hieracen. penſ. 23. Iunij
1631. coram Eminentiſſimo Cardinali Veroſpio.*
22 Quinimò magis odioſa eſt impoſitio penſio-
nis, & ſic ſeruitus, quam facultas prorogandi
camdem ſeruitutem ſemel impoſitam, quæ
reputatur modici præiudicij ex quo poteſt eſ-
ſe quod translatarius præmoriatur transferen-
ti, prout ſæpè contingit *Reuerendiſſimo Vrgellen.
d. dec. 67. num. 3. & 4. Rota dec. 24. per tot. ſignan-
ter num. 11. par. 5. recen. & d. dec. 452. num. 43. verſ.
& licet translatio cum ſequen. eadem par. 5. tom. 2.
recent. & in Region. penſ. 9. Febr. 1624. coram bon.
mem. Remboldo.*
23 Neque obſtat deciſio in Florentina penſio-
nis 17. Maij 1617. coram bon. mem. Vbaldo
impreſſ. int. rec. deciſ. 485. par. 4. quatenus ſub
num. 4. firmat ratione odioſitatis non com-
pręhendi ſub ſimplici Indulto transferendi
penſionem alias translatam, quia loquitur in-
cidenter, non decidit caſum ex hac ſola ratio-
ne; ſed ex alijs vt patet ex eius lectura, vltra
quod fuit à Rota in ſpecie reprobata coram
bon. mem. Buratt. dec. 638. num. 7.

Minus refragantur allata exempla nonnul-
larum facultatum, quæ fuerunt expeditæ ante,
& poſt Sixtum, cum expreſſione transferendi
penſiones alias translatas, ex quibus infereba-
tur eſſe omnino neceſſarium, quod indultum
contineat explicitè hãc qualitatem, quia cum
non deſint contraria exempla ſimilium fa-
cultatum expeditarum ſine huiuſmodi ex-
preſſione, quæ ſuum ſortitæ fuerunt effectum
etiam quoad penſiones alias translatas præſu-
24 mendum eſt præfatas qualitates fuiſſe ſic im-
petratas ad abundantiorem cautelam ſuppli-
cantium, & ad euitandas cauillationes, vt con-
ſiderat *Corrad. in prax. diſpenſ. lib. 9. cap. 6. num. 29.
Gonz. ad reg. 8. gloſ. 6. num. 26. & ſeqq.* quæ cau-
tela alteri nocere non debet, *Seraph. deciſ. 1282.
num. 2. ſan. mem. Greg. XV. dec. 267. num. 13.* & hac
eadem reſponſione diluebatur etiam alterum
exemplum deductum ex gratia reualidatoria
ſan. mem. Pauli V. ex deductis in *deciſ. §. ne
refragari, & §. ſeq.*

Eamdemq; neceſſitatem minus conuincit
atteſtatio nonnullorum expeditorum littera-
rum Apoſtolicarum nuper pro parte Eminen-
tiſſimi Titularis, & D. Magalotti productam
ad probandum ſtylum Datariæ, exprimendi
qualitatem penſionum aliàs translatarum in
facul-

Digitized by Google

facultatibus transferendi . Nam vltra quod
hæc attoſtatio emanauit lite pendente abſque
iuramento non percutit tempus gratiæ, de
25 qua agitur conceſſa anno 1587. prout percuti
deberet ad docendum de ſtylo ſeruato in hu-
huiuſmodi facultatibus à Pontifice conceden-
te, *Put. dec. 219. num. 1. lib. 2. Mantic. deciſ. 357. n. 3. Rota deciſ. 200. num. 5. & deciſ. 330. num. 3. par. 1. diuerſ. dec. 509. num. 22. par. 5. rec. tom. 2. & in Romana, ſeu Ianuen. quarti dotalis 27. Aprilis 1647. coram Reuerendiſſimo Terraciuen.* Teſtantur enim
à 10. 20. & 30. annis, & de mente Pontificis
eis prorſus ignota, cum non ſint Officiales
Datariæ, ſed Expeditores, propterea non va-
lent affirmare niſi quod plures ita ſupplica-
uerint.

Nec ſuffragatur Conſtitutlo Vrbana, quæ
contrarium ſanciuit. Indulta non ſuffragari
niſi facta mentione de penſionibus translatis
tanquam continentibus nouum grauamen
prorogans ſeruitutem, quia cum Sanctiſſimus
cauſam reſtitutionis in integrum commiſerit
perindè ac ſi d. Conſtitutio non emanaſſet vti-
26 que negotium remanet in ſtatu quo erat ante
d. Conſtitutionem, *Rota deciſ. 333. num. 4. par. 1. diuerſ. & deciſ. 104. n. 6. par. 6. recent.* Quo tem-
pore attento contraria opinio erat communis,
& inconcuſſa in Rota, quod facultas transfe-
27 rendi non ſit noua gratia, neque contineat
nouum grauamen, vt firmatur *in deciſ. 24. n. 11. & ſeqq. par. 5. recent.* Adeout nec ſubſiſtat re-
plicatio quod Conſtitutio abrogata retineat
auctoritatem doctrinalem, quia clauſula, *ac ſi non emanaſſet*, reducit negotium ad ſtatum pri-
ſtinum, & ſic ad ius in quo erat ante prædictā
Conſtitutionem, vt in *d. deciſ. 333. num. 4. par. 1. diuerſ.* quæ etiam tanquam emanata contra
communem opinionem in Rota antea firma-
29 tam potius dicitur correctoria, quam doctri-
nalis, *Rota deciſ. 158. numer. 5. & ſeqq. par. 2. diuerſ.*

Nouum fundamentum quod D. Princeps
careret facultate transferendi ob ſuperuenien-
tem Conſtitutionem eiuſdem Sixti, in qua
ſub §. 2. verſ. in futurum, & §. 3. determinatur
penſiones de cœtero non reſeruari niſi perſo-
nis actu Clericis, & incedentibus in habitu, &
tonſura, Clericali, quem habitum, & tonſu-
ram Princeps præfatus geſtare amplius non
poterat cum euaſiſſet bigamus, & bigamia
30 omninò arceat à delatione habitus, & tonſu-
ræ iuxta *text. in cap. vnic. de bigam. in 6.* & con-
ſequenter ſublata facultate aſſequendi, & re-
tinendi cenſeatur etiā abrogata facultas tranſ-
31 ferendi penſiones cum hæc † ſine præcedenti
aſſecutione conſiſtere non poſſit ad tradit. per
Rotam in Lugdunen. penſ. coram Litta penes Marcheſ. de Commiſſ. par. 1. fol. 594. nu. 2. in fin. Nul-
lam prorſus viſum fuit habere ſubſiſtentiam
in præſenti caſu ponderando quod d. Conſti-
tutio non loquitur de facultate transferendi,
ſed tantum de facultate retinendi; nec priuat
ſimpliciter, & abſolutè Clericos non inciden-
tes in habitu, & tonſura, ſed in eo tantum ca-
32 ſu, quo penſio exacta fuerit cum effectu, vel
ſteterit per Penſionarium quin exegerit, vt de-
claratur in eadem Conſtitutione §. 6. & dixit
Rota penes ſan. mem. Greg. XV. dec. 20. num. 4. Vnde
cum D. Princeps de tempore acquiſitionis
huius penſionis reperiretur diſpenſatus à fel.
record. Clemente VIII. ad retinendas penſio-
nes acquiſitas, & acquirendas non obſtan-
te defectu bigamiæ, & habitus Clericalis,
cum expreſſa derogatione Bullæ Sixtinæ non
poteſt dici, quod ipſe remanſerit vigore di-
ctę Conſtitutionis deſtitutus facultate transfe-
rendi reſpectu penſionum poſt diſpenſationē
33 acquiſitarum, cum ad hunc effectum requi-
reretur, quod ipſe exegiſſet penſionem abſ-
que diſpenſatione, vel per eum ſtetiſſet quo-
minus illa exacta fuiſſet, vt patet ex prædictis,
& fuit bis reſolutum in terminis eiuſdem
Indulti in *Ferrarien. penſionis coram Remboldo deciſ. 12. ſignanter num. 42. & ſequen. & in eadem coram Cardinali Virili dec. 50. præcipuè nu. 42. verſ. Gratia Clementis in p. 5. recent.*

Hinc ceſſat id, quod dicitur, quod ſublata
facultate retinendi cenſeatur ſublata facultas
transferendi tanquam dependens, & acceſſo-
ria ab altera, quia d. Conſtitutio Sixti non
reddit Clericum non deferentem habitum in-
capacem quominus penſionem futuram aſſe-
qui valeat, ſed tantum ne eam (quatenus ſit
exigibilis) retineri poſſit in habitu laicali, &
ſic patet ſtare ſimul abſq; vlla contradictione,
34 quod quis habeat facultatē transferendi pen-
ſiones acquirendas, & tamen non poſſit reti-
nere acquiſitas ob defectus geſtationis habi-
tus clericalis, vt in dd. deciſionibus Ferrarieñ
penſionis coram Remboldo, & Virili fuit ple-
nè comprobatum.

Nec applicatur ſimile de promoto ad *Epi*-
ſcopatum, qui ſi habeat penſionem cum fa-
cultate transferendi, & in actu promotionis
obtineat indultum illam retinendi, non cen-
ſeatur diſpenſatus ad transferendum niſi hæc
quoque facultas ſpecificè indulgeatur, quia
35 penſio promoti ſimpliciter, & abſolutè ex-
tinguitur eo ipſo, quod quis promouetur,
Lotther. de re benef. lib. 1. q. 41. num. 8. Meritò igi-
tur vno eodemque inſtanti ammittitur facul-
tas transferendi, quæ eſt acceſſoria ad illam
penſionem. Conſtitutio verò Sixtina non
priuat penſione abſolutè, & ſimpliciter, ſed
cum illa reſtrictiua, dummodo Penſionarius
exigat, vel per ipſum ſtet &c. quæ apertè de-
monſtrat Papam, ibi, non ſenſiſſe de facultate
transferendi, quoniam eius vigore non exigi-
tur penſio.

Et in omnem caſum eſto, quod per d. Six-
tinam derogatum penitus fuiſſet Indulto D.
Principis ſibi à Sixto conceſſo, & ſic etiam
facultati transferendi penſiones nondum ac-
quiſitas tempore Sixtinæ Conſtitutionis ad-
huc quia Clemens VIII. illud reualidauit etiā
reſpectu iuris transferendi, viſa fuit ceſſare
omnis difficultas.

Quod autem dictum Indultum fuerit reua-
lidatum, deprehenditur ex verbis gratiæ reua-
lidatoriæ, ibi, Litteras deſuper confectas, ac
alias eaſdem penſiones quomodolibet cōcer-
neñ cum omnibus, & ſingulis facultatibus
etiam

etiam transferendi &c. reualidamus &c. quæ
37 cum ſint ampliatiua ex tradit. per *Put. dec. 190. n. 1. lib. 3.* proculdubio comprehendunt etiam indultum prædictum, adeout fruſtrà obiiciebatur per informantes pro D. Eminentiſſimo Titulari, & litis conſorte, quod gratia Clementis reualidauerit dumtaxat litteras pẽſionum tunc acquiſitarum, in quibus pariter eidem D. Principi reſeruata fuerat de conſenſu Titularij alia facultas illas transferendi, quia reualidat etiam aliam facultatem transferendi, quæ continet in ſe penſiones tunc habitas, & in futurum habendas ex ſupra deductis.

Et ità vtraque &c.

BONONIEN. LIQVIDATIONIS FRVCTVVM ſeù DOTIS.

Ven. 18. Iunij 1649.

ARGVMENTVM.

Fructus regulariter veniunt reſtituendi à die motę litis & quomodo ſit procedendum in illorum liquidatione fusè pertractatur.

SVMMARIVM.

1 *Lis probatur ex citatione ad dicen. contra commiſſionem ſeu libellum reproductum.*

2 *Locationes tam ex diſpoſit. Iuris communis quam ſtatuti Bononiæ præſumuntur renouatæ, & continuatæ.*

3 *Fructus præſumuntur percepti in quantitate contenta in locationibus.*

4 *Fructus veniunt regulariter liquidandi à die quo fuit lis conteſtata.*

5 *Fructuum perceptio probatur ex poſſeſſione, & in quantitate ſolita, & nu. 6.*

DECISIO DCCCXXXI.

INTERIECTA appellatione pro parte creditorum q. Alexandri Serpæ à mandato de immittendo relaxato ad fauorem DD. de Calderinis pro ſcutis 7045. auri ad bona prædicti Alexandri per eoſdem creditores poſſeſſa pro reſtitutione Dotis, Tadeæ Calderinę vxoris d. Alexandri ſcut. 5500. auri nec nõ pro alimentis, & fructibus dotalibus conſtante, ac ſoluto matrimonio vſq; ad obitum eiuſdem Tadeæ decurſis, ad quæ d. Creditores, nec nõ ad reſtitutionem fructuum à die motæ litis, eaquè pendente perceptorum condemnati fuerunt; Signatura Iuſtitiæ reſcripſit quoad ſcut. 5500. auri parito Iudicato, in reliquis vero alteri, qui ad vlteriorem exequutionem &c. iux. formam huiuſmodi reſcripti D. Calderini ſubhaſtari curarunt quædam bona pro ſatisfactione dictorum ſcu. 5500. Verùm quia bona ſubhaſtata nõ aſcendunt niſi ad ſc. 3335. auri dd. de Calderinis pro complemento dictæ ſummæ ſcut. 5500. auri conuerterunt ſe contra dd. Creditores pro reſtitutione dd. fructuum ad quos, vt ſupra dictum eſt fuerunt condemnati vndè propoſui dubium an, & ad quam ſummam d. fructus eſſent liquidandi, & Domini reſponderunt illos eſſe liquidandos, pro tempore quo lis per Thadeam inſtituta pro aſſecuratione, ac ſucceſſiuè reſtitutione ſuæ dotis cõtra dd. Creditores Alexandri eius viri durauit ſequendo tenorem ſententiarum in quibus prædicti Creditores fuerunt condemnati ad reſtitutionem dd. fructuum, quæ fecerunt tranſitum in iudicatum, vt firmatum fuit coram me ſub die 26. Maij 1645. & *coram R. P. D. meo Bichio ſub 27. Aprilis* 1646.

Itaque quoad illos de Lignanis liquidandi videntur à die 11. Augusti 1606. quo Procu-
1 rator illorum, & aliorum Creditorum habita intimatione libelli pro parte Thadeæ producti contradixit *iux. diſpoſitionem tex. in l. rem non nouam §. Patroni in princ. C. de Iudic. Rot. penes ſan. me. Greg. XV. deciſ. 27. num. 2. vſque ad diem* 8. *Auguſti* 1647. quo Domini de Calderinis prædictæ Thadeæ hæredes realem poſſeſſionem adepti fuerunt bonorum per dd. de Lignanis occupatorum, & quidem ad rationem librarum 650. monetę Bononieñ ſingulis annis vſque ad diem 25. Septembris 1627. ab inde verò vſque ad d. diem 8. Auguſti 1647. ad rationem lib. 800. ſimilium quia conſtat de locatione facta per eos anno præcedenti 1605 ſub 10. Maij Prædij nuncupati la Chiuſa, & alterius nuncupati la Pranta cuidam Franciſco de Caſalis ad annos ſeptem pro annua pẽ-
2 ſione dd. lib. 650. quæ † ſanè tàm ex diſpoſitione Iuris communis quam ſtatuti Bonon. præſumitur renouata, & continuata, vt firmatur *Rota in Bononien. liquidationis fructuum 30. Maij* 1642. *coram bo. me. Merlino extenſa per R. P. D. meum Cerrum in §. denique fuit, vſque ad dict. diem 25. Septembr.* 1627. quo incœpit alia locatio ad ſeptennium pariter facta Martino de Campagnolis ſub annua penſione dd. librarum 800. quæ continuata probatur vſque ad diem 12. Decembris 1642. quo idem Martinus in ea perſeuerans recognouit in Dominos dd. de Calderinis tunc immiſſos, vt conſtat ex publicis Inſtrumentis, ex quibus benè oſtenditur continuatio eiuſdem locationis. Et poſtea poſſeſſioni tunc captæ tanquã nullæ fuerit renunciatum per dd. de Calderinis, ab indè verò vſque ad d. diem 8. Auguſti, quo Calderini habuerunt immiſſionem in vim mandati Rotalis, attenta continuatione locationum per tanti temporis ſpatium ſub eadem annua penſione librarum 800. fructus præſu-
3 muntur in ſimili quantitate percepti à dictis de Lignanis eorumdem bonorum poſſeſſoribus.

Quo verò ad illos de Ninis, & Borellos eorum ſucceſſores videntur liquidandi à die 16. Septembris 1622. quo fuit per eos oppoſitum petitioni Thadeę, vſquè ad eumdem diem 8. Auguſti 1647. quo dd. de Calderinis actual ẽ, poſſeſſionem nacti fuerunt ad rationem librarum 180. ſingulis annis, quoniam tanti conſtat fuiſſe ab Vſina eorum hærede & reſpectiuè Gaſpare de Borellis eius viro locata bona

per

Digitized by Google

per eos detenta, vt patet ex publicis Inſtru-
mentis locationum ad ſeptennium & quin-
quennium reſpectiue factarum Petro de Ru-
ſſis ſub diebus 23. & 24. Februarij 1628. &
12. Februarij 1633. quæ ſimiliter renouatæ,
& continuatæ cenſentur ex ſupra deductis
imò probatur ex eo quod tempore apprehē-
ſę per dd. de Calderinis poſſeſſionis in eadem
cōductione perſeuerabat idem Petrus de Ruſ-
ſis vt legitur in Inſtrumento adeptæ poſſeſ-
ſionis.

Demùm quoad Antonium Greppium ar-
bitrati ſunt DD. fructus eſſe liquidandos à
4 die 7. Iunij 1622. † quo lis fuit cum eo pari-
ter conteſtata vſque ad diem 23. Aprilis anni
1644. ad rationem librarum 220. ſingulis an-
nis, cum conſtet ex publicis documentis pro
eadem penſione bona fuiſſe locata per hære-
des d. Greppij, & cauſam ab eis habentes pri-
mum ſub die 2. Aprilis 1625. Ludouico de
Gardis ad ſeptennium & deindè 24. Decem-
bris 1631. Ioanni de Tartaglis ad aliud ſepten-
nium quę locationes pariter continuatæ cen-
ſentur ſicuti firmatum eſt ſupra de alijs vſq;
ad d. diem 23. Aprilis 1644. quo Roccus Luca-
tellus vir Antoniæ hæredis Camillę Bomba-
ſariæ hæredis d. Greppi eadem bona locauit
ad quatuor annos Martino de Campagnolis
pro annuis libris 180. in quibus Domini di-
xerunt liquidandos eſſe fructus perceptos ab
eodem Lucatello à d. die 23. Aprilis 1644.
vſque ad d. diem 8. Auguſti 1647. de quo tem-
pore dd. de Calderinis poſſeſſionem eorum-
dem bonorum appręhenderunt.

Ex quibus ęquidem locationibus, ac litis
ſubſtētatione ab eo tempore citra per prædi-
ctos Creditores reſpectiuè factis ſicuti proba-
5 tur illorum poſſeſſio † ita etiam remanet iu-
ſtificata perceptio fructuum qui præſumun-
tur ſub *num. 4. & 5. verſ. Ex quibus locationibus,
& ſub num. 8. verſ. & ideò præſumitur & num. 12.
verſ. & licet, ac in alijs relatis in Romana reintegra-
tionis 23. Iunij 1642. coram Reuerendiſſ. Patauino in
§. Idcircò in debitum Monaſterij, & 22. Iunij 1643.
coram Reuerendiſſ. Salamantino in §. in primis etiā
dixerunt, ac in Maceraten. redditionis rationis 27.
Martij 1645. coram R.P.D. meo Melsio, in §. quo
6 verò ad Palatium,* Et ſucceſſiuè percepti † in
quantitate ſolita *Rota penes Acchill. de Graff. de-
ciſ. 2. de reſtit. ſpoliat. & bo. me. Card. Seraph. deciſ.
1245. ſub nu. 6. verſ. quantum verò ad quantitatem,
& Caual. 17. ſub num. 1. verſ. à ſolito enim & deciſ.
86. num. 2. verſ. vndè etiam ac in recent. deciſ. 263.
ſub num. 4. verſ. quæ locationes cum ſeqq. p. 7.*

Non obſtat, quod clauſula parito Iudicio
in reſcripto Signaturæ appoſita reſpiciat ſo-
lum ſcu. 5500. auri Thadeæ debita pro reſtitu-
tione dotis, non autem fructus, & alia in ſen-
tentijs comprehenſa, quia fructus à prędictis
poſſeſſoribus percepti modo petuntur in quā-
titate concurrenti pro congrua ſatisfactione
reſidui dd. ſcu. 5500. auri pro quibus exequē-
da eſt res iudicata eorumdem fructuum reſti-
tutionem compręhendens, vt legitur in eiſ-
dem ſententijs.

Fructus igitur quoad illos de Lignanis à
prædicto anno 1606. vſquè ad annum 1647.
aſcenderunt ad lib. 29650. Et quoad illos de
Ninis, & Borellos eorum ſucceſſores ad lib.
4500. Quo verò ad Antonium Greppium, &
ab eo cauſam habentes ad lib. 5380. Et in his
ſummis reſpectiuè illos eſſe liquidandos Do-
mini reſponderunt.

Et ita DD. de Calderinis, ac illis de Ligna-
nis informantibus.

ROMANA PECVNIARIA.

Lunæ 21. Iunij 1649.

ARGVMENTVM.

Pecuniarum deſcriptio in libris ex quibus ea-
rumdem dominium cenſeatur tranſlatum &
ex quibus non in perſonam in cuius fauorem
leguntur deſcriptæ.

SVMMARIVM.

1 *Validitas mandati patet ex reuolutione actorum ſi
concurrant requiſita de quibus per vulgat.* deciſ.
Caputaq. 260. nu 2.

2 *Mandatum de conſignando non poteſt denegari cre-
ditori quando conſtat pecunias ſequeſtratas eſſe de-
bitoris.*

3 *Pecuniæ dicuntur eſſe in dominio illius ſub nomine
cuius ſunt deſcripta.*

4 *Pecuniarum deſcriptio facta de ordine habentis do-
minium illarum in faciem alterius habet vim ſo-
lutionis.*

5 *Hoc non procedit niſi quando ſimul concurrit cauſa
habilis vel legitimus titulus acquirendi, & ex qui-
bus prædicta deficere dicatur adhoc vt dd. pecunia-
rum acquiſitio non ſubſiſtat, & n. 6.*

7 *Pecuniarum dominium vt cenſeatur translatum non
eſt cauſa habilis ſi ſolutio ſit facta Agenti ſeu Pro-
curatori.*

8 *Pecunia poteſt dari in pignus & eo caſu non poteſt
impediri executio ſuper illa proſequenda ad inſtā-
tiam creditoris anterioris, & n. 9.*

10 l. ſcripturas C. qui pot. in pign. hab. *ex qui-
bus dicatur habere locum.*

DECISIO DCCCXXXII.

MANDATVM de conſignando ab A.C.
relaxatum ad inſtantiam hæreditatis ia-
centis bo. me. Card. Spinulæ contra Hierony-
mum Viualdum in Vrbe Mercatorem, citato
etiam pro ſuo iure, & intereſſe Paulo Iorda-
no; tanquam validum, & iuſtum exequendū
eſſe DD. reſponderunt.

1 Quoniam validitas † patet ex reuolutione
actorum, in quibus apparet interueniſſe om-
nia ad validitatem neceſſaria, de quibus per
vulg. *deciſ. Caputaq. 260. par. 2.*

Iuſtitia vero deſumebatur ex eo, quod cū
dictus Cardinalis viuens eſſet Creditor D. Epi-
ſcopi Marraræ in notabili pecuniarum ſum-
ma ex cauſa cuiuſdam Penſionis reſeruatæ ſu-
per Archimandictatu Eccleſiæ Marraræ per
eum-

Digitized by Google

eumdem Epiſcopum aliàs poſſeſſo, ac pro d.
ſumma ſibi debita obtinuiſſet mãdatum exe-
cutiuum, cuius vigore fuerunt ſubindè ſe-
queſtrata ſcut. 5. mil. ſpectantia ad d. D. Epiſ-
copum debitorem in banco d. Viualdi exi-
ſtentia, iuſtum erat quod ſucceſſiuè ad inſtã-
tiam hæreditatis iacentis d. Cardinalis inte-
rim vita functi, relaxaretur mandatum de
2 conſignando quod denegari † non poteſt quo-
tieſcunque prout hic conſtat pecunias ſeque-
ſtratas ſpectare ad debitorem ad *text. in lect. quæ
nundum 15. §. quod dicitur in fin. vbi gloſ. in verb.
obligata ff. de pignor. Carol. de ſequeſtr. part. tertia
num. 1.*

Quod autem in præſenti pecuniæ ſeque-
ſtratæ ſpectent ad D. Epiſcopum conuincitur
ex eo, quia illę fuerunt ipſi tranſmiſſæ à qui-
buſdam Mercatoribus Panormi per litteras
cambij directas d. Viualdo qui prædictas litte-
ras recipiendo creauit in ſuis libris Credito-
rem d. D. Epiſcopum, qui propterea ſtatim
3 euaſit illarum Dominus; cum † pecuniç dicã-
tur eſſe in Dominio illius ſub nomine cuius
ſunt deſcriptæ, vt tradunt *Antar. conſ. 3. nu. 2.
Soccin. ſen. conſ. 6. num. 3. lib. 4. Mart. conſ. 185. n. 16.
Rot. poſt tract. de cenſ. deciſ. 547. num. 13. & ſeq.*

Non obſtat, quod tempore ſequeſtri pecu-
niæ prædictę reperirẽtur deſcriptę ſub nomi-
ne d. Pauli Iordani, quia licet deſcriptio fue-
rit facta de Ordine D. Epiſcopi & habeat vim
ſolutionis ex *Theor. Bald. in l. fin. num. 3. C. de non
num.* quem ſequitur *Soccin. ſen. conſ. 64. num. 7. Se-
tot. lib. 3. Mantic. de tacit. lib. 17. tit. 6. num. 7. per tot.
Gait. de credit. cap. 2. num. 2414. & ſeqq. Scacc. de
camb. §. 2. gloſſ. 5. num. 55.* non tamen in hoc ca-
ſu voluit transferre dominium pecuniarum
in Paulum, ex quo in eo deficit titulus, vel
cauſa habilis illud acquirendi, vndè d. deſcri-
ptio reſoluitur in ſimplicem traditionem per
5 quam † non cenſetur tranſlatum in recipien-
tem dominium pecuniarum niſi ſimul con-
currat cauſa habilis, vel legitimus titulus ac-
quirendi *l. nunquam nuda 31. ff. de acq. rer. domin.
gloſ. in l. traditionibus 20. C. de pactis. Ruin. conſ. 148.
num. 9. lib. 1. optimè Surd. conſ. 4. num. 41.* & benè
comprobatum fuit in *Romana Legati ſcut. 50.
mil. 1. Aprilis 1644. §. vndè ſequitur verſ. & facit
coram R. P. D. meo Cerro.*

Deficere autem in Paulo titulum, ſeù cau-
ſam habilem acquirendi has pecunias colligi-
tur non ſolum ex ordine ſoluendi ab Epiſco-
po ſimpliciter concepto abſque vlla expreſ-
ſione cauſæ per quam debuiſſet fieri talis ſo-
lutio, cum non ſit veriſimile, quod D. Epiſ-
copus mandauerit ſolui Paulo adeo conſi-
derabilem pecuniarum ſummam abſque eo
quod in ordine exprimeretur cauſa ſolutio-
nis, quæ tamen ſolet communiter ab omni-
bus, exprimi; Sed etiam quia tam ex cauſis
præcedentibus, quam proximis dictæ deſcri-
ptioni, penitus excludi videtur earumdem
pecuniarum acquiſitio. Regulare quippe eſt
6 huiuſmodi actus præſumi † geſtos ex cauſa,
quæ de proximo præcedit *Bart. in l. triticum 94.
num. 2. ff. de verb. oblig. Alex. in l. à Titio 108. nu. 2.
verſ. ſecundo limita ff. eodem Corn. conſ. 210. num. 4.*
*in fine verſ. nec obſtant lib. 1. cum concordantibus re-
latis in eadem Romana legati ſcut. 50. mil. 26. Iunij
1641. §. 1. verſ. non ſolum, & vltima Aprilis 1644.
allegato §. vnde ſequitur, verſ. & quod ít coram R. P.
D. meo Cerro*, & fuit dictum in *Romana locorum
montium coram bon. me. Remboldo §. non obſtat, quod
Paulus.*

Ponderantes igitur DD. cauſas præcedentes di-
cebant in Paulo non concurrere niſi cauſam
Agentiæ, ſeù muneris Procuratoris, cum nõ
controuertatur ipſum, quandoquè ſe pro tali
geſſiſſe in negotijs D. Epiſcopi, & ſignanter
tanquam Procuratore pluries ſoluiſſe bo. me.
Cardinali Spinulę ſupradictam penſionem ab
eodem D. Epiſcopo debitam, vndè hæc ſolu-
tio præſumitur facta Paulo tanquam Agenti
7 ſeù Procuratori, † quæ cauſa non eſt habilis
ad transferendum in eum pecuniarum ſolu-
tarum dominium *Rot. deciſ. 520. num. 4. p. 3. rec.
& in term. Surd. conſ. 4. num. 40. in fin. verſ. ſed hic
pecunia* & *num. 41.*

Cauſa vero proxima viſa fuit reſultare ex
quadam cędula bancaria vnciarum 1114. quã
fecerat Viualdus ad fauorem eiuſdem Epiſco-
pi ſoluendarum in tabula Panormi, & ratione
huius cedulę Paulus eumdem Viualdum in-
demnem conſeruare promiſerat; Vndè cum
pro D. Epiſcopo Viualdus reperiretur obli-
gatus erga tabulam Panormi, Paulus verò
erga Viualdum, præſumendũ eſt, quod qui-
libet ipſorum propriæ indemnitati eo melio-
ri modo quo potuit præcauere curauerit hac
occaſione tam opportuna, dum debitor com-
munis habebat has pecunias in eodem Banco
Viualdi; Et ideò Paulus obtinuit ab Epiſco-
po ordinem illas deſcribendi in ſui faciem
Viualdus verò poſt deſcriptionem eaſdem
ad ſui fauorem vinculauit addendo in fine par-
titæ hæc verba, *ſi douranno tenere per ſicurezza di
quello poteſſe patire per la cedola bancaria di vncie
1114. di moneta &c.* Et ſic clarè dignoſcitur
præfatam deſcriptionem nõ fuiſſe ordinatam
titulo, cauſa, aut animo transferendi ſtatim
pecuniarum dominium in ipſum Paulum ſeù
Viualdum, ſed vt illas haberent loco pigno-
ris, & tali pacto redderentur, vndique ſecuri
in caſu quo foret neceſſaria ſolutio vnciarum
per Viualdum promiſſarum ſub fideiuſſione
8 Pauli; nàm etiam † pecuniam pignori dari
poſſe clarè infertur ex *text. in l. idemque 7. §. ſi
tibi in fin. ff. qui pot. in pignor. habeantur*; & tradit
Ant. Fab. in ſuo Cod. lib. 4. tit. 26. def. 25. num. 2. ac
proindè ſub prætextu huiuſmodi deſcriptio-
9 nis † impediri non poteſt exequutio ſuper il-
lis proſequenda ad inſtantiam dictæ hæredi-
tatis creditricis anterioris ex congeſtis in di-
cta Romana locorum montium 9. Februarij
1624. coram bon. me. Remboldo, cum præ-
ſertim occaſione dictæ Cedulæ, nec Viual-
dus, nec Paulus, ſe aliquod detrimentum
paſſum fuiſſe doceant.

Nec quicquam releuat apocha ſolidationis
computorum confecta inter D. Epiſcopum, &
Paulum 20. Martij 1648. in qua Paulus con-
ſtituendo ſe debitorem D. Epiſcopi in ſcut.
485. 95. monetæ pro reſiduo pecuniarum ad

Digitized by Google

eius manus peruentarum fuit quietatus, & abſolutus de omnibus, & ſingulis partitis vſque tūc per eum exactis cum ordinibus eiuſdem Epiſcopi; vnde prætenditur partitam controuerſam comprehendi ſub hac ſolidatione, & ſic conſtare de titulo, vel cauſa habili eiuſdem Pauli ad acquirendum, quia contra prædictam apocham viſa fuit non le-
10 uiter vrgere præſumptio, *l. ſcripturas, C. qui potior. in pign. habeantur*; non ſolum quia Paulus citatus in iudicio conſignationis pro ſuo iure, & intereſſe illam non exhibuit ſtatim, ſed poſt tot dies, quibus illa ſibi tranſmitti potuit à D. Epiſcopo tunc apud ſuam Eccleſiam reſidente, ſed etiam quia maximè inueriſimile redditur, quod Paulus in generali ſolidatione computorum cōſtituerit ſe debitorem ſcut. 485. 95. illaque perſoluerit Economo Epiſcopi ſui creditoris priuſquam ingens partita ſcut. 3. m. in banco Viualdi vinculata pro eodem D. Epiſcopo diſcuteretur, ac exitus illius negotij expectaretur; & abſque eo quod in ſolidatione de tali partita fuerit facta aliqua mentio, cum tamen eſſet ſpeciali nota digna, tum propter magnitudinem ſummæ, tum propter vicinitatem temporis effluxi à die deſcriptionis ad diem ſolidationis cōputorum, tum denique propter complicationem negotij, in qua inuoluta erat d. partita, & attento quod res agebatur inter perſonas accuratas, & iuriſperitos: Signum euidens quod illa nō comprehendebatur in d. apocha, quia nō fuit deſcriptio ordinata animo transferendi dominium in Paulum, ſed vt illud remaneret penes eumdem D. Epiſcopum, prout ſemper apud eum remanſiſſe ex ſupradictis arbitrati ſunt DD. qui propterea concluſerūt mandatum A.C. eſſe exequendum.

Et ita vtraque &c.

BONONIEN. DOTIS.

Lunæ 28. Iunij 1649.

ARGVMENTVM.

Remiſſoria denegatur ſi materia articulata ſit irrelevans.

SVMMARIVM.

1 *Remiſſoria non debet dari, vt probetur id, quod probatum articulanti non prodeſt, & n. 6.*
2 *Laudum habet vim pacti, & tranſactionis.*
3 *Nec licet ab eo recedere ſub prætextu ſcripturæ denuo repertæ.*
4 *Tranſactio, & res iudicata imponunt vltimum finem liti.*
5 *Per tranſactionem bona fide initam omnia inſtrumenta, & iura ipſo iure caſſantur, & irritantur.*

DECISIO DCCCXXXIII.

Q. Fabius, & q. Horatius de Albergatis nuptui tradiderunt Dianam Gabrieli de Graſſis cum dote librarum 48. m. quam ſoluere promiſerunt hoc modo videlicet lib. 8. mil. in actu matrimonij, & vnum prædium nuncupatum, la Maluezza, ſeu Baggiano, cum molendino pro pretio æſtimando per duos peritos, reſiduum verò ad rationem ſcutorū mille ſingulo anno, vſque ad totalem ſatiſfactionem.

In obſeruantiam prædictæ promiſſionis fuerunt de anno 1598. quo fuit contractum matrimonium, ſolutæ dictæ libræ 8. m. nec non conſignatum prædium prædictum cum molendino, quod cum non fuerit tunc æſtimatum, temporis ſucceſſu orta fuit inter Partes controuerſia ſuper reſiduo dictæ dotis, quapropter illæ deuenerunt ad compromiſſum, & Iudex cōpromiſſarius in laudo quod protulit inter cætera mandauit æſtimari dd. prædium, & molendinum per duos peritos hinc inde eligendos, habito tamē reſpectu ad tempus traditionis prout æſtimatum fuit. Verùm quia æſtimatio vnius multum diſcrepabat ab æſtimatione alterius periti, fuit iuxta tenorem eiuſdem laudi deuentum ad electionem tertij ab vtraque parte nominati, qui retulit dd. prædium, & molendinum de tempore conſignationis fuiſſe valoris lib. 26. m. Hanc vltimam æſtimationem attendentes DD. ſub 18. Martij 1648. dixerunt D. Comitem Paridem Mariam de Graſſis filium, & hæredem d. q. Dianæ per reſiduo d. dotis, & fructibus remanere creditorem hæreditatis q. Comitis Philippi Albergati hæredis dd. Fabij, & Horatij in ſcutis 8359. 32. vt latius in deciſione edita coram me ſub d. die 18. Martij 1648.

Poſt hęc prętendens d. Comes Paris Maria, quod prædium, & molendinum prædicta fuerint de communi partium conſenſu vſque de tempore conſignationis æſtimata lib. 20. mil. & propterea quod non veniat attendenda peritorum relatio poſtea facta exhibuit ad hoc probandum nonnullos articulos petens ſuper illis ſibi concedi remiſſoriam; ſed poſito hodie dubio an illa eſſet concedenda DD. negatiuè reſponderunt, quia materia articulata viſa fuit prorſus irrelevans.

Irrelevantia ſiquidem primi, & ſequentium articulorum vſque ad 6. incluſiuè patebat ex eo; quia in eis dicitur, quod in hæreditate d. q. Horatij Albergati fuerit repertus, & ad manus D. Comitiſſæ Lauræ Albergati hæredis vſufructuariæ d. Comitis Philippi peruenerit quidem liber manuſcriptus diuerſarum recomputarum, & ſic in ſubſtantia prætenditur probari exiſtentia libri articulati penes hæredes prædicti Comitis Philippi, quæ tamen quamuis probata nullius eſſet momenti cum non
1 appareat in eodem libro quicquam deſcriptū quod articulanti prodeſſe valeat, *l. ad probationem 21. C. de probat.* Vbi quod lectio Inſtrumenti non recitantem, ſed quem tenor ſcripturæ deſignat, adiuuat.

In

In ſeptimò vſque ad decimum articulatur,
quod in d. libro fuerit annotata partita ſolu-
tionis librar. 28. mil. factæ Gabrieli viro in
cauſam dotis d. Dianę, vnde pro parte eiuſdem
articulantis inferebatur prædium, ac molendi-
num controuerſa fuiſſe cõcorditer à partibus
conſignata, & reſpectiuè recepta pro lib. 20. m.
tantum deſumendo illationem ex eo, quod
d. lib. 28. m. tanquam annotatę ſub anno 1601.
debeant omninò referri ad lib. 8. mil. ſolutas
in limine matrimonij, & ad valorem prædij,
& molendini paulò poſt ſequutum matrimo-
nium conſignati, cum ad cœteras pagas de
illo tempore nondum factas nequaquam re-
ferri valeant. Quæ quidem annotatio nulla-
tenus releuare dicebatur.

Primo quia in eodem articulo 7. expreſsè
ponitur, quod in ea aderant quædam ſpatia,
in quibus videbatur fuiſſe conſcripta nonnul-
la verba poſtmodum euaſa non intelligibilia,
& conſumpta quare admiſſa huius articuli
probatione ſiue per teſtes, ſiue per exhibitio-
nem eiuſdem libri, ſeu paginæ id continentis
certum eſt, quod ſuffragari nequit, cum aſſer-
ta partita ſcripta in memoriam ſcribentis nõ
legatur; ſeu videatur ibi annotata, neque in-
telligi poſſit.

Secundò quia poſt factum compromiſſum
prolatumque, & acceptatum laudum ſuper
2 modo æſtimandi valorem dd. bonorum, quod
habet vim pacti, & tranſactionis, ac rei iudi-
catæ ad *text. in l. 2. vbi gloſ. in verbo non fuit,
C. comm. vtriuſque iudic. Barthol. Soccin. conſ. 66.
ſub numer. 4. verſ. tamen quando vol. 4. Ioan. Bapt.
Caccialup. in tract. de tranſact. q. 3. in fin. cum alijs
quos refert Pariſ. conſ. 46. ſub n. 13. & ſeqq. vol. 1.
Rota dec. 512. in princip. par. 1. diuerſ. & deciſ. 538.
num. 1. par. 2. rec. Card. Caualer. dec. 118. num. 2. &
penes bon. mem. Buratt. dec. 657. num. 4. vbi Add. n. 8.
3 & ſeqq.* Non licet ab eo recedere ſub prætextu
huiuſmodi ſcripturæ, aut libri de nouo re-
perti, *l. ſub prætextu Inſtrumenti 19. C. de tranſact.
& ibi Iaſ. num. 1. verſ. nota tranſactionem, Soccin.*
loquens de laudo habente vim tranſactionis
*d. conſ. 66. nu. 4. verſ. ſed tranſactio vol. 4. Mantic.
de tacit. lib. 26. tit. 7. ſub num. 4. & ſeq. ac tit. 9. ſub
num. 10. & ſeq.* Et duplex aſſignatur ratio, qua-
4 rum altera eſt, † quia per tranſactionem, &
rem iudicatam imponitur vltimus finis liti, &
ſic probationibus, nam poſt litem finitam
amplius probationes non admittuntur. Al-
tera verò quia per tranſactionem bona fide
5 initam omnia inſtrumenta, & iura ipſo iure
caſſantur, & irritantur, vt notat *Baldus c. 1. ſub
nu. 3. verſ. item nota rationem de tranſact.* Subdens
textum illum eſſe in propoſito mirabilem, &
ideò cum illa ſint annullata non poſſunt tran-
ſactionem infringere.

Quod autem deducitur in 11. & vltimo ar-
ticulo nempè quod dictus tertius peritus æſti-
mauerit valorem prædij, & molendini habita
ſola ratione temporis anni 1642. quo illa vi-
dit, non autem anni 1598. quo fuerunt in
dotem conſignata; prorſus eliditur ex illius
relatione in Summario D. Lauræ data ſub
num. 5. iuramento firmata, in qua affirmat ſe
conſideraſſe, ac æſtimaſſe valorem de anno
1598. ſumptis informationibus ab homini-
bus ſenioribus, atque verſatis eiuſdem loci;
quo peracto iuſtè referre potuit valorẽ præ-
teriti temporis, vigore facultatis illi ſpeciali-
ter conceſſæ in d. laudo, in quo tribuitur cui-
libet ex peritis eligendis facultas capiendi in-
formationes bonorum, & eorum ſtatus, &
qualitatum de tempore conſignationis extra-
iudicialiter, & à perſonis ſibi bene viſis.

Quare cum ex prædictis appareat de totali
irrelevantia dd. articulorum fuit denegata
6 remiſſoria, ne partes ſuperfluis expenſis at-
que inutilibus dilationibus diutiùs fatigentur,
*d. l. ad probationem 21. vbi gloſ. in verbo non conue-
nit, C. de probat. Rota penes Cæſ. de Graſſ. dec. 2. de
dilat. & ſan. mem. Greg. XV. deciſ. 81. num. 3. & ſæpe
in alijs.*

Et ità vtraque &c.

MVTINEN. BENEFICII.

Lunæ 28. Iunij 1649.

ARGVMENTVM.

Litteræ Apoſtolicę quando ſunt iuſtificatæ exe-
cutioni debent demandari.

SVMMARIVM.

1 *Regulæ de ſubrogando, vt ſit locus exiguntur obitus
collitigantis, lis ſuper titulo beneficij, & clericatus
ſubrogati.*

2 *Obitus collitigantis probatur ex partita formiter ex-
tracta à libro Parochi.*

3 *Lis ſuper titulo in iurepatronatus ad effectum ſubro-
gationis non eſt neceſſaria, licet ſecus ſit in benefi-
cio libero.*

4 *Beneficium efficitur litigioſum eo ipſo quo quis petit
beneficium ad ſe ſpectare, ac ſibi adiudicari.*

5 *Lis vt dicatur calumnioſa in materia ſubrogationis
requiritur vt calumnia nullo pacto excuſari va-
leat.*

6 *Intruſus non dicitur, qui ingreditur poſſeſſionem au-
ctore prætore, ſed qui eam occupat propria authori-
tate abſque vllo titulo.*

7 *Clericatus probatur ex atteſtatione Ordinarij proui-
ſum præuijs neceſſarijs iuſtificationibus inducentis
in poſſeſſionem beneficij.*

DECISIO DCCCXXXIV.

DOMINI reſponderunt ad fauorem Lu-
douici Polliciarij informantis ſuas litte-
ras ſubrogationis gratioſæ eſſe exequendas ex
quo illæ viſæ fuerunt iuſtificatæ in omnibus,
præſertim in illis tribus requiſitis, quæ potiſſi-
mum exiguntur ad hoc, vt ſic locus regulæ
de ſubrogando prout ſunt obitus collitigantis
lis ſuper titulo beneficij, & clericatus ſubro-
gati ad tradit. per *Rotam coram ſan. me. Greg. XV.
deciſ. 307. numer. 1. penes Cardinalem Seraphinum*

dec.990.num.1. in rec.dec.321. num.1. par.1. deciſ. 607. num.2. par.5. in reſid. & in Piſtorien. ſeu nullius Beneficij 19. Iunij 1634. coram me impreſſ. in d. par.5. rec. dec.549. ſub num.13.

Obitus enim Vincentij Donellini, qui dum in humanis agebat tanquam præſentatus ab illis de Pincettis litigabat cum d. Ludouico præſentato ab illis de Pellicciarijs, & à Capitulo Murineñ probatur ex partita formiter 2 extracta à libro Parochi, vt dixit *Rota int. recen. d.dec.321.num.3. & deciſ.700. num.4. par.1. penes bon.mem. Buratt.dec.563.num.1. coram Reuerendiſſimo Vrgellen. dec.430.num.1. & in d. Piſtorien. ſeu nullius Beneficij coram me ſub num.15.*

Quo verò ad litem, licet in iurepatronatus 3 quale eſt iſtud non ſit neceſſe ad effectum ſubrogationis litem verti ſuper titulo per text. in *cap. 1. vbi gloſ. verbo diſpendijs, vt lit. pend. in 6.* & latè inter beneficium eiuſmodi qualitatis, & beneficium liberæ collationis diſtinxit *Rota in Veronen. Beneficij 2. Iunij 1634. coram bon. mem. Coccino Decano, & int. rec. dec.607. num.10. par.5. in reſid.* Illa plenè iuſtificatur ex commiſſionibus, & proceſſibus factis tam coram Ordinario loci, quam in Rota, ex quibus apparet, quod vterque præſentatus à prædictis diuerſis patronis petebat beneficium, de quo 4 agitur, ad ſe ſpectare, ac ſibi adiudicari, quo caſu illud effici litigioſum reſoluit *Rota in Lucana iuriſpatronatus 19. Ianuarij 1611. coram Penia §. nec refert, verſ. ſecus autem, & fusè declarauit Adden. ad ſan. mem. Gregor. XV. deciſ.305. num.8. per tot.*

Nec ex eo, quod poſterior ſententia Rotalis emanauit contra prædictum Ludouicum lis dici debet calumnioſa, quia cum præcedentes ſententiæ prodierint ad illius fauorem, & à d. ſententia contraria pendeat appellatio, nulla poteſt ex ea doduci calumnia, quæ tamen ad 5 effectum denegandi executionem huiuſmodi ſubrogationis adeò euidens eſſe debet, vt nullo pacto excuſari valeat; *Rota penes ſanct. mem. Greg. XV. dec.27. num.7. & deciſ.125. num.4. & deciſ. 426. num.8. Buratt. deciſ. 927. ſub num.10. & ſeqq. & in alijs pluribus relatis in Papien. Beneficij 20. Nouembris 1645. coram R.P.D. meo Corrado, §. Nam quicquid ſit verſ. illa enim.*

Minus idem Ludouicus cenſeri poteſt intruſus, cum apprehenderit poſſeſſionem beneficij vigore mandati de immittendo decreti ab Ordinario executorem litterarum Apoſtolicarum quas ipſe ſuper derogatione iuriſ- 6 patronatus pro medietate impetrauit; intruſus quippe non dicitur qui ingreditur poſſeſſionem auctore Prætore, ſed qui eam occupat propria auctoritate abſque vllo titulo, vt ad propoſitum bene explicat *Rebuff. in prax. ſub rubr. de ſubrog. collitig. gloſ. 4. num.4. & ſeqq. & in terminis fuit reſolutum in præalleg. Piſtorien. ſeu nullius Beneficij coram me ſub n.11. & ſeqq.*

Clericatus tandem Ludouici ſubrogati ſuf- 7 ficienter probatur ex atteſtatione Ordinarij à quo fuit præuijs neceſſarijs iuſtificationibus inſtitutus, & immiſſus in poſſeſſionem beneficij iuxta notata in *cap. 1. de Cler. pereg. & in cap. poſt ceſſionem de probat. Put. dec.114. n.5. lib. 2. Reuerendiſſ. Vrgellen. d. dec.430. in Papien. beneficij 20. Nouembris 1645. coram R.P.D. meo Corrado, §. ſiquidem Clericatus.*

Et ita vtraque &c.

VERVLANA BONORVM.

Lunæ 5. Iulij 1649.

ARGVMENTVM.

Attentata quando dicantur purgata.

SVMMARIVM.

1 *Manutentio deſeruit pro reuocatione attentatorum.*

2 *Depoſitum ritè, & rectè factum, vel à parte approbatum parit effectum liberationis.*

3 *Priuilegium recuperandi expenſas in cauſa attentatorum factas antequam proſequatur negocium principale competit petenti reuocationem attentatorum per viam extraordinariam implorando officium Iudicis mercenarij.*

4 *Nec d. priuilegium ſuffragatur ei, qui neglecta via attentatorum reuocationem obtinet per viam alicuius actionis beneficio nullitatis, vel iniuſtitiæ.*

5 *Attentans quo caſu poſſit ſupplere mediante depoſito vnius iulij cum obligatione ſoluendi reſiduum facta liquidatione.*

DECISIO DCCCXXXV.

ATTENTATA commiſſa per Communitatem Verulanam DD. dixerunt eſſe purgata. Nam poſſeſſio capta intra terminum ad appellandum, & in vim mandati de reintegrando relaxati à Iudice Commiſſario ſuſpecto allegato cũ appellatione ab vlteriori proceſſu fuit demiſſa, ac plenariè reſtituta Antonio, & alijs de Spanis mediante manutentione eis à Rota in gradu appellationis conceſſa, vndè reſpectu huiuſmodi attentati nil aliud re- 1 manet purgandum, cum manutentio benè deſeruiat pro illius reuocatione ad tradit. per *Cancer. var. reſol. cap. 14. num.74. par.3. Ioannes Petr. Fontanell. de pact. nupt. clauſ.7. gloſ.3. par.10. num.10. tom. vlt. Rot. dec.15. num.5. poſt Pacif. de Saluian. deciſ.1176. num.6. coram Seraph. & deciſ. 380. num.3. penes bon. mem. Coccino.*

Reſpectu fructuum nulla afferebatur probatio illos fuiſſe perceptos à Communitate. Immo tantum abeſt, quod hoc probetur quin potius conſtet de contrario quandoquidem ſimul ac illa ingreſſa fuit poſſeſſionem bonorum controuerſorum, Spani obtinuerunt à bon. mem. Cardinali Virili tunc Signaturæ Iuſtitiæ Vicepræfecto nonnullas litteras Prouiſionales directas Ordinario Verulano quarũ vigore ipſe mandauit deponi, prout in effectu depoſiti fuerũt omnes fructus penes idoneam perſonam quemadmodum benè probant inſtantiæ iudiciales poſtmodum factę ab eiſdem de Spanis contra depoſitarium pro recuperandis dictis fructibus. Quare cum depoſitum

tan-

tanquam factum ad inſtantiam dd. de Spanis fuerit ab eis approbatum Communitas remãſit totaliter liberata ex vulgata regula, quod
2 depoſitum ritè, & rectè factum, vel à parte approbatum parit effectum liberationis, *Surd. conſ.86.num.32.Crauett.conſ.106.num.2.Rota deciſ.291.numer. poſt Cenc. de cenſ. deciſ.339.num.19. par.4. tom.2. recen.Adden. ad ſan.mem.Gregor.XV. dec. 480.n.7.*

Quo verò ad expenſas iudiciales videlicet tranſportationis actorum regiſtri, ac mandati de manutenendo animaduertentes DD.quod illæ fuerunt factæ pro iudicio manutentionis petitæ ex capite nullitatis, & iniuſtitiæ, vt patet ex deciſione edita coram Reuerendiſſimo Terracineñ 21. Februarij 1628. dixerunt nil eſſe purgandum; nam priuilegium recuperandi expenſas in cauſa attentatorum factas,
3 antequam proſequatur negocium principale competit petenti reuocationem attẽtatorum per viam extraordinariam iuſtitiæ implorando S. Officium Iudicis mercenarij principaliter quoniam hęc vocatur via priuilegiata, vt docet *Lancellott.de attent. par.3.cap.21.quibus, & quot mod.attent.reuoc.num.15.in fin. verſ. & iſta eſt via, & infr.cap.30.de priuil.attent.num.2. Alex.*
4 *conſ.89.lib.1. in fin.* Non autem ſuffragatur ei qui penitus neglecta via attentatorum reuocationem obtinet per viam alicuius actionis beneficio nullitatis, vel iuſtitiæ, cum huiuſmodi via non proueniat ex priuilegio attentatorum, vt tradit *Lancellott. d.tract. de attent.d. par.3.cap.21. quib. & quot modis attent.reuoc.n.38. verſ. quamuis enim,* nec eſt priuilegiata, vt via attentatorum idem *Lancellott. d.tit.de priuil. attent.n.46. cum alijs ibi relatis.*

Aliæ autem expenſæ extraiudiciales damna, & intereſſe quæ prætenduntur à dictis de Spanis nullo modo probantur propterea ſub prætextu purgationis attentatorum non poteſt retardari proceſſus in negotio principali cum huiuſmodi exceptio ſolummodo illum retardet, quando conſtat ſaltem in genere de eo, quod venit purgandum quo caſu attentans, quia eſt aliquo modo certus ſi vult procedere ad vlteriora tenetur liquidare ſiue ſaltem impetrare commiſſionem, in qua præfigatur terminus aduerſario ad liquidandum expenſas, damna, & cœtera quæ ſunt purganda, ſed quando prout hic de prædictis non cõſtat ſaltem in genere attentans poteſt ſupplere prout ſupplenit Cõmunitas mediãte depoſitio
5 vnius iulij cum oblatione ſoluendi reſiduum facta liquidatione, vt benè explicat *Adden. ad ſan.mem.Greg.XV.dec.503. ſub num.6. & fuit nouiſſimè dictum in Ciuitatis Caſtellanæ Attentatorum 5.Maij 1649. coram me.*

Et ità vtraque &c.

ROMANA CASALIS AGVZANI.

Veneris 26. Nouembris 1649.

ARGVMENTVM.

Dos quo caſu poſſit cõſtitui ex bonis fideicommiſſarijs, & in quibus terminis poſſint omnia bona fideicommiſſaria aſſignari in dotem, & quando in dotatione omnium bonorum cenſeantur præſeruata Iura fideicommiſſi.

SVMMARIVM.

1 *Nemo dat quod non habet.*
2 *Mulier dans in dotem omnia ſua bona intelligitur de bonis ad ipſam ſpectantibus, & pro iuribus ipſi deſuper competentibus.*
3 *Bona fideicommiſſaria non poſſunt alienari in praeiudicium ſubſtitutorum.*
4 *Amplia ſi exiſtat ſpecialis fideicõmittẽtis probibitio.*
5 *Dos poteſt conſtitui ex bonis auito fideicommiſſo ſubiectis.*
6 *Hoc procedit in ſubſidium, quando bona libera patris, & aſcendentium deficiunt.*
7 *Et horum bonorum defectus debet probari à dotanda, vel ab ipſa cauſam habentibus.*
8 *Dos ex omnibus bonis, & iuribus vxori competen. aſſignata comprahendit vſumfructum bonorum fideicommiſſariorum ad ipſam mulierem ſpectantem.*
9 *Bona fideicommiſſaria remanent libera per derogationem fideicommiſſo à Sede Apoſtolica factam.*
10 *Legitima eſt libera ab omni nexu.*
11 *Legitimam ius detrahendi tranſmittitur ad hæredes.*
12 *Bonorum qualitas non cenſetur inmutata ex concordia in qua fuerunt ceſſa iura ab aliquo abſque illorum iuſtificatione.*
13 *Confeſſio propria omni alia probatione maior eſt.*
14 *Dos quod in ſubſidium poſſit conſtitui ex bonis fideicommiſſarijs non ſuffragatur quando omnia bona fideicommiſſaria fuerunt in dotem aſſignata.*
15 *Dos quod poſſit conſtitui ex omnibus bonis fideicommiſſo ſubiectis tunc procedit quando mulier alias reperire non poteſt virum condignum, & eius conditioni coequalem, ſecus vt digniorem, vel alias ſibi magis acceptum habeat, & num.16.*
17 *Dos à Patre relicta præſumitur congrua vndè fit, quod hoc caſu mulier non poſſit excedere dando in dotem vniuerſum fideicommiſſum.*
18 *Voluntas regulatur à poteſtate.*
19 *Dotatio regulariter facta in vniuerſis bonis tranſit, cum ſua cauſa, & præſumitur mulierem ea dediſſe prout poſſidebat cum onere fideicommiſſi.*
20 *Declaratio voluntatis partium ex quibus verbis habeatur.*
21 *Voluntas partium declaratur ex vſu etiam loquendi.*
22 *Praecedentia ſequentia declarant.*
23 *Obſeruantia omnem prorſus remouet ambiguitatem, & ex ipſa certa præcedentium conuentionum, ac voluntatis partium declaratio reſultat.*
24 *Aſſertio facta quod bona ſunt libera occaſione impoſitionis cenſus præſumitur facta ad eo facilius inueniendum emptorem cenſus.*
25 *Aſſertio facta Pontifici pro impetranda derogatione fideicommiſſi dicitur fortior illa facta, quod bona eſſent libera in impoſitione Cenſus.*

Digitized by Google

DECISIO DCCCXXXVI.

CORAM Reuerendiſs. D. Terracinen.
ſub 27. Aprilis 1644. reſolutum fuit ſen-
tentiam R.P.D. mei Royas concedentem Lu-
cretiæ Pagliæ, & litis Conſortibus reintegra-
tionem ad poſſeſſionem Caſalis Aguzzani eſſe
infirmandam, & per conſequens confirman-
dam præcedentem ſententiam à R.P.D. Ca-
rillo latam ſuper immiſſione petita per Mar-
chionem Antonium Franciſcum, & alios fra-
tres de Maximis vocatos ad fideicommiſſum
q. Franciſci Salamonij cui reperitur, ſubie-
ctum Caſale prædictum. Ratio autem
reſolutionis ea præcipua fuit, quia Victoria
ex filia neptis dicti fideicommittentis, & auia
materna dd. de Maximis, conſtituendo ſibi
dum nupſit dotem in omnibus ſuis bonis non
potuit, nec voluit iſtud Caſale liberum ab
onere fideicommiſſi viro tradere, quæ qui-
dem ratio adhuc hodie inconcuſſa vrgere vi-
ſa fuit; Vndè DD. dixerunt ſtandum eſſe in
deciſis coram d. Reuerendiſs. Terracinen.

Nam quod attinet ad poteſtatem certum
eſt quod d. Victoria non potuit mediante do-
tis Conſtitutione plus iuris in Aſcanium Re-
bibbam eius virum transferre, † quam ipſa
1 haberet, *iuxt. reg. nemo plus iuris 54. ff. de reg. iur.*
Atque ideò dum omnia ſua bona vniuerſali-
ter in dotem dedit, ea tantum compræhenſa
fuerunt, quæ ſpectabant ad illam, † & pro
2 iuribus ipſi deſuper competentibus, cum non
potuerit alienis præiudicare, vt reſpondit Iu-
ris conſultus *in l. mulier bona 72. ff. de iur. dot.* vbi
notat *Fulgoſ. verſ. ſed aliquando lib. 2. §. illud autem
& ſeqq. ff. de collat. bon. & l. ea demum 6. C. eod. l. fin.
Cod. de nouat. cum ſimil.* Nec proindè fideicom-
miſſum dicti Franciſci eius aui materni ſuper
Caſale de quo agitur ab ea tunc eius vigore †
3 poſſeſſum in præiudicium ſubſtitutorum
euertere *l. ſi mulier 59. §. ex aſſe hæres ff. de iur. do-
tium l. fin. §. ſin autem ſub conditione C. comm. de leg.
cum concord. per Fuſar. de ſubſtit. quæſt. 524. num. 1.
& ſeqq.*

4 Eoque minus contra † ſpecialem fideicom-
mittentis prohibitionem eam quoque cau-
ſam expreſsè compræhendentem, vt legitur
in eius teſtamento: ibi. *Item voluit &c. vt bo-
na perpetuò remaneant in familia, & quod non poſſint
nec valeant hæredes, & ſubſtituti prædicti, & alij
ex quauis cauſa vendere, & diſtrahere, aut etiam
alienationis latiſſimè ſumpto vocabulo a nare in to-
tum vel in parte D. Caſalia, & bona ſtabilia, nec pro
dote, nec pro qualibet cauſa &c. gloſſ. in l. nulla 4. in
verb. prohibitum eſt in fin. in verſ. & idem ſi datum
eſt aliquid ea lege vt non alienet Cod. de iure dotium
Molin. de Primogenit. lib. 4. cap. 6. ſub nu. 11. verſ. cæ-
terum cum alijs relatis in Bonon. fideicommiſſi de Ru-
beis 30. Maij 1646. in §. dotes verò, & 1. Aprilis
1647. in §. prætereà ſuſtineri non poteſt coram R.P.D.
meo Corrado.*

Non obſtat, quod dicatur Victoriæ licuiſ-
5 ſe ex eiſdem bonis auito fideicommiſſo ſu-
biectis † dotem ſibi conſtituere *in. text. in Au-
th. de reſtit. & ea quæ pariter in §. quamobrem, & in
Auth. res quæ C. comm. delegat.* Quia tritum eſt id
6 procedere in ſubſidium, quando ſcilicet mu-
lier ex alijs Paternis, vel aſcendentium ex ea
linea ſine maternis bonis dotari non poteſt *ad
text. in l. mulier quæ duobus 22. §. cum proponeretur in
fin. ff. ad Trebell. & deciditur in adducto §. Quamo-
brem, & in d. Auth. res quæ Cephal. conſ. 668. nu. 19.
verſ. infero hanc dotem, & ſeqq. Fuſar. conſ. 117. per
tot. Rot. penes Mantic. deciſ. 329. per tot.* cum alijs
relatis *in Pranestina Dotis 29. Nouembris 1647. in
princ. coram R.P.D. meo Corrado.*

In propoſito autem caſu nullibi conſtat,
quod Paterna, & materna bona deficerent,
itaut ſubſidiario huiuſmodi remedio locus eſ-
7 ſet. Hoc enim ex parte illius, † ſeù ius ha-
bentium ab ea probari debet, præſertim quia
agitur de bonis ſpecialiter alienari prohibitis,
etiam ob cauſam dotis ad tradita per *Gabr.
conſ. 118. num. 6. verſ. tertiò quia, & ſeqq. lib. 1. Pe-
regr. de fideicom. art. 40. ſub num. 22. & 28. Barz. de-
ciſ. Bonon. 104. num. 15. & ſeqq. & deciſ. 105. per tot.
& ſignanter ſub nu. 32. Rot. penes Cardinalem Caua-
ler. deciſ. 246. num. 1. Buratt. deciſ. 693. num. 8. vbi
Add. num. 12. & in recent. deciſ. 47. num. 10. & ſeqq.
par. 5.*

Quinimò contrarium plenè conuincitur ex
pluribus publicis Inſtrumentis per Victoriam
celebratis cum Iſiphile eius ſorore cum Vir-
ginia earundem Nepte, ac cum alijs Perſonis,
ex quibus apparet ipſam habuiſſe ſcut. 2566.
ex pretio Partis domus ſitæ ad Arcum Ca-
milliani per eam alienatæ. Item ſcuta mille
ad effectum ſeruādi æqualitatem in bonis ma-
ternis, ei à Victoria ſorore collata in tranſa-
ctione inter ipſas ſorores inita ſub 23. Augu-
ſti 1537. Item alia ſcutorum 2570. ex vendi-
tione Partis bonorum allodialium in Terri-
torio Plani Mileſi, & Petrellæ illi obuentæ ex
hæreditate Cletiæ eius Matris. Nec non ter-
tiam partem cæterorum bonorum eiuſdem
hæreditatis maternæ; Præter ius vſusfructus
ipſi Victoriæ donec viueret in eiſdem bonis
8 ſubiectis dicto Auito fideicommiſſo compe-
tens, † quod ſub illa vniuerſalitate iurium in
dotem aſſignatorum compræhenſum fuit,
prout fieri potuit *Rota in Bonon. Vſusfructus 18.
Iunij 1640. coram bon. mem. Merlino in §. Tertius eſt
caſus &c.* Et eſt pretio æſtimabile *iuxtà l. hære-
ditatum 68. ff. ad l. Falcid.* & in ſpecie firmauit
Rot. penes Comitul. deciſ. 45. ſub n. 18. & ſeqq.

Neque releuat obiectum, quod dicta do-
mus ad Arcum Camillianum eſſet pariter ſu-
biecta eidem fideicommiſſo Franciſci, & per
conſequens illius pretium non veniat impu-
tandum inter bona libera Victoriæ. Nam do-
mus prædicta, cum fuerit coactè vendita in
vim Iuris congrui Monialibus S. Marthæ pro
ampliando Monaſterio cum omnimoda † de-
9 rogatione fideicommiſſi à Sede Apoſtolica
deſuper impetrata remanſit libera, nec conſi-
deratur amplius vti fideicommiſſaria, vt re-
ſponſum fuit *in recent. deciſ. 209. num. 3. par. 1. de-
ciſ. 312. nu. 46. par. 6. & in Romana Salniati de Ca-
ſalibus 21. Iunij 1641. §. Imò nullam coram R.P.D.
meo Cerro.*

Vel etiam dicebatur, quod pretium dictæ
domus poteſt referri in cauſam legitimæ, quæ

dictæ

Digitized by Google

dictæ Cleriæ Victoriæ matri, ac filiæ, & hæredi Franciſci fideicommittentis poterat fortè
10 competere, libera † proſſus ab omni fideicommiſſi nexu *iuxt.tex.in l.omnimodò 30. l.quoniam in Prioribus 32.& l.ſcimus 36. C.de inoff.Teſtam.* Quæ cum non probetur detracta ab ipſa
11 Cleria, ius illam detrahendi † tranſmiſſum fuit in Victoriam, & alios eius hæredes adnotata per *Bald.& Salic.in d. l. quoniam in prioribus 32. C.de inoff.teſtam. Alex. conſ.150. in fin. num.8. lib.2.Laderch.conſ.60.num.2.in fin.Menoch.conſ.27. num.8.Simon.de Pret.de interpr.vltim.volunt.lib.3. interpr.1.dub.5.num.29.Peregr.de iur.fiſc.lib.5.tit.1. num.79. Boer.deciſ.250.num.4.* cum alijs cumulat per *Merlin.de legit.lib.5.tit.3.q.9.n.t.*

Prout nihil facit, quod dicta bona Plani Mileſi, & Petrellæ prætendantur peruenta ad Victoriam, & ſorores alio titulo, quàm hæreditatis maternæ, nempè ex contractu cum Reuerenda Camera Apoſtolica celebrato, cuius nomine illa fuerunt appræhenſa tanquam annexa feudo deuoluto ob maſculorum deficientiam, & demum ſolutis ſcutis 1400. ceſſa fuerunt dictis ſororibus iura eiuſdem Cameræ, cum clauſula quod ſi pluris valerent, cenſerentur donata; Quoniam cum d. bona prius poſſiderentur, tanquam allodialia à prædictis ſororibus, vti hæredibus Cleriæ Matris, & Proſperi fratris, eiuſdem cohæredis, eoque titulo ad ipſas tanquam allodialia ſpectare probaſſe prætenderet; Etiam ad euitandas moleſtias Miniſtrorum Cameræ ad eam tranſactionem deuenerint, in qua conuentum fuit, quod ſuper dictis bonis ab eis poſſeſſis tanquã hæredibus prædictis moleſtari non poſſent; imò generaliter ceſſa iura quæcunque Cameræ competentia, vt legitur in Inſtrumento deſuper confecto 24.Nouembris 1578. non
12 ideò mutatus † fuit præcedens titulus illarum ſed ea conuentione mediante magis confirmatus, cum præſertim nulla exhibeatur iuſtificatio Iurium Cameræ, quæ maternis iuribus præferri valeant *ad l.fin. Cod.de nouat.* cum alijs per *Fuſar.de ſubſtit. q.562. num.16.& q.708.nu.5.* Nec ſolutio dd.ſcutorum 1400. in aliquo refragatur ponderando quod facta fuit etiam pro fructibus prædictorum bonorum depoſitatis per triennium quo durauit lis cum Camera, ac nomine omnium dd.trium hæredum Cleriæ, adeò vt portio Victoriam alteram ex dictis hæredibus tangens aſcendat ad ſcuta 467. de quibus ſtatim ſe reintegrare potuit ex dictis fructibus longè ſummam ſolutam excedentibus.

Minus obſtat Inuentarium bonorum hæreditariorum Cleriæ nouiſſimè exhibitum per dictam Lucretiam; & Patres S.Siluestri ad effectum probandi illius bona conſiſtere in quibuſdam tantum mobilibus valoris ſcutorum 400. quæ in extinctionem æris alieni hæreditatis erogare neceſſarium fuit. Quoniam illud apertè detegitur defectuoſum, ex quo non continet etiam immobilia, quę reliquiſſe Cleriam controuerti non poteſt. Dum id ſępiſſimè faſſę fuerunt eædem eius filię, & hæredes in Inſtrumentis diuiſionum bonorum paternorum, & maternorum, ac in aliis contractibus; vndè quoad iſtum effectum non eſt habendum in conſideratione, cum præualere debeant confeſſiones illi contrariæ, † vti omni alia probatione meliores *cap. per tuas 10. de probat. l.cum te 5.C.de tranſact.Rot.in Bonon.Pecuniaria 26. May 1645. §.quia in caſu noſtro coram R.P.D.meo Bichio.*

Præterea ſubdebant DD. quod obiecta legis diſpoſitio iubens mulieres deſcendentes ex
14 huiuſmodi aſcendentium bonis etiam fideicommiſſo ſubiectis in ſubſidium dotari non ſuffragatur, † quando omnia fideicommiſſaria bona fuerunt in dotem data, cum illa cenſeatur indiſcreta dotatio; qua fideicommiſſum prorſus euertitur, ac deſtruitur cum euidenti beneficij legalis abuſu, vt in his terminis firmauit *Rota deciſ.427.ſub n.2.& ſeqq.par.4. diuerſ.* Et rurſus penes *Cardinalem Manticam dicta deciſ.329.* cum alijs relatis per *Fuſar. d.conſ. 117.per tot.*

Nec applicatur concluſio contraria, quod imò liceat mulieri omnia fideicommiſſi bona in dotem marito aſſignare, ſi aliter congruè dotari non poſſit, quandoquidem id intelligitur, quando aliàs reperire non poſſet †
15 virum condignum, ac eius conditioni coęqualem in quibus terminis loquitur Deciſio eiuſdem *Card.Mantic.152. num.3.& d.deciſ.329. num.7.* ac alij relati per *Fuſar. de ſubſtit. qu.531. num.54.& ſeqq.* Non autem † vt digniorem,
16 ditiorem, vel aliàs ſibi magis acceptum habeat, vt in his terminis declarat *Peregr.de fideicomm.art.42.num.78.* & alij adducti per *Fuſar.d. conſ.117. num. 6. & in Romana Reuiſionis Tranſactionis 29.Maij §.Et licet coram R. P. D. meo Corrado.*

17 Vlterius non procedit, quando Pater certam † dotem conſtituit, prout in hoc caſu Carolus Victorię Pater ſcuta bis mille in dote legauit, & Cleria mater confirmauit, nam illa præſumitur congrua ſecundum eius conditionem, & ideò non licet mulieri excedere. *Rot.penes Mantic.d.deciſ.329.num.7.& ſeqq.Cantuel.d deciſ.45.num.15.& ſeqq.* & poſt alios *Fuſar. d.conſ.117. num.7.& de ſubſtit. d.q.531. num.116. cum ſeqq.*

Quare ceſſante prędictę Victorię poteſtate venit etiam dicendum eius quoque defeciſſe
18 voluntatem, † quę ab illa regulatur, & moderatur *l.cum te 9. Cod.de donat.ant.nupt. l.multum intereſt 6.C.ſi quis alteri vel ſib.Rot.deciſ.469.nu.1. par.4. diuerſ.* Et regulariter dotatio facta † in
19 vniuerſis bonis trahit cum ſua cauſa, & pręſumitur mulierem ea dediſſe prout poſſidebat cum onere fideicommiſſi ex deductis in alia *deciſ.§.Præterea.*

Verùm id clariùs eluceſcit in præſenti caſu in quo Victoria iam vxor Aſcanij Rebibbę concordando ſub die 23.Auguſti 1575. cum Iſiphile eius ſorore, & pro ea cum Comite Ioanne Caſtello illius viro, & Procuratore coram Iudice præſente, & conſentiente dicto Aſcanio eius marito expreſsè declarauit adeſſe fideicommiſſum, illudque Partes contrahentes præſeruarunt, non ſolum facto, ex quo bona

Digitized by Google

bona materna quę erant libera diuiſerunt, quoad proprietatem, & vſumfructum, bona verò fideicommiſſo auito ſuppoſita, quoad vſumfructum tantum, ſed etiam verbis inſraſcriptis, videlicet *Præmiſſa in primis* Proteſtatione, & in qualibet parte Inſtrumenti repetita quod per preſens Inſtrumentum, & cōtenta in eo non intendunt modo aliquo prę-iudicare neque contrauenire, vinculis, & conditionibus fideicommiſſi per Franciſcum Salamonium facti, neque aliquorum proprietatem bonorum dicto fideicommiſſo ſubiectorum tangere, aut aliàs quomodolibet contrauenire &c. Quę ſanè verba † manifeſtam
20 præſeferunt voluntatis partium declaratione *l.ille aut ille 25.verſ.cum in verbis ff.de leg.3.* Nec repugnant alia ſequentia: ibi *ſenza pregiuditio dello Stremento della Concordia altre volte fatta ſotto il dì 21 Maggio proſſimo paſſato &c.* Quia non reſtringunt ſubſtantiam conuentionis prædictæ, ſed referuntur tantùm ad cautelas in præcedenti Concordia appoſitas fauore eiuſdem Victoriæ, vt demonſtrant ſubſequentia verba. ibi, *in quello però, che concerne le cautele &c.* quæ in eo conſiſtebant, quod Iſiphiles eius ſoror ratificaret contractum pro ea celebratum per d.Com.Ioannem eius virum, & promitteret ſe, ac ſuos ſucceſſores nunquam moleſtaturos Victoriam, ac eiuſmodi obligationi vna cum dicto Comite Ioanne eius viro accederet Comes Polydorus Patruus infra duos menſes vt legitur in Inſtrumento deſuper rogato ſub d.die 20.Maij 1575.

Minùs repugnat ſtipulatio in dicto præcedenti Inſtrumento facta per Victoriam pro ſe ac hæredibus, & ſucceſſoribus quibuſcunque quoniam illa eiſdem vniuerſalibus verbis fuit etiam concepta pro parte Iſiphilem eius ſororē tangente, quam tamen non controuertitur remanſiſſe fideicommiſſo ſubiectam; Vnde ex vſu loquendi ipſarum partium in eodem Inſtrumento apparet eas intendiſſe † de ſucceſ-
21 ſoribus pro qualitate bonorum capacibus. *Rot.penes ſan.mem.Greg.XV.deciſ.544.n.12.verſ.ex vſu autem loquendi, & ſub num.29.cum ſeqq.*

Ponderando etiam quod d.Pars fuit Victoriæ aſſignata pro indiuiſo iuxta formam, & tenorem teſtamenti, & quod in Codicillis eiuſdem fideicommittentis etiam ſucceſſores ſunt vocati pro quibus cenſetur ſtipulatum non recedendo à teſtamento relato, nec tunc Victoria erat adhuc nupta, & ſic cenſetur ſuam Partem pro indiuiſo † acceptaſſe cum fideicommiſſo, prout erat altera reſeruata Iſiphili *Surd.conſ.455.num.7.*

Ac demum ceſſare viſa fuit omnis amaritudo ex obſeruantia ſubſequuta tàm in dicto ſecundo Inſtrumento 23.Auguſti 1575.quam in alio poſteriori die 24. Auguſti 1583. ſuper diuiſione Proprietatis eorundem bonorum fideicommiſſariorum celebrato vigore ſpecialis licentiæ obtentæ à ſan mem.Greg.XIII. in qua fideicommiſsū prædictum expreſsè pariter, præſeruatur; Et ex Codicillis ipſius Victoriæ conditis 5.Nouembris 1605. in quibus diſponens de proprijs bonis ſpecialiter reſeruauit ſubiecta fideicommiſſis maiorum ſuorum. Et ex alijs actibus tàm iudicialibus, quā extraiudicialibus factis per eius filios, & ſucceſſores; in quibus declararunt caſale controuerſum dictis fideicommiſſis eſſe ſubiectum, vt apparet ex iuribus relatis *in Summ. Marchionis ſub num. 10. & 11.* Ex qua quidem obſeruantia omnis penitus † remouetur ambi-
23 guitas, & certa reſultat de præcedentium conuentionum, ac voluntatis Partium declaratio *l.item 7 §. proindè ff. ad Sen. conſ. Macedon. l.cum de in rem verſo 6.ff.de vſur.l.quædam ſunt 16. ff.de reb.dub.* & in his terminis probauit *Rota in Romana fideicommiſſi de Maximis 11.Ianuar.1649. in §.Cæterum prædicta &c.coram R.P.D.meo Cerro* & latè *in Romana Pecuniaria 5. Iunij 1643. §.tum etiam ex obſeruantia & 31. Iulij eiuſdem anni §.fin. coram R.P.D.meo Corrado.*

Nec releuat, quod Ioannes Baptiſta Victoriæ filius imponendo de annò 1620. cenſum ſuper hoc Caſale narrauerit eſſe liberum à fi-
24 deicommiſſo, quia iſta † aſſertio facta cenſetur ad inuitandum emptorem cenſus, qui alias veriſimiliter non dediſſet ſuas pecunias, vt in terminis dicit *Rota in Romana Succeſſionis de Comitibus 26.Iunij 1647.coram Reuerendiſs. Terracinen.§.non obſtat, & in Romana fideicommiſſi de Maximis 1.Ianuarij præteriti coram R.P.D.meo Cerro, §.Indeque.* Et fortior eſt præcedens aſſertio anni facta ab eodem Ioanne Baptiſta in licentia obtenta à Sede Apoſtolica pro imponendis Cenſibus ſuper eodem Caſale, narrando illud eſſe ſubiectum arctiſſimo fideicommiſſo, † & ob id fuit ei iniunctum onus faciendi multiplicum pro reintegratione ad fa-
25 uorem fideicommiſſariorum, vt in eiſdem terminis firmauit *Rot. in d. Romana fideicommiſſi de Maximis §.Cæterum, & §.idque clarius.*

Et ità vtraque &c.

EVGVBINA FIDEICOMMISSI.

Ven. 26. Nouembris 1649.

ARGVMENTVM.

Fœminæ continentur appellatione filiorum in vltimis voluntatibus; Neptes quando non dicantur excluſę quamuis fuerint excluſę propriæ filiæ; Et ex quibus non dicatur teſtatorem ſe voluiſſe confirmare cum ſtatuto excluſiuo fœminarum ob exiſtentiam maſculorum, & quando teſtator dicatur voluiſſe admitti filios præmortuorum in eorum locum vna cum patruis ſuperſtitibus.

SVMMARIVM.

1 *Filiorum appellatione in vltimis voluntatibus fæminæ comprehenduntur.*

2 *Hoc ampliatur quando non fuit contemplatus conſeruatio agnationis.*

3 *Filia ſi fuerit excluſa eo magis excluſa cenſeri debet neptis.*

4 *Limita quando filiabus fuiſſent relictæ dotes.*

5 *Teſtator præſumitur ſe conformare voluiſſe cū ſtatuto,*

Digitized by Google

*tuto, & ſic ſub nomine filiorum non fuiſſe intelle-
lectas fæminas ab eodem ſtatuto excluſas.*

6 *Hoc non procedit quando expreſsè fæminas poſuit
in conditione & ex ſtatuto poſiti in conditione cen-
ſeutur vocati.*

7 *Filia non venit appellatione filiorum quando teſta-
tor diſcretiuè loquutus fuit de maſculis, & fæ-
minis.*

8 *Dictionis vt ſupra vigore ceuſeutur repetita omnes
qualitates in pracedentibus verbis conditionali-
bus expreſſa.*

9 *Teſtator ſubſtituendo ſuperuiuentem vel ſuperui-
ueutes vel eius, vel eorum filios in ſtirpes, cenſe-
tur vocaſſe filios pradefunctorum in locum præ-
mortui patris vna cum patruis ſuperſtitibus.*

10 Fuſar. de ſubſtit. q. 476. num. 54. *& concordan-
tes in quibus terminis pracedant declarantur.*

11 *Teſtator ex quibus dicatur conſideraſſe ſucceſſionem
paſſiuam per ſtirpes, & non ſecundum gradus præ-
rogatiuam.*

12 *Teſtatoris voluntas declaretur ex vſu eius lo-
quendi.*

13 *Fideicommiſſo non poteſt renunciari in præiudicium
ſubſtitutorum.*

DECISIO DCCCXXXVII.

ADRIANVS ſenior de Abbatibus in ſuo
vltimo Teſtamento inſtituit hæredes
æquis portionibus Ioannem Franciſcum, Le-
lium, Ioannem Paulum, Carolum, & Se-
ptimium filios ſuos, illiſq; decedentibus ſub-
ſtituit, per hæc verba, *Et ſi quis ipſorum filiorũ,
& hæredum deceſſerit ſine filijs, vel filiabus legitimis,
& naturalibus, & ex legitimo matrimonio natis, &
procreatis, tunc, & eo caſu ſubſtituit ſuperuiuentem,
vel ſuperuiuentes, vel eius, vel eorum filios legitimos,
& naturales, & ex legitimo matrimonio natos & pro-
creatos vt ſupra in ſtirpes & non in capita &c.*

Defunctis Adriano teſtatore, nec non Io:
Franciſco ſine liberis, Lęlio relicta Clarice
filia, & Carolo relictis Adriano Iuniore, alijſ-
que filijs. Deceſſit vltimo loco ſine liberis
Ioannes Paulus per cuius mortem, cum Cla-
rix, tanquam Lęlij prædefuncti filia præten-
deret fuiſſe ad ſui fauorem purificatum fidei-
commiſſum auitum in tertia parte bonorum
ipſius Ioannis Pauli eius partui propoſui du-
bium. An conſtaret de fideicommiſſo, quod
dictę Clarici ſuffragaretur, pro cuius faciliori
reſolutione illud Domini diuiſerunt in tres in-
ſpectiones, Quarum prima fuit. An ſub enar-
ratis verbis ſubſtitutionis per Adrianum te-
ſtatorem ordinatæ comprehendatur d. Clarix
Lęlij prædefuncti filia.

Altera. Numquid data comprehenſione
Claricis ipſa ſit admittenda ad d. portionem
bonorum Ioannis Pauli eius Patrui in con-
curſu cum Septimio Altero eius Patruo ſu-
perſtite, vel ab eo ſit excluſa.

Tertia demùm: An huiuſmodi fideicom-
miſſum fuerit remiſſum in Inſtrumento di-
uiſionis inuitæ inter ſupradictos Teſtatoris
filios.

Quod attinet ad primam inſpectionem cẽ-
ſuerunt domini Claricem ſub prędictę ſubſti-
tutionis verbis fuiſſe comprehenſam quam-
uis ipſa ſit fœmina, & teſtator vocauerit filios
1 quia † appellatione filiorum in vltimis vo-
luntatibus etiam fœminæ comprehenduntur,
*l. ſi quis ita ff. de teſt. tut. l. ſi ita ſcriptum ff. de leg. 2. l.
filij appellatione ibique gloſ. fin. l. iuſta interpretatione
& l. quiſquis ff. de verb. ſignific. Rot. coram Gregor.
XV. deciſ. 514. nu. 3. & 4. & in Bononien. fideicom-
miſſi de Boaterijs 31. Maij 1641. coram bon. mem.
Merlino & 8. Aprilis 1644. coram Reuerendiſs. D.
Carillo §. conſtat enim, & in Spoletana bonorum 13.
Aprilis 1646. coram R. P. D. meo Corrado, §. iuiu-
2 ſtitia vero*, eoquè magis eum teſtator † non
contemplatus fuerit conſeruationem agnatio-
nis ex ponderatis in *Rauennaten. fideicommiſſi 26.
Martij 1640. coram Eminentiſſimo D. Card. Panzi-
rolo* & in *Bononien. fideicommiſſi de Pancaldis 18.
Iunij 1641. coram R. P. D. meo Cerro.*

Non obſtat, quod teſtator excluſerit à bo-
nis fideicommiſſo ſubiectis proprias filias, &
3 ideò præſumendum ſit magis † excludere vo-
luiſſe Claricem neptem vti remotiorem in
gradu, & minus dilectam *iuxt. tradita per Me-
noch. conſ. 95. num. 28. & ſequent.* & ſic ipſam ap-
pellatione filiorum comprehendere noluiſſe,
quia cum teſtator ſingulis filiabus reliquerit
ſcut. 1200. cauſa dotis perſoluenda tempore
4 nuptiarum exindè non ſequitur † quod vo-
luerit excludere neptes, quibus nil pœnitus
pro dote reliquerat, vt in terminis tradunt
*Curt. ſen. conſ. 44. num. 27. Corn. conſ. 202. num. 6. &
7. lib. 3. Soccin. ſen. conſ. 327. ad fin. verſ. præterea
lib. 2. Pariſ. conſ. 41. num. 59. lib. 3. Rot. diuerſ. deciſ.
485. num. 4. verſ. aderat. præterea par. 4. & in recent.
deciſ. 581. num. 17. & 18. par. 5.* vbi quod hæc cõ-
iectura paſſim reijcitur à Doctoribus, & in
*Veliterna fideicommiſſi 24. Ianuarij 1633. coram
Eminentiſs. D. Card. Veroſpio.*

Minus obſtat in Ciuitate Eugubij vigere
ſtatutum quod extãtibus maſculis fœminæ
5 non ſuccedant, & proptereà eum † teſtator
cenſeatur ſe voluiſſe conformare eum dicto
ſtatuto veriſimile non ſit quod filiorum ap-
pellatione filias comprehẽdere voluerit *Alex.
conſ. 15. num. 1. volum. 4. Grat. conſ. 53. num. 19. lib. 2.
Craſſ. in §. fideicommiſſum quæſt. 12. num. 3.* quià ab
huiuſmodi ſtatuto receſſit teſtator dum ex-
preſsè poſuit in conditione fœminas quę pro
inde ex alio ſtatuto eiuſdem Ciuitatis ſub *cap.
63. lib. 2.* cenſentur diſpoſitiuè vocatæ, & ideo
6 præſumi non † poteſt voluiſſe ſe conformare
cum ſtatuto fœminarum excluſiuo, dum ab
illo receſſiſſe dignoſcitur, & fuit reſolutum in
ſupradicta *Spoletana bonorum 13. Aprilis 1646.
coram R. P. D. meo Corrado §. quia prætèr quod*

Minùs releuat, quod teſtator prius in con-
ditione poſuerit filios & filias poſteà verò in
diſpoſitione vocauerit filios tantùm, & ex hoc
diſcretiuo modo loquendi inter vnum, & aliũ
7 caſum, colligatur † ipſius mentem fuiſſe, vti
ſub nomine filiorũ filiæ ad ſubſtitutionẽ non
inuitarentur ex allegat per *Fuſar. de ſubſt. q. 311
num. 37.* Quià difficultas tollitur ex dictione,
vt ſupra immediatè verbis diſpoſitiuis adie-
8 cta, † cuius vigore cenſentur repetitæ omnes
qualitates in præcedentibus verbis conditio-
nali-

Digitized by Google

nalibus expreſsæ *Menoch.conſ.513.num.18. verſ. caterum Surd.conſ.200.nu.6.Honded.conſ.78.n.20. verſ.prout etiam lib.1. Randen. de Analog. cap.15. num.87.Rot.in recent.deciſ.287.num.5.verſ.quæ dictio p.4.tom.2.& deciſ.179.num.12. verſ.item addit par.6.*

Quo verò ad ſecundam inſpectionem viſum fuit Dominis Clarieem eſſe admittendā
9 quia teſtator † ſubſtituendo ſuperuiuentem, vel ſuperuiuentes vel eius, vel eorum filios in ſtirpes cenſetur vocaſſe filios prædefunctorū in locum præmortui Patris vna cum Patruis ſuperſtitibus, vt in ſpecie probat *Corn. conſ.37. num.3.verſ.ſed his minimè refragantibus lib.1.Ruin. conſ.171. ſub num.7. verſ. ſed iſtis non obſtantibus, cum ſequen.lib.2.Pariſ.conſ.91.num.29. verſ.& dicta verba cum ſequent.lib.2.Decian.conſ.55.nu.24. verſ.tertio probatur cum plurib. ſeq. lib.3. Menoch. conſ.793.num.1.& ſeqq. Altograd.conſ.67.num.22. Peregrin.de fideicom.art.21.num.30.*
10 Nec obſtant *Fuſar.de † ſubſt. q.476.num.54.* cæteriquè Doctores in contrarium adducti, quia eorum dicta procedunt quando filij eorum inter quos cadit ordinata affectio vocātur in concurſu eorum Patris viuentis, tunc enim verè cenſentur in ordine ſucceſſiuo vocati, non autem quando vocantur filij præmortuorum in concurſu etiam Patruis ſuperſtitibus, nam hoc caſu inſimul admittuntur ex præſumpta defuncti voluntate qui cōſ-
11 ſiderauit † ſucceſſionem paſſiuam per ſtirpes, & non ſecundum gradus prærogatiuam, vt in ſpecie diſtinguendo reſpondit *Pariſ. d. conſ. 91.num.33.verſ.& ex iſtis lib.2.& comprobat Cravett.conſ.67.ſub n.5.verſ.& in terminis.*

Quod facilius ſibi locum vendicat in præſenti caſu quia in eadem periodo teſtator vſus eſt alternatiua, pro coniunctiua dum ſubſtituit ſuperuiuentem, vel ſuperuiuentes vn-
12 de eodem modo † in hac parte intelligi debet *Rot.coram ſa.me.Gregor.XV. deciſ.544.num.12. & 29. & alibi.*

Deniquè quoad tertiam Domini firmarunt per diuiſionem inter prædictos Teſtatoris filios factam non fuiſſe remiſſum fideicommiſſum. Tùm quia ipſi intellexerunt tantū recedere à prohibitione diuiſionis per teſtatorem facta, & ſibi inuicem remittere priuationis pœnam eo caſu inflictam quo tendunt omnes clauſulæ in inſtrumento diuiſionis appo-
13 ſitæ. Tùm etiam quia neque id efficere † potuerunt in præiudicium aliorum ſubſtitutorū. *Fuſar.de ſubſt.q.593.num.165. & firmauit Rota in Romana fideicommiſſi de Maximis 11. Ianuarij præſentis anni coram R.P. D.meo Cerro §.Deniquè Domini &c.*

Ex quibus reſolutum fuit conſtare de fideicommiſſo ad fauorem Clarieis in tertia portione bonorum Ioannis Pauli vtraque parte informante.

BRVNDVSINA CENSVS.

Lunæ 29. Nouembris 1649.

ARGVMENTVM.

Mandata obtenta contra Defunctum poſſunt exequi contra illius hæredes etiam ad fauorem hæredum qui dd.mandata obtinuerunt.

SVMMARIVM.

1 *Executio indicati cum defuncto conceditur etiam hæredibus & contra hæredes.*
2 *Validitas apparet ex reuolutione actorum & ob concurſum requiſitorum de quibus per* Caputaq.deciſ.260 par.2.
3 *Hæredis qualitas iuſtificatur ex teſtamento.*
4 *Hæreditatis aditio præſumitur ſi quis vti hæres ſe gerat.*
5 *Poſſeſſio bonorum defuncti præſumitur titulo hæreditario ſi de alio non conſtat.*
6 *Hæres præſumitur ſi vti talis citatus non contradicat.*

DECISIO DCCCXXXVIII.

MANDATVM de manutenendo, quod de anno 1630. Rota conceſſit Eliſabethæ Cannauenti, & Laurentio Pilellæ coniugibus in quaſi poſſeſſione exigendi cenſum, de quo agitur contra Blaſium Ianutium; modo exequendū eſſe ad inſtātiam eiuſdem Laurentij non ſolum vti nominatim in eo comprehenſi, ſed etiam vti hæredis prædictæ Eliſabethæ cōtra Ioannem Benedictum, & Laurentium de Ripa dicti Blaſij hæredes fuit ho-
1 die reſolutum; Quia † executio iudicati cum defuncto conceditur etiam hæredibus, & contra hæredes *l.exceptio rei iudic. gloſ.in l. & an eod. 14.in verbo Perſonarum ff. eod. Io.Faber. in §. retinendæ ſub num.28.verſ.benè tamen credo, & nu.ſeq. Inſtit.de interd. Rebuff.ad Conſt.Gall.tom.3. de cauſ. benef.poſſeſſor.art.11. gloſ.vnic.ſub nu.2. verſ.tamen per ſententiam, & nu.ſeq.Menoch.de retinend. rem.3. ſub num.823.& ſeq.ac ſub num.832.verſ.hæc tamen, ſabri opinio Bocat. de interd.vti poſſid. cap. 17. ſub num.10. verſ. & vigore talis ſententiæ Franch. deciſ.199. num.5.verſ.dicebat tamen is, & in ſpecie executionis mandati de manutenen. reſpondit Rota coram bo.me.Buratt.deciſ.935. per tot. & in Alerien. Beneficiorum 17. Iunij 1609. coram S. D. N. impreſſ.poſt Modern.tract.de manut.deciſ. 584. n.2.*

Quæ concluſio de plano procedere viſa fuit in præſenti caſu, in quo non ſolū nec validitas, nec iuſtitia mandati exequendi poteſt in dubium reuocari, cum validitas appareat ex reuolutione actorum continentium omnia pro concludenda validitate enumerata
2 per † *Caputaq. deciſ.260. par.2.* & iuſtitia patet ex *deciſ.coram me edita ſub 4. February eiuſdem anni 1630.* ac iuribus tunc productis *Rot. deciſ. 647.num.2.par.1.& deciſ.223.num.12.par.5.recen.* & in alijs relatis in *Peruſina bonorum 29. Maij 1648. coram R.P.D. meo Corrado §.t. in fin. verſ. eoquè facilius.* Sed etiam ſufficienter conſtat de legi-

legitimatione perſonarum, quæ in hoc iudicio interuenerunt.

Nam quod Laurentius Pilella, qui petit executionem huius mandati ſit hæres prædictæ Eliſabethæ iuſtificatur ex teſtamento il-
3 lius, † in quo eum ſibi vniuerſalem hæredem nominatim inſtituit *iux. text. in §. fin. Inſtit. de teſt. ordin. l. hæredis palam. 21. ff. de teſtam.* quod-
4 què † hæreditatem adiuerit cenſetur dum ſe pro hærede gerit, ac tali nominè nunc agit, *l. pro hærede 20. & l. gerit 88. ff. de acquir. hæred. Rot. penes bo. me. Buratt. deciſ. 945. num. 1.* & in aliis relatis *in Bononien. fideicommiſſi de Rubeis 11. Maij 1648. §. ratio reſolutionis, verſ. ad cuius obſeruantiam coram me.*

Sicuti quod dictus Ioannes Baptiſta, & Laurentius fratres de Ripa conuenti vti hæredes dicti Blaſij ſint tales ſatis conuincitur ex atteſtatione publicorũ Officialium Ciuit. Brundusinæ, affirmantiũ quod omnia bona poſſeſſa per d. q. Blaſium hodiè poſſidentur ab eiſdem Ioanne Baptiſta, & Laurentio eius nepotibus, nàm cum ipſi per huiuſmodi atteſtationem probentur poſſeſſores bonorum defuncti cui erant coniuncti in gradu ſucceſſibili cenſen-
5 tur dicta bona poſſidere † titulo hæreditario, dum non docetur de alio legitimo titulo poſſidendi *Bart. conſ. 207. num. 3. Surd. 456. num. 32. d. l. pro hærede & l. gerit ff. de acquir. hæred. Rot. penes ſa. me. Gregor. XV. deciſ. 98. nu. 1. vbi Addent.* refert concordantes.

Eoque magis cum in præſentia legitimè ci-
6 tati id non † negent, nec aliud quicquam opponant, quod excludat hanc qualitatem, cum qua ipſi citantur *Rota apud eundem ſa. me. Greg. XV. deciſ. 88. num. 1.* cum aliis adductis per *Add. ad deciſ. eiuſdem 264. num. 6. verſ. hoc tamen procedit.* Vnde DD. dixerunt dictum mandatum eſſe contra eos exequeñ in bonis tamen hæreditariis dicti Blaſij Ianutij per ipſos poſſeſſis.

Et ita Laurentio Pilello tantum &c.

REATINA CASTRORVM.

Veneris 3. Decembris 1649.

ARGVMENTVM.

Sententia quando eſt notoriè iniuſta, Aegidianæ conſtitutioni non dicitur eſſe locus.

SVMMARIVM.

1 *Aegidianæ non eſt locus ſi ſententia ſit iniuſta.*
2 *Succeſſio pro æquali defertur fratri & nepoti ex altero fratre tam attenta iuris communis diſpoſitione quam feudalis n. 3.*
4 *Sententia concedens alicui immiſſionem pro maiori parte quam debeatur eſt iniuſta.*
5 *Hæreditas non adita non tranſmittitur.*
6 *Frater alteri fratri defuncto ab inteſtato dicitur coniunctus in gradu ſucceſſibili.*
7 *Coniunctus in gradu ſucceſſibili poſſidendo bona defuncti præſumitur illa poſſidere vti hæres niſi conſtet de alio titulo.*
8 *Patri decedenti ab inteſtato ſuccedit filius.*

DECISIO DCCCXXXIX.

SENTENTIA lata in Tribunali A. C. ad fauorem Tancredis Marcerij laborat vitio notoriæ iniuſtitiæ, ideò Domini responderũt
1 non eſſe locum † Aegidianæ conſtitutioni de qua in *cap. 2. lib. 6. Conſtit. March.* vt aliàs reſpōdit *Rota coram ſa. me. Greg. XV. deciſ. 491. num. 5. & in recent. deciſ. 102. nu. 4. p. 4. & deciſ. 349. n. 23. & 24. eadem par. 4. tom. 2. & in Romana fideicom. miſſi de Spiritibus 15. Februarij 1646. coram Reu. P. Domino meo Cerro, §. quo verò ad ualorem circa fin.*

Nam iniuſtitia notoria dictę ſententiæ apparet ex eo quod illa concedit immiſſionem Tancredi in poſſeſſione duarum partium Caſtrorum Aſcreæ, & Marcitelli, de quibus agitur quæ poſſidebantur per Marcum Antoniũ, & Attilium eius Patruos, qui cum deceſſerint inteſtati ſuperſtite Hieronymo fratre, ac ipſo Tancrede, ex Franciſco & altero fratre prædefuncto, nepote illorum ſucceſſio delata fuit ad eoſdem Hieronymum & Tancredem æquis Portionibus ſiue attendatur diſpoſitio *iur. communis in Auth. ceſſante C. de legitim. hæred. Auth. de hæred. ab inteſt. uenientibus §. ſi igitur defunctus neque Præcard. in §. 2. num. 2. Inſt. de hæred. quæ ab inteſt. def. Borgnin. deciſ. 9. nu. 78. verſ. & de iure*
3 *communi de contract. p. 2.* † Siue feudalis in *cap. 1. §. bis verò deficientibus de ſucceſſ. frat. in uſibus feud. Schrader. de feud. p. 7. cap. 7. ſub num. 15. verſ. ſexto quaro Roſentall. de feud. cap. 7. concluſ. 56. ſub nu. 8. verſ. eſt autem, & ſub num. 15. verſ. quo igitur cum ſequent,* dicens hoc procedere ſiue feuda ſint ex pacto, & prouidentia, ſiue hæreditaria *Mart. de ſucceſſ. leg. p. 1. q. 23. art. 3. ſub nu. 18. verſ. quartus caſus eſt.* Et propterea immittendus erat Tancredes pro ſola medietate dd. duarũ partium ex tribus.

Non obſtat Inſtrumentum tranſactionis initę inter Tancredem & dd. eius Patruos, nec aliud continens ratificationem dictę tranſactionis factam à prędictis Marco Antonio, & Attilio relata in *Summario* Tancredis ſub *num. 1. & 2.* Quia in illis nullum ipſi ius nouũ tribuitur, ſed quæ prius competebant iura reſeruantur in caſu mortis eorumdem Patruorum ſine filiis legitimis, & naturalibus, quare cum ius ipſi competeret pro dimidia tantum parte in portionibus eorumdem Marci Antonij, & Attilij ſuperſtite Hieronymo, non potuit plus peti, ac proindè iniuſta conuincitur dicta ſententia immiſſionem conce-
4 dens † pro maiori parte quam deberetur *l. 2. ff. ſi pars hæred. petat. Surd. conſ. 415. ſub num. 11. verſ. tertio adhoc cum ſeq. Argel. de acquir. poſſeſſ. q. 8. numer. 210. verſ. primo per textum cum plurib. ſeq. Rot. coràm Buratt. deciſ. 216. num. 10. & in recent. deciſ. 135. num. 9. p. 1. & deciſ. 690. n. 4. p. 2.*

Mi-

Minus obſtat, quod Hieronymus non ad-
iuuerit hæreditates dd. ſuorum fratrum, &
5 proindè eum illas † vti non aditas non tranſ-
miſerit ad hæredes *l. quoniam ſororem C. de iur.
delib.l.vnic.§.in nouiſſimo C.de codue.tollen. l. bona
autem §.acquirere verſ.denique ſi ante ff. de bonorum
poſſeſ.* Iudex ergò in alia dimidia dd. hæredi-
tatum Hieronymo delata, quæ tempore eius
obitus adhuc iacere reperiebatur potuit Tan-
credi concedere immiſſionē. Quia prædicta
aditio per Hieronymū facta probatur. Tùm
ex depoſitionibus teſtiū examinatorū in tri-
bunali A.C. tùm etiam ex facto ipſo, quia cūm
certum ſit Hieronymū poſt mortem fratrum
in ſolidū poſſediſſe Caſtra, & bona de quibus
agitur, quæ ab eis viuentibus poſſidebantur
cum ipſo indiuiſa, vt ijdem teſtes deponunt,
& narratur in d. ſententia A. C. ſine dubio
probata remanet aditio. Nàm cum quis de-
functo coniunctus in gradu ſucceſſibili ab in-
6 teſtato † qualis eſt frater *iuxt. text. in l.1. & in
Auth. ceſſante C. di legit. hæred. §. ſi igitur defunctus
neque Auth. de hæred. ab inteſt. veniens* poſſidet
eius bona cenſetur ea poſſidere tanquam hæ-
7 res, † niſi conſtet de alio titulo *l. gerit ff. de acq.
hæred. Surd. conſ. 457. num. 32. Rot. coram Millino in-
ter eius impreſſ. deciſ. 44. num. 1. & deciſ. 231. num. 1.
& coram ſan. mem. Gregor. XV. deciſ. 98 num. 1.* vbi
etiam fuit nouiſſimè firmatum in *Brunduſina
Cenſus 29. Nouemb. proximipræteriti §. ſicuti &c.
coram me.* Quamobrem cum per iſtam adi-
tionem d. dimidia hæreditatum Marci Anto-
nij & Attilij effecta fuerit patrimonium Hie-
8 ronymi, & defuncto ab inteſtato † ſucceſſit
Thomas eius filius *iux. tex. in §. inteſtatorum In-
ſtit. de hæred. quæ ab inteſt. defer. Caſtr. conſ. 29. in prin
cip lib. 2. Angel. Aretin. conſ. 69. num. 1. Alex. conſ. 86.
num. 1. lib. 3. Rot. in recent. deciſ 627. num. 6. part. 2.
deciſ. 128. num. 38. par. 4. tom. 2. & deciſ. 217. num. 2.
part. 5.*

Et ita vtraque parte &c.

AESINA EXPENSARVM.

Veneris 10. Decembris 1649.

ARGVMENTVM.

Expenſarum taxatio ex quibus non dicatur ex-
ceſſiua.

SVMMARIVM.

1 *Expenſæ iudiciales & quæ viuæ appellari ſolent in-
tegrè reficiendæ ſunt.*
2 *Et quoad iſtas ſtatur actuario.*
3 *Expenſæ pro Aduocato, Procuratore, Sollicitato-
re, Copiſta veniunt reficiendæ ſed non cum tanto
rigore, & hoc remittitur arbitrio Rotæ, &
numer. 4.*

DECISIO DCCCXL.

COMMISSA mihi cauſa appellationis
quam ab exceſſiua taxatione expenſarū
interiecit Ioannes Baptiſta Veneruccius dubi-
taui; An taxatio prædicta eſſet exceſſiua &
DD. diligenter examinatis omnibus, & ſin-
gulis partitis contentis in notula ſubſcripta
per Iudicem prædictarum expenſarum mo-
deratorem negatiuè reſponderunt, quia om-
nes ſunt iudiciales, factæ nimirum pro extra-
ctu, regiſtro, citationibus, mandatis, & alijs
1 ſimilibus, † quæ viuæ ſolent appellari, & à
victo victori integrè veniunt reficiendæ, *l. pro-
perandum 10. §. ſin autem alterutra ff. de iud. Veſtr.
in prax. lib. 1. cap. 2. num. 10. Rot. penes Buratt. deciſ.
921. ſub num. 1. vbi Add.* referunt concordan-
tes, & in alijs relatis in *Caurien. Iuriſpatronatus
ſeù expenſarum 16. Martij 1646. coram R.P.D. meo
Arguelles & in Romana expenſarum 14. Iunij huius
anni coram R.P.D. meo Corrado.* Earumque ta-
2 xatio apparet facta ſecundum † quietantias
Actuariorū, quibus non minus de ſolutioni-
bus ſibi factis; quam de actitatis in iudicio
plena adhibetur fides, vt ad propoſitum di-
ctum fuit in *Maceraten. hæreditatis 24. Ianuarij
1642. coram R.P.D. meo Bichio ac ſecundum refor-
mationem ſa. me. Pauli V. ſub tit. tax. not. Rot. &*
ſtylum hactenus in Rota ſeruatum.

Non obſtat quod ſummæ ſcut. 510. 59. in
eadem nota relatæ per Notarium fuerit addi-
ta alia ſumma ſcut. 6. 41. quoniam huiuſmo-
di additio facta fuit ratione honorarij Aduo-
cati, & Procuratoris, ac mercedis ſollicita-
3 tionis quæ pariter refici debent, *l. ſancimus 13.
vbi gloſ. in verb. æſtimatione C. de iud. cap. finem li-
tibus 5. vbi etiam gloſ. in verb. expenſas propè fin.
verſ. & nota de dolo, & contumacia Rot. deciſ. 27. de
ſent. & re iudic. in antiq.* Non tamen rigoroſè.
Nam Rota in hoc non ſequitur rigorem iu-
ris ſcripti, ſed aliquid arbitrio ſuo ſemper ta-
xare ſolet, vt teſtatur *Veſtr. in prax. lib. 8. cap. 2.
num. 10.* Et fuit dictum in *Romana expenſarum
23. Ianuarij 1616. coram Sanctiſs. D.N. in recent.
deciſ. 209. confirmata 9. Nouembris 1617. dec. 569.
par. 4.* & in alijs relatis in *d. Maceraten. Hæredi-
tatis 24. Ianuarij 1642. coram R.P.D. meo Bichio,
in dicta Caurien. Iuripatronat. ſeu Expenſarum 16.
Martij 1646. coram R.P.D. meo Arguelles & in d.
Romana Expenſarum 14. Iunij proximipræteriti co-
ram R.P.D. meo Corrado.*

Et ita altera tantùm &c.

BARCHINONEN. ALIMENTORVM.

Mercurij 15. Decembris 1649.

ARGVMENTVM.

Declaratur, an Præpoſiti Eccleſiæ Barchinonen
teneantur præſtare Canonicis portiones ca-
nonicales in certa ſpecie iuxta inſtituta anti-
qua, & ſtatuta hoc diſponentia; Tractatur
quomodo probetur dominium.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Statuta condere poteſt capitulum ſuper bonis exiſtentibus in eius dominio, & adminiſtratores tenentur illis obtemperare.*

2 *Dominium bonorum penes Capitulum non poteſt controuerti ab habentibus cauſam ab eo.*

3 *Commendatio bonorum facta ad commodum ipſius commendantis non eſt apta transferre illorum dominium, licet ſecus eſſet ſi fuiſſet facta in commodum Commendatarij, & in perpetuum, & n.4.*

5 *Dominij potiſſima argumenta referuntur.*

6 *Donatio conſecutiuè appoſita ad titulum commendæ, & adminiſtrationis huius naturam aſſumit.*

7 *Verba etiam de ſui natura translatiua dominij ſi accedunt contractui non translatiuo illius, ſunt intelligenda ſecundum ſubiectam materiam, & contractum cui adijciuntur.*

8 *Actus interpretari debet à poteſtate agentis.*

9 *Bona Eccleſiæ, & menſa Capitularis non poſſunt donari, ſeu alienari per Capitulum.*

10 *Deciſ. in Dertuſen. Augmenti 24. Maij 1647. coram Reuerendiſſ. D. Veroſpio, in quibus terminis procedat, declaratur, & n.11. & 12.*

13 *Cauſa finalis ex proœmio colligitur.*

14 *Dominium bonorum ex præcedenti diſpoſitione conuincitur.*

15 *Actus ſubſequens cenſetur factus ex titulo præambulo.*

16 *Probatio plena non poteſt niſi per aliam plenam elidi.*

17 *Alienatio bonorum Eccleſiæ euidentes probationes expoſcit cum regulariter ſit prohibita.*

18 *Inſtrumentis multo magis quam teſtibus in concurſu deferendum venit.*

19 *Dominium non probatur per teſtes non reddentes concludentem rationem etiam nõ interrogatos cum dominium non cadat ſub ſenſu.*

20 *ad Dominium non inferunt actus poſſeſſorij.*

21 *Collatio præpoſiturarum potius quoad dominium bonorum debet referri ad illorum adminiſtrationem.*

22 *Papa per vnionem parochialium præpoſituris non cenſetur immutaſſe harum præpoſiturarum ſtatum nõ expreſſum, ſed citra eius, ac onerum, & honorum impoſitorũ præiudicio vniones factæ præſumuntur.*

23 *Vniones factæ præpoſituris potius fauore Capituli factæ dicuntur ſi iſtæ ſint ſimplices adminiſtrationes.*

DECISIO DCCCXLI.

PLACVIT DD. deciſio edita in hac cauſa coram bon. mem. Coccino 11. Maij 1634. impreſſ. int. rec. dec. 537. par. 5. tom. 2. in qua validum exiſtimatum fuit ſtatutum anno 1582. conditum à Capitulo, & Canonicis Eccleſiæ Barchinonen. per quod diſponitur Præpoſitos eiuſdem Eccleſiæ debere imposterum præſtare portiones canonicales, aut in ſpeciebus panis, vini, carnis, & ſimilium prout olim præſtare ſolebant, aut in pecunijs ſufficientibus ad d. ſpecies emendas; quia dominium bonorum ad hunc effectum illis aſſignatorum de anno 1157. ſemper reſedit penes

Capitulum, & menſam Capitularem conſignantem, & nunquam tranſiuit in Præpoſitos ſimplices illorum adminiſtratores, qui proptereà tenentur obtemperare ſtatutis Canonicorum, quibus licet illa condere ſecundum temporum, ac rerũ varietatem, & con-
1 tingentiam ratione d. dominij, & fuit dictum *coram Seraph. dec. 179. in princ. dec. 211. deciſ. 707. num. 4. & 5. coram Penia deciſ. 694. per tot. coram ſan. mem. Gregor. XV. deciſ. 29. & in Gerunden. vini 15. Ianuarij* 1620. *coram Sanctiſſ. D.N.*

Originale ſiquidem atque primæuum dominium dd. bonorum penes Capitulum vſque ad tempus d. conceſſionis non controuertitur nec controuerti poteſt per Præpoſi-
2 tos cauſam habentes ab eo, *l. ſi quis conductionis 25. C. locat. Caual. dec. 171. num. 2. Rota inter rec. dec. 262. num. 1. par. 5.* & in his terminis fuit dictum *coram Penia dec. 604. n. 3. & ſæpe in alijs.* A dicto verò tempore citra, & ſic illius permanentia penes idem Capitulũ conuincitur tam ex Inſtrumento eiuſdem conceſſionis 1157. ex cuius verbis, ac toto contextu euidenter conſtat bona prædicta fuiſſe tantũmodo commendata pro vtilitate Capituli duodecim viris in ſingulos anni menſes diſtributis, Præpoſitis nuncupatis, qui toto tempore eorum vitæ illa probè adminiſtrarent, & alimenta Ca-
3 nonicis præberent, quæ quidem commendatio facta ad commodum Commendantis non eſt apta transferre dominium nec poſſeſſionem in Commendatarium, *Rom. conſ. 350. verſ. in quo Gonz. gloſ. 5. §. 8. num. 39. Aret. in cap. ſi conſtiterit 12. num. 19. verſ. ſed moderni de accuſat.* quamuis ſecus eſſet ſi commendatio facta
4 fuiſſet in commodum Commendatarij, & in perpetuum, vt diſtinguendo tradit idem *Romanus d. conſ. 350. Aret. vbi ſup. n. 21.*

Tum etiam ex alijs quampluribus publicis Inſtrumentis ſubſecutis, ex quibus apparet Capitulum ad libitum diſpoſuiſſe de bonis præpoſituris aſſignatis, non ſolum edendo ſtatuta ſuper eiſdem bonis, ac portionibus per eas præſentandis, ſed etiam diſmembrando ab vna præpoſitura, partemque diſmembratam alteri tenui applicando vacantibus, vel nõ Præpoſituris, nec non alienando, donando, hypothecando, ac in emphyteuſim concedendo eadem bona, cum enunciatiuis proprij dominij præſentibus, & non contradicentibus eiſdem Præpoſitis, quæ omnia ſunt po-
5 tiſſima argumenta dominij, vt ponderatum fuit in deciſione, & præter ibi allegatis dixit *Rota in recen. deciſ. 12. num. 4. par. 2. & deciſ. 263. num. 2. verſ. fuerunt etiam par. 3.*

Non igitur Præpoſiti tranſlationem dominij, ad eorum fauorem deſumere poſſunt, vt prætendunt ex eodem conceſſionis Inſtrumento quamuis in parte illius legantur hæc verba, *Addimus, & vobis in hac donatione omnes petias terrarum &c. quas ipſa Canonica deinceps acquirere poterit &c.* quia ea dominij abdicationem à Capitulo non arguunt, nam dictio il-
6 la, *donatione,* fuit conſecutiuè appoſita ad titulum Commendæ, & adminiſtrationis, & ſic

Digitized by Google

eius naturam aſſumit, vt in puncto de verbo
donationis eſt *text. in l. ſi vno 17, verſ. ſed etſi
verb. donationis, ff. locat. vbi gloſ. in verb. ſed tranſa-
ctio, l. alienatum, §. donationis verbum vbi explicant
Alciat. & Rebuff. ff. de verb. ſignif. Corn. conſil. 80.
num. 7. in fin. & 8. lib. 1. Honded. conſ. 30. num. 28.
verſ. verbum donò cum ſequentibus lib. 2. Rot. deciſ.
333. num. 66. & ſeqq. par. 6. recent.* Et regulare
7 eſt, vt verba etiam ſui natura translatiua do-
minij dum accedunt contractui non translati-
uo illius intelligenda ſint ſecundum materiā
ſubiectam, & contractum cui adijciuntur,
prout de ſimili conceſſione facta Præpoſitis
Cæſaraugustanis dixit *Rot. apud Seraph. dec. 196.
num. 1. & 2.*

8 Vltra quod interpretando actum à poteſta-
te agentis, vt fieri debet, *l. Lucius 21. §. Impera-
tores, ff. ad municip. l. ſi tibi §. vnus ff. opt. leg. cap. à
nobis 21. de ſenten. excommun. Honded. d. conſ. 30.
num. 34. lib. 2. Ciriac. contr. 222. num. 38. & ſeq.* Mi-
nus ſubſiſtit Præpoſitorum prætenſio ex quo
9 Capitulum non poterat † bona Eccleſiæ, &
menſæ Capitularis donare, vel alio quocunq;
titulo alienare, vt per *Oldrad. conſ. 261. Rebuff. de
alienat. rer. Eccleſ. num. 5. & Rot. penes Seraph. d.
dec. 196. num. 3.* Quare non applicatur deciſio
10 Dertuſeñ Augmenti 24. Maij 1647. coram
R. P. D. meo Veroſpio, quia in caſu illius de-
ciſionis bona fuerunt Præpoſituris aſſignata
verbis translationem dominij importantibus,
11 & pro expreſſo titulo dotis, qui pariter tranſ-
lationem dominij denotat ex ibi allegatis, &
quod plus eſt aſſignatio facta fuit à Sede Apo-
12 ſtolica in Eccleſiaſticis bonis liberā diſpoſi-
tionem habente virtute vniuerſalis dominij in
ijs ſibi à iure delati, *cap. 2. de præben. & in Cle-
ment. 1. vt lit. pend. cum alijs fuſè relatis in eadem
deciſ. Dertuſen. §. ea enim.* Immò retorquetur
contra Præpoſitos illam aſſerentes, dum in
§. quia verbo &c. admittit, quod ſi conceſſio
fieret à Capitulo cenſeretur demandata Præ-
poſitis nuda tantum adminiſtratio iuxta fa-
cultatem Capitulo competentem.

Minùs Præpoſitorum dominium probatur
ex alio Inſtrumento celebrato de anno 1226.
in quo Capitulum erigendo domum Chari-
tatis, eidem domui applicauit medietatem
bonorum per ipſam Canonicam futuris tem-
poribus acquirendorum, alteram verò me-
dietatem ſibi reſeruauit inter Præpoſitos di-
uiden. cum hac tamen differentia, quod in
aſſignatione facta domui præſcripſit modum
adminiſtrationis, ac duos elegit Clericos ad-
miniſtratores cum onere reddendi rationem
in reſeruatione verò facta pro Præpoſitis nul-
lum onus iniunxit, vnde ex tali differentia, &
modo diſcretiuo loquendi inferebatur Præ-
poſitis non fuiſſe aſſignata bona iure ſimpli-
cis adminiſtrationis. Quia reſponſum fuit
prædictum Inſtrumentum non emanaſſe ad
aliquid diſponendū inter Præpoſitos, ſed ſo-
lummodo ad erigendam d. domum Charita-
13 tis, vt patet ex illius proœmio, vnde cauſa
finalis colligitur, *l. 1. ff. ad Maced. l. fin. vbi Bart.
ff. hæred. inſtit. Rota dec. 557. num. 2. par. 3. & deciſ.*
313. num. 21. par. 4. tom. 2. recen. Quare tantum
abeſt, quod ex eo poſſit deſumi argumentum
translationis dominij quin potius confirme-
tur ius Capituli, dum dicta bona in eo diuiſa
comprehendebantur etiam in antecedenti In-
ſtrumento conceſſionis anni 1157. & nihilo-
minus de eis Capitulum nouiter diſponit, quę
diſpoſitio ſubindè effectuata præcedens domi-
nium neceſſariò coniungit quippe alijs quam
14 verò domino congruere non poterit, *l. in re
mandata 21. C. mandati, & in his terminis Rot. apud
Pen. d. dec. 604. num. 4. & ſeqq. & Coccin. dec. 242.
ſub num. 5. ac ſeqq.*

Nec releuat, quod in pluribus conceſſioni-
bus, & inueſtituris Capitulum denominaue-
rit dominum ſe, & Præpoſitos, & quod ali-
quando ſoli Præpoſiti fecerint inueſtituras
abſque interuentu Capituli cum geminata
expreſſione, quod bona ſunt ſub dominio, &
allodio Præpoſituræ, quia denominationes
& actus huiuſmodi recipiunt interpretatio-
nē, ac declarantur ex præcedenti titulo Com-
mendæ, atque adminiſtrationis ad vtilitatem
Capituli Præpoſitis conceſſæ, ac proinde in-
telligi debent de dominio Capituli per eos
15 tanquam Officiales, & Adminiſtratores re-
præſentati, ac eo titulo, & iure geſti, *ad l. qui
eum §. ſi tutor, ff. pro empt. & l. interd. §. qui tute-
lam, ff. de furt. Signorol. conſ. 70. ſub num. 2. verſ. in-
terd. ratione adminiſtrationis, & in his terminis re-
ſpondit Rota in Vicen. Augmenti 14. Decembr. 1587.
coram bon. mem. Cardinali Blanchetto in princ. verſ.
nec refragantur deducta, & penes Penia d. deciſ. 604.
num. 21. ac d. dec. 654. num. 9. & Coccino d. dec. 242.
n. 4. & in hac eadem cauſa coram me 17. Maij 1647.
in §. ſecundus verò articulus, verſ. nec quicquam
facit.*

Eòque magis ſolo adminiſtratoris nomine
Præpoſitos dominos, ſeu proprietarios nun-
cupatos fuiſſe, ac bona in emphyteuſim con-
ceſſiſſe dicendum eſt, quia pro parte Capituli
dantur plures conceſſiones emphyteoticæ an-
tecedentes, in quibus aliquando Capitulum
dumtaxat fuit vocatum dominus, ac manda-
tū Canonem perſolui Canonicę, & Præpoſi-
to ad ſeruitium Canonicæ aliquādo nulla fuit
facta mentio de Præpoſitis, imò dictum quod
emphyteutæ non proclamarent alium domi-
num niſi Canonicam, ac ſæpius ipſummet
Capitulum immutauit Canonem de vna in
aliam ſpeciem mandando loco ſpeciei perſol-
ui quantitatem pecuniarum, & ordinauit Ca-
nonem ad domum Præpoſiti portari, quod-
que portatoribus ipſe Præpoſitus ſolueret
pro mercede certam quantitatem pro quali-
bet ſalma, & ſemper adfuerunt, nec contra-
dixerunt Præpoſiti, immo ſeſe ſubſcripſerint
vti Canonici in Inſtrumentis præfatarum
conceſſionum, ex quibus propterea magis
comprobata remanet dicta interpretatio, &
contraria prorſus eliditur, vel ſaltem æquiuo-
16 ca redditur, itaut ſuper ea nullum conſtitui
poſſit fundamentum, *Seraph. dec. 619. numer. 9.
Rota in recent. deciſ. 263. numer. 3. par. 4. & deciſ.
430. num. 104. par. 5. tom. 2.* In hac præſertim
mate-

17 materia alienationis bonorum Eccleſiæ quæ
cum ſit regulariter prohibita euidẽtiores pro-
bationes expoſcit, *Rota deciſ.463. num.8. par.5. recent.*

Minùs releuant teſtes deponentes Præpo-
18 ſitos fuiſſe habitos pro dominis, quia vltra
quod in concurſu magis ſtandum eſt Inſtru-
mentis, quam teſtibus, *l. cenſus 10. ff. de probat. gloſ. in cap.3. loco 5. verb. teſtium, verſ. item contra, quia fides inſtrumentorum præualet teſtibus &c. de probat. Bero.conſ.97.num.5.lib.3. Rota deciſ.576. num.29. par.5. tom.2.rec. & in Romana ſucceſſionis 9. Maij 1644. in §. ſecundo teſtes coram R.P.D. meo Bichio, & in Placentina beneficij 29. Maij 1643. in §. maior enim coram R.P.D. meo Celſo*; illi enim
non reddunt rationem concludentem, prout
19 reddere debent etiam non interrogati cum
dominium non cadat ſub ſenſu, ex congeſtis
per *Maſcard. de probat. concluſ. 547. num.1. & 5. Speculat. in tit. de teſtam. §. nunc tractan. verſ. quid ergo ſi quis petit, & notant Doctores in l.3. C. de teſtib. pleuè Bart. in tract. de teſt. nu.5. & 6. Farinac. q.80. num.46. Bellamer. dec.3. num.10. de probat. Rot. deciſ.700. num.2. & 3. par.4. tom.3. recent.* Nam
20 illæ quas aſſignant de exactione fructuum
perceptione Laudemiorum, & ſimilibus non
concludunt cum ſint actus poſſeſſorij, qui
non inferunt ad dominium, *Maſcard. ibidem num.4.* & in omnem caſum, vt teſtes conci-
lientur cum Inſtrumentis, dicendum eſt, vt
fuerint habiti pro dominis adminiſtratorio
nomine iuxta ſuperius allegato.

Præterea non repugnat, quod huiuſmodi
præpoſituræ dicantur effectæ collatiuæ, quia
adhuc non eſt certum, quod ſint tales, cum
ſuper hoc pendeat lis in Rota; interim eſtò
21 quod ſint collatiuæ non ideo collationem
debent referri ad titulum dominij, ſed ad ip-
ſam adminiſtrationem, vt in terminis reſpon-
dit *Rota in dicta Vicen. Augmenti coram Cardinali Blanchetto in verſ. non obſtat, quod ſint effectæ collatiuæ, & penes ſan.mem. Gregor. XV. dec.29. num.2. Pen. d. dec.604. ſub num.12. & ſeq. & d. dec.651. num.1. & ſeqq. ac Reuerendiſſimum Vrgellen. deciſ. 340. num.10. cum ſeq.*

Demum non obſtat, quod aliquibus Præ-
poſituris fuerint per Summos Pontifices vni-
tæ nonnullæ Parochiales, quia ex huiuſmodi
vnionibus non cenſetur mutatus ſtatus Præ-
22 poſiturarum Summis Pontificibus non ex-
preſſus, ſed citra eius, ac onerum, & honorum
impoſitorum præiudicio factæ præſumuntur,
Rota dec.d.263. num.5. dec.320. par.4. recent. & in alijs relatis in deciſ. ſub num.9. Maximè cum in-
23 tuitu potiùs, ac vtilitate Capituli, quam ipſo-
rum Præpoſitorum illas factas fuiſſe dixerit
Rota in d. dec. 17. Maij 1647. in d. §. ſecundus verò articulus coram me.

Et ita vtraque &c.

BENEVENTANA QVARTAE.

Lunæ 24. Ianuarij 1650.

ARGVMENTVM.

Mandatum de manutenendo in quaſi poſſeſſione exigendi Quartam Decimarum in tot tumulis frumenti debetur Epiſcopo ſtante illius poſſeſſione, prout etiam quoad quartam ex diſpoſitione Canon.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopus pro exactione Decimarum habet fundatam intentionem in diſpoſitione Sacr. Canon.*

2 *Epiſcopo debetur manutentio ſuper exactione quartæ partis decimarum in tot tumulis frumenti ſtante illius poſſeſſione.*

3 *Nam quartæ loco validè induci poteſt quod certa quantitas frumenti exigatur.*

4 *Quaſi poſſeſſio exigendi certam quantitatem ſi deriuet à locatione, & iſta ſit terminata nulla manutentio prætendi poteſt.*

5 *Locationis inobſeruãtia arguitur ſi fuerit facta à non habente facultatem.*

6 *Solutiones quando non conueniunt, ſed differunt à contentis in locatione, referri non poſſunt ad illius titulum.*

7 *Solutiones Decimarum præſumuntur factæ in vim ſtatus antiqui præſcriptionis, ſcilicet, vel conſuetudinis immemorabilis.*

8 *Poſſeſſor debet manuteneri in ſua quaſi poſſeſſione donec de tituli validitate diſceptatur.*

9 *Relatio Vicarij quoad exactionem decimarum ex aliquo titulo ſi fuerit extraiudicialiter facta ſuper extraiudicialibus informationibus non vocato Epiſcopo ipſi non præiudicat.*

10 *Declarationes Sac. Congr. Concil. intelliguntur emanare iuxtà ea quæ in facto proponuntur, & ſic enunciatiua circa factum de quo principaliter dubitatur non probat.*

11 *Decretum prouiſionale, & ſine præiudicio iurium partium, illa præſeruat tam in poſſeſſorio, quam in petitorio, & perinde habetur, ac ſi factum non fuiſſet.*

DECISIO DCCCXLII.

RESOLVTVM fuit D. Archiepiſcopo Be-
neuentano dandum eſſe mandatum de
manutenendo in quaſi poſſeſſione exigendi à
Clero Terræ S. Eliæ Quartam Decimarum in
tumulis 180. frumenti deferendi ſumptibus
dicti Cleri ad horrea menſæ Archiepiſcopalis
exiſtentia in Ciuitate Beneuenti, non ſolum
ex eo quod D. Archiepiſcopus pro huiuſmo-
1 di exactione, & delatione habet intentionem
fundatam in diſpoſitione Sacr. Canon. *iux. tex. in cap. conquerente §. hos autem de offic. ordinar. & de quarta de præſcript. cap.1. cauſ.16. quæſt.7. cum gloſſ. verb. horreum Seraph. deciſ.1204. num.2. Caualer. deciſ.648. num.1. & ſeqq. Andr. deciſ.9. num.10. & 11. Rot. deciſ.402. nu.1. & ſeqq. per tot. par.2. recent.* Sed
etiam quia ex Teſtium depoſitionibus, ac di-
cti Cleri confeſſione conſtat de eius quaſi poſ-

ſeſſione exigendi d. quartam cum prædictis
2 qualitatibus, ideòque etiam cum illis † ei cō-
cedenda venit manutentio *Modern. Peruſ. de ma-
nut. obſeru. 10. num. 78. Rot. in rec. par. 5. deciſ. 389.
num. 7. & 9.* vbi quod adminiculantur ex con-
ſuetudine generali totius Diœceſis, de qua
pariter ipſi deponunt *Buratt. deciſ. 604. num. 11.*
3 Maximè cum validè induci potuerit, quod
loco Quartæ certa quantitas, vt ſupra exige-
retur *cap. in aliquibus §. fin. ibique gloſs. Ioannes An-
dr. Abb. & alij DD. de decimis Fran. Mar. deciſ. 198.
num. 9. verſ. ſed omiſſis argumentationibus par. 2. Rota
coram Canal. d. deciſ. 648. num. 5. verſ. ad id & ſeqq.
in recent. deciſ. 389. num. 6. verſ. vndè par. 5. & poſt
d. tract. de manut. deciſ. 311. num. 3. verſ. attamen cum
ſeqq.*

Non obſtat quod annuæ ſolutiones hacte-
nus præſtitæ cum dictis qualitatibus ſint refe-
rendæ ad pretenſum pręcedentem titulum lo-
cationis iuris exigendi d. Quartam factæ dicto
Clero pluries deindè renouatæ, ac tacitè con-
tinuatæ, & ideò cum iſta locatio terminata
ſit, omnis quaſi poſſeſſio deriuans ab ea eua-
4 nuerit, † & per conſequens nulla prætendi
poſſit manutentio ad tradita per *d. Modern. Pe-
ruſ. de manut. obſeruat. 64. n. 14. & Rot. penes eundem
deciſ. 181. nu. 9.*

Nam DD. viſum fuit hanc obiectionem nō
reſtagari, tum quia conſtat de nullitate dictæ
locationis tanquam factę à Viſitatore non ha-
bente legitimam facultatem; † Vndè argui-
5 tur illius inobſeruantia, & non effectuatio,
*Berou. conſ. 69. nu. 7. verſ. ſecundò quia lib. 3. Menoch.
præſumpt. 67. num. 14. verſ. declaratur 2. lib. 6.* tùm
etiam quia ſolutiones factæ in d. quantitate
tumulorum 180. non conueniunt, ſed diffe-
runt à quantitate tumulorum 195. in Inſtru-
mento dictæ locationis promiſſa quamobrē
6 illæ † ad hunc locationis titulum congruè re-
ferri non poſſunt *Rot. diu. deciſ. 262. nu. 1. verſ. quia
vt actus par. 2. & in recent. deciſ. 29. num. 58. verſ. &
d. regula cum ſeq. par. 7. Seraph. deciſ. 1479. n. 3. & 4.*
vbi quod probatio eiuſdem quantitatis perti-
net ad Clerum ſuſtinentem in hac ſua repli-
catione munus actoris.

Et in omnem caſum cum pro parte D.
Archiepiſcopi prætendatur ſolutiones huiuſ-
modi factas fuiſſe vigore alterius potioris Ti-
tuli. Videlicet præſcriptionis, & conſuetudi-
nis immemorabilis etiam totius Diœceſis
iuxtà depoſitiones Teſtium in Summario ad-
ditionali datas, & hic titulus ex Inſtrumento
dictæ locationis non remaneat eliſus, imò po-
7 tius † corroboretur, vt fuit dictum in Tole-
tana Decimarum 27. Iunij 1608. coram Or-
teimbergo, *& in recent. deciſ. 211. num. 8. verſ. præ-
ſumi debebat part. 6.* Ipſe vtique in d. ſua quaſi
8 poſſeſſione manutenendus eſt † donec fuerit
de titulo, & eius releuantia cognitum, & iu-
dicatum, vt reſpondit *Rota in Elboren. præſtatio-
nis annuæ coram bon. mem. Andr. inter eius impreſſ.
deciſ. 75. num. 6. verſ. & ideò cum ſeqq. & per tot. &
deciſ. 81. num. 2. verſ. ſed eas tamen cum ſeqq. & in
Taurinen. Delationis Baldachini 4. Iulij 1646. coram
R. P. D. meo Corrado.*

Neque releuat quod ex relatione Vicarij
Sacræ Congregationi Epiſcoporum directa,
ſub die 6. Auguſti 1645. appareat d. ſolutiones
factas fuiſſe ex titulo dictæ locationis; quia
9 cum hæc † relatio facta fuerit extraiudiciali-
ter, & fundata ſuper extraiudicialibus infor-
mationibus receptis, non citato, nec audito
D. Archiepiſcopo eidem nullo modo præiu-
dicare poteſt, vt fuit dictum *in Nouarien. Deci-
marum 26. Februarij 1631. coram bon. me. Pirouano
in recent. deciſ. 23. num. 8. verſ. demum par. 6.* & ali-
bi ſæpè.

Poſtremò non releuat quod idem enuncie-
tur in litteris dictæ Sac. Congregationis datis
ſub die 12. Ianuarij 1646. Quia cum iſta enun-
ciatiua verſetur circa factum de quo hodie
principaliter dubitare contingit illud, non
probat *Nauarr. conſ. 2. ſub num. 4. de relig. dom. Rota
coram Duran. deciſ. 137. num. 4. verſ. declarationes
enim & penes Modern. Peruſ. de manut. deciſ. 197.
nu. 10. verſ. non obſtat reſolutio.*

Eoque minus quia dictę litteræ emanarunt
occaſione Decreti Prouiſionalis, reſeruatis in
futurum iuribus partium iudicialiter cogno-
ſcendis, quo caſu † nullum ex eis illatum fuit
11 præiudicium veritati, ſiue in petitorio, ſiue
in poſſeſſorio *Rot. penes Buratt. deciſ. 166. num. 8.
verſ. nec etiam, & in Oppidien. Proceſſionum 15. Iu-
nij 1648. coram R. P. D. meo Veroſpio in §. fin. verſ.
decreta verò.*

Et ità vtraque &c.

GRAVINEN. CENSVS.

Lunæ 24. Ianuarij 1650.

ARGVMENTVM.

Inſtrumentum ex quibus non dicatur perfe-
ctum. Inſtrumentum celebratum à ſubdito
fauore Domini non ſuſtinetur ex conſtitutio-
ne Regni.

SVMMARIVM.

1 *Inſtrumentum non regiſtratum in protocollo notarij, qui dicitur de illo rogatus, nec ab eo ſubſcriptum, neque completum cum clauſula actum &c. non probat contractum in eo enunciatum fuiſſe ſtipulatum.*
2 *Inſtrumentum in Regno Neapolis, ut ſit attendendum requiritur quod ſit, & à Iudice, & tribus Teſtibus ſubſcriptum.*
3 *Inſtrumentum quando ob illius defectus non poſſit extrahi in publicam formam poſt mortem notarij, & ſignanter in Regno, & præcipuè non citatis intereſſe habentibus, & num. 4.*
5 *Inſtrumentum de quo fuit rogatus ſubditus pro Domino eſt nullius releuantia in Regno Neapolis.*
6 *Idem procedit etiam reſpectu inſtrumenti rogati ad fauorem vxoris Domini.*
7 *Mandatum legitimum procuræ omnino eſt neceſſarium in donatione.*

DE-

Digitized by Google

DECISIO DCCCXLIII.

CENSVM de quo agitur non deberi Fa-
bio Lupo à Bonauentura alijſque de
Maioranis Domini reſponderunt duabus præ-
cipuè rationibus quarum prima fuit quia il-
lius impoſitio non ſatis iuſtificatur ex Inſtru-
mento exhibito, cum illud quam plures de-
fectus patiatur, nam non fuit regiſtratum in
Protocollo Notarij qui dicitur de illo roga-
tus, neque ab eo ſubſcriptum, neque com-
pletum cum clauſula actum &c. Ideoque †
1 non probat contractum in eo enunciatum,
fuiſſe ſtipulatum, & abſolutum, *Gratian. di-
ſcept.899.n.15.Menoch.de arbitr.Iud.lib.2.cap.187.
num.31.verſ.poterit etiam Rota coram Seraph.deciſ.
949.per tot.* † Minus fuit à Iudice, ac tribus
2 Teſtibus ſubſcriptum iuxtà formam *Conſtitut.
Regn.de qua Afflict. lib.1. rubr.79. de fid.& auctor.
Inſtrum. verſ.ſi autem rogitus Gait.de credit. cap.3.
tit.1.ſub num.390. verſ.nono requiritur cum ſequent.*
3 Et propterea poſt † mortem Notarij non po-
terat extrahi in publicam formam, attenta
præſertim diſpoſitione *pragmat.Carolus V. de qua
Grammat. deciſ.106.ſub num.30. verſ.aduertendum
eſt, Franch.deciſ.567. ſub num.1. verſ.apparuit po-
ſteà, & per tot.* Eoque minus † non citatis di-
4 ctis de Maioranis prętenſis debitoribus, vt no-
tat *Innoc.& alij DD. in cap.fin.de fid.Inſtrum.Rota
deciſ.1.n.1.eod.tit.in non. & penes Buratt.deciſ.290.
num.5.verſ.vndè & deciſ.472.ſub n.4.*
5 Et denique de eodem Inſtrumento roga-
tus fuit Notarius † ſubditus Ducis Grauinæ
ad fauorem vxoris ipſius Ducis, quamobrem
illud nullius eſt fidei ità diſponente Conſtitu-
tione Regni incipit. Ladislaus &c. cuius diſ-
poſitio vti optima ratione munita, & vſu re-
cepta præcisè ſeruari debet *Franch. deciſ. 118.
num.1.Rouit.conſ.91.nu.2.Gait.d.cap.3.tit.1.n.820.
verſ.17.limitatur,& ſeqq.* & firmauit *Rot.in Nea-
politana Penſionis 13.Iunij 1642.coram R.P.D. meo
Bichio in §.Inſtrumentum enim & per tot.* Etiam in
Inſtrumētis celebratis ad fauorem vxoris Ba-
6 ronis † ex identitate rationis *iuxt.text.in l.vnica
vbi Barboſ.nu.8. C.de contract. Iudic.& l.ſi per im-
preſſionem C.quod met.cauſ.* ibi *ſimili pæna ſeruanda,
ſi qui vel Coniugis, vel amici nomine abutentes præ-
dictam tamen ſibi acquirantur Alciat. in l.principali-
bus n.9.& ſeqq.ff.ſi cert.pet.*

Altera ratio fuit, quia licet impoſitio cenſus
dici poſſet legitimè iuſtificata non tamen ſu-
ſtinetur illius ceſſio facta prædicto Fabio per
Lucretiam de cardenas tanquam procuratri-
cem Annæ hæredis Ioannæ Borgiæ Duciſſæ
Grauinæ, ad cuius fauorem dictus cenſus crea-
tus prætenditur. Tum quia non conſtat de
legitimo mandato Procuræ dictæ Lucretiæ,
7 quod † neceſſarium erat reſpectu donationis
partis cenſus eidem Fabio factæ *cap.final.de off.
Vicar.in 6.Bald.in l.1.num.15. verſ.& ideò non po-
teſt C.de bon.matern. Natt.conſ.10. num.4.vol.1.&
conſ.641. num.6. vol.3.* Tum etiam quia obſta-
bat pactum in Inſtrumento dictæ impoſitio-
nis Cenſus adiectum, nempè quod præfata
Duciſſa illum non valeret in aliam Perſonam
alienare niſi certiorato in ſcriptis Cæſare cen-
ſus eiuſdem impoſitore, quod factum non
fuit ex parte dictorum de Maioranis.

Et ità vna tantum Informante &c.

ROMANA DOMORVM DE REGARDIS.

Veneris 28. Ianuarij 1650.

ARGVMENTVM.

Ius quod competit debitori aduerſus bona ſibi obligata, idem competit dicti debitoris creditori. Dotis promiſſio vt dicatur probata per apocham quæ requirantur.

SVMMARIVM.

1 *Creditor poteſt vti iuribus ſui debitoris ſibi obligatis eo modo quo poſſet ipſe debitor.*
2 *Creditor ratione anterioritatis crediti ſui debitoris in concurſu cum poſterioribus venit præferendus.*
3 *Dotis numeratio non probatur ex confeſſione viri in præiudicium ipſius creditorum.*
4 *Dotis numeratio probatur ex confeſſione viri etiam in præiudicium tertij quando præceſſit dotis promiſſio.*
5 *Apocha non recognita vel trino teſte munita non probat dotis promiſſionem.*
6 *Obligatio ſeu promiſſio de aſſeruanda dote licet reſpiciat tempus futurum attamen in ſubſtantia obligatio eſt de præſenti, itaut ſecuto matrimonio verba importantia tempus futurum ſtatim dicantur reſoluta in tempus præſens perfectam obligationem importantia.*
7 *In contractibus bonæ fidei proceditur de bono, & æquo.*
8 *Promiſſio in contractibus bonæ fidei licet concepta per verba futuri temporis reſoluitur in præſens.*
9 *Apocha non recognita & trino teſte non firmata licet de per ſe non probet, attamen pluribus fulcita adminiculis venit attendenda, etiamſi verſemur in dotis promiſſione.*
10 *Mulier præter dotem quid aliud habere non præſumitur.*
11 *Solutionis præſumptio ceſſat in debitore decocto, cuius bona, & iura in concurſu fuerunt creditoribus aſſignata.*
12 *Dominium locorum montium eſt penes illum ad cuius fauorem fuit reſeruatum decretum, ſeu diſpoſitio ſortis.*
13 *Statutum Vrb.l.1. cap.151. requirit ſolemnitates in contractu minorum pro illius validitate.*
14 *Minoris obligatio ex cauſa vera, & honeſta quando ſuſtineatur, & num.15.*
16 *Minoris obligatio dicitur ratificata ſi effectus maior illam non impugnauit.*

DECISIO DCCCXLIV.

PER duas deciſiones ſub diebus 15. Ianuarij, & 17. Martij anni præteriti coram me emanatas, reſolutum fuit conſtare de tribus ſententijs conformibus exequendis, quia in illis reuocabatur præcedens ſententia A.C. apparens nulla, & iniuſta per quam in Iudicio

Saluiani Interdicti conceſſa fuerit Virginiæ, eiuſque filiis de Ardinghellis immiſſio in poſſeſſionem domorum de quibus agitur poſſeſſarum à Ioanne, aliiſque de Regarde. Cum autem in hodierna repropoſitione cauſæ ex nouiter in facto deductis prædicta ſententia A.C. viſa fuerit carere huiuſmodi defectibus Domini receſſerunt à deciſis.

Validitas enim illius, patet ex reuolutione actorum non obſtante prætenſa nullitate ex defectu citationis quæ per edictum minus legitimè facta prætenditur. Quia cum poſtea Ioannes de Regardis comparuerit, & manutentionis decretum ab A.C. obtinuerit, quod fuit executioni demandatum. Et ſucceſſiuè factum fuerit aliud decretum ad fauorem eorum de Ardinghellis citato legitimo Procuratore dicti Ioannis, aliorumque de Regardis huiuſmodi nullitas omninò ceſſat.

Et iuſtitia clarè dignoſcitur ponderando, quod promiſſioni dotis dictæ Virginiæ pro cuius reſiduo, & interuſuriis motum fuit dictum Iudicium Saluiani, acceſſit, & ſe obligauit etiam Gulielmus Iunior de Sangallettis eius frater, cui tanquam heredi Caſſandræ matris occaſione illius dotis obligata, & hypothecata erant omnia bona Franciſci Patris, & Gulielmi Senioris ſui Patrui. Vndè ſicuti pro reſtitutione dotis Caſſandræ Guglielmus Iunior agere potuiſſet pro immiſſione ad poſſeſſionem dd. domorum poſſeſſarum à dd. Franciſco, & Gulielmo de tempore receptæ dotis Caſſandræ, & poſteà ita pariter agere potue-
1 runt Virginia, & filii de Ardinghellis † eius Creditores habentes obligata omnia eius iura, & actiones, vt dictum fuit *in Romana domorum 25. Februarii §. maior difficultas, & in Romana Saluiani de Caſalibus 21. Iunii 1641. §. & in omnem caſum, & in Romana fructuum Cenſus 11. Decembris eiuſdem anni §. ſecundo quia coram R. P. D. meo Cerro.* Quæ iura, & actiones Guglielmi Iunioris cum ſint anteriora Iuribus Ioannis, & aliorum de Regardis, quia dos Caſſandræ ſoluta fuit vſque de anno 1566. Creditum verò dd. de Regardis, cuius vigore dictæ domus eis aſſignatæ fuerunt, contractum fuit de anno 1576.
2 abſque dubio dicta Virginia, eiuſque filii † repræſentantes dictum Guglielmum Iuniorem veniunt præferendi ſuper iſtis domibus *lib. 2. & l. potior ff. qui potior in pignor. habeant. l. quoties ff. de reg. iur. cap. qui prior de reg. iur. in 6. Rota penes Card. Mant. deciſ. 09. in Rauennaten. Saluiani 12. Februarii 1618. coram bon. mem. Remboldo, & 15. Decembris 1621. coram bo. me. Merlino in rec. deciſ. 425. nu. 1. par. 5.* & ſæpè in aliis.

Non obſtat, quod dicatur non conſtare de numeratione dotis Caſſandræ, niſi per Con-
3 feſſionem Franciſci ipſius viri, † quæ præiudicare non valet Gulielmo Seniori eius fratri minuſque dictis de Regardis eorum Creditoribus iuxtà tradit per *Bart. in lib. 2. §. creditum num. 5. verſ. & iſta iura ſunt ff. ſi cert. pet. Rota deciſ. 683. num. 3. par. 2 recent.* Quia cum confeſ-
4 ſioni Franciſci præceſſiſſet † dotis promiſſio, prout apparet ex apocha matrimoniali, cuius originale oculis Dominorum hodie ſubiectum fuit dicta confeſſio veram dotis numerationē probat non ſolum contra Guglielmum Seniorem qui in eadē apocha fauore dotis Caſſandræ legitur obligatus per Touagliam eius Procuratorem, ſed etiam contra dictos de Regardis Creditores, & Tertios *Fontanell. de pact. nupt. clauſ. fin. gloſs. vnic. par. 1. num. 31. Afflictus deciſ. 402. num. 12. Surd. deciſ. 55. num. 5. Rot. coram fe. mem. Greg. XV. deciſ. 491. num. 7. in recen. deciſ. 324. num. 1. par. 2. in Interamnen. Legati 20. Febr. 1639. coram bo. mem. Archiepiſcopo Seleucien. §. quoad alia ſcuta &c. & in Ariminen. Dotis 4. Maii & 27. Iunii 1646. coram R. P. D. meo Veroſpio.*

Neque releuant duo obiecta contra d. apocham adducta; Alterum ſcilicet quod dictus Gulielmus Senior non fuerit in ea efficaciter obligatus à dicto Touaglia eius Procuratore, quia ipſe eum non obligauit per verba de præſenti; ſed ſolum promiſit per verba de futuro, quod idem Gulielmus aſſecuratus eſſet dotem Caſſandræ, ibi. *E come ſuo Procuratore promette che lui, & Monſignor Guglielmo Sangalletti ſuo fratello ſoderanno la detta dote &c.* Alterum verò quod d. apocha non probet dictæ dotis promiſſionem, ex quo non fuit † recognita, neque trium teſtium ſubſcriptione firmata *ad text. in l. ſcripturas C. qui potior. in pignor. habean.*

Quod enim attinet ad primum obiectum, illud remouetur ex eo, quod licet d. Touaglia vſus fuerit verbis futurum tempus importantibus, attamen huiuſmodi obligatio in ſubſtantia promiſſionis non eſt de futuro, ſed de præſenti, nec ſuſpenditur eſſentia, ſed effectus aſſecurationis protrahitur in futurum tempus contracti matrimonii, itaut eo ſecuto, verba illa de futuro † ſtatim dicantur re-
6 ſoluta in tempus præſens perfectam obligationem importantia, vt tradit *Fontanell. de pact. nupt. clauſ. 4. gloſſ. 9. par. 4. num. 35.* & in ſimilibus terminis dixit *Rota deciſ. 239. nu. 12. par. 5. & deciſ. 58. num. 20. cum ſeqq. par. 6. recent.* In con-
7 tractibus enim † bonæ fidei qualis eſt iſte de quo agitur proceditur de bono, & æquo, vt animaduertit *Rot. d. deciſ. 58. num. 24.* Et promiſ-
8 ſio quamuis concepta fuerit per verba futuri temporis † reſoluitur in tempus præſens, & demonſtrat actum perfectum ex allegatis per *Rot. d. deciſ. 293. n. 12. par. 5. & deciſ. 58. n. 21. & 22. par. 6. recent.*

Quo verò ad alterum, Domini conſuerunt quod licet d. apocha per ſe ſolum non probaret dictæ dotis promiſſionem, attamen cum
9 pluribus † fulcita ſit adminiculis, quæ reſultant ex geſtis tempore non ſuſpecto ſatis probet iuxta tradita per *Marc. Med. deciſ. Senen. 87. nu. 9. verſ. non poteſt tamen negari &c. Rot. deciſ. 751. per tot. par. 1. diuerſ. & deciſ. 427. per tot. par. 4. to. 2. recent.*

Adminicula namque reſultant tum ex teſtamento condito per Patrem Caſſandræ in forma probanti Dominis oſtenſo, in quo ipſe mandauit, vt illi pro dote traderetur eadem quantitas florennorum 2000 in d. apocha matrimoniali promiſſa: Tum etiam ex matrimonio inde ſubſequuto, & alimentis à Viro

Caſ-

Digitized by Google

Caſſandræ præſtitis. Tum denique ex eo quod illa fuit producta in actis publici Notarij ante annum 1576. quo fuit contractum creditum dd. de Regardis.

Firmato igitur dicto credito dotis Caſſandræ non refragatur quod ipſa de eo præſumatur ſatisfacta. Tum ex curſu longiſſimi temporis, quo non fuit petitum, quam ex nonnullis bonis in eius hæreditate repertis, quæ ab hæreditate viri in cauſam reſtitutionis dotis prouenitſe cenſentur, cum mulier † vltra
10 bona dotalia nil aliud habere præſumatur *Angel. conſ. 81. num. 2. poſt med. verſ. primo quia*, & fuit dictum *in Romana fideicommiſſi de Campagnolis 26. Iunij 1648. §. nec immiſſionem coram R. P. D. meo Pentingerio.*

Nam ex deductis in facto corruunt iſta duo fundamenta dictæ præſumptæ ſatisfactionis; Conſtat enim quod Caſſandra poſt mortem Franciſci eius viri ſequutam anno 1595. conſtituit Leonardum, ac Aemilium eius fratres Procuratores ad recuperandam dotem vna cum interuſurijs dotalibus ex bonis dicti eius viri, & aliorum coobligatorum, ac ſubinde factæ fuerunt eius nomine inſtantiæ, ac proteſtationes in iudicio concurſus ſub die 10. & 20. Decembris anni 1602. Quibus apertè probatur illius contradictio. Præterquam quod nec ex longiſſimo illius, vel hæredis ſilentio deduci poteſt ſolutionis præſumptio, cum agatur de debitoribus decoctis, quorum omnia bona & jura fuerunt in iudicio concurſus creditoribus aſſignata, quo caſu nullus ſupereſt,
11 à quo præſumi poſſit facta † ſolutio iuxta tradita per *Maſcard. de probat. concl. 1318. ſub nu. 28. verſ. ſecunda coniectura.*

Conſtat pariter ex atteſtationibus officialiũ relatis in Summario dictorũ de Ardinghellis dato prædicta die ſub *nu. 4.* quod officium portionis Ripæ, & loca nouem montis recuperationis Ferrariæ, quorum litteræ patentes fuerunt in hæreditate Sanchæ repertæ, ac in Inuẽtario confecto per executorem teſtamentariũ deſcriptæ, non prouenerunt ex bonis viri, ſed facturu ipſius Caſſandræ, officium ſcilicet ex bonis Franciſci Gondij cum expreſſa reſeruatione diſpoſitionis illius pro dotanda victoria eiuſdem Caſſandræ filia, loca verò montis prædicti cum expreſſa reſeruatione decreti, ſeu diſpoſitionis ſortis ad fauorem ſupradicti Aemilij, cui fuit eo pacto † acquiſitum illo-
12 rum dominium, vt dixit *Rot. deciſ. 660. num. 2. verſ. non obſtat &c. par. 4. to. 3. recent.*

13 Minus obſtat † nullitas dictæ obligationis Guglielmi Iunioris elicita ex defectu ſolemnitatum *à Statut. Vrb. lib. 1. cap. 151.* requiſitarum, quia cum ex publico inſtrumento de quo in Summario dictorum de Ardinghellis dato die 24. Nouembris præteriti ſub *num. 5.* conſtet de ſolemni ratificatione, ac noua obligatione facta per eundem Gulielmum cum decreto, ac cognitione Iudicis, & iuxta diſpoſitionem dicti Statuti, ceſſat huiuſmodi nullitas. Quæ nec educi poteſt ex cauſa † obligationis, nec
14 vtilis ipſi Guglielmo Minori. Nam ſufficit ipſum ſe obligaſſe ex cauſa vera, & honeſta, nempè adimplendi Patris promiſſionem, & dotandi congruè ſororem iuxtà illius, ac mariti qualitatem, ad quod ipſemet tenebatur de proprio quatenus Paternæ facultates maxima æris alieni ſumma eo vſque contracta eſſent aſſumptæ *Bald. in l. fin. num. 9. verſ. ſed nunquid frater &c. C. de dot. promiſs. Surd. de alim. tit. 1. q. 25. num. 9. verſ. ſicut autem &c. cum ſeqq. Theſaur. deciſ. 192. num. 7. verſ. præſupponitur vlterius &c. Rota in Narnien. Succeſſionis 26. Nouembris 1629. coram bo. me. Merlino Impreſſ. penes Gilan. ad Statut. Peruſin. deciſ. 101. ſub nu. 13. verſ. quoniam non æqua eſt &c.* Quæ ſanè cauſa vera, & honeſta, & à Iudice, ac Curatore ad illum actum ei decreto approbata, ſufficiens eſt ad ſuſtinendum huiuſmodi obligationem præſertim pro Patre innitam eſto quod non ſit † vtilis, immò
15 ſui natura damnoſa, vt latè probauit *Rota coram ſan. mem. Greg. XV. deciſ. 120. per totam coram Buratt. deciſ. 783. num. 3. verſ. non obſtat, & ſeqq. & in recent. deciſ. 619. num. 5. verſ. nec placuit Dominis &c. part. 2.* vbi cæteræ omnes præcedentes ſic declarantur, & penes *Statil. de Saluian. Imerd. deciſ. 327. num. 3. verſ. minus obſtat, & nuper in Romana prætenſæ reſtitutionis dotis 15. Ianuarij 1649. §. Cuius quidem cauſæ veritas &c. confirmata ſub die 2. Iunij ſequentis coram R. P. D. meo Pentingerio.*

Quam ſententiam in præſenti caſu eo libentius Domini amplexi ſunt, quia idem Gu-
16 lielmus plures annos † poſteà vixit, nec obligationem prædictam vnquam impugnauit, vel reſtitutionem in integrum petijt, vt poterat *ex lib. 1. C. de filio fam. Min.* Ideoque illam ratificaſſe cenſetur *iux. tex. in l. fin. l. ſi maior. fact. alienat. &c.*

Et ita vtraque &c.

LAVRETANA SALVIANI.

Veneris 28. Ianuarij 1650.

ARGVMENTVM.

Mandatum de manutenendo dandum eſt habenti poſſeſſionem.

SVMMARIVM.

1 *Poſſeſſio Iudicis authoritate apprehenſa iuſtam præbet manutentionis cauſam.*

2 *Etiam creditori immiſſo ex vtilis Saluiani remedio.*

3 *Immiſſio non conceditur aduerſus habentem iura anteriora ſed iſti datur retentio.*

4 *Iudex nulliter, ac iniuſtè procedens nõ priuat quem ſua poſſeſſione.*

5 *Creditori competit vtilis hypotheca in bonis debitorum ſui debitoris ſi generaliter omnia eius bona fuerunt obligata, & tueri ſe poteſt iurium anterioritate dd. debitoribus competente.*

6 *Accollatio ſimplex nõ ſufficit ad effectum ſubintrandi in locum creditorum abſentium etiamſi iſti poſtea recepeeint fructus ab accollatario cum adhuc non diceretur facta nouatio.*

7 *Creditori poſteriori poteſt concedi immiſſio in Saluiano*

Digitized by Google

uiano contra anteriorem pro eo, quod ſupereſt deducto credito anterioris.

8 *Pretium redactum ex fundis dotalibus cenſetur perueniſſe ad manus viri etiam ſi in alienatione mulier interuenerit.*

9 *Ideoque aduerſus bona viri poteſt agi pro reſtitutione pecuniæ.*

10 *Pretium rerum dotalium volente vxore ſuccedit loco dotis.*

11 *Manutentio contra poſſidentem ex decreto Iudicis non competit niſi quando iniuſtitia decreti eſſet adeo indubitata, vt nulla tergiuerſatione celari poſſet.*

12 *Poſſeſſio eo ipſo dicitur amiſſa quo quis habuit ſe pro ſpoliato.*

13 *Proteſtatio debet eſſe repetita in quolibet actu poſteriori alias ab ea proteſtans receſſiſſe cenſetur.*

DECISIO DCCCXLV.

IMMISSO Petro Dominico de Carolis ex Saluiano in poſſeſſionem medietatis Prædij de quo agitur pro fructibus decurſis, & decurrẽdis cenſus impoſiti de anno 1620. à Riccardino de Riccardinis, & Antonio eius filio, ac pretio ſcutor. 550. venditi Bartholomeæ Mancinæ auctrici d. Petri Dominici, appellarunt Nicolaus Thomaſſinus, & alij d. prædij tempore motæ litis poſſeſſores, cauſaque huiuſmodi appellationis mihi cõmiſſa dedi dubium, An, & cui ſit dandum mandatum de manutenendo, quod hodie ad fauorem Caroli reſolutum fuit.

Siquidem conſtat de reali eius poſſeſſione Iudicis auctoritate apprehenſa quæ iuſtam
1 præbet manutentionis cauſam, *l. iuſtè poſſidet 11. ff. de acq. poſſeſſ. l. 1. & 2. ff. ne vis fiat ei, Rota penes ſan. mem. Greg. XV. dec. 582. num. 1. & ſequen.*
2 etiam creditori ex vtilis Saluiani remedio immiſſo donec fuerit ſatisfactus, *Rota dec. 551. num. 1. par. 2. recent. cum alijs relatis per Modern. Peruſ. de manut. obſeruat. 12. n. 14. & ſeqq.*

Non obſtat obiectum iniuſtitiæ per Thomaſinum excitatum, ex eo quod dum Petrus Torolus eius auctor pretium d. Prædij in ſumma ſcutor. vt ex Inſtrumento celebrato 18. Februarij 1632.) 2750. conuentum pro parte ſoluerit, & pro parte ſe conſtituerit debitorem accollatione mediante ad fauorem creditorum anteriorum Carolo, non poterat illi dari immiſſio, ſed concedenda erat reten-
3 tio ipſi Thomaſſino, iura anteriorum creditorum habenti iuxta *text. in l. eum qui à debitore 17. ff. qui pot. in pignor. habean. l. ſi potiores 3. C. de his, qui in prior. credit. loc. ſucced. Rota penes Card. Mantic. dec. 42. & dec. 69. per tot.* & propte-
4 rea ei hodie debeatur manutentio, cum Iudex nulliter, aut iniuſtè procedens non priuet poſſeſſorem ſua poſſeſſione, *Bart. in l. meminerint 6. num. 2. ad fin. C. Vnde vi Rot. dec. 451. nu. 2. par. 3. dec. 414. n. 2. par. 4. & dec. 263. par. 5. rec.*

Quoniam illud diluuitur põderando, quod hypotheca Caroli conſiſtit tam ſuper bonis Riccardi, quam Antonij eius filij, & quod inter bona Antonij extãt iura competentia pro reſtitutione dotis Simonæ illius matris vſque de anno 1588. conſtitutæ, quæ cum fuerint comprehenſa in generali hypotheca ad fauorem auctricis Caroli ab eodem Antonio in Inſtrumento cenſus contracta, ipſi ſuffragan-
5 tur aduerſus quoſcunque poſteriores, & cauſam ab eis habentes, vt fuit reſolutum in *Rauennaten. Saluiani 12. February 1618. coram bon. mem. Remboldo, & 15. Decembris 1621. coram bo. mem. Merlino in rec. dec. 425. num. 1. & ſeq. par. 5. & in Romana Domorum de Regardis 15. January 1649. §. neque iniuſtitia, & 17. Marty eiuſdem anni, §. nec prædicta Virginiæ coram me.*

Nec releuat replicatio, quod prædictus Antonius ſe obligauerit etiam ad fauorem aliorũ creditorum anteriorum, quia calculatis debiris eiuſdem Antonij ante d. cenſum contractis, & a Torolo d. prædij emptore ſolutis, videlicet ſcutis 300. Gabrielæ, & filijs de Cæſareis pro reſtitutione ſortis principalis cenſus venditi de anno 1618. nam de fructibus illius, tanquam decurſis in vita Riccardini Patris nulla eſt in præſenti caſu habenda ratio, ex quo partes in Inſtrumento d. cenſus ſpecialiter conuenerunt, quod eo viuente Antonius filius non teneretur ad illos.

Item ſcut. 400. Mariæ Pactinæ pro redemptione cẽſus anno 1620. per Communitatem, ſeu Abundantiam Caſtri Fidardi impoſiti, & anno 1628. per dictos Riccardinum, & Antonium d. Communitatis, & Abundantiæ debitores accollati cum fideiuſſione Ambroſinæ d. Antonij vxoris.

Item alijs ſcutor. 300. pro reſtitutione capitalis alterius cenſus per eoſdem Riccardinũ, & Antonium pariter accollati in Inſtrumento celebrato cum Iſidoro, & alijs de..... die 21. Auguſti 1607.

Nec non alijs ſcut. 40. pro reſtitutione capitalis alterius cenſus ab eiſdem venditi Bartholucciæ Fugæ die 2. Februarij 1619. Clarè pater illa aſcendere ad ſummam ſcut. 1040. quatenus tamẽ pro his duabus poſterioribus partitis fuerint mediante ſolutione, vel alio legitimo modo acquiſita Torolo iura dd. Cre-
6 ditorum, ad quem effectum ſimplex accollatio per ipſum abſentibus illis facta non ſufficit, eſto quod poſtea fructus cenſuum decurrentes exegerint, ac receperint ab eo per *text. in l. vbi quis pro alio 28. ff. de conſt. pecun. & fuit dictum in Romana fructuum cenſus 11. Decembris 1645. coram R. P. D. meo Cerro, §. nec vis facienda eſt &c.* Quæ ſcuta 1040. detracta ex dote Simonæ matris Antonij in ſcut. 2612. conſtituta, ac pro eis conceſſa Thomaſino particulari Toroli ſucceſſori retentione medietatis dicti prædij, adhuc remanet alias medietas hypothecata pro reſiduo d. dotis excedente valorem ipſius dimidiæ pro qua tantùm Carolo
7 iuſtè conceſſa fuit immiſſio, *Rot. deciſ. 559. n. 5. par. 1. recent. penes Card. Caual. dec. 652. & in Romana, ſeu Sabinen. cenſus 20. Nouembris 1624. coram bon. mem. Vbaldo apud Cenc. de cenſ. dec. 451. per tot.*

Neque facit, quod dos d. Simonæ fuerit conſtituta in certis fundis dotalibus inæſtimatis, ideoque nulla competat ſuper hoc prædio

dio hypotheca pro reſtitutione pecuniæ, quia
eum fundi dotales fuerint à Riccardino eius
8 viro alienati, ac pretium ex eis redactum ad
eius manus perueniſſe cenſetur quamuis in
alienationibus vxor interuenerit, atque con-
9 ſenſerit, vt latè probat alijs relatis; *Menoch.
præſumpt. 22. ſub num. 1. & ſeq. lib. 3.* rectè agi po-
teſt pro reſtitutione pecuniæ, *l. plerumque 10.
in fin. ff. de iur. dot. Mantic. de tacit. lib. 12. tit. 18.
10 num. 2.* Nam pretium rerum dotalium vxore
volente ſuccedit loco dotis, *l. ſi ex lapicidinis
32. ff. de iur. dot. Gabr. conſ. 37. numer. 3. lib. 1. Surd.
conſ. 330. num. 9. Mantic. eod. tract. de tacit. lib. 22.
tit. 3. num. 23. Rota in Romana reſtitutionis dotis 12.
Maij 1628. coram bon. mem. Cardinali Vbaldo*, &
intrat hypotheca pro reſtitutione, *Rota coram
Seraph. deciſ. 1332. num. 3. in Sancti Seuerini dotis
23. Martij 1618. coram bon. mem. Vbaldo in fin. &
in Romana cenſus 13. Iunij 1636. coram Reuerendiſ-
ſimo Salamantino.*

Præterea non obſtat, quod alia bona fuerint
eidem vxori loco alienatorum per maritum
aſſignata, quia prꝑterquod aſſignationes illæ
conſtante matrimonio factæ ſolam dotis cau-
tionem, non autem dationem in ſolutum
importare prꝑſumuntur non complent prꝑ-
cedentium alienationum valorem, & patet ex
Inſtrumentis exhibitis.

Sed omnis ceſſare viſa fuit difficultas non
ſolùm quia iniuſtitia pro parte d. Thomaſini
deducitur ex prꝑdictis exactiorem diſcuſſionē
in petitorio requirentibus, & propterea illi
prodeſſe non poſſunt ad obtinendam manu-
tentionem contra Carolum ex decreto Iudi-
cis poſſidentem, ad quem effectum iniuſtitiæ
probatio adeò euidens requiritur, vt nulla
11 tergiuerſatione celari poſſit ita quod Iudicē
de facto potiùs ad inſtar priuati appareat pro-
ceſſiſſe, vt fuit dictum in *Romana de Bombellis
31. Maij 1613. coram bon. mem. Sacrato apud Mo-
dern. Peruſ. de manut. dec. . . num. 9. & in alijs re-
latis in Senegallien. Saluiani 3. Iunij 1647. §. final.
coram R. P. D. meo Corrado*; ſed etiam quia Tho-
maſinus recognoſcendo in dominum, & poſ-
ſeſſorem Carolū immiſſum, & mox ab A. C.
manutentum, eique de fructibus reſpondere
12 promittendo prout verè poſtea reſpondit, ap-
probauit immiſſionem, & manutentionem
ſeque pro ſpoliato habuit *gloſ. magna in l. ſi
aliquam rem 28. ff. de acq. poſſeſſ. vbi Doct. Moder.
Peruſ. de manut. obſeru. 57. num. 36. Rot. dec. 489. in
fin. par. 1. recent. coram bon. mem. Buratt. deciſ. 423.
num. 4. & 5. & in Caſenaten. Bonorum 16. Decem-
bris 1622. coram bon. mem. Vbald.* Et licet in actu,
& inſtrumento recognitionis in dominum
Thomaſinus dixerit, & proteſtatus fuerit id
facere metu mandati, nihilominus cum po-
ſtea fecerit nouum Inſtrumētum recognitio-
nis, & de fructibus reſponderit ſimpliciter
abſque vlla repetitione d. proteſtationis illa ei
non ſuffragatur, quia proteſtatio antecedens
13 repeti debet in quolibet actu poſteriori alio-
quin ab ea proteſtans receſſiſſe cenſetur, vt per
*Rot. dec. 91. num. 12. par. 6. & dec. 305. n. 11. par. 7.
recen. & ſæpè in alijs.*

Et ità vtraque &c.

ROMANA FIDEICOMMISSI DE ZVCCARIS.

Veneris 4. Februarij 1650.

ARGVMENTVM.

Alienatio rei particulari fideicommiſſo ſubiectꝫ quando non ſit permiſſa ex cauſa æris alieni fideicommittentis etiam ſub hypotheca, ex capite legitimæ dotium melioramentorum, & ſimilium, itaut d. alienatione non obſtante fideicommiſſarijs ſit danda immiſſio.

SVMMARIVM.

1 *Fideicommiſſi exiſtentia probatur ex lectura teſta-
menti.*
2 *Identitas bonorum iuſtificatur ex teſtamento, ex in-
uentario per hæredes confecto, & ex inſtrumento
eorumdem bonorum alienationis ab hæredibus
facta.*
3 *Perſonarum legitimatio concluditur ex teſtium de-
poſitione.*
4 *Immiſſio tam hæredibus directis, quam fideicommiſ-
ſarijs non denegatur, quando conſtat de fideicom-
miſſo illius purificatione, ac identitate bonorum,
& num. 5.*
6 *Alienatio rei alienari prohibita non ſuſtinetur.*
7 *Peritis ſtandum eſt in materia valoris pecunia-
rum.*
8 *Factum notorium contentatur extraiudicialibus in-
formationibus.*
9 *Confeſſio erronea quoad non integram ſolutionem do-
tis, ac interuſuriorum conuincitur ſi ex partitis
mercatorum aliiſque documentis fide dignis con-
uincatur illa fuiſſe integrè ſoluta.*
10 *Hæres grauatus propria confeſſione alibi non iuſtifi-
cata quoad æs alienum teſtatoris præiudicare non
poteſt vocatis ad fideicommiſſum.*
11 *Hoc ampliatur quando d. confeſſio erronea appa-
ret.*
12 *Hæres grauatus diſtrahendo bona fideicommiſſi pro
diſſoluendo ære alieno fideicommittentis, de quo non
conſtat, fideicommiſſarijs non præiudicat.*
13 *Verba, quantumuis generalia, ſemper reſtringi
ad cauſas debent, de quibus inter partes actum
fuit.*
14 *Verba, generalia, eo minus ſunt extendenda ad
cauſas quas contrahentes ignorant.*
15 *Confeſſio eo ipſo detegitur erronea quo conſtat de ve-
ritate in contrarium.*
16 *Multiplicitas debitorum, & cauſarum non præſu-
mitur.*
17 *Solutio præſumitur in cauſam debitam dum de alia
non apparet.*
18 *Fructus dotales non debentur mortua vxore etiamſi
ſuperſint filij.*
19 *Text. in l. magis puto §. non paſſim in fin. ff. de reb.
eorum de qua vſura intelligat.*
20 *Auctoris aſſertio probat contra omnes habentes cau-
ſam ab eo.*
21 *Alienatio rei fideicommiſſaria cōtra expreſſam men-
tem fideicommittentis non poteſt fieri ſi adſunt alia
bona, & præſertim non accedente Iudicis de-
creto.*

22 *Alie-*

22 *Alienatio vltra æs alienum fideicommittentis non ſuſtinetur vti voluntaria, & n. 28.*

23 *Melioramenta exceſſiua non ſunt reficienda à fideicommiſſarijs cum expenſæ ex illorum cauſa debeant eſſe moderatæ.*

24 *Legitima non debet detrahi ex bonis particulari fideicommiſſo ſubiectis dum alia bona extant ex quibus ſatisfieri poteſt.*

25 *In legitimam imputantur mobilia, ac pecunia hæreditatis ad manus legitimarij peruenta.*

26 *Peritis examinatis formiter de re ſpectante ad eorum artem creditur.*

27 *Iudex quandoque aliquanto minoris æſtimat, quam eò fecerint periti.*

29 *Deciſ. in Spoletana fideicommiſſi 15. Iunij 1635. coram Merlino, in quibus terminis loquatur.*

30 *Cenſuum ſortes ſunt irrepetibiles.*

31 *Alienatio rei pretioſæ, & expreſsè à Teſtatore prohibita alienari non permittitur pro ære parui momenti.*

32 *Alienatio non permittitur rei particulari fideicommiſſo ſubiectæ, quando creditores quamuis hypothecarij non vrgent, nec vſuræ quæ ſoluuntur ſunt exceſſiuæ.*

33 *Hæres quamuis cum beneficio inuentarii tenetur ſeruare præceptum teſtatoris in non alienando bona fideicommiſſo particulari ſubiecta ſi ex alijs bonis poterant debita ſatisfieri.*

34 *In detractiones imputantur primo loco alienata.*

35 *Fideicommiſſum vniuerſale, & particulare inter ſe non differunt, quando vtrumque fuit præordinatum ad fauorem earumdem perſonarum, & in quibus terminis hoc non ſit verum, n. 36. & 37.*

38 *Filius quamuis hæres patris confecto tamen legitimo inuentario poteſt ex propria perſona vindicare bona fideicommiſſaria à patre diſtracta.*

39 *Hoc ampliatur quando alienatio, & contra legem, & mentem Teſtatoris fuit facta.*

40 *Ratificatio alienationis factæ à patre contra mentem Teſtatoris, ex quibus actibus factis à filijs vocatis ad fideicommiſſum non cenſeatur inducta.*

41 *In materia melioramentorum requiritur probatio diſtincta, & quantum fuerit impenſum, & quantum melioratum, & præcipuè quando dubitari poteſt illa ſtudioſè fuiſſe confecta ad euertenda fideicommiſſa.*

42 *Melioramenta de iure veniunt compenſanda cum penſionibus domus ſaltem à die conteſtatæ litis.*

43 *Et hoc multo magis procedit ſi appareat penſiones eſſe in ſumma notabili.*

44 *Fideicommiſſario non impeditur immiſſio ſub prætextu detractionum legitimæ, & aliarum detractionum ne prætextu partis retineatur totum cum alterius iactura, & hic obſeruatur dari immiſſionem pro certis portionibus, & ſic conſultum dicatur vtrique parti, & n. 45. & 46.*

DECISIO DCCCXLVI.

POSSIDEBAT q. Federicus de Zuccaris inſignis Pictor Domum magnam ab ipſo ædificatam in Monte Pincio cum alijs ædificijs domunculis, ſcilicet, ac horreis propè, ac iuxta illam exiſtentibus, quam in eius teſtamento particulari fideicommiſſo ſubiecit inter eius filios maſculos Octauianum, Horatium, & Hieronymum hæredes inſtitutos, & deſcendentes ex eis, & illis deficientibus ex Iſabella filia fœmina naſcituros cum expreſſa prohibitione alienandi, & hypothecandi præterquam in caſu vrgentiſſimæ neceſſitatis dotandi filias, quo partem inferiorem tantum ad radices eiuſdem montis ſitam horreis annexã alienari conceſſit ſeruata forma præſcripta. Verum quia breue exacto tempore ab eius morte. Octauianus, & Hieronymus filij ſuperſtites ea omnia vendiderunt Marco Antonio Toſcanellę pretio ſcut. 4629. & ba. 65. monetæ Romanæ. Ideò Federicus iunior, & alij fratres Octauiani iam prædefuncti filij inſtituto contra eum iudicio petierũt immiſſionem *ex remed. l. fin. C. de edict. Diu. Adr. Tollen.* Et licet ſub die 26. Aprilis 1638. fuiſſet corã me reſolutum conſtare de valido teſtamento dicti Federici, ac de fideicommiſſo ad fauorem actorum. Tamen Domini poſtea cenſuerunt ſub die 14. Nouembris 1639. eos non eſſe immittendos cõtra d. Toſcanellam tertium poſſeſſorem, in quem dicta bona iuſto titulo ob detractiones æris alieni per Teſtatorem, ac pro adimplemento eius diſpoſitionis contracti, tum legitimæ præfatis eius filijs debitæ transferri potuerunt. Hodie autem cauſa denuò propoſita, & exactè diſcuſſa. Viſum fuit illis concedendam eſſe pro nunc immiſſionem pro duabus, ex tribus partibus d. domus magnæ pro indiuiſo cũ Toſcanella, ſiue D. Conſtantia illius filia, & hærede reſpectu alterius tertiæ partis. Ac proinde recedendum eſſe ab vltima deciſione.

1 Nam exiſtentia fideicommiſſi ad eorum fauorem probatur ex lectura Teſtamenti Federici, & ex d. deciſione ſub die 26. Aprilis 1638.
2 Identitas bonorum ex teſtamento, ac inuentario ab eius filijs, & hæredibus confecto die 19. Auguſti 1609. *Peregr. de fideicom. art. 44. ſub n. 2. & ſeq. & conſ. 48. num. 5. lib. 1. Rota deciſ. 407. ſub num. 2. par. 2. recent.* Et ex ipſomet Inſtrumento venditionis factę Toſcanellæ die 14. Ianuarij 1614. *Caſtr. conſ. 94. in fin. verſ. & ſi aduerſarij lib. 2. Crauett. conſ. 29. ſub num. 1. Menoch. conſ. 207. ſub num. 8. Petr. de fideicomm. q. 12. ſub num. 1368.* Idem *Peregr. de fideic. d. art. 44 ſub num. 6.* Per-
3 ſonatum verò legitimatio ex depoſitionibus teſtium conteſtantium illos ex præfato Octauiano, ac eius legitima vxore progenitos.
4 Quibus concurrentibus negari non poteſt immiſſio ex vtili remedio, *d. l. fin.* quod ne dum
5 competit hæredibus directis, ſed fideicommiſſarijs, in quos abſque alia verbalis reſtitutionis ſolemnitate tranſierunt iura, & actiones, vt ibi declarat *Bart. ſub numer. 9. verſ. adde etiam &c. gloſ. final. in l. penult. vbi idem Bartol. §. fin. num. 6. verſ. quæro vtrum, & ſeq. C. ad Senat. Conſult. Trebell. Houded. conſ. 64. num. 56. & ſeqq. lib. 1. Peregr. de fideicom. art. 2. num. 60. & ſeq.* etiam contra tertios poſſeſſores *iux. gloſ. fin. in d. l. penult. C. eod. Bart. in d. l. fin. ſub num. 5. verſ. eſt alia differentia &c. C. de edict. Diu. Adrian. toll. Gabr. conſ. 44. nu. 6. & ſeq. lib. 2. idem Peregr. de fideicom. art. 48. num. 20. & ſeq. Rota deciſ. 298. num. 1. cum ſeq. & deciſ. 301. num. 5. & ſeq. ac deciſ. 306. nu. 1. par. 6.*

par.6. & dec.385.num.22. par.7.recen.Card.Caual.
dec.204.num.4. Coccin. dec.167. ſub num.2. & ſeq.
Duran.dec.258. ſub n.7. cum ſeq.

Neq; ſuffragari poteſt Tuſcanellæ, vel eius
hæredi allegatus emptionis titulus. Quia
6 cũ alienatio d. domus nedum ex legis diſpoſi-
tione, *l. fin. §. ſin autem ſub conditione C. commun.*
de legat. Sed ex expreſſo Teſtatoris præcepto
eſſet omninò prohibita nullius eſt momenti,
l. cum pater §. libertis vbi gloſ. in verbo ne id alie-
narent, verſ. item hic nullo modo tenet alienatio ff. de
leg.2.leg.2.C.de vſucap. pro empt. Gratian. conſ.17.
num.16.lib.1.Rot.dec.512.nu.1. par.4. diuerſ.Card.
Seraph.dec.321.num.13.Caual.dec.81.num.6.& de-
ciſ.108.num.1.Coccin. deciſ.166. num.1. & alijs re-
latis probat Fuſar.de ſubſt.quaſt.717. à numer.1. &
ſeqq.

Non enim iuſtificatur ex cauſis ex præce-
denti deciſione narratis, & modo pro parte
Toſcanellæ repetitis; nam quæ primo loco
deducitur ex neceſſitate ſoluendi æs alienum
Teſtatoris eliditur ex his, quæ in præſentia
pro Zuccaris plenius probatur in facto. Si-
quidem conſtat, quod dos Franciſcæ illius
vxoris fuit de ſcutis mille quingentis de groſ-
ſis viginti pro ſingulis ſcutis monetæ Vrbi-
natis ex Inſtrumento dotali die 22. Maij 1558.
celebrato, qui redacti ad monetam Romanã
conſtituunt ſummam ſcut. mille circiter, vt
7 atteſtãtur Periti, quibus in hac materia eſt diſ-
ferendum, *Rot.dec.158. ſub num.5. par.6. recent.*
8 Cum etiam tanquam notorium facti extraiu-
dicialibus informationibus iuſtificari poſſit,
vt fuit dictum in *Eugubina Dotis 14. Febr.1642.*
coram Reuerendiſſ. Salamantino in §. Quarta poſita
in exceſſu in fin. verſ. Et dicta ſumma.

Creditum autem Iſabellæ eiuſdem Federi-
ci Teſtatoris filiæ nuptæ Cinthio de Clemen-
tibus prætenſum de ſcutis 1300. monetæ Ro-
manæ pro reſiduo dotis illi à Patre conſtitu-
tæ iuxta calculum initum in Inſtrumento ce-
lebrato inter eumdem Cinthium, & d. Octa-
uianum eius cognatum die 18. Decemb. 1609
non ſubſiſtit; quia dos illa cum interuſurijs
conuentis iam fuerat integrè perſoluta, vt ap-
paret ex calculo per dd. fratres de Zuccaris
exhibito, ac plenè iuſtificato ex libris publico-
rum Mercatorum, quietantijs præfati Cinthij,
& publicis Inſtrumentis. Quibus manifeſte
conuincitur error cõfeſſionis factæ per Octa-
uianum in d. Inſtrumento die 18. Decembris
1609. in quo fuerunt quidem calculatæ ſcut.
tercenti ſexaginta pro valore lineæ margari-
tarum, & ducenti ſeptuaginta pro valore mo-
bilium, de quibus apparebat ex alio publico
Inſtrumento ſub die 15. Martij 1603. nec non
ſcutorum octingenti quadraginta ab ipſis hę-
redibus Federici in rebus argenteis, & pictu-
ris hæreditarijs, ac etiam in pecunia numerata
iam antea ſoluti. Non autem aliæ partitæ ab
ipſo Federico viuente tranſmiſſę ad d. Cinthiũ,
& ab eo exactæ hic in Vrbe à Banchis DD. de
Tritijs, & Scarlattinis ſub diebus 29. Nouem-
bris 1603. & 3. Martij 1604. & DD. Thomæ,
& Fortunati de Bacellis ſub diebus 5. Ianuarij,
ac 10. Iulij 1607. & ex venditione ſex locorũ
montis Farneſij ſpectantium ad eumdem Fe-
dericum, trium ſcilicet ſub die 13. Nouem-
bris 1607. & aliorum trium ſub die 18. Martij
1609. vt conſtat ex libris dd. Mercatorum, ac
montis, & reſpectiuè ex apocha quietantiæ
præfati Cinthij legitimè extractis, ac recogni-
9 tis quæ omnes pecunię ſupputatę cum alijs in
d. Inſtrumento relatis clarè demonſtrant inte-
gram d. dotis, ac interuſuriorum ſolutionem,
ac proindè contrarię aſſertionis, & confuſio-
nis d. Octauiani errorem, *Bart. in l. Inſtar ſub*
num.7.C.de iur. fiſc. Pariſ.conſ.89.nu.27. lib.1. cum
alijs relatis per Maſcard.de prob.concl.253. ſub n.1.
& ſeq. & per Eſcobar.de Ratiocin. Adminiſ. cap.41.
ſub n.30.

Ideoque nocere non poteſt Actoribus ad fi-
deicommiſſum ſucceſſiuè vocatis, quibus hę-
10 res grauatus huiuſmodi cõfeſſionibus aliun-
dè non iuſtificatis præiudicare non poteſt, ne
alias fideicommiſſi euertendi occaſio ab illius
voluntate dependeat ad *l. certum, §. ſed an, &*
ipſos, ibique gloſ. in verb. non puto ſufficere, ff. de
confeſſ. Gabr. conſ.118. ſub numer.4. lib.1. Menoch.
conſ.207. num.1. cum ſeq. Molin.de primog.lib.4.c.9.
num.10. Peregr.de fideicomm.art.53.numer.61. Rota
dec.154. ſub num.1. par.3. & dec.77.nu.15. par.5.
& dec.88. num.10. & ſeq. par.7. recent. & in Au-
ximana fideicommiſſi 13. Ianuarij 1640. coram me in
§. Quoad dotes Lauræ, & Portiæ &c. Eoque mi-
11 nus quando apparent erroneę, *l. non fatetur, ff.*
de confeſſ. l. error facti C. de iur. & fact. ignor. l. vnic.
C. de error. calcul. Greg. ſan. mem. deciſ.522.num.13.
verſ. nec poſſunt præiudicare cum ſeqq. Buratt. deciſ.
912. num.10. & in Eugubina error. calcul. 27. Fe-
bruarij 1640. coram bon. mem. Pirouano, in §. atta-
men, & 10. Iunij 1641. coram Reuerendiſſ. Salaman-
tino in princip.

Vnde infertur nec officere Impoſitiones, &
venditiones cenſuum, & alia à prædictis hæ-
redibus grauatis geſta pro aſſerta ſatisfactione
d. reſidui dotis; cum ex eadem inefficaci, &
12 erronea cauſa proueniant, nec maius robur
prçſeferant, *Caſtr. conſ.444. ſub num.1. par.2. Cra-*
uett. conſ.491. numer.30. Rota in Romana Domus ad
Tranſtyberim 18. Iunij 1638. coram Eminentiſſimo
D. meo Cardinali Panzirolo in §. fin.

Deinde non obſtat, quod amplitudo verbo-
rum, quibus fuerunt inter partes diſpunctæ
rationes in d. Inſtrumento 18. Decemb. 1609.
videatur etiam comprehendere omnes prædi-
ctas ſolutiones à Federigo antea factas. Quia
verba illa generalia per Dominos maturè per-
penſa verè referuntur ad res, & pecunias per
d. Cinthium habitas à præfatis filijs, & hære-
dibus Federici, vt legitur in verſ. Vlterius fa-
ctis, ſolidatiſq; inter ipſas partes computis &c.
non autem ab ipſo Federico, à quo ſicut ſpe-
cialiter fuit declaratam traditam fuiſſe lineam
margaritarum acconcium, & mobilia prædi-
cta valoris ſcut. 630. in totum licet de illis ap-
pareret publicum Inſtrumentum ſub die 15.
Martij 1603. vt in verſic. Sitque etiam quod
poſtea &c. Ita, & multò magis facta fuiſſet
mentio de alijs pecunijs ab eo tranſmiſſis, ac
ſolutis, & ex locis montium redactis quarum
vigebat eadem, & maior expreſſionis ratio,
cum

Digitized by Google

cum nõ iuſtificarentur ex publico Inſtrumen-
13 to præcedenti, vt alia expreſſa. Ideoque verba generalia ad illas extendi non debent, ſed ad eas reſtringi, de quibus inter partes actum fuit, *l. emptor. §. Lutius, ff. de pact. l. ſi ita quis promiſerit, §. fin. ff. de verb. obligat. l. ſi ex pluribus in princ. ff. de ſolut. l. ſi de certa, C. de tranſact. Natt. conſ. 546. num. 10. & ſeq. Surd. conſ. 431 num. 74. & dec. 217. ſub num. 6. ac ſeq. Rot. dec. 542. ſub num. 2. par. 1. & dec. 621. num. 4. par. 3. recent. & in Maceraten. reddit. rationis 21. Iunij 1641. coram bon. me. Merlin. in §. penult. verſ. conſenſus enim.*
14 Cum præſertim hæredes Federici illas ignoraſſe cenſeantur, *l. fin. ff. pro ſuo, l. qui in alterius locum, ff. de reg. iur. Surd. dec. 246. nu. 8. & dec. 288. num. 9. Rota coram ſan. mem. Greg. dec. 511. num. 28. & in recent. deciſ. 315. num. 7. par. 4. tom. 1. & deciſ. 314. n. 16. par. 4. tom. 2.*

Quinimò ſi dictæ partitæ in calculo tunc facto à Partibus fuiſſent comprehenſæ, non ideò euitatur, ſed clariùs adhuc apparet ratiocinationis error. Nam his omnibus ſupputatis, vt dictum eſt conſtat dotem atque interuſuria debita integrè fuiſſe ſoluta, ſicque reſiduum crediti Cinthij ex hac cauſa ibi firmatum in d. verſ. Vlterius factis, ſolidatiſque in-
15 ter ipſas partes computis &c. non eſſe verum; atque inde reſultat euidens alieni erroris demonſtratio, *l. ſi poſt diuiſionem C. de iur. & fact. ignor. Bart. in l. non fatetur ſub numer. 10. verſ. Dic autem volo reuocare confeſſionem alterius, & ſequen. ff. de confeſſ. Roland. conſ. 69. ſub numer. 48. in fin. & ſeqq. lib. 3. Soccin. conſ. 25. num. 3. lib. 4. Crauett. conſ. 188. num. 9. Rota coram ſan. mem. Greg. d. deciſ. 522. num. 16. verſ. apparet autem de errore &c. & in d. Eugubina coram Reuerendiſſ. Salamantino in §. Idemque comprobatur in fin. & in Bononien. de Berois 28. Iunij 1641. coram eodem in §. error quidem probatur.*

Nec releuat, quod pecuniæ per Federicum ſolutæ in d. Inſtrumento non comprehenſæ ceſſerint, vel cedere potuerint in aliam cauſam; quia cum nulla alia probetur inter eum, ac Cinthium extitiſſe cauſa, ad quam congruè referri valeant (quales vigebant in deciſioni-
16 bus obiectis) nec debitorum, cauſarumque multiplicitas præſumatur, *l. ſi diuortio, ff. de verb. oblig. Caſtr. conſ. 128. in fin. verſ. tamen ex quo de alio non apparet &c. lib. 2. Rota coram Greg. dec. 313. num. 2. cum ſeq. & in recent. dec. 516. ſub nu. 2.*
17 *in fin. par. 4.* Ad eam vtique ſunt referendæ, quæ ſola ex publico Inſtrumento Conſtitutionis dotis filiæ probatur, *l. ſi cum dotem, §. ſi Pater, ff. ſol. matr. Crauet. conſ. 158. num. 13. Cephal. conſ. 198. n. 12. & ſeq.* & in hac materia reſpondit *Rota coram Greg. ſan. mem. deciſ. 62. num. 9. cum ſeq. & dec. 468. num. 5. & ſeq. ac generaliter probat dec. 511. num. 2. & in recent. deciſ. 456. numer. 10. & dec. 647. num. 6. par. 4. & dec. 259. num. 10. eadem par. 4. tom. 2.*

Detracta igitur à debito hæreditatis Federici d. partita dotis Iſabellæ, ac cenſuum ob eam cauſam ab hæredibus impoſitorum vniuerſa æris alieni hæreditarij ſumma reducitur ad ſcut. mille pro dote Franciſcæ, quæ cum eſſet iam prædefuncta nullum vigebat interu-
18 ſuriorum dotalium onus etiam ſi filij ſupereſſent, vt latè probauit *Rota in Romana fructuum Dotis 12. Maij 1625. coram bon. mem. Coccino apud Fenzon. ad ſtatut. Vrbis dec. 91. & alias pluries.* Et ad ſcut. 269. 37. pro duobus cenſibus ab illo impoſitis, altero pro ſcut. 180. capitalis annui redditus ſcut. treſdecim cum dimidio ad fauorem Cleriæ ſecutæ, ac altero pro ſcutor. 50. capitalis annui redditus ſcut. quatuor ad fauorem M. Aurelij Lutti cum fructibus decurſis, & non ſolutis viuente Federico. Et ad ſcut. 259. & ba. 29. circiter pro diuerſis alijs leuioribus debitis cum pluribus perſonis deſcriptis in Inſtrumento d. venditionis factæ Tuſcanellæ conſtituentes in totum ſummam ſcut. 1528. 66. circiter pro quorum ſolutione cum nulli vrgerent creditores, nec grauis ni-
19 mium vſurarum neceſſitas, de qua intendit *I.C. in l. magis puto, §. non paſſim in fin. ff. de reb. cor. ibique not. Bald. ſub num. 2. in fin. verſ. in textu, ibi, vrgent &c.* & alij DD. nam redditus hæreditarij ad ſc. annuos tercentos, & octo aſcendebant iuxta calculum exhibitum in Summario D. Tuſcanellæ *num. 27.* Qui tum ex In-
20 ſtrumentis, tum etiam reſpectiuè ex nota propria manu d. Octauiani eorum authoris iuſtificatur, *Greg. ſan. mem. deciſ. 172. nu. 1. Buratt. dec. 243. num. 7.* Picturæ autem à dictis hæredibus venditæ, bona mobilia, & credita, ac alia quædam domus in Caſtro Sancti Angeli in Vado ſita ad ſummam ſcu. 2063. vt legitur in eodem Summario ſub *num. 18.* & infra dicetur. Et propterea aderant alia ædificia ab hac ipſa domo ſeparata, vt infra etiam dicetur.
21 Ideò nõ potuit validè fieri alienatio eiuſdem domus contra expreſſam Teſtatoris prohibitionem, non interueniente præſertim Iudicis auctoritate atque decreto quo præſuppoſita neceſſitas iuſtificaretur, *Bald. in l. fin. §. & ſi præfatam ſub num. 4. ad fin. verſ. ſed quando eſt ſimpliciter relictum, C. de iur. deliber. Gabr. d. conſ. 118. num. 5. & ſeq. Peregr. de fideicomm. art. 40. ſub n. 28. Monet. de Commut. vlt. volunt. cap. 9. nu. 128. & poſt alios probat Giouagnon. conſ. 22. à num. 5. & ſeqq. par. 6. recent. & fuit reſolutum in Bonon. fideicomm. de Rubeis 24. Martij 1642. coram R. P. D. meo Peutingerio in §. Et ceſſat difficultas verſ. Atque meus Papæ &c. & in Lauretana domus 14. Decembris 1643. coram R. P. D. meo Bichio in §. minus releuat.*

Altera verò cauſa ex eo deducta, quod neceſſaria eſſet iuxta Teſtatoris præceptum eiuſdem domus perfectio, ac reparatio; in quam dictus Tuſcanella emptor iam impendiſſet vigore facultatis illi conceſſæ in præcedenti Inſtrumẽto locationis ſub die 11. Auguſti 1609. celebrato ſcut. 3370. & ba. 35. circiter pariter ex facto refellitur; quia (præterquod nec eiuſmodi impenſæ quantitas ſatisfactæ iuſtificatur in præiudicium fideicommiſſariorum ex geſtis inter illum, ac heredes grauatos, quos conſtat in euerſionem d. fideicommiſſi omni ſtudio intendiſſe falſa etiam aſſertione firmantes in Inſtrumento venditionis d. domus die 14. Ianuarij 1614. celebrato illũ nulli fideicommiſſo purificato, vel purificando eſſe ſubiectam

Digitized by Google

ctam licet anno præcedenti 1612. die 6. Nouembris apertum fuiſſet ipſis inſtantibus teſtamentum paternum, in quo d. fideicommiſſum verbis expreſſis legitur, vt apparet ex actis publicis relatis in d. Summario D. Conſtantiæ ſub *num.12.*) non fuit ex hac cauſa facta alienatio, nec fieri poterat, cum ſpecialiter fuiſſet inter eaſdem partes cõuentum in dicto Inſtrumento locationis, quod Conductor teneretur domum perficere, ac reparare proprijs pecunijs illi reſtituendis in fine locationis de triennio in triennium renouandę, quouſque locatores eas reſtituerent, vel ipſe Conductor per annum ante finitum quinquennium ab ea velle recedere declararet (quod ab eo tunc factũ fuiſſe non apparet) quo pacto ſatis prouiſum erat reparationi, ac perfectioni domus, abſque eo, quod ad alienationem illius à Teſtatore enixis verbis prohibitam deueniretur. Satiùs enim, ac Teſtatoris intentioni in dicto Teſtamento ſatis expreſſa magis conſonum erat, quod vel annuę penſiones cumularentur ad effectum reſtituendi impenſam conductori, vel alia membra ab eà diſtincta, & ſepara-
22 ta venderentur, ſicque & defuncti voluntati, & creditoris indemnitati ſatisfieret, quam tota domus diſtraheretur, vt probat *Gabr.d.conſ. 118. ſub d. num.5. verſ. ſecundò &c. & ſeqq. lib.1. Peregr. de fideicomm. art.40. ſub num.26. Giouagn. dicto conſ.22. num.6. ac num.16. lib.2. & Gratian. diſcept.570. ſub num.10. verſ. maximè quia &c. & ſeqq.*

Deinde quia exceſſiua nimis erat huiuſmodi impenſa, quæ domus à Teſtatore ædificatæ valorem vel excedebat, vel propè æquabat itaut Succeſſores illius cogerentur, aut ea perpetuò carere, aut alienare, quo caſu nec vtilis cenſeri poteſt, nec vocatis ad fideicommiſſum præuidere quibus imprudentia, ſiuè malitia hæredis grauati, vel alterius obeſſe non debet. Aliàs enim maximè abſurdum eſſet, quod perfectio, ac reparatio domus à fideicommittente prudenter ordinata ad maiorem honorificentiam, ac longiorem illius cõſeruationem detorqueretur in euerſionem eius voluntatis pro faciliori, ac ſecuriori eiuſdem alienatione. Si enim ille intendiſſet rem ita agendam fore, vt impenſarum exceſſu non ſolum additamento, ſed quicquid etiam fuiſſet ab ipſo ædificatum abſumeretur nullius ſanè prudentis iudicio id permiſiſſet. Itaquè moderandæ erant expenſæ ad formam inſtitutam, & vires hæreditatis, nè aliàs hæredes & fideicommiſſarij ſucceſſiuè vocati ab illius
23 conſecutione remanerent excluſi † quod non eſt permittendum, vt reſpondit I.C. *in l. in fundo ff. de rei vindic. Bald. conſ.116. ſub num.4. verſ. ex præmiſſis apparet &c.* dicens non videri vtiliter geſtum quod Sarcinam imponit intolerabilem *lib.1. per tex. in l. ſed & vltrò §.1. verſ. non autem vtiliter ff. de negot. geſt. & conſ.372. nu.1. lib.3 Gail. obſeru.12. num.7. lib.2.* & explicat *Peregr. de fideicom. art.50. ſub num.33. verſ. extra hos caſus in fin. Menoch. de arbitr. Iud. lib.2. caſ.258. à num.57. & plur. ſeqq. Garz. de expenſ. cap.1. ſub num.27. verſ. neque noſtrum ius &c. Mareſc. reſolut.110. num.29. lib.2.* & fuit dictum *in Romana Domus 4. Decembris 1619. coram bo. me. Vbaldo apud Modern. de manut. deciſ.149. num.9.* Tertia denique cauſa inde petita, quia ipſis venditoribus Teſtatoris filijs competeret detractio legitimæ. Reijcitur ex receptiſſima DD. ſententia, quod hac
24 ratione non licèt alienare † bona Paterna fideicommiſſo particulari ſubiecta qualis eſt d. domus extantibus alijs in quibus ſatisfieri poſſint *ad l. Pater filium in princ. verſ. idem quæſiit ff. de legat.3. Gabr. d. conſ.118. ſub num.5. & ſeqq. lib.1. Surd. deciſ.316. num.13. Rota deciſ.113. num.4. par.2. diuerſ. & in recent. deciſ.47. ſub num.2. cum ſeq. & deciſ.77. num.1. & ſeqq. par.5. Card. Seraph. deciſ.760. Buratt. deciſ.693. num.10. Prat. de interpr. vlt. volunt lib.3. dub.5. fol.6. ſub num.14. verſ. & non valeret &c. fol. mihi 365. Peregr. de fideicom. art.4. ſub num.32. verſ. contrarium & ſeqq. Odd. de Probib. alienat. qu.34. num.41. & ſeqq.*

Quod autem in hoc caſu alia ſupereſſent bona conſtat ex Inuentario ab eiſdem hæredibus confecto ſub die 19. Auguſti 1609. in dicto Summario *num.21.* & ex alijs Inſtrumentis, ac teſtium depoſitionibus, quibus probatur quod vltra d. domum magnam aderant aliæ domus, ac ædificia in Vrbe compræhenſa in d. venditione facta Toſcanellæ, & plura bona mobilia argentea, & picturæ, quæ ſolæ fuerunt à Peritis æſtimatæ ſc. quinquemillibus circiter, & quarũ partem à dictis hæredibus venditam fuiſſe pretio ſc.1520. & b. 70. partes conueniunt; Ac inſuper domus quædam in dicto loco S. Angeli in Vado ab eis vendita pretio ſc. 550. monetæ illarum partium, concorditèr reductæ ad ſc. 366. monetę Romanæ, vt conſtat ex publico Inſtrumento *ibid. num.23.* Præter creditum ſc.100. & aliam tabulam depictam venditam ſc. 76. 30. quæ poſteriores partitæ conſtituunt ſummam ſcutorum 2063. vt dictum eſt & apparet *ex dicto Sum. ſub num.18. 21. & 22.* plane ſufficientem pro ſatisfactione æris alieni ſupra firmati. In
25 legitimam verò † imputanda erant mobilia, & reliquæ picturæ hæreditatis ad eorum manus peruentæ, quarum nulla redditur ratio *Peregr. de fideicom. art.75. num.22. & ſeqq. Rota coram Seraph. deciſ.1365. num.1. & in recent. dec.680. num.7. par.1. & deciſ.399. ſub num.39. verſ. in hac tamen detractione & ſeq. par.5. Greg. deciſ.568. nu.6. & ſeqq. Fuſar. de ſubſt. qu.667. num.14. cum alijs adduct. per Modern. Forolinien. de legitim. lib.2. tit.2. qu.1. num.7. cum ſeqq. & qu.6. ſub num.4. & ſeqq.* Siuè tanti valerent quanti fuerunt æſtimatæ à Peritis formiter examinatis, quibus cum deponant de ſpectantibus ad eorum artem, bonaſque aſſignent rationes, & infimum referant pretium, vt ipſi conteſtantur fides præ-
26 ſtari † debet *l. ſeptimo menſe ff. de ſtat. hominis l.1. in princ. ff. de ventr. inſpic. cap. propoſuiſti de probat. Maſcard. de probat. conc.1169. ſub num.1. & ſeqq. per tot. ſa. me. Gregor. deciſ.125. nu.9. & deciſ.161. num.8. & Buratt. deciſ.790. num.4. & in alijs.* Siuè
27 aliquanto minoris, † prout Iudex veroſimiliùs, ac probabiliùs æſtimabit *ad l.3. §. ideoque Diuus ff. de teſtib. Bart. in l. admonendi num.15. verſ. pro cuius declaratione ff. de iur. iur. Socc. Sen. conſ.1.1.*

Digitized by Google

num.6.lib.3.Soccin.iun.conſ.32.ſub num.10.& ſeqq.
lib.2. Rota d.deciſ.399.num.42. verſ.ſuccurritur ta-
men fideicommiſſario par.5.recent. Etſi quid de-
fuiſſet deueniendũ potiùs erat ad alienationem
alicuius ex dictis ædificijs ab hac domo ſepa-
ratis eidem Toſcanellæ venditis quam illam
28 diſtrahere, † vt factum fuit *Bald. in d. l.magis*
puto §.non paſſim num.3.ff.de reb.cor.
29 Vnde infertur non aduerſari *deciſ.* † *in Spole-*
tana fideicommiſſi 15. Iunij 1635. coram bon. mem.
Merlino. Quia in eo caſu bona libera non
ſufficiebant pro ſolutione æris alieni, erantq;
pluribus alijs oneribus obnoxia, & domus il-
la vnica erat, nec commodam patiebatur di-
uiſionem, vt ibi legitur *in §. quoniam placuit*
reſponſio &c. & in §. nec obſtat quod potuerit alie-
nari pars domus &c. At in caſu noſtro bona li-
bera ſufficiebant, nec alijs erant affecta oneri-
bus, & domus erant pluribus corporibus di-
ſtinctæ, ac ſeparatim locari ſolitæ, vt appa-
ret ex Summarijs vtriuſq; partis.

Neque prædictis obſtat, quod Teſtatoris
prohibitio eius Creditoribus præſertim hypo-
thecarijs obeſſe non poſſet, quibus compete-
bat ius eligendi in quibus bonis ſatisfieri mal-
lent.

Quia nulli Creditores vrgebant, neque vr-
gere poterant. Nam Iſabella, ſiuè Cinthius
eius Maritus erat ſatisfactus, vt dictum eſt
30 Emptores autem Cenſuum pro illorum ex-
tinctione agere non poterant attenta conſtitu-
tione ſa. me. Pij V. *Gabr.conſ.141.num.8. lib.2.*
Surd.deciſ.204.num.9.Buratt.deciſ.580.num.1.cum
ſeq.& deciſ.645.ſub num.1. Cæteri verò, vel hy-
pothecam non habebant, vel pauci erant, ac
31 pro tenuuioribus Summis quibus aliundè
facilè poterat ſatisfieri *l. magis puto §.ſi pupillus*
verſ.item Prætor, & ibi Bald.in §.non paſſim nu.3.
ff.de reb.cor.Gabr.d.conſ.118. ſub num.6. verſ.quia
pro ære alieno non magno lib.1. Quare illis non
extantibus, vel non vrgentibus non licebat
hæredibus; vt eis (licet hypothecarij fuiſ-
ſent) ſatisfacerent, ceſſante etiam prægraue
32 vſurarum impulſu † Domum particulari fi-
deicommiſſo ſubiectam alienare *Bald.in l.fin.§.*
etſi præfatam ſub num.4.verſ ſi verò filius ipſe ven-
didit C.de iur.deliber. Natt.conſ.110.nu.13.& ſeqq.
Gabr.d.conſ.118. ſub num.7. ad fin. verſ. nec refert
lib.1.Franc.Viu.deciſ.185.ſub num.11.verſ.ſecundo
&c. Peregr.de fideicom.art.4.num.25.in fin.& dicto
num.28. verſ. quintò quæro Sfort. Odd. de prohibit.
alienat. qu.33. à num.42. verſ.ſi vero hæres pro ſuo
credito conſequendo, & alij ſupra citati. Eoque
minus vt ſatisfacerent ſibimetipſis de credito
dotis maternæ, pro quo hypothecata erant
bona Paterna, quia cum Patris adiuiſſent hę-
reditatem etiamſi cum beneficio Inuentarij
33 tenebantur illius † præceptum, ac diſpoſitio-
nem ſeruare, quatenus ex alijs hæreditatis bo-
nis particulari fideicommiſſo non ſubiectis
poterant ſatisfieri *Crauett. conſ.225. ſub num.12.*
Gabr.conſ.125. ſub num.11. verſ.opinionem contra-
riam & ſeqq.lib.1. Card. Seraph.deciſ.504. num.4.
Greg.deciſ.67.num.12.& ſeqq. Andr.deciſ.87.nu.4.
& in recent. deciſ.272. num.25. par.5. & deciſ.33.
num.26.par.6.

Nec refert hoc caſu altiùs inquirere, An
cætera bona prædicta præſertim verò ſtabilia,
& picturæ adhuc extarent tempore venditio-
nis d. Domus, vel priùs diſtracta fuerint, vt
fieri ſolet in fideicommiſſis vniuerſalibus,
quæ id tantùm compræhendunt, quæ ſoluto
ære alieno, factiſque legitimis detractionibus
ſupereſt de bonis defuncti.

Quia præter quod ex nota dd. picturarum
venditarum præfati Octauiani manu conſcri-
pta, & in proceſſu recognita ſatis colligitur
illarum venditionem proceſſiſſe cum vltima
partita ibi legatur deſcripta ſub die 8. Ian. 1614.
Si illa tunc extabant Domus alienari non po-
terat, ſed ex eis ſatisfieri debebat, vt dictum
eſt. Sin autem fuerint diſtracta minùs pote-
34 rat Domus alienari quia † ceſſerant in earum
ſatisfactionem, nec ampliùs prætendi pote-
rant. *Socein.iun. conſ.26.num.13. lib.3. Surd. de-*
ciſ.170. num.9. & ſeqq. Honded. conſ.59. num.12.
lib.1.Peregr.de fideicom.art.39.num.4.Greg.dec.580
num.2.& ſeqq.& in recent.deciſ.226.num.15.& de-
ciſ.313.num.3.par.5.

Minus obſtat quod nulla in propoſito caſu
inducenda videatur differentiæ ratio inter fi-
deicommiſſum vniuerſale, & particulare,
cum vtrumque ad fauorem earum perſona-
rum ordinatum fuerit, ac eiſdem reſtitui de-
35 beat, quo caſu nulla † viget ſpecialis præiu-
dicij ratio, vt poſt *Caſtr. declarat Gabr. in con-*
ſil.138.num.24.& inf.lib.2.

Quia præter quod viget ſemper ratio præ-
iudicij, quod infertur voluntati Teſtatoris,
36 quæ maximè † attendi debet *§.diſponat in Auth.*
de nupt. Ex facto tollitur, Tùm quia particulare
fideicommiſſum ſuper hac domo fuit inſtitu-
tum ad fauorem deſcendentium, & in eorum
deffectum Confraternitatis S. Lucæ, vniuer-
ſale verò ſuper alijs omnibus bonis ad fauo-
rem eorum, qui ab hæredibus Teſtatoris no-
minarentur, ac his demum non nominanti-
bus eiuſdem Confraternitatis, vt legitur in
d. teſtamento *in verſ. Et perche nel contratto &c.*
Tùm quia euidens eſt peculiaris affectionis,
ac differentiæ ratio ſuper hac domo, quàm
tanto ſtudio ille voluit conſeruari, atque alie-
nari prohibitionem pro eius memoriæ con-
ſeruatione, familiæ decore, ac in parte pro
ſtudioſorum beneficio. Ideoque plurimum
intereſt nè diſtrahatur atq; ad extraneos per-
37 ueniat, ac proinde ceſſat obiectio *Honded.*
conſ.66. ſub num. 27. verſ. & non concurrebant ra-
tiones &c. lib.2. & fuit dictum *in Bonon. fideicom.*
de Rubeis 5. Aprilis 1647. in §.nec applicatur obie-
cta limitatio in fin. verſ. Præterquam aliæ etiam vi-
gent &c. coram R. P. D. meo Corrado.

Præterea non obſtat, quod dd. fratres de
Zuccaris ſint hæredes Octauiani eorum Patris
qui d. domum alienauit.

Quia cum illius hæreditatem euidentèr ex-
hauſtam adiuerint cum beneficio Inuentarij
per eos ſolenniter confecti, ac per Iudicis
ſententiam approbati, vt apparet ex publicis
actis relatis in vltimo eorum Summario *ſub*
num.13. cuius vigore ipſorum iura non con-
funduntur, ſed præſeruantur diſtincta ab hæ-

redi-

38 reditarijs non prohibentur † ex propria per-
ſona vindicare bona à Patre diſtracta *iux. tex.*
in l.fin. §.in computatione verſ. ſi verò & ipſe C. de
iur. deliber. Gabr.d.conſ.125.num.9.lib.1. Lederch.
conſ.138.num.4.Peregr.de fideicom.art.52. num.97.
Rota deciſ.724.num.2.par.3.& deciſ.298.nu.5.& 8.
par.6. recent. cum alijs citatis in Bononien. fideicom.
de Boatter. coram Reuerendiſſimo Salamantino 8.
Aprilis 1644. in §. & licet ijdem fratres. Quod
39 magis procedit † quando alienatio facta fuit
contra expreſſam tàm legis, quàm Teſtatoris
prohibitionem quo caſu ceſſante etiam In-
uentarij beneficio, licitum eſt hæredi ex pro-
pria perſona ad fideicommiſſum vocato illam
tanquam ipſo iure vſque ab initio nullam re-
uocare, vt latè probat *Rota deciſ.110. per tot.*
par.2.diuerſ.Card.Seraph.deciſ.477.num.1. & ſeqq.
& in recent. deciſ.176. nu.48.par.5. & in Auenion.
ſeù Carpentoraten. Iuriſpaſcendi 7. Iunij 1627. co-
ram bo: me: Card. Virili in §. non obſtat quod Do-
miniens, & in Bonon. Prædij 27. Iunij 1639. coram
Reuerendiſs. Terracinen. in §.Imo dato &c. Cæte-
ri verò actus ab eis geſti, qui pro approbatio-
40 ne d. alienationis † obijciuntur non ſolum
eliduntur eiuſdem prohibitionis vigore, ſed
nullius ſunt momenti, vel tanquam facti à
minoribus non ſeruata forma Statuti Vrbini
lib.2. cap.48. vel quia explicitam præiudicij
ſcientiam non habuerunt, immò nec omnes
in eis interuenerunt, vt fuit reſponſum *in di-*
cta Lauretana Domus 14. Decembris 1643. coram
R. P. D. meo Bichio in §.nec releuat prætenſa ratifi-
catio &c. Ac etiam quia illi ſuper quibus ma-
gis inſiſtitur non ab ipſis, ſed à tertijs perſonis
nempè à d. Toſcanella, & à Creditoribus hæ-
reditatis Paternæ nempè à Franciſco Serra,
vel alijs proceſſerunt, vt apparet ex eis rela-
tis in alio eorum Summario *ſub num.2. & 3.*

Poſtremò non obſtat exceptio melioramen-
torum. Tùm quia ex relationibus Peri-
torum hactenus factis apparet quidem illo-
rum æſtimatio, ſed non probatur diſtinctè
quantum fuerit in eis impenſum, & quan-
41 tum melioratum † prout neceſſarium eſſet
præſertim in hoc caſu, in quo (ſtudioſè for-
ſan, vt dictum eſt) maximè exceſſum fuiſſe
dignoſcitur in præiudicium fideicõmiſſi *Rota*
deciſ.399 ſub nu.46.& ſeq.par.5.ac deciſ.88.nu.28.
verſ. nec probatur par.7. recent. & in alijs citatis in
Romana fideicommiſſi de Spiritibus coram R. P. D.
meo Bichio 12. Ianuarij 1643. in §.pen. & 12. De-
cembris 1644. in §.quid enim fuerit impenſum &c.
& in Romana Hæredit. coram bo. me. Arguelles 14.
Decembris 1646. in §.nec magis iuſta ſententia vi-
ſa fuit &c. cum ſeqq. Tùm quia in omnem ca-
ſum pro ea rata, quæ in d. domo facta fuiſſe
prætenditur per Franciſcum Continum Peri-
tum diſtinctè æſtimata ſc. 2385. b. 38. com-
præhenſis etiam ijs, quæ non neceſſaria, nec
vtilia fuerunt, vt ille declarat potuerunt ſatiſ-
fieri, ſeù compenſari prout Iuris erit cum fru-
42 ctibus † ſeù penſionibus ſaltem à die litis con-
teſtatæ anno 1631. citrà eiuſdem Domus lo-
cari ſolitæ in eo ſtatu, in quo reperiebatur an-
tequam fuiſſet meliorata pro parte eidem
Toſcanellæ annuis ſc. 100. vt apparet ex di-
cto Inſtrumento celebrato die 11. Aug. 1609
Et pro alia parte Dario Sceuolæ ſcu. 80. vt
apparet ex alio Inſtrumento celebrato 31.
Octobris 1613. relatis in alio Sum. Actorum
ſub num.2. & 3. & corroboratur ex calculo re-
lato in dicto Summario D. Conſtantiæ *ſub*
43 *nu.27. in fin.* & ex d. notula † à præfato Octa-
uiano illius auctore conſcripta, ac in alio eius
Summario exhibita *ſub num.5. Rota deciſ.391.*
num.6.par.5. & deciſ.249.num.21.par.6.recent. &
in d. Bononien.de Boatter. 8. Aprilis 1644. coram
Reuerendiſs. Salamantino in §. fin. & in d. Romana
hæreditatis coram bo: me: Arguelles 1. Aprilis 1647
in §.penult. in quibus aliæ concordantes refe-
runtur.

Verum tamen Domini ad magis coercen-
das omnes difficultates cõceſſerunt pro nunc
Immiſſionem Actoribus pro duabus tantum
ex tribus partibus d. domus pro indiuiſo cum
D. Conſtantia hærede Toſcanellæ pro altera
tertia parte ratione legitimæ ex perſona dd.
eius auctorum prætenſæ, nè ſub prætextu par-
44 tis retineatur totum † cùm alterius iactura
iuxta praxim à Rota paſſim receptã, vt *in Fer-*
rarien. Bonorum de Taſſon.coram Santiſs. D.N. 13.
Nouemb. 1617. & 28. Nouemb. 1618. in recent.
deciſ.578. ſub num.7. verſ. legitima verò par.4. &
poſt tract. Modern. Foroliuien.de legit. deciſ.97. per
tot. & in Foroliuien.fideicommiſſi 16. Iunij 1614. ac
in Spoletana fideicommiſſi 2. Decembris 1620. co-
ram Buratt. deciſ.63.ſub nu.8. & ſeq. ac deciſ.494.
num.4. vbi *Adden. referunt concordantes, & ad de-*
ciſ. fæ: me: Greg.185. ſub num.4. In qua quidem
tertia parte, ac alijs corporibus bonorum in
d. venditione compræhenſis, quæ penes eam
45 remanent † vna cum meliorationibus in eis
factis *iux.gloſſ.in l.planè in verb.deducat ff.de peten-*
da hæreditate. Additis etiam fructibus, ſiuè
penſionibus poſt litem conteſtatam (vt di-
ctum eſt) reſtituendis ſatis videtur illi interea
46 conſultum pro huiuſmodi † prætenſis legiti-
mæ, ac melioramentorum detractionibus, &
ſi quæ alia debeantur donec exactior prædi-
ctorum omnium fiat liquidatio, ac determi-
natio, vt fuit ſeruatum *in Romana hæredit. del*
Conte 26. Nouemb. 1610. coram Card. Caualerio
deciſ.573. & in Romana fideicom. de Victorijs 10.
Martij, & 2. Iunij 1627. coram bo. me. Merlino in
recent. deciſ.47. deciſ.77. & deciſ.391. num.5. &
ſeqq.par.5. ac in alijs.

Et ita fuit concluſum cauſa pluries propo-
ſita, ac Partibus acerrimè Informantib. &c.

ROMANA FIDEICOMMISSI, SEV SALVIANI.

Lunæ 7. Februarij 1650.

ARGVMENTVM.

Appellationis cauſa quando fuit commiſſa cum clauſula, *ſine præiudicio*, *legitimæ executionis* non cauſat attentata ſi Iudex à quo ad executionem ſuæ ſententiæ procedat

SVMMARIVM.

1 *Clauſula,* ſine præiudicio legitimę executionis *appoſita in commiſſione appellationis operatur quod Iudex à quo ſine vitio attentatorum poſſit procedere ad executionem ſua ſententia & num.6.*

2 *Inhibitio emanata vigore commiſſionis conditionalis non cauſat attentata.*

3 *Clauſula ,* Quam , & quas , *& alia in commiſſionibus apponi ſolita non cauſant attentata in cauſa omninò ſeparata , ac diuerſa .*

4 *Clauſula ,* Quam , & quas , *& alia ſimiles referuntur ad præmiſſa in commiſſione , in qua reperiuntur adiecta .*

5 *Nec poſſunt operari contra clauſulam.* ſine præiudicio legitimæ executionis &c. *maximè in alia commiſſione appoſitam .*

7 *Actus ex præſumptione legis præſumitur validus .*

8 *Iudex ex iuſta cauſa poteſt ſtatim reuocare dilationem , ſeu moratoriam , & ex quibus dicatur dictam moratoriam fuiſſe parti notificatam num.10. & 11.*

DECISIO DCCCXLVII.

DOMINA Marchioniſſa Liuia Prima de Sancta Cruce , & D. Tarquinius iunior eius filius appellarunt à ſententia prolata ab A. C. per quam Mariæ Cæciliæ , & Victoriæ Sororibus de Amodeis conceditur immiſſio pro indiuiſo in poſſeſſionem domus de qua agitur occaſione trium cenſuum per Tarquinium Sanctacrucium Seniorem impoſitorum , cauſaque commiſſa in Rota , & opponentibus dd. appellantibus , decreta , & executiones poſt appellationem emanatas fuiſſe attentatas ; Hodie propoſui dubium : An conſtaret de Attentatis , & Domini negatiuè reſponderunt , quia cum cauſa dictæ appellationis fuerit commiſſa cum clauſula *ſine præ-*
1 *iudicio legitima executionis* † licuit eidem Iudici à quo abſque vitio attentatorum ad executionem ſuæ ſententiæ procedere *Rota penes Cardinalem Caualer.deciſ.4.num.2.& ſeq. & in rec. deciſ.609.nu.1.par.2.ac in Romana Dotis ; ſeu Saluiani 24. Ianuary 1630. coram bon. mem. Queippo impreſſ.poſt Modern.tract.de manut. deciſ.282.nu.21. & ſeqq.*

Neque vllus in hoc caſu conſiderari poteſt contemptus inhibitionis Rotalis emanatæ ſub die 24. Nouembris anni 1649. quoniam illa
2 vltra quod facta fuit † in eſſecutione , & iuxta formam commiſſionis in ea inſertę nõ comprækendit executiones extortas præcedentes quales ſunt illæ , quæ prætenduntur attentata *cap.ſi eo tempore 45. ibique not. Doctor.de elect.in 6. Lancellott. de attent.par.2.cap.20. limit.13. num.2. verſ.& ex eo etiam cum ſeq. Rota penes ſa.me.Greg. XV. deciſ.119. num.9. vbi Add. num.11. referunt concord. in recent.deciſ.80.ſub num.12.& ſeq.par.4. tom.3. & in Vrbeuetana Attentatorum 16. Februa-ry 1629. coram bo.me. Cardinali Virili poſt d.tract. de manut.deciſ 289.num.8.& ſeqq.*

Minùs obſtat pendentia cauſę vſque de anno 1619. Rotæ commiſſæ occaſione dotis maternæ ab eiſdem Sororibus de Amodeis ſuper hac Domo prætenſa cum clauſula *quam & quas &c.* & alijs in commiſſionibus apponi
3 ſolitis . Quia cauſa illa † diuerſa prorſus apparet à preſenti , in qua agitur ex alio iure , & titulo nempe fideicommiſſi ordinati per Franciſcum Contugium ad fauorem dd. Sororum , vt prætenditur purificati , vt patet ex monitorio , loco libelli , coram A. C. ab eis producto , ideoque nulla hinc poſſunt attentata deduci ad *l.cum quæritur 12. cum duabus ſeq. ff.de exceptionibus rei iudic. Bero.conſ.113. ſub nu.1. & ſeqq. & alys relat.* probat *Lancellott. de attent. par.2.cap.20.limit.5.ſub num.1. & ſeqq. Rota penes Card.Caualer.deciſ.623.nu.2. bo. me. Bur.dec.644. num.5.* ibique latè *Adden.* & fuit dictum *in Gerunden. Primitiarum 24. Nouemb. 1627. coram bo. me. Card. Vbaldo poſt d. tract. de manut. deciſ.288.*
4 *num.1.* clauſula † verò *quam, & quas &c.* & aliæ ſimiles referuntur ad præmiſſa in commiſſione in qua reperiuntur adiectæ,vt in ſpecie reſpondit *Rota penes ſa. me. Gregor.XV. deciſ.345. num.4. bo. me. Buratt. deciſ.226. ſub num.6.* Nec
5 poſſunt operari † contra clauſulam *ſine præiudicio legitima executionis &c.* maximè in alia commiſſione appoſitam *Rota coram Penia deciſ.559.num.3. & inter rec.deciſ.82. ſub nu.8.par.4 tom.2.*

Præterea non ſubſiſtit exceſſus prætenſus ex eo quod A. C. poſt d. ſententiam relaxauerit duo mandata executiua , alterum ſcilicèt pro ſc.960. pro fructibus, ſeù cenſibus decurſis ad effectum complendi multiplicum in alienatione huius domus olim fideicommiſſæ d. Contugij ſubiectæ inter contrahentes conuentum iuxta formam Apoſtolicæ derogationis tunc deſuper impetratæ ; Alterum verò ſc. 265. 25. pro alijs fructibus ſucceſſiuè pariter maturatis .

Quia cum vtrumque mandatum concerneret executionem eiuſdem ſententiæ , qua Marchioniſſa , & filius fuerunt condemnati etiam ad fructus, vt in ea legitur , qui fuerunt etiam in libello,ſeù monitorio expreſsè compræhenſi , vt apparet ex eo , potuit Iudex , à quo illa validè relaxare poſtquam vigore d.
6 reſcripti † Signaturæ fuerat præſeruata eius iuriſdictio ſuper his , quæ ad eamdem executionem ſpectabant *Rota penes bo. me. Buratt. deciſ.641. ſub num. 17.& ſeqq.& in d.Romana Dotis, & Saluiani coram Queippo num.10.cum ſeqq.*

Demum non obſtat , quod dictum poſteriùs mandatum ſc.265.& 20.fuerit executum pendente dilatione , ſeù moratoria quinque dierum ab eodem A. C. Marchioniſſæ conceſſa ; quia cum illa legatur conceſſa ſub eadem die 19. Nou. qua facta fuit executio, hæc præceſſiſſe cenſetur ob præſumptionem legis
7 pro validitate † actus vigentem *Felyn. in cap. ſuper litteris 20. ſub num.12. in fin. verſ. modo d. Reg.limitat.& ſeqq.de reſcript.Creſcent.deciſ.1.de conſ. poſſ.& propr.cum alys relat. per Lancellott. de attent.par.2.cap.20.limit.2.ſub num.1.& ſeq.* Quæ quidem præſumptio non eliditur ex Teſtibus de actuali illius exhibitione in ipſo executionis actu facta deponentibus,nam præterquam ſunt ſingulares non concludunt de vltimamiora

Digitized by Google

moratoria, vt neceſſarium eſſet, cum plures
aliæ præceſſiſſent, quæ iam expirauerant, &
ideò executionem impedire non poterant.

Sed quęlibet ceſſare videtur difficultas ex
eo quod idem Iudex illam ſtatim reuocauit,
8 prout facere † potuit ex iuſta cauſa ſibi benè
viſa *gloſ. in l. ſine pars 3. in verbo curricula C. de
dilat. Soc. reg. 127. in 3. & 2.* fallentia eiuſque re-
uocationem mediante Notario Parti notifi-
cauit, vt apparet ex atteſtatione relata in Sum-
9 mario dd. Sororum *num. 7.* cui † eſt deferen-
dum, vt fuit dictum *in Seguntin. Expenſarum* 16.
Iunij 1608. *coram Ortemberg. apud Modern. Peruſ.
de manut. deciſ. 440. num. 6. & ſeqq.* Eoque magis
cum atteſtetur de commiſſione ſibi data à Iu-
10 dice, qui cum præſens † ſit rei veritatem fa-
cilè conteſtari poteſt *iux. tradit. coram Pen. de-
ciſ. 181. num. 1.* Et licet atteſtetur id notificaſſe
Pręfectó domus d. Marchioniſſæ cum ad ip-
ſam in lecto iacentem accedere non potuerit,
11 hoc tamen † ſufficit ad effectum de quo agi-
tur. vt ſupra ad eius notitiam veriſimilitèr
deduci potuerit *Sud. conſ. 88. ſub num. 8. cum ſeqq.
vſque ad fin.* & comprobatur *ex Put. deciſ. 156.
nu. 1. lib. 3. Gratian. diſcept. 90. nu. 36.* Atque ideò
hac etiam ratione ceſſant attentata, vel nulli-
tas d. executionis indè deducta, vt fuit reſo-
lutum *in d. Vrbeuetana Attentatorum* 16. *Februa-
rij* 1629. *coram bo. me. Card. Virili.*

Et ita vtraque &c.

COMPOSTELLANA PAROCHIALIS.

Luna 21. Febr. 1650.

ARGVMENTVM.

Beneficium venit adiudicandum habenti ſuam prouiſionem iuſtificatam: Indultum conferendi beneficia reſeruata, de qua reſeruatione ſit intelligendum.

SVMMARIVM.

1 *Littera Apoſtolica iuſtificata ſunt exequenda.*
2 *Præsbyteratus probatur per litteras dimiſſorias ab ordinario obtentas ad effectum accedendi ad aliquem locum ibique miſſarum ſacrificia celebrandi.*
3 *Præsbyteratus probatur ſi quis alias fuerit admiſſus ad audiendas confeſſiones.*
4 *Idoneitas circa curam animarum probatur ex atteſtatione examinatorum.*
5 *Honeſtas vita, ac morum deducitur ex teſtium depoſitione.*
6 *Valor per non exceſſum iuſtificatur per teſtes percutientes tempus gratia, & deponentes deductis oneribus.*
7 *Beneficium poſt illius reſignationem à Papa admiſſam vti vacans in Curia remanet affectum, & reſeruatum Sedi Apoſtolica.*
8 *Beneficij reſignati poſſeſſio ſi non fuerit capta infra nouem menſes illius vacatio dicitur durare cum primaua affectione donec prouiſio per Summum Pontificem facta ex cauſa d. reſignationis ſuum ſortita fuerit effectum num. 9.*
10 *Beneficium, ſi infra 9. menſes reſignationem publicari non fecerit reſignatarius, ex hoc capite dicitur vacare apud ſedem.*
11 *Collatio ſub erroneo ſuppoſito non ſuſtinetur.*
12 *Indulta conceſſa ordinariis conferendi reſeruata non comprehendunt beneficia apud Sedem Apoſtolicam ſiue in Curia vacantia de quibus non fuit facta expreſſa mentio.*
13 *Indultum conferendi beneficia vacantia extra Curiam non valet extendi ad beneficia vacantia in Curia, & apud Sedem Apoſtolicam.*

DECISIO DCCCXLVIII.

ALPHONSVS Nungez reſignauit Beneficium curatum de quo agitur ad fauorem Antonij de Riguein in manibus Papæ qui reſignationem admiſit. Sed quia dictus Antonius reſignatarius intra nouem menſes à data conceſſionis gratiæ poſſeſſionem beneficij adeptus non fuit neque reſignationem vna cum litteris Apoſtolicis deſuper confectis publicari curauit Petrus de Saniurgio illud pariter à Sede Apoſtolica impetrauit; Poſtremò cum Ordinarius Compoſtellanus illud contuliſſet Antonio Lopez inter iſtum, & d. Petrum lis orta fuit, vnde cauſa mihi commiſſa dubitaui, cui hoc beneficium eſſet adiudicandum, & Domini dixerunt adiudicandum eſſe Petro, de cuius bono vire con-
1 ſtat, quia omnia † ex parte ipſius narrata Summo Pontifici plenè iuſtificantur *cap. ſi capitulo vbi gloſ. & Doctores de conceſſ. præbend. in 6. Rota peres Mohedan. deciſ. 13. ut lit. pendent. Card. Canal. deciſ. 363. num. 4. verſ. quare iuſtificatis &c. & in Nazzarena, ſeu Montis Viridis Beneficij 15. Decembris 1645. coram R. P. D. meo Veroſpio.*

2 Etenim Pręsbyteratus d. Petri probatur nedum ex litteris dimiſſorijs per ipſum ab Ordinario Compoſtellano obtentis ad effectum accedendi ad Vrbem, ibique miſſarum ſacri-
3 ficia celebrandi; ſed etiam ex eo † quod alias ab eodem Ordinario fuit admiſſus ad audiendas confeſſiones, ad quod munus nemo niſi Sacerdos admitti poteſt *Canon. quem pænitet de pænit. diſtinct. 1. Sacr. Concil. Trident. ſeſſ. 14. de Sacram. Pænit. cap. 6. & canon. 10. Suarez. de Pænit. diſput. 24. ſect. 1. num. 2. verſ. dico 1. Rota in Dertonen. Parochialis 17. Decemb. 1646. coram R. P. D. meo Royas §. aut verò iuſtificatio.*

Quod autem ipſe ſit idoneus ad curam animarum exercendam reſpectu ſcientiæ patet
4 ex atteſtationibus † examinatorum tàm Synodalium, quàm aliorum de ordine Rotæ deputatorum *Rota coram Mantic. deciſ. 208. num. 4. in recent. deciſ. 257. num. 7. par. 1. in Papien. Beneficij 20. Nouembris 1645. coram R. P. D. meo Corrado §. ſi quidem, & in d. Dertonen. Parochialis coram R. P. D. meo Royas §. idoneitas* reſpectu verò hone-
5 ſtatis vitæ, morumque † patet ex depoſitionibus teſtium examinatorum coram Vicario Aurień litterarum executore *Rot. in d. dec. 257. num. 7. par. 1. rec.*

Valor quoque expreſſus per non exceſſum
6 ducat. 130. aur. de Camera † verificatur ex depoſitionibus teſtium, qui percutiunt tem-

Digitized by Google

pus gratiæ, & deponunt deductis oneribus
Rota coram ſa. me. Greg. XV. deciſ. 357. num. 4. &
coram Pen. deciſ. 643. num. 6.

Et denique huius beneficij vacatio Apoſto-
licæ Sedi reſeruata, in qua præcipuè fundatur
gratia Petri reſultat ex duplici capite.

Primò quia poſtquam Summus Pontifex
d. reſignationem admitit beneficium reſigna-
7 tum † vti vacans in Curia, remanſit affectum
& reſeruatum Sedi Apoſtolicæ iux. tex. in cap. 2
de preben. in 6. Extrauag. ex debito de elect. extrau.
par. 1. Extrauag. ad regimen. de præbend. & dignit.
int. commun. Roman. conſ. 342. numer. 1. & num. 2.
verſic. & conſequenter reſeruatum &c. Pariſius
conſ. 10. ſub num. 1. & num. 4. verſ. prout etiam &c.
Lotther. de re benef. lib. 2. qu. 27. num. 33. & 34. Rota
deciſ. 4. de præbend. in antiq. coram Canaler. deciſ. 450
num. 3. uerſ. reſeruatio uerò &c. & in rec. deciſ. 34.
nu. 2. uerſ. in caſu autem noſtro &c. par. 5. Et prop-
terea cum dictus Antonius reſignatarius in-
8 tra † nouem menſes à data conceſſionis gra-
tiæ poſſeſſionem beneficij capere neglexerit,
prout fieri mandat Conſt. ſa. me. Gregor. XIII.
ſub §. 3. uerſ. poſſeſſionem beneficij &c. quæ eſt 85. in
9 Bullar. nou. lib. 2. Illius vacatio durauit † cum
primæua affectione, quæ durabilis erat donec
prouiſio per Summum Pontificem facta ex
cauſa dictæ reſignationis ſuum ſortita fuiſſet
effectum per tex in Extrauag. ad Romani Pontificis
§. nos qui vigilijs uerſ. Romani quoq; &c. de præbend.
& dignitat. int. commun. & diſponitur in d. Conſt.
ſa. me. Gregor. XIII. ſub §. 5. uerſ. ſed ipſa beneficia
&c. tradit. Lotther de re benef. lib. 3. qu. 14. num. 52.
uerſ. proindeque & ſeqq. & num. 63. verſ. unde ſi per
executorem &c. Rota coram Pama deciſ. 643. nu. 16.
uerſ. neque ſupradictis obſtant cum ſeqq. & Buratt.
deciſ. 154. num. 11. uerſ. nihilominus &c.

Secundò quia idem Reſignatarius intra di-
ctum tempus nouem menſium non curauit
publicari reſignationē vna cum litteris Apo-
ſtolicis deſuper confectis, & ex hoc etiam ca-
10 pite † beneficium reſſignatum vacauit etiam
apud Sedem Apoſtolicam, à qua proindè Pe-
trus rectè illud impetrauit vigore d. Conſti-
tutionis ſa. me. Greg. XIII. ſub §. 1. & 5. & fuit
firmatum in Tridentina Parochialis 5. Dec. 1646.
coram R. P. D. meo Cerro §. Apoſtolica uerò promiſ-
ſio &c.

Non obſtat collatio Ordinarij Compoſtel-
lani facta in perſonam d. Lopez, quia facta
fuit cum expreſſo præſuppoſito, quod benefi-
cium vacaret per aſſumptionem d. Alphonſi
ad Canonicatum Pænitētiarium Eccleſiæ Au-
rieñ quod præſuppoſitum cum fuerit erro-
neum ex quo beneficium vacauerat ſupradi-
ctis de cauſis eratque Apoſtolicæ Sedi reſer-
11 uatum, † illa fuit nullius roboris cap. ſi eo tem-
pore de elect. in 6. gloſ. in cap. vlt. in verbo Apoſtolica
de renunciat. eodem lib. Pariſ. de reſignat. lib. 2. qu. 16.
num. 7. verſ. ratio eſt cum ſequent. Rota coram Cardi-
nali Seraph. deciſ. 997. num. 1. Pen. deciſ. 153. num. 2.
uerſ. unde tum Rodericus. Duran. deciſ. 68. ſub num. 3.
verſ. non autem &c. & ſeqq. & in recent. deciſ. 140.
ſub num. 27. uerſ. unde ſequitur & ſeqq. par. 4. tom. 2.
& deciſ. 520. num. 11. uerſ. & ſic prouiſio &c. eadem
par. 4. tom. 3.

12 Nec ſubſtineri poteſt vigore Indulti † à ſa.
me. Gregor. XV. conceſſi d. Ordinario, quia
vltra quod ſub huiuſmodi Indultis non com-
præhenduntur beneficia apud Sedem Apoſto-
licam; ſiuè in Curia vacantia, de quibus non
fuit facta expreſſa mentio, vt probat Paul. Gran-
uen. ad Simonett. de reſeruat. qu. 26. num. 10. verſ. ad-
dimus &c. & qu. 83. nu. 4. Pariſ. de reſign. lib. 2. q. 19.
num. 10. uerſ. ſed dubitatur &c. & ſeqq. Gonzal. ad
reg. 8. gloſ. 13. in princ. num. 37. uerſ. itaut &c. vbi re-
fert Conſt. ſa. me. Gregor. XIV. Anaſtaſ. Germond.
de Indultis §. ſi uerò illa ſub num. 70. uerſ. ab hac ta-
men regula & ſeqq. Lotther. de re beneſic. lib. 2. qu. 27.
num. 9. verſ. adeout hodie cum alijs relatis per Addent.
ad ſa: me: Greg. XV. deciſ. 291. num. 9. uerſ. Indultum
non comprehendit &c. In præſenti caſu ceſſat
13 omnis difficuitas, quia Indultum † prædicti
Ordinarij legitur reſtrictum ad beneficia va-
cantia extra Curiam, & propterea ad benefi-
cia in Curia, & apud Sedem Apoſtolicam va-
cantia extendi non valet Rota dicta deciſ. 520.
ſub num. 9. verſ. quia placuit &c. & num. 10. par. 4.
tom. 3. recent.

Et ita vnica tantùm &c.

ROMANA DOMORVM DE INCORONATIS.

Veneris 18. Martij 1650.

ARGVMENTVM.

Via executiua bene competit contra tertium,
qui vigore Conſtitutionis voluit præferri in
domo vendita in cuius Inſtrumento venditio-
nis aderat obligatio Cameralis.

SVMMARIVM.

1 *Inſtrumentum Camerali obligatione munitum habet executionem paratam.*
2 *Via executiua agi non poteſt contra tertium.*
3 *Stipulatio Notarij pro abſentibus, & intereſſe habentibus, & clauſula,* quorum intereſt, *contenta in obligatione Camerali ſuffragatur, & extenditur ad omnes tunc temporis intereſſe habentes.*
4 *Subrogationis natura eſt vt in ſubrogatum tranſeant omnia iura actiua, & paſſiua illius in cuius locum ſubrogatur.*
5 *Retrahens vigore conſtitutionis Gregorianæ perindè habetur ac ſi ipſi venditio facta fuiſſet in tantum, quod ſicuti contra primum emptorem potuit executiuè agi vigore obligationis Cameralis, ita & pariter contra retrahentem poteſt agi & num. 6.*
7 *Relata dicuntur eſſe in referente verè, & propriè.*
8 *Inſtrumentum extractum ex publico Archiuio per Notarium ad d. effectum ſpecialiter deputatum, & de cuius legalitate conſtat ſatis probat.*
9 *Iudicio executiuo cenſetur renunciatum per electionem ordinarij.*
10 *Commodo poſſeſſionis quis priuari non debet lite pendente.*
11 *Solutio ex diuerſitate ſummæ quando dicatur, vel non dicatur proceſſiſſe ex certa obligatione pro qua inſtatur & num. 12.*

13 *Par-*

Digitized by Google

13 *Partita ſolutionum etiam non recognita deſeruiunt ad adminiculan. teſtium depoſitiones.*
14 *Identitas, & quantitas domorum retractarum quando dicatur probata aduerſus retrahentem.*
15 *Statutum Vrbis* lib. 1. cap. 159. *non procedit quando debitum fuit ſemper negatum.*
16 *Debitum non poteſt præſumi ſolutum, quod debitor ignorauit, vel credidit ſe non habere.*

DECISIO DCCCXLIX.

RELAXANDVM eſſe mandatum executiuum ad fauorem Marci Antonij de
Incoronatis contra Archiconfraternitatem
Spiritus Sancti nationis Neapolitanæ pro annua præſtatione ſc. 19. circitèr decurſa, & non
ſoluta occaſione domorum, de quibus agitur
ab eadem Archiconfraternitate poſſeſſarum
Domini reſponderunt ea ratione moti, quia
cùm hoſpitale Pietatis, & Incurabilium Ciuitatis Venetiarum vendiderit iſtas domos q.
Dominico Hattono ſub expreſſa conuentione, quod ipſe Emptor teneretur ſoluere d.
annuam præſtationem Auctoribus d. Marci
Antonij, prout conſtat per publicum Inſtrumentum, obligatione Camerali munitum,
1 iſtud vtique Inſtrumentum † habet paratam
executionem *Rota in recent. deciſ. 545. num. 1. & deciſ. 620. num. 1. par. 1. & deciſ. 686. num. 1. par. 2.*
& fuit deciſum *in Romana Cenſus, ſeù depoſiti 21. Iunij* 1641. *coram me*, & aliàs ſepiſſimè.

Non obſtat quod in celebratione præſati
Inſtrumenti non interuenerint auctores dicti
Marci Antonij, minuſq; ſe obligauerit dicta
Archiconfraternitas, contra quam proindè
2 vti † tertiam non poteſt procedi executiuè
Rota coram Burati. deciſ. 574. num. 2. verſ. & in ſpecie Duran. deciſ. 364. num. 51.

Nam quod attinet ad auctores Marci Antonij illorum reſpectu ſufficit ſtipulatio Notarij
pro abſentibus, & intereſſe habentibus, ac
clauſula, *quorum intereſt*, in obligatione Ca-
3 merali contenta quæ † propterea ſuffragatur,
& extenditur ad omnes tunc temporis intereſſe habentes, vt dixit *Rota deciſ. 272. nu. 12. impreſſ. & in Romana Saluiani de Caſalibus 21. Iunij 1641. in Romana fructuum Cenſus 11. Decembris 1645. in §. dupliciter enim, & 7. Maij 1646. §. quia prædicti, & in Romana Quarti dotalis 27. Aprilis eiuſdem anni §. idque etiam coram R. P. D. meo Cerro.*

Quo verò ad Archiconfraternitatem, dum
ipſa habita notitia emptionis harum Domorum factę per dictū Dominicum, voluit præferri vigore conſtitutionis Gregorianæ, & ſuper prælatione ſententiam fauorabilem à Domino Cardinali Camerario, & Magiſtris viarum obtinuit, in qua declaratum fuit Inſtrumentum venditionis factæ d. Dominico cenſeri in omnibus, & per omnia factum ad fauorem Archiconfraternitatis, & in illius executionem poſſeſſionem appræhendit earumdem Domorum. Procul dubio ingreſſa fuit
in locum d. Dominici Emptoris, & ſubiuit
omnes obligationes, pacta, & conuentiones
in d. Inſtrumento contentas, perinde ac ſi
cum ipſa principaliter, & immediatè ſtipulatum fuiſſet. Tùm ex generali natura ſub-
4 rogationis † quæ facta intelligitur cum eiſdē
oneribus conditionibus, pactis, & obligationibus; adeout eius vigore tranſeant in ſubrogatum omnia iura actiua, & paſſiua illius, in
cuius locum ſubrogatur, vt animaduertit *Innocent. in cap. Abbate ad fin. ibique Butr. num. 22. & Abb. num. 16. de verb. ſignif. Geminian. conſ. 125. num. 12. Rota in rec. deciſ. 279. num. 5. par. 7.* Tùm
5 etiam ex particulari † præſcripto d. conſtitutionis Gregorianæ *ſub §. 8. & 9. quæ in Bullar. nouo, eſt 22. par. 2.* & comprobat *Gratian. diſ. 876. ſub nu. 29. verſ. ſi enim perueniat &c. cum ſeq.* Tùm
denique ex tenore prædictæ ſententiæ Cardinalis Camerarij, & Magiſtrorum viarum
mandantis dictum Inſtrumentum cenſeri fa-
6 ctum † ad fauorem Archiconfraternitatis pro
eodem prorſus prætio, cum eiſdem pactis, &
conditionibus in ipſo contentis reſpectu Dominici, cuius relationis vigore obligatio Cameralis contracta per Dominicum cenſetur
7 repetita † ab eadem Archiconfraternitate *ad tex. in l. aſſe toto ff. de hæred. inſtit. Surd. deciſ. 291. num. 18. Rota deciſ. 35. num. 6. par. 1. rec. in Anconitana Pecuniaria 27. Martij 1623. coram bon. mem. Manzanedo*, & ferè in terminis dictum fuit *in Romana Societatis lignorum 20. Februarij 1641. coram R. P. D. meo Peutingerio.*

Nec obſtat, quod dicatur d. Inſtrumentum
non eſſe in forma probanti, quia cum illud
8 fuerit extractum ex publico Archiuio per Notarium ad hoc ſpecialiter deputatum, de cuius legalitate teſtatur Nuntius Apoſtolicus
Venetiarum ſatis probat *Auth. ad hæc, & ibi gloſ. uerb. teſtimonium publicum C. de fid. Inſtrument. Bart. in Auth. ſi quis in aliquo in ſecunda oppoſitione ibique Iaſon. num. 3. & Dec. num. 15. C. de edend. Rot. deciſ. 1. de fid. inſtr. in nou. & deciſ. 147. num. 5. & deciſ. 551. num. 1. par. 4. tom. 3. rec.*

Neque releuat, quod ſtante pendentia litis
in iudicio ordinario introducta; Primò in
Tribunali Eminentiſſimi Cardinalis Vicarij,
& deinde per appellationem in Rota coram
Reuerendiſſimo Terracineñ Marcus Anto-
9 nius non poſſit modo ſe conuertere † ad hoc
iudicium executiuum *Auth. qui ſemel. C. quomod. & quand. iud. Roman. conſ. 133. poſt nu. primum Rota coram Buratt. deciſ. 208. num. 1. & 2.*

Quia iudicium illud ordinarium verè fuit
inſtitutum ſuper caducitate, quam incurriſſe
Archiconfraternitatem prætenderat Angelus
Marci Antonij auctor; Ideoque Marcus Antonius non prohibetur illo iudicio pendente
executionem d. Inſtrumenti petere pro preſtationibus decurſis, & non ſolutis, cum ex
pluribus partitis librorum, ac ordinibus officialium eiuſdem Archiconfraternitatis, nec
non etiam depoſitionibus teſtium pro parte
d. Angeli examinatorum appareat illos iam
per plures antecactos annos ab eadem Archi-
10 confraternitate ſolutas fuiſſe † nec iuri conſonum eſt, quod ipſe interea hoc iure priuetur *iux. tex. in cap. 1. ut lit. pend. Bertrand. conſ. 51. num. 3. uerſ. & etiam quia lite pendente &c. lib. 2. Ruginill. pract. qu. cap. 19. ſub num. 7. verſ. utraq; tamen*

men

Digitized by Google

nen &c. Franch.deciſ.373.per tot.Maſtrill.dec.160 à num.18.verſ.& pendente lite &c. cum ſeq. uſque ad fin.Giurb.deciſ.100.ſub num.22. uerſ.quid dicendum &c. & ſeqq. Rota coram Seraph.deciſ.958.ſub nu.2.uerſ. ut in ſimili dicitur &c. Quod equidem faciliùs procedit in præſenti caſu,in quo emanauit ſpecialis commiſſio Signaturæ Rotæ directa, in qua expreſſa mentio facta fuit ſupradictæ litis pendentiæ.

Nequè refragatur, quod ſumma ſcut. 18. & b.88. quæ in dictis partitis legitur annuatim exacta per auctores Marci Antonij differat à ſumma ſc. 19. in ſupradicto Inſtrumento ennunciata, & ex hac ſummarum diuerſi-
11 tate inferatur Archiconfraternitatem † non ſoluiſſe dictas annuas præſtationes in vim obligationis Cameralis in eodem Inſtrumento contentæ *Rota diuerſ.deciſ.262.nu.1. uerſ.quia ut actus &c. par.2.* Quia cum in eo non fuerit ennunciata præciſa ſumma ſc. 19. ſed cum clauſula, *ſeù plus, & minus*, non eſt vtique
12 conſiderabilis differentia 12.baioc. quæ† concordatur ex verbis illis denotantibus parum plus, vel parum minus *l. Publia* §.*fin.* ibi *auri pondo plus, minus decem &c. vbi gloſ.in verb.minus ff. depoſiti Petr. Rebuff. in l. propriè bona 83.* §.*notanda eſt phraſis in fin.verſ. plus minuſuè ff.de verb. ſignif.*

Minùs obſtat, quod teſtes prædicti non deponant de exactione dictæ integræ ſummæ ſcut.18. & b.88. ſed medietatis videlicet ſc. 9. & b.44. nam remouetur obiectum expartitis, & ordinibus prædictis ex quibus conſtat de integra ſolutione dictæ ſummæ, quæ ideò in duas partitas fuit diſtributa, quia duabus perſonis eiuſdem familiæ de Incoronatis (quibus Marcus Antonius ſucceſſit) ſoluebantur vt in eis legitur quæ licet non eſſent in forma
13 probanti, tamen deſeruiunt ad adminiculandum depoſitiones dd. teſtiū ex traditis per *Bartol. in l. admonendi num.41.ff. de Iureiur. Ruin. conſ.46.num.10.lib.4.Cranett.conſ.198.nu.11. Rot. coram Buratt.deciſ.648.num.6. & in recent.dec.160 num.12. circa med.part.1. & in terminis fuit dictum in Aſſiſien. ſtatutorum 11. Decembris 1620. coram Sanctiſſimo D. Noſtro apud Modern. de manuten. deciſ.158.num.2.verſ. quæ partitæ &c.*

Minùs releuat, quòd pro parte Archiconfraternitatis controuertatur identitas,& quantitas harum domorum, quia cum ex ſententia, & alijs prædictis conſtet domos de quibus in dicto Inſtrumento fit mentio perueniſſe in ſubſtantia ad ipſam Archiconfraternitatem, ſatis fundata remanet ad effectum
14 de quo agitur intentio Marci Antonij, † donec aliud ſuper earum quantitate fuerit concludenter probatum, ac definitum, *ut fuit dictum in Ciuitatis Caſtelli bonorū 28. Ianuarij 1605. coram Ortembergo apud Modern. de manuten. deciſ. 93. ſub num. 3. verſ. quod autem attinet &c. & ſequent. & in Regien. bonorum 15. Martij 1630. coram bo:mem. Coccino apud eandem modern.dec.293. num.40.verſ. ex quibus negari non poteſt.& ſeq.cum alijs adductis in deciſione emanata coram Reuerendiſſimo Terracinen. ſub die 13. Martij 1643. in* §. *neque ſubſiſtit.*

Deniquè non obſtat præſcriptio, ſeù præſumpta ſolutio deducta ex lapſu temporis de-
15 cem annorum iuxtà diſpoſitionem † ſtatuti *Vrb.lib.1.cap.159.* Illa enim ſuffragari non poteſt Archiconfraternitati non ſolùm ob litem contra eam medio tempore inſtitutam, ſed etiam ex quo pro eius parte ſemper negatum fuit debitum harum annuarum preſtationum vt patet ex proceſſibus in Tribunali Eminentiſſimi Vicarij, & Rotæ fabricatis, quia præ-
16 ſumi non poteſt ſolutum debitum, † quod debitor ne dùm ignorauit, ſed credidit ſe non habere, *vt fuit dictum in Rauennaten. Cenſus 27. Iunij 1639.coram me* §. *minus obſtat &c. & in alijs relat. in Anconitana Mannæ ſub die 13. Maij 1644. coram R.P.D. meo Corrado* §. *finali.*

Et ità vtraque Parte &c.

PARMEN. PENSIONIS.

Mercurij 23. Martij 1650.

ARGVMENTVM.

Penſionario exiſtenti in quaſi poſſeſſione exigēdi danda eſt manutentio etiam aduerſus ſucceſſorem in beneficio.

SVMMARIVM.

1 *Delegatio habet vim ſolutionis.*
2 *Quod procedit etiamſi delegatus non probetur debitor delegantis.*
3 *Confeſſio de recepto veriſimilis, & vehementer adminiculata ſufficit ad probandam quaſi poſſeſſionem exigendi ad effectum manutentionis etiam contra ſucceſſorem.*
4 *Exceptio ſimulationis non admittitur in iudicio ſummariſſimo manutentionis.*

DECISIO DCCCL.

DEVOLVTA hac cauſa ad Rotam in tertia Inſtantia per appellationem ab Equitæ Franciſco Lanfreduccio Commendatore S. Ioannis Capitis Pontis Parmeñ interpoſitam à ſecunda ſententia lata pro validitate penſionis ſcut.200. annuorum ſuper fructibus, & redditibus dictæ commendæ olim per Equitem Georgium Ghiſlerium Commendatarium anteceſſorem cum beneplacito Magni Magiſtri, & Sedis Apoſtolicæ conſtitutæ, & Equiti Ioāni Paulo Marentio aſſignatę, ac per ipſum Lanfreduccium ſub prætextu ſimulationis ſtatim, ac de d. Commenda prouiſus extitit, impugnatæ, prodijt dubium an præfato Marentio danda eſſet manutentio, quòd hodiè fuit affirmatiuè reſolutum, quia de eius quaſi poſſeſſione exigendi dictam penſionem non ſolùm conſtat ex publicò Inſtrumento delegationis in hanc cauſam, ſcilicet ſoluendi penſionem illi ſub die 15. Maij 1642 factæ per d. Ghiſlerium de credito, quod habebat contra Nicolaum Caſſar Mercatorem
1 quæ † vim ſolutionis habet *l. quamuis 8.* §. *interdum*

terdum

terdum ff. ad S.C.Vellelan.Peregr.conſ.19. ſub n.10
lib.5. & poſt alios *Lother. de re benef.lib.1.qu.38.*
2 *ſub num.* 195. Etiamſi † Delegatus non proba-
retur debitor delegentis *l. purè 5. §. ſi eum ff. de*
dol. mal. & met. except. l. ſi Titius 33. ff. de nouat.
Franc.Aret.conſ.5. à num.2.verſ.ſecunda dubitatio,
& ſeqq.M.Anton.reſol.57.num.57. & ſeq.lib.2.

Sed etiã ex alio publico Inſtrumento quie-
tantię vnius annatæ dictæ pẽſionis die 11.Iulii
1641.confecto,quòd licet cõtineat confeſſio-
nẽ de recepto; cũ tamen illa reddatur admo-
dum veriſimilis, ac vehementer adminicu-
letur, tùm ex precedenti reſeruatione penſio-
nis pura, & expedita per litteras Apoſtolicas,
tùm ex notabili ſumma ſcutorum ducento-
rum in eo expreſſa, & ex alijs geminatis or-
dinibus eiuſdem Equitis Ghislerij anteceden-
tibus ſub die 16. Aprilis 1642. & ſequentibus
ſub die 10. Aprilis 1646. ab eodem Equite
Marentio acceptatis, ac demùm ex confeſſio-
ne ipſius Equitis Ghislerij in eius depoſitio-
3 nibus iudicialibus emiſſa, vtique ſufficit † ad
probandum quaſi poſſeſſionem exigendi ad
effectum obtinendi manutentionem etiam
contra Equitem LanfreducciumSucceſſorem
vt fuit dictũ in Ceſaraugustana Penſionis 30.
Ianuarij 1589.Gypſio apud *Marcheſ.de Commiſſ.*
par. 1. fol. 649. per tot. & in alia Ceſaraugustana
Penſionis 4. Iunij 1608. coram bo:mem: Manzanedo
apud Moder. Peruſ. de manut. deciſ.113. num.5. &
ſeq. & in Lunen. Sarzanen. Penſionis 14. Ianuarij
1618. coram bon: mem: Remboldo apud eumdem de
manutent. deciſ.142. num.6. & ſeqq. & in Cremen.
Beneficij 26. Aprilis 1621. coram bon:mem: Vbaldo
ibidem deciſ.611.num.12.

Non obſtat prætenſæ ſimulationis excep-
4 tio, quia non admittitur in hoc † Summariſ-
ſimo manutentionis, eoque minùs dum per
duas ſententias conformes iam reperitur reie-
cta, ſed venit examinanda in petitorio, vt re-
ſpondit *Rot. in Romana Manutentionis 12. Ianua-*
rij 1624.coram Vbald. apud eumdem Moder. de Ma-
nutent.deciſ.181. num.6. & in Calaguritana Penſio-
nis 17. Iunij 1624. coram Manzanedo ibidem de-
ciſ.188.ſub num.8. & ſeqq. & ſepè in alijs.

Et ita vtraque &c.

BONONIEN. FIDEICOMMISSI DE RVGGERIIS.

Veneris 1. Aprilis 1650.

ARGVMENTO

Fideicommiſſum ſub conditione ordinatum à expirat per non purificationem conditionis.

SVMMARIVM.

1 *Subſtitutio ſi quis ſine filijs decedat expirat per exi-*
ſtentiam filij licet iſte poſtea ſine filijs decedat, &
num.2.
3 *Alienationis probibitio verbis relatiuis ad perſonas,*
& ordinem ſupra expreſſum reſtricta non facit pu-
ra, & abſoluta, quæ fuerunt ſub conditione ordi-
nata.

DECISIO DCCCLI.

DOMINI confirmarunt deciſionem in
hac cauſa editam 14. Iunij 1647 in qua
fuit firmatum non conſtare de fideicommiſſo
Lelij de Ruggerijs ad fauorem Laurę eius So-
roris, quia adhuc viſa ſunt vrgere fundamen-
ta in ea deducta, & ſignanter illud, quod per
exiſtentiam Thomæ filij Fuluij expirauit ſub-
1 ſtitutio † proximiorum ſub ea conditione or-
dinata, ſi ille decederet ſine filijs, ac deſcen-
dentibus maſculis legitimè natis, per *tex. in l.*
ex facto 17.§. ſi quis autem ff. ad S.C.Trebell.l. iu-
bemus 6.§. ſin autem C. eodem l.1.C. de cond. inſer.
*Oldrad.conſ.21.*cum alijs late cumulatis per *Fu-*
ſar. de ſubſtit.quæſt.480. ſub num.1. & ſeqq.

Nec quicquam facit, quòd etiam Thomas
fuerit fideicommiſſo ſucceſſiuo grauatus, quia
animaduertebatur Teſtatorem duplex fidei-
commiſſum in duobus diuerſis caſibus ordi-
naſſe, alterum ſcilicèt quando Fuluius eius
frater, ac hæres ab eo inſtitutus filios haberet
ac deſcendentes maſculosper maſculum pro-
uenientes legitimè natos, quòd inter eos con-
ſtituit abſolutum, ac ſucceſſiuum gradatim
deferendum, vt patet ex lectura teſtamenti:
Alterum verò quando idem Fuluius decede-
ret ſine filijs, ac deſcendentibus maſculis legi-
timè natis, quo caſu ad dimidiam eius hære-
ditatis vocauit ſibi proximiores in gradu, ac
de ipſius agnatione, ac familia &c. quòd po-
ſterius fideicommiſſum conceptum ſub ea
conditione ſi filius primus hæres ſine filijs, ac
deſcendentibus decederet, non potuit affice-
re Thomam illius filium ſuperſtitem; quini-
2 mo per eius exiſtentiam † expirauit, licet ille
ſine filijs obierit vt probat *tex. in l. hæredibus 77*
in princ.ff. ad S.C.Trebell.l. ſi quis hæredem 7.C.de
inſtit. & ſubſtit. & poſt alios probat *Fuſar. dicta*
quæſt.480. ſub num.2. cum ſeqq.

Minùs obſtat alienationis prohibitio in ſe-
parata oratione realiter diſpoſita, omnes an-
tea vocatos comprehendens; Quia cùm fue-
rit verbis relatiuis ad perſonas, & ordinem
ſupra expreſſum reſtricta, vt patet ex eius le-
ctura, ibi, (quia vult, & intendit bona ſua
ſtare, & permanere in bonis, & hæreditate il-
lius, & ad ſupradictos omnes peruenire ordi-
ne quo ſupra &c.) & inf. ibi, (ex nunc iure
legati reliquit alijs, vt ſupra ſubſtitutis, & ad
quos virtute præſentis teſtamenti peruenerint
&c.) non alterat naturam precendentium fi-
3 deicommiſſorum; nec illa facit † pura, & ab-
ſoluta, quæ fuerunt ſub conditione ordinata,
ſed in eiſdem tantùm caſibus, & conditioni-
bus aduenientibus operatur effectum ſuum,
vt benè declarat *Menoch.conſ.1216.num.23.verſ.*
reſpondetur &c. cum ſeq. Seraph. deciſ.482. Rot. in
rec. deciſ.267. ſub num.5. & deciſ.707. ſub num.7.
verſ. & cum poſt huiuſmodi fideicommiſſum par.2. &
alios congerit *Fuſar. dicta quæſt. 480. ſub nu. 44.*
verſ. quod tamen dictum &c. & quæſt.679.ſub n.15
ad fin. & quæſt.683. ſub num.20. cum ſeqq.

Non obſtant coniecturæ aliàs deductæ, &
hodie repetitæ per Informantes pro Floriano
ad inducendam contrarium Lelij Teſtatoris
vo-

voluntatem; Quia ſingulis fuit latè reſponſum in deciſione; quæ confirmatur, quæ reſponſiones iterum hodie examinatæ DD. placuerunt.

Et ita vtraque &c.

CAMERINEN. FIDEICOMMISSI.

Luna 4. Aprilis 1650.

Argumentum præbet Summarium.

SVMMARIVM.

1 *Fideicommiſſa ac Teſtatorum præcepta ſunt ſeruanda.*

2 *Reinueſtimentum demandatum à teſtatore ex redditibus bonorum fieri debet à fideicommiſſario, pro tempore, quo ſucceſſit in fideicommiſſo, & fructus illius exegit.*

3 *Nam pro tempore prædeceſſorum tenentur illorum hæredes quando d. onus fuit iniunctum ſingulis pro tempore ſucceſſiuè vocatis, & bona poſſidentibus.*

4 *Commoditatem percipiendi fructus, quam quis habet poteſt licite cedere.*

DECISIO DCCCLII.

POSTQVAM ſub die 21. Maij proximiprę teriti ad Inſtantiam Ioannis Baptiſtæ de Perbendictis contra Alexandrum pariter de Perbenedictis reſolutum fuit conſtare de fideicommiſſo bon: mem: Mariani Cardinalis, & Roberti Epiſcopi Nucerini de Perbenedictis ad effectum aſſecurationis, idem Ioannes Baptiſta cępit pretendere prædictum Alexandrum teneri ad certum annuum reinueſtimētum ſcutorum quingentorum in teſtamento dicti Cardinalis hæredibus inſtitutis, & ſubſtitutis demandatum, necnon ad reintegrationem bonorum fideicommiſſariorum contra voluntatem, & præceptum fideicommittentium hactenus diſtractorum, vnde dato deſuper particulari dubio DD. reſponderunt eſſe locum, tàm reinueſtimento, quàm reintegrationi reſpectu partitarum infradicēn.

Nam, quòd attinet ad reinueſtimentum, hoc fuit, vt dictum eſt per d. Cardinalem Teſtatorem in eius teſtamento expreſsè ordinatum in perpetuum, ac in commodum, ac augmentum ſuæ hæreditatis propterea tan-
1 quam teſtatoris † præceptum, & fideicommiſſum venit præcipuè obſeruandum *l. fideicommiſſa 11. §. item ſi quis, & l. quiſquis 95. ff. de legat. 3. l. 1. C. comm. de leg. Soccin. iun. conſ. 72. num. 9. lib. 1. Honded. conſ. 14. nu. 9. lib. 1. Peregr. de fideicom. art. 10. in princ. Rot. deciſ. 67. num. 1. par. 5. deciſ. 170. num. 6. par. 7. recent.* Animaduertebant tamen Domini, quòd reinueſtimentum huiuſmodi fieri non debet niſi ex redditibus bonorum in Vrbe exiſtentium dicto fideicommiſſo ſubiectorum, quia ſic iuſſit idem teſtator, & ad
2 illud † Alexander non tenetur niſi pro tempore, quo ipſe in eiſdem bonis vigore dicti fideicommiſſi ſucceſſit, eorumquè fructus percepit vſque quo in eis continuabit ad *tex. in l. 1. §. qui minorem partem ff. vt legat. ſeù fideicom. nom. cauſ.* nàm pro tempore prædeceſſorum tenen-
3 tur hæredes illorum, † cum onus huiuſmodi ſingulis pro tempore ſucceſſiuè vocatis ea bona poſſidentibus legatur iniunctum, & probat *Peregr. de fideicom. art. 4. ſub num. 65.*

Quo verò ad reintegrationem fideicommiſſorum cùm bona alienata ſint in duplici differentia, quædam enim fuerunt alienata à Mariano Alexandri prædeceſſore, quædam verò ab ipſo Alexandro hinc reſpectu locorū 15. Montis Prouinciarum per d. Marianum alienatorū cùm apoſtolica fideicommiſſariorū derogatione continente conditionē, quòd fructus aliorum locorum montium in fideicommiſſis remanētium multiplicarentur vſque quo darent ſummam congruam ad emēdum alia loca 15. montis in locum alienatorum ſubrogāda viſum fuit Alexandrum teneri ad reintegrandum in hac parte fideicommiſſa pro ea ſumma, quam ſingulis annis percæpit ex locis montium ad multiplicum deſtinatis in Breui derogatorio, cum illud ſpecialiter, & expreſsè afficiat etiam fideicommiſſarios poſt Marianum vocatos, ibi, *Et huiuſmodi multiplicum interim, & donec integrè completum extiterit à quibuſuis ſiuè fideicommiſſarijs, ſiuè creditoribus, ſiuè alijs quibuſcunque ius, cauſam, vel intereſſe nunc, & pro tempore habentibus, ſeù habere quomodolibet prætendentibus ex quauis cauſa, ſeù prætextu, interrumpi, impediri, vel retardari, aut ſuper eo illis, vel eorum alicui ius aliquod, ſeù actio aliqua quæri non poſſit &c.*

Reſpectu verò bonorū ab Alexandro mediantibus cenſuum impoſitionibus diſtractorum, dicebatur adimplendas ſimiliter eſſe ab eo conditiones in derogatione Apoſtolica deſuper impetrata inſertas nimirum, quod pro tempore quo ipſe poſt dd. cenſuum impoſitiones poſſedit eos redditus Eccleſiaſticos; quos in ſumma ſcut. 1200. annuorum poſſidere expoſuit Summo Pontifici reintegret fideicommiſſa ad rationem ſcut. 650. annuorū cum totidem quolibet anno ex dictis Eccleſiaſticis redditibus pro d. reintegratione contribui mandauerit Pontifex, ab eo verò tempore citra quo predictos redditus Eccleſiaſticos deſijt poſſidere reintegratiò prædicta facienda eſt ex redditibus bonorum fideicommiſſariorum ad rationem ſcutorum 600. quolibet anno ſicuti præcipitur in d. derogatione, & ipſemet Alexander promiſit, ac ſe obligauit.

Deniquè reſpectu locorum trium montis Fabricæ, & alterius montis Fidei Alexander nō venit cogendus ad aliquam vendicationem, cum non diſtraxerit proprietatem illorum, ſed tantummodò ceſſerit commoditatē percipiendi fructus eius propria vita durante, quòd licitè
4 facere † potuit *Peregr. de fideic. art. 40. ſub n. 3. 10. & num. 117. Fuſar. de ſubſt. quæſt. 525. num. 17. & quæſt. 527. num. 5. cum pluribus adductis in Peruſina bonorum 18. Iunij 1649. §. Poſtremum, denique coram R. P. D. meo Corrado.*

Atque ita vtraque &c.

EVG.

Digitized by Google

EVGVBINA FIDEICOMMISSI.

Lunæ 2. Maij 1650.

ARGVMENTVM.

Fœminæ appellatione filiorum in vltimis voluntatibus regulariter continentur, & ex quibus non dicantur excluſæ concurrendo cum Patruis.

SVMMARIVM.

1 *Filiorum appellatione in vltimis voluntatibus fœminæ æquè, ac maſculi comprehenduntur.*

2 *Dictio, vt ſupra, vocationi filiorum in parte diſpoſitiua facta immediatè adiecta repetit omnes perſonas cùm eiſdem qualitatibus in parte conditionali expreſſas.*

3 *Relatio regulariter fit ad omnia ſuperius expreſſa.*

4 *Et ad dictum effectum ſufficit vnica dictio, ſeù clauſula relatiua.*

5 *Relatio ſemper intelligitur facta ad omnia præterquam ad expreſſa.*

6 *Statutum Eugubinum ſuper excluſione fœminarum ob maſculos non loquitur de hæreditate patrui, ſed ſolum de hæreditatibus Patris, Matri, Aui, & fratris.*

7 *Teſtator non præſumitur ſe voluiſſe conformare cum ſtatuto excluſiuo fœminarum ratione conſeruandæ agnationis, quando fœminas nominatim vocauit ad excluſionem maſculorum de agnatione.*

8 *Fideicommiſſum conditionale nondum purificatum remiſſum nō cenſetur per ſimplicem diuiſionem bonorum fideicommiſſo ſubiectorum.*

9 *Fideicommiſſum non poteſt remitti in præiudicium ſucceſſiuè vocatorum.*

DECISIO DCCCLIII.

SVBSTITVTIONEM ab Adriano de Abbatibus Ioanni Paulo, Lelio, Carolo, Septimio, & alijs eius filijs, & hæredibus factam per hæc verba *Et ſi quis ipſorum filiorum, & hæredum deceſſerit ſine filijs, vel filiabus, legitimis, & naturalibus, & ex legitimo matrimonio natis, & procreatis tunc, & eo caſu ſubſtituit ſuperuiuentem, vel ſuperuiuentes, vel eius, vel eorum filios legitimos, & naturales, & ex legitimo matrimonio natos, & procreatos, vt ſupra in ſtirpes, & non in capita &c.* compræhendere etiam fœminas ſatis demōſtratum fuit in deciſione edita ſub 26. Nouembris præteriti, in qua propterea reſolutum fuit conſtare de fideicōmiſſo dicti Adriani ad fauorem Claricis Bugiannæ filiæ dicti Lelij pro tertia parte bonorum dicti Ioannis Pauli eius Patrui nuper ſine filijs defuncti, eamque ad d. portionem eſſe admittendā non obſtante concurſu prædicti Septimij alterius eius Patrui cum per illius exiſtentiam dicta Clarix non veniat excluſa, vt ex iuribus, & rationibus deductis in d. deciſione cui non acquieſcentibus d. Septimio, & Adriano iuniore prædicti Caroli filio repropoſui cauſam ſuper ijſdem, ſed DD. ſteterunt in deciſis ea præcipuè ratione, quia ſub nomine appellatiuo

1 filiorum † in vltimis voluntatibus fœminæ æquè, ac maſculi compræhenduntur, vt præter adductos in deciſione tradit *Honded. conſ. 67. num. 23. verſ. & primò cum ſeqq. lib. 1. Mantic. de coniectur. lib. 11. tit. 14. nu. 2. verſ. Primum quia Fuſar. de ſubſtit. quæſt. 311. ſub num. 1. & ſeqq. Barz. deciſ.* 119. per tot *Rot. penes eumdem Mantic. deciſ. 96. num. 2. verſ. in caſu autem propoſito, & in recent. deciſ. 132. ſub num. 1. verſ. quia in vltimis voluntatibus par. 4.*

Nec huiuſmodi intellectus euertitur ex diſcretiuo modo loquendi quo in eadem Periodo ſubſtitutionis vſus fuit teſtator, dum anteà in conditione poſuit filios, & filias poſteà verū in diſpoſitione filios tantùm vocauit, quia cum d. diſcretiua locutio facta fuerit gratia maioris declarationis voluntatis teſtatoris, nimirùm, vt clariſſimè conſtaret ipſum intendiſſe excludere ſubſtitutum à portione morientis, ne dùm per exiſtentiam filiorum maſculorum, ſed etiam fœminarum non excludit quin eædem quoquè fuerint compræhenſæ ſub verbis mox ſequentibus diſpoſitiuis, quibus dicto appellatiuo nomine filios promiſcuè Teſtator vocauit ad ſucceſſionem Defuncti ſinè liberis cum nulla inter caſus prædictos vigeat efficax differentiæ ratio: Acce-

2 dente præſertim dictione, † vt ſupra vocationi filiorum in parte diſpoſitiua factæ immedietatè adiecta, cuius vigore repetitæ cenſentur omnes perſonæ cum eiſdem qualitatibus in parte conditionali expreſſæ *Menoch. conſ. 513. num. 18. verſ. ceterùm Rot. deciſ. 269. num. 8. verſ. & hoc clariùs ſuadetur par. 5. & deciſ. 179. nu. 12. verſ. item addidit par. 6. rec. & in Bonon. ſucceſſionis 4. Maij 1646. coram R. P. D. meo Bichio in §. Tùm infra in tertio gradu &c. cum alijs relatis in deciſione §. minus releuat.*

Neque ſubſiſtit replicatio, quòd d. dictio *vt ſupra*, referri debeat ſolumodò ad qualitates legitimationis, & naturalitatis ex legitimo matrimonio prouenientes per teſtatorem cō-

3 templatas, quia vltra quòd relatio † regulariter fit ad omnia ſuperius expreſſa *Bald. conſ. 357. in princ. vol. 4. Surd. conſ. 431. num. 65. Rot. deciſ. 427. num. 17. par. 5. tom. 2. & in terminis dictionis vt ſupra deciſ. 514. num. 5. par. 4. tom. 3. recent.* ad

4 quem effectum ſatis eſt † vnica dictio, ſeù clauſula relatiua *Rot. deciſ. 194. num. 36. par. 5. rec.* cum teſtator expreſsè repetierit in parte diſpoſitiua prædictas qualitates legitimitatis, & naturalitatis ex legitimo matrimonio nō poteſt ad iſtas fieri relatio, ſed ad alias omiſſas,

5 cum illa † ſemper intelligi debeat facta ad omnia præterquam ad expreſſa, vt per *Bart. in l. 1. §. & parui num. 5. ff. quòd vi, aut clam* dixerunt *Alex. conſ. 46. num. 8. verſ. probatur lib. 2. & Pariſ. conſ. 39. num. 18. lib. 1.* quem ſequitur *Rot. deciſ. 513. num. 28. par. 5. tom. 2. recent.*

Minùs refert, quòd vbi prout in Ciuitate Eugubina extat ſtatutum excluſiuum fœminarum propter maſculos, fœminæ non veniāt appellatione filiorum, ex quo teſtator cenſeatur ſe cum tali ſtatuto conformaſſe, quia d.

6 Statutum † Eugubinum, ſiuè decretum Ducale præter quòd non comprælhendit caſum

de

Digitized by Google

de quo agitur, ſucceſſionis ſcilicet Patrui eſt de hæreditatibus Patris, Matris, Aui, & fratris tantùm loquatur, vt in eo legitur, & deſuper conſuluerunt *Thob. Non. conſ. 10. Caphal. conſ. 616. Eugen. conſ. 83. ſub num. 10. verſ. diligentiori cura &c. & ſeq. lib. 1.* eſt conſtitutum ſuper communi huiuſmodi ſtatutorum ratione conſeruandi bona in familia, & agnatione maſculorum, quam quidem ratione non ſolùm non fuit in propoſito caſu contemplatus Teſtator, ſed illam prorſus neglexit, dùm fæ-
7 minas † nominatim compræhendit ad excluſionem maſculorum de agnatione proximiorum, ac ipſiuſmet deſcendentium, quare cenſeri non poteſt ſe cum prædicti ſtatuti diſpoſitione conformare voluiſſe *Soccin. iun. conſ. 95. ſub num. 25. lib. 1. & conſ. 10. ſub num. 35. lib. 3 Cranett. conſ. 250. ſub num. 2. Mantic. de coniecturis lib. 11. tit. 14. num. 16. Ruſtic. ad l. cum Auus lib. 3. cap. 10. ſub num. 122. & ſeqq. Fuſar. de ſubſt. q. 402 ſub num. 94. cum alijs relatis in Spoletana Bonorum 13. Aprilis 1646. coram R. P. D. meo Corrado §. quia præterquam hæc coniectura.*

Præterea non obſtat, quòd admiſſa etiam dictæ Claricis compræhenſione, tamen illa non poſſit concurrere cum Septimio Patruo, ex quo Teſtator vocauit filios filiorum per alternatiuam, vel quo caſu ſeruari debet ordo ſcripturæ, & affectionis, & ſic vt filij teſtatoris primò vocati ſuccedant, deindè verò filij filiorum ordine ſucceſſiuo, quia huic obiectioni fusè reſponſum fuit *in deciſione §. Quo verò ad ſecundam, & duobus ſeqq.* vbi etiam diſtinguuntur caſus, in quibus procedunt auctoritates in contrarium adductæ, quæ reſpõſiones iterùm hodiè examinatæ adhuc DD. placuerunt.

Demum non obſtat pretenſa fideicommiſſi remiſſio deducta ex Inſtrumento diuiſionis bonorum fideicommiſſariorum contra Præceptum Teſtatoris ab eius filijs factæ, quia deficit tam voluntas, quam poteſtas diuidentium ad fideicommiſſum prædictum remittendum: voluntas, nam ipſi ſolam diuiſionis prohibitionem ac fideicommiſſum pænale in caſu contrauentionis à Teſtatore ordinatum, ac per illum actum purificatum ſibi viciſſim in eo Inſtrumento remittere intenderunt, ad quod illius verba, & clauſulæ generales refer-
8 ri debent non autem † ad fideicommiſſum conditionale futuro tempore in caſu mortis alicuius eorum ſine filijs purificandum *Peregr. de fideicom. art. 52. num. 18. verſ. diuiſione ſimplici, ac ſeq. Rot. penes bon. mem. Buratt. deciſ. 89. ſub n. 1. verſ. & ideò &c. cum ſeq. & in Romana fideicommiſſi de Maximis 11. Ianuarij 1649. coram R. P. D. meo Cerro in §. diuiſio verò &c. & ſeq.* & alij relati *per Fuſar. de ſubſt. quæſt. 593. num. 5. verſ. primus caſus eſt &c.* Poteſtas quoniam ab eis
9 remitti † non potuit in præiudicium aliorum vocatorum *Peregr. dicto art. 52. ſub num. 90. verſ. punctus eſt &c. ac ſeqq.* cum alijs adductis per *Fuſar. d. quæſt. 593. ſub num. 165. verſ. & quod renunciatio, & fuit dictum in Bonon. fideicommiſſi de Boatterijs 8. Aprilis 1644. coram Reuerendiſſimo D. Salamantino in §. ſecundò, quia quicquid ſit, quoad intereſſe diuidentium &c.*

Hinc patet nil referre, quòd dicatur Claricem adiuiſſe hæreditatem Lælij eius Patris, qui in ea diuiſione interuenit, quia per illam diuiſionem non fuit à Lelio, nec ab alijs eius fratribus d. fideicommiſſum conditionale remiſſum.

Et ita vaque &c.

BONONIEN. MANVTENTIONIS.

Veneris 27. Maij 1650.

ARGVMENTVM.

Manutentio regulariter datur poſſidenti, & in concurſu anteriori.

SVMMARIVM.

1 *Clauſula,* conſtituti, *eſt tranſlatiua poſſeſſionis manutenibilis in conſtitutarium non ſolum contra hæredes verum etiam contra ſingulares ſucceſſores conſtituentis.*

2 *Conſtitutum collatum poſt mortem conſtituentis, vt poſſeſſionis tranſlationem operari poſſit requiritur clauſula,* ex nunc, prout ex tunc.

3 *Conſtitutum, quando dicatur fuiſſe ab initio purum licet eius effectus in tempus futurum collatus fuerit.*

4 *Conſtitutarius anterior in concurſu præferri debet, etiam ſi poſterior haberet rei corporalem poſſeſſionem, num. 5.*

6 *Clauſula,* ſine præiudicio ſuorum iurium dotalium, *eſt eorumdem iurium præſeruatiua.*

7 *Mulier per aditionem hæreditatis nomine filiorum non impeditur, quin ipſa poſſeſſionem proprio nomine apprehendere potuerit.*

DECISIO DCCCLIV.

MANDATVM de manutenendo in poſſeſſione prædij de quo agitur Domini dixerunt concedendum eſſe Diamanti Sighigellæ, quia eius poſſeſſio remanet probata ex pacto præcarij ad illius fauorem appoſito per Paulum virum, & Iacobum Socerum ex Inſtrumento dotali ſub die 2. Ianuarij 1627. celebrato, cum illud iuxta diſpoſitionem ſtatuti Bononiæ in fin. ſecundi vol. fol. 22. ſub rubr. pactum præcarij &c. contineat clauſulam,
1 *conſtituti*, per quam in Conſtitutarium transfertur poſſeſſio manutenibilis nõ ſolum contra hæredes; verum etiam contra ſingulares ſucceſſores conſtituentis, qualis eſt Hipolytus Scafiglionus, vt in puncto reſpondit *Rota in Bonon. Bonorum 18. Maij 1616. coram bon. me. Buratt. deciſ. 179. num. 2. & ſeqq. per totam, & in alia Bononien. bonorum decima Martij 1637. coram Eminentiſſimo D. Cardinali Veroſpio in recent. dec. 204. num. 5. par. 7. & in alijs relãt. per Modern. Peraſ. de manut. obſeru. 54. ſub n. 25.*

Nec ſubſiſtit, quod dictum pactum tanquã concernens dotis reſtitutionem non dicatur purum, ſed conditionale, & collatum in tempus mortis mariti conſtituentis, ac proinde

Digitized by Google

2 deſtillius † ſit efficaciæ, maximè cum non fuerit conceptum cum clauſula, *ex nunc prout ex tunc*, iuxta tradita per *Rot. penes Buratt. deciſ. 220. num. 8. & 9.* quia dum fuit ſtipulatu m cum clauſula, *in forma &c.* ibi cum pacto pignorum, & præcarij in forma &c. negari non poteſt quin adſit d. clauſula, *ex nunc, prout ex tunc*, cum iuxta extenſionem præfatorum ſtatutorum formam præcarij includat ea verba,
3 & ideo conſtitutum intelligi debet fuiſſe ab initio purum, non autem conditionale, licet eius effectus in tempus futurum collatus fuerit, & in terminis probat. *Maluaſ. conſ. 99. ſub num. 6. verſ. Et in primis dico &c. cum ſeqq. Rot. coram Buratt. d. dec. 179. num. 8. & fuit dictum in Bononien. bonorum de Feliciuis 30. Ianuarij præteriti §. nos autem verſamur in fin. verſ. aduertendo inſuper coram R.P.D. meo Bichio.*

Non obſtat prætenſa poſſeſſio Hippolyti pariter deducta ex clauſula, *conſtituti*, appoſita in Inſtrumentis conditionum ipſi factarum à d. Paulo ab anno 1641. citrà quia tanquam poſterior nõ valet impedire manutentionem Diamantis primæ Conſtitutariæ, cum in concurſu plurium Conſtitutariorum præferen-
4 dus ſit anterior in manutentione, *Rota penes Buratt. d. deciſ. 179. num. 6. in recent. deciſ. 150. ſub num. 7. cum ſeq. par. 7. & apud Moder. de manutent.*
5 *dec. 85. num. 12.* Etiam ſi poſterior vltra conſtitutum haberet rei corporalem poſſeſſionem ex congeſtis per eumdem *Modern. de manut. obſeruat. 71. num. 28.*

Minus denique ſubſiſtit, quod Diamantes adeũdo hæreditatem Pauli viri nomine communium filiorum ſibi præiudicauerit, quo Paulus poſſidebat prædium controuerſum tit. locationis ſibi factæ ab Hipolyto empto-
6 re quoniam d. hæreditatem adiuit cum clauſula ſine præiudicio ſuorũ iurium dotalium, per quam præſeruantur illæſa omnia ea de cauſa competentia, *Mareſcott. reſolut. 138. nu. 1. lib. 2. Barboſ. de clauſulis clauſula 157. num. 8. verſ. præſeruat ius illius &c. Rot. dec. 460. num. 16. par. 4. tom. 2. recent.* Maximè cum nunquam vllam apprehẽderit poſſeſſionem nomine filiorum, ſed pluries declarauerit velle poſſidere, & retinere omnia bona d. eius viri iure proprio, & pro dictis eius iuribus dotalibus; vnde aditio
7 alieno nomine facta † non impedit quominus ipſa potuerit proprio nomine poſſeſſionem apprehendere, vel continuare, *Rot. deciſ. 325. poſt Poſt. de manut.*

Et ità vtraque &c.

MEDIOLANEN. SVSTENTATONIS LIBRI.

Lunæ 30. Maij 1650.

ARGVMENTVM.

Agitur de quaſi poſſeſſione Eccleſiæ Metropolitanæ Ciuitatis Mediolanẽ recipiendi obſequia à Canonicis Eccleſiæ S. Ambroſij eiuſdem Ciuitatis, vt ab vltimo ex iſtis Canonicis

ſuſtineatur liber precum dignitati, ſeu Canonico Eccleſię Metropolitanæ: Alia de facultate Epiſcopi conceſſa condendi ſtatuta.

SVMMARIVM.

1 *Statutum conditum per Epiſcopum in actu viſitationis habet vim legis.*
2 *Et in concurſu præualet iuri communi.*
3 *Et præcipuè ſi fuerit acceptatum, ac illius obſeruantia iureiurando promiſſa.*
4 *Statutum contra ius non poteſt condi ab Epiſcopo, & proinde ſi non ſit à Papa confirmatum eſt nullius ponderis.*
5 *Statutum præter ius poteſt ab Epiſcopo condi.*
6 *Obſeruantia Decennalis qua ab aliquo Capitulo fuit præſtitum obſequium alteri Capitulo ſufficit, vt iſti, indicatur ius acquiſitum recipiendi d. obſequium.*
7 *Teſtes ſuper negatiua debent illam coarctare, remouendo actum à ſenſu alias non attenduntur.*
8 *Teſtes ſi deponant vidiſſe ſuſtineri librum, ab vno alterius Capituli inde non excludunt, quin ſimul, & ſemel etiam ab alio ſuſtineretur, & ſic negatiuam non probant.*
9 *Negatiua non probatur ex actu poſitiuo, niſi ex ipſo actu poſitiuo per neceſſe ſequatur probatio eiuſdem negatiuæ.*
10 *Negatiua non recipiendi obſequium, vt probata poſſet dici requiritur inſtantia pro obſequio illius denegatio, & acquieſcentia decennalis illius cui obſequium debetur.*
11 *Cæremoniale ſi quid fieri iubeat ſuperiori, eo magis illud fieri iuſſiſſe, cenſeri debet inferiori.*
12 *Teſtis vnicus nullam meretur fidem.*
13 *Cæremoniale præſumitur in viridi obſeruantia donec concludenter appareat de contrario.*
14 *Cæremoniale Romanum non abrogat ſtatuta Ciuitatum, & locorum particularium laudabiliter ordinata, ac præſertim iuramento firmata.*
15 *Decreta S. Congreg. Rituum confirmata à Papa ex defectu ſubreptionis, & intentionis eiuſdem congregationis redduntur inefficacia ad tollendũ ius acquiſitum, & alteri præiudicare.*

DECISIO DCCCLV.

NON acquieſcentibus Canonicis Eccleſiæ Collegiatę S. Ambroſij Mediolani deciſioni ſub die 16. Iunij 1647. coram Reuerendiſſimo D. Terracinẽ emanatæ, in qua fuit reſolutum cõſtare de bono iure capituli, & Canonicorũ Eccleſię Metropolitanę eiuſdem Ciuitatis, ad effectum vt hoc Capitulum accedens occaſione Proceſſionũ, aut Littaniarum ad d. Eccleſiam Collegiatam in ea ſit manutenen. in quaſi poſſeſſione recipiendi obſequium, vt ab vltimo Canonico ipſius Eccleſię Collegiatę ſuſtineatur manibus liber precum apertus dignitati, ſeu Canonico dictę Eccleſię Metropolitanę, Oranti, repropoſui dubium ſuper eiſdem, & DD. ſteterunt in deciſis.

Nam de bono iure d. Capituli, & Canonicorum Metropolitanę adhuc conſtare viſum fuit ex ſtatuto per glor. mem. S. Carolum Borrhomeum tunc Mediolani Archiepiſcopum condito vſque de anno 1567. in quo cauetur, quod cum Capitulum maioris Eccle-

ſię occaſione Proceſſionum, aut Litaniarum
ad d. Collegiatam Eccleſiam accedit, tunc li-
brum manibus ſubſtineat is Canonicus, qui
1 vltimus reſidet, quod quidem ſtatutum cum
fuerit conditum in actu viſitationis eiuſdem
Eccleſię Collegiatę quoad eam habet vim le-
gis ad text. *in l. omnes populi, vbi DD. notant ff. de*
iuſt. & iur. Roland. conſ. 79. n. 76. lib. 3. Surd. conſ. 8.
2 *num. 14. et conſ. 100. nu. 12.* Et in concurſu prę-
ualet iuri communi, & generali, *l. ſemper, §. le-*
gem, ibi, *legem quoque reſpici cuiuſque loci oportet*
&c. ff. de iur. immunit. Iaſ. in l. præſcriptione n. 19.
verſ. benè contrariam C. ſi contr. ius, vel vtilit. pub.
Alex. conſ. 134. num. 5. lib. 6. Cirias. contr. 504. n. 40.
3 *& 41.* Maximè cum fuerit à Canonicis eiuſ-
dem Eccleſię Collegiatę acceptatum, ac illius
obſeruantia iureiurando promiſſa, *Rota coram*
Cardinali Seraph. deciſ. 497. numer. 1. verſ. præſer-
tim &c.

4 Nec obſtat, quod huiuſmodi ſtatutum tan-
quam contra ius non potuerit condi ab Ar-
chiepiſcopo, & proinde cum non fuerit con-
firmatum à Summo Pontifice ſit nullius ro-
boris, & efficacię ad tradit. per *Lotter. de re be-*
nef. lib. 1. qu. 21. num. 93. & ſeq. Ciarlin. contr. 61.
num. 1. & 16. Quia illud re vera dici non po-
5 teſt iuri contrarium, cum eius diſpoſitio nulli
legi, ſeu Conſtitutioni Apoſtolicę aduerſetur,
ſed potius eſt pręter ius, ideoque ab Archie-
piſcopo validè condi potuit *cap. 2. ubi gloſ. in*
uerb. decretum de maior. & obedien. cap. fin. ibique
gloſ. in uerbo Statuto Epiſcopi de Conſt. in 6. Vgolin.
de poteſt. Epiſc. par. 2. cap. 47. §. 1. & 2. Paul. Fuſch.
de viſit. lib. 1. cap. 33. num. 2. uerſ. namque Statuta, &
ſeq. Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſc. allegat. 93. n. 23.
uerſ. ad retinendam &c. cum ſeqq. & in addit. ſub
num. 30. littera D. uerſ. Verum licet Epiſcopus &c.
Rota in recen. dec. 15. num. 2. uerſ. nec in hoc caſu &c.
par. 2.

Eoque magis bonum ius Canonicorum
Metropolitanę ex d. Statuto elicitur, quia il-
lud vſu receptum, & obſeruantia viginti octo
annorum comprobatum fuit, vt apparet ex
pluribus inſtrumentis, licet ad effectum con-
ſtituendi ius inter d. Canonicos quoad prędi-
cti obſequij pręſtationem, quę eſt pręter ius,
6 ſatis fuiſſet obſeruantia decennalis, *gloſ. in cap.*
fin. in uerb. Conſuetudo de conſuetud. in 6. Abb. in
cap. Statuimus propè fin. uerſ. & cum hæc conſuetudo
&c. de maiorit. & obed. Rota coram Seraph. deciſ.
1159. num. 3. & in rec. dec. 279. num. 2. & dec. 722.
num. 1. par. 2.

Neque contrariam obſeruantiam conclu-
dunt teſtes nuper ad inſtantiam Canonicorū
d. Collegiatę Eccleſię examinati, quia omiſſis
7 alijs exceptionibus quas patiuntur non coar-
ctant negatiuam remouendo actum à ſenſu
iuxta *Theor. gloſ. in §. ſi uero abſunt in uerb. uidiſſe*
Auth. de hæred. & falcid. Bald. in l. 1. num. 7. uerſ. Et
aduerte, C. de bonor. poſſeſſ. ſecund. tabul. Farinacc.
de Teſt. qu. 65. num. 228. Rota coram ſan. mem. Gre-
gor. XV. dec. 325. num. 5. et in recen. dec. 573. num. 2.
par. 1. in Burgen. Abbatiæ coram Penia int. eius im-
preſſ. dec. 161. num. 4. et dec. 200. num. 1. et in Vol-
terann Prioratus 20. Nouembris 1634. coram bo. me.
Pirouano.

Et licet aliqui ipſorum deponant vidiſſe
8 ſuſtineri librum ab vno ex Clericis Seminarii,
eiuſdem tamen non excludunt quin ſimul, &
ſemel etiam à Canonico ſuſtineretur, vt re-
ſpondit *Rot. deciſ. 107. num. 27. et 28. et deciſ. 182.*
num. 37. par. 7. rec. prout neceſſariò requiritur in
pręſenti caſu, quo eodemmet tempore quo
Canonicus librum ſuſtinet à dextris, illum
pariter à ſiniſtris ſuſtinet alius Clericus, ideo-
que deponendo quod ſuſtinuerit Clericus nō
excludunt ſuſtentationem Canonici, modus
autem probandi negatiuam per depoſitionem
actus poſitiui non concludit niſi ex illo actu
poſitiuo perneceſſe ſequatur probatio negati-
9 uæ alias in eis ſufficit ſola poſſibilitas in con-
trarium, vt concludit *Rota dec. 29. num. 7. par. 7.*
recent. & dec. 548. n. 9. penes Poſſib. de manuten.

Sed in omnem euentum non excludunt
quaſi poſſeſſionem Canonicorum d. Eccleſiæ
Metropolitanæ ab anno 1613. continuatam
vſque ad annum 1641. cum non deponant
Canonicos Metropolitanæ dictū obſequium
10 requiſiuiſſe, illiſque à Canonicis Collegiatæ
fuiſſe denegatum, & denegationi acquieuiſſe
per ſpatium decem annorum iuxta *doctr. In-*
nocent. in cap. querelam num. 3. ibique Abb. num. 2. de
elect. Rota coram Buratt. dec. 572. num. 13. & in Si-
pontina penſionis 8. Aprilis 1647. coram R. P. D. meo
Peutingerio §. non obſtat D. Principem &c. & in Hi-
ſpalen. Decimarum 9. Iunij 1648. coram R. P. D. meo
Meltio §. non releuat &c.

Prædictis ſtatuto, & obſeruantiæ accedit
Cęremoniale Ambroſianum, in quo decer-
nitur hoc idem obſequium præſtandum eſſe
ab omnibus Eccleſijs inferioribus ſiue regu-
laribus, ſiue ſęcularibus Archiepiſcopo, vel
Canonico Metropolitanæ, quod cęremoniale
licet iubeat librum ſuſtentari à Præfecto, vel
Superiore, ſeu Abbate illius Eccleſiæ multò
11 magis obligare cenſetur Canonicum inferio-
rem, *Felin. in cap. paſtoralis num. 1. de off. Ordinar.*
cum alijs congeſt. in d. deciſ. Reuerendiſſ. Terracinen.
§. Supradicto ſtatuto &c.

Nec ſubſiſtit, quod huiuſmodi Cęremonia-
le non ſit vſu receptum, quia Teſtis hoc de-
12 ponens tanquam vnicus nullam meretur
fidem, *cap. veniens, & cap. licet ex quadam de teſtib.*
l. iuriſiurandi C. eod. tit. & fuit dictum in Vlixbonen.
nullitatis profeſſionis 17. Maij 1641. coram Reueren-
diſſ. Carillo; & interim in viridi obſeruantia
13 præſumitur donec concludenter appareat de
contrario, *Gabr. conſ. 84. n. 60. lib. 2. Dec. conſ. 649.*
num. 9. Curt. iun. conſ. 129. num. 12. vbi teſtatur de
commun. Gozzadin. conſ. 16. nu. 17.

14 Non obſtat diſpoſitio Romani Cęremonia-
lis, quia nō decidit particulariter hunc caſum
nec ideò abrogat ſtatuta Ciuitatum, & loco-
rum particularium laudabiliter ordinata, ac
præſertim iuramento firmata, vt alias reſpon-
dit Sac. Rituum Congregatio in vna Montis
Regalis 27. Septembris 1608. relat. per *Bar-*
boſ. Collect. Bullar. in verb. Cæremoniale ad fin. §. Cæ-
remoniale non tollit ſtatutum &c.

Non obſtat denique Decretum S. Congre-
gationis Rituum editum ſub die 22. Ianuarij
1644. & confirmatum per Breue ſan. memor.

Vrba-

Digitized by Google

Vrbani VIII. ſub die 1. Martij eiuſdem anni:
Quia patitur defectum ſubreptionis, vel in-
tentionis eiuſdem S. Congregationis, ac Sum-
15 mi Pontificis, quibus cum non fuerint ex-
poſita ſtatutum, ac cæremoniale prædicta eo-
rumque obſeruantia, neque lis eo tempore
inter partes introducta de menſe Auguſti an-
ni 1643. nullo pacto cenſeri poſſunt illa tolle-
re, ac iuribus Capitulo Metropolitanæ ſpe-
cialiter acquiſitis præiudicare voluiſſe, *cap. ad
aures cap. cauſam quæ de reſcript. cap. ſuper eo de
off. deleg. cap. 1. de conſuetud. in 6. Rota coram ſa. me.
Greg. XV. dec. 381. num. 2. verſ. Principis enim &c.
Duran. dec. 5. num. 7. verſ. neque obſtat &c. & ſæpè
in alijs.*

Et ita vtraque &c.

CAESARVGVSTANA CANONICATVS.

Lunæ 30. Maij 1650.

ARGVMENTVM.

Narratiua quæ dedit cauſam gratiæ debet iuſti-
ficari; alias gratia executioni nõ demandatur.

SVMMARIVM.

1 *Litteræ Apoſtolicæ non iuſtificatæ non ſunt exe-
quendæ.*
2 *Narratiua aliqua quando ſit non iuſtificabilis.*
3 *Ius conferendi reſidet penes Canonicos licet numero
pauciores, & Epiſcopum data incapacitate cæterorũ.*
4 *Capituli ius etiam in vno conſiſtere poteſt.*
5 *Narratiua ſuſpenſionis dicitur cauſa ſaltem impul-
ſiua gratiæ.*
6 *Narrata quæ poſſunt mouere Papam ad faciliùs
concedendum iuſtificari debent.*
7 *Præuentio in dubio non præſumitur.*
8 *Papa in dubio non præſumitur voluiſſe præiudicare
iuri alieno.*

DECISIO DCCCLVI.

DOMINI reſponderunt litteras Apoſto-
licas Gregorij Alaieti non eſſe iuſtifica-
1 tas, ac proindè non eſſe exequendas, *Rota in
rec. dec. 147. num. 5. par. 7. & coram bon. me. Buratt.
dec. 941. num. 5.* Reſcriptum enim Apoſtolicum
tacitam habet conditionem ſi preces veritate
nitantur, *cap. 2. de reſcript. Caputaquen. deciſ. 128.
n. 2. par. 1. cum concord.*

Defectus iuſtificationis fuit deſumptus ex
eo, quia dictus Gregorius narrauit Summo
Pontifici, quod Canonicatus Eccleſiæ Cæ-
ſarauguſtanæ vacantes in menſibus Martij, &
Septembris in Indulto ſan. mem. Clem. VIII.
pertinent ad collationem, & omnimodam
diſpoſitionem Capituli, & Canonicorum eiuſ-
dem Eccleſiæ, quodque Capitulum, & Cano-
nici præfati de menſe Septembris 1648. quo
vacauit Canonicatus controuerſus reperiebã-
tur per ſententiam huius Tribunalis ſuſpenſi
à Diuinis, & ab ingreſſu Eccleſiæ interdicti.

Et tamen ex eodem Indulto conſtat collatio-
nem in d. menſibus fuiſſe conceſſam etiam
Archiepiſcopo, vnde quoad hoc, narratiua
2 prædicta nullatenus poteſt iuſtificari per text.
*in cap. cum in illis 16. §. ſi verò de Præbend.
in 6.*

Quo verò ad alteram partem in qua dici-
tur, quod Capitulum, & Canonici erant dicto
tempore ſuſpenſi, minus verificari poteſt, quia
ex ipſa ſententia patet ſex dignitates, & toti-
dem Canonicos à cenſuris exceptos fuiſſe pe-
nes quos licet numero pauciores, & Archie-
piſcopum, data cæterorum incapacitate, reſi-
3 debat ius conferendi hunc Canonicatũ, prout
illum ſucceſſiuè infra legitimũ tempus con-
tulerunt *Didaco Hieronymo Salæ cap. cum in cun-
ctis 7. §. fin. de elect. cap. gratum 2. ibi, licet eſſent
pauciores numero de Poſtul. Prælat. c. vnic. in princ.
vbi gloſ. & DD. ne ſed. vacan. in 6. Alter. de cenſur.
tom. 1. diſput. 5. de effect. excommun. cap. 1. verſ. deſu-
mitur hæc concluſio, Samuel. de elect. in tract. 1. di-
ſput. 21. contr. 11. concluſ. 1. nu. 2. Mirand. in Manual.
4 Prælat. tom. 2. q. 23. art. 5. concluſ. 2.* quod procedit
etiam ſi vnus tantum eſſet exemptus, & cæ-
teri omnes de Capitulo ſuſpenſi, & inhabiles,
cum etiam in vno remaneat ius Capituli, vt
ad propoſitum docet *gloſ. in d. cap. gratum verb.
pauciores, Innocent. in cap. illa 39. ſub num. 2. in fin.
verſ. imò plus dico de elect.* cuius doctrina ſingu-
lariter notandum dicunt *Addent. ad Abb. in eo-
dem c. gratum verſ. in iſto ſolo ſumma Armilla verb.
electio num. 6.*

Non obſtat, quod dicatur Pontificem vo-
luiſſe potiùs præuenire Capitulum in confe-
rendo, quam prouidere ob illius incapacita-
tem, quia etiam hoc admiſſo negari tamen
5 non poteſt, quin narrata ſuſpenſio fuerit cau-
ſa ſaltem impulſiua gratiæ, vt in puncto ad-
uertit *Rota coram Seraph. dec. 370. num. 1. verſ. ſed
quia Papa ex hac narratiua, & num. 3.* quod ſuffi-
cit ad hoc, vt ſit omninò iuſtificanda, nam
6 etiam ea, quæ poſſunt mouere Papam
ad faciliùs concedendum verificari debent,
*cap. ſuper litteris 20. cap. poſtulaſti 27. in verb. de
leui non ſcribimus vbi Abb. num. 1. de reſcript. Dec.
conſ. 142. num. 5. prop. fin. verſ. quod autem talis im-
petratio, Garz. de benef. par. 10. cap. 3. num. 12. poſt
med. Creſcent. dec. 8. num. 6. de præbend. Caputaquen.
d. dec. 128. num. 1. par. 1. Rota inter recent. deciſ. 24.
num. 3. par. 2. & dec. 6. num. 13. par. 6. & in termi-
nis litterarum præuentiuarum in Hiſpalen. portionis
impreſſ. penes Garz. de benef. par. 5. cap. 4. n. 40.*

Sed re vera dicebatur Papam noluiſſe præ-
uenire, ex quo nulla aſſignatur ratio eiuſmodi
7 voluntatis, in dubio enim præuentio non
præſumitur, *Sylu. de benef. 3. 1. q. 60. ſub num. 1.
verſ. ad iſtud poteſt reſponderi, Staphil. in tractat. de
breuib. §. 2. num. 23. Gomeſ. in tractat. de expect. ſub
numer. 16. ad med. verſ. & iſta quæ dicta ſunt, Rota
dec. 30. ſub num. 2. verſ. nec eſt ueriſimile de præbend.
in antiq. & penes Achill. de Graſſ. dec. 1. ſub nu. 4.
eod. tit.* Imò ex eo, quod Gregor. narrauit ſu-
ſpenſionem Capituli, & tacuit ſimultaneam
collationem Archiepiſcopi, & quod aderant
multi ex Canonicis, qui à nota cenſurarum

erant immunes illa penitus excluditur, & colligitur Papam voluiſſe conferre in odium Capituli interdicti, nam ſi ſciuiſſet ius Archiepiſcopi, & aliorum vtique non conceſſiſſet, vel difficilius, cum in dubio cenſendum ſit ipſum
8 præiudicare iuri alieno noluiſſe, *cap. 1. de conſt. in 6. cap. quamuis 8. de reſcript. eodem lib. Aegid. deciſ. 116. col. 1. & in puncto ponderauit Rota coram Seraph. dec. 860. n. 4.*

Et ita vtraq; &c.

BONONIEN. GABELLAE.

Veneris 10. Iunij 1650.

A R G V M E N T V M.

Mercatores Aquęuitę, an teneantur ſoluere Regimini Ciuitatis Bononię gabellam primi, & ſecundi obuli pro qualibet libra.

S V M M A R I V M.

1 *Exceptio eximit res, & caſus exceptos ab vniuerſali regulæ diſpoſitione, & n. 2.*
3 *Relatio fit ad proxima.*
4 *Relatio debet fieri ad omnia, quando regulantur à principio exceptionis.*
5 *Relatio fit ad ea omnia, in quibus concurrit eadem ratio.*
6 *Idem iudicatur de augumento, quod de aucto.*
7 *Lex ſubſequens non tollit exemptionem, ſeu caſus exceptos in precedenti diſpoſitione, ſi de iſtis in dicta lege non fiat mentio.*

D E C I S I O DCCCLVII.

PROPOSITO à me dubio, An Mercatores Aquęuitę teneantur ſoluere Regimini Ciuitatis Bononiæ, ſeu eius Appaltatori gabellam primi, & ſecundi oboli pro qualibet libra Domini negatiuè reſponderunt.

Nam à ſolutione primi ipſi eximuntur à litteris ſa. me. Vrb. VIII. editis de anno 1630. quarum vigore eadem gabella primi oboli impoſita fuit, in illis enim Summus Pontifex nedum excepit diuerſas merces ſpecialiter expreſſas, ſed etiam generaliter excepit omnem aliam mercis ſpeciem, cuius appaltus dependet ab Apoſtolica Sede, ibi, *Et ogn' altra ſorte di che l'appalto dipenda dalla Sede Apoſtolica &c.* quę
1 ſanè exceptio res, & caſus exceptos ab vniuerſali Regulę diſpoſitione eximit, atque ſeparat, *l. nam quod liquidè, §. fin. uerſ. ſi cui penus ff. de pen. legat. Rota coram Duran. dec. 154. num. 15. uerſ. Ex quo exceptio &c. cum pluribus congeſtis in Vicen. Canonicatus 27. Iunij 1640. coram bon. mem. Merlino in §. Et præſeruatio, uerſ. tamen natura &c.*

Quare cum ex Inſtrumentis appaltuum à Camera Apoſtolica factorum ædictiſque publicis, atque Tabellis longè ante tempus dd. litterarum expoſitis appareat gabellam aquæuitę tam ratione introductionis in Ciuitatem, ac eius Territorium, quam extractionis ſub illis fuiſſe comprehenſam, ideò huiuſmodi
2 generali impoſitioni non eſt ſubiecta, prout etiam iuri conſonum eſſe probant, *Soccin. conſ. 302. ſub numer. 6. uerſ. ſecundo probatur &c. & ibi Felin. in ſubſcript. uerſ. tertio facit &c. & Robert. de Strozz. in uerſ. nec dominium Florentinum &c. lib. 2.*

Nec obſtat, quod prædicta generalia poſteriora verba exceptionis referri debeant ad ſpecies aluminum immediatè in d. Breui enumeratas non autem ad omnes merces, cum
3 relatio debeat fieri ad proximum, *l. ſi id cum eodem ff. de iuriſd. omn. iud. Rot. dec. 329. n. 3. p. 3. rec.*

Tum quia regulantur à principio ipſius exceptionis, ibi: *Sub huiuſmodi tamen impoſitione, atque exactione nullatenus comprehendi merces, &*
4 *res infraſcriptas &c.* Ideoque ad omnes merces quarum gabella à Camera Apoſtolica locari ſolet, de quibus in illa exceptione principaliter agitur non autem ad qualitates ſolius aluminis referri debent, *d. l. nam quod liquidè §. fin. ff. de pen. leg. Rota penes bon. mem. Peu. dec. 43. ſub nu. 25. verſ. nec eſt nouum &c. & Duran. d. dec. 154. nu. 14. verſ. pariter &c. cum ſeq. & in recent. deciſ. 532. n. 10. verſ. Exceptio enim &c. par. 4. tom. 2.*

Tum etiam quia cum in omnibus mercibus comprehendi ſolitis ſub appaltibus Camerę Apoſtolicę vrgeat eadem ratio, quæ in ſin-
5 gulis aſſertis ſpeciebus aluminis ad illas vtique omnes non autem ad iſtas tantum fieri debet relatio, *l. talis ſcriptura, §. hanc autem ff. de leg. 1. l. 3. §. ſolius ff. de lib. & Poſth. Rot. deciſ. 100. num. 17. verſ. Vltra quod &c. cum ſeq. par. 4. tom. 2. & dec. 514. ſub num. 5. Verſ. Regula eſt in contrariū &c. ead. par. 4. tom. 3. recent. & coram Peu. dec. 278. num. 4. Verſ. Illa enim ſtatuti uerba &c. cum ſeq.*

A ſolutione verò ſecundi oboli d. Mercatores eximuntur ab alijs litteris eiuſdem ſan. mem. Vrbani VIII. de anno 1643. emanatis, nam licet in eis non fuerit expreſsè repetita ſupradicta exceptio, attamen cum hæ litteræ ſolùm augumentum præcedentis impoſitionis primi oboli contineant, eas tantùm merces comprehendunt, quæ in prioribus litteris
6 continebantur, cum idem iudicetur de augumento, quod de aucto, *Calder. conſ. 12. de Conſt. & conſ. 32. verſ. in quo augumento &c. de teſt. Bald. conſ. 407. num. 3. verſ. cum ergo &c. lib. 1. Ancharan. conſ. 437. n. 2. in fin. Verſ. Quia tunc &c. Menoch. conſ. 93. n. 13. lib. 1. Cephal. conſ. 156. num. 25. & 26. lib. 2. Rota dec. 682. n. 4. Verſ. Quæ etiam &c. par. 2. recent.* Et in terminis augumenti Gabellæ benè declarat *Caſtr. conſ. 8. ſub num. 2. Verſ. Ad idem facit &c. lib. 1.*

Neque refragatur, quod in iſtis litteris verbis expreſſis imponatur gabella etiam ſuper mercibus anteà exceptis, quia cum in ea parte litterarum certæ merces ſpecialiter referātur. neque contentæ ſub appaltibus Reu. Cameræ Apoſtolicę comprehendantur, iſtę remanent
7 adhuc exemptę vigore præcedentis exceptionis à qua non fuit in hac parte receſſum iuxta *text. in l. ſancimus in princ. C. de teſtam. & in l. præcipimus in fin. C. de appell.*

Et ita vtraque &c.

RO-

ROMANA FIDEICOMMISSI SEV SALVIANI.

Mercurij 15. Iunij 1650.

ARGVMENTVM.

Bona fideicommiſſaria ſemel legitimè, & neceſſario alienata non poſſunt à fideicommiſſario reuindicari Cenſus quando dicatur extinctus translatiuè tãtum Fideicommiſſarius, ſi pecunias cenſuum extinctorum inueſtiat in alios cenſus inexigibiles an teneatur grauatus qui extinxit.

SVMMARIVM.

1 *Fideicommiſſario non competit actio ſuper re legitimè alienata pro ære alieno, ac præuia derogatione Apoſtolica fideicommiſſi.*

2 *Pro ſorte Cenſus non datur immiſſio in Saluiano.*

3 *Per ſolutionem eius quod debetur extinguitur omne debitum, & obligatio.*

4 *Extinctio Cenſus facta à grauato inſtante debitore à fideicommiſſario impugnari non poteſt.*

5 *Ceſſio aliquando non importat tranſlationem rei formalis, ſed ſolius anterioritatis hypotheca contra poſteriores creditores.*

6 *Res fideicommiſſo multiplico, & euictioni ſubiecta viliori quæritur pretio.*

7 *Exactio fructuum cenſus facta ab aliquo probat eiuſdem poſſeſſionem, & è contra.*

8 *Onus multiplici cuinam incumbere debeat.*

9 *Si pecunia reinueſtiatur in Cenſibus inexigibilibus à fideicommiſſarÿs non poſſunt eorum hæredes venire contra primum hæredem grauatum, qui extinxit cenſus exigibiles.*

10 *Conductio facta de re propria à Domino cum proteſtatione tamen, & reſeruatione litis pendentiæ &c. ipſi non præiudicat.*

DECISIO DCCCLVIII.

SENTENTIAM ab A. C. latam ad fauorem Cæciliæ, & ſororum de Amodeis contra D. Marchioniſſam Liuiam Primam Sancta Cruciam, & D. Tarquinium Iuniorem eius filium, tanquam iniuſtam, infirmandam eſſe? DD. reſponderunt.

Iniuſtitia ex eo reſultare viſa fuit, quia dicta ſententia concedit prædictis ſororibus ad fideicommiſſum Franciſci Contugij vocatis, immiſſionem ex Saluiano in poſſeſſionem domus, olim dicto fideicommiſſo ſubiectæ, quã Lucretia hæres dicti Franciſci, & Petrus Paulus primus fideicommiſſarius, præuia æſtimatione Peritorum, ac derogatione Apoſtolica, pro diſſoluendo ære alieno Teſtatoris alienarunt in Tarquinium Seniorem Sancta Cru-
1 cium pretio ſcutorum 5380. qua ſtante legitima alienatione, nulla deſuper competebat actio fideicommiſſarijs *Molin. de primogen. Hiſp. lib. 4. num. 49. verſicul. ſi verò facultas &c. cum alÿs alleg. in Romana Vinea 2. Maÿ 1644. coram R.P.D. meo Bichio, §. conſenſus autem, verſ. quia cum Breue.*

Non obſtat, quod immiſſio conceſſa fuerit occaſione trium cenſuum, quos ſub diebus 1. Septembris 1611. 29. Martij 1616. ac 1. Octobris 1619. ex parte dicti pretij, & illius fructibus ad formam Breuis derogatorij multiplicatis, dictus Tarquinius emptor ſuper eadem domo impoſuit ad fauorem dicti Petri Pauli, & aliorum fideicommiſſariorum, quia vltrà quod pro ſorte cenſus non datur immiſſio ex
2 Saluiano, vt dixit *Rota in Imolen. Saluiani 2. Decembris 1633. coram bon. mem. Coccino apud Cenc. de Cenſib. deciſ. 551. nu. 1. verſ. quod dubium &c.* Cenſus prædicti apparent ex publico Inſtrumento extincti vſque ſub die 26. Septembris 1620. & conſequẽter pro illis nulla competebat actio, cum per ſolutionem eius, quod debetur, extinguatur, & tollatur omne debitum, & obli-
3 gatio *inſtit. quib. mod. toll. oblig. in princip. gloſſ. fin. in l. cum plures ff. de euict. Rot. dec. 374. n. 14. par. 5. rec.*

Nec refert, quod extinctio facta fuerit à prædicto Petro Paulo, qui cum eſſet pariter grauatus reſtituere, non poterat præiudicare alijs poſt eum vocatis, quoniam reſponſum fuit, actum illum extinctionis, tanquam neceſſarium, validè fuiſſe ab eo geſtum, cum extinctio fuerit ſequuta inſtante, & requirente Cenſuario, quo caſu Dominus Cenſus tenetur extinguere, vt expreſſe ſancitur in Bulla ſa. me. Pij V. ſuper forma creandi cenſus, in *verſ. poſtremò cenſus omnes*, & tradit *Cen. in tract. de cenſib. qu. 10. nu. 3. Rota deciſ. 153. nu. 8. poſt eundem*
4 *tract. de cenſib.* Qua propter ob prætenſum defectum eius poteſtatis, hodie ab alijs fideicommiſſarijs ſucceſſiuè vocatis impugnari non valet dicta extinctio *argu. text. in l. ante reſtitutam 104. ff. de ſolut.* & reſpondit *Rot. coram bo. me. Remboldo in Auenionen. fideicommiſſi 14. Nouembr. 1614. & in Ariminen. Cenſus 26. Iunÿ 1620. & in Romana liberationis à fideicommiſſo 20. Nouemb. 1619. apud Modern. Peruſin. de cenſ. deciſ. 351. ſub nu. 4. verſ. nec ſubſiſtit, deciſ. 363. n. 1. verſ. non ſolum quia, & nu. 5. verſ. nec obſtat, & deciſ. 469. n. 10. verſ. tum quia licet vinculum fideicommiſſi &c. & alÿs relat. probat Giurbà deciſ. Sicil. 79. à n. 16. verſ. cæterum, & plur. ſeqq. per tot. ac idem Modern. de cenſib. qu. 109. à num. 58. verſ. ego vero &c. cum ſeqq.*

Neque obſtat, quod dicatur cenſus prædictos non fuiſſe extinctos, ſed tantumodò translatiuè ceſſos dictæ Marchioniſſæ Liuiæ; vndè infertur illos adhuc vigere, & actum tranſlationis factum à Petro Paulo fuiſſe voluntariũ, per quem propterea nullum illatum fuit præiudicium poſterioribus fideicommiſſarijs, nam obiectum remouetur ponderando, quod ſolutio, ac reſtitutio ſortis, & fructuum dictorum cenſuum facta fuit per Tarquinium de pecunijs dotalibus ipſius Marchioniſſæ Liuiæ, quæ dum nupſit Franciſco eiuſdem Tarquinij filio, ſpecialiter conuenit, cum eius viro, & Socero, quod certa pars ſuæ dotis, erogaretur in ſolutionem debitorum dicti Tarquinij Soceri, & ſignanter in extinctionem cenſuum, de quibus agitur, quodque ad eius fauorem reportarentur à creditoribus ſatisfactis iurium ceſſiones, pro cautiori conſeruatione, & recuperatione dictæ dotis, aduerſus poſteriores creditores, & alios quoſcumque ſuperuenientes, prout factum fuit, vndè dicta ſolutio veram, ac ſubſtantialem præſefert extinctionem cenſuum formalium, & ceſſio non importat illo-

illorum tranſlationem in Dominam Liuiam, ſed ſolius anterioritatis hypothecæ, & iurium prius competentium Petro Paulo Domino
5 cenſuum pecunia dotali extinctorum, vt bene probauit *Rot. in Romana Saluiani interdict. 27. Maij 1619. coram bon. mem. Pirouano apud dict. Modern. de cenſ. deciſ. 368. ſub num. 1. verſ. atque ita non obſtant verba &c. & ſeq. per tot. ac in Romana Reintegrationis 22. Iunij 1643. coram Reuerendiſs. Salamantino in §. nec ſubſiſtit, quod ceſſio, & in Maceraten. Saluiani 26. Iunij 1648. coram R.P.D. meo Peutingerio*, in quibus reſpōdetur omnibus obiectis, & comprobat *Anton. de Amat. reſolut. 7. ſub num. 32. verſ. tertius eſt caſus lib. 1.*

Potiſſimè cum in capitulis matrimonialibus conuentum fuiſſet ceſſionem fieri debere ad fauorem Dominę Marchioniſſæ pro maiori cautela ſuæ dotis, & idem in Inſtrumento dotali expreſsè repetitum, quod certè contingere non potuiſſet ſi cenſus extincti non remanſiſſent, ſed ceſſi eſſent Dominę Marchioniſſę, in hoc enim caſu tenderet in perniciem dotis, & effectus omninò contrarius reſultaret *Rota deciſ. 178. n. 8. par. 5. recent.*

Quod eo facilius affirmandum eum addita etiam fuerit clauſula illa, *& in ogn'altro miglior fine, & effetto più proficuo à detta Signora Spoſa*, & ſic dicendum cenſus extinctos, cum iſte ſit melior modus, & effectus *Honded. conſil. 44. num. 25. & 31. & 45. volum. 2. Rota in Reatina hæreditatis 3. Martij 1600. coram Iuſto.*

Conuincitur vlterius, conſiderando, quod nimis repugnat, quod Domina Marchioniſſa emere voluiſſet cenſus, & fideicommiſſo, & euictioni, & multiplico ſubiectos, & dotem totali amiſſionis periculo ſubijcere, exburſando eandem quantitatem pecuniæ, quam pro
6 acquirendo cenſu, omninò libero perſoluiſſet, vndè longè minorem quantitatem exburſaſſet, cum res fideicommiſſo, multiplico, & euictioni ſubiecta, longè viliori pretio acquiratur *Cenc. de cenſib. par. 2. cap. 2. q. 2. art. 6. nu. 21. & ſeqq. Rota in Romana Reſciſſionis Tranſactionis 29. Maij 1648. coram R.P.D. meo Corrado.*

Quod etiam bene confirmatur ex obſeruantia ſubſequuta, cum pretio dictorum cenſuum à prædicto Tarquinio Seniori depoſitatum in Banco illorum de Bonannis, fuerit deinde ab eodem Petro Paulo, pro cautione eorundem fideicommiſſariorum, inueſtitum in alijs cenſibus ſub diebus 11. Nouembris eiuſdem anni 1620. 15. Aprilis 1624. ac 14. Aprilis 1625. ſuper eadem domo nouiter conſtitutis, ab eodem Tarquinio Seniori, pro complemento multiplici in Inſtrumento venditionis domus conuenti, ac cum vinculo fideicommiſſi dicti Cōiugij, & demum de anno 1626. ab Excellen. D. Philippo Columna, qui à dicto Marchione Franciſco emerat Terram Patricæ, & dictos cenſus in diminutionem pretij in ſe accollauerat, fuerunt extincti, quorum pretium depoſitatum in Monte Pietatis, in alium cenſum, per eoſdem fideicommiſſarios, ad fauorem vocatorum ad eundem fideicōmiſſum 10. Decembris eiuſdem anni fuit inueſtitum Summ. Marchioniſſę n. 12. quorum fructus exegerunt d. Petrus Paulus, & alij fideicommiſſarij, ac etiam prędictæ ſorores, vt conſtat ex quietantijs in Summ. Marchioniſſæ relatis ſub n. 12. & è conuerſo d. D. Marchioniſſa nunquam exegerit, vel prætenderit, nec pretendat fructus di-
7 ctorum cenſuum, vt ſupra extinctorum, vndè omnis eliditur difficultas *ad tex. in l. item 7. §. proinde ff. ad S.C. Macedon. Crauett. conſ. 101. nu. 4. Menoch. conſ. 49. n. 20. & ſeqq. Surd. conſ. 224. n. 7.* & in noſtris terminis, *Rot. d. deciſ. 368. n. 4. verſ. & obſeruantia ſubſequuta apud eundem Modern. de cenſ. at in d. Maceraten. Saluiani §. vlterius hoc idem comprobatur &c.*

Minus obſtat, quod dd. ſorores prætendant multiplicum in d. Breue derogatorio ordinatum, & in Inſtrumento venditionis domus inter partes conuentum, non eſſe completum, & cenſus vltimo loco emptos per Petrum Paulum eſſe inexegibiles, & non bonos, ob anterioritatem quam ſuper domo cenſuata acquiſiuit d. Marchioniſſa Liuia, nam quoad multiplicum, præter quod ex publico Inſtrumento celebrato ſub die 14. April. 1625. conſtat illud
8 fuiſſe completum, atque perfectum, onus eiuſdem non ſpectabat ad Tarquinium, qui nec de eo, eiuſque ſecuritate non tenebatur eſſe ſollicitus, vt iam bis reſpondit *Rota coram Eminentiſs. D. Card. Panzir. ſub 20. Apr. 1640. in §. quod vero multiplicum eſſet faciendum &c. & coram me ſub 23. Ian. 1643. in §. & hinc ceſſat &c. cum ſeqq.*

Quo verò ad inexigibilitatem, & malam qualitatem cenſuum, dicebatur nihil imputari poſſe d. Tarquinio, itaut teneretur fideicommiſſarijs ad intereſſe, cum cenſus multiplicati, vſque ad ſummam conuentam in Inſtrumento venditionis domus, fuerint exigibiles, tam quoad fructus, quam quoad ſortem, dum ab Excellentiſs. D. Philippo Columna, qui illos, vt dictum eſt, in ſe accollauerat, fuerūt extincti, & pretium illorum, ad effectum reinueſtiendi pro vocatis ad fideicommiſſum, in Mōte Pietatis fuit depoſitatum, quod licet poſtea defuncto Tarquinio, à dictis fideicommiſsarijs fuerit reinueſtitū in alio cenſu, cum Marchione Franciſco illius filio, quod aſseritur inexigibile, non ideo reuiuiſcere poſsunt cenſus extincti, nec vllum inde pręiudicium inferri poteſt Marchioniſsæ cui dicta anterioritatis iura pecunia dotali antea acquiſita fuerūt *iuxt. trad. per Molin. vbi ſup. de primog. lib. 4. c. 4. n. 49.* & fuit reſponſum *in d. Aueniouen. fideicomm. coram Remboldo apud Cenc. de cenſ. deciſ. 469. ſub d. n. 10. verſ. tum quia licet &c. cum ſeq. & in d. Romana Vineæ 2. May 1644. corā R.P.D. meo Bichio §. conſenſus aut.*

Nec quicquā facit locatio eiuſdem domus à dd. ſororibus nuper facta D. Marchioniſsæ Liuiæ ſub die 13. Nouem. 1649. quia cum facta fuerit de re propria, fuit nulla, etiamſi ipſa exiſtimaſset ſententiam A.C. fuiſse iuſtam, vt eſt *tex. apertus in l. qui rem 20. C. locat.* pręſertim dum fuit facta à muliere, abſq; ſolemnitatibus Statuti Vrbis, & legitur facta cum expreſsa iuriū, ac litis pendentiæ reſeruatione, ibi, *ſine tamen*
10 *præiudicio pendentiæ litis in Rota, ac iurium ambarū partium &c.* quo fit, vt nullum ſuper ea conſtitui poſſit fundamentum, in præiudicium D.

Mar-

Digitized by Google

Marchioniſſæ, cum dicta clauſula conſeruet omne ius proteſtantis *Rot. penes Card. Seraph. deciſ. 144. num. 6. verſ. ſed dato, & ſeqq. & deciſ. 228. num. 21 par. 4. tom. 3. recentior.*

Atque ità vtraque &c.

GROSSETANA PENSIONIS.

Luna 20. Iunii 1650.

ARGVMENTVM.

Litterę reſeruationis penſionis quando dicantur iuſtificatæ & penſio ex quibus dicatur exacta in vita Titularis etiam ſi reſpectu diuerſorum terminorum adſint confeſſiones de recepto.

SVMMARIVM.

1 *Clauſula (arbitrio) in commiſſione appoſita quamuis illius vigore Rota poſſit cognoſcere de validitate penſionis, non inde tamen impedienda venit via executiua quando litteræ Apoſtolicæ ſunt iuſtificatæ.*

2 *Clericatus probatur ex litteris patentibus ordinarij.*

3 *Penſionem retinere poſſunt Equites S. Stephani quãuis contrahunt matrimonium, & hoc vigore indultorum Apoſtolicorum.*

4 *Poſſeſſio à die illius adeptionis præſumitur continuata.*

4 *Valor per aſcenſum iuſtificatur ab atteſtatione teſtiũ quamuis extraiudiciali quando adminiculatur alijs probationibus & quæ ſint ſufficientes.*

6 *Titulares non eſt veriſimile quod longo tempore penſiones ſoluiſſent niſi verus valor fuiſſet expreſſus.*

7 *Succeſſor in vniuerſa hæreditate præſumitur ſibi ſoluiſſe de eo quod erat creditor defuncti.*

8 *Penſionis ſolutio non iuſtificatur ex confeſſione de recepto quando vigore decreti appoſiti in litteris vera & realis ſolutio probari debet.*

9 *Hoc non procedit quando talis confeſſio de recepto alijs adminiculis roboratur.*

10 *Penſionarius debet manuteneri in ſua quaſi poſſeſſione exigendi cum ind. iudicio non obſtet exceptio quæ ſit diſcutienda in petitorio.*

DECISIO DCCCLIX.

FVIT à ſan. me. Gregor. XV. de menſe Iulij 1623. reſeruata annua penſio ſcutorum 80. monetæ Florentiæ ad fauorem Equitis Bonauenturæ Alberti ſuper redditibus Prępoſituræ Groſſetanæ de conſenſu Aurelij Alberti illius poſſeſſoris, qui quandiù vixit iſtam penſionem ſoluit, verùm quia mortuo dicto Aurelio Perinthius Maneſchus eius ſucceſſor (quamuis eamdem penſionem iam per annos 16. integrè ſoluiſſet) illam deinceps ſoluere recuſauit dictus Penſionarius inſtetit coram Vicario Senen. pro executione ſuarum litterarum Apoſtolicarum, & ab eo ſententiã fauorabilem reportauit, à qua cum Perinthius appellauerit mihiquè cauſa commiſſa fuerit cum clauſula Parito litteris arbitrio Rotæ, hodiè ad inſtantiam Angeli Mareſcotti dicti Perinthij ſucceſſoris, dubitaui: An intret arbitrium pro retardatione executionis litterarum Apoſtolicarum, & fuit negatiuè reſponſum.

1 Nam licet vigore dictæ clauſulæ † arbitrio
in commiſſione appoſitæ poſſit Rota cogno-
ſcere de validitate penſionis, non tamen eſt
impedienda via executiua competens penſio-
nario quando litteræ Apoſtolicæ ſunt iuſtifi-
catæ, vel non indigent iuſtificatione nec con-
ſtat euidenter de nullitate, vel extinctione
penſionis, *Rot. coram Durano deciſ. 60. num. 7. verſ. & quamuis arbitrium &c. & in recent. deciſ. 436. num. 4. par. 3.*

Iuſtificationes autem allatæ pro parte æquitis Bonauenturæ ad effectum de quo agitur viſæ fuerunt ſufficientes.

2 Clericatus † enim illius oſtenditur ex lit-
teris patentibus Epiſcopi Senen. datis in eius
Summ. nu. 3. quæ benè probant *Rot. penes ſan. me. Greg. XV. deciſ. 490. num. 6. Buratt. deciſ. 255. nu. 26. & deciſ. 708. num. 7.* Neque per ſubſequens ma-
trimonium effectus fuit incapax huius pen-
3 ſionis, quia cum ipſe ſit Eques † S. Stephani,
prout probatur ex atteſtatione data in Sum-
mario Angeli *num. 3.* illam retinerè valet vi-
gore indultorum Apoſtolicorum iſtis Equi-
tibus conceſſorum, & renouatorum per ſan.
me. Pauli V. in eius Conſtit. Incipien. dum
Generoſa &c. ſub dat. 18. Iunij 1608. in ord.
46. Bullar. par. 3.

Poſſeſſionem verò dictæ Præpoſituræ de
tempore reſeruatæ penſionis extitiſſe penes d.
Aurelium titularem per Triennium, & vltra
probatur ex Inſtrumento illius apprehenſio-
nis die 5. Februarij anni 1609. dato in *Summ.*
4 dicti Equitis ſub *num. 4.* à quo † tempore ci-
tra præſumitur continuata, *Rot. penes ſan. mem. Greg. XV. deciſ. 166. num. 9. verſ. licet ſufficeret &c. Buratt. deciſ. 823. ſub num. 3. verſ. qua præſumitur continuata &c.*

Valor quoquè expreſſus per aſcenſum in
ſumma ducatorum 350. monetæ Florentinæ,
ſatis ad effectum de quo agitur iuſtificatur nõ
ſolum ex narratiua litterarum promiſſionis
præfati Angeli, & Perinthij eius anteceſſoris
per non exceſſum de ducatis auri de Camera
300. ſed etiam ex atteſtatione iurata ſex teſtiũ
de ducatis ſimilibus ſexcentis conteſtantium,
de qua in *Summar.* eiuſdem Equitis ſub *num. 6.*
Quæ licet ſit extraiudicialis attamèn cũ cor-
roborentur ex dictis narratiuis, & ex actuali
ſolutione penſionis facta à dicto Aurelio toto
tempore eius vitæ, & per ſexdecim annos à
5 dicto Perinthio eius ſucceſſore † meretur fi-
dem, vt fuit dictum in *Leodien. Beneficij 3. Iulij 1628. coram bo: mem: Card. Vbaldo.* Et ratio eſt
quia non eſt veriſimile quod dicti Titulares
6 tanto tempore penſionem ſoluiſſent, niſi ve-
rus valor fuiſſet expreſſus, *Rot. deciſ. 293. ſub numer. 2. par. 1. diuerſ. & coram ſa: me. Gregor. XV. deciſ. 245. num. 6. verſ. quod maximè dicendum &c. & deciſ. 273. ſub num. 3. verſ. & nititur maxime veriſimilitudini &c.*

Solutio denique eiuſdem penſionis verè, realiter, & cum effectu per d. Aurelium donec vixit continuata iuxt. formam decreti in dictis litteris illius reſeruationis appoſiti probatur ex publicis Inſtrumentis incipien. à termino maturato in feſto Natiuitatis D. N. Ieſu

Chri-

Chriſti anno 1624. relatis in primo *Summario*
Equitis ſub *num.* 5. & in ſecundo ſub *nu.*1.& 2.
Et quamuis deficiat formalis probatio ſolu-
tionis vltimi termini maturati in feſto San-
ctiſs. Natiuitatis eiuſdem anni 1628. viuente
adhuc Aurelio qui obijt die 5. Februar. 1629.
Hæc tamen ſubſtantialiter, & in effectu facta
fuit ab eodemet Penſionario ſibi ipſi cum fue-
7 rit ſucceſſor † in vniuerſa hæreditate d. Au-
relij Titularis, & ideò nec alter ei poterat am-
plius ſoluere, *l. ſi ei cui* §.1. ibi *tanquam ipſa hæ-
reditas hæredi ſoluenti &c. ff. de euict. Rot. penes ſan.
mem. Greg. XV. deciſ. 67. n.10. verſ. accedit &c.*

Non obſtat, quod primus terminus ſolu-
tionis dictæ penſionis ceſſerit in die feſto Na-
talitio anni 1623. cum illa fuerit reſeruata
ſub die 4. Iulij eiuſdem anni, quia reſeruatio
non fuit ſimpliciter facta, ſed accedente con-
ſenſu Titularis, qui non fuit præſtitus niſi de
menſe Auguſti anni 1624. quo tempore fue-
runt expeditæ litteræ Apoſtolicæ, ac ideò nõ
anteà ceſſit illius ſolutionis terminus quam
in dicto ſequenti feſto Natiuitatis anni 1624.

Minùs obſtat, quod ſolutio quatuor ex di-
ctis terminis à die feſto Natiuitatis anni 1625
vſque ad feſtum Natiuitatis anni 1627. iuſti-
ficetur ex Inſtrumento confeſſionato quod in
hac materia non admittitur cum vigore præ-
8 fati decreti vera, & realis ſolutio probari de-
beat, *Rot. in Parmen. Penſionis 25. Iunij* 1627. *corã
bo.me. Manzanedo* §. *& licet &c.*

Quia obiectio procedit, quando confeſſio
ſola producitur aliundè non adminiculata,
ſecùs autem vbi alijs adminiculis roboratur
veluti in caſu noſtro ex præcedentibus, & ſe-
quentibus ſolutionibus etiam continuatis per
annos ſexdecim à dicto ſucceſſore Aurelij.
9 Tunc enim ſufficit † pro iuſtificatione veræ
ſolutionis, *Rot. in Regien. Penſionis 31. Ianuarij
1624. coram Buratt. deciſ. 759. ſub num.6. verſ. in
quo etiam Inſtrumento &c. cum ſeq. & in Auerſana
Penſionis 30. Martij 1626. coram bon. mem. Merlino
apud Modern. Peruſ. de manuten. deciſ. 304. ſub nu-
mer. 3. verſ. quoniam Domini animaduerterunt &c.*

Et in hanc ſententiam eò libentiùs iuerunt
Domini quia Eques Bonauentura reperitur
in quaſi poſſeſſione exigendi penſionem à tã-
to tempore citra in qua etiam obtinuit manu-
teneri, vndè reſultat ſufficiens iuſtificationis
præſumptio ad effectum, vt litterarum exe-
10 cutio retardari non valeat † donec ordinariũ
petitorium iudicium terminetur in quo præ-
dicta omnia pleniùs probari & exactius di-
ſcuti debeant, vt dixit *Rot. coram Buratt. d. deciſ.
759. ſub num.9. verſ. nec obſtat alia clauſula &c. &
ſeq. & in Cremonen. Penſionis 25. Februarij 1622.
coram bo.me. Vbaldo apud Modern. de manuten. de-
ciſ. 163. à numer. 1. verſ. ſuper quo dubio &c. cum
ſequen.*

Et ità vtraque &c.

REATINA CASTRORVM.

Mercurij 15. Iunij 1650.

ARGVMENTVM.

Habes ex Summario.

SVMMARIVM.

1 *Nepos cum patruo ſuperſtite pro æquali ſuccedit
alijs patruis tam ex diſpoſitione iuris communis quã
feudalis, & num. 2.*

3 *Interdictum quorum bonorum non datur contra Ti-
tulo poſſidentem.*

4 *Hoc non procedit quando quis poſſidet pro hærede.*

5 *Tranſactio ſuper iuribus tunc competentibus tran-
ſigenti non extenditur ad iura & hæreditates po-
ſtea delatas.*

DECISIO DCCCLX.

RESOLVTVM fuit Tancredi Marerio,
vigore interdicti quorum bonorum, dã-
dam eſſe pro nunc immiſſionem in poſſeſſio-
nem quartæ partis Caſtrorũ Aſcreæ, & Mar-
citelli, quæ quarta pars continet dimidiam
portionum à Marco Antonio & Attilio eius
Patruis poſſeſſarum.

Nam pro hac dimidia Tancredes illis ab In-
teſtato defunctis, vna cum Hieronymo altero
1 eius Patruo ſuperſtite, ſucceſſit † tam ex di-
ſpoſitione iuris communis *Auth. ceſſante C. de
legitim. hæred. Gratian. diſcept. 687. num. 2. Rot. coram
Buratt. deciſ. 262. num. 10. & deciſ. 309. num. primo,*
2 quam † feudalis *cap. 1.* §. *his verò deficientibus de
ſucceſs. fratr. in vſib. feud. Schrader. de feud. par. 7.
cap. 7. ſub num. 15. verſ. quo igitur &c. cum ſequ.* di-
cens hoc ſibi locum vindicare ſiue feuda ſint
ex pacto, & prouidentia, ſiuè hæreditaria,
*Mart. de ſucceſs. legal. par. 1. q. 23. art. 3. ſub num. 28.
verſ. quartus caſus eſt &c.*

3 Nec obſtat, quod Interdictum † quorum
bonorum non detur contra titulo poſſidentẽ
vt dixit *Rot. in Romana hæreditatis de Virili 30.
Decembris* 1640. *coram bo.me. Coccino*. Quia, præ-
termiſſis alijs reſponſionibus non procedit
4 obiectio quando † quis poſſidet pro hærede,
vt in hoc caſu poſſidebat dictus Hieronymus
tempore moti Iudicij, prætendens ſe eſſe di-
ctorum ſuorum fratrum hæredem, & poſt
eum Thomas eius filius, *l. 1. in princ. ff. quorum
bonorum l. 2. C. eodem tit.* §. *altera inſtit. de interd.
Menoch. de adipiſcend. poſſeſs. remed. 1. num. 49. verſ.
quæro decimotertio &c.*

Minùs obſtat tranſactio cum Tancrede in-
nita die 28. Maij 1636. & per dictos Marcum
Antonium, & Attilium ratificata die 30. Sep-
tembris eiuſdem anni. Quia ſolum compre-
hendit iura tunc competentia ipſi Tancredi,
ac eius ſororibus ſuper portione Franciſci cõ-
munis Patris defuncti, vt apparet ex ipſius le-
5 ctura, ideoquè ad hæreditates † poſtea delatas
extendi non poteſt, *l. ſi de certa C. de tranſact.
Rota coram ſan. mem. Gregor. XV. deciſ. 158. ſub n. 1.
& ſeqq.*

Quo verò ad iura per Tancredem prætenſa
ſuper portione Franciſci Patris, vel aliter in
dicta tranſactione comprehenſa, ordinarunt
DD. vt particulariter videatur.

Et ità vtraque &c.

VO-

VOLTERANA CAPELLANIAE.

Luna 27. Iunij 1650.

ARGVMENTVM.

Litteræ Apoſtolicæ quando non ſunt iuſtificatæ intrat arbitrium prò illarum non executione.

SVMMARIVM.

1 *Beneficia manualia non cadunt ſub regulis reſeruatoriis.*

2 *Beneficii ſtatus primordialis quando reſultat ex re iudicata, vel confeſſione partis ſeu inſtrumento illius fundationis tunc vltimus ſtatus non attenditur neque ad effectum ſuſtinendi collationem niſi fuerit legitimè præſcriptus.*

3 *Epiſcopus non habet poteſtatem mutandi ſtatum beneficii.*

4 *Præſcriptio non intrat ceſſante bona fide.*

5 *Clauſula arbitrio multum relaxat de rigore iuris, & ideo arbitriū ſemper intrat ſi probabilis adſit cauſa dubitandi.*

DECISIO DCCCLXI.

RESOLVTVM fuit intrare arbitrium pro retardatione executionis litterarū Apoſtolicarum ad fauorem Ioannis Caroli Bargracchi expeditarum, quia tantum abeſt vt probetur Capellaniam ſitam in Eccleſia Parochiali S. Michaelis Ciuitatis Volterræ ſub inuocatione S. Honuphrij eſſe beneficiū perpetuum prout fuit expoſitum Papæ, quinimò ex publico Inſtrumento fundationis illius clarè conſtat illam eſſe manualem, eiuſque Capellanum amouibilem ad nutū Abbatis Sancti Andreæ Congregationis Oliuetanæ, vndè excluditur reſeruatio Regulæ 9. Cancellariæ, ſuper qua fundata eſt gratia dicti Bargracchi,
1 cum † beneficia manualia non cadant ſub regulis reſeruatorijs, *Calder. conſ. 26. de præbend. latè Gonzal. ad reg. 8. hodie 9. gloſ. 5. §. 6. à nu. 9. Rot. coram bo. me. Buratt. deciſ. 114. num. 1. & in recent. deciſ. 290. num. 5. par. 5. & deciſ. 245. nu. 3. cum plur. ſeqq. part. 6.* & fuit dictum in *Colonen. Præpoſitoria 27. Ianuarii coram R. P. D. meo Cerro.*

Non obſtat prætenſus vltimus ſtatus collatiuus, qui videtur ſufficere ad effectum ſuſtinendi prouiſionem Apoſtolicam, quoniam concluſio procedit quando agitur de pertinētia collationis, quo caſu prouiſio facta ſecundum vltimum ſtatum ſcil. ab eo qui reperitur in quaſi poſſeſſione conferendi ſuſtinetur ea ratione quia collatio, electio, præſentatio reputantur tanquam fructus, qui ad poſſeſſorem ſpectant. Sed quandò prout hic agitur de ſtatu beneficij, & conſtat de ſtatu anteriori contrario per liquidiſſimas probationes nempè per rem iudicatam, vel confeſſionem Partis, vel etiam per publicum inſtrumentum fundationis, vt dixit *Rot. in recent. deciſ. 374. n. 6.*
2 *par. 1.* non attenditur † vltimus ſtatus, neque ad effectum ſuſtinendi collationem, niſi fuerit legitimè præſcriptus *iuxt. text. in cap. cum de beneficio 5. de præbend. in 6. Mareſcott. reſol. 55. ſub num. 67. verſ. veluti ſi conſtet lib. 1.* & pleniùs diſtinguendo explicauit, *Rot. in recent. deciſ. 188. per tot. deciſ. 229. ſub nu. 3. & 4. deciſ. 308. ſub nu. 6. verſ. procedit enim, & ſeq. par. 1. deciſ. 737. nu. 6. p. 2. deciſ. 13. num. 21. 26. & ſeq.* & ſequitur *Add. ad ſa. me. Greg. XV. deciſ. 77. ſub nu. 12. verſ. prædictis eſt conformis alia concluſio.*

In præſenti autem caſu conſtat vt dictum eſt de primæuo ſtatu manualitatis. Et è contra non docetur, quod poſterior collatiuus fuerit vnquam præſcriptus, quandoquidem duæ collationes, quæ ad hunc effectum afferuntur pro parte Bargracchi ſunt omninò imperfectæ ob defectum poteſtatis, vel voluntatis eorum, qui hoc beneficium in titulum cōtulerunt; ſiquidem vna facta fuit de anno
3 1575. ab Ordinario, qui non habet † poteſtatem immutandi ſtatum beneficij quemadmodum notant Doctores in *d. cap. cum de beneficio 5. de præbend. in 6. Rot. in Lucana Iuriſpatronatus de Podiis 23. Martii 1620. §. quoad ſecundum in fin. coram bo. me. Archiepiſcopo Seleucien. & deciſ. 636. num. 9. coram bo. me. Buratt. ibique addens. lit. E. & in Peruſina Parochialis 10. Iunii 1641. §. ſecundo quia in fin. & in alia Peruſina Beneficii 10. Februarii 1648. §. non obſtant duæ collationes coram R. P. D. meo Bichio*; vltraquod Ordinarius tan-
4 quam † optimè informatus ex debito officij de qualitate, & ſtatu beneficiorum propriæ Diœceſis carebat bona fide, ſine qua præſcribi non poteſt, vt in punct. *Mareſcott. de reſolut. §. num. 69. Lotter. de re benef. lib. 1. q. 34. num. 46. & & ſeq. Rot. d. deciſ. 308. num. 4. & ſeq. par. 1. recent. Add. ad ſa. me. Gregor. XV. deciſ. 434. num. 20.* cum Concordantibus. Altera verò emanauit à Summo Pontifice de anno 1615. qui niſi expreſſerit in verbis non cenſetur voluiſſe illum immutare, *Calder. d. conſ. 26. in fin. de præbend. Rot. in d. deciſ. Lucana Iuriſpatronatus de Podiis §. in propoſita autem facti ſpecie coram bo. mem. D. Seleucien. & in allegat. deciſ. 308. num. 3. in fin. p. 1. rec. & alibi paſſim.*

Et in hanc ſententiam eò libentiùs iuerunt Domini, quia ad effectum ſuperſedendi in executione litterarum Apoſtolicarum ſufficeret reſeruationem eſſe dubiam, ex quo clauſula arbitrio, multum relaxat de rigore iuris,
5 & ideò arbitrium † ſemper intrat, dum probabilis adeſt cauſa dubitandi, vt fuit dictum in *Leodien. Parochialis 36. Decembris 1594. coram Litta penes Marcheſ. de commiſſ. par. 1. fol. 435. ſub num. 2. verſ. quæ omnia ſimul iuncta &c. & Cardin. Caualer. deciſ. 92. ſub num. 1. verſ. quia clauſula arbitrio &c. cum ſeq. & ſæpè in aliis.*

Et ita vtraque &c.

Digitized by Google

ROMANA FIDEICOMMISSI DE ALICORNIS.

Luna 27. Iunij 1650.

ARGVMENTVM.

Immiſſio vigore *l.fi. C.de Ed. diu. Adr.toll.* quibus concurrentibus concedatur fideicommiſſarijs.

SVMMARIVM.

1 *Poſiti in conditione ex Statut. Vrb. cenſentur diſpoſitiuè vocati perinde ac ſi nominatim expreſſi fuiſſent.*

2 *Obitus probatur ex fide Parochi extracta ex libro in quo mortui deſcribuntur.*

3 *Obitus alicuius ſine filiis præſumitur eo ipſo quod exaduerſo non docetur de contrario.*

4 *Subſtitutio reciproca inducta inter inſtitutos quo caſu cenſeatur repetita inter poſitos in conditione non ſolum in caſu alienationis ſed etiam in caſu mortis, & num.5.*

6 *Fideicommiſſum quod ſit expiratum non ſtatur erronea grauati aſſertioni ſed Iudici cuius iudicium attendi & præferri debet.*

7 *Confeſſio ſeu denominatio anteceſſoris nocet ſucceſſoribus habentibus cauſam à confitente.*

8 *Immiſſio ex* remed. l. fin. C. de Edict. Diu Adr. toll. *quibus cõcurrentibus fideicommiſſario ſit concedenda.*

9 *Alienatio non ſuſtinetur niſi in vita alienantis in præiudicium ſucceſſiuè vocatorum quamuis proceſſerit ex cauſa permiſſa à teſtatione quando grauatus dedit cauſam d. alienationi ob eius culpam, & hoc ne ſit in poteſtate grauatorum euertire fideicõmiſſum, & n.10.*

11 *Hæredis grauati neceſſitatibus ſubueniendum eſt ex bonis liberis & nõ ex fideicõmiſſariis etiam ſi caſus neceſſitatis fuiſſet vnus ex illis quorum contemplatione teſtator permiſit alienationem.*

12 *Fideicommiſſario non denegatur immiſſio quando detractiones ſunt illiquidæ.*

13 *Exceptio turbida non impedit fideicommiſſario immiſſionem.*

DECISIO DCCCLXII.

TRAIANVS ſenior de Alicornis ſuum condidit teſtamentum, in quo hæredes vniuerſales inſtituit Ioannem Baptiſtam, & Fauſtum eius filios, eoſq; ſine filijs decedentes ad inuicem ſubſtituit, ac vltimo morienti ſine filijs ſubſtituit filias fœminas quas præuia dotatione excluſerat ab eius ſucceſsione, omnibus inſuper inſtitutis; & ſubſtitutis expreſsè prohibuit alienationem totius vel partis ſuæ hæreditatis, quam alienari poſſe voluit ſolum in caſibus à iure permiſsis, ac in alijs ab eo expreſſis præter quos ſi contingeret aliqua fieri alienatio partem alienantis deuolui ac deueniri voluit ad fideicommiſſarios, quatenùs extarent, alioquin ad proximiorem de familia Alicona. Vita functo dicto Teſtatore, deceſſit Fauſtus relicta Cornelia filia deinde obijt Ioannes Baptiſta relictis Paulo Traiano iuniori, & Franciſco filijs, quibus pariter defunctis ſine filijs Cornelia prætendens ad ſui fauorem purificatum eſſe dictum fideicommiſſum inſtetit pro immiſſione vigore, *l. fin. C. de edict. diu. Adr. toll.* & poſito à me dubio: an, ſuper quibus bonis ei danda eſſet immiſſio DD. reſponderunt illam eſſe concedendam in Poſſeſſionem Prati Rotundi ad Põtem Salariũ exiſtentis pro rata ſc. 2850. auri in auro ponderis veteris conſtituentiũ ſcu. 3500. monetæ circiter pro qua illud fuit cum beneplacito Apoſtolico ſubrogatum in locum Palatij fideicommiſſarij venditi Cardinali Contarello, nec non in poſſeſſionem duarum ex tribus partibus domus ſitæ in via Curſus eidem fideicommiſſo ſubiectæ cum alia pars dicatur ſpectare ad Corneliam.

Nam de fideicommiſſo ad fauorem dictæ Corneliæ clarè conſtat ex d. teſtamento Traiani ſenioris eius Aui, à quo cum ipſa fuerit
1 in conditione † poſita cenſetur diſpoſitiuè vocata ex Stat. Vrb. lib. 1. cap. 142. perindè ac ſi fuiſſet ſpecialiter nominata *Gabr. conſ. 113. ſub num. 12. lib. 1. Peregr. de fideicommiſſis art. 28. ſub numer. 3. & conſ. 52. ſub nu. 6. lib. 4. Menoch. præſumpt. 62. ſub num. 59. lib. 4. Rot. penes ſan. mem. Greg. XV. deciſ. 315. num. 10. verſ. firmata prima inſpect. & deciſ. 248. ſub num. 1. verſ. quinimò &c. p. 7. rec.*

Illius autem purificatio iuſtificatur ex eo quia dd. Paulus, Traianus iunior & nuper Frã
2 ciſcus obierunt ſine filijs, nam † obitus plenè probatur ex fide Parochi extracta ex *lib. in quo mortui deſcribuntur Rot. deciſ. 564. num. 4. p. 5. tom. 2. recent. bo. me. Burat. deciſ. 708. num. 11.* quod verò
3 ipſi deceſſerint † ſine filijs præſumitur eo ipſo quod exaduerſo non docetur de contrario, *Alex. conſ. 20. num. 12. & conſ. 39. num. 2. lib. 1. Dec. conſ. 578. ant. num. 1. verſ. & quod deceſſerit ſine filijs & conſ. 652. num. 7. Alciat. de præſumpt. reg. 1. præſumpt. 49. num. 3. Maſcard. de probat. concl. 343. n. 8.* & alios refert *Menoch. præſumpt. 182. n. 5. tit. 4.*

Nec obſtat, quod dicatur Teſtatorem induxiſſe reciprocam ſubſtitutionem ſolum inter dictos Ioannem Baptiſtam, & Fauſtum eius filios inſtitutos hæredes, non autem inter nepotes in conditione poſitos, & alios ſucceſſiuè vocatos, ideoquè fideicommiſſum non potuerit hodiè purificari ad fauorem Corneliæ cum per obitum dd. hæredum grauatorũ, cum filijs illud expirauerit, quia dum teſtator non ſolum ipſis filijs hæredibus inſtitutis, ſed etiam omnibus alijs ad quos ſua hæreditas peruentura foret expreſsè prohibuit alienationem totius, vel partis eiuſdem hæreditatis, & in caſu contrauentionis voluit illam deuolui ad alios Confideicommiſſarios ſi viuerent ſin minus ad proximiorem de familia, ſatis colligitur eoſdem quoquè nepotes prius in d. conditione poſitos ſub huiuſmodi prohibitione comprehendere, & conſequenter
4 inter eos etiam reciprocam † ſubſtitutionem ordinare voluiſſe Teſtatorem, non ſolùm in caſu alienationis, vt ſuper hoc teſtamento fuit reſolutum die 2. Martij 1598. *coram Peregr. deciſ. 512. p. 4. diuerſ. & 29. Martij eiuſdem anni coram*

Litta,

Digitized by Google

Lit.14, & probatur ex relatis per *Fuſar. de ſubſt. q.685.num.53.verſ.limitatur ſecundò & q.689. numer.8. verſ.declaratur ſecundò & ſeq.* Sed etiam
5 in caſu mortis † cuiuſcunque vocati ſine filijs
vt fuit reſponſum *coram Eminentiſſimo D. meo Cardinali Panzirolo* 16. *Martii* 1639. & pluribus
rationibus in eius deciſione deductis, & optimè comprobatur ex dicta *Gregor.XV.dec.315. ſub dicto nu.10. verſ. ſed ſi prius eſſent expreſsè vocati &c. cum ſeqq.& in recem. deciſ.302.nu.8. verſ. quod autem &c. & ſeq.ac deciſ.161. ſub numer.13. verſ.vndè inferebatur &c. cum ſeq. p.1. & dec.248. per tot.p.7.*

Minùs obſtat aſſertio ſuper expiratione dicti fideicommiſſi facta per Paulum alterum ex filijs d. Ioannis Baptiſtæ in eius teſtamento condito 28. Ianuarij 1637. de quo tempore ſuper eo pendebat lis inter d. Franciſcum, & Corneliam quia huiuſmodi cognitio, ac declaratio non ſpectabat ad ipſum, ſed ad Iudicem à quo fuit contrarium poſtea iudicatum de voto *Rot.coram d.Eminentiſſ. D. meo Cardinali Panzirolo ſub die 16.Maii* 1639. cuius iudicium
6 præferti atquè attendi debet, non autem erronea grauati aſſertio, *l. voluntatis 7. C. de fideicomm.Mantic.de coniect.lib.3.tit.1.num.29. verſ.caterum & ſeqq.cum alijs relat. per Fuſar. conſ.1. ſub n.28.verſ.reſpondetur &c.*

Cùm igitur de exiſtentia, & purificatione fideicommiſſi ad fauorem Corneliæ ex iam dictis dubitari non poſſit Dominos progredientes ad alia requiſita pro immiſſione obtinenda neceſſaria dixerunt conſtare etiam de legitimatione perſonæ ipſius Corneliæ nempè quod ipſa ſit filia d. Fauſti alterius, ex hæredibus grauatis, quod abundè probatur, tam ex depoſitionibus Teſtium formiter deſuper examinatorum, quam ex teſtamentis dd.Traiani iunioris Pauli, & Franciſci in quibus à Teſtatoribus Cornelia fuit appellata eorum
7 ſoror Conſobrina, quæ † denominatio proculdubio præiudicat Rutilio Paracciano, ac plenè probat contra eum habentem cauſam à d.Franciſco, *Rot.deciſ.602. num. 2. in fin. par.4. & deciſ.229.num.3.par.7.recent.* & fuit dictum in *Bononien. fideicommiſſi de Ramundinis 9. Maij 1636. coram me impreſſ. in dicta par.7.recent.deciſ. 131.num.4.*

Demùm quod bona prædicta in hæreditate dicti Traiani ſenioris ac proindè illius fideicommiſſo ſubiecta remanſerint iuſtificatur ex publico Inſtrumento ſubrogationis d. Prati factæ pro rata prædicta in locum Palatij fideicommiſſarij dicto Cardinali Contarello venditi anno 1605. & ex alio Inſtrumento tranſactionis à d. Traiano iuniore Paulo, & Franciſco fratribus de Alicornis inuitæ de anno 1616. cū Antonio Mariano, in quo dd. fratres declararunt domum ſitam in via curſus eſſe fideicommiſſariam, nec nō ex apocha diuiſionis bonorum fideicōmiſſariorum inter Paulum, & Franciſcum confecta, & nomine eiuſdem Franciſci in iudicio coram A.C. producta vna cum prædictis Inſtrumentis quam productionem ipſemet Franciſcus ſubindè ratificauit.

Quibus concurrentibus concedenda eſt im-
8 miſſio † ex remedio, *l. fin.C.de edict.diu.Adrian.tollen.* fideicommiſſario illam petenti vigore teſtamenti non aboliti nec in aliqua ſui parte ſubſtantiali cancellati, vt fuit dictum in *Bononien. fideicommiſſi de Rubeis 30. Maii 1646. coram R.P.D.meo Cerrado in princ.* & ibi aliæ plures concordantes allegantur etiam contra tertium poſſeſſorem, qualis eſt dictus Rutilius habens cauſam à Ioanne Baptiſta Pauluccio, cui prædicta bona, tanquam plus offerenti de mandato Iudicis, & conſenſu dicti Franciſci tunc in carceribus detenti fuerunt deliberata pretio ſcutorum 1200. monetę ad inſtantiam venerabilis Eccleſiæ Sanctorum Ambroſij, & Caroli nationis Mediolanen. eiuſdem Franciſci creditricis occaſione cenſus ſcutor. mille in ſorte vt pluribus relatis fuit dictum in Romana fideicommiſſi de Zuccaris 4. *February præſentis anni coram me §. nam exiſtentia fideicommiſſi verſ. etiam contra tertium.*

Non obſtat, quod alienatio dd. bonorum facta fuerit ob vrgentem neceſſitatem liberādi d. Franciſcum à carceribus. Vndè infertur eam eſſe validam tanquam in hoc caſu permiſſam ab ipſo Teſtatore, ibi. *Saluo per caſi legitimi, e conceſſi dalla ragione, come prigionia, detentioni in mano d'infedeli, ò altra eſtrema neceſſità &c.* & cōſequenter Paraccianum eſſe legitimum contradictorem ad impediendum Corneliæ immiſſionem. Quia cum Franciſcus fuerit ob eius culpam carceribus mancipatus quippe cenſum nulla prorſus vrgente legitima neceſſitate impoſuerat ſuper d. Prato tanquam libero non poteſt huiuſmodi facultatis vigo-
9 re ſuſtineri alienatio † vltra vitam alienantis
prout leges diſponunt, ad quas teſtator ipſe ſe retulit, *l.penult. §.prædium ff. de leg.2.* ne aliàs
10 ſit in eiuſdem grauati facultate † fideicom-
miſſum euertere contra diſponentis intentionem, *Cephal.conſ.254.à num.7.& ſeq.& conſ.255. num.2.cum ſeqq.Odd.de prohibit.alienat. q.32.nu.7. verſ.autem quærimus, & ſeq. & num.48.verſ.aut nō poteſt aliunde &c. & nu.69.verſ.1.caſ. &c. Peregr. de fideicom. art.42. ſub num.91. verſ.quod ſi detineretur,* cum alijs relatis per *Fuſar.de ſubſt. q.535. n.10.verſ.declaratur ſecundò.*

Eoquè minus ſubſtineri poteſt alienatio prædicta, quia extabant plura bona libera ab omni onere fideicommiſſi, & præſertim pars Prati cenſuati, cum illud fuiſſet emptum pretio ſcut.5000.& pro rata ſcutorum 3500. monetę circiter tantum ſubrogatum in locum domus fideicommiſſariæ venditæ Cardinali Contarello.

Ideoque prius cum liberis, quam cum bonis fideicommiſſarijs erat occurrendum
11 neceſſitatibus grauati † etiam ſi caſus fuiſſet
vnus ex illis à Teſtatore permiſſis, vt in terminis tradit, *Gabr conſ.18.num.6.lib.1. Maluaſ. conſ.8.num.26.Peregr.de fideicomm. art.40. nu.22. Odd.de prohibit.alienat.d.q.32.num.47.verſ.aut grauatus, Fuſar.de ſubſt. d. quæſt.535. verſ. declaratur primo &c. & quæſt.542. num.14. verſ. declaratur tertio.*

Nec releuat detractio ſcutorum 1333. circiter

citer

citer ob tertiam partem dotis maternæ Franciſcô tangeñ prætenſa ex *remed. authent. reſ. quæ Commun. de legat.* quoniam pro illius ſatisfactione prius calculari debent duæ ex tribus partibus portionis liberæ d. Prati, quæ in d. diuiſione bonorum facta inter Paulum, & Franciſcum fuerunt ipſi Franciſco aſſignatæ cum onere illas accipiendi ad bonum computum ſuæ portionis dictæ dotis maternæ, quæ duæ partes ſic illi aſſignatæ important ſcuta mille circiter, nam vt dictum eſt Pratum emptum fuit pretio ſcutorum 5000. & pro rata ſcutorum 3500. circiter ſubrogatum fideicommiſſo de quo agitur. Vndè portio libera remanſit ſcutorum 1500. circiter, quorum duę partes ſunt ſcutorum 1000. circiter. Deinde reddi debet ratio de bonis, quę in hæreditate prędicti Ioannis Baptiſtæ d. Franciſci Patris, cui ipſe cum alijs fratribus ſucceſsit remanſerunt, & in Inuentario ab ipſis fratribus cōfecto deſcripta fuerunt, vt fuit dictum in *Bononien. de Glauarinis 23. Ianuarii 1647. coram Reuerendiſſ. Terracinen. in recent. deciſ. 88. ſub num. 21. verſ. nec etiam poſſum conſiderare &c. cum ſeqq. p. 7.* & prius *coram Seraph. deciſ. 321. nu. 18. ac in alijs ibi relat.* Nam ante redditam rationem dictorum bonorum cum ſit incertum quid ſuperſit occaſione dotis prædictę ſoluen. Franciſco non

13 poteſt impediri † immiſſio Corneliæ in portione fideicommiſſo ſubrogata, *Rot. deciſ. 47. num. 13. p. 5. recent.* Licet quoad aliam partem Prati liberam poſſeſſam à Franciſco pro iuribus dotalibus ſuæ matris aſcendentem ad dictam ſummam ſcutorum mille circiter non habuerunt Domini difficultatem quod pro ea competat Rutilio retentio.

Poſtremò minus obſtat prætenſa reſtitutio fructuum per Corneliam perceptorum à die litis citra contra eam per d. Franciſcum motę ſuper reſtitutione bonorum d. fideicommiſſi ad quos fuit cōdemnata per ſententiam A. C. quia cum illi non ſint liquidi imò nec ſatis conſtat an & pro qua parte fuerint ab ipſa percepti, & vlterius d. ſententia reperiatur ſuſpenſa per appellationem à Cornelia inter-

13 poſitam † minus poteſt ſub hoc prætextu impediri illius immiſſio, *Rot. deciſ. 5. numer. 1. verſic. quo verò ad alias detractiones &c. & ſeq. p. 5. deciſ. 301. n. 17. verſ. & talis exceptio &c. cum ſeq. p. 6. rec. & ſæpè in alijs.*

Atque ità vtraque &c.

ROMANA PECVNIARIA.

Lunæ 27. Iunij 1650.

ARGVMENTVM.

Salariorum quantitas remittitur arbitrio Iudicis quando illorum certa conuentio non pręceſſit inter partes.

SVMMARIVM.

1 *Validitas ſententiæ reſultat ſi concurrant requiſita de quibus per* Caputaq. deciſ. 260. par. 2.
2 *Iuſtitia ex deciſionibus in cauſa editis reſultat.*
3 *Debitum comprobatur ex partitis legitimè extractis à libris eiuſdem debitoris, & habitis pro recognitis.*
4 *Salariorum quantitas remittitur arbitrio Iudicis quando inter partes non fuit determinata.*
5 *Compenſatio de liquido ad liquidum ſemper admittitur.*

DECISIO DCCCCLXIII.

DOMINI reſponderunt pro confirmatione ſententiæ Rotalis in qua præuia confirmatione ſententiæ A. C. in prima inſtantia latæ condemnatus fuit Franciſcus de Nobilibus ad reſtituendum DD. de Siris ſcut. 8238. ſol. 16. den. 9. auri in auro ſtampatum pro totidem per eum debitis ex cauſa adminiſtrationis quam ſpatio annorum decem, & menſium octo geſſit in eorum Banco cuius adminiſtrationis, ac ſeruitij ratione d. Franciſcus vice verſa fuit in eadem ſententia Rotę declaratus creditor ſalarij arbitrati per Dominos in ſcut. 200. annuis pręter alimenta per eum ab eiſdem de Siris recepta tempore, quo ipſe eis operam ſuam locauit, quod ſalarium compenſandum fore cum concurrenti quantitate prædictæ ſummę per eum debitę ſubiſigitur in eadem ſententia.

1 Nam eius validitas † non controuertitur nec controuerti poteſt cum illa appareat ex reuolutione actorum continentium omnia quæ pro validitate concludenda enumerat, *Caputaq. deciſ. 260. p. 2.*

2 Iuſtitia verò eiuſdem † patet ex deciſionibus emanatis ſub diebus 19. *Ianuar. 1646. & & 10. Februarii 1648. coram R. P. D. meo Corrado,* in quibus optimè demonſtrata validitate di-

3 ctæ ſentetiæ A. C. dicitur † creditum dd. de Siris in ſumma præfata aureorum 8238. 16. 9. ſtampatum probari ex partitis in eorū libris propria ipſius Frāciſci debitoris manu deſcriptis, & legitimè extractis, ac habitis pro recognitis iux. trad. per *Gratian. diſcept. 391. ſub n. 1. verſ. etenim & diſcept. 728. ſub nu. 1. verſ. quo ſtante cum ſeqq. Rot. in Romana pecuniaria coram R. P. D. meo Bichio 13. Maii 1644. in §. & iuſtum quia debitum probatur &c. & 9. Decembris eiuſdem anni in §. iuſtitia pariter eiuſdem mandati &c. & in alia Romana Pecuniaria 15. Martii 1649. coram R. P. D. meo Otthobono in §. creditum autem &c.* vndè concluditur quod meritò fuit ab A. C. condemnatus d. Franciſcus ad dictam quantitatem reſtituendam.

Salarium autem prædictum, ac illius liquidatio in ſcut. 200. annuis præter alimenta eidem Franciſco præſtita in domo dd. de Siris iuſtificantur ex depoſitionibus teſtium ex ſolito, & ex alijs deductis in ſecunda deciſione *R. P. D. mei Corradi in §. verùm quia nonnulli teſtes &c. & ſeqq. vſque ad fin.* Ex quibus Iudex

4 congruè † arbitrari poteſt iuſtam ſalarii quātitatem,

Digitized by Google

titatem, quando prout in præſenti caſu inter partes non fuit conuenta, vt alijs relatis probat *Menoch. de arb. Iud. caſ. 515. num. 3. verſ. tertius eſt caſus*, & fuit dictum in *Interamnen. Mercedis coram R. P. D. meo Otthobono*.

Qua ſtante liquidatione crediti quod debitor habet cum ſuo creditore intrat compen-
5 ſatio † cum illa ſemper de liquido ad liquidũ admitti debeat parte opponente, *l. fin. C. de compenſat. §. in bonæ fidei vbi gloſ. & DD. Inſtit. de action. Tiraquell. in l. ſi vnquam in verb. reuertatur num. 15. C. de reuoc. donat. Tindar. de compenſ. art. 8. col. 2. verſ. nunc videamus Rot. penes Seraph. deciſ. 1455. num. 4. & in recent. deciſ. 424. num. 1. par. 4.* Eoquè faciliùs in hoc caſu in quo dicti debitores hodiè non impugnant amplius dictum ſalarium, ſed illud fatentur, & contextantur compenſare pro dicta ſumma in ſententia expreſſa.

Et ita dictis de Siris tantum informantibus reſolutum &c.

VERVLANA BONORVM.

Veneris 1. Iulij 1650.

ARGVMENTVM.

Actorum tranſportatio non integra ex quibus depromatur non obſtante atteſtatione Notarij Actuarij ilia fuiſſe integraliter traſportata: Rota non attendit ſententias aliorum Tribunalium niſi guſtata illarum iuſtitia quę per deficientiam Actorum cognoſci non poteſt.

SVMMARIVM.

1 *Actorum deficientia reſultat ex reuolutione proceſſus.*
2 *Productio præſumitur realis ſtantibus verbis in proœmio ſententiæ viſis iuribus, & inſtrumentis productis &c.*
3 *Interpratatio quando non eſt congrua immo contraria & extranea venit reijcienda, & n. 4.*
5 *Actorum integra tranſportatio licet præſumatur ex atteſtatione Notarii Actuarij, cui in hoc creditur attamen hoc procedit donec exhibeatur probatio contraria.*
6 *Sententia debet iuſtificari ex proceſſu.*
7 *Rotæ ſtylus eſt non attendendi nec exequendi ſententias aliorum tribunalium niſi cognita earum iuſtitia & validitate.*
8 *Sententiæ validitas & iuſtitia non poteſt deduci ſi deficiat actorum omnium traſportatio.*
9 *Præcipuè ſi deficiant acta releuantia.*
10 *Actorum deperditorum traſportatio redditur impoſſibilis.*
11 *Actorum deperditio quomodo ſit iuſtificanda.*
12 *Reuelationes vigore excommunicationum nullum probationis gradũ faciunt niſi formiter repetantur reuelantes.*
13 *Teſtes inter ſe contrarij ad inuicem colliduntur, & nihil probant.*

DECISIO DCCCLXIV.

RESOLVTVM fuit non conſtare de integra tranſportatione actorum, & Communitatem Verulanam teneri ad illorum tranſportationem; Siquidem in extractu proceſſus de partibus ad Rotam tranſportato deficiunt nonnulla iura pro parte Angeli Spani contra d. Cõmunitatem exhibita coram Locumtenente Prouinciæ Campaniæ, præcipuè alterum ex tribus Inſtrumentis productis ſub die 14. Octobris 1587. rogatum per Franciſcum Bonum de anno 1559. nec non depoſitiones decem teſtium formiter examinatorũ de anno 1588. vt liquet ex reuolutione illius
1 per quem † rectè conuincitur negatiua, ſeù deficientia actorum, *Dec. in l. iuſtum 6. num. 3. C. de eden. Rot. int. recent. deciſ. 455. num. 4 par. 2. deciſ. 429. num. 1. par. 3. deciſ. 9. num. 1. verſ. conſtat enim quod Iudex, & deciſ. 145. num. 2. verſ. & cum ex reuolutione actorum par. 4. Cauaker. deciſ. 535. num. 5. & deciſ. 572. num. 6. latè adden. ad ſa. mem. Greg. XV. deciſ. 416. num. 8.*

Nec dubitari poteſt quin dictũ Inſtrumentum fuerit productum, ac prædicti teſtes fuerint examinati, cum hæc iuſtificentur non ſolùm ex actibus veræ, & realis productionis, nec non ex inſtantijs Partis, ac decretis Iudicis ſuper examine, & publicatione illius, ſed etiam ex ſententia eiuſdem Locumtenentis in qua inſtrumenta prędicta, ac teſtium de-
2 poſitiones vidiſſe affirmat, ibi, † *Viſis iuribus, & Inſtrumentis productis per Angelum Spanum &c. Viſis alijs teſtibus tam pro parte Angeli prædicti quã etiam pro parte ipſius Communitatis extra locum differentiæ examinatis, ac eorum depoſitionibus*, vt fuit dictum in *Piſtorien. Beneficij 13. Ianuarij 1617. coram Buratt. deciſ. 217. nu. 7. verſ. item verba proœmialia ſententia & Penia deciſ. 538. ſub num. 6. & ſeqq.*

Neque releuat replicatio quod prædicta verba, viſis alijs Teſtibus &c. intelligi debeãt de teſtibus, quorum depoſitiones regiſtratæ reperiuntur in extractu, nempè de Teſtibus examinatis pro parte Spani coram Prætore Verulano ſuper loco differentię pro parte verò Communitatis extra d. locum, vt ſic congrua congruis referantur. Quoniam huiuſmodi interprętatio nimis repugnat, ac aliena eſt à recta illorum conſtructione, cum ad teſtes per vtramque partem examinatos coram ipſo Locumtenente extra locum differentiæ æqualiter & explicitè referantur adeòut non
3 ſolùm † congruè intelligi non poſſunt ad *tex. in l. iam hoc iure 4. ff. de vulg. & pupill.* verum etiã
4 quælibet alia † interprętatio contraria venit prorſus reijcienda, *Bald. in cap. 1. ſub num. 5. & ſeqq. de conſt. Mantic. de tacit. lib. 1. tit. 17. n. 8.*
5 Non obſtat atteſtatio Notarij † Actuarij affirmantis in proceſſu tranſportato contineri omnia, & ſingula acta, & iura facta & producta in cauſa de qua agitur quia illa quidem attenditur donec contraria exhibetur probatio, vt in puncto dicit *Rot. penes ſan. mem. Greg. XV. deciſ. 59. num. 1. & deciſ. 72. ſub num. 1. & ſeqq. & Pen. deciſ. 474. num. 1.* quæ contraria proba-

tio in præſenti caſu reſultat in ipſo extractu, & ſententia prædicta ex allegat.

Cum itaq; acta non fuerint integrè traſportata Cōmunitas prædicta tenetur illa traſportare, ex quo ipſa intendit in cauſa procedere, ſiue pro confirmatione ſententiæ dicti Locūtenentis, ſiue pro illius executione tanquam in iudicatum tranſactæ, nam alias non iuſtifi-
6 caretur ex proceſſu † ſicuti debet *iuxt. gloſ. in l. bis, qui ad ciuilia 7. in verbo oſtende verſ. dicimus enim C. de appell. Rota penes Verall. deciſ. 128. p. 3. bon. mem. Durano deciſ. 217. num. 4. cum ſeq. Scacc. de appell. q. 20. ſub num. 20.* vltra quod ſtylus Rotæ eſt non attendendi, nec exequendi ſententias aliorum Tribunalium niſi cognita earum iu-
7 ſtitia, † & validitate, vt ex *deciſ. 18. num. 5. p. 1. deciſ. 43. num. 6. deciſ. 299. nu. 3. par. 5. deciſ. 11. nu. 3. par. 6. recent.* de quibus ſanè cognoſci non po-
8 teſt dum † deficiunt acta *Seraph. deciſ. 344. nu. 2. ſan. mem. Greg. XV. deciſ. 320. num. 1. verſ. pro qua detegenda & deciſ. 508. numer. 10. verſ. cum notoria iniuſtitia &c.* maximè ſi acta, quæ deficiunt
9 ſint † releuantia, qualia ſunt iſta de quibus agitur, cum concernant merita cauſæ, *Rot. d. deciſ. 320. coram ſan. mem. Gregor. XV.* concernunt ſiquidem probationis materiam in qua conſiſtit ius iudicij vt poſt alios tradit *Maſcard. de probat. q. 5. n. 12.*

Minus obſtat, quod d. Inſtrumentum, ac teſtium depoſitiones non reperiantur, ita vt
10 impoſſibile ſit illa tranſportare, vt fuit dictū in *Hiſpalen. Habitus 1. Iuly 1611. coram Sanctiſs. D. N. poſt 2. volum. conſ. Farinacc. deciſ. 341. num. 1.* quoniam ſuppoſita deperditio non fuit hactenus legitimè probata præmiſſis diligentijs de
11 quibus † per *Add. ad Gregor. XV. deciſ. 287. nu. 10. & Rot. deciſ. 483. numer. 5. verſ. nec obſtat part. 2. recent.*

Neque demum excuſatur Communitas ab huiuſmodi actorum tranſportatione, ex eo quod Ioannes Franciſcus de Angelis metu excommunicationis comminatæ contra occupantes, & ſcientes ab aliquo occupari bona, & ſcripturas Communitatis reuelauerit ſe olim accommodaſſe Antonio Spauæ partem huius Proceſſus tunc exiſtentis inter ſcripturas Iulij Cæſaris Mellonij quam numquam reſtituit, quia præterquam huiuſmodi reuela-
12 tiones † in præiudicium tertij nullum faciunt gradum probationis niſi formiter repetantur reuelantes, vt in puncto dicunt *Surd. conſ. 129. num. 33. Menoch. de arbitr. caſ. 109. num. 1. Rot. penes Caualer. deciſ. 21. num. 3. bo. mem. Duran. deciſ. 206. num. 17. & in recent. deciſ. 250. num. 23. par. 6.* eliditur eius fides ex atteſtatione Ioſephi filij dicti Iulij Cæſaris Melonij, in qua aſſerit ſe dictum Proceſſum in eius propria domo integraliter repertum poſt mortem d. ſui Patris ſine defectu alicuius ſcripturę conſignaſſe Victorio Giouardo procuratori dictę Communitatis Regulare quippè eſt, vt teſtes inter ſe
13 contrarij † ad inuicem collidantur, & nihil probent, *Bald. in l. ſed etſi poſſeſſori 11. §. ſed etſi verim num. 1. verſ. ſed die quod ratione contrarietatis non probant ff. de iureiuran. Abb. Io. Andr. & alij in cap. in noſtra 32. num. 5. de teſt. Alex. conſ. 143. num. 2. vol. 2. Bertaz. conſ. iur. 21. n. 64. Federic. de Sen. conſ. 162. nu. 2. Pariſ. conſ. 83. nu. 38. vol. 1. Roland. à Valle conſ. 3. num. 30. vol. 3. Nell. in tract. de teſt. num. 213. Maſcard. de probat. lib. 3. concluſ. 1361. num. 3. cum aliis plena manu relatis per Farinacc. de teſt. qu. 65. num. 2.*

Et ita vtraque &c.

ROMANA FIDEICOMMISSI DE ALICORNIS.

Mercurij 27. Iulij 1650.

ARGVMENTVM.

Immiſſionem Rota non ſolet denegare ex cauſa detractionum, ſed vtrique parti conſulendo, detracta tanta parte bonorum quæ aſcendat ad detractionem faciendam in reliquis ſolet dare immiſſionem fideicommiſſario.

SVMMARIVM.

1 *Augmentum dotis non detrabitur ex bonis fideicommiſſo ſubiectis.*
2 *Confeſſio Auctoris nocet cauſam habenti ab illo.*
3 *Dos in ſubſidium venit detrahenda ex bonis fideicommiſſarys, & num. 4.*

DECISIO DCCCLXV.

INFORMANTES pro Rutilio prætendentes retentionem totius Prati, de quo agitur illi competere pro tertia Parte dotis ſcutorum (vt aſſeritur) quinque millium Annæ Vngareſciæ matris Franciſcæ, cuius iura emit inſtabant de nouo audiri ſuper reſolutione facta ſub die 27. Iunij proximè elapſi coram me. Sed Domini agnoſcentes cauſam iam ſatis cognitam, & exactè diſcuſſam cenſuerunt non eſſe vlterius protrahendam expeditionem quam hodie in Relationibus cauſarum decreuerunt.

Verum eſt enim, nec reuocatur in dubium quod Franciſco debita erat tertia pars dotis maternæ ex bonis Ioannis Baptiſtę eius Patris detrahēdæ, cuius quantitas expreſſa in Inſtrumento dotali ſub die 10. Iulij 1566. & in alio ſequenti ſub die 16. Maij 1569. redacta ad monetam Romanam nō excedit ſummam ſcutorum quatuor millium (vt patet ex calculo) compræhenſo etiam augmento ſcut. octingentorum auri conſtante matrimonio per d. Ioannem Baptiſtam facto, vt legitur in dicto
1 Inſtrumento ſub die 10. Iulij 1566. † quod tamen de bonis fideicommiſſo ſubiectis detrahi non poteſt, *iux. text. in §. Hac igitur ibique gloſ. in verb. augmentum in auth. de reſtit. & ea quæ par. per Ruin. conſ. 199. ſub num. 5. verſ. nec etiam videtur &c. lib. 2. Menoch. conſ. 33. ſub num. 22. verſ. nec reſponſio &c. Burſat. conſ. 180. nu. 16. verſ. licet pro augmento dotis &c. Fuſar. de ſubſt. q. 532. num. 36. verſ. hoc autem procedit &c.* Ideoque tertia pars debita Franciſco, & ex eius perſona Rutilio tanquam nominato à Paulutio, cui fuit per

Iudi-

Iudicem deliberata ſoluta, quæ in eodem Prato ſpectabat ad d. Franciſcum pro pretio ſcutorum mille ducentorum, vt patet tam ex decreto, quam ex Inſtrumento deliberationis relatis in ſummarijs exhibitis, cōſtituit ſummam ſcutorum mille tercentorum triginta trium, & vnius tertij alterius ſcut. eiuſdem monetæ Romanæ.

Sed verum eſt etiam quod d. Pratum pro maiori parte, ſcilicet valoris ſcutor. bis mille octingentorum quinquaginta auri in auro ab eodem Ioanne Baptiſta Patre Franciſci fuit ſubrogatum, atque ſuppoſitum fideicommiſſo per q. Traianum ſeniorem eius Patrem ordinato, ac modo in perſonam Corneliæ (vt iam fuit deciſum) purificato, & pro reſiduo remanſit liberum, vt apparet ex publico Inſtrumento d. ſubrogationis ſub die 6. Octobris 1605. quod etiam confirmarunt idem Franciſcus Auctor Paraciani, & Paulus eius frater in Inſtrumento diuiſionis inter eos factæ in eiſdem Summarijs relato in quo expreſſè conuentum fuit quod in caſu alienationis eiuſdem Prati pretium erogetur pro rata dd. ſcutorum 2850. auri in auro in emptione bonorum immobilium, cenſuum, ſeu locorum montium loco prædicti fideicommiſſi. Pars autem libera fuit pro tertio redditus annui ſcutorum triginta aſſignata d. Corneliæ, & pro alijs duobus tertijs eidem Franciſco pro ſatisfactione eius portionis dotis maternæ ſpecialiter obnoxia, vt in eo legitur, quod be-
2 nè probat † contra Paraccianum ab illo cauſam poſtea in effectu habentem (vt dictum eſt) nec ab eo impugnari poteſt, *iuxt. l. ſi ſuperiſtus vbi Bart. & DD. ff. de pignor. & probat Soccin. conſ. 82. num. 4. verſ. quoniam &c. lib. 3. Rot. penes Burat. deciſ. 243. num. 4. verſ. confeſſio autem &c. & in recent. deciſ. 336. nu. v1. verſ. imò confeſſio &c. cum ſeq. par. 5.*

Conſtat itaque quod Pratum nō ſpectabat totum ad Franciſcum, ſed tantum pro duobus tertijs portionis liberæ illi in diuiſione aſſignatæ, in quibus ſatisfieri debebat pro cōcurrenti quantitate tertiæ partis dotis maternæ ipſi debitæ; & hæc ipſa rata, & portio tantum ad eum ſpectans in d. Prato vigore diuiſionis, & aſſignationis prædictæ videtur in ſubhaſtatione, ac deliberatione comprætenſa.

Nihilominus quia controuertitur adhuc illius ſufficientia pro ſatisfactione tertiæ par-
3 tis d. dotis, quę in ſubſidium † pro rata deficientis valoris bonis etiam fideicommiſſo ſubiectis, detrahenda eſſet *iuxt. text. in Auth. res quæ C. commun. de leg.* Ideò Domini ad remouēdas omnes difficultates, & longiores tergiuerſationes reſoluerunt, quod detracta tanta parte d. Prati per Paraccianum retinenda, quæ iuxta Peritorum æſtimationem ſit valoris dd.
4 ſcutorum 1333. $\frac{1}{3}$ prout fieri debet † quando ex bonis etiam fideicommiſſo ſubiectis in ſubſidium dumtaxat obligatis dotis ſatisfactio compleri debet *iux. tex. in §. quamobrem, & ibi gloſ. in verb. ſi non ſufficeret verſ. quarè de ſua legitima &c. & infrà verſ. nam ſi hæc duo debita &c. in d. Auth. de reſtit. & ea quæ par. & benè probat Fuſar. d. q. 532. ſub n. 44. in fin.*

In reliquis concedatur immiſſio Corneliæ iuxta præcedentem reſolutionem, ſic enim vtrique parti conſultum erit. Nam imputatio mobilium hæreditatis Ioannis Baptiſtæ in præcedenti deciſione §. *penult.* conſiderata ex pluribus nunc adductis pro parte Rutilij, viſa fuit Dominis altiorem expoſcere indaginem, quam obiectæ retentionis exceptio ſicut etiā obiecta compēſatio fructuum per Corneliam reſtituendorum neceſſariam liquidationem, ac cognitionem requirit, quę ad aliud ſpectat Iudicium, & fuit dictum in præcedenti deciſione §. *fin.*

Atque ita iuxta votum Dominorum immittenda eſt Cornelia in poſſeſſionē bonorū, de quibus agitur detracta tamen tanta parte d. Prati valoris dd. ſcutorum mille tercentorum triginta trium, & vnius tertij, alterius ſcutorum monetæ Romanæ ad æſtimationē Peritorum per Rutilium retinenda pro tertia parte dotis maternæ ad d. Franciſcum ſpectante &c.

NICIEN. CANONICATVS.

Lunæ 14. Nouembris 1650.

ARGVMENTVM.

Poſſeſſor anterior manutenendus eſt, & omnino eſt citādus vt poſſeſſione ſua priuari poſſit & ſignanter coram executore mixto.

SVMMARIVM.

1 *Poſſeſſio inſtrumentalis alio non exiſtente in poſſeſſione eſt manutenibilis.*

2 *Poſſeſſio poſterior præſumitur clandeſtina & turbatiua nec eſt manutenibilis.*

3 *Poſſeſſor anterior qui non fuit citatus ſi non habuerit ſe prò ſpoliato manutenendus eſt.*

4 *Executor mixtus nō poteſt deuenire ad executionem litterarum niſi citato poſſeſſore beneſi.*

5 *Citatio non requiritur reſpectu illius qui poſſidet vigore tituli nullo colore ſuffulti ex* diſp. text. in c. cum noſtris de conceſſ. præb.

6 *Reſignatio dicitur nulla ſi procurator ad formam mandati non reſignauit.*

7 *Quod procedit licet reſignatio fuerit admiſſa, nam conceſſio gratiæ eſt fundata ſuper conſenſu præſtito à legitimo Procuratore, ac implicitam conditionem habet ſi mandatum fuerit obſeruatum.*

8 *Et ſic nullam uacationem dicitur induxiſſe.*

9 *Poſſeſſor vt ſit manutenendus ſufficit poſſibilitas validitatis eius tituli.*

DECISIO DCCCLXVI.

RESPONDERVNT Domini manutentionem in poſſeſſionem Canonicatus, & præbendæ de quibus agitur, dandam eſſe Fabio Gubernato, de cuius poſſeſſione capta ſub die 16 Aprilis anni præteriti conſtat per publi-

publicum inſtrumentum, quæ poſſeſſio licet
1 inſtrumentalis † ei bene ſuffragatur ad effectũ
manutentionis, cum prædicto tempore alius
non eſſet in poſſeſſione, *gloſ. in l. non idcirco in
verb. in vacuam ibique Bald. in princ. C. de fid. inſtr.
Bart. in l. prædia ſub num. 1. verſ. ſi inſtrumentum ff.
de acq. poſſeſſ. Rot. penes ſa. me. Greg. XV. deciſ. 171.
num. 1. & in Imolen. Beneficij 23. Iunij 1645. & in
Lauretana Beneficij 26. eiuſdem menſis coram R. P.
D. meo Corrado in princ.*

Non obſtat poſſeſſio Chiabaudi apprehenſa
ſub die 6. Maij eiuſdem anni; Tum quia vti
2 poſterior† præſumitur clandeſtina, & turbatiua, ideoque non eſt manutenibilis *cap. licet cauſam vbi Doct. notant. de probat. Rot. coram ſan. mem.
Gregor. XV. d. deciſ. 171. num. 2. in recent. deciſ. 600.
num. 1. poſt med. par. 1. & penes Poſt. de manut. deciſ.
169. num. 7. & deciſ. 500. num. 2.* Tum etiam quia
3 adepta fuit d. Fabio anteriore † poſſeſſione nõ
citato, qui proinde, cum ſe non habeat pro
ſpoliato, venit manutenendus, *cap. licet Epiſcopus & ibi gloſ. in verb. te non vocato de præben. in 6.*
& fuit dictum in *Toletana Parochialis 24. Ianuarij 1604. coram bo. me. Card. Sacrato penes Marcheſ.
de Commiſſ. par. 1. fol. 390. & coram ſan. me. Gregor.
XV. deciſ. 307. nu. 5. verſ. ſed Domini dixerunt &c.
& in præalleg. deciſionibus Imolen. & Lauretana Beneficij coram R. P. D. meo Corrado.*

Præſertim cum Executor deputatus in litteris V. Legati Aucnionen. expeditis ad fauorem Franciſci non eſſet merus, ſed mixtus attentis clauſulis Dummodo &c. & Amoto &c.
in eiſdem litteris appoſiti; Vnde non poterat
4 ad illarum † executionem deuenire Fabio nõ
citato, *Rot. penes Caual. deciſ. 478. per tot. Buratt.
deciſ. 651. ſub num. 3. verſ. quia non erat cum ſeq. &
in Naulen. Parochialis 31. Martij 1642. coram bon.
mem. Merlino §. aut prætendit &c.* & in pluribus
congeſtis *in dicta Lauretana Beneficij coram R. P.
D. meo Corrado in §. quod fortius procedit.*

5 Nec obſtat, quod dicatur Fabium † ex diſpoſitione *tex. in cap. cum noſtris de conceſſ. præben.*
non fuiſſe neceſſario citandum, cum ipſe poſſideret vigore tituli nullo colore ſuffulti, ex
quo prouiſio ad eius fauorem facta fuit ab Ordinario Nicien. tanquam de vacante per obitum Ioſephi Chiabaudi ſub die 15. Aprilis
anni præteriti poſtquã Canonicatus, & præbenda vacauerant per reſignationem prius ab
eodem Ioſepho fauore d. Franciſci factam,
& à dicto Vice Legato admiſſam ſub die 11.
eiuſdem menſis Aprilis cum decreto irritanti.

Quia cum Ioſephus reſignans conſtituerit
Procuratorem ad reſignandum non ſimpliciter, ſed ſub expreſſa forma, & conditione,
quod ſuper fructibus, & redditibus huius Canonicatus & præbendæ reſeruaretur ad ſui fauorem annua penſio ducatorum vigintiquinque auri in auro; Procurator verò reſignauerit ſimpliciter abſque reſeruatione dictæ pen-
6 ſionis; † vtique reſignatio fuit nulla ipſo iure ob defectum conſenſus reſignantis, vt probat, *Flamin. Pariſ. reſignat. lib. 1. quæſt. 3. num. 115.
verſ. hinc reſignatio &c. & lib. 9. q. 17. num. 47. verſ.
aliquando conſtituatur &c. cum ſeq. & num. 69. verſ.
ſecundo quia &c. Rot. in recent. deciſ. 286. numer. 2.
verſ. in caſu autem &c.* & fuit dictum in *Mediolanen. Canonicatus 17. Iunii 1641. coram Eminentiſſimo D. Card. Panzirolo in §. quod autem*, licèt
fuerit à V. Legato admiſſa, nam cõceſſio gratiæ fundata eſt ſuper conſenſu præſtito à legitimo Procuratore, vt in ea legitur, ac implicitam conditionem habet, ſi mandatum fue-
7 rit obſeruatum, † vt alijs relatis tenet idem
*Pariſ. d. q. 17. ſub nu. 133. verſ. & per conſequens &c.
cum ſeq.* & ſequitur *Moder. Rom. de re benef. lib. 3.
q. 14. num. 74. verſ. idemque foret &c.* Et propterea
8 nullam† vacationẽ potuit inducere, *Rot. penes
Mohed. deciſ. 8. de iurepatr. Pariſ. de reſignat. lib. 11.
q. 7. nu. 85. verſ. tertio quia conſtitutio &c.* & comprobat idem *Moder. Roman. dicto lib. 3. qu. 8. ſub
num. 58. verſ. niſi reſignatio fuerit inualida &c.* Neque ideo dictam collationẽ Ordinarij infringere, vel impedire *Pariſ. in eodem tract. lib. 8. q. 7.
num. 152. verſ. & abſurdum videretur &c. Rota
penes Card. Caualer. deciſ. 214. ſub num. 1. verſ. vnde ſi Mazzeus.*

Et in omnem caſum ſufficit probabilis illius nullitas; & ordinariæ prouiſionis validi-
9 tas† ad hoc vt Fabius eſſet citandus, ac proinde in eius poſſeſſione ſit manutenẽdus, donec,
exactiore adhibita ſuper his cognitione, cauſa
terminetur *iuxt. text. in d. cap. licet Epiſcopus in
fin.* ibi, (non debebit te non vocato, cum tibi
forſan ius poſſit competere retinendi, in poſſeſſionem ipſius inducere corporalem &c.) *de
præben. in 6. Rot. penes Coccin. deciſ. 124. ſub nu. 4.
verſ. quia hæc concluſio &c. cum ſeq. & declarat d.
Moder. Roman. d. q. 8. num. 34. verſ. fatendum eſt tamen &c. Moder. Peruſ. de manut. obſeruat. 46. ſub
num. 15. verſ. aliàs dum dubitatur &c. cum ſeq. &
numer. 18. verſ. quare poſſeſſor &c. vbi plures
congerit.*

Et ità vtraque &c

MONOPOLITANA PROFESSIONIS

Mercurij 16. *Nouembris* 1650.

ARGVMENTVM.

Recuſatio Iudicis quando, & quomodo fieri
poſſit & quid operetur.

SVMMARIVM.

1 *Recuſatio Iudicis ante litis conteſtationem in ſcriptis cum expreſſione cauſarum & iuramento atque appellatio ab ulteriori proceſſu operatur iuriſdictionis ſuſpenſionem donec à Summo Pontifice, uel Signatura ſuper ſuſpicionis cauſis reſcribatur.*

2 *Attentata & ipſo iure nulla ſunt geſta poſt allegatam cum debitis requiſitis ſuſpicionem Iudicis, ac interpoſitam ſimul appellationem.*

3 *Recuſari quando ualidè poſſit Delegatus à Sede Apoſtolica.*

4 *Forma procedendi præſcripta in litteris Apoſtolicis omninò ſeruanda eſt.*

5 *Recuſatio Iudicis ex unica quidem cauſa dummodo ma-*

Digitized by Google

manifeſtam non præſeferat calumniam ſufficit ad effectum ſuperſedendi donec Superioris cognitio & declaratio audiatur.

DECISIO DCCCLXVII.

INFORMANTIBVS tantum Abbatiſſa,
& Monialibus Monaſterij Sancti Leonar-
di Ciuitatis Monopolis, Domini reſponde-
runt cōſtare de attentatis; quia cum Vicarius
Conuerſanus delegatus Apoſtolicus fuerit
pro parte dd. Abbatiſſæ, & Monialium me-
1 diante ſpeciali Procuratore † recuſatus ante
litis conteſtationem, in ſcriptis, cum expreſ-
ſione cauſarum, & iuramento, atque appel-
latione ab vlteriori proceſſu; non poterat ad
inſtantiam Sororis Marianæ Indellæ colliti-
gantis ad examen teſtium, aliaue acta, & ſen-
tentiæ prolationem procedere, quia ſuſpenſa
remanſit eius iuriſdictio donec à Summo Pō-
tifice, vel Signātura ſuper allegatis ſuſpicionis
cauſis reſcriberetur, *cap. cum ſpeciali 61. ubi Innoc. num. 2. de appell. in cap. Iudex 5. §. poſt recuſationem ubi gloſs. & Doct. de offic. deleg. in 6. Bald. conſ. 26. nu. 5. uerſ. non repetendo allegationes uol. 1. Gaill. obſeruat. 33. ſub num. 12. cum aliis per Marcheſ. de Commiſ. ſuſpic. Iudic. par. 2. §. 1. nu. 5. 6. & 24.*

Et ideo quæcunque geſta poſt allegatam
huiuſmodi ſuſpicionem, ac interpoſitam ſi-
2 mul appellationem cenſentur † attentata, &
ipſo iure nulla *cap. quoties Epiſcopi ubi gloſs. & Doct. 2. q. 6. Innoc. in d. cap. cum ſpeciali ſub numer. 6. Lancellott. de attent. par. 2. cap. 6. de attent. poſt recuſat. Iudic. ſub num. 1. cum. ſeqq. & num. 3. Rot. diuerſ. deciſ. 2. num. 1. & 7. par. 2. & int. rec. deciſ. 638. n. 1. & 2. p. 4. tom. 3. deciſ. 165. num. 2. par. 6. penes Mellin. deciſ. 400. num. 1. & nuper in Anglonen. Territorii 13. Iunii proximè præteriti coram R. P. D. Meltio in §. eodem nitio attentatorum &c.*

Non obſtat, quod dictus Vicarius fuerit de-
legatus à Sede Apoſtolica, quia dum eius de-
legatio non legitur facta de conſenſu Monia-
lium, nec cum aliqua clauſula ipſum recu-
3 ſari prohibente, † licitè potuit recuſari, *iuxt. tex. in dicto cap. Iudex 5. de offic. delegat. in 6. & in c. legitima 2. ubi gloſſ. in uerb. Iudicem de appell. in 6. l. apertiſſimi 14. uerſ. licet enim. C. de Iudic. & ibi Doct. Gaill. d. obſeruat. 33. ſub num. 3. uerſ. Commiſſarii uerò &c. cum ſeq. lib. 1. Lancellott. dicto cap. 6. nu. 12. uerſ. ſecundò amplia Scacc. de Iudic. lib. 1. c. 66. ſub num. 13.*

Quæ omnia faciliùs procedere viſa fuerunt;
quia omnes cauſæ ſuſpicionis ex parte Mo-
nialium propoſitæ apparent legitimæ, & re-
leuantes, præcipuè illa ducta ex eo, quod ipſe
Vicarius ſolus procedere vellet, prout pro-
ceſſit, cum tamen debuiſſet coniunctim pro-
cedere cum Superiore Ordinis prædicti Mo-
naſterij iuxta formam in litteris Apoſtolicæ
4 Commiſſionis præſcriptam † à qua nullate-
nus recedendum erat *cap. cauſam matrimonii 16. cap. prudentiam 21. §. 1. & cap. ſeq. cum cauſa 22. de offic. deleg.* Vnica quidem cauſa, etiam modi-
ca, manifeſtam tamen nō præſeferens calum-
5 niam, ſatis eſt ad effectum ſuperſedendi do-
nec Superioris cognitio, ac declaratio audia-
tur, cum agatur de re fauorabili, *Innoc. in dicto cap. cum ſpeciali ſub dicto num. 6. de appell. Rot. diuerſ. dicta deciſ. 2. num. 13. & num. 18.* firmatur id
procedere etiam deficiente proſequutione ap-
pellationis *p. 2. cum aliis adductis in d. deciſ. 165. num. 7. & ſeq. p. 6. recent.*

Et ita &c.

RAVENNATEN. BONORVM.

Sabbati 26. Nouembris 1650.

ARGVMENTVM.

Fructus regulariter reſtituendi ſunt à die motæ litis: illorum valor quando æſtimetur de tempore conſumptionis, & quando deferatur libris publicis.

SVMMARIVM.

1 *Fructus reſtituendi ſunt à die mala litis quia de eo tempore contrahitur mala fides.*

2 *Debitor data fructuum conſumptione tenetur ad illorum æſtimationem quando agitur de fructibus perceptis ex certis prædijs non de fructibus in genere.*

3 *Et tenetur ad æſtimationem currentem tempore conſumptionis, & circa qualitatem illorum valdè etiā defertur Iudici, & num. 4.*

5 *Poſſeſſor ut teneatur ad intereſſe rigoroſum non ſufficit mala fides contracta per conteſtationem litis.*

6 *Rota in diſcrepantia ſummarum complectitur minorem.*

7 *Liber priuatus non probat in præiudicium tertii.*

8 *Referentis virtus pendet à relato.*

9 *Referens tantum probat quantum relatum.*

10 *Frumenti valor æſtimatur iuxtà taxam publicorum officialium, vel edicta ſuperiorum.*

DECISIO DCCCLXVIII.

POSTQVAM Presbyteri Boni Ieſus Ra-
uennæ in vim trium ſententiarum con-
formium fuerunt immiſſi in poſſeſſionem
duorum prædiorum eis per particulare fidei-
commiſſum relictorum ab Argentina Ron-
cuta, inſteterunt liquidari fructus per Anto-
nium Donatum perceptos à die motæ litis, ad
quorum reſtitutionem ille in eiſdem ſenten-
tijs fuit etiam condemnatus; Quamobrem
dedi dubium ad quam ſummam eſſent dicti
fructus liquidandi, quod Domini pro facilio-
ti reſolutione in tres partes diuiſerunt.

Primò enim firmarunt iuxtà partium con-
feſſiones illos reſtituendos eſſe per quatuor
tantum annos, quibus durauit lis, quæ incę-
pit, & conteſtata fuit de Menſe Decembris
1644. & terminauit de Menſe Aprilis 1649.
de quo tempore prædicti Presbyteri accepe-
runt poſſeſſionem, & Antonius conſentien-
do huiuſmodi poſſeſſioni finem liti impoſuit,
non enim anteà quam à litis conteſtatione
tenetur reus & poſſeſſor bonæ fidei reſtituere
rei controuerſæ fructus, quia tunc conſtitui-
1 tur † in mala fide *l. præterea 20. in princ. ff. rei vendit. l. ſed & ſi lege 25. §. ſi ante litem ff. de petit. hæred.*

*rod.l.in interdictis 3. ff.de interdict. ſeu extraord.act.
l.1.verſ.poſt litem autem conteſtatam C.de pet.hered.
l.certum 22.vbi gloſſ.in verb. vniuerſos C.rei vend.
Rot.penes Card.Caual.deciſ.335. num.1.bon.memor.
Buratt.deciſ.184. num.1. & in Auximana fideicom-
miſſi 26. Maij 1642. §. Maior difficultas &c. co-
ram me.*

Secundò dixerunt prædictos fructus non
eſſe reſtituendos in frumento, vino, & alijs
ſpeciebus, quibus fuerunt recollecti, ſed prę-
ſtandam eſſe eorum æſtimationem, ex quo
Antonius illos conſumpſit, & agitur de fru-
2 ctibus perceptis ex certis prædiis, † non autem
de fructibus in genere, quo caſu data illorum
conſumptione debitor non poteſt condemna-
ri niſi ad æſtimationem iuxtà diſtinctionem
*Bart.in l.& ex diuerſo 34. §.vbi autem nu.9. in fin.
verſ.dicetis vos ff.rei vendic. & in l.diuortio 8. §.ob
donationes num.4.ff.ſolut.matr. alias à Rota receptam
penes Card.Mantic.deciſ.281. nu.1.& in Auximana
Pradij 23. Martij 1648. §. quia tamen &c. coram
R.P.D.meo Bichio.*

Conſumptio autem non impugnabatur à
Presbyteris; controuertebatur dumtaxat tem-
pus conſumptionis; Siquidem ipſi volebant
fructus præſumi conſumptos in fine triennij,
ad hoc vt illorum æſtimatio fieret ad ratio-
nem quanti plurimi vendi potuiſſent in ipſo
triennio ſtante mala fide debitoris per litis cō-
teſtationem contracta: E conuerſo verò An-
tonius dicebat fructus fuiſſe conſumptos de
tempore recollectionis, vel paulo poſt ſicuti
deſcripſit in notula per ipſum medio iuramē-
to in actis exhibita, & ideo non teneri niſi ad
3 † æſtimationem tunc currentem iuxta doctri-
nam *Bald.in l.2. num.13. verſ.quæro hæres percepit
C.de fruct.& lit.expenſ.* Vndè Dominis, attenta
qualitate, & modicitate fructuum, de quibus
agitur, ac etiam qualitate perſonæ eiuſdem
Antonij, placuit deferre notulæ prędictæ, cum
hæc materia non requirat probationem rigo-
4 roſam, ſed ſit arbitraria iudici, † qui ſecun-
dùm prædictas qualitates, vel alias facti cir-
cumſtantias iudicare debet, vt in puncto re-
ſpondit *Rota in d. Auximana Pradij §. Conſumptio
autem &c.propè fin. verſ.neque enim in hac materia
&c. coram R.P.D.meo Bichio.* Et conſequenter
eorum æſtimatio venit facienda iuxta valorē
de tempore conſumptionis, non autem ad ra-
tionem quanti plurimi vendi potuiſſent in
trienio, quia ad effectum vt poſſeſſor tenea-
tur ad intereſſe rigoroſum non ſufficit mala
5 fides † contracta per conteſtationem litis, quæ
inducit quidem moram cauſatiuam reſtitu-
tionis fructuum, ſed non doloſam producti-
uam huiuſmodi intereſſe vt bene ratiocinatur
*Rot.in præalleg. Auximana Pradij in §. & quamuis
hoc limitetur &c.*

Hinc demum quantitas, & æſtimatio dd.
fructuum liquidata fuit in ſumma per ipſum
Antonium confeſſata in eius reſponſionibus
iudicialibus ad poſitiones Presbyterorum
datis, pro quarum veritate præſumendum eſt
donec ab eiſdem Presbyteris doceatur de con-
trario validiori probatione: Quæ minimè re-
ſultare viſa fuit ex libro laboratoris, in quo
legitur annotata maior quantitas fructuum
recollectorum ex prędio nuncupato della Ba-
ſtia, quia vltrà quod diſcrepantia conſiſtit in
6 modico, quo caſu Rota † eo libentius ſequen-
do æquitatem amplectitur minorem quanti-
tatem vt ſolet in hac materia *iuxt.deciſ.Cardin.
Seraph.1399. Buratt.deciſ.577. num.2.& in rec.de-
ciſ.237.num.10.par.4.tom.2.* Reſponſum fuit di-
7 ctum librum vti priuatum † non probare in
præiudicium tertij qualis eſt Antonius *Rot.co-
ram bo.mem. Buratt.deciſ.777. num.4.& int.rec.de-
ciſ.259. num.13. par.4. tom.2.& deciſ.254. num.7.
verſ.tum etiam quia par.5.* Multoque minus pro-
bant atteſtationes iudiciales ipſius laboratoris,
eiuſque filij, quippequè omnino referuntur
ad dictum librum, qui dum fuit conſcriptus
à diuerſis perſonis, ex quo Colonus erat lit-
terarum ignarus, & ſecundum opportunita-
tem, quam ille habebat inueniendi ſcribentē,
ad nihilum deſeruire poteſt, attento quod po-
tuerit tam ex parte ſcribentis, quam ex parte
ſcribi facientis ſumi æquiuocum, vel etiam
ſcribi à perſonis ſuſpectis, cum non conſtet
quis ſcripſerit, & ſic atteſtatio relatiua ad illum
nihil concludit, nam virtus † referentis pen-
8 det à relato *Dec.in Auth.ſi quis in aliquo num.45.
verſ.reſtringitur Cod. de eden.* cum alijs per *Pariſ.
conſ.7.num.4. lib.3.* & tantum † probat quan-
tum ipſum relatum vt in terminis Teſtium,
qui ſe referunt ad aliquam ſcripturam dixit
*Rot.coram Seraphin.deciſ.206. num.1. & int.recent.
deciſ.21.num.9.par.4. deciſ.342.num.6.& 7.par.4.
to.2.& deciſ.552.n.18.eadem par.4.to.3.*

Ab huiuſmodi tamen liquidatione deſum-
pta ex confeſſione Antonij exceptus fuit va-
10 lor frumenti, quod iuxta † pretium commu-
niter receptum, & taxatum pro annis 1645.
1646.& 1647. à publicis Officialibus Rauen-
næ in eorum Calmerio, & pro anno 1648. ab
Eminentiſſimo legato in Edicto deſuper pu-
blicato, æſtimandum fore diſponit *tex.in l.pre-
tia rerum 63.ibique gloſſ.in verb.funguntur ff.ad leg.
Falcid. Bald.in l.vinum 22. num.18. verſ.tertio de-
duco &c. ff.ſi cert.pet. & Rot.penes bon.mem. Buratt.
deciſ.465.num.5.*

Prætereà quia Antonius prætendebat ex di-
ctis fructibus deducere nonnullas expenſas,
quas occaſione dd. Prædiorum feciſſe aſſere-
bat DD. reſponderunt ei faciendas eſſe bonas
libras 165. & bon. 14. verè perſolutas pro pu-
blicis impoſitionibus, & gabellis; cæteras
verò tanquam non iuſtificatas, & inueriſimi-
les noluerunt habere in conſideratione.

Quare facto calculo iuxtà præmiſſa, ac ſub-
tractis dictis libris 165. & bon. 14. ſumma per
Antonium reſtituenda remanet liquida in li-
bris 2370.

Et ità vtraque &c.

RO-

ROMANA FIDEICOMMISSI SEV SALVIANI.

Sabb. 26. Nouembris 1650.

ARGVMENTVM.

Cenſus quando potius verè extinctus, quam translatiuè ceſſus reſultet, & de hac materia magiſtraliter diſceptatur: Cenſus extinctionem non poteſt recuſare hæres grauatus cum ſit actus neceſſarius: Reinueſtimentum rei fideicommiſſariæ, ad quem ſpectet ad venditorem ſcilicet vel ad emptorem.

SVMMARIVM.

1 *Hæres grauatus retrouendendo Cenſum facit actum neceſſarium cui acquieſcere debet ſubſtitutus.*

2 *Verba ſunt intelligenda iuxta mentem, & poteſtatem contrahentium etiam recedendo ab eorum propria natura.*

3 *Cenſus translatio non extinguit debitum, ſed durat & perſeuerat penes translatariam prout erat prius penes transferentem.*

4 *Cenſuum formalium translatio quo caſu redderetur nulla ſaltem poſt obitum transferentis.*

5 *Hypotheca anterior conuenit tertio, cuius pecunia cenſus extinguitur.*

6 *Actum nullum ſcienter fuiſſe geſtum non eſt præſumendum.*

7 *Actus factus in executionem alterius regulatur ab eo in cuius executionem fit.*

8 *In ceſſione cenſus trãslatiua formali non eſt opus agere cum debitore illius cum non requiratur illius cõſenſus, prout in extinctiua ratione fortis.*

9 *Dominus fundi & cenſus quis inſimul eſſe non poteſt.*

10 *Verba actus qui ſequitur rectè declarant intentionem primi.*

11 *Obſeruantia diuturna eſt optima interpres verum etiam contra verborum proprietatem, & verioris iuris intellectum.*

12 *Clauſula Conſtituti, Ponens, & ſimiles &c. bene poſſunt adaptari ceſſioni iurium anterioritatis.*

13 *Verba, ſe contentum, & ſatisfactum vocauit important quietantiam principali creditori factam, & ſi ſubſequantur alia verba, & d.N. abſentem quietauit, importat quietantiam fauore illius qui debitum extinguere promiſerat num. 14.*

15 *Singula ſingulis congruè referenda ſunt.*

16 *Emptor Cenſus ſicuti poteſt cogi ad retrouendendum Cenſum ita diſdicta ipſe poteſt renunciare.*

17 *Cenſus per extinctionem reſoluitur omnis hypotheca deſuper conſtituta.*

18 *Verba conſecutiua non alterant contractum principalem.*

19 *Euictionis promiſſio quamuis minus adæquata cenſus retrouenditionibus attamen ſola non debet præualere ſi pro extinctione concurrant efficaciores.*

20 *Cenſus poteſt extingui ab hærede grauato ſine interuentu fideicommiſſariorum ex quo iſta dicitur alienatio neceſſaria.*

21 *Cenſus extinctio facta inſtante debitore dicitur alienatio neceſſaria.*

22 *Fideicommiſſo grauatus ſentitur fideicommiſſarijs reddere rationem de bonis fideicommiſſarijs perperam alienatis.*

23 *Iſta opinio reprobatur, & tantum procedit pro mala & doloſa adminiſtratione, & n. 24.*

25 *Inueſtimentum ſufficit fuiſſe tutum de tempore celebrati contractus, etiamſi contractus habeat tractum ſucceſſiuum.*

26 *Cenſus ſemel extincti non reuiuiſcere poſſunt in præiudicium illius ex cuius pecunia iura anterioritatis acquiſita fuerunt.*

DECISIO DCCCLXIX.

ADERAT inter bona fideicommiſſaria Franciſci Contugij quædam domus, quam Lucretia Contugia dicti fideicommittentis Soror, & hæres, necnon Petrus Paulus Amodæus eiuſdem Lucretiæ filius, & primus ſubſtitutus pro diſſoluendo ære alieno Teſtatoris vendiderunt Tarquinio Seniori Sanctacrucio pretio ſcutorum 5380. pacto adiecto, quod ſcuta 2870. quæ ſupererant ſoluto dicto ære alieno inueſtirentur eorumque fructus multiplicarentur vſque ad conſimilem ſummam ſcutorum 5380. quæ ſemper ſtare deberet pro euictione Domus venditę, atque etiam ſubiecta fideicommiſſo prædicto, nec vllo vnquam tempore detrahi poſſet.

In huiuſmodi pacti obſeruantiam, mortua iam Lucretia, Petrus Paulus prædictus interpellatis temporibus emit ex dictis pecunijs ſuper extantibus, earumque fructibus deinceps multiplicatis tres cenſus per d. Tarquinium ſuper d. domo in Palatium redacta conſtitutos quos deinde idem Tarquinius pecunia dotali D. Marchioniſſæ Liuiæ Primæ de Sanctacruce eius nurus, vt fuit in Capitulis matrimonialibus illius conuentum, redemit, reportando ceſſionem Iurium ad fauorem eiuſdem D. Liuiæ, ac deponendo pretium, & fructus illorum in Banco ad effectum faciendi nouũ inueſtimentum prout factum fuit, mediante emptione aliorum trium cenſuum ab eodem Tarquinio nouiter impoſitorum ſuper eodem Palatio, quos cenſus demum bonæ mem. Excellentiſs. D. Philippus Columna in diminutionem pretij Caſtri Practicę à Marchione Franciſco Sanctacrucio dicti Tarquinij interim defuncti filio empti in ſe accolauit, & ſucceſſiuè extinxit deponendo pariter pretium illorum in Sacro Monte Pietatis ad effectum prędictum ſcilicet inueſtiendi cum onere euictionis, & fideicommiſſi, ſicuti denique inueſtitum fuit per eundem Petrum Paulum in alium cẽſum impoſitum ſuper eodem Palatio à prædicto Marchione Franciſco.

Poſt hæc vita functis Petro Paulo prædicto, ac Fuluio eius filio apertum fuit fideicommiſſum ad fauorem Cæciliæ, & aliarum Sororum de Amodeis, quæ propterea adito A. C. obtinuerunt ſententiam in Saluiano, per quam eis conceſſa fuit occaſione prædictorum trium cenſuum primo loco impoſitorum, immiſſio in poſſeſſionem Palatij cenſiti, ac per dictam D. Marchioniſſam Liuiam poſſeſſi rationem ſuarum dotium, quam ſen-

ten-

Digitized by Google

tentiam deuoluta cauſa per appellationem ad Rotam ex capite iniuſtitiæ infirmandam eſſe reſponderunt DD. ſub die 15. Iunij proximè præteriti, & hodie repropoſita cauſa ſuper iiſdum ſteterunt in deciſis.

Quoniam iniuſtitia adhuc reſultare viſa fuit ex eo, quod immiſſio fuit conceſſa pro cenſibus extinctis, pro quibus æquidem nulla competebat actio fideicommiſſarijs, cum
1 hæres † grauatus retrouendendo cenſum faciat actum neceſſarium, cui acquieſcere omnino tenētur ſubſtituti *l.ante reſtitutum 104. vbi gloſſ.in verb.ſolutiones Bart. Bald. & Angel. num.1. Imol.in princ.& ad med. Alberic.in princ. ff.de ſolut. l.ita tamen 27. §.qui ex Trebelliano in fin.l.cum hæreditas 36. in princ. ff. ad Trebell. Giurb. deciſ. 79. num. 27. poſt med. verſ. qui nec in ſubſtituti fraudem &c.*

Non obſtant ea, quæ ex verbis, & clauſulis Capitulorum Matrimonialium D. Liuię, & Inſtrumenti extinctionis cenſuum prædictorum, ponderata fuerunt per informantes pro dictis ſororibus, demonſtrandi cauſa cenſus non fuiſse extinctos, ſed formaliter, & pleno iure ceſsos in dictam D.Liuiam.

Nam verba quamuis cantent in ceſſionem translatiuam, & non extinctiuam, tamen intelligenda ſunt ſecundum mentem, † & po-
2 teſtatem contrahentium etiam recedendo ab eorum propria natura, ad hoc vt contrahentium intentio adimpleta remaneat, vt reſpondit I.C. *in l.ſolutum 11. §.ſolutum ff. de pignor.act.* & in his terminis fuit dictum *in Romana Salviani 25.May 1618.coram bon.mem. Remboldo apud Cenc.de Cenſib.deciſ.366.num.8.& ſeqq.& in eadem coram bon. mem. Pironano ibidem deciſ.368. num.1. & 4.* & ſequitur idem *Cenc.in dicto tract. q.103. num.17.*

In propoſito autem præcipua intentio tam Tarquinij quam D.Liuię eius nurus fuit extinguendi debita per ipſum Tarquinium occaſione emptionis dicti Palatij contracta, & acquirendi anterioritatem fauore eiuſdem D. Liuię pro maiori cautione, & ſecuritate ſuę dotis quippè debita ſoluenda erant de eius pecuniis dotalibus.

Idque patet ex ipſiſmet Capitulis matrimonialibus, in quibus partes expreſsè conuenerunt, quod certa pars dotis eiuſdem D. Liuię impenderetur in cauſam prędictam, & ſignanter in ſolutionem cenſuum de quibus agitur occaſione prædicta impoſitorum, quodque à Creditoribus ſatisfactis reportarentur iuriſi ceſſiones ad fauorem ipſius D.Liuię adhoc vt magis cauta, & ſecura eſſet de conſeruatione, & recuperatione ſuę dotis in omnem caſum reſtitutionis illius aduerſus poſteriores Creditores. Hinc non ſolum dignoſcitur voluntatem agentium fuiſse extinguere cenſus, & reportare ceſſiones Iurium anterioris hipothecę tantum, ſed etiam poteſtas dicti Tarquinij limitata remanſit à cauſa, & forma cum dicta D.Liuia nuru ſtipulatis, adeout aliter deinde contrahere non potuerit cum Petro Paulo cēſuario, quam per viam redemptionis, & extinctionis cum certum ſit quod † per transla-
3 tionem non ſoluatur debitum, ſed duret, & perſeueret penes translatarium, prout erat prius penes transferentem *ad tex.in l.Papinianus 28.ff.mand.l.Sticum aut Pamphilum 95. §.ſi mandata ff.ſolut.l.ſoluitur 5. §.ſi conuenerit ff.quib.mod.pig. vel hypoth. Anton.de Amat. reſol.7. ſub num.33. & ſeqq. Rot.deciſ.425.n.8.par.5.recent.*

Nec minus per translationem formalem dotes ipſius D.Liuię magis tutę, & ſecurę effectę fuiſſent, cum cenſus tanquam in locum domus fideicommiſsarię ſubrogati non potuiſsent per Petrum Paulum ad libitum voluntatis alienari refragantibus legis diſpoſitione, Teſtatoris præcepto, & pacto ſpeciali de non alienando inter ipſum, & Tarquinium in pręcedenti Inſtrumento emptionis domus inito, & auctoritate Apoſtolica confirmato in Breui derogatorio pro validiori domus prędictę alienatione obtento, & cōſequenter trans-
4 latio † cenſuum formalium fuiſset ipſo iure nulla, ſaltem poſt mortem transferentis *l. fin. §.ſed quia noſtra cum §.ſeqq. C.commun.de leg.* cum alijs relatis *in Recanaten.manutentionis 24. Aprilis 1643. §.penul. verſ.contraria verò opinio &c. coram R.P.D. meo Cerro*, ac principalis, & ſumma Partium intētio nequaquam adimpleta. Quamobrem, vt euitetur huiuſmodi abſurdum verba declarari, ac intelligi debent de ſola, & pura translatione pro conſeruatione anterioris hypothecę, quę bene conuenit tertio, cu-
5 ius † pecunia cenſus extinguitur *l. 1. C.de his, qui in prior. credit. loc. ſucced.* & poſt alios tradit *Anton.de Amat.d.reſolut.7.nu.32.*

Maximè quia huic intellectui plures aſtipulantur coniecturę, quarum prima reſulat ex eo quod non præſumitur Tarquinium, & D.Liuiam voluiſse iactare pecunias dotales emendo cenſus, qui in principio Inſtrumenti ceſſionis, & in alijs pręcedentibus aſserebantur fideicomiſso ſubiecti, & ſic ſcienter gerere actum nullum, & à iure prohibitum, †
6 hoc enim eſt ab omni veriſimilitudine, & pręſumptione prorſus alienum vulgat, *l. cum de indebito 25.ff.de probat.*

Secunda deſumitur ex clauſula illa in Capitulis matrimonialibus, & Inſtrumento ceſſionis adiecta, quod ceſſio fieret in omnem meliorem finem, & effectum ſponſæ magis proficuum; melior autem finis, & effectus erat extinguere cenſus, & iura anterioritatis tantummodò reportare, vt fuit ponderatum in deciſione quę confirmatur §. quod eo facilius.

Nec releuat replicatio quod translatio cenſuum formalium eſſet D.Liuiæ vtilior, quam extinctio ob conſequutionem fructuum, quos in iiſdem Capitulis, & Inſtrumento prædicto reſpexiſſe videtur.

Quia ipſa non intendit acquirere fructus cenſuum, ſed anterioritatem hypothecæ ex tempore illorum impoſitionis Amadæo acquiſitæ, pro maiori cautione ſuæ dotis, & fructuum dotalium tam ſuper dicto Palatio, quam ſuper alijs bonis Tarquinij, qui ſanè fructus dotales alio iure cenſentur, & de his non autem de fructibus cenſuum actum fuit

in

in dictis Capitulis, & Inſtrumento, vt liquet ex eorum lectura.

Præterea eſto, quod amplior fuiſſet ceſſio tranſlatiua formalis ratione fructuum, non exindè rectè deducitur maior ſecuritas dotiũ, & vtilitas Marchioniſſæ apprimè contemplata, quippè nulla ipſo iure fuiſſet, vt dictum eſt, & periculum amiſſionis tam fructuum, quam ſortis præſeferens.

Tertia coniectura depromitur ex quo partes ſæpius declararunt actum ceſſionis celebrare in exequutionem, & iuxta formam Capitulorum matrimonialium, & non aliàs aliter, nec alio modo, de quibus Petrus Paulus aſſeruit ſe ad plenum informatum, vndè quēadmodum in Capitulis intentio, & voluntas Partium fuit extinguendi debita, & reportaudi Iurium ceſſionem reſpectu anterioris hypothecæ tantum, vt hactenus ſatis demonſtratum fuit, eandem quoque voluntatem habuiſſe contrahentes in ceſſione affirmandum
7 eſt cum † actus factus in exequutionem alterius reguletur ab eo in cuius exequutionem fit *Alex.conſ.156.per tot.lib.6.* & in terminis ceſſionis cenſus dixit *Rot.in allegata Romana Saluiani 25.Maij 1618 coram Remboldo impreſſ.poſt Cenc. de Cenſib.deciſ.366.n.7.*

Quarta elicitur ex eo, quod Petrus Paulus contraxit cum eodemmet Tarquinio, qui cenſus impoſuerat, ac de eius voluntate, conſenſu, & mandato, ceſſit iura ſua D.Liuię abſenti ibi, Petrus Paulus &c. ità volente, conſentiente, & ordinante Marchione Tarquinio &c. ceſſit, & tranſtulit dictæ D.Liuiæ Primæ de Sanctacruce abſenti &c. Hinc optimè depræhenditur cenſuum † retrouenditio, quan-
8 doquidem in ceſſione tranſlatiua formali non erat opus agere cum debitore illorum, nec requirebatur illius voluntas, & conſenſus, ſicuti in extinctiua reſpectu ſortis, vt bene diſtinxit *Rot. in Aeſina Cenſus 27. Aprilis 1644. coram R.P.D.meo Cerro, apud Merlin.de pignor.& hypoth. deciſ.82.ſub nu.1.& 6.*

Quinta oritur ex obligatione Tarquinij Soceri, & Franciſci Viri de reſtituendo dotem in quantitate, ſicuti fuit ſoluta ſi enim quantitas fuiſſet ſuppoſita formali cenſuum acquiſitioni fauore mulieris, iſti, & non quantitas venirent in reſtitutione, quia cenſerentur Domina illorum debitori dati in dotem vt ſpecies, & in fundum dotalem, alias ſequere-
9 tur quod debitor † eſſet Dominus fundi & cēſus ſimul quod eſt abſurdum *Rota poſt Genç. de Cenſib.deciſ.182.nu.2.deciſ.306.nu.6.& ſeqq.& deciſ.511. num.1.& 2.*

Sexta deprehenditur ex partitis pagamentorum, & depoſiti ſubſequutis quæ loquuntur per verba explicata, & geminata extinctionis, ſiquidem verba actus, † qui ſequitur rectè de-
10 clarant intentionem primi, *l. ſed Iulianus 7. §.proinde ff.ad Maced. vbi Bald. num. 3. §.Patruum Inſtit.de rer.diuiſ.Surd.conſ.202. num.24. Natt.conſ. 285.num.5.Dec.conſ.421. num.13. Tiraquell.in l.ſi vnquam verb.donatione largitus C. de reuocat. donat. Afflict.deciſ.319.num.5. Oſaſcb.deciſ.71.num.33.&*

deciſ.90.nu.19. Rot.deciſ.379.num.3.& 4.poſt Cenc. de Cenſib.

Accedit inſuper obſeruantia ab anno 1620. citra ſubſequuta, & deſumpta tum ex ſucceſſiuis creationibus nouorum cenſuum tum ex eo quod aperta reſtitutione dotis ob mortem viri Marchioniſſa nunquam exegit, nec petijt fructus prætenſorum cenſuum, de quibus agitur quos tamen veriſimiliter exegiſſet, vel petijſſet ſi illos intendiſſet formaliter acquirere; Tum demum ex alijs in deciſione ponderatis ſub §.quod etiam bene &c. quæ quidem
11 diuturna † obſeruantia eſt optima rerũ Interpres etiam contra verborum proprietatem, & veriorem iuris intellectum *ad text. in l. minimè 23.ff.de leg.Menoch.conſ.390. n.20.Honded.conſ.92. num.27.& ſeqq.lib.1.& conſ.35. n.44.& ſeqq.lib.2. Larr.deciſ.45.num.24. Rot.deciſ.574. num.3.par.1. diuerſ.penes bon. mem. Buratt.deciſ.547. num.7. & deciſ.739.n.9.* & in alijs relatis per *Add.ad ſa.me. Greg.XV.deciſ.184.n.8.*

Clauſulæ verò conſtituti ponens, & ſimiles in Inſtrumento ceſſionis appoſitæ non aduerſantur voluntati contrahentium, imò illi famulautur, & recipiunt ab ea declarationem,
12 ac † bene poſſunt adaptari ceſſioni Iurium anterioritatis, vt in puncto reſpondit *Rot.in dicta Romana Saluiani coram bon.mem. Pironano penes Cenc.de Cenſib. deciſ. 368. num.2. & idem Cenc.in quæſt.103.ſub nu.17.in fin.verſ.Cæterum ſi verba.*

Nec tranſlatio cenſuum formalium in D. Marchioniſſam Liuiam argui poteſt ex quietantia à Petro Paulo illi facta quia cum ſolutio facta fuerit à Tarquinio ſoluente propriũ debitum, & ſoluere declarante de pecunijs dotalibus D.Marchioniſſæ verba *illa* † *ſe con-*
13 *tentum, & ſatisfactum vocauit,* important quietantiam principaliter factam Tarquinio de ſorte cenſuum, ab eo ſoluta, verba verò ſubſequentia, ibi: *& d.D.Liuiam abſentem quietauit*
14 important † quietantiam à Petro Paulo ſecundariò factam D.Marchioniſſæ, quæ cum ſuis pecunijs permiſit d.extinctionem à Tarquinio fieri ad effectum, vt ipſa cum eodem pretio iura anterioritatis, & potioritatis acqui-
15 reret ab eo, † & ſic ſingula ſingulis congruè referendo ex dd.verbis non inducitur concludens probatio tranſlatiuę ceſſionis *Rot.dec.192. num.6.par.4.rec.to.2.*

Quemadmodum nec talis probatio deduci poſſe viſum fuit ex omiſſione diſdictæ, quo-
16 niam ſicuti Petrus Paulus † ad retrouendendum cenſus à Tarquinio poterat compelli, ità ipſe potuit eidem diſdictæ renunciare *Buratt. deciſ.526.num.3.* Ea ratione, quia neceſſitas retrouenditionis reſultat etiam ex metu coactionis, vt ibidem ſubditur *num. 4.* qui quidem metus bene inferebatur in Petrum Paulum, dum actus diſdictæ, ſeù interpellationis facillimè potuiſſet expleri per Tarquinium.

Minus refragatur promiſſio de euictione, tanquam minus adæquata cenſus retrouendi-
17 tioni, cum per extinctionem † illius reſoluatur omnis hypotheca deſuper conſtituta *Rota deciſ.425.num.4.cum ſeqq.par.5.tom.2.recent.* Quia

dum

dum Petrus Paulus ceſſit iura ad formam Ca-
pitulorum matrimonialium in quibus con-
uentum fuit ceſſiones iurium reportandas eſſe
talia, qualia ipſa iura forent, huiuſmodi pro-
miſſio euictionis remanſit adeo modiſicata, vt
amplius non valeat in præſenti inſeruire de
adminiculo Emptionis, quia conſequutiua
non alterant † contractum Principale, vt ferè
18 in terminis fuit dictum *in Rauennaten. Cenſus 27. Iunij 1639. §. non obſtant verba illa &c. & 26.
Nouembris eiuſdem anni §. non obſtant ea, quæ per
Informantes &c. coram me.* Vltrà quod hæc † ſo-
19 la coniectura præualere non debet tot, tantiſ-
que alijs efficacioribus ſupra in contrarium
ponderatis *Rot. deciſ. 6. par. 5. & deciſ. 310. nu. 53.
par. 6. recent. & in Romana Legati ſcutorum 5000.
16. Ianuarij 1640. §. fin. coram me.*

Non obſtat nullitas dicti Inſtrumenti ducta
ex eo quod Petrus Paulus non potuerit ſolus
abſque Interuentu propriorum filiorum ex-
tinguere hos cenſus, vtpotè venditos ipſi, alijs
in fideicommiſſo comprænhenſis, & ſic etiam
eius filijs, quia præter quod ſtipulatio illa pro
ſe, & alijs in fideicommiſſo vocatis non intel-
ligitur ſimultaneè, ſed ordine ſucceſſiuo, prout
20 fuerunt in teſtamento vocati non procedit
obiectum † in alienatione neceſſaria iuxta tra-
dita poſt alios per *Simoncell. de Decret. lib. 3. tit. 8.
num. 5. & ſeqq. & num. 13. Caſtill. de vſufruct. cap. 3.
nu. 70. & ſeqq.* qualis † eſt cenſus retrouendi-
21 tio, & extinctio facta inſtante debitore *l. fidei-
commiſſa 11. §. ſi rem*, ibi, ſed ſi debitor vltrà
pecuniam obtulerat, quam offerente ipſo non
potuit non accipere *ff. de leg. 3.* cum alijs per
*Gurb. deciſ. 79. num. 18. & Rot. in Auenionen. fidei-
commiſſi 14. Nouembris 1614. coram bon. mem. Rem-
boldo impreſſ. poſt Cenc. de Cenſib. deciſ. 469. num. 21.
& ſeqq.* Quinimò interuenit Conſenſus Fuluij
eius filij, in cuius perſonam propter qualita-
tem maſculinitatis in ſucceſſione à Teſtatore
fœmininæ prælatam tunc principaliter reſide-
bat, ac deinde poſt obitum Patris fuit purifi-
catus primus ſubſtitutionis gradus, mediante
illius approbatione, ac ratificatione in ſubſe-
quentibus inueſtimentis pretij ex d. extinctio-
ne redacti, illorumque fructuum exactione.

Neque facit, quod prædictis ſororibus vo-
catis in dicto fideicommiſſo competat tacita
hypotheca contra bona Petri Pauli, ac Fuluij,
qui tanquam fideicommiſſo grauati † tene-
22 bantur illis reddere rationem de bonis fidei-
commiſſarijs per eos perperam alienatis iuxtà
opinionem *Theſaur. Iun. quæſt. forenſ. lib. 2. qu. 84.*
Quoniam nec illa opinio † vera eſt, vt patet
23 ex adductis per *Modern. Foroliuien. in d. eius tract.
de pignor. & hypoth. lib. 3. tit. 1. q. 3. per tot.* Nec per
Rotam fuit ſimpliciter admiſſa ex deciſ. ſuper
allegata *Romana Saluiani 28. Iunij 1641. coram me,*
24 ſed tantum † pro mala, & doloſa adminiſtra-
tione, vt in ea legitur *in §. fin.* Et demum mi-
nus applicatur huic caſui in quo alienatio fuit
neceſſaria ex iam dictis.

Nec releuat quod cenſus vltimo loco em-
pti per dd. ſorores prætendātur inexigibiles, &
non boni; vndè infertur quod alienatio do-
mus prædictæ vel ſaltem cenſuum de quibus
agitur extinctio ſit nulla ob non ſeruatam for-
mam Breuis Apoſtolici, & ob non adimple-
tam obligationem dd. Tarquinij, & Franciſci
de S. Cruce iuxtà quos ipſi curare debebant in-
ueſtimenta fieri, & tuta, quia vltrà quod mo-
tiuum caret fomento facti, cum nulla nec in
Inſtrumento, nec in Breue prædictis lega-
tur iniuncta Tarquinio, & Franciſco præ-
dictis obligatio inuigilandi ſuper Inueſtimen-
tis, eorumque ſecuritate cum onus huiuſmo-
di fuerit tantummodò demandatum vendito-
ribus domus, ac eorum ſucceſſoribus ad im-
plendum cum ſcientia, & conſenſu Tarqui-
nij emptoris, ac ſuorum, ratione illius tan-
tum intereſſe ad eos ſpectantis ob defenſionē,
ac euictionem domus, qui principaliter ex
pacto conuentum fuit ſubiectos eſſe debere
cenſus, ſeu loca montium ex pretio emenda,
vt patet ex eodem Inſtrumento *verſ. atque habi-
ta realis, & pacifica poſſeſſione &c.* ex quo Tar-
quinius, nec ſui tenebantur eſſe ſolliciti de
Inueſtimentis, eorumque bonitate, vt fuit in
hac eadem cauſa reſponſum ſub die 23. Ianua-
rij 1643. §. *Et hinc ceſſat &c. coram me Dicebatur,*
quod inueſtimenta facta cum Tarquinio tuta
omninò fuerunt, & bene completa mediante
integra pretij, ac fructuum reſtitutione, vt ap-
paret ex partitis Banchi, & Inſtrumentis rela-
tis in Summario Marchioniſſæ ſub num. 7. 9.
10. & 11. Illud autem poſtremò factum cum
Marchione Franciſco adhuc nō conſtat, quod
de tempore celebrati contractus non fuerit
tutum, & bonum, ſicuti ſub eo tempore †
25 probandum eſſet etiam ſi contractus habeat
tractum ſucceſſiuum, vt inter eaſdem partes
dixit *Rota in Romana Saluiani 20. Aprilis 1640.
§. Tum quia hæc inapotentia &c. coram Emminentiſſi-
mo Card. Panzirolo.*

Et in omnem caſum ſi quid imputari poſ-
ſet dicto Franciſco, itaut teneretur ad intereſ-
ſe. Non ideò reuiuiſcere poſſunt cenſus ex-
tincti, nec vllum indè præiudicium inferri
Marchioniſſæ Liuiæ, † cui d. anterioritatis iu-
26 ra pecuniā dotalis acquiſita fuerunt iuxta tra-
dita per *Molin. de primogen. lib. 4. cap. 4. num. 49.
verſ. ſi verò facultas &c.* & fuit reſponſum *in dicta
Auenionen. fideicommiſſi coram Remboldo num. 10. &
ſeqq. & in Romana Vinea 2. Maij 1644. in §. Conſen-
ſus autem &c. coram R. P. D. meo Bichio.*

Et ita vtraque &c.

ELNEN. IVRISDICTIONIS.

Veneris 2. Decembris 1650.

ARGVMENTVM.

Agitur de Statuto à bon. mem. Raynaldo Epi-
ſcopo Elneñ de anno 1408. condito ſuper fa-
cultate conceſſa ſindicis ſolitis deputari in Ec-
cleſia Sancti Ioannis Perpiniani priuandi di-
ſtributionibus beneficiatos, & canonicos eiuſ-
dem Eccleſiæ in proprio munere deficientes.
Et an ex quibus illius obſeruantia habeatur,
& ex quibus illi non fuerit derogatum.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Iudicium poſſeſſorium leuiores requirit probationes.*

2 *Obſeruantia ſubſequnta in omni materia eſt vera interpres, & magiſtra ac omnem prorſus remouet dubitationem.*

3 *Cauſa finalis ex præmio colligitur.*

4 *Manutentio poſſeſſori debetur pendente cauſa indeciſa.*

5 *Diſcretiua orationis eſt excludere, & ſeparare, ac reſpectiuè includere, & vocare quos expreſſit.*

6 *Capitulum Sede Vacante ſuccedit Epiſcopo in omnibus quæ ſunt iuriſdictionis, & poteſt condere nouum ſtatutum contrarium illi quod antea Epiſcopus condiderat.*

7 *Hoc non procedit quando Statutum fuit confirmatum à Papa concernetque etiam fauorem nedum Capituli, ſed aliorum cum non liceat inferiori Apoſtolicis indultis contrauenire.*

8 *Ampliа quando in confirmatione adeſſet Decretum irritans.*

9 *Exceptiones turbidæ non admittuntur in iudicio manutentionis.*

DECISIO DCCCLXX.

PROPOSITO dubio an, & quibus ex quatuor ſyndicis, partim de gremio Canonicorum, partim verò de numero Beneficiatorum ſolitis deputari in Eccleſia Sancti Ioannis Perpinani Elneñ Diœceſis, ſit dandum mandatum de manutenendo in quaſi poſſeſſione priuandi diſtributionibus Beneficiatos, & Canonicos eiuſdem Eccleſiæ in proprio munere deficientes, necnon congregandi Concilium Sede Epiſcopali vacante. Domini quoad quaſi poſſeſſionem priuandi, cenſuerunt illud eſſe concedendum omnibus dictis ſyndicis, vel maiori parti eorum ſi omnes fuerint præſentes actui priuationis, ſin minus duobus tantùm, quia ſic diſponit Statutum à bon.mem. Raymundo Epiſcopo Elneñ de anno 1408. conditum ſuper huiuſmodi facultate priuandi ſyndicis conceſſa, ibi, valeant, & poſſint ipſi quatuor, vel duo ipſorum auctoritate noſtra &c. quod non ſolùm fuit poſtmodum à ſan.mem. Pio IV. confirmatum, ſed etiam obſeruatum, ſicuti probatur ex pluribus actibus priuationum per duos tantùm ſyndicos publicè, & palam nemine contradicente geſtis, necnon ex Teſtibus formiter examinatis, deponentibus duos ſyndicos in abſentia aliorum priuaſſe, quæ probationes exuberant in
1 hoc iudicio manutentionis, † in quo leuiores ſufficiunt *Couarr.pract.queſt.cap.17.nu.3. Menoch. de retinend.remed.vlt.ſub num.34. Rot.penes Mantic. deciſ.122.n.2. Canal.deciſ.75.nu.4.bo.me. Buratt.deciſ.219.n.4.& deciſ.753.n.2.*

Nec aduerſantur iura pro parte Capituli ad demonſtrandam correctionem, & contrariam obſeruantiam prædicti Statuti exhibita: Nam primò laudum, ſeu ſententia arbitralis de anno 1335. inter idem Capitulum, & Communitatem Beneficiatorum lata, dum mandat, quod prænarratis verbis dicti Statuti, *poſſint,* & *valeant ipſi quatuor electi &c.* addantur hæc alia verba, *vel maior pars &c.* non ideo adimit, nec reuocat facultatem ibidem conceſſam etiam duobus, ſed pro maiori, & abundantiori declaratione addit, vel exprimit quod fuerat prætermiſſum in eodem Statuto, in quo nulla mentio facta fuerat de maiori parte ſyndicorum: propterea verba addita intelligi debent in caſu, quo omnes quatuor, vel maior pars, & ſic tres ſyndici ſimul conuenerint, non autem quando duo ſoli ſunt præſentes, cœteri verò abſentes; nam tunc illi tantùm duo præſentes validè poſſunt eandem exercere auctoritatem priuandi à Statuto eis attributam, prout declarauit obſeruantia poſt dictam ſen-
2 tentiam arbitralem ſubſequuta, quæ in omni † materia eſt vera interpres, & magiſtra, ac omnem prorſus remouet dubitationem *cap. cum dilectus 8. de conſuet. cap. cum veniſſent 6. de inſtit. l. minimè 23. & l. ſi de interpretatione 37. ff. de leg. Rot. in recent. deciſ.419. num.6. par.1. deciſ.365. num.1. verſ. certum eſt enim par.2. deciſ.560. nu.11. par.5.* cum alijs cumulatis *in S. Seuerinæ Decimarum 28. Iunij 1646. §. nihil obſtat ſententia &c. coram R.P.D. meo Royas.*

Secundò Conſtitutiones bon.mem. Epiſcopi Magarolæ, tantum abeſt, quod probentur promulgatæ ad effectum corrigendi, ſeu reformandi Statutum prædictum Epiſcopi Raymundi, quin potius apparent editæ pro illius, aliorumque Statutorum præcedentium punctuali obſeruantia, & executione, vt patet ex proœmio earumdem Conſtitutionum, ibi. Item cùm ſit iuſtiſſimum, quod ſtatuta, & ordinationes, tàm Apoſtolica auctoritate, quã ordinaria confirmata, & ſententia arbitralis, & alia iura particularia, quæ habet Communitas dictæ Eccleſiæ circa priuationes, quas ſyndici poſſunt facere obſeruentur iuxtà formam, ſeriem, & tenorem illorum &c. ex †
3 proœmio namque elicitur cauſa finalis *l. fin. vbi Bart. num.3. ff. de hæred. inſtit. Roman. conſ.38. num.1. Alex. conſ.7. nu.3. lib.2. Menoch. de præſumpt. lib.6. præſumpt.2. num.3. Rot. deciſ.483. num.1. par.1. deciſ.718. num.21. par.4. tom.2. rec. & penes Duran. deciſ.18. num.3.* Vndè quamuis in eis legatur, priuationes faciendas eſſe per quatuor ſindicos, vel maiorem partem ipſorum, non tamen diſcrepant à prædicto Statuto Raymundi, ſed cum eo bene conueniunt retenta eadem interpretatione de qua ſupra, ſcilicet, quod iſta forma loquendi non adimat facultatem priuandi in dicto Statuto elargitam etiam duobus: Et in omnem caſum cùm illæ fuerint à ſyndicis impugnatæ mediante appellatione per Signaturam Rotæ commiſſa, cuius vigore emanauit inhibitio, & cauſa adhuc pendet indeciſa, manutentionem † poſſeſſori
4 impedire non poſſunt *Rot. apud ſa.me. Greg. XV. deciſ.365. num.3. Caualer. deciſ.288. num.4. & deciſ.335. num.2.*

Tertiò verba ad beneplacitum ipſorum ſyndicorum, vel maioris partis eorum &c. contenta in litteris ſan.mem. Pij IV. pro confirmatione Statutorum Raymundi emanatis, animaduertebatur non eſſe verba Pontificis,

ſed

ſed ipſiuſmet Raymundi, prolata non in Statuto, de quo agitur, ſed in alio, in quo decreuit, quod Theſaurarius, & Procuratores eiuſdem Eccleſiæ teneantur depoſito officio, requiſiti à quatuor ſyndicis, vel à duobus ex eis, rationem eorum adminiſtrationis reddere, & recuſantes incurrant ipſo facto pœnam priuationis anniuerſariorum, & aliarum diſtributionum ad beneplacitum ipſorum quatuor ſyndicorum, vel maioris partis eorum, vt legitur in eiſdem Statutis, quod ſanè non ſolùm non repugnat, ſed magis corroborat ſupradicta, cùm indè conſtet ex diſcretiuo loquendi modo per Raymundum adhibito, quod ille quoties maiorem partem in priuatione interuenire voluit, † ſpecialiter expreſſit
5 *l.quaſitum 12.§.idem reſpondit ff.fund.inſtr.leg.Ruin.conſ.131.num.4.lib.2. Surd.conſ.554.nu.7.& duob.ſeqq.Menoch.conſ.215.num.69.& 70. Rot.in recent.deciſ.627.num.8. par.2.deciſ.492. nu.10.par.4.to.2.deciſ.274.n.8. par.6.penes Seraph.deciſ.1436.n.12.Add.ad ſa.me.Greg.XV. deciſ.301.nu.18.* eodemque pacto Pontifex confirmauit.

Quartò demum actus priuationum geſti per omnes quatuor ſyndicos non conuincunt contrariam obſeruantiam à Capitulo prætenſam, quia bene procedunt in illis caſibus, in quibus fuerunt præſentes omnes quatuor ſyndici, vel maior pars illorum, non autem excludunt alios caſus, in quibus duo tantùm conuenerunt cœteris abſentibus, prout etiam bene declarant dicti Teſtes pro parte Beneficiatorum examinatis.

Quouerò ad quaſi poſſeſſionem congregādi Concilium pro negotijs Eccleſię, ſiue communibus tam Capitulo, quam Beneficiatis dicebatur, manutentionem concedendam eſſe eiſdem ſyndicis, ac etiam vni ex eis iuxta expreſſam diſpoſitionem eorumdem Statutorum Raymundi per fel.record.Pium IV.confirmatorum, & in viridi obſeruantia exiſtentium: At quando Concilium congregandum eſt ad effectum tractandi negocia ad cōmunitatem Beneficiatorū particulariter ſpectantia, in quibus habent intereſſe aduerſatiuum Canonici, ſubdebatur, manutentionem illud conuocandi, & faciendi dandam eſſe Beneficiatis, ac ſindicis, qui de eorum numero eliguntur tantum, abſque eo, quod in huiuſmodi Concilio interuenire poſſint Canonici & eorum ſyndici, prout diſponit Indultum ſan.mem.Clementis VIII. Communitati dd.Beneficiatorum deſuper conceſſum, & hactenus obſeruatum ſicuti deponunt Teſtes in Summario Beneficiatorum relati ſub *num.10.*

Non obſtat, quod nullus ex actibus poſſeſſorijs hucuſque tam in priuando, quam in cōuocando Concilium factis per ſindicos probetur præcisè geſtus de tempore Sedis Vacantis, ad quod potiſſimum reſtringebatur præſens diſputatio, ideoque pro eo tempore illis
6 manutentio dari non debeat, cùm tunc † Capitulum ſuccedat Epiſcopo in omnibus, quæ ſunt Iuriſdictionis, & propterea poſſit nouum condere ſtatutum contrarium illi, quod antea per Epiſcopum ordinatum fuit ad tradita per *Felin.in cap.cum omnes 6.num.10.poſt princ.verſ.& hoc amplia &c. de Conſtit.*

Quoniam obiectum ceſſare viſum fuit ex eo, quia ſtatutum de quo agitur, fuit à Sede Apoſtolica confirmatum, concernitque fauorem non tantùm ipſius Capituli, verùm etiam Beneficiatorum, quo caſu Capitulum non
7 poteſt illud abrogare, cùm non liceat † inferiori Apoſtolicis Indultis contrauenire in præiudicium tertij *cap.cum inferior 6.de maior.& obed.cap.1.& 2.de confirm. vtil.vel inutil. Abbas in cap.cum acceſſiſſent 8. ſub num.2. verſ.ſi verò ſtatutum &c.de conſtit.cap. alleg.86.ſub num.3. verſ.Non obſtat, quod notat Io. Andr. &c.* Maximè quando prout hic, confirmatio † Apoſtolica continet decretum irritans *cap. dilecto 25. §. præterea vbi gloſſ.in verb,huiuſmodi in fin.& Doct.de praben. Abbas in d.cap.cum acceſſiſſent ſub num.9. ad med.verſ. aut confirmatio eſt facta cum clauſula decreti irritantis &c.& Felin.ſub num.7.*

Quæ omnia ponderarunt Domini ad effectum manutentionis tantùm, ad oſtendendū ſcilicet, quod exceptiones, † & iura Capituli
9 non ſunt adeò clara vt in hoc ſummariſſimo iudicio admitti debeant, ſed veniant reijcienda ad petitorium, in quo releuantia eorum plenius diſcutietur *cap.querelam 24.vbi Abb.ſub num.2.& 12.de elect.Rot.deciſ.175.nu.1.& 2.par.4.diuerſ.& penes bon.mem. Buratt.deciſ.544. num.14.& ſeqq.* & in alijs relatis *in Barchinonen. manutentionis 28. Iunij 1645.coram R. P. D. meo Corrado.*

Et ità vtraque &c.

BVRGEN. BENEFICII.

Veneris 2. Decembris 1650.

Argumento non eget cum habeat ex Summario.

SVMMARIVM.

1 *Poſſeſſor manutenendus eſt.*
2 *Poſſeſſor appellatione pendente non eſt ſua poſſeſſione priuandus.*
3 *Sed in ea manutenendus etiam in qualibet inſtantia, & in gradu reſtitutionis in integrum aduerſus rem iudicatam, & n.4. ac etiam ſi ſententia lata ſit ſuper inualiditate tituli, & n.5.*
6 *Teſtibus ſuper affirmatiua in concurſu multo magis, quam ſuper negatiua deponentibus deferendum venit.*

DECISIO DCCCLXXI.

MICHAELI informanti dandum eſſe mandatum de manutenendo in poſſeſſione beneficij quartæ portionis nuncupati, in Eccleſia Parochiali Oppidi de Poncianos exiſteñ, reſolutum fuit; Nam quod ipſe tempore motæ litis poſſideret hoc beneficium pleniſſimè conſtat ex depoſitionibus teſtium deſuper examinatorum, & corroboratur ex narratiua ſententiæ ad fauorem Ioannis, & aliorum colliti-

Digitized by Google

litigantium prolatæ ab Ordinario Burgeñ, in qua enunciantur eorumdem collitigantium iudiciales confeſſiones poſſeſſionis Michaelis, cui propterea denegari non debet manutẽtio ,
1 *l.1. §. interdictum autem , ff. Vti poſſid. §. retinendæ inſtit.de interd. Rota penes ſan.mem. Greg.XV. deciſ. 107.num.1.dec.458.num.1.cum ſeqq. & Buratt. deciſ.730.n.1.cum vulgar.*

Non obſtat d.ſententia Ordinarij ſuper nullitate prouiſionis eiuſdem Michaelis ob non factam publicationem Edictorum,& ob vnionem,& ſuppreſſionem d.Beneficij, lata ; Quia cum ab huiuſmodi ſententia fuerit appellatum , & cauſa appellationis ſimpliciter commiſſa ſit, remanet ſuſpenſus eius effectus,itaut
2 appellatione pendente Michael non ſit ſua poſſeſſione priuandus, *l.1. ff.nil.nou. appell.pend. l.appellatione interpoſita 3. C. de appell. & in Auth. Vt cum de appell.cognoſc.in princ.cap. cum teneamur*
3 *17. de appell.* ſed in ea manutenendus *Lotter. de re beneſ. lib.1.q.38.num.226.Rot.int.recen. dec.229. num.23. par.5.& dec.132.num.11.par.7. penes ſan. mem.Greg.XV.dec.488.num.8.Buratt. dec.823.n.8.*
4 vbi quod hoc procedit in qualibet inſtantia, etiam in gradu reſtitutionis in integrum aduerſus rem iudicatam, & fuit dictum in *Romana penſionis 30. Maij 1646. §. non obſtat , quod poſt latam &c. coram R.P.D. meo Cerro, Thomat.deciſ. 41.num.26.* vbi etiamſi ſententia lata ſit ſuper
5 inualiditate tituli, cum alijs latè congeſtis per *Moder. Peruſ. de manut. obſeruat. 8. ſub numer.45. & ſeqq.*

Nec refragatur exceptio non publicationis Edictorum,quia tollitur ex relatione Parochi, qui edicta publicauit, nec non ex depoſitioni-
6 bus teſtium in illo actu adhibitorum , quibus tanquam ſuper affirmatiua magis credendum eſt , quàm alijs teſtibus contrarijs ſuper negatiua deponentibus, *Innocen. in cap. Veniens, Verſ. item in hoc caſu &c. prop.med. de uerb. ſignific. Farinac. de teſt.q.65.num.201.Buratt. dec.572. nu.14. & fuit reſponſum in Valentina Praeminentiarum 22. Iunij 1640.coram bon.mem. Coccin.& in alijs relatis in Iannen. ſeu Romana Cambij 2.Decemb.1644. nec obſtant ydem teſtes &c. coram me .*

Vltra quod cum iſta , ſicuti alia exceptio vnionis , & ſuppreſſionis beneficij controuerſi reſpiciat petitorium,non poteſt impedire manutentionem d. Michaeli debitam , *Menoch. de retinend. remed.vlt.num.36.Rot.dec.685.n.5. par.1. & dec.615.num.2. par.3. recen.* & in ſpecie exceptionis vnionis fuit dictum in *Capntaq. Vnionis 20.Februarij 1589. §. non obſtat , quod fuerit reſolutum &c. coram Bubalo , in Feretrana Parochialis 22.Maij 1628. coram bon.me.Card.Virili poſt tract. Moder. Peruſ.de manut. dec.236. num.12. & in Aliphana Iuriſpatronatus 1.Iuly 1629. coram Reuerendiſſ.Terracinen. ibidem dec. 267.num.4.& ſeq. & in Romana Subcollectoriæ 17.Maij 1645. §. quæ omnia &c. & 2.Iunij eiuſdem anni §.quod verò attinet &c. coram R.P.D. meo Bichio .*

Et ità vna tantum &c.

BONONIEN. SEPARATIONIS BONORVM.

Veneris 9. Decembris 1650.

ARGVMENTVM.

Separationi bonorum , vt ſit , vel non ſit locus quæ requirantur .

SVMMARIVM.

1 *Mulier vigore ſtatuti Bononiæ lib.4. ſub rubr.de dot. reſtit. in §. item dicimus tenetur pro ſatisfactione ſuæ dotis recipere bona ſtabilia viro in cauſam dotis aſſignata .*
2 *Quod eo magis procedit ſtante ſpeciali eorum hypotheca .*
3 *Separationis remedium non cõpetit contra alios eiuſdem hæreditatis concreditores cum illud exerceri ſoleat inter creditores non eiuſdem perſonæ , ſed diuerſarum perſonarum, vel actionum .*
4 *Separationis bonorum vxori competeret, quãdo fuiſſet hæres à marito inſtituta .*
5 *Mulier debet vti beneficio hypothecæ ſuæ dotalis pro recuperatione ſuæ dotis .*
6 *In legitimam imputantur habita ex teſtamento,& ex ſubſtantia Teſtatoris .*

DECISIO DCCCLXXI.

CVM Diamantes Sighigella prætenderet ſe eſſe creditricem hæreditatis q. Pauli Dondini eius viri in lib.3000.ex cauſa ſuæ dotis, & in alijs ſummis , alijs de cauſis ; Atque etiam eius, & d.Pauli communes filij contenderent vti vocati ad fideicommiſſum Iacobi Dondini eorum aui eſſe creditores hęreditatis paternæ in ſumma librarum 8585. pro pretio animalium, gemmarum , & aliorum mobilium hæreditatis eiuſdem Iacobi à Paulo Patre emptorum , ac in libris 36. mil. ab eodem patre deſumptis ex negocio Anconæ hęreditario prædicti Iacobi fideicommittentis ; Ad obtinendum ſatisfactionem dd. creditorũ inſteterunt pro ſeparatione bonorum hæreditariorum d. Pauli ; ſed quia pro ſuo intereſſe ſe oppoſuit Hipolytus Scafilionus tanquam creditor hæreditatis eiuſdem Pauli, dubitaui , An eſſet locus d. ſeparationi , & Domini negatiuè reſponderunt.

Etenim reſpectu Diamantis, ipſa tenetur pro ſatisfactione ſuæ dotis recipere bona ſtabilia pro dictis libris 30. mil. Paulo eius viro
1 in cauſam dotis aſſignata ſub die 2. Ianuarij 1627. prout expreſsè diſponit ſtatutum Bononieñ lib.4.ſub rubr. de dot.reſtit.iñ §. item dicimus, quod ſi dos data fuerit &c. quod eo
2 magis procedit ſtante ſpeciali eorum hypotheca ad text. *in l.2.C.de pignor.Surd.dec.44.n.5. Verſ. Et idem videtur quando agitur de dote &c.*

Cętera verò eius prætenſa credita non iuſtificantur , & quatenus iuſtificarentur , eſſent pro rata compenſanda cum libris 8. m.ab ipſa ex hæreditate dicti eius viri receptis,illę enim non debent compenſari cum fructibus bono-

rum extradotalium à viro perceptis, cum iſti lucro viri cedant ita diſponente eodem ſtatuto in §. præterea &c.

Et caſu quo ipſa remaneat creditrix hæreditatis viri in aliqua ſumma, ei non competit ſeparationis remedium contra alios eiuſdem
3 hæreditatis concreditores, cùm illud inter creditores non eiuſdem perſonæ, ſed diuerſarum perſonarum, vel rationum exerceri ſoleat, iux. *tex. in l. 1. & tot. tit. ff. de ſeparat. Caſtrenſ. conſ. 245.*
4 *ſub num. 1. uerſ. præterea &c. & ſub num. 3. par. 1.* Et ei tunc competeret, quando fuiſſet à viro hæres inſtituta iuxta *text. in l. vnic. §. igitur C. de rei vxor. act. in quibus terminis loquuntur Roman. Bero. Pariſ. Roland.* & alij omnes allegati per in-
5 formantes pro eius parte; ſed hypothecæ ſuæ dotalis beneficio vti debet iuxta text. *in l. creditor, & l. potior ff. qui pot. in pign. hab. l. Vnica §. Et vt plenius C. de rei Vxor. act. & l. aſſiduis C. qui pot. in pig. hab.*

Reſpectu verò filiorum, licet illi ſint hæredes beneficiati Pauli patris, ceſſat pariter huiuſmodi remedium, quia ex hactenus deductis non iuſtificantur prædicta eorum credita; Non quidem illud deductum ex pretio animalium, gemmarum, & mobilium hæreditatis Iacobi eorum Aui; quia, eſto quod illa eſſent ſub fideicommiſſo d. Iacobi comprehenſa, attamen pro tertia tantum parte eis tanquã patri ſubſtitutis ratio foret reddenda, quæ in
6 legitimam ipſi Paulo tunc debitam imputari deberet *Gratian. diſcept. 448. ſub num. 12. Merlin. de legit. lib. 2. tit. 2. q. 1. ſub num. 7. & 8. uerſ. ſed prima opinio &c. Fuſar. de ſubſtit. qu. 624. ſub num. 21. uerſ. ſi verò &c. Rota coram ſan. mem. Gregor. XV. dec. 568. n. 7.*

Neque aliud deductum à ſupradicta exactione pecuniarum negocij Anconæ cùm non ſatis iuſtificetur ex datis in eorum *Summ. ſub num. 6.*

Et ita vtraque &c.

BONONIEN. REDDITIONIS RATIONIS.

Veneris 9. Decembris 1650.

A R G V M E N T V M.

Ratio de adminiſtratis, ex quibus dicatur ſufficienter reddita.

S V M M A R I V M.

1 *Ratio adminiſtrationis tunc ſufficienter dicitur reddita quando concurrunt librorum exhibitio, calculi poſitio, & exacta partitarum diſpunctio mediantibus peritis ex vtraque parte Iudicis authoritate electis, ac reliquorum reſtitutio.*

2 *Ratio validè poteſt reddi cum curatore ad litem deputato non citato Auo, quando iſti fuit prohibita vſusfructus, & cuiuſcunque eius commoditatis acquiſitio.*

3 *Iuſtificatio partitarum quando deſumi valeat ex illarum veriſimilitudine legalitate perſonarum, & ſimilium quæ Iudicis arbitrio committuntur.*

4 *Libri, in quo continentur partita adminiſtrationis ſufficit ſi ſint exhibiti peritis electis in loco adminiſtrationis.*

5 *Ratio ſufficienter non dicitur reddita ſine reliquatus effectiua ſolutione.*

6 *Hoc non procedit quando ex quo fuit recuſatum d. reliquatum recipere fuit facta oblatio iudicialis per Adminiſtratores.*

D E C I S I O DCCCLXXIII.

CONDIDIT Comes Sigiſmundus Maluaſia teſtamentum, in quo inſtituto hærede primo filio naſcituro ex Comite Franciſco Maria, vel Conſtantio eius ex Comite Neapolione fratre nepotibus, diſpoſuit, quod dictus inſtitutus hæreditate frui nõ poſſet donec 14. ſuæ ætatis annum non expleuiſſet, quo expleto, voluit vt ille ſeorſum ab omnibus ſanguine, & in quolibet gradu ipſi coniunctis habitaret, ac Patri, & Auo vſusfructus acquiſitionem prohibuit; Interim verò, donec hæres naſceretur, & ad dictam ætatem perueniret, deputauit tres adminiſtratores dictæ ſuæ hæreditatis, nempe Marchionem Ludouicũ Facchinettum, Comitem Cirum Mareſcottum, & q. Galeatium formagliarum. Iſti ſuſcepto adminiſtrationis onere, eoque per plures annos geſto, ac demum exacto de anno 1646. quo Antonius Ioſeph primo natus ex d. Comite Franciſco Maria ad pubertatem deuenit, omnia bona prædictæ hæreditatis d. Antonio Ioſepho conſignarunt; deinde volentes etiam de eorum adminiſtratione rationem reddere, & abſolutionem reportare, conuenerunt eumdem Antonium Ioſephum coram bon. me. Cardinali Falconerio tunc Bononiæ Legato, qui ſeruatis ſeruandis, ac recuſante d. Antonio Ioſepho recipere reliquatum ei à dd. Adminiſtratoribus iudicialiter oblatũ, ſuam diffinitiuam promulgauit ſententiam, in qua prædicti Adminiſtratores, eorumque hæredes reſpectiuè fuerunt abſoluti. Ab hac ſententia appellauit Antonius Ioſeph, & cauſa appellationis mihi commiſſa, dubitatum fuit, an conſtaret de ſufficienti redditione rationũ; Et Domini (facta per dictos Adminiſtratores, vel eorum hæredes actuali ſolutione, ſiue depoſito penes Montem Pietatis Bononiæ librarum 26830.2.3. quarum remanent debitores pro d. reliquatu iuxta relationem calculatorum de qua in eorum Summario *num. 6.* af-
1 firmatiuè reſponderunt, quia concurrunt omnia ad id requiſita, nempe librorum exhibitio, calculi poſitio, & exacta partitarum diſpunctio mediantibus Peritis ex vtraque parte Iudicis auctoritate electis, ac reliquorum reſtitutio iuxta *text. in l. cum ſeruus 8. ff. de cond. & demonſtr. Menoch. de arbitr. caſ. 208. nu. 14. & 15. Guttier. de tutel. par. 3. cap. 1. num. 28. & ſeq. Munoz. de ratiocin. cap. 2. nu. 9. & ſeq. Rota coram ſan. mem. Greg XV. dec. 151. in recen. deciſ. 190. num. 3. par. 4. tom. 2. & in Romana pecuniaria 14. Decembris 1646. coram R. P. D. meo Corrado.*

Ne

Digitized by Google

Nec refert, quod ratio prædicta reddita fuerit cum Curatore ad litem deputato d. Antonio Ioſepho, non citato eiuſdem Auo, in cuius poteſtate exiſtebat; Quia dum ex ſpeciali Teſtatoris diſpoſitione fuit illi expreſsè prohibita vſusfructus, & cuiuſcunque eius commoditatis acquiſitio bonorum, de quibus agitur, non cenſetur ad hunc effectum legitimus ad-
2 miniſtrator, ac proinde ritè proceſſum fuit dato Curatore abſque eo, quod admitteretur auus, vel eius conſenſus requireretur, quicquid aliud ſit quando Auus potuiſſet, ſed noluiſſet habere vſumfructum, vt probat *tex. in cap. fin. de Iudic. in 6. & in terminis diſtinguendo tradit Bart. in l. fin. §. neceſſitatem ſub num. 2. verſ. prout etiam eſt caſus &c. ff. de bon. quæ liber. vbi etiam Corn. num. 14. Barboſ. in l. 2. §. quod ſi in Patris &c. num. 19. ad fin. verſ. ſed vbi à Principe &c. ff. ſolut. matr. Franch. in d. cap. fin. ſub num. 4. verſ. ſed in his &c. plenè Neuiz. conſ. 18. nu. 8. verſ. ſecundo pro iſta parte &c. Anton. de Virgil. de legitimat. perſon. cap. 4. in princ. ſub num. ult. ad fin. verſ. ſi pater non habet vſumfructum, nec commoditatem &c. Aſcan. Clemens de patr. pot. effect. 4. num. 13. verſ. & hinc eſt, Vant. de nullit. tit. de nullit. ex defect. mand. num. 41. Maſtrill. dec. 82. num. 6.*

Neque ſubſiſtit, quod Periti calculatores non præſtiterint iuramentum, quoniam ex actis apparet illos iuraſſe in actu exhibendi relationem, quod ſufficit, præſertim cum fuerint ab vtraque parte electi, in quibus propterea ceſſat quælibet ſuſpicio.

Non obſtat, quod non fuerint iuſtificatæ partitæ in libris annotatę; Quia cum veriſimiles, & ex cauſis veris, & apparentibus, ac à nobilibus perſonis notę probitatis, & fidei cōſcriptę ſint; ſufficiens omninò reſultat ex eiſdem libris probè, ac legaliter tentis, vt con-
3 cordes retulerunt Periti, earum probatio, quę prudentis Iudicis arbitrio, prędictis animaduerſis, committitur, *Bald. in rubr. C. de fid. inſtr. ſub num. 34. & 35. Io: Garz. de expenſ. cap. 20. ſub numer. 23. §. præterea verſ. hæc autem probatio &c. Munoz. qui alios refert de ratiocin. d. cap. 10. ſub num. 62. & ſeq. & cap. 13. n. 3.*

Minus releuat, quod iſti libri non exhibeantur in hac cauſa appellationis, quia ſatis eſt,
4 illos fuiſſe exhibitos Peritis electis in loco adminiſtrationis geſtę, *l. 1. C. vbi de ratiocin. ag. opor. Caſtr. in l. Prætor ait in fin. ff. de eden. Munoz. de ratiocin. d. cap. 10. num. 24. Rot. Genuen. diuerſ. dec. 98. ſub num. 4. ſan. mem. Greg. XV. d. dec. 151.*

Demum nihil facit, quod prędicti Adminiſtratores non reſtituerint reliquatum, ſine
5 eius effectiua ſolutione ratio ſufficiēter reddita dici non nequit iuxta d. text. *in l. cum ſeruus 8. in fin. vbi gloſſ. & Doct. ff. de cond. & demonſt.* Nam ſtantibus appellatione, & contradictione Antonij Ioſephi, & oblatione iudiciali per eoſdem Adminiſtratores facta ante ſententiam,
6 illi veniūt excuſandi à qualibet culpa, & mora hactenus incurſa ad effectum, de quo agitur, *l. fundus, ff. de reſcind. uend. l. ſi reſiduum, C. de diſtract. pign. Crauett. conſ. 331. nu. 5. Pedroch. conſ. 1. num. 229. lib. 1. Ciriac. contr. 226. num. 35. tom. 2. Rot.* *in Aſten. fructuum 27. Martij 1613. coram bon. me. Manzanedo.*

Et ita vtraque parte informante &c.

ALERIEN. PAROCHIALIS.

Lunæ 12. Decembris 1650.

A R G V M E N T O.

Mandatum de manutenendo regulariter conceditur habenti poſſeſſionem etiam inſtrumentalem.

S V M M A R I V M.

1 *Poſſeſſio Inſtrumentalis eſt manutenibilis alio non exiſtente in poſſeſſione.*

2 *Leniores probationes requiruntur in iudicio poſſeſſorio.*

3 *A. C. nullam habet iuriſdictionem in beneficialibus.*

4 *Decretum nullum non priuat quem ſua poſſeſſione.*

5 *Beneficio prius obtento ex quibus dicatur renunciatum per aſſecutionem incompatibilis etiam ſi in iſtius adeptione præceſſerit proteſtatio; quod non intelligatur prima gratia renunciatum, & n. 6.*

D E C I S I O DCCCLXXIV.

PRO Iacobo informante reſponſum fuit, ſcilicet ei concedendum eſſe mandatum de manutenendo in poſſeſſione Parochialis Eccleſiæ Sancti Petri de Linguicetta; quoniā de eius poſſeſſione conſtat ex Inſtrumento
1 adeptionis illius, quod ſufficit pro manutentione; dum poſſeſſio fuit capta tempore quo nullus poſſidebat iuxta *gloſſ. in l. non idcirco 12. verb. in vacuam ibique Bald. in princ. C. de fid. inſtr. Bart. in l. prædia 48. ſub num. 1. verſ. ſi inſtrumentum &c. ff. de acq. poſſeſſ. Rota coram bon. mem. Buratt. dec. 235. num. 2. & dec. 746. num. 1. ac in recen. deciſ. 129. num. 2. & ſeqq. par. 3. cum alijs relatis in Neapolitana Parochialis 15. Martij 1647. §. nam conſtat &c. coram R. P. D. meo Otthobono, & nouiſſimè in Nicien. Canonicatus 14. Nouembris præteriti coram me in princ.*

Maximè concurrentibus dictis duorum teſtium deponentium de actuali Iacobi fructuū perceptione, qui licet ſint examinati abſque citatione partis ad perpetuam rei memoriam; magnum tamen præſtant adminiculum in
2 hoc ſummariſſimo manutentionis, in quo leuiores probationes admittuntur, *Alex. conſ. 147. num. 2. lib. 6. Ayn. conſ. 198. n. 11. Ruin. conſ. 46. num. 16. lib. 4. Seraph. dec. 585. num. 1. Buratt. deciſ. 648. num. 6. vbi alia referuntur concordantes, & in Elnen. iuriſdictionis 2. huius coram me in princ.*

Non obſtat, quod etiam Dionyſius collitigans perceperit nonnullos fructus huius Parochialis; quia non inde ſibi acquiſiuit aliquam poſſeſſionem manutenibilem in concurſu anterioris poſſeſſionis Iacobi, cùm hæc fructuum perceptio facta fuerit vigore moni-

3 torij conceſſi ab A.C. qui nullam habet iuriſ-
dictionem in beneficialibus, vt fuit dictum in
*Cremonen. Præbenda 21. Maij 1607. coram Card.
Lancellotto, & in Meſſanen. Archipresbyteratus
9 Ianuarij 1633. coram bon. mem. Motmanno penes
Moder. Peraſ. de manut. dec. 434. num. 9. & 10. &
dec. 537. num. 7. & 8. & coram Card. Caual. dec. 32.*
4 *per tot.* Et ideò ſicuti monitoriũ fuit nullum,
ita quoque eius executio, quæ propterea non
valuit priuare Iacobum ſua poſſeſſione, *Angel.
in l. clam poſſidere 6. §. qui ad nundinas nu. 2. in fin.
ff. acq. poſſ. Cora. conſ. 193. num. 4. lib. 3. Rota dec. 43.
num. 6. par. 4. tom. 2. rec.*

Accedit quod dictus Dionyſius poſtquam
fuit à Sede Apoſtolica certo modo prouiſus
de hac Parochiali, & dum inter eum, & dictũ
Iacobum pendebat deſuper lis, aſſequutus fuit
aliam Parochialem in eadem Diœceſi Ale-
rieñ, quã per biennium circiter pacificè poſ-
ſedit, ac deinde reſeruata ſibi deſuper penſio-
ne ad fauorem certæ perſonæ reſignauit, effe-
ctu ſubſequuto; vnde arguitur ipſum liti, ac
5 præcedenti huius Parochialis prouiſionis tan-
quam incompatibili iuxta diſpoſitionem *cap.
De multa 28. de preben. cap. cum ſingula 32. in princ.
eod. tit. in 6. & Extrauag. Execrabilis §. qui verò
deinceps &c. eodem tit.* penitus renunciaſſe *Clem.
gratia de reſcript. vbi gloſſ. in verb. renunciare &c.*
6 dicit hoc procedere etiamſi ſecũdum incom-
patibile beneficium adipiſcatur cum proteſta-
tione, quod non intelligatur primæ gratiæ re-
nunciatum, cùm illa ſit contraria facto, & im-
proba vti ſacris Canonibus omnino contra-
ria, & ſequitur *Rebuff. in tit. de reſignat. in princ.
verſ. tertio qui litigat &c.*

Et ita &c.

MONOPOLITANA PROFESSIONIS.

Lunæ 12. Decembris 1650.

ARGVMENTVM.

Geſta coram Iudice poſt illius recuſationem legitimè factam ſunt attentata: Plura traduntur pro excluſione facultatis procedendi abſque interuentu coniudicis.

SVMMARIVM.

1 *Attentata ſunt geſta coram Iudice legitimè allegato ſuſpecto cum appellatione ab vlteriori proceſſu.*

2 *Recuſatio Iudicis poſt litis conteſtationem non relevat.*

3 *Lis vt dicatur conteſtata duo copulatiuè requiruntur, libelli oblatio ex parte actoris, & reſponſio iudicialis ad ea, quæ in libello continentur ex parte rei.*

4 *Litis conteſtatio non eſt neceſſaria in cauſa appellationis.*

5 *Abbatiſſa ſola non poteſt præſtare impedimentum recuſationi Iudicis propoſitæ nomine Monialium, & Monaſterij ante conſenſum eiuſdem Abbatiſſæ.*

6 *Iudex ſuſpectus allegari poteſt ex cauſa ſuſpicionis ſuperuenta etiam poſt conſenſum in iuriſdictione illius.*

7 *Iudex non poteſt ſine labe attentatorum procedere ſolus quando Papa dedit formam procedendi coniunctim cum alio Coniudice.*

8 *Iudex, quod procedere valeat ſolus ob defectum alterius Coniudicis requiritur, quod probatio deficientiæ, ſeu impedimenti Coniudicis præcedere debeat quemcumque alium actum.*

9 *Commiſſio non extenditur vltra perſonas expreſſas.*

10 *Iudex recuſatus debet ſuperſedere donec à Papa, vel eius Signatura cauſæ ſuſpicionis ſint cognitæ, & inde reſcriptum prodierit.*

11 *Contraria mutuo ſe expellunt.*

12 *Cauſa quando eſt commiſſa cum clauſula, appellatione remota omiſſa cognitionis nullitatis præcedentis ſententiæ, & attentatorum debet aggredi negocium principale.*

13 *Attentata quando ſunt clara veniunt in quocumque iudicio quantumuis fauorabili, & executiuo omnino purganda.*

14 *Deciſ. Greg. 239. in quibus terminis procedat.*

DECISIO DCCCLXXV.

PLACVERVNT Dominis fundamenta
deciſionis ſub die 16. Nouembris prox.
præt. editæ, in qua dictum fuit conſtare de at-
tentatis; Quoniam acta per Vicarium Con-
uerſanum Delegatum Apoſtolicum, poſtquã
ille fuit pro parte Abbatiſſæ, & Monaſterij
Sancti Leonardi Ciuitatis Monopolitanæ le-
gitimè allegatus ſuſpectus cum appellatione
ab vlteriori proceſſu, nullatenus excuſari poſ-
1 ſunt à vitio attentatorum, & nullitatis, vt præ-
ter allatos in *deciſ. §. Et ideo &c. docet gloſ. in cap.
quoniam contra 11. in verb. recuſationis de probat.
Rebuff. in tract. de recuſat. art. 5. num. 2. & 3. Gabr.
concl. 5. lib. 2. de Iudic. pract. Papien. in form. libell. de
iuriſdict. declinat. in verb. Iudicem ſuſpectum num. 2.
Marant. in prax. par. 4. diſtinct. 16. numer. 4. Vant. de
nullit. ex defect. iuriſdict. num. 140. & ſeq. Oſaſc. de-
ciſ. 83. à num. 2. vſque ad 6. & nu. 11. verſ. ſed opi-
nionem Imolæ &c. cum ſeq. Rota penes Card. Seraph.
dec. 983. num. 11. cum alijs per Moder. Caſonaten. de
cit. lib. 2. cap. 9. num. 150. & plur. ſeqq.*

Non obſtat, quod pro parte ſororis Maria-
næ Indellæ collitigantis prætendatur hanc ex-
ceptionem fuiſſe oppoſitam poſt litis conte-
2 ſtationem contra *text. in l. apertiſſimi 14. C. de
Iudic. & in cap. inter Monaſterium 20. de ſent. & re
iudic.* Quia contrarium patet ex proceſſu co-
ram eodem Vicario fabricato, in quo apparet
nullum alium actum præceſſiſſe delegati re-
cuſationem præter ſolam notificationẽ com-
miſſionis cauſæ factam Abbatiſſæ, quæ ſola
notificatio de per ſe non valuit inducere litis
conteſtationem, cùm ad iſtum effectum duo
3 copulatiuè requirantur libelli oblatio ex par-
te actoris, & reſponſio iudicialis ad ea, quæ in
libello continentur ex parte rei, quemadmo-
dum docet *gloſſ. in cap. vnic. de lit. conteſt. cap. cum
cauſam 6. de iuram. calumn. l. rem non nouam 12.*

§. pe-

by Google

§. patroni C. de Iudic. Speculat. de lit. conteſt. §. 1. & §. 2. num. 4. in fin. verſ. quod ſi dicat &c. Marant. in prax. par. 6. membr. 10. de lit. conteſt. ſub n. 3. & ſeqq. & num. 12. verſ. Vbi reus præſens &c. Idcirco nihil refert, quod Abbatiſſa in eo actu notificationis reſponderit ſe nolle facere partem in hac cauſa, ſed velle conſentire in iuriſdictionem d. Delegati, & contentã eſſe, quod ille in ea procederet ſecundum iuſtitiam; quoniam hæc verba non concernunt merita cauſæ, ac negocii principalis, nullitatis profeſſionis de qua agitur, prout ad concludendam litis conteſtationẽ in iudicio ordinario, quale eſt iſtud, concernere debent ex iuribus mox allegatis.

Minus obſtat, quod per huiuſmodi reſponſionem fuerit conſenſum in iuriſdictione, quod ſufficit, maximè in cauſa appellationis,
4 in qua non eſt neceſſaria litis conteſtatio ad tradit. per *d. Moder. Caſenaten. de cit. tom. 1. cap. 1.*
5 *num. 21.* Quia cum ea facta fuerit à ſola Abbatiſſa nullum præſtare valuit impedimentum recuſationi poſtmodum propoſitæ nomine Monialium, & Monaſterij per Procuratorem ab eis multo ante dictum cõſenſum ad id ſpecialiter conſtitutum per text. *in cap. nouit 4. & cap. ſeq. de his, quæ fiunt à Prælat. ſin. conſ. Capitul.* Eòque minus, quia ſuſpicio allegata fuit etiã
6 ex cauſa, quæ poſtea ſuperuenit, quo caſu licitum eſſe recuſare Iudicem etiam poſt conſenſum præſtitum in eius iuriſdictione diſponit *text. in cap. inſinuante 25. de offic. deleg. & in cap. paſtoralis 4. de except. & tradit Rebuff. ad reg. Conſtit. tit. de recuſat. art. 1. gloſſ. 2. nu. 2. & gloſſ. 6. num. 2. & d. Moder. Caſenaten. de cit. tom. 2. cap. 9. num. 148.*

Cauſa, quæ de nouo emerſit, fuit quod prędictus Vicarius ſpreta forma litterarum Apoſtolicæ commiſſionis, in quibus ei demandabatur, vt procederet cum vno ex ſuperioribus Monaſterij Monialium, voluit ſolus abſque interuentu Coniudicis cauſam cognoſce-
7 re, quod facere minimè potuit citra Monaſterij manifeſtum grauamen, & vitium nullitatis actorum, *cap. cauſam matrimonij 16. cap. prudentiam 21. §. 1. cap. cum cauſa 22. de offic. delegat. Rot. deciſ. 29. num. 2. verſ. ſicut illa non debet &c. par. 4. rec.*

Neque releuant atteſtationes exhibitæ ſuper eo, quòd in Ciuitate Monopolitana nullus adſit ſuperior dd. Monialium pręter Ordinarium, à quo ſoror Mariana appellauerat; Quia vltra quod probatio deficientiæ, ſeu impedimenti Coniudicis pręcedere debebat om-
8 nem alium actum geſtum coram altero delegato, vt aduertit *gloſſ. in d. c. prudentiam 21. verb. non oſtenderit verſ. reſpondeo &c. de offic. delegat.* Litteræ Apoſtolicæ non faciunt mentionem de ſuperiore d. Monaſterij; ſed de vno ex ſuperioribus alicuius Monaſterij Monialium in Bareñ, vel Conuerſañ, aut Octueñ Diœceſis exiſtentibus Sancti Benedicti, ſeu alterius Ordinis in quo ſoror Mariana profeſſionem emi-
9 ſit; vnde horum deficientia, non autem aliorum, de quibus litteræ non loquuntur, probanda erat *ad tex. in cap. cum dilecta 22. & cap. ſi-*

gnificante 34. de reſcript. l. 1. in fin. ff. de Conſtitut. Princ. Rota dec. 747. num. 5. par. 2. recent. & penes ſan. mem. Greg. XV. dec. 34. n. 2.

Et in omnem caſum hæc, & alię cauſæ expreſſæ in actu recuſationis ſuprabundabant ad hoc, vt Vicarius ſuperſedere deberet donec à
10 Sanctiſſimo D. Noſtro, vel eius Signatura illæ cognitæ fuiſſent, ac deſuper inde reſcriptum emanaſſet ad *tex. in c. Vno delegatorum 42. de offic. deleg. gloſſ. in cap. ſi contra 4. in verb. clauſula eod. tit. in 6. Rota deciſ. 3. num. 1. & 2. par. 4. recent.*

Nec quicquam facit, quod Abbatiſſa extraiudicialiter declarauerit ſe coactè, & metu excommunicationis, aliarumque pœnarum ſibi ab Epiſcopo Monopolitano comminatarum allegaſſe ſuſpectum d. Vicarium Conuerſanũ; quia hæc declaratio pugnat cum altera de directo contraria ſubinde facta per eamdem Abbatiſſam coram Notario, & Teſtibus, ac
11 eidem Vicario intimata, & ambæ mutuo ſe expellunt, *Surd. conſ. 230. num. 13. Rota deciſ. 725. n. 14. par. 4. tom. 3. rec.*

Denique non obſtat, quod agatur de cauſa nullitatis profeſſionis, quæ celerem expeditionem expoſcit, quodque illa reperiatur in Rota commiſſa cum clauſula appellatione remota, vnde omiſſa cognitione nullitatis præcedentis ſententiæ, & attentatorum aggredi de-
12 beat negocium principale, vt dixit *Rot. coram ſan. mem. Greg. XV. dec. 229.* Quia quando, prout
13 hic attentata ſunt clara, veniunt in quocunque iudicio quantumuis fauorabili, & executiuo omnino purganda, vt in ſpecie habetur *in d. cap. cauſam matrimonij 16. de offic. deleg. & per Lancell. de attent. par. 3. cap. 30. ſub num. 28. & plur. ſeqq. & num. 128. & ſeqq. num. 168. & plur. ſeq. & n. 180. & ſeqq.*

14 Nec aduerſatur d. deciſio Greg. 229. quoniam in illius caſu attentata erant valde turbida, & concernebant alimenta, & ſic materiã ad cauſam non facientem; in præſenti verò ſunt clara, & verſantur circa examina teſtium, & alias probationes factas ſuper prætenſa nullitate profeſſionis, ſuper quibus iudicium quamuis commiſſum appellatione remota eſſet fundandum, quatenus illæ non probarentur attentatæ, vel nullæ, vnde merito attentata ſunt reuocanda.

Et ita vtraque parte informante &c.

MONOPOLITANA CANONICATVS.

Lunæ 23. Ianuarij 1651.

ARGVMENTVM.

Vnicitas ſubcollectorum requiritur vt beneficia dicantur reſeruata vigore regulæ 5. Et iſta vnicitas quomodo probetur materia pertractatur.

SVMMARIVM.

1 *Arbitrium regulatur à Iure.*
2 *Litteræ Apoſtolicæ ac indulta, quando ſunt iuſtificata de Iure debent exequi.*

3 *Pluralitas excluditur ex iuriſpræſumptione, quæ liquidiſſima appellatur probatio.*
4 *Iuris præſumptiones ſuffragantur ad reportandam victoriam.*
5 *Subcollectoris deputatio probanda eſt per litteras deputationis.*
6 *Subcollector ſufficit quod per momentum fuerit vnicus vt beneficium dicatur reſeruatum.*
7 *Subcollectores priores per aliorum ſubſequentem deputationem cenſentur reuocati.*
8 *Subcollectorum pluralitas tunc tollit reſeruationem, quando illa prouenit ab eodem fonte, & quilibet ex deputatis habet omnimodam iuriſdictionem circa idem officium in eadem Diœceſi.*
9 *Subcollectores plures à diuerſis ad diuerſa negotia penitus diſtincta deputati vnuſquiſque illorum dicitur vnicus in munere ſuo, itaut ipſorum beneficia cadant ſub regula reſeruatoria.*
10 *Poſſibilitas in contrarium excludit probationem, quæ per neceſſe concludere debet.*
11 *Depoſitum vnius iulij cum obligatione ſoluendi reſiduum facta liquidatione ſuffragatur in renunciatione prioris iudicij quoties non agitur de ſpolio, ſeu attentatis.*
12 *A Decreto Rotali ante omnia reficiendi expenſas prioris iudicij cenſetur receſſum ſi fuerit proceſſum ad vlteriora in diſputatione meritorum cauſæ abſq; partis oppoſitione.*

DECISIO DCCCLXXVI.

INTERPOSITA per Franciſcum Paulum Torres appellatione à ſententia Rotali lata pro exequtione breuis de capienda poſſeſſione nomine Cameræ expediti ad fauorem Ioſephi Morandi prouiſi Apoſtolici de Canonicatu, de quo agitur, fuit illius cauſa mihi commiſſa cum clauſula Parito breui arbitrio Rotæ, iuxta cuius reſcripti tenorem dedi dubium an intret arbitrium pro retardatione exequutionis dicti Breuis, quod hodie fuit negatiuè reſolutum quandoquidem illud eſt in omnibus plenè iuſtificatum, vt bene oſtenſum fuit in duabus Deciſionibus in præcedenti inſtantia editis ſub diebus 1. Iulij 1647. & 13. Ianuarij 1648. coram R.P.D.meo Royas, & per conſequens non eſt locus arbitrio pro retardatione † cum
1 illud † regulari debeat à iure *Rota in recent. deciſ.558.num.1.par.1.deciſ.101.num.1.& deciſ.165.num.2.par.3.penes bon.mem. Duran.deciſ.340.nu.1.*
2 De iure autem litteræ † Apoſtolicæ, & Breuia quæ ſunt iuſtificata exequutioni demandari debent *cap.cum Capitulo 5. cum gloſſ. in verb.exequitur & cap.ſeq. de conceſſ.præbend.in 6.Rot.in rec.d.deciſ.558.n.2.par.1.& in puncto Breuis de capien. poſſeſſ.nomine Cameræ d.deciſ.165.nu.1.in fin.par.3.deciſ.586. num.2. par.5. tom.2.& penes Caualer.deciſ.639.num.1.*

Nec obſtare dicebatur obiectum continuo per Torres inculcatum, ſcilicet, quod non probetur Ioannem Baptiſtam Patritium per cuius obitum vacauit Canonicatus controuerſus fuiſſe vnicum ſubcollectorem fructuũ, ac Prouentuum Cameræ Apoſtolicæ in Ciuitate, & Diœceſi Menopolitan. prout requiritur ad effectum, vt intret reſeruatio regulæ quartæ hodiè quintæ Cancellariæ ſuper qua fundatur prouiſio Apoſtolica Morandi.

Quia ad probandam vnicitatem requiſitam per d.regulam reſeruatoriam ſatis eſt, quod conſtet de legitima Patricij deputatione in ſubcollectorem, & exaduerſo non doceatur de pluralitate, cum hæc excludatur ex Iuris
3 præſumptione, † quæ liquidiſſima appellatur probatio *l.licet Imperator 74.vbi DD. ff.de leg.1. gloſſ.in l.ſi Tutor 5. verbo oſtendens C. de peric. tut. Felin.in rub.de probationibus n.2.* vbi etiam quod
4 ad reportandam † victoriam ſufficit probare per præſumptiones à iure inductas *Hippoll. Marſil.in l.1.§.ſi quis dicat num.16.ff.de probat.* vbi quod iuris præſumptio afferre ſecum probationem *Menoch.de præſumpt.lib.1. quæſt.81. nu.3. & ſeqq.* & in his terminis *Rota deciſ.756.num.4. par.2.recent.*

Neque releuant atteſtationes extraiudiciales totius Capituli, & Cleri Ciuitatis Menopolitan. vna cum monitorio Eminentiſſimi Cardinalis Camerarij tranſmiſſis Franciſco *l. Arie*, datæ ad probandam pluralitatem ſubcollectorum.

5 Quia vltrà quod deputatio ſubcollectoris † non bene probatur per teſtes cum ſit probandum per litteras ipſius deputationis ex rationibus adductis per *Rotã in Bonon.beneficiorum 29. Maij* 1645. *§.ſimiliter ad probandum coram R.P.D. meo Bichio.* Prima atteſtatio facta de anno 1645. viſa fuit nimis confuſa, & indeterminata, ibi, *come in eſſo Clero vi ſono ſtati, e ſono attualmente ſuccollettori del Nuntio &c.* Poſterior facta de anno 1648. percutit tantummodo annũ 1641. ibi, *hauemo inteſo per il tempo paſſato, & in particolare dell'anno 1641.dal principio di detto anno ſino al fine continuamente del qual tempo erano ſuccollettori delli frutti della Camera Apoſtolica l.Abb.Franceſco Bandini Franceſco l. Aria &c.* Monitorium verò non excedit diem 3. Aprilis eiuſdem anni 1641. ſub qua fuit expeditum, & ſic huiuſmodi probationes nullatenus concludunt ſicuti deberent quod ab anno 1641. quo Patritius fuit deputatus ſubcollector vſque ad annum 1644. quo ille deceſſit ſemper extiterint plures ſubcollectores, itaut nullo temporis ſpatio ipſe vnicus fuerit, cum ad effectum, vt iſte Canonicatus, quem Patritius obtinebat tempore deputationis compræhendatur ſub
6 reſeruatione dictæ regulæ ſufficiat illum etiam per † momentum fuiſſe vnicum ſubcollectorem ad tradita per *Mandoſ.ad eamdem reg 4. q.9. nu.4.Garz.de benef.par.5. cap.1.ſub num.365.Rota deciſ.11.& 15.de præben. in antiq.& deciſ.255.n.5. par.5.recen.* Quinimò contrarium conuincitur ex ipſa ratione, quia dato etiam quod ante Patritium extarent alij ſubcollectores, tamen non excluderent præſumptam Patritij vnicitatem, cum ex ipſius poſteriori deputatione
7 illi † cenſerentur reuocati *iux.tex.in l.ſi quis cum procuratorio §.fin.ff.de Procurat. cap. non iniuſtè eod. tit.in 6.Mandoſ.ad d.reg.4.q.1.per tot.& q.10.nu.2. & ſeqq.Garz.de benef.par.5. cap.1.num.356.* & reſpondit *Rot.in Foroliuien.S.Lazari 29. Nouembris 1591.coram bo.me.Gypſio, & in rec.deciſ.715.n.15. & ſeqq.par.1.*

Præ-

Prætereà minùs concludunt quod ſubcol-
lectores; de quibus ipſæ loquuntur fuerint
deputati ad huiuſmodi officium in eadem Ci-
uitate, & Diœceſi Menopolitan. cum potue-
rint deputari, vel pro alijs locis quamuis eſ-
ſent perſonæ de Capitulo, & Clero Menopo-
litan. vel pro diuerſis officijs, & à diuerſis per-
ſonis, nam ad hoc vt pluralitas ſubcollecto-
rum tollat reſeruationem, neceſſe eſt, quod
illa proueniat ab eodem fonte, † & quod qui-
8 libet ex deputatis habeat omnimodam iuriſ-
dictionem circa idem officium in eadem Diœ-
ceſi, & in his terminis procedunt deciſiones
*Aſten. Canonicatus 30. Ianuarij 1617. & 19. Nouem-
bris 1618. coram bon. mem. Coccino, & deciſ. Ianuen.
Canonicatus 3. Maij 1647. coram Reuerendiſſ. Terra-
cinen.* Secus autem eſt quando plures ſubcol-
lectores emanarunt à diuerſis fontibus, nempè
vnus ab Eminentiſſ. Cardinali Camerario, al-
ter verò à dicto Theſaurario, vel Nuntio ad
negotia penitus ſeparata, videlicet alter pro
exactione Decimarum Papalium, alter verò
pro ſpolijs Clericorum, tunc enim quilibet
9 dicitur vnicus † in munere ſuo, & beneficia,
quorumcumque ipſorum cadunt ſub d. regu-
la reſeruatoria, vt in puncto reſpondit *Rota in
Licien. Canonicatus 19. Ianuarij §. conſiderabat, &
26. Martij §. non obſtat quod in Ciuitate &c. 1629.
coram me*, & in alijs relatis in deciſione huius
cauſæ *1. Iulij 1647. §. quinimò aduertebant, & 13.
Ianuarij 1648. §. fin. coram R. P. D. meo Royas.* Qua-
mobrem nulla † ex dd. atteſtationibus, reſul-
10 tare poteſt probatio, quæ ſuffragetur *cap. in
præſentia vbi gloſſ. in verbo verbum dubium verſ. &
eſt ratio de probat. l. neque naturales 10. Cod. eod. tit.
l. non hoc 4. C. vnd. legit. Rot. deciſ. 586. num. 5. par. 1.
recen. penes ſa. me. Greg. XV. deciſ. 353. n. 2. & bo. me.
Buratt. deciſ. 948. nu. 3.*

Minùs obſtat prætenſa nullitas ſententiæ
Rotalis deſumpta ex eo quod Morandus non
refecerit expenſas prioris iudicij ab eo renun-
ciati. Quia cum non agatur de ſpolio ſiue at-
tentatis, ſed de ſimplici renunciatione iudicij
per contradictas perperam in. enlati, † ſatis
11 fuit depoſitum vnius Iulij cum obligatione
ſoluendi reſiduum facta liquidatione iuxta
doctrinam *Angel. in l. 4. §. an Prætor ff. de re iudic.*
quam ſequuta fuit *Rot. in recen. deciſ. 715. num. 2.
par. 1. & in Vercellen. Penſionis 28. Iunij 1619. coram
bo. me. Pironano relata per Add. ad ſan. me. Greg. XV.
deciſ. 505. num. 6. & in puncto in Romana Quarti do-
talis 17. Martij 1642. §. fin. coram R. P. D. meo Cer-
ro.* Maximè dum huiuſmodi expenſarum
refectio non fuit iniuncta ex reſcripto Signa-
turæ tribuente Rotæ iuriſdictionem ſub ea
conditione in quibus terminis loquuntur de-
ciſiones pro parte D. Torres allegatæ, ſed ex
decreto, ſeù reſcripto Rotali, † à quo cenſe-
tur receſſum procedēdo ad vlteriora in diſpu-
12 tatione meritorum cauſæ parte non opponē-
te de d. refectione expenſarum niſi ſero in cal-
culo ferendæ ſententiæ *l. quod iuſſu 14. vbi Bald.
num. 5. verſ. veniamus*, & alij Doct. *ff. de re iudic.*
cum alijs relatis *in Romana Pecuniaria 19. Ianua-
rij 1646. §. tum quia deinde corā R. P. D. m. Corrado.*
Et ità vtraque &c.

ROMANA CENSVS.

Lunæ 30. Ianuarij 1651.

ARGVMENTVM.

Dos non poteſt conſtitui ex bonis fideicommiſ-
ſo ſuppoſitis, ſi exiſtant libera.

SVMMARIVM.

1 *Remedium* auth. res quæ C. comm. de legat. *eſt
omnino ſubſidiarium, itaut nunquam dotes ſint con-
ſtituendæ ex bonis fideicommiſſarijs, niſi in defectum
liberorum.*

2 *Dotationis tempus inſpici debet ad effectum videndi
an adeſſent bona libera.*

3 *Bona fideicommiſſaria non poſſunt diſtrahi ex cauſa
dotis ſi adſint bona libera.*

4 *Pater non poteſt donare filiæ vltra dotem bona libe-
ra, vt poſtea illam dotet de bonis fideicommiſ-
ſarijs.*

5 *Dotatio congrua regulariter pendet ab arbitrio Iudi-
cis, qui præſumitur conſiderare circumſtantias ne-
ceſſarias.*

6 *Dotis complementum conſiſtens in parua ſumma de-
bet ſolui vel ex bonis liberis, vel ex fructibus bo-
norum fideicommiſſariorum.*

DECISIO DCCCLXXVII.

CVM hodiè Ioannes Franciſcus Attauā-
tes vocatus ad fideicommiſſum Petri
Pauli Attauantis eius Aui, oſtenderit, quod
Dominicus eius Pater hæres grauatus tempo-
re dotationis Fauſtinæ poſſideret bona à nexu
dicti fideicommiſſi exempta pro illius con-
grua dotatione ſufficientia. Reſolutum fuit
ſententiam Rotalem concedentem R. P. D.
Amadeo, eiuſque fratri immiſſionem in poſ-
ſeſſionem locorum montium de quibus agi-
tur pro fructibus cenſus ſcutorum 500. in ſor-
te per d. Dominicum ad effectum ſoluendi
partem dotis dictæ Fauſtinæ impoſiti ſuper
domo fideicommiſſaria, in cuius locum ſub-
rogata fuerunt d. loca montium eſſe infirmā-
dam quia remedium † *auth. res quæ C. com. de leg.*
1 Permittentis alienationem bonorum fidei-
commiſſariorum ex cauſa dotis eſt omninò
ſubſidiarium, adeout nunquam intret quan-
do extant res reſtitutioni non ſubiectæ, ex qui-
bus mulier poſſit congruè, & honeſtè dotari,
vt expreſsè colligitur ex eadem *Auth.* ibi, *ſed
ſi liberis portio legitima non ſufficit &c.* & com-
muniter tradunt ibidem ſcribentes, & in ſpe-
cie *Salyc. num. 2. prop. fin. verſ. ſed ego puto &c. Ang.
num. 5. Curt. Iun. num. 16. Caſtr. conſ. 77. nu. 7. vol. 2.
Iaſ. conſ. 66. num. 4. vol. 1. Petr. de fideic. q. 8. nu. 459.
Peregr. eod. tract. art. 42. nu. 66. Rot. deciſ. 49. nu. 7. &
deciſ. 301. n. 14. par. 6. rec.*

Quod autem Dominicus Communis Pater
Ioannis Franciſci, & Fauſtinæ dicto tempore
dotationis quod in † hac materia venit inſpi-
2 ciendum *Rot. in Bononien. fideicommiſſi 16. Martij
1640. coram R. P. D. meo Bichio, & in alia Bonon.
fideicommiſſi de Maluetijs 13. Martij 1642. coram
R. P. D.*

R.P.D. meo Peutingerio, haberet bona libera nempè præter Societates officiorum ſcutor. 500. domum, liuellos, lineam margaritarum, & alia mobilia pater ex publicis Inſtrumentis ipſarum Societatum, necnō ex apocha matrimoniali, & Inſtrumento dotali, in quo domum, liuellos, lineam Margaritarum, & mobilia prædicta fuerunt ſponſo conſignata pro ſcutorum 4450. quæ ſumma attenta perſonarum conditione, & quantitate Patrimonij, ac ſuperexiſtentia vxoris filij maſculi, & familiæ prædicti Dominici congrua videbatur pro do-
3 te eiuſdem Fauſtinæ ideoque non poterat † deueniri ad alienationem bonorum fideicommiſſo, atque expreſsè prohibitioni Teſtatoris ſubiectorum, vt pluribus adductis probat *Fuſar. de ſubſt. q. 531. nu. 163. Iaſ. conſ. 89. nu. 8. vol. 1.* & reſpondit *Rot. penes Mantic. deciſ. 129. ſub nu. 5. verſ. nam dos congrua &c. & in Preneſtina Dotis 29. Nouembris 1647. in §. alia verò quod Teſtator mandauit &c. & in Romana Reſciſſionis Tranſactionis 29. Maij 1648. in §. Et licet D. Hippolitus &c. coram R.P.D. meo Corrado.*

Non obſtat quod d. mobilia fuerint à Dominico donata Fauſtinæ pro acconcio, quia
4 vltrà quod Pater non † poteſt regulariter donare filiæ vltrà dotem bona libera vt poſtea illam dotet de bonis fideicommiſſarijs in præiudicium vocatorum *Pariſ. conſ. 63. nu. 45. lib. 2. Cephal. conſ. 344. num. 34. Honded. conſ. 76. num. 5. lib. 1. Peregr. de fideicom. art. 42. ſub num. 72.* adhuc detracto illorum valore inter Partes concorditer taxato in ſcutorum 400. Dominis viſa fuit in hoc caſu ſufficiens dos ſcutorum 4000. certum eſt enim quod congrua dotatio in fideicommiſſis metiri non debet à voluntate
5 conſtituentis dotem, ſed ab Arbitrio † Iudicis, qui conſideratis conditionibus, & alijs circumſtantijs ſupra deductis illam arbitratur, vt per *Fuſar. Iaſ.* & alios ſupra relatos.

Et in omnem caſum parua ſumma ſcutorū quinquaginta, quæ deerat pro integra ſolutione dotis per Dominicum promiſſæ in ſcut. 4500. bene poterat ſatisfieri vel ex parte ſortis dd. Societatum officiorum, quæ pariter erant libera ipſius dotantis, vt dictum eſt, vel ex earum, & † bonorum fideicommiſſariorum
6 fructibus *iuxt. text. in l. mulier 22. §. cum proponetetur ff. ad Trebell. Peguer. deciſ. 116. n. 5. & ſeqq. Menoch. conſ. 704. ſub num. 16. & ſeqq.*

Et ità vtraque &c.

ALEXANDRINA CANONICATVS.

Lunæ 13. Februarij 1651.

ARGVMENTVM.

Beneficiatus vt ob non reſidentiam priuari poſſit quæ requirantur.

SVMMARIVM.

1 *Inſtrumentum adepta poſſeſſionis alio non exiſtente in poſſeſſione ſufficit pro manutentione.*

2 *Priuatio præſupponit habitum.*

3 *Sententiæ effectus per appellationem interpoſitam, & à Signatura ſimpliciter admiſſam remanet ſuſpenſus.*

4 *Et ſic appellans interim non debet priuari ſua poſſeſſione.*

5 *Sententia nulla, & iniuſta non priuat quem ſua poſſeſſione.*

6 *Beneficiatus abſens non poteſt beneficio priuari niſi fuerit legitimè, & perſonaliter ab Epiſcopo citatus, ſeu monitus ad redeundum intrà congruum tempus, conſiderata loci diſtantia, ac temporis qualitate & num. 8.*

7 *Nec ſuffragatur citatio per adictum cum illi ſit locus quando beneficiatus priuandus ob non reſidentiam latitat, vel in loco ignorato, ſiue adeo remoto, aut ſuſpecto degit, vt non poſſit ad eum perueniri citatio.*

9 *Beneficiatus vt ex cauſa abſentiæ poſſit beneficio priuari requiritur quod ſeruetur forma S. Conc. Trid. ſeſſ. 24. de reform. cap. 12.*

10 *Declarationes Congregationis Sac. Conc. Trid. Rota reuerenter ſequitur.*

11 *Poſſeſſor quod non habuerit ſe pro ſpoliato reſultat ex proteſtatione, ac recurſu per ipſum habito ad ſuperiores & num. 12.*

DECISIO DCCCLXXVIII.

IOANNI Andreæ de Comitibus dandum eſſe mandatum de manutenendo in poſſeſſione Canonicatus de quo agitur reſponderunt Domini ex quo eius poſſeſſio probatur non ſolum ex publico Inſtrumento ap-
1 prehenſionis illius, quod † alio non exiſtente in poſſeſſione ſatis eſſe pro manutentione dixit *Rota penes bo. me. Buratt. deciſ. 235. num. 2. & deciſ. 746. num. 1. ac in recent. deciſ. 129. num. 2. & ſeqq. par. 3. & in Alerien. Parochialis 12. Decembris 1650. coram me*, & alibi paſſim, ſed etiam ex monitorijs Ordinarij Alexandrini contra eum emanetis, in quibus nuncupatur titularis & poſſeſſor huius Canonicatus, ac tanquam talis fuit illo priuatus in ſententia ſucceſſiuè lata ob non reſidentiam, priuatio enim præ-
2 ſupponit † habitum, vt in puncto manutentionis conſiderauit *Rota deciſ. 130. num. 3. par. 7. recent. penes Buratt. deciſ. 908. num. 3. in Rauennaten. Salutani 10. Iunij 1639. coram R.P.D. meo Bichio & in Ferrarien. Supplementi legitimæ 28. Iunij. 1645. coram me*, & in ſpecie ſententiæ priuatoriæ beneficij *deciſ. 467. num. 3. & 468. num. 1. poſt modern. Peruſ. de manut.*

Nec obſtare viſa fuit prædicta ſententia pri-
3 uationis, tùm quia per appellationem † à Io: Andrea interpoſitam, & à Signatura ſimpliciter Rotæ commiſſam illius effectus remanſit ſuſpenſus *cap. Paſtoralis 23. §. præterea de offic. delegat. cap. venientes 19. de iur. iur. cap. 1. de re iudic. Abb. conſ. 69. num. 2. verſ. ſed in caſu noſtro lib. 1. Rot. in Mediolanen. prætenſæ deuolutionis 11. Febr. 1650
4 §. fin. coram R.P.D. meo Meltio*, ita vt † appellans interim priuari non poſſit ſua priſtina poſſeſſione, ſed in ea manuteneri debeat *d. cap. venientes verſ. cum ergò poſtquam &c. de iur. iur. l. 3. C. de appellat. Scacc. de appell. qu. 3. ſub num. 72. verſ. & ſimili-*

*ſimilitèr Canonicus Rota coram bo. me. Buratt. de-
ciſ.169.n.2.verſ.qua manutentio Caualer.deciſ.242.
num.2. & deciſ.315. num.1.* Tùm quia apparet
5 nulla, & iniuſta notoriè vnde minus † valuit
priuare Ioannem Andream ſua poſſeſſione *e.
conquerente 7.de reſtit.ſpoliat.& ibi Abb.nu.8. Rota
d.deciſ.169. num.1. & ſeqq.coram Buratt. & penes
ſa. me. Gregor.XV. deciſ.9.num.4.& 8.& deciſ.69.
num.3.* & in puncto fuit dictum penes *Card.
Seraph.deciſ.1346.per tot.& in alleg.deciſ.467.n.4
& 468.num.2.apud Poſt.de manut.*

Nullitas deducebatur ex eo, quia Ioannes
Andreas non fuit legitimè, & perſonalitèr ab
6 Epiſcopo† intimatus, ſeù monitus ad redeun-
dum intra congruum tempus conſiderata lo-
ci diſtantia, & temporis qualitate præfigen-
dum, prout requirebatur iuxta diſpoſitio-
nem *tex.in cap.ex parte 8. de Cler.non reſiden.gloſ.
in cap.quoniam frequenter 5.§.porrò in verb.Canoni-
bus verſ. ſuper hac expectatione &c. vt lit. non con-
teſt. Lotter.de re benef.lib.3.qu.27.num.83. Rota de-
ciſ.21.de dol.& contumac.in antiq. & penes Verall.
deciſ.372.num.3.& deciſ.378.per tot.par.2.Mantic.
deciſ.12.nu.1.*

Neque releuat citatio facta per Edictum,
quia tunc admittitur huiuſmodi forma citan-
di quando Beneficiatus ob non reſſidentiam
7 priuandus latitat, † vel in loco ignorato, ſiuè
adeò remoto, aut ſuſpecto degit vt non poſſit
ad eum peruenire citatio *cap.ex tuæ 11.de Cler.
non reſid. Abb.conſ.67.num. 2.vol.1.Barboſ.de Cano-
nic.& dignit.cap.20. num.18. Seraph.d.deciſ.1346.
nu.5. Mant.d.deciſ.12. num.2.* In præſenti autem
Caſu Ioannes Andreas manebat in Vrbe, idq;
notiſſimum erat ordinario, vt liquet ex ipſius
decreto facto ſub die 1. Martij 1650. vbi nar-
ratur d. Ioannem Andream Romæ morari,
8 & ſic erat omninò † citandus perſonalitèr, vt
vt præter ſupradicta allegat. docet *Praſec. in
prax.noua Epiſc. par.2.cap.3. num.9. verſic. neceſ-
ſariò &c.*

Iniuſtitia notoria reſultat ex quo Ordina-
rius elapſo vno tantum anno abſentiæ dicti
Ioannis Andreæ ſtatim eum priuauit Cano-
9 nicatu, quod eſt contra formam † Sac. Conc.
Trid. ſeſſ.24. *de reformat.cap.12.verſ.præterea ob-
tinentibus &c.* cuius vigore non ſolum ſunt
prius contra abſentem ſeruandi pænarum gra-
dus ibi præſcripti, ſedetiam quando, prout
hic agitur, de beneficio curam animarum
non habente expectari debet triennalis illius
contumacia antequam ad priuationem be-
neficij validè deueniri poſſit, vt ſepiùs decla-
rauit Sacri Concilij Congregatio in reſolu-
tionibus relatis *ad d.cap.12. per recol.mem. Car-
dinalis Bellarmin. in verb. alioquin. Barboſ. ſub
num.70.& 85. & in d.eius tract. de Canonic. & di-
gnit. cap.20. num.17. verſ. & hac de re &c. & per
Garz. de benef. par.3. cap.2. ſub num.140. & ſeqq.*
10 quas ſequuta fuit, vt † reuerenter ſolet *Rota
in Oriolen. Decanatus 14. Martij 1623. coram bo:
me: Nauarro.* Quamobrem ſententia prædicta
lata huiuſmodi forma non ſeruata, ſaluari
non poteſt à manifeſto vitio iniuſtitiæ, & per
conſequens non valet impedire manutentio-
nem Ioanni Andreæ, qui non habuit ſe pro
11 ſpoliato, vt apparet tàm ex eius † proteſtatio-
ne coram Canonicis, & Cancellario, ac Pro-
curatore Fiſcali menſæ Epiſcopalis facta
12 ſub 11. Aprilis 1650. quam ex † recurſu ha-
bito ad Sedem Apoſtolicam, ex quibus opti-
mè depræhenditur ipſum animo retinuiſſe
poſſeſſionem, vt de proteſtatione tradit *Iacob.
Mandell.conſ.78.num.6.* & de recurſu *Natt. con-
ſil.572.num.24.* ac de vtroque *Mantic.deciſ.135.
num.5.*

Et ita Ioannne Andrea tantum.

REATINA CASTRORVM.

Lunæ 27. Februarij 1651.

ARGVMENTVM.

Pacto reuerſiuo dicitur factus locus quãdo eue-
nit caſus ſub quo fuit appoſitum,

SVMMARIVM.

1 *Renuncianti ſub conditione debetur regreſſus ad iura
renunciata quando inter partes fuit ſtipulatum,
quod tali caſu renuncians de facto redeat ad ſua
primeua iura.*
2 *Renunciationis verba recipiunt omnem fauorabilem
interpretationem ad fauorem renunciantis.*
3 *Renunciatio pluribus facta cum pacto reuerſiuo ſi
ſine filijs in numero plurali non afficit quin renun-
cians admittatur ad portionem cuiuslibet defuncti
ſine filijs ob reſolutionem pluralitatis in ſuas ſin-
gularitates.*
4 *Pluralitas ſemper venit reſoluenda in ſingularita-
tem ad euitandam læſionem, & contractum ſecun-
dum iuſtitiam, & æquitatem intelligẽ.*
5 *Ius accreſcendi etiam in contractibus vltrocitroque
obligatorijs ſemper ceſſat quando non apparet ex
pacto expreſſo, vel ex coniecturata mente contra-
hentium illud fuiſſe conuentum.*
6 *Ius accreſcendi, vt eliciatur ex coniecturis iſtæ non
debent eſſe poſſibiles, ſed neceſſaria.*
7 *Legitimatus per ſubſequens matrimonium non facit
deficere conditionem renunciationi adiectam, ſi ſine
filijs legitimis, & naturalibus, & de legitimo ma-
trimonio præcedenti procreatis.*
8 *Filiorum legitimorum, & naturalium appellatione
comprehenditur legitimatus per ſubſequens matri-
monium.*
9 *Pacta præter perſonas paciſcentium alios non ligant
eiſque minimè nocent.*
10 *Obligatio, ſeù conditio obligationis defuncti non im-
mutatur ex perſona hæredis.*
11 *Ratificatio certi Inſtrumenti non inducitur ex illa
ſolutione quæ poteſt immò debet referri ad aliam
cauſam.*

DECISIO DCCCLXXIX.

REASSVMPTA hodie diſputatione ſu-
per reſeruatis ſub die 22. Iunij præteriti
videlicèt an Tancredi danda ſit immiſſio in
poſſeſſionem portionis quam ſuper Caſtris
controuerſis poſſidebat Franciſcus eius Pater,
& ipſe

Digitized by Google

& ipſe renunciauit Attilio, Marco Antonio,
& Hieronymo patruis in tranſactione cum il-
lis inita 8. Maij 1636. Domini reſponderunt
immiſſionem eſſe ei concedendam pro dua-
bus, ex tribus vncijs ad quas aſcendebat dicta
Portio Paterna renunciata, quia per mortem
dd. Attilij, & Marci Antonij ſine filijs ma-
ſculis, vel fœminis verè, & propriè legitimis
ex verò, & legitimo matrimonio præceden-
ti, non autem ſubſequenti procreatis factus
fuit locus pacto reuerſiuo ſub quo prædicti
Attilius, & Marcus Antonius die 30. Septem-
bris 1636. ratificarunt tranſactionem eorum,
& prædicti Hieronymi nomine per Procura-
torem antecedenter ſtipulatam, nempè quod
in tali caſu liceret Tancredi ad ſua primæua
1 iura de facto redire, † cui propterea competit
regreſſus ad d. duas vncias ex d. renunciatio-
ne obuentas eiſdem Attilio, & Marco Anto-
nio *l.1. verſ.item cum quis ff. de donat, & l.2. & l.*
quoties 3. C. de donat. quæ ſub mod. Rota deciſ.194.
ſub nu.102.par.5.recent.

Non obſtat quod Hieronymus alter ex re-
nunciatarijs obierit relicto Thoma filio, & in
renunciatione dictum fuerit ſi renunciatarij
deceſſerint ſine filijs in numero plurali, quia
cum verſemur in renunciatione cuius verba
2 recipiunt † omnem fauorabilem interpræta-
tionem ad fauorem renunciantis *Rot.deciſ.160*
num.7.& deciſ.365. num.6.par.3.rec. iſta plurali-
tas reſoluēda venit in ſuas ſingularitates adeo-
ut exiſtentia d. Thomæ impedire non poſſit
quominùs Tancredes admittatur ad portio-
3 nem † cuiuſlibet defuncti ſine filijs, vt in ter-
minis explicant *Cancer.var. reſolut.lib.3. cap.15.*
num.255.de renun.Oſaſc.deciſ.110. per tot.Theſaur.
deciſ.189.per tot.Hieron.de Leo deciſ.121. num.24.
& 69.

Ponderato maximè quod Tancredes in re-
compenſam renunciationis quartæ Partis tri-
um Caſtrorum, quorum vnum venditum
fuit pretio ſc. 28. mil. quid minimum acce-
pit, nempe ſc. 4100. vnde ſi obitum omnium
Patruorum ſine filijs expectare debuiſſet dif-
ficillimè regreſſus in tranſactione Tancredi
reſeruatus in ſui beneficium verificari potuiſ-
ſet, vt euentus demonſtrauit, & ſic læſiua
tranſactio remanſiſſet, ad quam læſionem eui-
tandam, & contractum ſecundum iuſtitiam,
4 & æquitatem intelligendum pluralitas † ſem-
per venit reſoluenda in ſingularitatem *iuxtà*
Theoric.Bald.in l.cum.quidem 10.ſub num.9.C.de
impub. & alijs ſubſt.

Nec DD. viſum fuit pro his duabus vncijs
per d. renunciationem quæſitis Attilio, &
Marco Antonio potuiſſe intrare ius accre-
ſcendi ad fauorem Hieronymi vltimi defun-
cti, cum in contractibus etiam vltrócitroque
5 obligatorijs illud † ſemper ceſſet quando non
appareat ex pacto expreſſo, vel ex coniectura-
ta mente contrahentium fuiſſe conuentum,
vt per *Roman.in conſ.19.ad fin. Alex.conſ.17.nu.9.*
lib.5. Ruin.conſ.159. num.9.vol.1. Decian.conſ.73.
num.12.& 28. Cancer.var.reſolut.cap.22.de iur.ac-
creſcend.num.60.cum ſeqq.lib.3. Seraph. deciſ.154.
in princ.

In propoſito autem non ſolum de tali pa-
cto non conſtat, & tacitum non apparet ex
6 coniecturis, quæ † deberent eſſe non quidem
poſſibiles, ſed neceſſariæ *Rota deciſ.429. nu.15.*
& 16. par.4. tom.2. rec. Sed Thomæ (qui præ-
7 tendit ſe per ſubſequens † matrimonium le-
gitimatum obſtat ſpecialis declaratio in In-
ſtrumento ratificationis tranſactionis appoſi-
ta, nimirum quod filij, per quos Tancredes
excludendus erat ex antecedenti non autem
ex ſubſequenti matrimonio eſſe deberent le-
gitimi *Mantic. de coniect.vlt.volunt.lib.11. tit.12.*
ſub num.25.& 30. Lup. de illegit. comment.4. §.3.
ſub num.17. & ſeqq. Intrigl. de ſubſt.cent.3. qu.66.
num.55.cum alijs relat. per Fuſar. de ſubſt. qu.409.
num.71.& ſeqq.& Surd.deciſ.319.num.5.

Quouerò ad aliam tertiam vnciam vigore
Inſtrumenti dictæ tranſactionis acquiſitam
Hieronymò dicebatur non competere Tan-
credi regreſſum eo quod ille, vt dictum eſt
reliquit Thomam filium cuius exiſtentia facit
deficere conditionem ſi ſine filijs legitimis,
& naturalibus in eodem Inſtrumento ſimpli-
citer conceptam abſque illa qualitate ex ante-
cedenti non autem ſubſequenti matrimonio
8 procreatis, nam ſub filiorum † legitimorum
& naturalium appellatione benè compræhen-
ditur legitimatus per ſubſequens matrimo-
nium *Auth.quib.mod.nat.effic. ſui in §. & quoniam*
variè, & pluribus relatis in puncto probat
Fuſar.de ſubſt.d.qu.409.nu.1. vbi etiam de com-
muni *Surd.d.deciſ.319.num.1.* & fuit dictum *in*
Romana reſciſſionis concordiæ 15. Iunij 1648. in §.
quia prætermiſſis &c. coram R. P. D. meo Corrado.

Non obſtat quod in Inſtrumento ratifica-
tionis conditio adiecta pacto reuerſiuo fuerit
alterata, & concepta verbis Tancredi fauora-
bilioribus illis appoſitis in Inſtrumento tran-
ſactionis, quia cum ratificatio facta fuerit ſo-
lum per Attilium, & Marcum Antonium,
alteratio eorum tantùm Perſonas afficit non
autem Hieronymum, qui illum actum non
celebrauit, nec vnquam approbauit, explo-
9 rati namq; iuris eſt, quod pacta † præter Per-
ſonas paciſcentium, alios non ligant, eiſque
minimè nocent *l.ſi vnus 27. §.ante omnia ff.de*
pactis l.1.& tot.tit.C.reſ.int.alios act. Rota penes ſa:
me. Greg.XV.deciſ.418.nu.10. Et quamuis Hie-
ronymus ab inteſtato ſucceſſerit ratificanti-
bus, attamen pactum innouatum ad eum
non extenditur niſi quatenùs repræſentat per-
ſonas defunctorum, & infrà huiuſmodi limi-
tes tenetur ad illius obſeruantiam, & non
aliàs ea ratione quia obligatio, ſeù conditio
10 obligationis defuncti † non immutatur ex
perſona hæredis *l.2. §.ex his ff.de verb.oblig.* vbi
Bart. num.1. notat hoc procedere tàm actiuè,
quàm paſſiuè ibi, *idem eſt in hæredibus promiſſo-*
ris, & in hæredibus ſtipulatoris. Rub. in addit. ad
deciſ.460. num.214.par.4. tom.2. & Rota deciſ.28.
num.4.par.5.recent.

Neq ſolutio ſcutorum biſmille in execu-
tionem mandati A. C. Tancredi facta per d.
Hieronymum, & eius fratres arguit, quod
ipſe approbauerit d.Inſtrumentum ratificatio-
nis, dum renunciatarij non fuerunt conuenti

ex

ex ſolo Inſtrumento ratificationis ſed etiam ex inſtrumento concordiæ, vt patet ex illorum productione relata *in Summario Tancredis num.3.* Vnde cum ſingula ſingulis congruè referri debeant dicendum eſt, mandatum contra Hieronymum fuiſſe relaxatum ipſumque ſoluiſſe vigore Inſtrumenti tranſactionis in quo certam pecuniarum ſummam renunciāti ſoluendam promiſerat non autem vigore alteriùs Inſtrumenti ratificationis in quo non reperiebatur obligatus, & perconſequens ex d. actu ſolutionis, qui poteſt imò debet referri ad aliam cauſam deduci non poteſt
11 ri ad aliam cauſam deduci non poteſt † ratificationis approbatio *Dec. in cap. cum acceſſiſſent 8. num.82. de cōnſt gloſ. in Clem. ſæpe in verb. partibus de verb. ſignif. Decian. conſ.54. num.65. vol.2. ſa. me. Greg. XV. deciſ.311 num.17. & Buratt. deciſ.136. num.8.*

Et ità vtraque &c.

GROSSÈTANA PENSIONIS.

Veneris 3. Martij 1651.

ARGVMENTVM.

Penſio reſeruata ſuper fructibus beneficij de conſenſu titularis ad fauorem fratris præuiſo decreto, quod penſio eſſet nulla ſi titularis in eius vita, & quandiù beneficium obtineret penſionem verè, & realitèr cum effectu non perſoluerit eſt concludentiſſimè iuſtificanda tàm reſpectu valoris narrati, quàm ſolutionis penſionis, quando agitur contra ſucceſſorem in beneficio, qui d. reſeruationi non conſenſit; Et de hac materia benè, & fusè agitur.

SVMMARIVM.

1 *Valor beneficij narratus per aſcenſum in reſeruatione penſionis eſt concludenter probandus quando eſt fundamentum gratiæ.*

2 *Clauſula*, vt Aſſeris, *facti dubietatem demonſtrat in concedente, & continet conditionem, ſi ita eſt.*

3 *Gratia conditionalis donec purificetur conditio dicitur manere in ſuſpenſo.*

4 *Valor beneficij non iuſtificatur ex fide teſtium informi, extraiudicialitèr facta lite pendente.*

5 *Valor de tempore reſeruationis probari debet.*

6 *Valor beneficij affirmatiuè narratus cenſetur expreſſus deductis oneribus.*

7 *Valoris expreſſio facta per actum negatiuum non cōcludit aſcenſum in certa quantitate affirmatiuè narratum.*

8 *Valor expreſſus in reſeruatione penſionis iuſtificari debet pleniſſimè vſque ad obulum alias propter vitium ſubreptionis penſio corruit in totum.*

9 *Nec eo caſu pro illius ſuſtentatione intrat æquitas augmenti ſextæ partis, quæ ſeruatur à Rota in alijs gratijs, ſed attenditur rigor.*

10 *Penſionarius in petitorio, vt releuetur ab onere iuſtificandi valorem exactiones probari debent continuata per 30. annos completos.*

11 *Hoc non procedit in poſſeſſorio in quo vnica ſolutio ſufficit pro victoria.*

12 *In penſionis reſeruatione, quando fuit appoſitum decretum; volute autem quod ſi D. N. in eius vita, & quandiu d. beneficium obtinebit, penſionem verè, realitèr, & cum effectu non præſoluerit d. reſeruatio nulla ſit eo ipſo &c. tunc ſi aliqua ex parte non docetur penſionem integrè non fuiſſe ſolutam reſeruatio corruit.*

13 *Penſio debetur à die ſignatæ ſupplicationis quando id fuit expreſſum in litteris, & non à die præſtiti conſenſus à titulari cum iſte quandocunque ſuperueniat retrotrahitur ad diem datæ ſupplicationis & num.14.*

15 *Hoc procedit etiam quando litteræ expedirentur à Papa ſucceſſore in forma rationi congruit.*

16 *Solutio inducta per aditionem hæreditatis ſui debitoris dicitur præſumpta.*

17 *Confeſſio de recepto ſolutionem penſionis in petitorio non probat contra ſucceſſorem ad fauorem penſionarij qui tenetur docere de vera, & reali numeratione.*

18 *Penſionis non ſolutio reſultat ſi ſucceſſor id neget, & penſionarius contrarium concludenter non iuſtificet.*

19 *Colluſio de facili inter fratres præſumitur.*

20 *Confeſſio receptionis penſionis quando tendit in commodum confitentis ne ſcilicet penſio inualida reddatur, non debet alteri obeſſe.*

DECISIO DCCCLXXX.

EX duplici fundamento Domini reſponderunt penſionem reſeruatam ad fauorem Bonauenturæ Alberti ſuper fructibus Præpoſituræ Groſſetanæ de conſenſu Aurelij eius fratris tunc Præpoſiti eſſe nullam. Primò quia d. Bonauentura non iuſtificat valorem Beneficij narratum per aſcenſum in ducatis 350. auri de Camera, quem hodie dum cauſa ventilatur in petitorio inter ipſum, & Angelum Mareſcottum Succeſſorem in beneficio qui reſeruationi prædictæ nunquam conſenſit plenè, & concludentèr iuſtificare
1 tenetur cum ſit † fundamentum gratiæ *Garz. de beneſ. par.1. cap.5. §.4. num.476. & ſeq. Lotter. de re benefic. lib.1. qu.43. num.1. Rota in par.4. recent. deciſ.342. num.1. & ſeq. tom.2. & deciſ.546. num.1. tom.3.* &. fuit pleniſſimè dictum *in Romana Penſionis 25. May 1646. §. nec pariter coram R. P. D. meo Bichio, & in Conclen. Penſionis 21. Maij 1649. §.1. coram R. P. D. meo Corrado.*

Maximè cum agatur de Penſione reſeruata ſine cauſa beneficio pleno exiſtente quo caſu (quia Papa vult ſcire punctualem valorem, nec de eo allundè certificari valeat quam ex narratiua ſupplicantis) adijci ſolet prout adie-
2 cta fuit in preſenti clauſula, *vt aſſeris*, † quæ facti dubietatem in concedente demoſtrat, & continet conditionem ſi ita eſt *Fælin. in cap. ad aures 8. num.10. in fin. de reſcript. Lotter. vbi ſupra num.7. Rota deciſ.519. num.3. par.2. deciſ.287. n.11. par.5. rec. cum alijs fuſè relatis in d. Conchen. Penſionis §. eoque magis &c. coram R. P. D. meo Corra-*
3 *do;* vnde gratia ſtat † ſemper in ſuſpenſo donec per neceſſarias probationes purificetur d. conditio *c. ſi pro te 13. vbi gloſ. & DD. de reſcript. in 6. Clem. I. de conceſſ. præbend. Pariſ. conſ.82. à num.*

num.7.lib.4. Menoch.conſ.38.num.15. & 16. Caſſa-
dor.deciſ.10. num.8.verſ. ſecus ſi à principio &c. de
reſcript. Rota in Aretina Penſionis 24. Maij 1599.
coram Litta penes Marcheſ.de commiſſ.par.1.fol.515
& in Paduana Penſionis 28. Iunij 1581. coram Ru-
beo poſt eumdem *Marcheſ. d. par.1. fol.516. &*
in Peruſina Parochialis, ſeu penſionum 1.Iulij 1641.
§.quibus reſeruationibus Penſionum &c. coram me.
Non quidem iuſtificatur valor prædictus.
Nam fides, ſeù atteſtatio ſex Teſtium ad hunc
4 effectum exhibita tanquam informis facta
extraiudicialitèr lite pendente non eſt haben-
da in conſideratione *cap.fin.de fid. Inſtrum. Rota*
penes ſa. me. Greg.XV.deciſ.359.ſub num.4. & ſeq.
bo: me: Duran.deciſ.168.nu.6.& deciſ.285.nu.133.
& ſeqq.cum alijs cumulatis per Adden. ad deciſ.214.
ſa: me: Greg.XV.num.3. Mulroque minùs cum
5 non percutiat tempus reſeruationis de quo
valor expreſſus probari debet, vt dixit *Rota*
deciſ.444.num.4.par.2.deciſ.342.nu.11.& dec.414
num.3.par.4.tom.2.recent.coram Seraph. deciſ.102.
num.3. in Parmen. Penſionis 25. Iunij 1627. coram
bo: me: Merlino, & in Cotronen. Penſionis 24. Ia-
nuarij 1646. §.nec obid. &c. coram R. P. D. meo
Veroſpio. Nec in ea diſtinguantur nec dedu-
cantur onera neceſſaria quemadmodum re-
quiritur ad effectum probandi valorem affir-
6 matiuè narratum, qui cenſetur † expreſſus
deductis oneribus *Rota coram Mantic. deciſ.138.*
num.2.& deciſ.182.num.7.Millin.deciſ.237.num.6.
Caualer.deciſ.383.nu.2. & 3. & in Nouarien Pen-
ſionis 8. Nouembris 1624. coram bo. me. Pirouano,
& in d. Cotronen. Penſionis coram R.P.D. meo Ve-
roſpio.
Prout etiam narratiua valoris per non ex-
ceſſum de ducatis 300. auri de Camera emiſſa
in litteris prouiſionum Perintij, & d. Angeli
Mareſcotti ſucceſſorum prædicti Aurelij de-
ſeruire non poteſt pro requiſita iuſtificatione,
vel pro aliquo adminiculo ſupradictæ atteſta-
tionis, tùm quia expreſſio facta per actum
negatiuum, quæ verificatur etiam in obulo
7 non concludit aſcenſum in certa quantitate
affirmatiuè narratum, vt in terminis reſpon-
dit *Rota in recent.deciſ.186.num.3. & ſeqq. par.1.*
penes ſa. me. Greg.XV. deciſ.353.num.4.& ibi Ad-
den.num.16.Milliuo deciſ.237.num.4.& 5. Seraph.
deciſ.1017.n.5.&in Fanen.Beneficij 28. Iunij 1624
coram Vbaldo, & in Camerinen penſionis 2. Maij
1642. coram R.P.D. meo Royas, tùm etiam quia
continet minorem ſummam illa quæ conti-
netur in narratiua Bonauenturæ, & certum
8 eſt quod valor expreſſus † in reſeruatione pen-
ſionis iuſtificari debet pleniſſimè vſque ad
obulum aliàs propter vitium ſubreptionis
penſio corruit in totum *Rota deciſ.278. apud*
Modern. Peruſ. de manut. Nec pro illius manu-
tentione, ſeù ſuſtentatione intrat æquitas aug-
9 menti † ſextæ Partis, quæ ſeruatur à Rota in
alijs gratijs, ſed attenditur rigor *Rot.deciſ.414.*
num.12.& ſeqq.& deciſ.488. num.5. & ſeqq. par.4
tom.2.recent.
Nec quicquam facit, quod Bonauentura
exegerit hanc penſionem per plures annos,
quoniam vt Penſionarius in petitorio releue-
tur ab onere iuſtificandi valorem ex hoc ca-
pite exactiones probari debent continuatæ per
10 triginta annos completos † quia non minori
temporis ſpatio inducitur iuſtificationis præ-
ſumptio propterquā quis eximitur ab onere
11 probationis licèt ſecus ſit in poſſeſſorio, † in
quo vnica tantum ſolutio ſufficit pro victo-
ria, vt diſtinguendo inter vtrumq; iudicium
copioſè firmatum fuit *in Romana Penſionis 19.*
Ianuarij, & in Placentiua Penſionis 25. Iun. 1646.
coram R.P.D. meo Cerro in d.Conchen.Penſionis co-
ram R.P.D.meo Corrado §.neque ab huiuſmodi &c.
& in eadem 14. Febr. 1650. coram R. P. D. meo
Bichio §.debuit namque &c. Exactiones autem al-
latæ per Bonauenturam (eſtò quod ſint veræ,
nec deducendum ſit tempus litis) non exce-
dunt 28. annos cum penſio reſeruata fuerit de
anno 1623. & nunc decurrat annus 1651.
Alterum fundamentum ex quo moueban-
tur Domini conſiſtit in eo quod Aurelius,
qui reſeruationi conſenſit ad fauorem fratris
non ſoluit toto tempore ſuæ vitæ hanc pen-
ſionem, prout erat omninò ſoluenda de for-
ma decreti in ipſis litteris Apoſtolicis inſerti,
ibi, *voluit autem quod ſi d. Aurelius iu eius vita, &*
quandiù d.Præpoſituram obtineret d. penſionem verè,
& realitèr, & cum effectu non perſoluiſſet d. reſer-
uatio nulla eſſet eo ipſo &c. quod obſeruantiam
ex parte conſentientis, & iuſtificationem ex
parte Penſionarij adeò præciſam integræ ſo-
lutionis totiùs temporis requirit, vt ſi aliqua
12 ex parte deficiat, † reſeruatio corruat *Rota*
penes Caualer.deciſ.569. & iu receut. d. deciſ.342.
num.15.& ſeqq.par.4.tom.2.& deciſ.546.num.2.&
ſeqq.& deciſ.620. per tot.eadem par.4.tom.3. & co-
ram R.P.D. meo Bichio in Cameriuen.Penſionis 25.
Iunij 1640. & 23. Ianuarij 1641.
Etenim non fuit ſolutus primus terminus
poſt reſeruationem maturatus in feſto San-
ctiſſimæ Natiuitatis anni 1623. nec alter ma-
turatus in feſto S.Ioannis Baptiſtæ 1624. quos
ſoluere tenebatur Aurelius non obſtare quod
dicatur ipſum præſtitiſſe conſenſum de men-
ſe Auguſti 1624. & ſic poſt d. duos terminos
quia litteræ Apoſtolicæ deſuper expeditæ ex-
preſsè diſponunt, vt penſio debeatur à die ſi-
13 gnatæ ſupplicationis, quo fit, vt † penſio ab
eadem die incæperit deberi, & attendendum
ſit initium reſeruatæ penſionis *bo.me. Coccino*
deciſ.327. in princ. Caualer. deciſ.129.num.3. Pen.
deciſ.561.num.4. non autem initium conſenſus
14 qui † cum præſtetur ad formam ſupplicatio-
nis ſignatæ, & iuxta diſpoſitionem litterarum
Apoſtolicarum, quandocunque ſuperueniat
ſemper retrotrahitur ad diem datæ ſupplica-
tionis *Pariſ.de reſignat.lib.1.qu.13.num.19.& li.9*
qu.24.num.21.& lib.12.qu.5.num.39. Garz. de be-
nef.par.2.cap.1.nu.128.Rota deciſ.425.nu.5.par.3.
lib.3.diuerſ. & deciſ.538.num.17.par.4.tom.3. rec.
& penes bo. me. Duran.deciſ.265. num.38. & ſeqq.
15 quod procedit etiamſi litteræ † prædictæ ex-
peditæ fuerint à Pontifice ſucceſſore in forma
rationi congruit *Rota in Aſſiſien Penſionis coram*
Sacrato per Marcheſ.par.1.ſol.532.num.1. ſed re
vera conſenſus Aurelij fuit extenſus in Can-
cellaria die 13.Iunij 1624.non autem de men-
ſe Auguſti ſicuti fuit ſuppoſitum Rotæ in

alia diſputatione huius cauſæ, & benè proba-
tur ex annotatione facta per Notarium à ter-
go earumdem litterarum, vnde reſpectu dicti
ſecundi termini maturati in feſto Sancti Ioã-
nis Baptiſtæ eiuſdem anni ceſſat omnis diffi-
cultas, & dubitari non poteſt quin ille eſſet
ſoluendus ab Aurelio.

Minùs fuit ſolutus penultimus, & vltimus
terminus maturatus de anno 1628. prò quo
vltimo termino non ſuffragatur ficta ſolutio
ponderata in deciſione ſuper arbitrio exequu-
tionis litterarum penſionis edita ſub die 20. Iu
nij proximi præteriti §. *ſolutio denique &c. verſ.
hac tamen ſubſtantialiter &c.* ducta ex confuſio-
ne actionum ſequuta mediante aſſerta aditio-
ne hæreditatis dicti Aurelij ad eumdem Bo-
nauenturam eius fratrem delatæ; nam ſtanti-
bus verbis dicti Decreti, ibi, *ſi dictus Aurelius
verè, realiter, & cum effectu in eius vita, & quan-
diù d. Præpoſituram obtinuerit &c.* conditionẽ, ac
formam præciſam præſeferentibus, realis, ac
vera ſolutio neceſſaria eſt, nec ſufficit ficta,
præſumpta, vel æquipollens, qualis eſt illa,
16 quæ per aditionem hæreditatis inducitur *l. ſi
ei cui 41. §. ſi is qui fundum ff. de euict. l. Sticchum
95. §. aditio ff. de ſolut. Mareſcot. var. reſol. lib. 1.
cap. 37. num. 9. verſ. & ſic, & num. 13. Rot. penes Se-
raph. deciſ. 302. num. 2. & ſeqq. & fuit dictum in Ce-
ſenaten. Penſionis 17. Decembris 1635. §. minus ob-
ſtat &c. coram Reuerendiſſimo Salamantino, & prius
in Fanen. Eenſionis 20. Iunij 1533. §. ſecundò fuit
reſponſum &c. coram me.*

Deſunt quoquè omnes illæ aliæ ſolutiones
intermediæ quas Bonauentura falsùs fuit ha-
buiſſe, & recepiſſe in Inſtrumento inter ip-
ſum, & Aurelium fratrem celebrato, quia
17 huiuſmodi confeſſio de recepto † in petito-
rio non probat contra ſucceſſorem ad fauorẽ
penſionarij, qui tenetur docere de vera, &
reali numeratione *l. Lutius 47. §. tutelæ ff. de ad-
miniſtr. & peric. tut. Rot. penes Buratt. deciſ. 156. per
tot. & inter rec. deciſ. 342. num. 17. par. 4. tom. 2. &
deciſ. 546. nu. 4. & ſeqq. eadem par. 4. tom. 3. & fuit
dictum in Lucana Penſionis 27. Nouembris 1617.
coram bon: mem: Pirouano.* Eoque minus cum
ſit omni adminiculo deſtituta; nàm illud ex
antecedentibus, & ſubſequentibus ſolutioni-
bus conſideratum in alia deciſione ſub §. quia
obiectum &c. prorſus deſtruitur ex facto, dùm
conſtat primos, & vltimos terminos nullate-
nus fuiſſe ſolutos, vt ſupra dictum eſt, & ſuf-
ficit, quòd modernus Titularis neget ſolu-
tiones, & Penſionarius de eis non doceat ple-
18 nè, & concludenter, vt inde † dicatur con-
ſtare de non ſolutione per *tex. in l. actor 23. C.
de probat. cum alijs per Maſcard. de probat. concluſ.
78. num. 1. Rot. deciſ. 725. num. 4. & 9. par. 4. tom. 3.
& deciſ. 209. num. 1. par. 6. recent.* Imò reddatur
valdè ſuſpecta ponderando, quòd illa facta
fuit inter fratres inter quos facilè præſumitur
19 colluſio, vt in puncto *Buratt. d. deciſ. 156. n. 4.
& 7.* quodque confitens erat futurus hæres ti-
tularis, vt docuit euentus *Rot. deciſ. 244. nu. 2.
& 4. par. 2. diuerſ.* & demùm, quòd agebatur
de proprio commodo confitentis ne ſcilicet
21 penſio redderetur inualida, cuius † propte-

reà confeſſio non debet alteri obeſſe *l. ſi duo
13. §. 1. vbi Alex. Iaſ. & alij ff. de iur. iur. Buratt. d.
deciſ. 156. num. 1.*

Et ità Angelo tantum &c.

CALAGVRITANA CANONICATVS.

Veneris 17. Martij 1651.

ARGVMENTVM.

Reſignatio facta incapaci non ſuſtinetur ſine noua reſignatione, & gratia Pontificis: Mandatum ad reſignandum an ſufficiat, quòd illius reuocatio ſit notificanda ipſi procuratori. ſeù potius tantum reſignatario.

SVMMARIVM.

1 *Reſignatio beneficij facta non tonſurato eſt nulla.*

2 *Nec conualidatur ſi poſt clericatus fuerit ſuſceptus cum requireretur, & nouus conſenſus reſignantis & noua gratia Papæ, & num. 3.*

4 *Reſignatio ad fauorem continet conditionem quatenus reſignatarius ſit habilis eique beneficium quæratur, & ſub iſta conditione à Papa reſignatio admiſſa cenſetur.*

5 *Scientia non præſumitur.*

6 *Scientia in præiudicialibus requiritur certa, & indubitata cum præſumpta non ſufficiat.*

7 *Mandatum procuræ datum ad reſignandum dicitur expletum per præſtationem primi Conſenſus.*

7 *Mandatum procuræ ad reſignandum expirat per illius expreſſam reuocationem.*

9 *Mandatum ad reſignandum certæ perſonæ ſufficit ſi illius reuocatio fuerit notificata ipſi reſignatario adhoc vt illius vigore procurator alium conſenſum præſtare nequeat, quidquid ſit in alijs gratijs in quibus mandati reuocatio omnino requiritur, quod ſit notificata procuratori met, & n. 10.*

11 *Ex propria culpa, quis commodum reportare non debet.*

12 *Correſpectiuitas ceſſat, quando actus proceſſerunt ex cauſis omnino diuerſis nec vnus factus contemplatione alterius.*

13 *Culpa vnius alteri præiudicare non debet, ſed ipſimet, qui factum minus legitimè fecit.*

DECISIO DCCCLXXXI.

CANONICATVS de quo agitur fuit à
Ioanne Fernandez mediãte ſpeciali Pro-
curatore renunciatus In manibus Sanctiſſimi
ad fauorem Franciſci Hieronymi Lopez, qui
expeditis litteris ſuæ prouiſionis gratiæ com-
modo frui non potuit ob defectum Clerica-
tus, vnde ſumpto Clericali charactere nouã
prouiſionem obtinuit, quam Domini dixe-
runt non eſſe iuſtificatam tanquam fundatã
in narratiua vacationis per ceſſum, quæ nul-
latenus verificari poteſt dùm conſenſus præ-
ſtitus fuit tempore quo Lopez non erat ton-
1 ſuratus, quapropter † reſignatio fuit nulla
ex tradit per *Pariſ. de reſignat. lib. 4. quæſt. 2. ſub
num. 1. & ſeqq. & Rot. in Elboren. Beneficij 18. Fe-*

 brua-

Digitized by Google

bruarij 1647. *§. tertiò quia ad fauorem &c. coràm*
bon:mem. Arguelles Non obſtante, quod poſteà
Clericatum aſſumpſerit, quia non ideò con-
2 ualidatur † reſignatio facta incapaci *cap. ſi eo*
tempore 9. *vbi Doct. de reſcript. in* 6. *Pariſ. in dicto*
tract. de reſignat. lib. 4. *quæſt.* 1. *num.* 10. *& quæſt.* 2.
num. 15. *&* 16. *Rot. deciſ.* 1. *num.* 14. *&* 15. *de re-*
nunc. in nou. & penes Mohed. deciſ. 12. *de reſcript.*
3 ſed requiritur vt rurſus † à reſignante preſte-
tur conſenſus, & noua ſubſequatur gratia,
vt optimè *Pariſ. vbi ſupra d. quæſt.* 1. *num.* 19. & [illegible]
per conſequens nulla inducta fuit eiuſdem
Canonicatus vacatio, nec abdicatum ius à
reſignante, quoniam illius conſenſus impli-
4 citam continet conditionem, † quatenus re-
ſignatarius ſit habilis eique Beneficium plenè
queratur, & non aliter ſub qua cenſetur pari-
ter Summus Pontifex reſſignationẽ admit-
tere *Pariſ. d. tract. de reſignat. lib.* 9. *quæſt.* 21. *num.* 4.
Gonzal. ad reg. 8. *gloſ.* 52. *ſub num.* 49. *& ſeq. Garz.*
de benef. par. 5. *cap* 1. *à nu.* 154. *cum plur. ſeqq. Rot.*
penes Mohed. deciſ. 36. *de renunc. Put. deciſ.* 511. *n.* 1.
lib. 2. *in correct. & int. diuerſ. deciſ.* 409. *nu.* 2. *par.* 1.
& deciſ. 158. *num.* 1. *& ſeq. par.* 3. *lib.* 3. *Verall. de-*
ciſ. 84. *par.* 3. *Seraph. deciſ.* 1498. *nu.* 8. *ac int. recent.*
deciſ. 44. *num.* 4. *par.* 3. *& in Lucana Iuriſpatronatus*
1. *Iuly* 1643. *§. ratio reſolutionis fuit &c. coram Re-*
uerendiſſimo Terracinen.

Non obſtat, quod dicatur Fernandez ſci-
uiſſe dictum defectum, & nihilominus dediſ-
ſe mandatum ad reſignandum nam prætenſa
eius ſcientia nullo modo probatur, vt neceſ-
5 ſarium eſt, cum illa † non præſumatur *c. igno-*
rantia facti 13. *c. præſumitur* 47. *de reg. iur. in* 6.
l. verius 21. *ff. de probat. Rot. in recent. deciſ.* 705.
num. 3. *& deciſ.* 504. *num.* 6. *par.* 4. *tom.* 2. Imò in
hoc caſu in quo agitur de magno Præiudicio
9 ipſius Fernandez requiritur ſcientia † certa,
& indubitata, adeout præſumpta non ſufficiat
iux. gloſ. communiter receptam in cap. concertationi 8.
in verbo ſciuerit de appell. in 6. *Tiraquell. de re-*
tract. lignag. §. 36. *gloſ.* 2. *nu.* 30. *& de leg. connubial.*
gloſ. 8. *num.* 183. *Put. deciſ.* 6. *de probat. Rot. rec. de-*
ciſ. 111. *num.* 7. *par.* 1. *cum alijs in d. deciſ.* 504. *nu.* 7.
par. 4. *tom.* 2.

Nec facit, quòd poſtquam Reſignatarius
prima tonſura fuit initiatus ſignata fuerit no-
ua gratia, ac ſuper ea expeditæ litteræ reno-
uato conſenſu per eundem Procuratorem,
quia vltra, quòd de huiuſmodi nouo conſen-
ſu non apparet, nec ſuper eo noua gratia fun-
datur, ſed ſuper d. præcedenti reſignatione
facta antequam Franciſcus Hieronymus eſſet
Clericus, vt legitur in prædictis poſteriori-
bus litteris Apoſtolicis nõ poterat validè pre-
ſtari ab eo Procuratore, cuius mandatum nõ
7 ſolùm per præſtationem primi conſenſus † ex-
pletum fuerat ex *adduct. per Tiraquell. ad l. bo-*
ues 89. *§. hoc ſermone limit.* 9. *de verb. ſignif.* ſed
8 etiam expreſsè reuocatum † per mandantem,
vt in puncto reſpondit *Rot. in Hiſpalen. & Cau-*
rien. Permutationis. 10. *Marty* 1597. *coram Gipſ.*
apud Marcheſ. de Commiſſ. par. 1. *ſol.* 114. *ſub nu.* 1.
& in Treueren. Canonicatus 28. *Martij* 1644. *§.*
nullitas verò &c. coram R.P.D. meo Veroſpio.

Minùs refert, quòd reuocatio dicti man-
9 dati non fuerit intimata ipſi Procuratori *iux.*
tex. in Clem. vnic. de renunc. quia ſatis eſt, quòd
fuerit nota ipſi Franciſco Hieronymo reſigna
tario, qui in ea interuenit, & præſens fuit, vt
reſpondendo poſitionibus pro parte Fernan-
dez datis proprio iuramento confeſſus fuit; In
his enim renũciationibus, quæ fiunt ad fauorẽ
10 certæ Perſonæ ſufficit † ipſius partis Princi-
palis notitia; in alijs verò quæ fiunt ſimplici-
ter procedit diſpoſitio dictę *Clem. vnic. de renun.*
quod nempè reuocatio mandati notificetur,
vel Procuratori, vel Summo Pontifici me-
diante illius dimiſſione in Dataria, vt ibi ex-
plicat *gloſ. in verb. facienda &c. Abb. in c. fin. n.* 6.
& ſeq. de Procurat. in 6. *Prob. ad Monoch. in rubr.*
de renunc. nu. 41. *Rebuff. in prax. tit. de reuocat. Pro-*
cur. num. 5. *Silu. de benef. quæſt.* 16. *par.* 3. *nu.* 6. *Garz.*
eodem tract. de benef. par. 5. *cap.* 8. *num.* 180. *Gratian.*
diſcept. 191. *nu.* 23. *Pariſ. de reſignat. lib.* 9. *quæſt.* 27.
num. 2. *&* 10. *cum ſeqq. Rot. penes Put. deciſ.* 418.
lib. 1. *in correct. vbi appoſtill. & in recent. dec.* 130.
num. 24. *&* 25. *par.* 6.

Quæ concluſio eo magis admittenda eſt in
propoſito caſu, quo ex depoſitionibus teſtiũ
formiter examinatorum conſtat, quòd dictus
Franciſcus Hieronymus, ac eius Pater aſſum-
pſerunt in ſe onus tranſmittendi Inſtrumen-
tum reuocationis dicti mandati ad Vrbem, ac
reddendũ de illo certiorem Procuratorem ibi
degentem, quòd ſi facere neglexerunt ipſis
eſt imputandum adeo vt ex propria culpa, vel
11 dolo † commodum recipere non debeant,
ſed in eorum præiudicium promiſſa certiora-
tio pro facta habenda ſit *iux. tex. in eadem Cle-*
ment. vnic. in verb. niſi fortè &c. de renunc. & com-
probat Pariſ. de reſignat. lib. 9. *d. quæſt.* 25. *ſub n.* 39.
& ſeqq.

Neque relauat excuſatio deſumpta à præ-
tenſa exiguitate temporis defluxi à reuoca-
tione dicti mandati facta Caligurij vſque ad
nouam gratiam Romæ impetratam Quoniã
ſi illud temporis interuallum fuit ſufficiens
ad tranſmittendas eidem Procuratori litteras
teſtimoniales Ordinarij ſuper Clericatu per
Franciſcum Hieronymum accepto decem
dies poſt d. mãdati reuocationem multò ma-
gis ſufficere potuit ad eumdem Procurato-
rem pariter certiorandum de ipſa reuocatio-
ne ſimulque tranſmittendum eiuſdem In-
ſtrumentum.

Minùs denique ſubſiſtit, quòd d. reuocatio
mandati fuerit correſpectiua ad alterum eo-
dem tempore factum ad petendum, & con-
ſentiendum Coadiutoriæ, quòd cum non ha-
buerit effectum ob ſecundam prouiſionem
impetratam ex capite reſignationis, euane-
ſcat pariter alterius mandati reuocatio; Si-
quidem actus prædicti non ſolùm geſti fue-
runt diuerſo tempore quandoquidem reuo-
catio mandati ad reſignandũ die 2. conſtitutio
vero Procuratoris pro Coadiutoria die 26.
Maij facta fuit ſicuti apparet ex Inſtrumentis
deſuper confectis, ſed etiam ex diſtinctis om-
ninò atque diuerſis cauſis prodierunt vnos
nempè ob inhabilitatẽ reſignatarij nunc pri-
mum ad notitiam reſignantis delatam ad

euitan-

euitandum præiudicium, quòd illi potuiſſet exindè inferri, alter verò ob grauem ipſius Fernandez ætatem, vel infirmitatem, aut aliã legitimam petendæ Coadiutoriæ rationem,
12 ptoindeque ceſſat prætenſæ † correſpectiuitatis obiectum *Put.deciſ.79.num.1. & ſeq. lib.2. in correct. & fuit dictum in Bonon. Cenſus coram recol. mem. Cardinali Hieronymo Pamphilio impreſſ.apud Modern.Peruſ. de Cenſ.deciſ.123. ſub num.11.*

Vltra, quòd data etiam aſſerta correſpectiuitate illa ſuffragari minimè poſſet Franciſco Hieronymo, dùm proſequendo viam reſignationis per eum ſtetit, quo minus fuerit executum mandatum ſuper Coadiutoria datum, quòd factum ipſi tantùm nocere non
13 autem † in Præiudicium Fernandez referri debet ad *l. ſocius ſocio 72.ff.pro Soc.l. Imperatores 34.ff. de iur.fiſc.l. quod quis ex culpa 203. ff. de reg. iur. cum alijs ad rem adductis per Gonzal. ad reg. 8. gloſ.27.num.28. & ſeqq.*

Et ita vtraque &c.

CAESENATEN. HAEREDITATIS.

Veneris 24. Martij 1651.

ARGVMENTVM.

Agitur de inſtitutione ſub certa cõditione præordinata, Cui non dicitur factus locus ſine d. conditionis purificatione.

SVMMARIVM.

1 *Inſtitutio ſub conditione euanuit ob non purificationem conditionis etiam ſi iſta habeat dependentiam ab alterius facto. & num.4.*

2 Text. in l.ſi ita fuerit 13.ff.de manumiſſ.teſt. *licet loquatur in relictis particularibus ſibi vendicat locum etiam in inſtitutionibus.*

3 *Exhæredari, quis non debet ex facto alterius.*

5 *Verba*, Con conditione Però *inducunt conditionem.*

6 *Dictio*, Con, *importat conditionem.*

7 *Verbum*, Conditione, *ipſam conditionem præſefert.*

8 *Dictio*, Però, *conditionem inducit.*

9 *Inſtitutio modalis licet ex verbis teſtamẽti præferretur adhuc conditionalis efficeretur ſi talis appareret mens ſiue expreſſa ſiue tacita ex coniecturis elicita teſtatoris cui inhærendum eſt.*

10 *Voluntas teſtatoris, vt declaretur ſufficiunt duo teſtes.*

11 *Voluntas teſtatoris declaratur etiam per eius Epiſtolam.*

12 *Verba Communia non immutant naturam conditionis ſuſpenſiuæ, ſed obijciunt maius obſtaculum principio acquirendi.*

13 *Subſtituti non impleta conditione inſtitutionis admittuntur per vulgarem, & habentur pro inſtitutis ſub conditione contraria, ac ſi fuiſſent primo loco, & immediatè vocati.*

14 *Voluntates defunctorum, vt ſeruentur ea ſententia ſequenda eſt, quæ dd. voluntatibus ſit accomodata licet verbis non conueniat.*

15 *Verba non in proprio ſignificatu, ſed impropriè accepta in vna parte teſtamenti, in eodem intellectu ſunt accipienda in altera parte.*

DECISIO DCCCLXXXII.

ANDREAS Ceccaronus condens ſibi teſtamentum hæredes vniuerſales pro æquali portione nominauit tres eius fratres quorum duos nempè Carolum, & Ioannem purè, & ſimpliciter inſtituit Franciſcum verò ſub huiuſmodi conditione videlicet cum conditione, *però che tanto il Sig. Franceſco, quanto la Signora Franceſca ſua moglie &c. faccino quietanza generale &c. alli Signori fratelli di detto Teſtatore d'ogni qualunque lor pretenſione, che eſſi Signori Coniugi tanto di preſente, quanto in qualſiuoglia tempo, e modo per l'auuenire poſſano ò potranno pretendere, e conſeguire da quelli per qualſiuoglia cauſa &c. e mancando detti Signori Coniugi alla preſente ſua diſpoſitione, & vltima volontà* ipſo iure, & ipſo facto, *cada eſſo Sig. Franceſco dal commodo della preſente ſua heredità, & in d. ſua portione vuole, che ſucceda, e con la propria bocca parimente nomina, e ſoſtituiſce i ſopradetti Carlo e Giouanni altri ſuoi fratelli, & heredi predetti.*

Iuxta huius diſpoſitionis tenorem mortuo Teſtatore Franciſcus prædictus fecit iniunctã ſibi renunciationem, deindè petijt immiſſionem vigore *l.fin.C. de edict. Din.Adrian.toll.* ſuper tertia parte hæreditatis ſibi in prædicto Teſtamento relicta, quam A.C. Melchiorius in prima inſtantia denegauit, & hodie in gradu appellationis iterum denegarunt Domini ea moti ratione, quia conditio ſub qua ipſe reperitur inſtitutus defecit, dum Franciſca eius vxor, quæ etiam tenebatur adimplere d. Teſtatoris Præceptum, noluit quietantiam
1 facere, & conſequenter euanuit † inſtitutio etiam ſi conditio ex alterius facto habeat
2 dependentiam per *Tex. expreſſ. in † l. ſi ita fuerit 13.ff.de manumiſſ.teſt.* quem textum licet loquatur in relictis particularibus vendicare tamen ſibi locum etiam in Inſtitutionibus ex *Bart. Angel. Imol.* & alijs tradit *Peregr. de fideicommiſſ.art.11. num.86. & dixit Rot. in recent. dec.86. num.39.par.6.*

3 Neque aduerſatur *Text. † in l. Paterfam. 44. ff. de hæred.inſtit.* quatenus diſponit neminem deberi exhæredari ex facto alterius quoniam huius legis diſpoſitio procedit, quando hæreditas fuit à principio purè, & ſimpliciter data; & deindè poſt illius acquiſitionem ob factum tertij adempta non autem, quandò vt hic Inſtitutio à principio fuit conditionalis, quia tunc nullum ex ea acquiritur Ius Inſtituto niſi prius purificetur conditio ſiuè ab ipſo ſiue à tertio, vel ab vtroque illa adim-
4 pleri debeat, † vt conciliando Textus prædictos explicat *Bart. in eadem l. Paterfam. num. 2. Ruin.conſ.150.n.7.9. & 11.lib.3. Caphal. conſ.52. n.19.& ſeq.& n.26.verſ. quinto &c. & conſ.243. num.22. & ſeqq. Menoch.conſ.78.nu.10. Soccin.ſen. conſ.21.num.2.vol.3. Hieron. Pappon.conſ.30.n.45. lib.1.Peregr. de fideicom. d.art.11.nu.87. Seſſ.deciſ. Aragon.31. ſub num.27. & ſeq.Surd.deciſ.101.n.6.*

verſ. & hac opinio, *& Rot. in Caſenaten. Primogenitura 26. Iunij 1630. §. Non obſtat, quod textus in d. l. Paterfam. &c. coram bon. mem. Coccino*.

Inſtitutionem prædictam eſſe conditionalem, non autem Modalem, vt prætendit Franciſcus manifeſtè conuincitur, tùm ex illis ver-
5 bis *con † conditione però*, quorum quolibet de per ſe eſt aptum inducere conditionem, vt de
6 dictione, † *con*, inquit *Pariſ. conſ. 38. nu. 76. p. 1. Fab. Ann. conſ. 81. num. 10. in fin. lib. 1. Staiban. iun. var. reſolut. lib. 1. reſolut. 88. num. 15.* & de verbo
7 conditione † *Grat. conſ. 102. num. 18. & conſ. 108 num. 10. & ſeq. & num. 47. lib. 2. Alex. conſ. 150. num...... lib. 6. Eugen. conſ. 93. num. 41. & ſeqq. lib. 1. Giurb. obſeru. 51. nu. 7. lib. 1.* ac de alia dictione,
8 *però*, † *Merlin contr. forenſ. 40. num. 8. cent. 2. Stayb. iun. d. reſolut. 88. num. 14. Fontanell. de pact. nupt. clauſ. 6. gloſ. 3. par. 3. num. 9. tom. 1. Rot. deciſ. 231. n. 3 verſ. imò vrgentiora videtur &c. & ſeq. par. 7. rec. & corã Seraph. dec. 749. n. 1.* Tùm etiam ex ipſa Teſtatoris voluntate, cui adeò inhærendum eſt,
9 vt etiam ſi verborum figura inſtitutio † modalis eſſet, attamen eiuſdem voluntatis vigore ſiuè expreſſa fuerit, ſiuè tacita ex coniecturis elicita efficitur Conditionalis, ac ſuſpenſiua *iux. doctrinam Bart. in l. quibus diebus 40. §. final. num. 5. verſ. quid ſi Teſtator &c. cum ſeq. ff. de Condit. & demoſtrat. Alex. conſ. 119. num. 1. verſ. & licet in dictis bonis &c. lib. 1. Menoch. d. conſ. 78. ſub num. 17. Pappon. conſ. 36. nu. 53. lib. 1. Mier. de Maior. par. 2. quæſt. 4. illat. 8. num. 290.*

In propoſito autem apparet expreſsè, quòd Teſtator noluit aliquod commodum ſuę hęreditatis Franciſco deferri antequam per ipſum, ac dictam eius vxorem facta fuiſſet quietantia in dicto eius teſtamento præſcripta, cum ille hanc ſuam voluntatem expreſſis verbis explicauerit tàm in ipſo actu teſtandi, quã anteà, & poſteà, vt deponunt tres teſtes ſuper hoc formiter examinati, quibus omninò
10 deferendum † eſt, cum agatur de declaranda voluntate Teſtatoris ad quem effectum etiam duo ſufficerẽt *l. hæredes palam 21. §. ſi quid poſt ff. de teſtament. Becc. conſ. 116. num. 3. & ſeq. lib. 2. Odd. conſ. 21. num. 65. Gratian. diſcept. 637. num. 8. & 12. Rot. in recent. deciſ. 351. num. 9. par. 4. tom. 2. dec. 77. num. 32. & deciſ. 257. num. 8. par. 7. & in Romana Legati 14. Martij 1644. in §. ſexta & vltima coniectura &c. coram Reuerendiſſimo Salamantino*, eoque magis cum eorum depoſitiones comprobentur ex Epiſtola manu Ipſius Teſtatoris cõ-
11 ſcripta per quam † etiam benè remanet declarata illius voluntas *l. Epiſtola 75. ff. ad Trebell. Rot. in Romana Succeſſionis 21. Iunij 1641. coram eodem Reuerendiſſimo Salamantino*.

Hinc non obſtat ea verba, *E mancando &c. cada dal commodo dell' hæredità, & in d. ſua portione ſoſtituiſce i ſopradetti Carlo, e Giouanni &c.* in quibus figendo pedes Informãtes pro Frãciſco arguebant, quòd illa ſupponunt hæreditatis acquiſitionem, & inducunt fideicommiſſum pænale cum quis non poſſit cadere à commodo niſi illud prius aſſequutus fuerit, nec detur ſubſtitutio niſi præcedat inſtitutio, quia vltra, quòd huiuſmodi verba tanquam
12 communia † non immutant naturam conditionis ſuſpenſiuæ, ſed obijciunt maius obſtaculum principio acquirendi ex tradit per *Oldrad. conſ. 16. num. 1. Guttier. conſ. 18. num. 3. & ſeq. & fuit optimè firmatum in Anconitana Legati 30. Maij 1642. coram R. P. D. Bichio*, ità vt condi-
13 tione non implera † ſubſtituti admittantur per vulgarem, & habeantur pro Inſtitutis ſub conditione contraria, ac ſi fuiſſent primo loco, & immediatè vocati, vt in proximis terminis *Rot. deciſ. 696. num. 2. par. 1. diuerſ. & in Bononien. Legiti 8. Iunij 1643. §. cenſuerunt enim Domini &c. coram eodem R. P. D. meo Bichio, & conferunt deducta in Neapolitana bonorum 7. Februarij 1642. §. non obſtat, quod cum Dominicus hæres &c. verſ. & prædicta procedunt coram me* ceſſat omnis amaritudo tàm ex d. voluntate Teſtatoris;
14 nàm illa ſententia ſequenda eſt † quę voluntati eſt accommodata licet verbis non conueniat *ad tex. in l. ſi ancillas 63. ff. de leg. 1. l. hæredes mei 57. §. cum ita ff. ad Trebell. Mantic. de Coniect. vlt. volunt. lib. 3. tit. 3. num. 9. Rot. deciſ. 103. num. 1. & 2. par. 6. recent.* quàm ex eo, quia Teſtator vſus fuit iiſdem verbis in Prælegato mobilium relicto eidem Franciſco in quo propter nonnullas circumſtantias facti impoſſibile erat, quod præcederet acquiſitio vndè patet prædicta verba fuiſſe à Teſtatore accepta non in proprio ſignificatu, ſed impropriè, & propterea ſecundùm huiuſmodi improprium vſũ veniunt interprætanda, & intelligenda etiam
15 in † altera parte Teſtamẽti *iux. tex. in l. ſi ſeruus plurium 50. §. fin. vbi gloſ. verb. conſuetudo in princ. ff. leg. 1. Pariſ. conſ. 19. num. 167. lib. 2. Mantic. de coniect. lib. 3. tit. 9. num. 1. & ſeqq. ſan. mem. Greg. XV. deciſ. 544. num. 30.*

Et ita vtraque &c.

ANCONITANA ALIMENTORVM.

Veneris 24. Martij 1651.

ARGVMENTVM.

Alimenta quomodo debeantur quando debentur iure actionis. Et quando iſtorum præſtationi ſit locus extra domum in qua promiſſa fuerunt.

SVMMARIVM.

1 *Alimenta debita ex contractu non poſſunt denegari etiam ſi qui alimenta conſequi debet habeat aliundè vndè viuat.*

2 *In alimentorum taxatione quæ veniant conſideranda.*

3 *Conuentio facta in vno caſu non extenditur ad alium.*

4 *Alimentorum præſtatio moderari debet ad valorem bonorum donatorum.*

5 *Hoc non procedit quando quis voluit teneri ad taxatam alimentorum præſtationem quamuis ſciret bona donata illi non æquare.*

6 *Alimentorum præſtatio promiſſa ex conuentione ob cauſam oneroſam non debet reſtringi ad redditus bonorum donatorum ſed adimplenda eſt etiam ſi*

opus

opus fuerit ex diſtractione bonorum.

7 *Alimenta quamuis domi promiſſa extra illam debentur concurrente legitima cauſa non habitandi.*

8 *Cauſa legitima non recipiendi alimenta in domo in qua fuerunt promiſſa eſt ſi orta fuerint lites occaſione eorum alimentorum & ex monitorio de non accedendo executo contra illum cui alimenta debentur, & n. 9.*

DECISIO DCCCCLXXXIII.

SENTENTIAM Rotalem, qua fuit pronũciatum Thomę Trogliono præſtanda eſſe alimenta, & loco illorum subminiſtranda menſtrua ſcuta duodecim per Antonium Franciſcum eius fratrem, & vniuerſalem donatarium; vti validam, & iuſtam confirmãdam eſſe Domini reſponderunt; Siquidem validitas non controuertitur, & iuſtitia liquet ex deductis in deciſione emanata ſub die 14. Junij 1649. coram R.P.D. meo Celſo, tam reſpectu alimentorum quæ vti debita ex con-
1 tractu, † & ſic iure actionis controuerti non poſſunt per Antonium Franciſcum, etiam quod Thomas ab eodem conſequatur præter d. alimenta, annua ſcut. 700. cum quibus ſe alere poſſit, *Iaſ. in l. de alimentis 8. nu. 6. vbi Bald. num. 3. & Dec. num. 5. C. de tranſact. idem Iaſ. in l. diuortio 8. num. 25. verſ. ſed aduerte ff. ſolut. matrim. Roland conſ. 55. num. 5. lib. 2. Rot. deciſ. 186. num. 4. p. 4. recent.* & fuit dictum in *Auximana Alimentorum 7. Iuny 1638. coram me §. nam d. concluſio &c.* quam reſpectu quantitatis in menſtruis ſcutis duodecim, attentis qualitate perſonarum verbis Inſtrumenti contractus, conſuetudine loci, dictis teſtium, & alijs quæ ad hunc effe-
2 ctum † conſiderari debent per prudentem Iudicem, à cuius arbitrio pendet huiuſmodi liquidatio, *l. cum alimenta 22. vbi Bart. & Doctor. ff. de alim. & cib. leg. Menoch. de arbitr. Iudic. caſ. 169 Rot. in recent. deciſ. 538. num. 2. p. 1. & dec. 418. n. 5. par. 4. tom. 2. & ſæpè in alijs.*

Nec obſtat quod Antonius Franciſcus promittendo alimenta Thomæ eius fratri, dum in Ciuitate Anconæ moraretur intellexerit illum ibi rarò commoraturum, cum ipſius promiſſoris animus eſſet, vt Romæ degeret, ibique Prælaturæ dignitatem pro familiæ decore aſſumeret; Quoniam intentio hæc eius in animo fortè retenta nihil operatur contra clarum Inſtrumenti prædicti tenorem, quod duas partes diſtinctas, & ſeparatas continet vnam ſcilicet in qua purè, & ſimpliciter donatarius ſe obligauit ad præſtationem alimẽtorum Thomæ donatori dum is naturaliter viueret, & in Ciuitate Anconæ moram traheret, alteram verò conditionalem in qua eidem Thomæ promiſit, quando effectus eſſet Sacerdos, & Prælatus annua ſcut. 1200. Ideòque ex hac poſteriori parte in caſu euentuali ex libera eiuſdem Thomæ voluntate pendente reſtringi non poteſt præcedens pro-
3 miſſio † illi ſimpliciter, & abſolutè facta ob cauſam oneroſam donationis ſcilicet aut renunciationis omnium bonorum ad *reg. l. fin. ff.*

Pars II.

de calumn. l. Papinianus 20. ff. de minor. Rot. dec. 186. ſub num. 3. p. 4. rec.

Prout pari modò non obſtat, quod præſtatio alimentorum referri, & moderari debeat
4 ad † valorem bonorum donatorum non excedentium ſcut. 8. mil. in proprietate, vt eſt in confeſſo apud partes in d. Inſtrumento, in quo Antonius Franciſcus vltra prædicta alimenta promiſit, & ſe obligauit ſoluere Thomæ annua ſcut. 700. dum naturaliter viueret.

Primò quia licet d. valor fuerit in Inſtrumento appoſitus ad reddendam forſan difficiliorem illius contractus reſciſſionem vt demonſtrare videntur verba immediatè ſequẽtia eiuſdem Periodi in *verſ. viceuerſa dictus D. Antonius Franciſcus &c.* non tamen d. donatio fuit reſtricta ad dictam ſummam ſcut. 8. mil. ſed omnia bona iura, & actiones ipſi Thomæ in eam vſque diem competentia & ad quamcunquè ſummam aſcendentia fuerunt in ea comprehenſa vt legitur in eodem *verſ. viceuerſa &c.*

Secundo quia dictus Antonius Franciſcus quamuis ſciret, vt aſſeruit, redditus bonorum donatorum non ſufficere ad annuas pręſtationes tam dd. ſcut. 700. quam alimentorum promiſſas, voluit tamen, ac deliberatè conue-
5 nit ad vtramque teneri, quare ei † hodie non licet ſub huiuſmodi prætextu reſilire, *l. ſicut 5. C. de obligat. & act. l. ſi quis argentum 35. §. fin. ad med. verſ. cum enim in arbitrio C. de donat. l. ſi fideiuſſor 7. §. ſi neceſſaria ff. qui ſatiſdare cogantur cum concordantibus.*

6 Tertio quia præſtatio alimentorum † ex conuentione ob cauſam oneroſam promiſſa non debet reſtringi ad redditus bonorum donatorum, ſed adimplenda eſt etiam, quatenus opus ſit ex diſtratione proprietatis, *Alex. in l. maritum 13. in fin. ff. ſolut. matrim. & in l. ſi maritus la ſecunda num. 4. poſt med. verſ. ſed ad iſta dupliciter reſpondeo &c. eodem tit. Dec. in l. Diuus Pius 28. de reg. iur.* quos refert, & ſequitur *Surd. in tract. de alim. tit. 4. q. 9. ſub n. 17.*

Minus refragatur quod obligatio pręſtandi alimenta ſit reſtricta in domo tãtum promiſſoris; nam cum adſit iuſta, & legitima cauſa
7 non cohabitandi, quamuis † in domo promiſſa extra eam nihilominus præſtari debent, *l. Caio 13. §. fin. vbi Bart. num. 2. ff. de alim. & cib. leg. Iaſ. in l. diuortio 7. num. 25. ante med. verſ. quinimò ſi teſtator &c. ff. ſol. matr. & conſ. 44. nu. 4. vol. 1. Bart. conſ. 211. Caſtr. conſ. 167. nu. 1. & 2. lib. 1. Rot. coram Card. Millino deciſ. 371. nu. 2. & in rec. deciſ. 418. n. 1. p. 4. tom. 2.*

Iuſtam autem & legitimam cauſam non
8 ſimul † habitandi præbere dicebatur non ſolum lites, & controuerſiæ inter eoſdem fratres ſuſcitatæ ob denegationem eorumdem alimentorum, & annuæ præſtationis ſupradictæ *iux. trad. per Iaſ. d. conſ. 44. num. 4. lib. 1. Roland. conſ. 22. num. 12. cum ſeqq. vol. 1. Menoch. de arbitr. lib. 2. caſ. 170. nu. 16. Cancer. var. reſol. cap. 16. n. 17. par. 1. Rot. deciſ. 199. num. 6. par. 4. rec.* Verùm etiã
9 monitorium † de non accedendo ad domum ab Antonio Franciſco obtentum, & contra

d. Thomam executum, ita vt Thomas culpa fratris in domo deſtinata quietè & pacificè alimenta conſequi nequeat, vt benè fuit reſponſum in *deciſ. R. P. D. mei Celſi in §. ſed etiam monitorium &c.*

Hinc attendi non debet ſi Antonius Franciſcus præſtando Thomæ in propria domo alimenta minori grauaretur impenſa, nàm ſtante legitima cauſa non cohabitandi iure poteſt officio Iudicis cogi ad illa prętanda extra domum ex mox alleg.

Demum nihil releuat renunciatio quam Thomas mediante quadam eius Epiſtola fecit habitationi, Tum quia nullam præfefert cauſam legitimam, ſed inconſulto & ex ſubito potiùs iucundiæ calore proceſſit vt benè colligitur ex proęmio eiuſdem Epiſtolæ, tum etiam quia non continet abſolutam renunciationem iuris ſibi competentis pro conſequēda dicta habitatione, ſed tantum reſpectu loci, ſcilicet in domo Antonij Franciſci vt apparet ex tenore eiuſdem Epiſtolæ attentè conſiderato, & ex inſtantijs paulo poſt iudicialiter ab ipſo factis, & repetitis demonſtratur.

Et ita vtraque &c.

BONONIEN. SEPARATIONIS BONORVM.

Lunæ 27. Martij 1651.

ARGVMENTVM.

Remedium ſeparationis bonorum quibus in caſibus ſit permiſſum.

SVMMARIVM.

1 *Separationis bonorum hæreditariorum remedium conceditur duntaxat inter creditores diuerſarum perſonarum.*

2 *Nec non etiam ad inſtantiam illius concreditoris qui inſtitutus hæres à communi debitore adiuit hæreditatem cum beneficio inuentarij.*

3 *Inuentarium præſeruat actiones & bona hæredis illeſa itaut cum bonis teſtatoris non dicantur confuſa.*

4 *Mulier pro credito ſuæ dotis tenetur accedere ad iudicium vniuerſalis concurſus cum alijs concreditoribus vt eidem aſſignetur locus ſibi debitus ratione ſuæ anterioritatis.*

5 *Bona quando dicatur acquiſita pro fideicommiſſo de pecunijs ſpectantibus ad fideicommiſſum ad manus adminiſtratoris peruentis.*

6 *Legitima ſub fideicommiſſo non continetur ſed ab eo ipſo iure legi miniſterio remanet excluſa.*

DECISIO DCCCLXXXIV.

FVIT ſub 9. Decembris proximiprætériti tàm contra Diamantem Seghicellam relictam q. Pauli Dondini, quàm contra Gulielmum, & alios filios & hæredes eiuſdem Pauli reſolutum non eſſe locum ſeparationi bonorum hæreditariorum dicti Pauli per eos petitæ, cuius reſolutionis fundamenta adhuc hodie repropoſita cauſa ſuper eiſdem reſpectu Diamantis Dominis placuerunt; Quia cum ipſa contendat ſe eſſe creditricem d. eius viri ratione dotis, & ex alijs cauſis, neque ſit illius hæres non poteſt impetrare huiuſmodi ſeparationis remedium aduerſus alios eiuſdē
1 debitoris creditores, cum illud † concedatur duntaxat inter creditores diuerſarum perſonarum *iux. tex. in l. 1. & tot. tit. ff. de ſeparat. l. 2. C. de bon auct. iud. poſſid. Decian. reſponſ. 11. num. 194. lib. 1. Caualer. deciſ. 41. num. 3. cum alijs alleg. in deciſ. quæ confirmatur §. & caſu quo &c.* vel etiam
2 ad † inſtantiam illius concreditoris, qui inſtitutus hæres à cōmuni debitore hæreditatem
3 adiuit cum beneficio inuentarij, † quod pręſeruat actiones, & bona hæredis illęſa itaut cū bonis teſtatoris nequaquam confundantur vt ad propoſitum tradunt *Bald & Alex. in l. debitori 7. ſub num. 4. C. de pact. Ant. de Amat. var. reſol. tom. 2, reſol. 56. num. 11. & ſeqq. Roland. de inuent. in tract. diuerſ. q. 170. ſub num. 8. & ſeqq. Ruin. conſ. 57. num. 27. lib. 2. Surd. conſ. 7. num. 32. & deciſ. 310. numer. 14. Oſaſc. deciſ. 181. num. 13. Rot. coram Seraph. dec. 967. n. 1. & facit tex. in l. fin. §. in computatione verſ. ſi vero & ipſe vbi etiā idem Bald. n. 3. verſ. nam ſicut hæreditas iacens C. de iur. deliber.* Sed tene-
4 tur accedere † ad Iudicium vniuerſalis concurſus cum alijs creditoribus, inquo iuſtificatis prætenſis ſuis creditis erit eiaſſignādus locus congruus anterioritati & potioritati ipſi competenti, *iux. text. in l. potior 11. ff. qui pot. in pignor. hab. l. vnic. §. & vt plenius C. rei vxor. act.*

Reſpectu verò Guglielmi, & aliorum filiorum, & hæredum dicti Pauli qui occaſione Auiti fideicommiſſi ad quod ipſi ſunt vocati prætenduut ſe eſſe creditores hæreditatis Paternæ in diuerſis pecuniarum ſummis fuit pariter confirmata prædicta reſolutio præter quam reſpectu medietatis illorum bonorum ſtabilium quæ d. Paulo aſſignata leguntur in diuiſione inter eum, & fratres cohęredes grauatos inita ſub die 28. Septèmbris 1640. quia cum ex inſtrumento prædictæ diuiſionis nuper exhibito ac ex alijs datis in ſummario dd. hæredum conſtet d. Paulum adminiſtraſſe bona fideicommiſſaria, dictaque ſtabilia cum fructibus diuiſiſſe tanquam hæreditaria Iacobi Patris fideicommittentis, intrat præſum-
5 ptio † quod illa fuerint acquiſita pro fideicommiſſo de pecunijs ſpectātibus ad fideicōmiſſum & ad manus ipſius adminiſtratoris peruentis *iuxt. not. per Doct. in l. Imperator 70. §. fin. ff. de leg. 2. Ang. int. conſ. Crott. 418. num. 5. verſ. & primo moneor &c. & num. ſeq. lib. 3. Peregr. conſ. 35. num. 8. & ſeqq. lib. 3. Fuſar. de ſubſt. q. 636. nu. 5.* cum alijs relatis in *Bonon. de Glauarinis 4. Maij 1640. coram R. P. D. meo Royas:* Et conſequenter pro hac medietate venit eis concedenda ſeparatio quæ † competit etiam hæredibus beneficiatis ex ſupra deductis quales ſunt dicti fratres de Dondinis, & pro hac tantum rata Domini receſſerunt à deciſis quandoquidem aliam medietatem dd. bonorum cenſuerunt ſpectare ad d. Paulum fideicommittentis fi-
6 lium pro eius legitima † quæ ſub fideicommiſſo non cōtinetur, ſed ab eo remanet ipſo iure miniſterio legis excluſa, per *tex. in l. omnimodo*

Digitized by Google

modò 30. & l. quoniam in prioribus 32. C. de inoff. teſt. cum alijs adductis in *Romana fideicom: miſſi de Candidis coram R.P.D. meo Veroſpio 10. Martij 1649. §. primo*

Pro cæteris autem creditis quæ ex cauſis alienationum ſiue eiuſdem adminiſtrationis dd. bonorum fideicommiſſariorum prætenduntur à dictis fideicommiſſarijs adhuc viget reſponſio deciſionis, nimirum quod illa non iuſtificantur. Quinimò huiuſmodi prætenſio eliditur ex redditione rationum facta per dictum Paulum, & hæredibus grauatis, & abſolutione ab eis reportata, ac etiam ex ſolutione reliquatus tunc ſequuta vt apparet ex eodem Inſtrumento dictæ diuiſionis, ac ex aliis deductis per informantes pro Hippoiyto Scaphigliono vno ex creditoribus d. Pauli.

Quare excepta dimidia parte ſupradictorum ſtabilium deciſio fuit in reliquis confirmata vtraque &c.

ROMANA FIDEICOMMISSI DE ZVCCARIS.

Lunæ 24. Aprilis 1651.

ARGVMENTVM.

Habes repetitum in alia dec. cauſę edita 4. Febr. 1650. quæ eſt in ordine la 846. cum iſta deciſio ſit illius confirmatoria.

SVMMARIVM.

1 *Alienatio rei particulari fideicommiſſo ſubiectæ contra expreſſam teſtatoris voluntatem redditur nulla.*

2 *Verba mercatorum ſunt accipienda ſecundum illorum ſtylum.*

3 *Stylus mercatorum attendi debet.*

4 *Liber priuatus pro tertio contra tertium fidem non meretur.*

5 *Partita cantans per verba*: hauuto dal N. per le mani del N: *denotat ſoluentem non babuiſſe niſi nudum nomen.*

6 *Mandans non obligatur ex contractu inito per eius Procuratorem qui exceſſit fines mandati.*

7 *Fideicommiſſarijs quando dicatur impoſſibilis recuperatio bonorum ob exceſſiuas expenſas factas in illis bonificandis.*

8 *In legitimam ſunt imputanda deuenta ad manus filij ſiue ſint mobilia ſiue ſtabilia.*

DECISIO DCCCLXXXV.

PLACVIT Dominis deciſio in hac cauſa emanata ſub die 4. Februarij 1650. in qua recedendo ab alia deciſione edita ſub die 14. Nouembris 1639. fuit reſolutum fratribus de Zuccaris cōcedendum eſſe pro nunc immiſſionem pro duabus ex tribus partibus domus de qua agitur pro indiuiſo cum D. Conſtantia Toſcanella illius poſſeditrice ex cauſa emptio-
1 nis. Siquidem nullitas † alienationis d. domus tanquam ſubiectæ particulari fideicommiſſo q. Federici Zuccari cum expreſſa alienationis prohibitione, vt in eius Teſtamento remanet indubitabilis ex diſpoſitione, *l. fin. C. com. de leg. cum alys congeſt. in deciſ. in §. neque ſuffragari poteſt Toſcanella &c.*

Neque alienatio ſuſtineri poteſt ex cauſis alleg. per informantes pro d. Toſcanella, nam quę primo loco deducitur ob ſolutionem æris alieni prorſus euertitur ex adductis in eadem deciſione, §. *Non enim iuſtificatur cum ſeqq.*

Nec ſubſiſtunt ea quæ modo adducuntur ad comprobandum creditum dotale Iſabellæ Teſtatoris filiæ in ſumma ſcut. 1300. ſub annua ſolutione ſcut. ſeptem pro ſingulis centenariis iuxt. tenorem Inſtrumenti dotalis cum ipſo Federico, & alterius Inſtrumenti ſolidationis computorum inter Octauianum, & Hieronymum eius filios ex vna, & Cinthium eorum Cognatum d. Iſabellæ maritum celebrati.

Nam illius ſolutio bene probatur ex calculo in poſitione dd. fratrum de Zuccaris ſub d. die poſterioris deciſionis exhibito vna cum iuribus in ſummario per eos tunc dato relatis ſub *num. 1. & ſeqq.* Siquidem partitæ extractæ ex lib. publicis Banchi illorum de Tritijs, & Scarlatinis ſub diebus 29. Nouembris 1603. & 3. Martij 1624. legitimè probant attenta, tàm qualitate librorum legaliter habitorum, quam loci publici in quo cuſtodiuntur, & cōmuni obſeruantia quæ illis in omnibus negorijs in eis deſcriptis fidem præbet inconcuſſam. Atque gratis replicatur quod d. partitæ probent ſolummodò tranſmiſſionem pecuniarum factam à Federico non autem exactionem Cinthij, cum hæc benè demonſtretur à partitarum verbis, & Mercatorum notorio
2 ſtylo qui † verba declarat *deciſ. 458. num. 8. p. 4.*
3 *tom. 2. recent.* † & attendenda eſt *Gregor. deciſ. 127. numer. 2. & int. recent. deciſ. 154. nnmer. 4. part. 7.*

Alia vero extracta ex libris publicis Banchi illorum de Bacellis ſub die 5. Ianuarii 1607. non reuocatur in dubium, ſed prætenditur quod ſumma ſcutorum 300. auri in ea contenta non ceſſerit in computum crediti dotalis prædicti Cinthij, ſed fuerit ab ipſo erogata in emptionem trium locorum montis Farneſij pro eodem Federico eius ſocero, vt appareat ex relatis in hodierno ſummario Toſcanellæ ſub *num. 7.* Verum corruit prætenſio, quia liquet ex dictis partitis pecunias fuiſſe ſolutas prædicto Cinthio ſub die 5. Ianuarij 1607. Non autem conſtat quod fuerint ab eo erogatæ in emptionem dd. locorum plures poſt menſes ſub nomine d. Federici factam ſub die 10. & 12. Nouembris eiuſdem anni, quæ ſub die 13. eiuſdem menſis ab ipſo Cinthio fuerunt alienata, vt apparet ex atteſtatione Secretarij montis relata in hodierno Summario dd. fratruum in fin.

Altera demum ex eiſdem libris parit. extracta ſub die 30. Iulij 1607. conſtituens ſummā ſcutorum 300. auri ſiuè 620. monetæ licet oſten-

oſtendatur erogata in emptionem aliorum locorum ſex eiuſdem montis Farneſij ad fauorem eiuſdem Federici, attamen quatuor illorum apparent quoque conuerſa in vtilitatem Cinthij qui tria loca ſibi adiudicari fecit mediante Iudicis mandato & vnum diſtraxit, pretiumquè recepit. Ita vt calculatis in debito dictæ dotis eiſdem locis quatuor vna cum ſcut. 20. quæ penes Cinthium remanſerant ex eadem ſumma ſcut. 620. monetæ ac aliis partitis ſupradictis, & in antecedente deciſione firmatis, creditum dotale etiam ad ſenſum Partis remanet in ſcut. 432. circiter monetæ, quæ quantitas alienationem prædictæ domus iuſtificare non valet, cum aliter commodè illa ſatisfieri poſſet, quemadmodum fuit in d. deciſione latè reſponſum in §. *creditum autem Iſabella*, *& in* §. *detracta igitur*, *& in* §. *quod autem in hoc caſu ſupereſſent bona &c.*

Cætera autem credita eiuſdem Cinthij cũ Federico modo deducta nullatenus verificantur. Non quidem illud ſcut. 199. 78. pro Federico per Cinthium ſolutorum Tutoribus filiorum q. Blaſij Stefanonij vnius ex propietariis d. Domus pro Canonibus decurſis, quod non probatur aliundè quam ex partitis extractis à libro dd. Tutorum, qui liber tanquam
4 priuatus † nullam fidem facit pro tertio contra tertium, *Iaſ. in l. admonendi num. 133. & ſeq. de iur. iur. Felin. in cap. 2. num. 3. & ſeq. de fid. inſtr. Rot. recent. deciſ. 259. num. 13. & deciſ. 386. n. 4. p. 4. tom. 2.* & in terminis libri adminiſtraroris, *Eſcobard. de ratiocin. cap. 11. nu. 29. & Gratian. diſcept. 385. num. 7.* Præter quod partitæ prædictæ cãtant per verba; *hauuto dal † Sig. Federico Zuccaro per le mani del Sig. Cintio Clementi*, quæ denotant pecunias fuiſſe proprias Federici debitoris, & Cinthium in ea ſolutione non habuiſſe aliud quam nudum miniſterium illas numerandi *iux. Bertrand. conſ. 282. num. 2. lib. 2.* alias à Rota receptum *coram bon. mo. Merlino deciſ. 218. num. 1. & 2. & in Romana cenſus 28. Martij* 1642. §. *non obſtant ſolutiones &c. coram me*, & ſequitur *Gratian. diſcept. 113. num. 88. & diſcept. 950. nu. 44. verſ. neque obſtat &c.* Quod maximè venit dicendum ex quo Cinthius vti Procurator Federici exigebat penſiones d. domus quæ quot annis excidebat ſummam ſolutam.

Non alterum ſcut. 250. quod ipſe Cinthius procuratorio nomine Federici accepit ad ſocietatem Officij ab Antonio Boſſio ſub die 24. Maij 1606. & inde ad duos annos nempè ſub die 24. Maij 1608. reſtituit eidem Boſſio, quia præter alias reſponſiones datas per informantes pro dd. fratribus præcipuè placuit illa quod mandatum procuræ cuius vigore Cinthius contraxit non continet niſi facultatem exigendi, & quietandi non autem accipiendi pecunias ad ſocietatem officij, quare cũ Pro-
6 curator † exceſſerit fines mandati mandans non remanſit ex illo cõtractu obligatus, *l. præterea 3. l. diligenter 5. ff. mandati l. ſi Procurator 10. & ibi gloſ. verb. poſuit Bald. & Alex. C. de Procurat. Rot. penes Card. Caualer. deciſ. 612. num. 19. & ſeq. ac inter recent. deciſ. 79. num. 1. & 12. p. 6. & deciſ. 557. num. 2. poſt Cenc. de cenſ.*

Secunda vero cauſa alienationis ex eo deducta, quod reſtituenda eſſet Marco Antonio Toſcanellæ eiuſdem Domus conductori ſumma ſcutorum 3370. per eum impenſa in perfectione Fabricæ ex pacto inito cum filijs Federici in Inſtrumento locationis; eliditur ex lectura teſtamenti d. Federici, in quo iuſſit eam tantum partem domus, ab eius hæredibus perfici, quam deſignauit pro Hoſpitio Pauperum Vltramõtanorum ab ipſomet iam pro maiori parte conſtructo, vt legitur in d. teſtamento *verſ. E queſta carità deſidero ſopra ogn' altra coſa &c.* Ac etiam ex immoderata aſſertę impenſæ quantitate quę impoſſibilem reddit
7 fideicommiſſarijs illius recuperationem, vt conſiderat, *Peregr. de fideicom. art. 50. ſub num. 33. & ſeqq. cum alijs cumulatis in deciſ.* §. *altera vero cauſa &c. & in* §. *deinde quia exceſſiua nimis erat.*

Tertia tandem cauſa deducta ex legitimæ prædictis Federici filijs debitæ detractione corruit prorſus ex eo, quia non potuit vllo pacto deduci ex hac domo particulari fideicõmiſſo ſubiecta, dum alia plura bona hæreditatis Paternæ tum ſtabilia, tum mobilia
8 ad eoſdem filios peruenerant quæ † tenebantur in legitimam imputare, *iux. tex. in l. quoniam Nouella 29. l. omnimodò 30. & in l. ſcimus 36. C. de inoff. teſt. Rot. penes ſan. mem. Gregor. XV. deciſ. 568. num. 6. verſ. dixerunt tamen domini &c. & ſeq. cum alijs relatis per Modern. Forolinien. de ligit. lib. 2. tit. 2. q. 1. num. 7. verſ. ampliatur 2. & ſeq.* & fuit plenè probatum in d. poſteriori deciſione §. *tertia denique cauſa etc.*

Nec obſtat, quod fratres de Zuccaris agentes in hoc Iudicio ſunt hæredes alienantium. Tum quia hæreditatem adiuerunt cum benefic. leg. & inuent. & cum expreſſa Iudicis declaratione, quod illo gaudere debeant, vt apparet ex d. eorum Summario exhibito ſub die dictę poſterioris deciſionis *num. 13.* Tum quia circumſcripto etiam inuentarij beneficio adhuc iure vendicare poſſent domum prædictã contra expreſſam legis, ac Teſtatoris diſpoſitionem alienatam vt fuit probatum in d. deciſione §. *Preterea non obſtat &c.*

Cætera denique adducta per informantes pro Toſcanella omninò tolluntur ex eadem deciſione in qua oſtenditur ſatis prouiſum fuiſſe aſſertis illius prętenſionibus mediate tentionè Partis eiuſdem domus & aliorum bonorum vt legitur in §. *fin.*

Et ità vtraque &c.

NA-

NAZARENA SEV MONTIS VIRIDIS BENEFICII.

Lunæ 24. Aprilis 1651.

ARGVMENTVM.

Gratia Apoſtolica iuſtificata debet exequi: Teſtes remiſſoriales dicuntur nulliter examinati ſi nō fuerint interrogati ſuper interrogatorijs exhibitis, & ex quibus depoſitiones depræhendantur erroneæ etiam præiudiciales.

SVMMARIVM.

1 *Validitas ſententiæ probatur ex concurſu requiſitorum de quibus per* Caputaq. deciſ. 260. par. 2.
2 *Iuſtitia ſententiæ ex decisionibus in cauſa editis deprabenditur.*
3 *Litteræ ſubrogationis conceſſæ etiam quoad executionem litterarum defuncti iuſtificari non debent.*
4 *Litteræ Apoſtolicæ quando ſunt iuſtificatæ debent executioni demandari.*
5 *Sententia ex eo dicitur iuſta ex quo decernit actus iuſtitiæ.*
6 *Teſtes remiſſoriales non examinati ſuper interrogatorijs exhibitis non ſunt attendendi dum ſuper illis omnino erant interrogandi tam ex iuris diſpoſitione quam ex forma remiſſoriæ id demandantis, & numer. 7.*
8 *Examen ſine interrogatorijs reputatur validū quando in productione interrogatoriorum non fuit proteſtatum de nullitate examinis licet teſtes non probent ſine illorum repetitione.*
9 *Scripturis multo magis quam teſtibus deferendum venit.*
10 *Inſtrumentorum fides præualet teſtibus.*
11 *Teſtes redduntur admodum ſuſpecti deponendo de rebus geſtis in puerili ætate.*
12 *Epiſcopo competit ſuperioritas ſuper omnibus Eccleſiis ſuæ Diœceſis.*
13 *Non probat hoc eſſe quod abhoc contingit abeſſe*
14 *Seruitus non cadit ſuper proprio prædio.*

DECISIO DCCCLXXXVI.

SENTENTIAS Rotales declarantes gratiam Apoſtolicam Guidi Apudei eſſe iuſtificatam, & exequendam ad fauorem Thomæ Guerrini ſubrogati in iuribus, & executione litterarum d. Guidi defuncti, tanquam validitas, & iuſtas confirmandas eſſe reſponderunt Domini, nam illarum validitas probatur ex reuolutione actorum in quibus reperiuntur cuncta requiſita quæ pro concluden-
1 da validitate enumerantur † per *Caputaquen. deciſ. 260. par. 2.* Iuſtitia verò apparet † ex
2 deciſionibus emanatis in prima inſtantia *coram Reu. P. Domino meo Veroſpio ſub diebus 15. Decembris 1645. 14. Martij & 12. Nouemb. 1646. & in ſecunda coram R.P.D. meo Meltio ſub die 19. Iunij 1647.* in quibus optimè demonſtratur eſſe iuſtificatas ne dùm litteras Apudei, verū etiam litteras ſubrogatorias Thomæ, quamuis iſtę in hoc caſu in quo ſubrogatio conceſſa fuit etiam quoad executionem litterarum
3 defuncti, † iuſtificari non debuiſſent, vt benè per *Rot. in Toletana beneficij 14. Nouembris 1605. coram Iuſto poſt Marcheſ. de Commiſſ. par. 1. fol. 384 num. 9. verſ. & vltimam rationem etc.* vbi aſſignatur ratio, quia ſicuti defunctus ſi viueret verificatis narratis in ſua gratia deberet obtinere abſque alia iuſtificatione; ità etiam ſubrogatus ad ius proſequendi executionem litterarum ipſius defuncti, & fuit dictum in alijs relatis in d. deciſione *R. P. D. mei Veroſpij 15. Decembris 1645. §. & ex his cenſuerunt Domini etc.* Data igitur litterarum Apoſtolicarum iuſti-
4 ficatione † illæ ſemper veniunt exequendæ, *c. ſi capitulo 5. vbi gloſ. in verb. exequatur de conceſſ. Prabend. in 6. Rot. in recent. deciſ. 558. n. 2. p. 1. & deciſ. 605. num. 2. p. 2. & 348. num. 1. par. 5. & deciſ. 133. num. 1. par. 6.* & conſequenter ſententia huiuſmodi litterarum executionem deman-
5 dans dicitur iuſta † cum decernat actus iuſtitiæ, *l. in ambiguis 85. ff. de reg. iur. iunc. l. 1. C. de fid. inſtrum. & iur. tract. Fiſcal. lib. 10. Rebuff. in l. iuſta interpretatione 201. de verb. ſignif. verſ. decretum iuſtum etc.*

Non obſtat obreptionis obiectum pro parte Reuerendiſſimi Archiepiſcopi Nazareni & Capituli Terræ Carbonariæ ductum ex eo quod non fuit Papę narratum Eccleſiam Sancti Viti, quam Pontifex mandauit erigi in titulum, & conferri d. Apudeo eſſe membrum, & Graciam menſæ Archiepiſcopalis pro duabus quintis, & Capitularis pro cæteris Partibus; Quia non iuſtificatur in facto, quod hæc Eccleſia ſit Grancia dd. menſarum ſiquidem teſtes ad hunc effectum nouiſſimè examinati vigore remiſſoriæ attendi non debent, tum quia non fuerunt examinati ſuper
6 interrogatorijs † pro parte Guerrini exhibitis prout neceſſarium erat tam ex iuris diſpoſitione in *cap. 2. §. teſtes etiam vbi gloſ. in verb. interrogatoria, et doctr. de teſtib. in 6.* quam ex eiuſ-
7 dem † remiſſoriæ forma, quæ ad vnguem ſeruari debet *cap. cum dilecta 22. de reſcript. l. diligenter 5. ff. mand. Rot. penes Mantic. deciſ. 352. num. 1. et int. rec. deciſ. 466. num. 1. par. 2.* alias examen eſt nullum *Rot. deciſ. 3. num. 1. par. 4. recent.* & in ſpecie examinis facti in vim remiſſoriæ abſque
8 interrogatorijs † à parte exhibitis cum proteſtatione nullitatis quatenus teſtes examinentur ſine illis prout fecit Guerrinus firmatum fuit *coram Millino deciſ. 434. num. 1. verſ. nihilominus cum iſta remiſſoria etc. & num. ſeq. et in Bonon. fideicommiſſi de Mauris relatis per Adden. ad ſa. me. Gregor. XV. deciſ. 331. num. 22. in fin.* licet ſecus ſit quando non pręmittitur talis proteſtatio; nam tunc examē ſine interrogatorijs factum reputatur validum, ſed teſtes non probant niſi repetantur, vt declarauit *Rot. in d. Millin. deciſ. num. 1.* & in alijs ibidem ac per eumdem *Adden. ad ſanct. memor. Gregor. XV. vbi ſupra congeſt.*

Tum etiam quia eorum depoſitiones ſunt prorſus erroneę, quandoquidem ampliatio, & reſtaurationes dictæ Eccleſiæ S. Viti non

fue-

Digitized by Google

ſuerunt facta proptijs expenſis Archiepiſcopi,
& Capituli , vt ipſi reſtes dicunt ſed ex reddi-
tibus ipſius Eccleſiæ ac piorum eleemoſynis
quemadmodum benè conuincitur ex ſcriptu-
9 tis à dicto Guerrino exhibitis , † quibus po-
tius ſtandum eſt quam dd. teſtibus *iuxt.not.per*
gloſſ.in cap.tertio loco 5.verb. teſtinm verſ. item con-
10 *tra quia fides* † *Inſtrumentorũ praualet teſtibus etc.*
de probat. Crauett.conſ.54. num.15. Rot. coram Se-
raph.deciſ.339.num.7.Duran.deciſ.131.num.13.int.
rec.deciſ.582. num.6. par.1. & fuit dictum in
Barchinonen.Alimentorum 15.Nouembris 1649. *§.*
minns releuant teſtes coram me. Inmò dum ijdem
teſtes deponunt de d.ampliatione facta 70.vel
80. annis ante eorum examen quo tempore
ipſi erant in pucrili ætate conſtituti , reddun-
11 tur admodum ſuſpecti , † cum tunc notitiam
adeò diſtinctam , ac cognitionem eorum,quę
aſſerunt veriſimiliter habere, & tam exactam
eorumdem memoriam vſque adhuc retinere
minimè potuerint ad tradit. per *Farinacc.de*
*teſt.q.58.num.58.& ſeqq.*cum alijs cumulatis in
Romana reſciſſionis concordiæ 14.Martij 1650. in §.
augetur demum ſuſpitio etc. coram R. P. D. meo
Corrado .

Deputationes pariter Adminiſtratorum bo-
norum eiuſdem Eccleſiæ , reuiſiones compu-
torum , & ſimiles alij actus apparent geſti à
ſolo Archiepiſcopo non autem ab eo , & Ca-
pitulo ſimul ſicuti prædicti teſtes inquiunt
qui quidem actus non inferunt fauore Ar-
chiepiſcopi ius dominij Parochialis, ſed dum-
12 taxat ſuperioritatem, quæ illi competit ſuper
omnibus Eccleſijs intra limites ſuæ Diœceſis
conſtructis,*iux.tex. in cap .omnes Baſilicæ 16.q.7.*

Pront etiam exactiones nomine prædictæ
Eccleſiæ factæ leguntur non autem nomine
prædictarum Menſarum . Ac demum obla-
tiones redditus, & prouentus eiuſdem Eccle-
ſiæ in illius vtilitatem verſi oſtenduntur ex
epiſtolis monitorijs , & decretis ordinariorũ
pro tempore itaut teſtibus dicentibus , illos
fuiſſe diuiſos inter Archiepiſcopum & Capi-
tulum , ac verſos in illorum commodum ,
& proptios vſus nequaquam ſit credendum
ex alleg.

Nec quicquam releuat quod d. Eccleſia
S. Viti cum omnibus ſuis bonis deſcripta re-
periatur in Inuentarijs Menſæ Archiepiſco-
palis confectis de anno 1550. 1564. 1565. &
1573. quia exinde non oritur neceſſaria ,
& concludens probatio dominij ſuper ea
ſed tantum iuris exigendi decimas, & an-
nuam reſponſionem ex bonis illius qua ra-
tione inter cæteros redditus menſæ prędictę
fuit ibidem annotata , quare cum inuen-
taria prædicta poſſint referri ad alium finem
non concludunt perneceſsè quod hæc Eccle-
ſia fuerit ibi deſcripta tanquam Grancia dictæ
13 menſę quia non probat † hoc eſſe , quod ab
hoc contingit ab eſſe, *l. non hoc 4. C. vend. legit.*
cum concordantibus . Imò potiùs excludunt
14 dominium cum ſeruitutes † non cadant ſu-
per proprijs Prædijs ad fauorem Domini,*l. ſi*
commnni fundo 27.ff.de ſernit. reſt.Præd.& in puncto
iur.decimandi eſt tex.in cap.licet.11.de decim.& tra-
dit *Lazzana de Decimis cap.19. nu.8. Thom. Val-*
laſch.alleg.84.num.3.& 4.

Interea excluditur etiam huiuſmodi ius ab Archiepiſcopo prætenſum ex decreto per eũ facto in viſitatione ſub die 30. Nouembris 1628. in quo inhærendo diſpoſitioni *Sac. Con. cil. Trident. ſeſſ.21.de reform.cap.5.* & auctoritati illi attributæ in actu viſitationis hanc Eccleſiam in perpetuum vniuit Menſæ Capitulari dictæ Eccleſiæ Carbonariæ , quod ſanè fieri non potuiſſet ſi d. Eccleſia ſub dominio eius Menſæ Archiepiſcopalis extitiſſet , vt benè reſponſum fuit *coram R. P. D. meo Veroſpio , in d. deciſ.ſnb die 12. Nouembris 1646.in §.penult. & in alia coram R.P.D. meo Meltio 19.Iunij 1647. & fin.*

Et ità vtraque &c.

VOLATERANA CAPPELLANIAE.

Veneris 28. Aprilis 1651.

ARGVMENTVM.

Beneficium manuale ex quibus dephendatur etiamſi in titulum fuerit collatum : Vltimus ſtatus beneficij quando non ſit attendendus ex quo non fuit præſcriptus & quæ requirantur ad d. effectum .

SVMMARIVM.

1 *Status manualitatis beneficij non immutatur per illins non vſum .*

2 *Status vltimus collatiuns ſi non fuerit legitimè præſcriptus non venit attendendns in caſu qno conſtat de ſtatn antecedenti contrario per pnblicum inſtrumentum fundationis .*

3 *Hoc procedit ſiue agatur inter collatores ſuper pertinentia iuriſconferendi ſiue incidenter inter promoſos ſuper validitate collationis .*

4 *Ordinarius conferendo non poteſt immutare ſtatum beneficij .*

5 *Status primordialis vt præſcribatnr requiritur ex neceſſitate volnntas Pontificis , & iſtam abeſſe depræhenditur ex eiſdem litteris dum ex illis apparet collatores non intellexiſſe mutare dictum ſtatum, & n.6.*

7 *Papa non præſumitur voluiſſe derogare qualitati impreſſa in beneficio per fundatorem ſi iſta ipſi non fuerit narrata .*

8 *Beneficinm manuale propria dicitur beneficium & in eo proceditur ſicuti in perpetno cum quo regulariter æquiparatur .*

9 *Beneficia manualia poſſunt reſignari .*

10 *Beneficia mannalia dicuntur vacare per obitum .*

11 *Epiſcopi aſſertio qnoad titulum collatiuum beneficij non præiudicat quando conſtat de ſtatu manuale illius .*

DECISIO DCCCLXXXVII.

DOMINI perſiſtendo in deciſis ſub die 27. Iunij 1650. iretum dixerunt intrare arbitrinm pro retardatione executionis litterarum Apoſtolicarum à Ioanne Carolo Bar-

grac-

graccho impetratarum, quia fundamentum
illud quòd Cappellania controuerſa tanquam
manualis non cadat ſub reſeruatione regulæ
9. Cancellariæ in qua fundata eſt gratia Apo-
ſtolica adhuc vigere viſum fuit. Non obſtan-
te quod d. Bargiacchus prætendat Abbates
S. Andreę Congregationis Oliuetanę ad quos
ſpectat huius Capellaniæ prouiſio, nunquam
vſos fuiſſe facultate amouendi Capellanos,
quia vltra quod ob ſimplicem non vſum di-
ctæ facultatis ammiſſum non fuit ius compe-
tens Abbati pro tempore, nec proinde im-
1 mutatus † ſtatus manualitatis *iux. gloſ. fin. in c. Abbate 25. verſ. ſed non credo quod fiat propter hoc præiudicium etc. & inf. de verb. ſignif. Surd. conſ. 419. ſub num. 27. verſ. ad id vero quod opponitur etc. cum ſeqq. Rot. apud Pen. deciſ. 586. num. 24. Buratt. deciſ. 704. num. 12. cum ſeq.* & in his terminis *int. rec. deciſ. 245. num. 17. par. 6.* Hoc in facto minimè ſubſiſtit, nam ex datis in Summario Gherardi Compagni ſub *num.* 1. liquet quod Ioannes Franciſcus Zittus olim Capellanus fuit per Abbatem amotus die 13. Ianuarij 1645. & in eius locum tunc electus Franciſcus de Balbis iſtoque deinde renunciante Abbas ſucceſſiuè elegit, & præſentauit in Cappellanum eumdem Zittum ſub die 30. Octobris 1646. vt patet ex Summario ipſiuſmet Bargiacchi, *num.* 4.

Minus refragatur prætenſus vltimus ſtatus collatiuus ductus ex tribus collationibus ab Ordinarijs, & à Sede Apoſt. reſpectiuè factis ab anno 1546. citra, quia, vt fuit reſponſum in deciſione quæ confirmatur, cum iſte ſta-
2 tus † collatiuus non appareat legitimè præſcriptus cum requiſitis de quibus latè per *Lotter. de re benef. lib. 1. q. 34. ſub nu. 45. & plurib. ſeqq. & Rot. deciſ. 308. à num. 1. ad 5. par. 1. recent.* non venit attendendus in hoc caſu in quo conſtat de ſtatu antecedenti contrario per publicum Inſtrumentum fundationis, & ſępiſſimè reſpondit, *Rot. præſertim in rec. deciſ. 374. num. 4. & ſeq. p. 1. deciſ. 435. ſub num. 4. par. 2. & in S. Seuerini Capellania 12. Ianuarij 1615. coram Cardinali Sacrato, & in Valentina Rectoria 22. Iuny 1650. coram R. P. D. meo Bichio cum aliis relatis per Adden. ad ſa. mem. Gregor. XV. deciſ. 77, Add. ad Buratt. deciſ. 776. ſub num. 19. & in deciſ. §. Non obſtat prætenſus vltimus ſtatus collatiuus &c.* quam conclu-
3 ſionem indiſtinctè procedere ſiuè agatur principaliter inter collatores ſuper pertinentia iuris conferendi ſiuè incidenter inter prouiſos ſuper validitate collationis, fuit dictum in *Lucana Capellania* 1. *Iulii* 1650. §. *Itaut nec releuat &c. coram R. P. D. meo Bichio* & prius in dicta *Valentina Rectoria 24. Maij* 1647. §. *præterquod &c. et* 22. *Iunii* 1650. §. *prout nec applicatur &c. & 5. ſeq. in fin. coram eodem.*

Quod autem ſtatus collatiuus non appareat legitimè præſcriptus patet nedum quia Ordi-
4 narius † conferendo non potuit mutare ſtatum Beneficij ex congeſtis in *deciſione §. in præſenti autem caſu &c.* ſed etiam quia tam in eo, quam in Summo Pontifice defecit voluntas
5 præ cæteris † requiſita ad præſcribendum & immutandum ſtatum præcedentem, vt per *Lotter. vbi ſupra & Rot. d. deciſ. 308. num. 3. par. 1. recent.* qui quidem defectus voluntatis opti-
6 mè † depręhenditur ex ipſis litteris collationum, in quibus nullum legitur verbum ex quo neceſſario inferatur, vt debet Collatores intendiſſe d. ſtatum mutare, *Rot. dec. 163. nu. 4. par. 1. recent.* cum alijs cumulatis in *Lucana Iuriſpatronatus 29. Ianuarii 1644. coram Reuerendiſſ. Terracinen. in §. non obſtant prouiſiones Apoſtolica &c. et infr. Add. ad ſa. mem. Gregor. XV. deciſ. 454. ſub num. 20.* & comprobat *Lotter. vbi ſupra ſub num. 51. et ſeqq.* Et licet prouiſio Apoſtolica emanata de anno 1615. ad fauorem Perſij Falconcini facta fuerit tanquam de perpetuo & collatiuo, attamèn cum non fuerit Papę narrata qualitas à fundatore impreſſa beneficio,
7 cenſeri non poteſt quod ipſe voluerit illi derogare, ac præiudicare *Nicol. de Miſ. in ſuo repert. litt. B. num. 9. verſ. beneficia manualia licet per Papam, vel eius auctoritate conferantur etc.* & reſpondit *Rot. d. deciſ. 308. ſub num. 3. par. 1. recent.* Præter quod huiuſmodi Prouiſio Apoſtolica non habuit effectum ex quo idem Prouiſus expreſsè renunciauit antè habitam poſſeſſionem vt ex inſtrumento publico relato in Sũmario Gherardi *num.* 2. & remanſit in poſſeſſione Dominicus Cenerinus ab Abbate Præſentatus, & ab Ordinario inſtiturus.

Neque facit quod hæc Capellania ferè ſemper fuerit collata per viam Inſtitutionis præuia præſentatione facta ab Abbatibus pro tẽpore cum expreſſione Iuriſpatronarus & modi ob quem illa vacabat.

Quia licet iſta ſit formula ſolita ſeruari in beneficijs perpetuis, tamen nihil repugnat naturę beneficij manualis cum iſtud etiam pro-
8 priè dicatur † beneficium, & in eo procedatur ſicuti in perpetuo, cum quo regulariter æquiparatur, *Pariſ. de confid. benefic. q. 18. num. 20. & 21. Azor. inſtit. moral. 2. par. lib. 3. cap. 26. qu. 12. & ſeq. Garz. de benef. p. 1. cap. 2. num. 77.* Et hinc
9 videmus quod † beneficia manualia poſſunt reſignari, *Pariſ. de reſignat. lib. 2. quaſt. 11. numer. 1. & ſeqq. Gonzal. ſuper reg. 8. gloſ. 5. §. 6. n. 26. Cocchier. de permut. benef. cap. 9. num. 3.* Et non
10 minus quam † alia dicuntur vacare per obitum, *gloſ. in Clem. vnic. §. proprium verb. reuocari vbi etiam Card. num. 8. Vitalin. nu. 9. de ſuplen. negl. Prælat. Nicol. de Mil. vbi ſupra num. 9. Gonzal. d. §. 6. num. 14. Lotter. de re benef. lib. 1. q. 7. n. 24. Rot. deciſ. 739. num. 4. p. 1. diuerſ.*

Denique non obſtat, quod in viſitatione habita 12. Septembris 1615. Ordinarius aſſeruerit huiuſmodi Capellaniam conferri in ti-
11 tulum, quoniam † conſtito de ſtatu manuali hęc aſſertio non venit attendenda, quia nemini poteſt præiudicare, *Caputaq. deciſ. 128. num. 3. par. 2. Seraph. deciſ. 436. num. 6. et deciſ. 442. num. 2. ac in puncto Rot. deciſ. 427. num. 3. p. 4. rec.*

Et ita vaque &c.

F A-

FAVENTINA PENSIONIS.

Veneris 5. Maij 1651.

ARGVMENTVM.

Solutiones ex quibus probentur factæ in cauſam penſionis ad effectum, vt penſionario ratione ſuæ quaſi poſſeſſionis exigendi debeat manuteneri.

SVMMARIVM.

1 *Penſionarij quaſi poſſeſſio exigendi optimè iuſtificatur ex teſtibus deponentibus ſolutiones fuiſſe factas in cauſam penſionis.*
2 *Penſionario exiſtenti in quaſi poſſeſſione exigendi concedi debet mandatum de manutenendo.*
3 *Vnica ſolutio ac reſpectiuè exactio ſufficit pro manutentione.*
4 *Iſta concluſio multo magis procedit in penſionibus.*
5 *Vnica ſolutio licet non integræ penſionis ſufficit ad prædictum effectum manutentionis.*
6 *Quaſi poſſeſſio acquiſita contra anteceſſorem afficit ſucceſſorem ea ratione, quia ius metiri debet ab actore, & poſſeſſore, quod non mutatur ex mutatione perſonarum, quæ ſuccedunt in beneficio.*
7 *Mandatum procuræ eo facilius præſumitur in fratre.*
8 *Solutio penſionis quando dicatur facta cum ſcientia titularis, & ex illius mandato.*
9 *Exceptio turbida reijcitur ad petitorium.*
10 *Sententia effectus remanet ſuſpenſus per appellationem, cauſam ſimpliciter admiſſam.*
11 *Poſſeſſor manuteneri debet donec cauſa per rem iudicatam terminetur nec priuari debet per ſententiam cuius effectus fuit per appellationẽ ſuſpenſus.*

DECISIO DCCCLXXXVIII.

DOMINI dixerunt R. P. D. Cenninum
manutenendum eſſe in quaſi poſſeſſione
exigendi annuam penſionem ſcutorum 50. ad
eius fauorem auctoritate Apoſtolica reſeruatã
ſuper fructibus Parochialis Eccleſiæ S. Mariæ
in Ferculis loci Plangipanis Fauentineñ
Diœceſis Quoniam eius quaſi poſſeſſio iuſtificatur
ex ſolutionibus per plures annos factis
Antonio Vignuccio eiuſdem D. Penſionarij
Procuratori à Franciſco à Pallis ſoluente pro
Michaele eius fratre dictæ Eccleſiæ tunc Rectore,
vt deponunt quatuor teſtes formiter
examinati, qui cum dicant ſolutiones prædictas
fuiſſe factas in cauſam huius Penſionis
1 optimè † probant Penſionarij quaſi Poſſeſſionem
exigendi *Maſcard. de Probat. concluſ. 1318. ſub num. 16. Cenc. de Cenſ. quæſt. 87. nu. 16. & ſeqq. cum alijs per modern. Peruſ. de manut. obſeruat. 31.*
2 *num. 2. verſ. ac per teſtes &c.* cui † propterea venit
conceden̄ mandatum de manutenẽdo *iux. tex. in §. retinenda Inſtit. de Interd. l. 1. §. Interdictum autem ff. vti poſſidetis Rot. in Spoletana Penſionis 21. Iunij 1619. coram Vbald. & in Calaguritana Penſionis 17. Iunij 1624. coram Manzaned. & apud Poſt. de manutent. deciſ. 202. & dec. 509. vtro-*
3 *bique num. 1.* pro quo ſufficeret etiam † vnica
exactio *Rip. in c. cum Eccleſia Sutrina 3. num. 53. de cauſ. poſſeſſ. & prop. latè Gratian. diſcept. 113. num. 2. Lotter. de re benef. lib. 1. quæſt. 38. num. 106. &*
4 *ſeq.* vbi etiam, quòd iſta concluſio † maximè
locum ſibi vendicat in hac materia Penſionis
Buratt. deciſ. 759. num. 2. & fuit dictum in Arboren. Penſionis 1. Iulij 1647. §. dantur &c. coram Reuerendiſſimo Terracinen. & in Sancti Angeli Canonicatus, ſeù diſtributionum 26. Iunij 1648. coram me
5 licet non eſſet integra, † ſed de parte termini
vt ſæpius reſpondit *Rot. & ſignanter in deciſione cumulatis per d. modern. de manutent. obſeruat. 18. num. 37. & in Melphien. Penſionis 1. Martij 1649. coram R. P. D. meo Royas* Nihil obſtante, quòd
agatur contra Succeſſorem in beneficio, qui
penſionem nunquam ſoluit quandoquidem
quaſi poſſeſſio acquiſita contra anteceſſo-
6 rem † afficit etiam ſucceſſorem ea ratione
quia ius metiri debet ab actore, & Poſſeſſore,
quòd non mutatur ex mutatione Perſonarum,
quæ ſuccedunt in Beneficio, vt in
puncto ratiocinatur, & firmat *Guidopap. deciſ. 629. quem ſemper ſequuta fuit Rot. in rec. dec. 562. num. 1. par. 1. deciſ. 62. num. 27. par. 7. ſan. mem. Greg. XV. deciſ. 313. num. 3. vbi Add. num. 6. Buratt. d. deciſ. 759. num. 3. Canaler. deciſ. 83. num. 2. Coccin. deciſ. 31. nu. 5. & in alijs adduct. per Gratian. diſcept. 310. num. 59. & Lotter. de re benef. lib. 1. d. quæſt. 38 num. 109. & plur. ſeqq.*

Nec ſolutiones prædictæ cauillari poſſunt
ſub prætextu, quòd non conſtet de mandato
nec ſoluentis, nec recipientis, dum concurrunt
adminicula, nempè indubitatus titulus
præambolus Penſionis, & ſic vera cauſa ſoluendi,
& exigendi multiplicitas ſolutionum,
& exactionum temporis diuturnitas, & ſumma
notabilis ſcut. 500. ſoluta, & recepta, ex
quibus valida reſultat titularis, ac Penſionarij
ſcientia, & mandati Præſumptio, cum non
8 ſit veriſimile, quòd frater in quo † etiam facilè
præſumitur mandatũ *Mantic. de tacit. lib. 7. tit. 5. num. 10. Rot. in Auen. Pecuniaria 15. Ianuarij 1648. §. mandatum autem huiuſmodi &c. coram me,* præiudicare voluerit ſibi, & fratri ſoluendo
in prædictam cauſam tantam Pecuniarum
Summam de proprio Perſonæ illegitimæ, ac
8 mandatum non habenti, † quodque *Penſionarius*
poſt impenſam litterarum reſeruationis
tàm diù exactionem neglexerit, vt ad propoſitum
hæc omnia ponderando reſpondit
Rot. deciſ. 196. num. 4. verſ. non obſtat, quòd non probentur dictæ ſolutiones &c. par. 1. diuerſ. deciſ. 591. ſub num. 3. par. 2. rec. penes ſan. mem. Greg. XV. deciſ. 275. num. 4. & trib. ſeqq. ac in Ciuitatis Plebis Penſionis 5. May 1645. §. quaſi poſſeſſio &c. coram R. P. D. meo Bichio cum alijs per Lotther. de re benef. lib. 1. d. quæſt. 38. à num. 139. vſque ad 148. incluſiuè.

Non obſtat, quòd huiuſmodi Penſio reſeruata
legatur cum clauſula dummodò remaneant
centum pro Rectore, quæ adhuc
non apparet iuſtificata, quia de illius iuſtificatione
queri non debet in hoc ſummariſſimo
poſſeſſorio etiam ſi agatur contra Succeſſorem,
qui reſeruationi non conſenſit, ſed
9 huiuſmodi † exceptio referenda eſt ad petitorium.

Digitized by Google

rium, vt dicunt *Gratian. diſcept. 426. num. 14.*
& 15. Lotter. vbi ſupra in ſæpiùs allegat. quæſt. 38.
num. 71. Rot. penes Mohed. deciſ. 9. num. 2. de cauſ.
poſſeſſ. & propr. Mantic. deciſ. 196. num. 1. & 2. bon.
mem. Coccin. deciſ. 125. num. 6. & int. recent. dec. 547
num. 4. par. 1.

Quemadmodùm etiam ſententia lata ab
A.C. ſuper nullitate huius Penſionis impedi-
re non poteſt R. P. D. Cennino manutentio-
nem cum ab illa fuerit appellatum, & appel-
19 lationis cauſa ſimpliciter commiſſa, † cuius
proptereà effectus remanſit ſuſpenſus *l. 1. ff. nil.*
nou. appell. pend. l. appellatione interpoſita 3. C. de ap-
pell. c. Paſtoralis 28. §. præterea de offic. delegat. c. 1.
de ſent. & re iudic. adeò vt poſſeſſor interim ſua
poſſeſſione priuari non debeat, ſed in ea ma-
11 nutenendus donec cauſa† per rem iudicatam
terminata remaneat *Rot. penes Canal. deciſ. 242.*
num. 2. & deciſ. 315. nu. 1. ac in recent. deciſ. 2. n. 11.
& ſeq. & deciſ. 352. num. 2. par. 4. tom. 2. & fuit no-
uiſſimè dictum in Burgen. Beneficij 2. Decemb. 1650
§. non obſtat d. ſententia &c. coram me, & in Nea-
politana fructuum 9. eiuſdem menſis Decembris 1610
§. neque manutentio impediri poteſt prætextu ſenten-
tiæ &c. coram R. P. D. meo Meltio.

Et ita vtraque &c.

ALEXANDRINA CANONICATVS.

Veneris 26. Maij 1651.

ARGVMENTVM.

A ſententia priuationis ob non reſidentiam qui-
bus in caſibus liceat, vel non liceat appellare:
ſententia Priuationis ob non reſidentiam, vt
ſuſtineatur requiritur citatio perſonalis quā-
do priuandus eſt in loco vbi citari poteſt.

SVMMARIVM.

1 *Pendente appellatione; quis manuteneri debet prout erat antea ex quo, nil ſit innouandum pendente appellatione.*

2 *Appellationis ratificatio facta per eumdem principalem habet vim legitimæ appellationis.*

3 *Appellatio ſaltem ſuſpenſiua non datur à ſententijs priuationis ob non reſidentiam.*

4 *Dicta concluſio procedit in beneficijs curatis ſecus in alijs reſidentiam dumtaxat requirentibus.*

5 *Appellationis cauſa ſimpliciter per Signaturam cō-miſſa perinde habetur, ac ſi à principio ad vtrumque effectum fuiſſet admiſſa.*

6 *Priuandus ob non reſidentiam perſonaliter omnino venit citandus, quando degit in loco in quo citari poteſt.*

7 Deciſ. in Roſſaneñ Parochialis 14. Iunij 1645. coram Eminentiſſimo Otthobono *in quibus terminis procedat declaratur.*

8 *Citari debent degentes in Vrbe de mandato A. C. quando procedunt Iudices non habentes iuriſdictionem in Vrbe.*

DECISIO DCCCLXXXIX.

ITERVM Domini dixerunt Ioāni Andreæ
de Comitibus dandum eſſe mandatum de
manutenēdo in poſſeſſione Canonicatus Ca-
thedralis Eccleſiæ Alexandrinæ, quo fuit ab
Ordinario priuatus ob non reſidentiam Quia
dùm ipſe appellauit à ſententia priuatoria,
1 vtique pendente † appellatione manuteneri
debet in ea poſſeſſione in qua reperiebatur an-
te ſententiam, cum interim nil ſit innouan-
dum *l. 3. C. de appell. vbi Bart. Bald. Salycet. Paul.*
de Caſtr. & alij Scacc. de appell. quæſt. 3. ſub nu. 72.
verſ. & ſimiliter Canonicatus &c. Rot. penes Caua-
ler. deciſ. 242. nu. 2. & in his terminis penes Seraph.
deciſ. 1346. num. 1.

Nec ſubſiſtit, quòd dicatur appellationem
non fuiſſe interpoſitam infra decendium à die
ſententiæ, quæ proptereà tanquam in iudica-
tum tranſacta rectè potuit ſtatim elapſo de-
cendio executioni demandari, ſiquidem ex
facto conſtat ſententiam fuiſſe latam ſub die
2. Aprilis, appellationem verò interpoſitam
à fratre Ioannis Andreę tunc abſentis ſub die
prima eiuſdem cum clauſula quatenus con-
tra, & ſub 11. eiuſdem huiuſmodi appellatio-
nem fuiſſe approbatam, & ratificatam per ip-
ſum met Ioannem Andream iam reuerſum
Alexandriam, vndè quicquid ſit de d. appel-
latione interiecta ante ſententiam, certū eſt
2 quòd illius ratificatio † facta ab eodem Prin-
cipali habet vim legitimæ appellationis *Lan-*
cellott. de attent. appell. pend. limit. 50. ſub num. 53.
& ſeqq. Ruginell. de appellat. §. 4. cap. 1. num. 13. &
ſeqq. Scacc. in eodem tract. quæſt. 17. limit. 9. num. 12.
Magon. deciſ. Lucen. 49. num. 28. & ſeqq. & negari
non poteſt, quin ipſa emanauerit intra decem
dies poſt ſententiam, vt ex prædictis patet.

Minùs obſtat, quòd ab huiuſmodi ſenten-
3 tijs non detur appellatio ſaltem † ſuſpenſiua
iux. tex. in cap. relatum 4. de Cler. non reſid. & Con-
ſtitutionem ſan. mem. Pij V. in ord. 65. Incip. Cupien-
tes, ac decretum S. Concil. Trid. ſeſſion. 23. de reform.
cap. 1. verſ. eadem omninò &c. Quoniam hæc iu-
ra loquuntur in beneficijs curatis, ideoquè
non applicantur præſenti caſui in quo agitur
de beneficio perſonalem dumtaxat reſiden-
4 tiam requirente † à cuius priuatione licet ap-
pellare ex diſpoſitione *c. peruenit il ſecundo de*
appellat. & explicat gloſ. in d. cap. relatū in verb. diſ-
fugium, & in omnem caſum cum Signatura
5 cauſam huius appellationis† commiſerit ſim-
pliciter non licet amplius in dubium reuoca-
re, vt reſpondit *Rot. coram Buratt. deciſ. 902. n. 4.*
Durau. deciſ. 96. num. 4. & deciſ. 191. num. 5. & ſeq.
Et in alijs relatis in Toletana Matrimonij 20. Iunij
1645. §. ſecundò quia &c. coram R. P. D. meo Cor-
rado.

Quæ eo magis procedere viſa fuerunt attē-
ta nullitate dictæ ſententiæ, quæ ineuitabilis
redditur ex eo, quòd Ioannes Andreas nō fuit
perſonaliter citatus, ſeù monitus, quamuis
Ordinario innoteſceret ipſum in Vrbe mora-
ri, vt conſtat ex eius decreto facto ſub 11.
Martij 1650. Etenim quando ſcitur vbi pri-
uandus degit venit omninò citandus perſona-
6 ter† niſi fortè locus moræ eſſet valdè remotus
ſiuè tuto careret acceſſu *c. ex parte il primo de*
Cler. non reſſid. & gloſ. cōmuniter recepta in cap. quo-
niam frequenter 5. §. porrò verſ. ſuper hac expecta-
tione &c. vt lit. conteſ. Cenal. contr. commun. qu. 809.

num.17.M.Anton.Gennen.in Prax.Archiep.Neapol. cap.112. cum alijs cumulat. per Barboſ. de Canon.& dignit.cap.20. ſub num.18. Rota penes Verall. deciſ. 378. par.2. & Seraph. d.dec.1346. num.5. et deciſ.
1366. in princ. Deciſio verò Roſſaneñ. Paro-
7 chialis 14.Iunij 1645.coram R.P.D. meo Ot-
thobono pro parte Coutæ allegata non aduer-
ſatur, quia non loquitur in caſu priuationis
beneficij ob non reſidentiam qualis eſt præ-
ſens, in quo ſpecialis viget Sacrorum Cano-
num diſpoſitio.

8 Neque dicatur D. Epiſcopum Alexandri-
num in Vrbe non habere iuriſdictionem ci-
tandi, quia adeſt ſtylus exequendi huiuſmodi
citationes de mandato A.C. vt eſt notorium.

Demum minus obſtat Edictum Eminentiſſimi D. Cardinalis Vicarij contra non reſidentes publicatum in Vrbe ſub die 10. Decembris 1648. quia comprehendit eos tantum, qui eo tempore reperiebantur in Vrbe, vt liquet ex illius lectura, ideoq; non afficit Ioannem Andream, qui ſub principio anni 1650. Romam venit.

Ex quibus Domini ſteterunt in deciſis ſub 13.Februarij prox. præt. Vtraque &c.

BENEVENTANA QVARTAE.

Veneris 2. Iunij 1651.

ARGVMENTVM.

In materia decimarum proceditur executiuè: Præſcriptione, ſeu conſuetudine poteſt induci, quod Epiſcopis aſſignetur certa quantitas frumenti loco quartæ, & quando ſolutio potius præceſſerit titulo d. conſuetudinis, quam locationum: Et quando loco frumenti non conſignati intra terminum legitimum, & poſt interpellationem Epiſcopo debeatur pretium, quod durante triennio ex illo poterat retrahi.

SVMMARIVM.

1 *Decima quando in ſubſtantia non impugnantur proceditur executiuè.*
2 *Conſuetudine, ſeu præſcriptione poteſt introduci, quod loco quartæ Epiſcopo aſſignetur certa quantitas frumenti.*
3 *Conſuetudo, ſeu præſcriptio ad dictum effectum ſufficit quadragenaria.*
4 *Solutiones referuntur ad titulum præſcriptionis potius quam ad locationes cum ex iſtis dictus titulus magis confirmetur.*
5 *Hoc multo magis procedit in locatione facta à Viſitatore non habente facultatem, & ſic nulla.*
6 *Solutio refertur ad eam cauſam cui conuenit quantitas ſoluta.*
7 *Pretia rerum probātur ex libris publicis gabellarū, quibus in hac materia deferendum venit.*
8 *Pretiū quando debetur loco rei alienæ ſcienter alienata, ſeu ſub credulitate quod eſſet ſua, quo tempore ſit calculan. & n.9. & 10.*
11 *Mora in ſoluendo vt excuſari valeat requiritur, quod poſt interpellationem quantitas non controuerſa conſignetur.*
12 *Depoſitum vt legitimè dicatur factum requiritur intimatio reſpectu creditoris, & quod de mandato Iudicis penes perſonam, vel locum ab eo deputatum fiat idem depoſitum.*

DECISIO DCCCXC.

DOMINI quoàd primam partem dubij
propoſiti ad inſtantiam Reuerendiſſimi
D. Archiepiſcopi Beneuentani reſponderunt
affirmatiuè, nempè relaxandum eſſe manda-
tum ab eodem D. Archiepiſcopo petitum
contra Clerum, & Presbyteros Terræ Sancti
Eliæ pro Quarta decimarum annorum 1646.
1647. & 1648. quia in huiuſmodi cauſis deci-
1 marum proceditur † executiuè, quando prout
in hoc caſu ipſæ decimæ non cōtrouertuntur
in ſubſtantia, *cap. Tua nobis 26. in fin. de decimis
Clem. diſpendioſam ibique gloſ. in verb. decimæ, &
doctor. de Indit. Monet. de decimis quæſt.8. num.41. &
ſeqq. & numer. 56. & ſeqq. Barboſ. de offic. Paroch.
cap.28.§.4.nu.7. Caſtill. dec.9. num.6. & fuit dictum
in Beneuentana decimarum 8. Martij 1649. coram
R.P.D. meo Royas.*

Quo verò ad alteram partem, in qua quærebatur pro qua ſumma illud ſit relaxandum. Dixerunt pro quantitate annua tumulorum centum octuaginta frumenti iuxta mēſuram Regni conſtituentium ſalmas 166. 2. eiuſdem menſuræ pro dictis tribus annis ad rationem ducatorum duodecim; & granorum decem pro qualibet ſalma. Nam iuſtificatur ex depoſitionibus teſtium examinatorum pro parte d. Archiepiſcopi deponentium Archipreſbyterum, & Clerum Sancti Eliæ eam tritici quantitatem quotannis portare proprijs expenſis conſueuiſſe ad horrea menſæ Archiepiſcopalis in Ciuitate Beneuenti loco quartæ decimarum Archiepiſcopo debitæ, quod alij etiam Cleri Parochi, & Curati eiuſdem diœceſis facere conſueuerunt non ſolum à quadraginta, & quinquaginta annis citra, verùm etiam ab immemorabili tempore citra ante
litem motam. Certum eſt autem quod in
hac materia poteſt conſuetudine, ſeu præſcri-
2 ptione validè induci, quod loco quartæ certa
quantitas exigatur ad *cap. ad Apoſtolicæ 20. in fin.
& cap. in aliquibus 32. §. fin. ibique gloſ. in verb.
loci conſuetudine, Ioann. Andr. Abb. & alij Doct. de
decim. Franc. Marc. dec.198. num.9. verſ. ſed omiſſis
argumentationibus par. 2. Rota penes Card. Caua-
ualer. dec.648. num.5. verſ. ad id quod dicebatur cum
ſeq. par. 2. recent. & apud Modern. Peruſ. poſt tract. de
manut. dec.311. à num.3. verſ. attamen cum ſeqq.* Ad
3 quem effectum ſufficit quadragenaria, neque
requiritur immemorabilis *iuxt. text. in cap. fin.
in fin. vbi gloſ. in verb. legitimè ſit præſcripta, & DD.
de conſuetudin. Bald. in l. competit 6. ſub numer.3.
verſ. vltimò ſcias C. de præſcript. 30. vel 40. anno-
rum Pariſ. conſ.25. ſub num.21. verſ. quæ etiam ſua-
dentur iunc. num.27. verſ. ex quibus lib.4. Didac. var.
reſolut. lib.1. cap.17. ſub num.8. verſ. 6. pariter, &
verſ.10. &c. Guttier. Canon. quæſt. lib.2. cap.21. ſub
num.36. verſ. quo fit, Monet. de decim. cap.4. num.11.*
verſ.

Digitized by Google

verſ. aut ſi ea conſuetudo, ubi refert deciſum in Pam-
pilonen. Vicaria 5. Iulij 1559. corā Gypſio, et firma-
uit Rota in Sabinen. Decimarum 3. Iunij 1602. co-
ram recol. me. Cardinali Pamphilio apud Marcbeſ. de
Commiſſ. par. 1. fol. 68 t. n. 2. uerſ. cum tamen.

Nec obſtat, quod annuę ſolutiones hactenus
factæ referri debeant ad titulũ prætenſæ loca-
tionis factę Clero de anno 1623. ſeu alterius,
cuius vigore non autē conſuetudinis, ſeù præ-
ſcriptionis proceſſiſſe dicũtur, quia cum con-
ſter de longè anteriori, ac pleniori, & validiori
titulo conſuetudinis, ſeu præſcriptionis præ-
dictę ad illum vtique referendæ ſunt ſolutio-
nes ſubſequutæ, quia per locationes huiuſ-
4 modi nõ remanet eliſus, ſed magis confirma-
tus, & approbatus, vt fuit reſponſum *in Tole-*
tana Decimarum 27. Iunij 1603. coram Ortembergo,
et in recent. dec. 311. num. 8. uerſ. præſumi debebant
par. 6. ac in alijs.

Quod ſanè magis procedit in propoſito ca-
ſu. Tùm quia conſtat de euidenti nullita-
5 te d. locationis tanquam factæ à viſitatore
nullam ad id habente legitimam facultatem,
Bero. conſ. 69. ſub numer. 7. uerſ. ſecundo quia lib. 3.
Menoch. præſumpt. 67. ſub num. 14. uerſ. declaratur
ſecundo lib. 6. Tum quia ſolutiones factæ in
dicta quantitate tumulorum 180. non conue-
niunt, ſed differunt à quantitate conuenta in
dicto Inſtrumento locationis tumulorum, ſci-
licet 195. vnde non poſſunt ad eam cauſam
6 congruè referri, ſed ad eam, cui conuenit
quantitas ſoluta eſt referenda, *Rota penes Card.*
Seraph. dec. 643. num. 5. uerſ. Et concluſum fuit &c.
& dec. 262. ſub num. 1. uerſ. quia vt actus dicatur fa-
ctus &c. par. 2. diuerſ. & in recent. dec. 29. ſub n. 58.
uerſ. Et d. regul. procedit cum ſeq. & deciſ. 311. ſub
num. 7. verſ. hoc autem fundamento conſtituto cum
ſeq. par. 6.

7 Pretium autem, & valor prædictus iuſtifi-
catur non ſolum ex lib. publicis Gabellarum,
& officialium atteſtationibus, quibus in hac
materia eſt deferendum, *Cardin. Caualer. deciſ.*
361. num. 1. uerſ. Talibus autem libris &c. & deciſ.
370. ſub num. 2. uerſ. circa valorem &c. cum ſeqq.
et in rec. dec. 479. ſub num. 3. uerſ. quo verò ad va-
lorem par. 2. et in alijs; ſed etiam plurium alio-
rum teſtimonijs, inſtrumentis, ac iudicialibus
decretis, & actis publicis relatis in Summario
D. Archiepiſcopi ſub *num. 7. 8. 9. et* 10.

Nec obſtat, quod Clerus, ac Presbyteri te-
neantur de iure conſignare ſingulis annis
Domino Archiepiſcopo, ſeu eius miniſtris
quartam partem decimarum in eiſdem ſpe-
ciebus exactis, ſed non in pecunia. Quia cum
res veniat dijudicanda ad limites conſuetudi-
nis, ſeu præſcriptionis dum illi fuerunt mo-
roſi in conſignatione frumenti D. Archiepi-
ſcopo debiti licet pro eius parte legitimè in-
terpellati, vt apparet ex publico Inſtrumento
ſub die 9. Iunij 1649. relato in d. Summario
ſub *n. 3.* iure modo conueniuntur ad pretium,
quod ex illius venditione tunc creditor du-
rante adhuc triennio à tempore recollectionis
8 anni 1646. computando quo poterat conſer-
uari retrahere valuiſſet iuxta *l. cum venditorem*
10. ubi gloſſ. in uerb. interſit, et de act. empt. et uend.
Alb. conſ. 182. ſub num. 16. uerſ. ſi autem conſumpſit
ſciens rem alienam etc. et fuit dictũ in Narnien. fru-
menti 21. Iunij 1630. coram bon. mem. Durano deciſ.
346. à num. 1. uerſ. et fuit reſolutum etc. cum ſeqq.
et in Romana grani coram R. P. D. meo Cerro ſub
die 13. Nouembris 1641. in §. quia ex iudicialibus,
et reiteratis interpellationibus etc. confirmata ſub die
11. Maij 1643. et alijs relatis probat Giurb. dec. 114.
à num. 7. cum ſeq. et dec. 115. ſub num. 5. uerſ. cæ-
terum cum ſeq.

9 Nec aduerſatur deciſio in Auximana Prædij
ſub die 23. Martij 1648. coram R. P. D. meo
Bichio. Quia in eo caſu conſtabat de con-
ſumptione fructuum perceptorum à deten-
toribus prædij, qui iure ſuo vti putabant, vt in
ea legitur, ac proinde non applicatur propoſi-
to caſui, in quo nec conſtat frumentum de
tempore d. interpellationis fuiſſe conſumptũ:
10 Quinimò contrariũ fatentur Presbyteri dum
aſſerunt illud depoſuiſſe. Neque illi exiſti-
mare potuerunt ſe in illius cõſumptione pro-
prio iure vti, cum certò ſcirent ſpectare ad d.
Archiepiſcopum ratione quartæ illi debitæ,
vt benè diſtinguit *Alb. d. conſ. 182. ſub numer. 16.*
uerſ. ſi uero res fuit conſumpta etc. cum ſeqq.

Neq; excuſari poſſunt à mora ob litis pen-
dentiam coram Rota; quia cum illa non pen-
deret ſuper ſubſtantia debiti, tenebantur om-
nino poſtquam ſaltem fuerunt interpellati ad
effectum euitandi moram, quantitatem ab
11 ipſis perceptam non controuerſam, ſed verè
debitam conſignare, vel realiter, & bona fide
offerre iuxta *l. qui ſolidum 78. in princ. ubi Bart.*
ſub num. 1. uerſ. ſecus ſi actor dicat etc. ff. de legat. 2.
et idem Bart. in l. 1. §. ſi ſtipulanti ſub num. 2. uerſ.
nam ille qui petit ſolidum ff. de uerb. oblig. Didac. re-
ſolut. 2. ſub num. 5. uerſ. quamobrem ergo opinor lib. 1
Rota penes Card. Seraph. dec. 249. per tot.

12 Minus etiam excuſari poſſunt ob aſſerta
depoſita; quia non conſtat illa fuiſſe legitimè
facta, & citato, ſiuè intimato D. Archiepiſco-
po, vel eius Miniſtris, ac de mandato Iudicis
penes perſonam, vel locum ab eo deputatum,
prout neceſſarium erat iuxta *l. tutor 41. §. Lucius*
ff. de vſur. l. 2. & l. acceptam 19. C. eod. tit. l. oblig. 9.
C. de ſolut. l. 2. C. debit. uendit. pign. imped. non poſſ.
Curt. iun. conſ. 28. ſub num. 1. uerſ. pro cuius funda-
mento &c. & ſeqq. Roland. conſ. 63. n. 29. verſ. quinto
dicitur &c. & ſeqq. lib. 1. Rota penes ſan. mem. Gre-
gor. XV. dec. 146. & dec. 480. ubi Adden. ſub num. 6.
& in rec. dec. 339. nu. 13. uerſ. quantum attinet ad ſe-
cundum &c. cum ſeqq. par. 4. tom. 2.

Et ita vtraque &c.

ANCONITANA DOTIS.

Lunæ 5. Iunij 1651.

ARGVMENTVM.

Dos conſtitui non debet ex bonis fideicommiſ-
ſarijs exiſtentibus liberis. Dos congrua, vt di-
catur, quæ requirantur.

SVMMARIVM.

1. *Fideicommiſſum probatur ex teſtamento.*
2 *Executio ſuper bonis fideicommiſſarijs non permittitur pro credito hæredis grauati.*
3 *Identitas bonorum fideicommiſſariorum concluditur ex aſſertione Teſtatoris in ſuo teſtamento contra grauatos, & habentes cauſam ab eis.*
4 *Identitas bonorum probatur ſi poſſeſſor ſit ſucceſſor illius, qui alias bona poſſidebat ſi de noua acquiſitione non docetur.*
5 *Dos poteſt conſtitui ex bonis fideicommiſſarijs etiamſi adſit particularis prohibitio ex d. cauſa.*
6 *Dos tunc tantũ venit conſtituenda ex bonis fideicommiſſarij, quando non adſunt libera.*
7 *Dos conſtituenda ex bonis fideicommiſſo ſubiectis debet eſſe congrua alias pro rata quæ excedit illius honeſtatem, & congruitatem non tenet in præiudiciũ ſucceſſiuè vocatorum.*
8 *Dotes in euerſionem fideicommiſſi non poſſunt ad libitum voluntatis grauatorum conſtitui filiabus cum id non ſit in ipſorum facultate.*
9 *Dotis congruitas ex conſuetudine loci menſuratur.*
10 *Bona de iure potius præſumuntur libera, quam fideicommiſſaria.*
11 *Ex inuentario non probatur veritas qualitatis fideicommiſſariæ in præiudicium creditorum defuncti ſi aliunde non conſtet de veritate.*
12 *Debiti probatio debet concludere.*
13 *Creditor anterior non poteſt impediri per poſteriores, quin ſuum creditum valeat conſequi ex bonis communis debitoris.*
14 *Interuſuria dotis Viduæ non debentur ſine interpellatione cum mora irregularis non ſuffragetur.*
15 *Mulier pro credito ſuæ dotis non poteſt retinere omnia bona viri, quando iſta ſunt diuiſibilia, ſed tantum bona quæ ſufficiant pro ſuo credito.*

DECISIO DCCCXCI.

MANDATVM executiuum ab A.C. relaxatum vigore publici Inſtrumẽti obligatione Camerali vallati pro interuſurijs dotis de qua agitur Domini dixerunt eſſe dumtaxat exequendum contra bona hæreditaria Scipionis Rinaldini d. dotis promiſſoris, non autem ſuper Prædijs ſitis in Territorio Anconæ in contradis nuncupatis Montagnolo, e Vallonga ſuper quibus idem A.C. illud fore exequendum decreuit. Quia cum huiuſmodi prædia ſint ſubiecta perpetuo, & ſucceſſiuo fideicommiſſo per q. Andream Rinaldinum conſtituto fauore omnium maſculorum, & poſt eos fœminarum deſcendentium ab ipſo fideicommittente, vt legitur in eius teſtamento condito de anno 15. . . quod optimè pro-
1 bat fideicommiſſum, *Rota dec. 468. num. 7. par. 5. tom. 2. deciſ. 88. num. 2. verſ. quod autem &c. par. 7. recent. & in Bononien. fideicommiſſi de Naſcentorijs 15. Aprilis 1644. coram R.P.D. meo Royas*; non poteſt ſuper eis fieri executio pro debito hæ-
2 redis grauati, *l. fin. §. ſed quia noſtra maieſtas C. commun. de leg. Fuſar. de ſubſt. q. 542. num. 9. Gratian. diſcept. 265. num. 37. Rota dec. 307. par. 4. tom. 2. recent. & fuit deciſum in Romana fideicommiſſi de Alicornis 3. Iunij 1650. coram me, & ſæpè in alijs.*

Quod autem d. prædia fuerint in bonis teſtatoris iuſtificatur ne dùm ex aſſertione, ſeu mentione ab illo facta in d. Teſtamento, quæ
3 benè concludit identitatem bonorum enunciatorum contra grauatos, & habentes cauſam ab eis, *Caphal. conſ. 386. num. 27. & ſeq. Marzar. de fideicom. q. 53. Peregr. eod. tract. art. 44. num. 20. verſ. Item aſſertio Teſtatoris &c. Fuſar. de ſubſt. qu. 618. num. 30. Rota dec. 254. num. 1. & 4. & dec. 336. n. 4. par. 4. tom. 2. recent.* Sed etiam ex eo, quia idem Scipio tanquam vocatus ad d. fideicommiſſum reportauit die 3. Iunij 1585. à bon. mem. Cardinali Blanchetto ſententiam Rotalem ſuper immiſſione illorum, quæ poſtmodum poſſedit vſque ad obitum, quare ſicuti iſta poſſeſſio ad ſolam præcedentem cauſam, & titulum fideicommiſſi referri debet, dum alium à Scipione ſpecialiter acquiſitum fuiſſe non oſtenditur ita etiam ab eadem eo ti-
4 tulo adepta, & continuata infertur ad identitatem bonorum fideicommittentis, *Peregr. de fideicomm. art. 44. ſub num. 22. & conſ. 48. ſub n. 10. & 14. & dec. 120. num. 1. Rota dec. 131. num. 5. p. 1. & dec. 706. num. 2. par. 2. & dec. 87. num. 12. ac deciſ. 129. n. 1. par. 5. rec.*

Non obſtat, quod agatur de dote conſtituta mulieri deſcendenti à fideicommittente, quo caſu bona fideicommiſſaria licitè poſsũt alie-
5 nari, etiam ſi alienatio ex hac cauſa fuerit à Teſtatore prohibita, vt per *Iaſ. in auth. res quæ ſub n. 32. limit. 13. verſ. puto non eſſe verum C. comm. de leg. Anton. de Padil. ibidem ſub num. 116. verſ. ſed iudicio meo &c. Dec. conſ. 579. num. 4. verſ. ſecundo etiam &c.* qui teſtatur de communi, & dicit ab hac opinione in iudicando non recedendũ, *Bald. Nouell. in tract. de dot. q. 13. nu. 1. & 2. Fachin. contr. iur. lib. 4. c. 48. verſ. ſed iſtis ergo &c. Menoch. de præſumpt. lib. 4. præſumpt. 189. nu. 116. verſ. contrariam opinionem, Mareſcott. variar. reſolut. lib. 2. cap. 69. num. 16. Peregr. de fideicom. art. 42. ſub n. 6. Surd. dec. 72. num. 11. verſ. Senatus tamen &c. Theſaur. dec. 192. num. 10. verſ. nec etiam &c.* & alios plena manu cumulatos per *Rotam dec. 16. nu. 2. par. 4. tom. 2. rec. & fuit reſolutum in Romana Caſalis Aguzzani 26. Nouembris 1649. coram me §. atquè minus &c. & §. ſeq.*

Quoniam tutiſſimum eſt, quod iſta concluſio non ſimpliciter, & abſolutè procedit,
6 ſed ſolum quando non extant paterna, vel aſcendentium ex ea linea, ſiue materna bona libera, ex quibus fœmina deſcendens poſſit dotari, vt præter mox adductos probat text. *in Auth. de reſtit. & ea quæ pariter &c. in §. quamobrem, & in auth. res quæ C. commun. de leg. vbi communiter ſcribentes, & in l. mulier §. quæ duobus 22. §. cum proponeretur ff. ad Trebell. Caph. conſ. 668. num. 19. & ſeq. Iaſ. conſ. 66. num. 4. volum. 1. Fuſar. conſ. 117. per tot. Rot. dec. 47. num. 12. par. 5. recent. & in Bononien. fideicomm. de Rubeis 30. Maij 1646. coram R.P.D. meo Corrado §. Dotes verò Lucretiæ &c. & in Romana cenſus 30. Ianuarij prox. præt. §. 1. coram me.* Et in hoc caſu dos conſtituenda ex
7 fideicommiſſo debet eſſe congrua, & honeſta alias pro rata, quæ excedit dignitatem familiæ mulieris dotatæ non tenet in præiudicium

ſuc-

Digitized by Google

ſucceſſiuè vocatorum, *Fuſar. de ſubſtit. qu. 531. num. 153. cum ibi allegat.* Quia non debet eſſe in
facultate grauatorum conſtituere filiabus ad
8 libitum amplas dotes in euerſionē fideicom-
miſſi; vt illas honorificentius, atque commo-
dius nuptui tradant, dum alijs paris conditio-
nis viris minori conſtituta dote nubere poſ-
ſunt, vt fuit dictum in *Praneſtina dotis 29. No-
uembris 1647. in §. 1. & ſeq. & in §. alia verò &c.
& in Romana reſciſſionis tranſactionis 29. Maij 1648
in §. licet D. Hippolytus &c. coram R. P. D. meo
Corrado.*

In præſenti autē viſum fuit Dominis con-
currere non ſolum dotis exceſſiuitas, quippè
illa fuit conſtituta à Scipione Patre Iſabellæ
filiæ nuptæ Antonio Ferretto in ſcut. 4000.
non obſtante quod Rota in d. ſententia bonæ
mem. Cardinalis Blanchetti arbitrata fuerit
congruam, & ſufficientem pro dotandis alijs
mulieribus deſcendentibus prædicti Andreæ
Teſtatoris, ſummam ſcutor. 1500. quæ quan-
titas etiam hodie in Ciuitate Anconæ com-
muniter reputatur congrua inter ciues nobi-
les, & ſimilis conditionis qualis ſunt prædicti
coniuges, vt ex atteſtatione relata in primo
Summario Metelli, & aliorum de Rinaldinis
9 *num. 7.* Conſuetudo namque loci venit potiſ-
ſimum attendenda pro congrua dotis Conſti-
tutione, vt ſcribit *Bald. conſ. 386. lib. 4. & in ſpec.
Corn. conſ. 3. num. 3. lib. 3. Pariſ. conſ. 16. num. 77. &
82. & conſ. 63. num. 52. lib. 2. quos refert, & ſequi-
tur Rota coram Mantic. dec. 329. n. 8.*

Sed etiam exiſtentia bonorum liberorum
d. Scipionis dotantis, quoniam ex inuentario
hæreditario facto à d. Metello, & alijs eius fi-
lijs, & hæredibus, conſtat eum reliquiſſe tot
bona propria, & nulli fideicommiſſo ſubiecta;
quæ iuxta eorumdem æſtimationem factam
à prædictis hæredibus in fol. redditionis ra-
tionis aſcendunt ad valorem ſcut. 9669. Et in-
ſuper adſunt alia duo corpora bonorum, nem-
pè domus cum furno ſita in Parochia Sancti
Philippi Nerij, & cenſus ſcutor. 400. in ſorte
contra hæredes q. Paſqualini Bonarelli, quæ
licet fuerint in eodem Inuentario annotata
tanquam fideicommiſſaria Andreæ, tamen
10 iſta qualitas vtpotè habens præſumptionem
iuris contra ſe non eſt attendenda, *Seraph. de-
ciſ. 204. num. 2. & 3.* & non præiudicat credito-
11 ribus defuncti niſi aliundè conſtet de illius
veritate, *Phanuc. de inuent. par. 3. num. 4. Montleul.
eod. tract. 7. memb. num. 49. Capic. deciſ. 107. num. 11.
& ſeq. Rota diuerſ. dec. 800. numer. 24. par. 1. penes
Seraph. dec. 1394. num. 2. & int. recent. deciſ. 591.
num. 8. par. 4. tom. 3.*

Non obſtat, quod dicatur valorem dd. bo-
norum liberorum abſorberi à debitis ante
prædictæ dotis promiſſionem contractis à di-
cto Scipione, & deſcriptis in d. folio reddi-
tionis rationis; quia præter dotem Angelicę
illius vxoris ſcutorum 5115. & cenſum ſcu-
tor. 125. in ſorte impoſitum ad fauorem Feli-
cis Lucinæ cum alijs ſcutis 75. pro fructibus
illius decurſis, & non ſolutis; Cœtera debita
vel non iuſtificātur legitimè quandoquidem
ſolutiones, & quietantiæ cum iurium ceſſio-
nibus ad hunc effectum ab hæredibus exhibi-
tæ non ſuffragantur, ſed requiritur vera, ac
12 formalis debiti probatio, vt dixit *Rota in Ro-
mana quarti dotalis 19. Iunij 1645. §. Non obſtat,
quod Anticij &c. coram R. P. D. meo Cerro; & in
Romana Cambij 23. Ianuarij prox. præt. §. redditio
autem rationis &c. coram R. P. D. meo Royas.* Vel
apparent poſteriora d. dotis promiſſione pro-
13 pterea nihil impediunt quominus Ferrettus
poſſit ſuper reſiduo dd. bonorum ſatisfactio-
nem ſui crediti anterioris conſequi iuxta di-
ſpoſitionem text. *in l. potior 11. & l. creditor 12.
ff. qui pot. in pignor. habean. & l. aſſiduis 12. C.
eodem.*

Quæ quidem ſatisfactio minus impediri
poteſt ab interuſurijs dotalibus quæ vigore
Statuti Anconitani à prædicta Angelica mo-
ram paſſa in reſtitutione ſuę dotis prætendun-
tur in ſumma ſcutorum 3390. quia dum hæ-
redes viri non fuerunt ex parte illius interpel-
lati, prout neceſſarium erat, ad hoc, vt conſti-
tuerentur in mora regulari, cum irregularis in
14 hoc caſu non ſufficiat, illa viduæ non deberi
dixerunt, *Alex. Trentacinq. var. reſolut. lib. 3. tit.
de iur. dot. reſol. 6. num. 6. in fin. verſ. reſolutio eſt &c.
Fenzon. ad Statut. Vrb. lib. 1. cap. 137. numer. 29. &
ſeq. Hodiern. ad Surd. dec. 240. nu. 28. & fuit dictum
in Bonon. dotis 18. Martij 1648. coram me §. quo
verò ad fructus poſt annum luctus decurſos &c.* vbi
aliæ referuntur deciſiones concordantes.

Nec releuat, quod hæredes d. Angelicę prę-
tendant retinere omnia d. bona Scipionis viri
donec ſibi ſatisfiant de dote eorum auctricis,
quia cum d. bona hæreditaria conſiſtant in di-
uerſis corporibus, & ſic ſint diuiſibilia illis
competere non poteſt retentio niſi in tot bo-
nis, quæ ſufficiant pro d. credito dotali, reli-
qua verò ſunt relaxanda fauore aliorum cre-
ditorum poſteriorum, quicquid dicendum eſ-
15 ſet ſi hæreditas conſiſteret in re indiuiſibili, vt
optimè diſtinguendo firmauit *Rota deciſ. 559.
num. 5. par. 1. recen. & in Romana, ſeu Sabinen. cen-
ſus 20. Nouembris 1624. coram bon. mem. Vbaldo
apud Modern. Peruſ. de cenſ. dec. 451. ſub nu. 8. verſ.
Et licet etc. cum ſeq.*

Atque ità vtraque &c.

CIVITATIS CASTELLANAE BONORVM.

Mercurij 7. Iunij 1651.

ARGVMENTVM.

Reſtitutio in integrum ex quibus concedenda Mulier pro aſſecuratione ſuæ dotis contra tertios poſſeſſores quando valeat agere, & an huiuſmodi remedium tranſeat ad filios mortua Matre.

SVMMARIVM.

1 *Sententia exceſſiua eſt iniuſta.*
2 *Reſtitutioni in integrum eſt locus quoties conſtat de ſententia iniuſtitia.*

3 *Mulieri non niſi pro rata dotis ad cuius ſolutionem mariti facultates non ſufficiunt competit actio contra tertios poſſeſſores.*

4 *Aeſtimatio facta à Peritis certorum bonorum non poteſt præiudicare creditoribus in illa non citatis,*

5 *Subrogatio bonorum pro fundo dotali quando veniat intelligenda pro hypotheca dotali, itaut d. ſubrogatione non obſtante mulieri liceat aſſecurationem ſuæ dotis petere in alijs bonis viri per poſteriores creditores detentis & num. 6.*

7 *Aſſecurationis dotis remedium eſt perſonaliſſimum, & ad filios non tranſit.*

8 *Aſſecurationis dotis iudicium filij poſſunt proſequi pro dotis maternæ reſtitutione quando conſtat de patris decoctione.*

DECISIO DCCCXCII.

VERGENTE Antonio Croto ad inopiam Agata eius vxor pro aſſecuratione ſuæ dotis ſc. 2000. & lucri dotalis ſcut. 500. egit coram A. C. in Saluiano contra Laurentium Petronium, & alios diuerſos poſſeſſores bonorum viri, ſententiamque immiſſionis reportauit, à qua interiecta per Laurentium appellatione fuit illius cauſa mihi commiſſa cum clauſula, *Conſtito*, quod ſit locus Aegidianæ.

Poſt hæc defuncta Agatha prædicta Guglelmus, & Iulia eius filij, & hæredes receptis à Iulio Cæſare Petronio ſc. 2. mil. in cauſam dotis maternæ, ceſſerunt eidem cum conſenſu Patris (qui vlteriùs renunciauit vſufructui d. dotis) nonnulla bona ſtabilia per eorum Matrem in ſatisfactionem d. dotis à viro recepta, nec non iura d. Iudicij aſſecurationis; Cuius ceſſionis vigore d. Iulius Cæſar volens agere pro executione d. ſententiæ iàm tranſactæ in Iudicatum fuit per aliam commiſſionem reſtitutionis in integrum ad inſtantiam prædicti Laurentij in actis præſentatam impeditus; Quamobrem dedi dubium an conſtet de cauſis reſtitutionis in integrum, & fuit affirmatiuè reſponſum ſtante quod. ſententia
1 A. C. continet exceſſum, ex quo † reſultat eiuſdem iniuſtitia *l. in hoc iudicio 27. ff. famil. erciſcund. Rota penes Buratt. deciſ. 169. ſub nu. 7. & ſeq. & deciſ. 216. num. 10. & in Romana fideicommiſſi de Marianis 1. Martij 1649. in §. Itaque &c. in fin.*
2 *coram R. P. D. meo Royas.* Quæ iuſtam † præbet cauſam concedendi reſtitutionem in integrũ *Rota penes eumdem Buratt. deciſ. 323. ſub nu. 3. cum ſeqq.* & paſſim in alijs.

Exceſſus autem deducebatur ex quo ſententia concedit immiſſionem Agathæ pro tota dote, & lucro dotali nulla habita ratione bonorum, quæ vir in eamdem cauſam dotis ei ante motum iudicium aſſecurationis conſignauerat prout neceſſarium erat, cum non niſi pro ea rata dotis ad cuius ſolutionem ma-
3 rit; facultates non ſufficiebant † competeret mulieri actio contra tertios Poſſeſſores *l. ſi conſtante 24. in princ. ff. ſolut. matrim. l. vbi adhuc 29. vbi gloſ. in verb. qui non potiora iura ad fin. verſ. item contra extraneos poſſeſſores C. de iur. dot. Gratian. deciſ. Marcb. 71. ſub num. 1. & ſeqq.*

Nec releuat quod Iulius Cæſar d. ſententiæ executionem nunc petat pro ſumma tantùm ſc. 833. b. 75. quæ (compenſato prædictorum bonorum valore iuxta Peritorum æſtimationem) deficit ad integram d. dotis reſtitutionem,

Quia non indè tollitur iniuſtitia ob quam Laurentio concedenda eſt reſtitutio in integrum, cum eſſe poſſit quod ille in eo iudicio aliàs deducat exceptiones, ex quibus ſententia prorſus corruat. Eoque minus quia dicta
4 æſtimatio facta fuit † eo non citato, nec alijs Creditoribus in ſententia condemnatis quibus ideo præiudicare non valet *l. 1. & tot. tit. C. res inter alios acta &c.* cum præſertim ex alijs contrarijs relationibus longè maiorem valorem continentibus contrarium deducatur.

Cæterum quæ pro parte Laurentij dicebantur de imputatione, ſeù excuſſione fundi dotalis; nimirum quod d. Agatha teneretur iura ſua experiri ſuper quibuſdam terris, & cenſibus priuſquam vendicare poſſet bona de quibus agitur, cùm terræ & cenſus prædicti fuerint empti per virum de conſenſu eius, & fratris dotantis ex pretio nonnullorum locorum montium in dotem datorum, ac in eorum locum ſubrogati, Dominis minimè placuerunt ponderando quod dos Agathæ fuit conſtituta in certa quantitate, & ſoluta partim in pecunia, & partim in ſpeciebus æſtimatis, pro cuius reſtitutione vir omnia ſua bona generaliter, & ſpecialiter hypothecauit, qua-
5 re † ſequens ſubrogatio facta pro fundo dotali venit intelligẽda pro hypotheca dotali *Conar. pract. qq. cap. 28. num. 8. ad med. verſ. nec refert quod Bald. & Salycet. &c. Honded. conſ. 41. per tot. & ſignanter num. 21. Rotæ in Romana domus 12. Decembris 1615. coram bo: mem: Coccin. & in deciſ. 476. num. 4. par. 4. rec.* Eoque magis cum in hoc ſenſu eadem verba ipſæ Partes acceperint etiam in antecedenti Inſtrumento dotali, ibi, *Et dictam dotem d. Antonius hipothecauit, & aſſecurauit ſuper omnibus, & ſingulis ſuis bonis præſentibus, & futuris tàm in genere, quàm in ſpecie, & illa propterea fundo dotali ſubiecit, & ſubmiſit ad fauorem d. D. Agathæ, & aliorum &c.* Atque ideò Agathæ non obſtante huiuſmodi ſubrogatione licuit aſſecurationem ſuæ dotis petere in alijs mariti
7 bonis † per poſteriores Creditores detentis *l. Creditoris arbitrio 8. ff. de diſtract. pignor. l. qui generaliter 6. C. qui potior in pignor. hab. d. l. vbi adhuc 29. Cod. de iur. dot.* & in terminis fuit reſolutum *in Romana pecuniaria 12. Decembris 1605. coram bo: me: Coccin. int. eius impreſſ. deciſ. 257. ſub numer. 4. & ſeqq.*

Neque facit quod Iudicium aſſecurationis dotis euanuerit per mortem Agathæ ex quo etiam Laurentius prætendebat ſibi competere reſtitutionem in integrum, nam licet remedium petendi aſſecurationem dotis quod à lege conceditur mulieri in caſu vergentiæ viri
7 ad inopiam † ſit perſonaliſſimum, & ad filios non tranſeat, vt probant *Curt. Sen. conſ. 57. nu. 2. Anchar. Region. par. 1. qu. famil. qu. 22. nu. 4. cum ſeqq. Anton. de Amat. var. reſolut. tom. 2. reſolut. 86. num. 9. Gratian. diſcept. 427. num. 15. & 16. Rota deciſ. 607.*

num.

num.53.& 54.par.4.tom.3.recent. tamen quando
8 prout hic conſtat de Patris decoctione, † filij
poſſunt illud judicium proſequi pro dotis ma-
ternæ reſtitutione *iux. Doctr. Bartol. in d. l. ſi con-
ſtante 24. ſub num.63. verſ. ſed ſi dotem alio modo diſſi-
pat &c. ff. ſol. matr. Rota penes Buratt. deciſ.889. ſub
num.3. vbi Add. referunt concordantes.*
Et ita vtraque &c.

ROMANA FRVCTVVM DOTALIVM.

Mercurij 7. Iunij 1651.

ARGVMENTVM.

Alimenta præſtanda per virū vxori deuertēti ab
ſpſo ex legitima cauſa debentur habita propor-
tione ad fructus dotis: fructus dotis in qua
ſumma ſint taxandi non præcedente intima-
tione, & in qua ſumma poſt intimationem.

SVMMARIVM.

1 *Fructus dotales Rota conſueuit liquidare ad rationem
ſcut. 5. pro quolibet centenario.*
2 *Alimenta ſunt per virum præſtanda vxori habitanti
ſeorſum ab eo culpa ipſius viri.*
3 *Fructus dotis per virum recepta vxore habitante
ſeorſum ab eo eidem vxori debentur loco alimento-
rum non præſtitorum.*
4 *Dos eſt proprium patrimonium mulieris quæ ex ea
viuere debet.*
5 *Alimenta præterita non debentur niſi quando conſtat
ex illorum cauſa fuiſſe contracta debita.*
6 *Alimenta à die petitionis citra coram Iudice cenſen-
tur non vti præterita, ſed tanquam futura.*
7 *Mora contrahitur per litis conteſtationem cum ex iſta
reſultet legitima interpellatio.*
8 *Fructus dotis poſt interpellationem debentur ad ra-
tionem ſcut. 7. cum dimidio pro quolibet centena-
rio niſi pars minori ſumma contentetur.*
9 *Volenti non fit iniuria.*
10 *Mulier tranſigendo ſuper dote non cenſetur ſibi præ-
iudicaſſe quoad interuſuria in tranſactione ſpecia-
liter reſeruata.*

DECISIO DCCCXCIII.

FRVCTVS dotales ſc. 700. petitos per D.
Caſſandram Guarnellam ab hærede Hie-
ronymi Coſciari eius primi viri, Domini pro
tempore conſtantis matrimonij nempè à die
19. Ianuarij 1629. quo ipſa iuſtis de cauſis re-
cedere coacta è domo d. Hieronymi inſtetit
coram Eminentiſs. D. Cardinali Vicario, ſiuè
eius Vicesgerente pro alimentorum præſta-
tione vſque ad obitum eiuſdem Hieronymi
ſequutum die 5. Martij 1644. & ſi per annos
quindecim dixerunt eſſe liquidandos ad ratio-
1 nem ſcutorum quinque † pro quolibet cen-
tenario, & anno, ſequendo eandem taxatio-
nem, quam aliàs *Rota in hac cauſa fuit arbitra-
ta coram bo. me. Motmanno, vt in deciſ. deſuper edi-
tis ſub diebus 25. Iunij 1632. & 3. Iulij 1634.*
Nam pro dicto tempore Hieronymus tene-
2 batur † alere vxorem illius culpa ſeorſum ha-
bitantem *l. ſi cum dotem 22. §. ſin autem in ſæuiſſi-
mo ff. ſol. matr.* & notant *Iacob. de Aret. Cyn. Bald.
& alij in l. quod in vxorem 13. C. de neg. geſt. Cuman.
conſ. 175. num.4. Soccin. Sen. conſ. 64. num.1. vol.4.
Bertrand. conſ. 72. num.4. vol.3. Bart. in tract. de ali-
ment. num.48. in fin. Neuiz. Sil. nuptial. lib.3. nu.37.
Laur. Birchoſc. in com. opin. litt. M. verſ. Mulier
quando non eſt in ſeruitio &c. Surd. qui multos conge-
ſſit in tract. de aliment. tit.1. qu.32. num.17.* quod
cùm non fecerit fructus dotis receptę vxori
3 debentur † loco alimentorum ei non præſti-
torum ad tradit *per Bald. in l fin. nu. fin. C. de ſent.
quæ ſine cert. quant. profer.* vbi quod vir qui non
ſuſtinet onera matrimonij non debet habere
4 fructus dotis, quia dos † eſt proprium Patri-
monium mulieris, quæ ex ea viuere debet,
& in *l. vnic. nu.1. in fin. C. de priuil. dot.* vbi quan-
do vir debet ſuſtinere matrimonij onera bur-
ſalia, etſi ea non ſubit tenetur reſtituere fru-
ctus dotis, quos expulſa vxore recepit.
5 Nec releuat quod huiuſmodi † alimenta
tanquam præterita, & debita officio Iudicis
non ſint hodie amplius præſtanda niſi mulier
doceat ſe contraxiſſe debitum pro ſe alimen-
tanda *Bart. in l. libertis quos 18. §. manumiſſis nu.3.
ff. de alim. vel cib. leg. Bald. Iaſ. Alex. & Dec. in l. de
alimentis 8. C. de tranſact. Pontan. de aliment. cap.12.
num.1. Surd. eodem tract. tit.5. qu.1. num.43. & 46.
& ſeqq. Grattan. diſcept.60. num.19. & ſeqq. Afflict.
deciſ.10. num.4.* quia dum Caſſandra pro illis
conſequendis implorauit officium Iudicis, vt
ſupra dictum eſt, & prouiſionem obtinuit,
vtique hæc alimenta à die petitionis citra
6 cenſeri debent non vti † præterita, ſed tan-
quam futura *Mareſcott. var. reſolut. lib.2. cap.83.
num.2. & 3. in fin. Cancer. var. reſolut. cap.16. num.2.
par.1. Ricc. in collect. deciſ.548. verſ. hinc fit &c. Rot.
penes Verall. deciſ.20. num.4. deciſ.22. num.2. & de-
ciſ.24. num.1. & 3. par.1. ac inter diuerſ. deciſ.764.
num.3. par.1. & inter recent. deciſ.532. num.4. & de-
ciſ.690. num.11. par.4. tom.3.*
Poſt mortem autem Hieronymi, & ſic pro
tempore diſſoluti matrimonij à die 5. Martij
1644. qua fuit inſtituta, & conteſtata lis per
Caſſandram ſuper reſtitutione eius dotis con-
tra hæredem prædicti Hieronymi cum inde
7 reſultet legitima † interpellatio per quam ille
fuit in mora conſtitutus *Rota deciſ.528. ſub nu-
mer.4. par.2. & deciſ.127. num.10. verſ. quia per li-
tis conteſtationem &c. cum ſeqq. par.4. tom.2. recent.*
vſque ad diem primam Aprilis 1649. qua par-
tes ſuper illius reſtitutione tranſegerunt, fru-
ctus prædicti videbantur taxandi ad rationem
8 ſeptem † cum dimidio pro quolibet centena-
rio, & anno iuxta formam Statuti Vrbis *lib.1.
cap.137.* Verum quia pro parte Caſſandræ pe-
tebantur ad rationem quinque tantùm ideò
ad hanc ſummam illos reducendos eſſe Do-
9 mini cenſuerunt, cum volenti † non fiat iniu-
ria *l.1. §. vſque adeo ff. de iniur. l. cum donationis 34.
C. de tranſact. cap. ſcienti 27. vbi gloſ. de reg. iur. in 6
l. nemo videtur fraudare 187. ff. eodem Surd. dec.194
num.1.*
Non obſtat quod agatur de interuſurijs do-
talibus præteriti temporis in quibus mulier
reci-

Digitized by Google

tecipiendo dotem, vel tranſigendo ſuper ea ſibi præiudicaſſe cenſetur. Nam quicquid ſit de hac concluſione ceſſat obiectum non ſolum, quia illa debentur ex condictione Statu-
10 ti, ſed etiam quia in d. tranſactione † fuerunt ſpecialitèr reſeruata, vt reſpondit *Rota coram ſa. me. Greg. XV. deciſ. 93. per tot.*

Et ita vtraque &c.

ROMANA NOBILITATIS, SEV IVRIS HONORIFICI.

Luna 12. *Iunij* 1651.

ARGVMENTVM.

Monumenta reponere ac inſcriptiones reſtaurare in memoriam antiquorum de familia quibus ſit permiſſum.

SVMMARIVM.

1 *De agnatione præſumitur qui docet anteactis temporibus ſe, & aſcendentes publicè, & palam cognomine d. familiæ vſos fuiſſe.*

2 *Hoc procedit etiam ſi vnus, & eius aſcendentes, ac alter, & eius pariter aſcendentes diuerſimode quoad loca per ipſos inhabitata ad appellati fuerint.*

3 *Inſignia, ac arma gentilitia ad omnes ex eadem agnatione prouenientes tranſeunt.*

4 *Monumenta aſcendentium reſtaurare vnicuique de familia permiſſum eſt.*

DECISIO DCCCXCIV.

CONCERTABAT pietatis, & honorificentiæ ſtudio D. Tiberius de Anibalis de Molaria, & D. Ioſeph de Anibalis de Zancato, de reponendo monumento q. bon: mem: Ricardi Cardinalis Anibaldenſis, quod marmoreo lapidi in Sacra Lateranenſi Baſilica olim inſculptum, in eiuſdem Inſtauratione iuſſu Sanctiſs. D. N. Innocentij Papæ X. magnificentiſſimè extructa incuria Fabrorum conciderat. Quando Sanctitas ſua non retardata huiuſmodi lapidis collocatione cū antiqua Inſcriptione Cauſam ſuper Iuribus Partium Rotæ commiſit: Coram qua repetita per Informantes nedum Monumēti contenti, ſed noua quoque de cognominis, ac inſignium gentilitium vſu excitata, iuſtam præbuit dubitandi rationem; An & de cuius bono iure conſtaret, & Domini te maturè diſcuſſa de vtriuſq; partis iure ad effectus prędictos tantùm ex hactenùs deductis conſtare cenſuerunt.

Licet enim collitigantes eorum deſcendentiam continuatam, nec interruptam à communi prædicti Cardinalis ſtipite per gradus diſtinctos ſatis adhuc non probauerint. Quia tamen ex Inſtrumentis, alijſque ſcripturis publicis, ac teſtium depoſitionibus conſtat eos, ac eorum Aſcendentes exactis ſeculis eiuſdē familiæ Anibalorum, ſiuè Anibaldenſium cognomine publicè, & palam vſos fuiſſe.

1 Hinc legitima † reſultat præſumptio quod ex eadem agnatione progeniti fuerint *Laur. Calcan. conſ. 8. num. 1. verſ. & propterea eum ſeq. Caſſan. in cathal. gloſ. Mund. concl. 41. in princ. Ceph. conſ. 90. n. 16. verſ. quod autem agere volentes & ſeq. Menoch. conſ. 1261. num. 5. verſ. nam ſicut &c.* Quamuis D. Tiberius, ac eius aſcendentes de Molaria, & D. Ioſeph ac illius maiores de Zancato appellati fuerint. Nam eiuſmodi denominatio accidentalis deducta tàm è locis ipſis quę pro tempore incolebant, quàm ex Caſtro Zancati, quod Antenati d. D. Ioſephi poſſidebant nihil detrahit verò, ac ſubſtantiali, & connaturali cognomini eorum familiæ aliundè iu-
2 ſtificato, † vt bene ex probatis etiam Hiſtoricis reſpondit *Anton. Cioſ. conſ. 18. ſub num. 8. verſ. & quamuis d. familiæ lib. 1.* & comprobat *Marc. Antonin. reſol. 82. ſub num. 5. verſ. & primum fundamentum lib. 1.*

Eoque magis concurrente vſu eorumdem armorum, ac inſignium gentilitium, quibus
3 idem Cardinalis vtebatur quæ † regularitèr ad omnes ex eadem agnatione prouenientes tranſeunt, etiamſi aliquid interdum eiſdem addi, ac intermiſceri ſoleat *Bart. in tract. de inſig. & arm. ſub num. 10. verſ. quæro qualitèr cum ſeq. Franc. Mar. deciſ. 1140. numer. 2. verſic. alias verò, & ſeqq. par. 1. Ant. Cioſ. d. conſ. 18. ſub num. 6. verſ. cuius rei argumento ſunt &c. cum ſeqq. lib. 1. Caſſan. in cathal. glor. mund. d. concl. 41. verſ. Ita etiam vſque in finem Menoch. d. conſ. 1261. num. 6. verſ. Ita etiam identitas armorum cum ſeqq. Ioſeph. de Ruſtic. in tract. An. & quand. lib. in condit. poſit. lib. 2. cap. 6. ſub nu. 70. verſ. non denique omiſerim, & ſeqq. Aldouin. conſ. 91. ſub num. 8. verſ. Præterea cum ſeqq.*

Et propterea vnicuique eorum licuit mo-
4 numentum, † ſiuè inſcriptionem prædictam ad honeſtiſſimam defuncti Cardinalis memoriam in poſteris conſeruandam *iux. l. monumentum 42. ff. de reb. & ſumpt. funer.* ponere, atque reponere, quod ſanè ius exactam gradus probationem, vt in ſucceſſionibus, non expeſcit ſed cuique de familia latè ſumpta pro tota agnatione æquè competit, quia omnium ob eiuſdem familiæ vniuerſæ decorem intereſt *l. ius ſepulcri 13. C. de relig. & ſumpt. funer. & confert tex. in l. 3. §. ſed ſi ad plures vbi gloſ. in verb. agitur verſ. item nota ff. de ſepulc. viol. Salicet in l. ius familiarum 8. nu. 2. verſ. nota quod omnes de agnatione &c. ac in fin. verſ. ex prædictis nota Cod. eod. tit. Alex. ab Alex. Genial. dier. lib. 6. cap. 14. verſ. cumq; tota familia Molin. de primog. lib. 1. cap. 24. nu. 41. verſ. Si ſepulcrum familiare ſit &c. Garz. de expen. cap. 8. ſub num. 4. verſ. ex qua Accurſij opinione &c. Ioan Kirchman. Lubecen. de funer. Roman. lib. 2. cap. 3. verſ. familiaria verò ſepulcra &c.* & generalitèr probat *Fulu. Pacian. de probat. lib. 3. cap. 12. ſub num. 37. verſ. ſecundus caſus eſt &c. cum ſeqq. poſt Alb. conſil. 355. ſub num. 31. verſ. ſecundus caſus eſt &c.*

Sicut etiam eodem cognomine, eiſdemq; armis, & inſignibus vti licet quibus, & prout
5 hactenus † conſueuerunt *Pariſ. conſ. 29. num. 2. verſ. Tum etiam cum ſeqq. lib. 1. Crauett. conſ. 829. per tot. & alij.*

Verum quia in alijs caſibus, & ad diuerſos effectus agnationis prædictæ diſquiſitio forſan conti-

contingere poterit; Ideò Domini ſupradicta
quæ in præmiſſis ſufficere, ac iuri Conſona
exiſtimarunt, in cæteris contingentibus quę-
ſtionibus particularum, prout ſubiectæ mate-
riæ ratio poſtulabit diſcutienda fore declara-
runt.
Et ità vtraque &c.

ROMANA DOMORVM DE REGARDIS.

Luna 12. *Iunij* 1651.

ARGVMENTVM.

Solutione illius, quod debetur tollitur omnis obligatio.

SVMMARIVM.

1 *Saluianum non datur aduerſus creditorem anteriorem.*
2 *Anterioritas debitoris ſuffragatur creditori habenti obligata omnia iura, & actiones ſui debitoris.*
3 *Solutione illius quod debetur tollitur omnis obligatio*
4 *Creditum extinctum non transfertur in hæredes ſub quorum propterea hypotheca contracta ad fauorem aliorum non comprehenditur.*
5 *Numeratio actualis reſultat ex verbis in præſentia mea, & ſupradictorum teſtium dedit, ſoluit, & actualiter numerauit &c. præſenti, & actualitèr ad ſe trahenti d. ſummam.*
6 *Solutio debiti præſumitur facta de eiſdem pecunijs de quibus actum fuit.*

DECISIO DCCCXCV.

TRES in hac cauſa emanarunt deciſio-
nes duæ ſub diebus 15. Ianuarij, & 17.
Maij 1649. in quibus reſolutum fuit conſtare
de tribus conformibus exequendis, ex quo
validitas ſententiarum apparebat ex reuolu-
tione actorum, & iuſtitia reſultabat ex eo
quod illæ reuocabant præcedentem ſententiã
A. C. quæ dum conceſſit Virginiæ Sangal-
lettæ eiuſque filijs immiſſionem ex Saluiano
in poſſeſſionem domorum de quibus agitur,
occaſione dotis, illiuſque interuſuriorum ipſi
Virginiæ à Franciſco Patre, & Gulielmo Pa-
truo de Sangallettis promiſſæ de anno 1593.
contra Ioannem, & alios de Regardis dicta-
rum Domorum poſſeſſores ex credito contra
eoſdem de Sãgallettis acquiſito de anno 1576
tanquam iniuſta debebat reuocari cum Sal-
1 uianum † non detur aduerſus Creditorem
anteriorem, vt præter alleg. in deciſionibus
dixit *Rota coram Comit. deciſ.* 67. *num.* 12. Altera
verò ſub die 28. Ianuarij 1650. in qua rece-
dendo à prioribus deciſionibus dictum fuit
prædictam ſententiam A.C. eſſe iuſtam, nam
licèt promiſſio dotis Virginiæ eſſet poſterior
credito dd. de Regardis; attamen ipſa erat
præferenda ex quo dictæ promiſſioni acceſſe-
rat etiam Gulielmus de Sangallettis iunior
eius frater, qui tanquam hæres Caſſandræ ma-
tris ex cauſa dotis illius promiſſæ vſque de
anno 1566. & ſubindè ſolutæ habebat ſuper
bonis dd. Franciſci Patris, & Gulielmi Patrui
iura, & hypotheca anteriora iuribus, & hy-
2 pothecis dd. de Regardis, quæ † anterioritas
ſuffragabatur, etiam Virginiæ habenti obli-
gata omnia iura, & actiones d. Gulielmi iu-
nioris, vt dixit *Rota in Romana Domus 26. Fe-
bruary §. minor difficultas, & in Romana Saluiani
de Caſalibus 21. Iuny §. & in omnem caſum, & in
Romana fructuum Cenſus* 11. *Decembris* 1641. *§. ſe-
cundo quia &c. coram R.P.D. meo Cerro.*
Poſt hanc poſtremam reſolutionem dd. de
Regardis duo exhibuerunt Inſtrumenta in
Ciuitate Florentiæ celebrata ſub die 18. Ia-
nuarij 1599. & 24. Decembris 1601. ex qui-
bus apparet ſolutos fuiſſe d. Caſſandræ, & pro
ea Emilio de Gondis eius fratri, & Procura-
tori Florenos 2029. de liris ſeptem pro ſingu-
lis florenis pro omni reſiduo, & integra reſti-
tutione eius dotis conſtitutæ in ſcut. 2. mil.
auri de liris 7. pro ſingulo ſcuto: Vnde hodie
Domini receſſerunt ab vltima deciſione cum
eius fundamentum ampliùs non ſubſiſtat, &
ſteterunt in antecedenter deciſis; Regulare
3 quippe eſt quod ſolutione † eius quod debe-
tur tollitur omnis obligatio, & hypotheca,
vt habetur *in princ. tit. quib. mod. tollit. oblig. Grat.
diſcept.* 675. *num.* 36. *Surd. deciſ.* 113. *num.* 1. *& ſeqq.
Rota penes Card. Mantic. deciſ.* 146. *ſub num.* 1. *&
Buratt. deciſ.* 283. *num.* 1. *ac int. rec. deciſ.* 497. *nu.* 3.
4 *par.* 4. *tom.* 2. & ideò creditum † dotale Caſſan-
dræ extinctum ea adhuc viuente transire non
potuit in Gulielmum eius hæredem, nec con-
ſequenter comprehendi ſub hypotheca per
eum ad fauorem Sororis contracta *l. eius qui in
Prouincia* 41. *ff. ſi cert. pet. l. nemo plus iuris* 54. *ff. de
reg. iur. Surd. deciſ.* 308. *num.* 9. *cum ſeq.*
Quod autem d. floreni 2029. exacti à Pro-
curatore Caſſandræ ſint de liris ſeptem pro
ſingulo floreno, & ſic adæquent illius dotem;
Reſpectu primæ ſolutionis florenorum 912.
lib. 5. & ſol. 19. ad computum d. dotis factæ
ab illis de Alemannis emptoribus Prædij hæ-
reditatis dd. de Sangallettis, patet ex ipſo In-
ſtrumento quietantiæ, in quo legitur Emilio
Procuratori Caſſandræ fuiſſe actualiter in pre-
ſentia Notarij, & teſtium traditos florenos
talis valoris, ibi, *quia d. Dominus Aloyſius de
Alemannis &c.* in præſentia mea, & ſupradi-
ctorum teſtium dedit, ſoluit, & actualitèr nu-
merauit d. D. Emilio de Gondis d. nomine
præſenti, & actualitèr ad ſe trahenti d. ſum-
mam, & quantitatem dd. florenorum 912.
de lir. 7. pro quolibet lib. 5. & ſol. 19. &c. quę
5 verba optimè probant † numerationem, &
qualitatem monetarum ſolutarum per ea,
quæ tradit *Maſcard. de probat. concl.* 1095. *num.* 3.
vol. 2. *& Rota deciſ.* 382. *num.* 2. *par.* 4. *rec.*
Reſpectu verò alteriùs ſolutionis floreno-
rum 1116. lib. 5. ſol. 1. pro reſiduo, & inte-
gra ſatisfactione eiuſdem dotis factę à Vin-
centio de Pictis emptore alteriùs Prædij here-
ditarij eorumdem de Sangallettis conuinci-
tur, quia Prædium prædictum fuit expreſsè
venditum pro florenis 1702. de lir. 7. ad cuius
com-

Digitized by Google

computum Iudices vendentes nomine hæreditatis iacentis mandarunt emptori, vt ſoluerer Caſſandræ pro reſiduo ſuæ dotis florenos 1116. lib.5. ſol.1. qui licet non fuerint
6 declarati in lir.7. tamen † intelligendi ſunt de illiſmet conuentis in pretio *Alex.conſ.84. nu.4. lib.7. Soccin. conſ.129. numer.5. & 10.lib.4. Aym. conſ.198.num.2. Gratian.diſcept.397. num.10. Seraph.deciſ.1093.num.1.& 7.*

Quod optimè comprobarunt ex eo quod prædicti Iudices diſtribuendo totum dictum pretium mandarunt de eo ſolui primo florenos 65. lib.6. 14. pro medietate Gabellæ, quæ Florentiæ ſolui ſolet in alienationibus ſtabilium. Secundò tradi Caſſandræ dictos florenos 1116. lib.3. ſol.1. Tertiò conſignari Clementi Vitellio concreditori hæreditatis dd. de Sangallettis in vna partita florenos 217.lib.57. & in alia floren. 30. 4. 4. Quarto ſolui Officialibus Decimarum communis eiuſdem Ciuitatis pro decimis decurſis, & non ſolutis florenos 26. 6. Et demum conſignari Conſtantiæ de Guccis reſiduum florenorum 244. 2. 14. ad computum crediti, quod illa habebat cum dicta hæreditate, quæ partitæ ſimul iunctæ ſicuti conſtituunt eamdem ſummam florenorum 1702. quanti fuit venditum Prædium prædictum, ita quoque demonſtrant fuiſſe Creditoribus aſſignatos, & diſtributos florenos eiuſdem valoris, & bonitatis pro quibus fuit facta venditio.

Accedit inſuper quod Emilius Procurator Caſſandræ recepit dictos florenos 1116. 3. 1. pro omni reſiduo, & integra ſatisfactione dotium Caſſandræ, nec non permiſit reſiduum d. pretij conſignari poſterioribus Creditoribus quorum neutrum ſanè tolleraſſet ſi floreni ipſi traditi non aſcendiſſent ad valorem librarum ſeptem pro quolibet.

Et ità vtraque &c.

REATINA CASTRORVM.

Luna 3. Iulij 1651.

ARGVMENTVM.

Filiatio cum qualitate legitimitatis probatur ſi concurrunt matrimonium, & quomodo, & quando iſtud probatum dicatur.

SVMMARIVM.

1 *Parocho atteſtanti matrimonium fuiſſe contractum omninò deferendum venit cum atteſtetur de re ad eius officium ſpectante.*

2 *Filiatio cum qualitate legitimitatis quando dicatur probata.*

3 *Matrimonia iuxta decretum S. Conc. Trid. ſeſſ.24.* de reform.matrim.cap.1.§.habeat Parochus librum &c. *debent adnotari in libro ad dictum effectum requiſito.*

4 *Hoc tamen nō impedit quod ſi matrimonium per negligentiam fuerit omiſſum deſcribere, aliunde non poſſit iuſtificari.*

5 *Filius ſiuè legitimè natus ſiuè legitimatus per ſubſequens matrimonium capax exiſtit ſucceſſionis tàm paternæ, quàm aliorum agnatorum, nec non etiam in feudalibus & num.6.*

7 *Inſtrumento publico extenſo tempore non ſuſpecto pluries producto recognito, & approbato à partibus multò pluries deferendum venit quam protocollo ſuſpecto.*

8 *Ratificatio facti prævalet verbali.*

DECISIO DCCCXCVI.

NON acquieſcente Thoma Marerio duabus deciſionibus in hac cauſa ad fauorem Tancredis pariter de Marerijs emanatis ſub diebus 22. Iunij 1650. & 27. Febr. 1651. in quarum prima fuit reſolutum d, Tancredi vigore interdicti, quorum bonorum dandam eſſe immiſſionem in poſſeſſionem quartę partis Caſtrorum Aſcreæ, & Marcitelli continentis dimidiam Portionum à M. Antonio, & Attilio eius Patruis poſſeſſarum; In altera verò, in qua diſputato dubio, An *ipſo* Tancredi danda eſſet immiſſio in poſſeſſionem portionis, quàm ſuper d. Caſtris poſſidebat Franciſcus eius Pater, & ipſe renunciauit dd. Attilio, M. Antonio, & Hieronymo eius Patruis in tranſactione cum illis inita 8. *Maij* 1636. fuit dictum immiſſionem ei eſſe concedendam pro duabus ex tribus vncijs, ad quas aſcendebat d. Portio Paterna renunciata, eo quia per mortem dd. Attilij, & M. Antonij ſine filijs verè, & propriè legitimis ex verò, & legitimo matrimonio præcedenti, non autem ſubſequenti procreatis factus fuit locus pacto reuerſiuo, ſub quo dd. Attilius, & M. Antonius 30.Settembris 1636. tranſactionem ratificarunt; fuit hodie propoſitum dubium: an ſit ſtandùm in dd. deciſionibus, & Domini ex eiſdem fundamentis in eis deductis, quę adhuc inconcuſſa vigere viſa fuere illas confirmarunt non obſtantibus *ijs*, quæ pro parte Thomæ obijcebantur.

Si quidem non obſtat, quod dicatur Tancredem non fuiſſe filium legitimum Franciſci, quia contrarium conuincitur tàm ex teſtibus de communi opinione, ac tractatu dd. Hieronymi, M. Antonij, & Attilij, ac de publica voce, & fama deponentibus, quàm ex atteſtatione Parochi affirmantis in ſui pręſentia coram Notario, & teſtibus inter dictum Franciſcum, & Petrucciam ex quibus Tancredes ortus fuit præuia remiſſione denunciationum conceſſa à bo:me: Cardinali Creſcentio tunc Epiſcopo Reatino fuiſſe contractum
1 matrimonium† cui tanquam de re ad eius officium ſpectante atteſtanti venit omninò deſferendum, vt poſt alios probat *Grat. diſc.653. ſub nu.59.verſ.& magis &c. cum ſeq.* Et iſta fides corroboratur etiam ex alia iurata, atq; concordi Notarij atteſtatione, nec non ex depoſitionibus dd. teſtium, ac etiam ex publico Inſtrumento d.concordię inter d.Tancredem, & prædictos eius Patruos celebrato 8. Maij 1636. in quo nuncupatur filius d. Franciſci, & inuicem conſanguinei, & demùm quia ad ſuc-

Digitized by Google

ſuccedendum in bonis feudalibus admiſſus
fuit, vt patet ex relatis in eius Summario ad-
2 ditionali. Ex quibus omnibus illius † filiatio
atque legitimitas ſatis probata remanet præ-
ſertim in hoc iudicio in quo incidentèr de il-
la agitur, & contra Thomam eorumdem M.
Antonij, & Attilij ex parte ſucceſſorem, vt
fuit dictum *in Romana hereditatis de Gratianis 7.
Februarij 1642. coram R.P.D. meo Royas.*

Nec refragatur fides per Thomam exhibi-
ta quod d. matrimonium non reperitur de-
3 ſcriptum in libro in quo matrimonia † à Pa-
rocho debēt annotari iuxta decretum S.Con-
cilij Tridentini *ſeſſ.24.de reform.matr.cap.1.§.ha-
beat Parochus librum &c.* Quia præter quod ex
illa, maximè cum ſit informis non iuſtifica-
tur negatiua illius contractus, cuius memo-
ria in alio libro notari potuit. Non ideò po-
teſt huiuſmodi Parochi omiſſio partibus præ-
iudicare, & impedire quin alijs probationi-
bus matrimonij contractum iuſtificare vale-
ant, cum ad faciliorem dumtaxat eius pro-
4 bationem liber ille fuerit ordinatus † non at-
tem ad præciſam eiuſdem coarctationem alia-
rum probationum excluſiuam, vt in termi-
nis obiecto benè reſpondit alijs relatis *Gratian.
d.diſcept.653.num.63.verſ.quamuis non apparet an-
notatum &c. & ſeqq.* & comprobatur ex addu-
ctis *in Neapolitana Matrimonij 13. Martij 1651.
coram R.P.D. meo Corrado in §.concurrit enim.*

Quare ſequitur quod d. Tancredes ſiuè le-
gitimè natus, ſiuè per ſubſequens matrimo-
5 nium fuerit legitimatus † capax exiſtit tùm
Paternæ, tùm aliorum agnatorum ſucceſſio-
nis, tàm in bonis allodialibus *iuxt. text. in §.ſi
quis ſanè verſ.liceat igitur, & in §.ſit igitur licentia
Ruth.quib.mod.nat.eff.leg.& in §.& quoniã in Auth.
quib. mod. nat. effic.* ſui cum alijs relatis *in d. Ro-
mana Hæreditatis de Gratianis 7. February 1642.
coram R.P.D. meo Royas in §.quod verò Franciſcus
ſit legitimus &c. cum ſeqq. & in Romana reſciſſionis
concordiæ 15.Iunij 1648. in §.quia prætermiſſis &c.
confirmata 14. Martij 1650. coram R. P. D. meo
6 Corrado*; quam † in feudalibus *Scherarder de
feud.par.7.cap.5.ſub num.2. verſ.hæc tamen limita-
tio &c.* cum alijs relat. *per Roſental.in ſimili tract.
cap.7.concluſ.18.ſub nu.1.& ſeq. Aluarot. eod.tract.
in rubr.ſi de feud.fuer.contr.§.naturales num.8.*

Non obſtat quod per ſuperexiſtentiam d.
Thomæ filii Hieronymi excludatur Tancre-
des à regreſſu ad bona paterna prædictis eius
Patruis renunciata, cum fuerit ipſi reſerua-
tus in caſu illorum deſſicentiæ ſine filijs ma-
ſculis legitimis, & naturalibus qui caſus per
ſuperexiſtentiam Thomæ defeciſſe videtur.

Quia cum dd. M. Antonius, & Attilius
nullis ſuſceptis filijs obierint purificata eſt,
vtique quoad portiones illis renunciatas con-
ditio, quæ licet concepta in numero plurali
reſoluitur tamen in ſingularitates, vt abundè
fuit probatum in d. vltima deciſione ponde-
rando etiam, quod illa in propoſito caſu om-
nibus dictis renunciatarijs æque conuenire
non poterat ſtante, quod Marcus Antonius
erat Clericus, & in dignitate Eccleſiaſtica
conſtitutus.

Vltrà quod per exiſtentiam prædicti Tho-
mæ eiuſmodi conditio quoad dd. portiones
M. Antonij, & Attilij non potuit deficere
cum ille non fuerit legitimè natus eſto quod
prætendat per ſubſequens matrimonium ſe
legitimatum quandoquidem in Inſtrumento
ratificationis d. concordiæ ab eis celebrato d.
die 30. Septembris 1636. expreſsè fuit decla-
ratum, quod filij eo modo legitimati non
impedirent Tancredi regreſſum ad priſtina
eius iura in ſucceſſione Paterna, vt patet ex
illius lectura *§.inſuper pro maiori declaratione.*

Neque officit aſſertum prothocollum nu-
per à Thoma exhibitum ad effectum oſten-
dendi, quod in originali Inſtrumento d. rati-
ficationis non legitur d. declaratio; quia cum
illud fuerit oculis Dominorum ſubiectum
viſum fuit multiformiter ſuſpectum, & non
habendum pro vero, & legitimo Prothocol-
7 lo, ſed attendendum eſſe † Inſtrumentum
Authenticum ab eodem Notario extenſum
eadem die qua fuit rogatum, & ſic tempore
non ſuſpecto, atque in iudicio coram A. C.
per Tancredem contra dictos eius Patruos ra-
tificantes tunc viuentes bis productum, reco-
gnitum, & approbatum à Iudice per relaxa-
tionem mandati illius vigore factam,& à par-
tibus per ſolutionem quantitatis renuncianti
in eo promiſſæ per ea quæ tradit *Cancer. var.
reſolut.lib.1.cap.1.ſub num.302.verſ. & quod tollit
omnem difficultatem.*

Quoad verò ad portionem ſpectãtem ad Hie-
ronymum alterum ex dictis renunciatarijs
dici non poteſt iuſtificata conditio dum ex
eo ſuperſtes fuit Thomas prædictus qui ab
eius ſucceſſione non excluditur vigore primi
Inſtrumenti concordiæ, in quo non fuerunt
excluſi legitimati per ſubſequens matrimo-
nium, prout excluſi fuerunt in ſecundo In-
ſtrumēto ratificationis in quo prædictus Hie-
ronymus non interuenit, nec vnquam appro-
bauit, vt fuit reſponſum *in d. 2. deciſ. §.non ob-
ſtat quod in Inſtrumento ratificationis &c.*

Nec ſubſiſtit, quod Hieronymus d. tranſa-
ctionem mediante Procuratore celebratam
non ratificauerit; ideoq; quoad eum reman-
ſerit reſoluta iuxta pactum in ea ſpecialiter
conuentum; nam cum ſoluerit ſc. 2000. vna
cum prædictis M. Antonio, & Attilio in
executione illius, & ſucceſſiuè fuerit per Tan-
credem abſolutus, & quietatus cum ceſſione
iurium iuxta formam eiuſdem Inſtrumenti
æquè, ac alij renunciatarij; hinc ſanè reſultat
etiam ex eo, atque approbatione eiuſdem
Tancredis ſufficiens ratificatio facere, quæ
8 verbali † præfertur *l.Paulus 5. ff.rem.rat.hab.* &
fuit dictum *in Caſenaten. Cenſuum 3.Iunij 1644.
in §. huiuſmodi autem ratificatio &c. confirmata 9.
Iunij 1645. coram R.P.D. meo Corrado.*

Et ità vtraque &c.

VLA.

VLADISLAVIEN. PAROCHIALIS.

Lunæ 13. Nouembris 1651.

ARGVMENTVM.

Litteræ Apoſtolicæ ſi ſint iuſtificatæ executioni demandantur.

SVMMARIVM.

1 *Adiudicandum beneficium venit ei qui habet ſuam gratiam iuſtificatam.*

2 *Eccleſiæ Parochialitas, & cum qualitate iuriſpatronatus probatur ex litteris inſtitutionis ordinarij quando nulla excitatur de prædictis qualitatibus controuerſia.*

3 *Primum beneficium per aſſecutionem ſecundi incompatibilis ſine diſpenſatione vacat.*

4 *Deciſiones iuxta ſtylum Rotæ veniunt in alijs diſputationibus diuerſis ſupponendæ.*

5 *Ius in Eccleſia dicitur habere habens præſentationem, ac ſubſequentem inſtitutionem.*

6 *Epiſcopo adhibetur fides in his quæ concernunt clericatum, ac idoneitatem ſuorum ſubditorum.*

DECISIO DCCCXCVII.

RESPONSVM fuit pro Floriano Falch. informante ſcilicet ei adiudiudicandum
eſſe Parochialem Gedaneñ de qua ipſe poſt
præſentationem à Sereniſſimo Poloniæ Rege
legitimo eiuſdem Eccleſiæ Patrono, & inſti-
tutionem à Reuerendiſſimo Epiſcopo Vladi-
ſlauieñ reportatam obtinuit, & prouideri à
Sanctiſſimo D. N. cum clauſula *citra præiudi-
cium iuris*, ipſi priùs acquiſiti, ſed iura iuribus
addendo, vt conſtat ex litteris Apoſtolicis de-
ſuper expeditis, quæ cum appareant iuſtifica-
1 tæ quoad omnia in eis narrata debita † eſt ei-
dem adiudicatio *iuxt. gloſ. in cap. ſi capit. 5. de con-
ceſſ. præbend. in 6.* & dixit *Rota penes Caualer. de-
ciſ. 363. ſub num. 4. & Duran. deciſ. 87. num. 1. ac in
recent. deciſ. 15. ſub num. 1. & ſeq. & deciſ. 152. n. 1.
par. 5. & in Aquilana Iuriſpatronatus 24. Ian. 1646.
in §. fin. coram R. P. D. meo Corrado.*

Nam quod Eccleſia de qua agitur ſit Paro-
chialis, & de iurepatronatus Regio, prout
fuit expoſitum Papæ probatur ex litteris In-
2 ſtitutionis prędicti D. Epiſcopi Vladiſlauieñ
in authentica forma exhibitis, quæ in hoc ca-
ſu in quo nulla excitatur de huiuſmodi qua-
litatibus controuerſia ſufficiunt *iux. Gabr. con-
ſil. 198. ſub num. 4. lib. 2. Maſcard. de probat. concluſ.
1216. ſub num. 3. cum ſeqq. per tot. Flamin. Pariſ. de
reſignat. lib. 8. qu. 11. num. 38. & ſeqq. Rota deciſ. 11.
de iurepatr. in nouis penes Put. deciſ. 167. par. 1. &
deciſ. 237. lib. 2. in correct. & Buratt. deciſ. 111. nu. 7.*
& fuit dictum *in Bononien. Archipresbyterat. 23.
Martij* 1648. *in §. Primo ex litteris epiſcopalibus
coram R. P. D. meo Corrado.*

Vacatio autem per Matthei Iudiski illius
vltimi poſſeſſoris aſſecutionem incompatibi-
3 lium, eorumque retentionem † abſque legi-
tima diſpenſatione Sedis Apoſtolicæ contra
*tex. in cap. de multa 28. de præbend. & cap. 3. de offic.
ordin. in 6. & in extrauagan. execrabilis de præbend.
ac. S. Concil. Trid. ſeſſ. 7. de reformat. cap. 5.* plenè
probatur *ex deciſione emanata coram me ſub die* 11.
4 *Decemb.* 1648. quæ † in hac diſputatione iux.
ſtylum Rotæ venit ſupponenda, nec non ex
iuribus relatis *in Sum. tunc pro parte dicti Floriani
exhibito.*

Prout quod d. Florianus ius habeat aliundè
in eadem Eccleſia verificatur ex prædicta Re-
5 gia † prę ſentatione, ac ſubſequuta Ordinarij
inſtitutione *cap. ex frequentibus 3. & cap. auctori-
tate 4. de inſtit. cap. 1. de reg. iur. in 6. Sarnen. ſuper
reg. de iur. quæſit. non tollen. quæſit. 1. ſub num. 15. M.
Anton. reſolu. 53. ſub num. 14. lib. 1. Lotter. qui alios
congerit de re benef. lib. 2. qu. 13. num. 13.*

Denique illius Clericatus, & idoneitas ad
regimen Parochialium iuſtificantur non ſo-
lum ex litteris prædictę inſtitutionis, ſed etiã
ex alijs teſtimonialibus prædicti Reuerendiſſ.
6 Epiſcopi, cui † cum præſumatur optimè in-
formatus de qualitatibus ſubditorum, plena
quoad hoc adhibetur fides *cap. in præſentia 6. de
renunc. Innoc. in cap. innotuit in princ. de eo qui furt.
ordin. ſuſcept. Gabr. conſ. 181. num. 55. lib. 2. Rota int.
recent. deciſ. 162. num. 2. & 3. par. 7. penes Buratt. de-
ciſ. 22. num. 30. Duran. deciſ. 430. num. 3.* & fuit di-
ctum *in Auelina Canonicatus 27. Martij prædicti
§. Clericatum verò coram R. P. D. meo Cerro.*

Et ita vtraque &c.

BONONIEN. SEPARATIONIS BONORVM.

Lunæ 20. Nouembris 1651.

Argumentum ex Summario.

SVMMARIVM.

1 *Remiſſoria in cauſa prophana datur ex releuantia vnius tantum articuli.*

2 *Probatio probationem non excludit, ſed vtraque pars poteſt proponere quid ſibi magis profuturum exiſtimat, & Iudex in definitione cauſæ, quæ ſint præferenda iudicare debet.*

3 *Remiſſoria quandoque conceditur in iudicijs executiuis cum retardatione, vel ſine arbitrio Rotæ, vt nemini fiat præiudicium.*

DECISIO DCCCXCVIII.

EX quatuor articulis pro parte Diamantis Seghicellæ exhibitis Domini cenſuerunt
vltimum in quo articulatur quod pecuniæ,
argentea, & alia mobilia hęreditaria Alberti
Patris eiuſdem Diamantis, cuius ipſa eſt hę-
res delata fuerunt ad domum, ac manus Pau-
li Dondini eius viri eſſe releuantem cum ex
diſpoſitione Statuti Bonoñ *lib. 4. ſub. rubr. de
dot. reſtit. §. decernimus etiam fol. 261.* dicta bona
ſint ei reſtituenda in eo ſtatu in quo reperiun-
tur.

Ideoq; dixerunt concedendam eſſe eidem
1 remiſſoriam pro qua † ſufficit vnius tantùm
arti-

articuli etiam probabilis releuātia, eſtò quòd
de illa non detur fumus, quando prout hic
cauſa eſt prophana *Rota penes Verall. deciſ.68.
par.3. Card.Caualer.deciſ.289. ſub num.1. & ſeqq.
ſa. me. Greg.XV. deciſ.191. ſub num.1. & ſeqq. &
deciſ.403.num.3. & deciſ.562.num.1.& 2. Pen. de-
ciſ.382.num.2.& ſeqq.Buratt.deciſ.246.num.10.* &
fuit dictum *in Hiſpalen.Decimarum 26.Iun.1647
§.propoſito itaque pluries articulo &c.coram R.P.D.
meo Corrado.*

Nec obſtat quod Creditores prædicti Pauli
intendant probare contrarium eius quod fuit
in dictis articulis deductum, quia probatio
2 non excludit † probationem, ſed vtraq; pars
quicquid ſibi profuturum exiſtimat propo-
nere poteſt,& Iudex in definitione cauſæ,quæ
ſint præferenda,iudicare debet *c.cum Ioannes* 10
vbi notant *Doct.de fid.inſtrum. & alijs concord. re-
lat.* fuit reſponſum *in d. Hiſpalen.Decimarum §.
nec refert quod Capitulum prætendit contrarium pro-
bare &c. coram R.P.D. meo Corrado.*

Verū quia preſens cauſa reperitur in Rota
commiſſa cum facultatibus A. C. & in ea
agitur de concurſu Creditorum, quorum ali-
qui habent obligationem Cameralem, alii
verò prætendunt manutentionem, vt potè
poſſeſſores bonorum d. Pauli communis de-
bitoris, & ſic iudicium ſit executiuum, vel
Summariſſimum. Hinc dictum fuit hanc re-
miſſoriam concedendam eſſe cum retardatio-
ne, vel ſine arbitrio Rotæ, vt nemini fiat præ-
iudicium.

Et ita Diamante tantùm Informante reſo-
lutum &c.

ELNEN. IVRISDICTIONIS.

Veneris 24. Nouemb. 1651.

ARGVMENTVM.

Proceſſiones indicere ſpectat ad Epiſcopos, & Sede Epiſcopali vacante ad Capitulum vigore Concil. Trid. & ſic manutentio ſuper dicto iure non poteſt competere alijs perſonis non obſtante illorum poſſeſſione cum iſta remaneat infecta per decretum irritans contentum in quolibet decreto S. Conc. Trid.

SVMMARIVM.

1 *Teſtes nulliter examinati non ſunt habendi in conſideratione.*

2 *Teſtium dicta declarantur, & reſtringuntur à cauſa ſcientiæ.*

3 *Teſtes non plus probant quam ſcripturæ ad quas habuerunt relationem.*

4 *Probatio æquiuoca nihil prodeſt actori.*

5 *Teſtium verba ambigua regulariter ſemper contra producentes interpratantur.*

6 *Actus geſtus lite pendente non habetur in conſideratione.*

6 *Decretum irritans continetur in quolibet decreto S. Conc. Trid.*

8 *Proceſſiones indicere eaſque faciendi licentias impartiri ſpectat ad Epiſcopi iuriſdictionem.*

9 *Capitulum Sede vacante ſuccedit in Iuriſdictionalibus.*

10 *Decretum irritans inficit omnem poſſeſſionem, & manutentionem impedit.*

11 *Conſtitutio non debet ampliari, & extendi in præiudicium iuriſdictionis ipſius concedentis.*

DECISIO DCCCXCIX.

RESOLVTVM fuit manutentionem petitam per Syndicos, & Communitatem Beneficiatorum Eccleſiæ Sancti Ioannis Baptiſtę loci Perpiniani in quaſi poſſeſſione indicendi Proceſſiones, eaſque faciendi licentiam concedendi Sede Epiſcopali vacante non eſſe concedendam, cum ipſi non doceant de aliqua quaſi poſſeſſione quæ eis ſuffragetur.

Nam ſcripturæ extractæ ex Archiuio prædictæ Eccleſiæ nullo modo probant quod Communitas, & Syndici prædicti indixerint proceſſiones de quibus ibi loquitur ſiquidem nonnullæ ex eis continent, vel annotationes de Proceſſionibus factis,vel reſolutiones Syndicorum de illas faciendo in ſenſu nempè paſſiuo, & ſic de accedendo ad illas cum Canonicis, & Beneficiatis. Aliæ verò demonſtrant quod Syndici ordinatnnt, hoc eſt direxerunt proceſſiones diſtribuendo munera,& aſſignādo cuique locum, modum, & formam incidendi,qui quidem actus omninò differunt ab ordinatione indictiua de qua hic agitur.

Similitèr ſex teſtes vltimo loco examinati
1 (cum alij † nulliter examinati coram Iudice
recuſato non ſint habendi in conſideratione
Rota deciſ.93. in princ. par.1. diuerſ. & fuit deci-
ſum *in Monopolitana Profeſſionis 16. Nouembris
& 12. Decembris 1650. coram me*) deponentes
Syndicos mandaſſe, & ordinaſſe Proceſſiones
nihil releuant non ſolum quia in cauſa ſcien-
2 tiæ, à qua † eorum dicta declarari, & reſtrin-
gi debent *Rota deciſ.6.num.7.par.6.recent.* dicunt
hoc ſcire, quia viderunt in Archiuio ſcriptu-
ras continentes ordinationes Proceſſionum,
quas Syndici faciebant, ac quia viderunt liſtas
ordinationum affixas in Columna Sacriſtiæ,
& ſic dum eorum depoſitiones habent rela-
tionem ad dictas ſcrpturas extractas non ma-
3 gis probant † quam illæ *Rota coram Seraph. de-
ciſ.206.num.1. & int.recent.deciſ.21.num.9. par.4.
deciſ.342. num.6. & 7. par.4. tom.2. & deciſ.552.
num.18.eadem par.4.tom.3.* & fuit dictum *in Ra-
uennaten.Bonorum 26. Nouembris 1650.§.Hinc de-
mum quantitas in fin. coram me*, ſed etiam quia
verba ordinare, & mandare per quæ illi loqu-
untur ſunt in hac materia valdè æquiuoca,
poſſunt quippè referri tàm ad ordinationem
indictiuam, quàm ad ordinationem moda-
lem, vt patet ex prædictis ſcripturis, & com-
probatur ex dictis ſex teſtium pro parte Capi-
tuli eiuſdem Eccleſiæ formiter examinato-
rum deponentium, quod Capitulum Sede
Apoſtoli vacante ſemper indixit Proceſſio-
nes,& Syndici illas ordinarunt addendo, quod
viderunt rotulos ordinationum huiuſmodi
continentes munera, ſeù officia proceſſiona-

4 libus diſtributa probatio namque † æquiuoca
nihil prodeſt actori *cap. in præſentia 8. verſ.præ-
terea cum verbum illud &c. de probat. Rot.dec.263.
nu.3.par.4.recent. cum concord. relatis per Maſcard.
de probat.vol.1.concluſ.36. num.64.* quininiò no-
5 cet cum regulariter verbum † teſtis ambigu-
um ſemper contra eum qui produxit ſit inter-
prætandum §.*commodum inſtit.de interd.cap. inter
dilectos 6. de fid.inter cap.ex litteris 3. de probat.*&
notabilitèr docet *gloſ.in d. cap.in præſentia verb.
verbum dubium verſ.& eſt notabile de probat.*

Non obſtat,quod primus teſtis Syndicorũ,
& Communitatis iux. 16. dicat Syndicos de
anno 1646. indixiſſe proceſſionem factam ad
inſtantiam Conſulum, quia cum tunc iam
eſſet introducta lis inter Capitulum ex vna,
& Syndicos, & Communitatem Beneficiato-
6 rum ex altera d. actus geſtus † lite pendente
non eſt conſideratione dignus.

Et in omnem caſum quatenùs Communi-
tas, & Syndici prædicti ex dictis ſcripturis,
& teſtibus ſuam fundarent intẽtionem adhuc
tamen eorum quaſi poſſeſſio non eſt manute-
nibilis tanquam infecta ex decreto irritan-
7 ti, † quod continetur in quolibet decreto
Sac. Concil. Trid. cuius vigore, vt habetur *in
ſeſſ.25.cap.13.de regular.* indicere proceſſiones,
eaſque faciendi licentias impertire ſpectat ad
8 Epiſcopi † Iuriſdictionem in qua Sede Epi-
9 ſcopali vacante † Capitulum dumtaxat ſuc-
cedit *cap. cùm olim vbi gloſ.in verb. cap. de maior.
& obed. cap.1.vbi gloſ.in* 1. *not.eodem tit.in* 6. *cum
alijs alleg. in alia deciſ. huius cauſa* 19. *Iunij* 1647.
10 *coram me.* Decretum enim irritans inficit om-
nem poſſeſſionem, & manutentionem impe-
dit, vt per *Poſt.de manuten.obſeru.40.num.5.& di-
xit Rot. penes Verall.dec.* 15. *in princ. par.3. & int.
recent.dec.476. num.4. par.3. in Mediolanen. Cimi-
liarcatus* 15.*May* 1645. *coram R.P.D.meo Peutin-
gerio, & in Vladiſlauien. Parochialium* 11. *Decem-
bris* 1648. §. *non obſtat, quod hæ exceptiones reſpi-
ciant petitorium &c. coram me,& ſæpè in alijs.*

Neque ſubſiſtit prætenſa per Syndicos iuris
aſſiſtentia, nam illa quæ deducitur ex Conſti-
tutione Raymundi olim Epiſcopi Elneñ per
Sedem Apoſtolicam confirmata reſtringitur
dumtaxat ad ea, quæ cultum Eccleſiæ, ac di-
uinum officium reſpiciunt, vt legitur in dicta
Conſtitutione, ibi: *Qui iurati ad Sancta quatuor
Euangelia Dei nomine noſtro videant ſtatum totius
Eccleſiæ tam in ſpiritualibus, quam in temporalibus
quoad cultum, & diuinum officium concernentia tan-
tummodo &c. & habeant reformare, & ad bonum
ſtatum reducere ſecundum eorum bonum, & ſanum
intellectum, illa quæ in d. Eccleſia quoad diuinum of-
11 ficium erunt reformanda etc.* Atque ideò am-
pliari, & extendi non debet in præiudicium
iuriſdictionis ipſius concedentis, *cap.ex tuarum
vbi DD. de auct. et vſu pall. c. quamuis de reſcript.
in 6. Oldrad.conſ.268. ſub num.1. et 2. cum alijs re-
latis in Columen. Iuriſdict. 7. May 1646. in §.quo
verò ad quartum propè fin. verſ. quæ in hac materia
etc. coram R.P.D. meo Corrado.*

Altera verò elicita ex iure Parochialitatis
nullatenus iuſtificatur,quod cura animarum,
quæ eſt annexa d.Eccleſiæ Sancti Ioannis Ba-
ptiſtæ exiſtat habitu penes Syndicos, & Com-
munitatem prout neceſſarium eſt in concur-
ſu cum Capitulo intentionem fundatam ha-
bente, vt fuit dictum in *deciſ.37. ſub num.1.p.5.
rec.* Quandoquidem mulctæ, & cœteri actus
iuriſdictionales per Syndicos exerciti in heb-
domadarios Curatos, dum defecerunt in pro-
poſito munere nõ concernunt ea, quæ ad cu-
ram animarum, ſed ea potius quæ ad cultum
Eccleſiæ, ac diuina officia ſpectant, ideoque
non poteſt ex eis inferri quod ius Parochiale
reſideat penes eoſdem Syndicos, & Commu-
nitatem Beneficiatorum, quod potius reſide-
re penes Capitulum venit dicendum dum ab
eo deputantur hebdomadarij Curati,& conſe-
quenter huiuſmodi fundamentum retorque-
tur contra Communitatem, & Syndicos.

Et ita vtraque &c.

BONONIEN. CENSVS, ſeù EXECV-TIONIS.

Veneris 24. Nouembris 1651.

ARGVMENTVM.

In Rota executiuè etiam proceditur vigore in-
ſtrumenti obligatione Camerali vallati quan-
do à Signatura fuerunt communicatæ facul-
tates A.C.

SVMMARIVM.

1 *Inſtrumentum continens obligationem Cameralem habet executionem paratam etiam in Rota quando eidem per Signaturam fuerunt communicatæ facultates A.C.*

2 *Clauſula ſine præiudicio obligationis in forma Cameræ appoſita in commiſſione cauſæ, præſeruat viã executiuam.*

3 *Pactum ſoluendi fructus cenſus anticipatè corruit, & non reddit ſimulatum contractum.*

4 *Legitimatio perſonarum etiam in iudicijs executiuis fieri debet.*

5 *Hoc procedit quando fuit iudicialiter de ea oppoſitũ, & ideo poteſt fieri etiam poſt relaxatum mandatũ, ſi eouſque pars aduerſa illum opponere differat.*

6 *Hæres cum beneficio leg. & inuent. non tenetur de proprio niſi quatenus in termino ipſis prius aſſignando rationem de bonis in inuentario deſcriptis minimè reddat, & n.7.*

DECISIO CM.

CONSTITVIT q. Paulus Dondinus ſu-
per quodam eius prædio ſito in commu-
ni Anzolæ annuum cenſum librar.720.quem
ſub die 28. Maij 1649. pretio lib.12. mil.ven-
didit Marco Antonio Tuſignano ſtipulanti
pro ſe,& ſuis hæredibus,ad quorum omnium
fauorem Diamantes vxor d. Pauli renuncia-
uit cuicunque hypothecæ etiam dotali ſu-
per dicto prædio ſibi competenti, de qui-
bus omnibus celebratum fuit publicum In-
ſtrumentum obligatione Camerali vallatum,

cuius

cuius vigore agente hodie Octauia Tuſignana d. M. Antonij hærede pro fructibus decurſis, & non ſolutis d. cenſus Domini dixerunt eſſe pro illis relaxandum mandatum executiuum contra bona hereditaria Pauli debitoris, quia Inſtrumentum continens obli-
1 gationem Cameralem habet executionem paratam etiam in Rota, quando prout in hac cauſa fuerunt ei à Signatura communicatæ facultates A.C. vt fuit dictum *in Romana dotis* 10. *Decembris* 1637. *coram bon. mem. Pirouano, in rec. dec.* 161. *n.* 1. *par.* 6.

Nec retardari poteſt ſub prætextu, quod pendeat iudicium ſeparationis bonorum in Rota introductum ad inſtantiam d. Diamantis, & filiorum d. Pauli contra omnes Creditores eiuſdem Pauli, quia in commiſſione cauſæ fuit adiecta clauſula ſine præiudicio ob-
2 ligationis in forma Cameræ quæ viam executiuam præſeruat.

Neque ſubſiſtit prætenſa nullitas cenſus ducta ex eo, quod Paulus prędictus ſoluerit dicto Marco Antonio anticipatè libras quingentas in cauſam fructuum eiuſdem cenſus, quia huiuſmodi ſolutio facta fuit ex voluntate debitoris poſt celebratum Inſtrumentum cenſus non autem ex pacto in ipſo contractu inito, quod in omnem caſum non irritaret neque ſimulatum redderet cōtractum principalem,
3 ſed ipſum pactum tantum corrueret, vt reſpondit *Rota in Bonon. cenſus* 10. *Iuny* 1611. *coram bon. mem. Cardinali Heratio Lancellotto, & in Romana Prælationis* 2. *April.* 1618. *coram bon. mem. D. meo Seleucien. apud Modern. Peruſ. de cenſ. deciſ.* 95. *num.* 8. *& ſeq. & dec.* 308. *ſub num.* 20. *cum ſeq. & comprobat idem Modern. in d. tract. quæſt.* 54. *ſub num.* 18. *& ſeq.*

Non obſtat, quod Octauia adhuc non legitimauerit ſuam perſonam, quæ etiam in iudi-
4 cijs executiuis fieri debet, vt dixit *Rota in Romana cenſus* 5. *Iunij* 1600. *coram Litta penes Zacch. de oblig. Cameral. dec.* 76. *num.* 6. Nam concluſio procedit, quando de ea fuit exaduerſo oppoſitum iudicialiter, & ideo poteſt fieri etiam
5 poſt relaxatum mandatum ſi eouſque pars aduerſa illam opponere differat, vt fuit reſponſum *in Eugubina Dotis* 14. *Februarij* 1642. *coram Reuerendiſſ. Salamantino penes eumdem Zacch. deciſ.* 177. *n.* 17.

Cœterum executionem petitam contra bona propria filiorum dicti Pauli nullatenus concedendam eſſe dicebatur, ex quo illi ſunt hæredes Patris cum beneficio legis, & inuen-
6 tarij, & ideò non tenentur de proprio iuxta *l. fin. §. Etſi præfatam C. de iur. deliber.* Niſi quatenus in termino ipſis prius aſſignando ra-
7 tionem de bonis in Inuentario deſcriptis minimè reddant quemadmodum explicauit *Rot. in Sancti Seuerini dotis* 5. *May* 1631. *coram bo: me: Pirouano in rec. dec.* 39. *& dec.* 131. *ſub nu.* 1. *par.* 6. *& in Bonon. fideicomm. de Rubeis* 11. *Martij* 1648. *& 26. Febr.* 1649. *coram me.*

Et ita vtraque &c.

NAZARENA, ſeù MONTIS VIRIDIS BENEFICII.

Luna 4. *Decembris* 1651.

ARGVMENTVM.

Gratia Apoſtolica iuſtificata exequenda eſt.

SVMMARIVM.

1 *Litteræ Apoſtolicæ quando ſunt iuſtificatæ exequi debent.*
2 *Narratiua in qua non conſiſtit fundamentum gratiæ non debet iuſtificari.*
3 *Ordinarij non poſſident, ſed tantum adminiſtrant iure ordinario Eccleſias in earum Diœceſibus exiſtentes.*
4 *Clauſula,* amoto, *operatur expreſſionem poſſeſſionis amoti.*
5 *Eccleſia de iure præſumitur libera.*
6 *Ex dominio, & poſſeſſione territorij, ex quibus non dicatur inferri ad dominium, & poſſeſſionem Eccleſiæ in d. Territorio exiſtentis, itaut ex d. prætextu nequeat retardari executio litterarum Apoſtolicarum.*

DECISIO CMI.

ITERVM Domini dixerunt confirmandas eſſe ſententias Rotales, quibus pronunciatum fuit gratiam Apoſtolicam Guidi Apudei eſſe iuſtificatam, & exequendam ad fauorem Thomæ Guerrini ſubrogati in iuribus, & executione litterarum illius, & ſic ſteterunt in deciſis ſub 24. Aprilis proximipræteriti. Certum eſt enim quod litteræ Apoſtolicæ
1 quando ſunt iuſtificatæ exequi debent, *cap. litteris* 39. *de reſcript. cap. ſi capitulo* 5. *ibique gloſſ. in verb. exequatur de conceſſ. præbend. in* 6. *Rot. deciſ.* 775. *ſub num.* 1. *in fin. par.* 2. *recen. & penes Buratt. deciſ.* 435. *ſub num.* 1. *& bon. mem. Duran. deciſ.* 59. *num.* 1. Litteras autem de quibus agitur eſſe iuſtificatas ſatis ſuperque liquet ex deciſionibus cauſæ, tam in præcedentibus, quam in præſenti inſtantijs editis.

Neque ſubſiſtunt illa tria obiecta pro parte D. Archiepiſcopi Nazareni, & Capituli Eccleſiæ Terrę Carbonariæ continuo decantata. Non quidem primum ductum ex defectu iuſtificationis narratiuæ, in qua dicitur, quod redditus bonorum Eccleſię S. Viti, de qua agitur, adminiſtrabātur per vnum Presbyterum, qui demptis impenſis reparationis eiuſdem Eccleſiæ reſiduum in proprium vſum conuertere ſolebat; quoniam illa, vltra quod viſa fuit ſufficienter iuſtificata ex teſtibus, & iuribus datis in Summario Guerrini pręteritę poſitionis ſub *num.* 1. 3. 4. *&* 14. *& fuit dictum in* 1. *dec. edita in* 1. *inſtantia coram R. P. D. meo Veroſpio* 15. *Decemb.* 1645. *§.* 1 *verſ. narrauerat enim in* 3. *coram eod.* 3. *Nouemb.* 1646. *§. Super his igitur,* non
2 eget iuſtificatione, cum non ſit fundamētum gratiæ, nec ex ea principaliter Papa cenſeatur motus, vt fuit reſponſum in alia deciſione R. P. D. mei Veroſpij 14. Martij 1646. in §. ducebatur.

Non alterum obreptionis, & ſubreptionis prætenſum ex eo, quia non fuit Pontifici expoſitum, quod d. Archiepiſcopus Nazarenus cum capitulo prædicto poſſidebat dictam Eccleſiam S. Viti, eiuſque fructus percipiebat, nam bene ſublatum fuit in dicta 2. *dec. R.P.D. mei Veroſpij* 14. *Martij* 1646. §. *ceſſat enim &c.* Ea ſcilicet ratione, quia dum Papa hanc Eccleſiam, ſeu cappellam erigi mandauit in ſtatum collatiuum, veriſimiliter cogitare, ac animaduertere potuit illius bona ab aliquo poſſideri, & fructus percipi. Præterquamquod reſpectu Archiepiſcopi non erat exprimenda aliqua eius poſſeſſio, niſi ille de ea doceat, cum Ordinarij non poſſident, ſed tantum adminiſtrent iure ordinario Eccleſias in eorum Diœceſibus exiſtentes: Reſpectu verò Capituli, cùm in gratia Thomę fuerit appoſita clauſula, amoto
4 exindè Capitulo, & Clero, alijſq; illicitis detentoribus &c. ſatis reſultat expreſſio poſſeſſionis illius *iuxt. trad. per Gonzal. ad reg.* 8. *gloſſ.* 15. §. 1. *num.* 68.

Non denique tertium, quod prædicta Eccleſia S. Viti ſit membrum, & grancia menſę Archiepiſcopalis pro duabus ex quinque, & pro reliquis partibus menſæ capitularis, quia non iuſtificatur plenè, & concludenter, vt debet ex parte allegantis, cùm huiuſmodi prætenſioni repugnet iuris præſumptio vigens
5 pro libertate Eccleſiæ, *Rota penes ſan. mem. Gregor. XV. dec.* 77. *ſub num.* 4. *Penia dec.* 200. *num.* 15. *& ſeq. & dec.* 659. *num.* 1. *&* 16. *Buratt. dec.* 303. *n.* 10. *cum ſeqq. vſq. ad fin.*

Nec releuant teſtes examinati, & ſcripturę exhibitæ ad hunc effectum, quia nullo modo probant aſſumptum, ex latè deductis in deciſione, quæ confirmatur ſub §. *non obſtat &c. cum ſeqq.*

Minus facit, quod territorium, in quo ſita eſt Eccleſia prædicta ſpectet pleno iure ad dictam menſam Archiepiſcopalem, quia ex dominio, & poſſeſſione illius non poteſt inferri ad dominium, & poſſeſſionem Eccleſiæ, dum illa habet ſuos redditus particulares diſtinctos, & ſeparatos à fructibus d. territorij, ſufficientes pro ſuſtentatione Rectoris, cũ aſcendant ad valorem 24. ducatorum in erectione expreſſum, abſque eo quod in illo computentur aliquid de fructibus eiuſdem territorij: Quamobrem ſub huiuſmodi prætextu retar-
6 dari non poteſt executio litterarum Apoſtolicarum, vt fuit dictum in *Iacen. Parochialis* 16. *Iunij* 1603. *coram bon. mem. Penia apud Marcheſan. de commiſſ. par.* 1. *fol.* 463. *ſub num.* 2. *cum alijs cumulatis per Angel. de acquiren. poſſeſſ. quæſt.* 19. *ſub num.* 58. *cum ſeq.*

Et ita deciſum Guerrino tantum informante, D. Archiepiſcopo, & Capitulo Carbonariæ ſæpius citatis, & diu expectatis, informare tamen ſemper recuſantibus.

BONONIEN. BONORVM.

Luna 4. Decembris 1651.

ARGVMENTVM.

Poſſeſſio capta per fideicommiſſarium non citato hærede primi grauati, qui tempore mortis bona fideicommiſſaria poſſidebat, eſt nullus momenti nec manutenibilis. Et quid quando fuit data licentia ingrediendi poſſeſſionem propria authoritate, & quid ſi detractiones detrahi debeant.

SVMMARIVM.

1 *Manutentio danda eſt poſſeſſori.*
2 *Poſſeſſio obtenta per fideicommiſſarium non citato hærede primi grauati, qui tempore eius mortis poſſidebat bona fideicommiſſaria dicitur nullius roboris.*
3 *Nec talis poſſeſſio eſt manutenibilis.*
3 *Sed iſta non attenta debet manuteneri d. hæres primi grauati.*
5 *Poſſeſſio quamuis authoritate Iudicis non citato dicto hærede dicitur vitioſa, & non manutenibilis, & num.* 6.
7 *Licentia apprehendendi bona propria authoritate conceſſa per Teſtatorem in certo caſu non extenditur ad alium.*
8 *Licentia apprehendendi bona fideicommiſſaria propria authoritate exerceri non poteſt, quando hæredi competunt, vel competere poſſunt detractiones, & num.* 11.
9 *In legitimam veniunt imputanda bona primo loco alienata de quibus nulla redditur ratio.*
10 *Creditum hæredis cum Teſtatore ex quibus dicatur, vel non ſatisfactum per imputationem fructuum, & mobilium hæreditatis.*

DECISIO CMII.

D. CHRISTOPHORVS Coſpius prętendens per mortem Thomæ Coſpij fuiſſe ad ſui fauorem purificatum fideicommiſſum cum primogenitura ordinatum ab Angelo Coſpio, impetrato mandato de immittendo ab Auditore generali Bononiæ, ingreſſus fuit poſſeſſionem bonorũ de quibus agitur, quorum pariter poſſeſſionem accepit D. Liuia Vareſia, mater, & hæres prædicti Thomæ inter quos orta ſubinde controuerſia ſuper manutentione, fuit hodie dubitatum cuinam illa eſſet concedenda, & Domini reſponderunt ad fauorem Liuiæ, quoniã eius poſſeſſio probatur ex mandato de immittendo ipſi tanquã matri, & hæredi ab inteſtato d. Thomæ à Iudice conceſſo ex inſtrumẽto adeptionis illius, ac ex alijs publicis actis relatis in eius Sum-
3 mario ſub *num.* 3. cui propterea debita eſt manutentio iux. *vulg.* §. *retinendæ inſtit. de interd. l.* 1. *ff. uti poſſidet, Rota penes ſan. mem. Gregor. XV. dec.* 582. *in princ. & paſſim in alijs.*

Neque obſtat anterior immiſſio Chriſtophoro tanquam primogenito Aſcanij vocato ad dictum fideicommiſſum Angeli in executio-

tione illius teſtamenti conceſſa, quia cum hęc
2 fuerit obtenta non citata d. Liuia hærede præ-
dicti Thomæ eius filij, qui tempore eius mor-
tis eadem bona poſſidebat, nullius omnino
eſt roboris tam ex iuris communis diſpoſitio-
ne ad *l.1. in princ. ff. quorum legatorum*, quam
municipalis Bononiæ ſub rubr. quod nullus
occupet poſſeſſ. rei hæreditar. *in §. ſtatuimus,
& §. ſi quis contrafecerit vbi Monterent. in addit. in
verb. ipſius poſſeſſionis*; & propterea non eſt ma-
3 nutenibilis eiuſdem ſubſequuta poſſeſſio ob
expreſſam d. ſtatuti reſiſtentiam, vt per *Menoch.
de retinen. remed. vlt. ſub num. 24. Rota dec. 41. ſub
num. 1. par. 1. diuerſ. & in puncto plur. relatis fuit
dictum in alia Bononien. Bonorum 3. Aprilis 1645.
coram me in princip.* Sed ea non attenta manu-
4 teneri debet hæres, vt expreſsè cauetur in eo-
dem ſtatuto in §. Et nihilominus turbata poſ-
ſeſſione &c. & reſpondit *Rot. in Bononien. pecu-
niaria coram bon. mem. Buratt. dec. 201. per totum*.
Non obſtante quod de tempore quo Chriſto-
phorus poſſeſſionem occupauit, hæreditas
Thomæ eſſet iacens, quia ſaltem deputandus
erat Curator hæreditati iacenti, eoque citato
procedendum, & aliter capta poſſeſſio quam-
uis Iudicis auctoritate cenſetur vitioſa, & non
5 manutenibilis, vt reſpondendo obiecto firma-
tum fuit *in d. Bononien. bonorum 3. Aprilis 1645.
§. non obſtat, quod tempore &c. coram me*.

Neque viſæ fuerunt applicabiles limitatio-
nes in eodem ſtatuto præſcriptæ, niſi tali oc-
cupanti, vel inuadenti, vel intranti hęreditatis
prædictæ bona, ſeu hæreditariorum bonorum
poſſeſſionem liceret ingredi lege, vel pacto,
vel licentia defuncti, vel ipſe defunctus ſe
occupantis, vel inuadentis, vel inuaden-
tis, vel intrantis nomine &c. poſſidere
&c. conſtituerit &c. Quoniam ex legis diſpo-
tione non licebat Chriſtophoro ſecũdo fidei-
cõmiſſario dd. bonorum poſſeſſionem ingredi
non citato hærede primi defuncti, *Rota penes
Card. Seraph. dec. 271. ſub num. 2. & dec. 1065. n. 3.
& dec. 520. ſub num. 5. par. 1. diuerſ. & deciſ. 115.
ſub num. 3. par. 1. & 116. num. 2. & ſeq. par. 3. rec.
ac penes ſan. mem. Greg. XV. deciſ. 206. ſub num. 5.
cum ſeq.*

Minus licebat ex pacto, vel licentia, vel
conſtituto Thomæ defuncti, quia neutrum
ex his interceſſit.

Nec ſuffragatur ad hunc effectum licentia
apprehendendi bona auctoritate propria per
dictum Angelum concesſa vocatis ad eius fi-
deicommiſſum; tum quia illa conceſſa fuit in
caſu delicti, à præcedenti vocato commiſſi ad
coercendum, ac præueniendum illius ingreſ-
ſum, vt legitur in eius Teſtamento, *verſ. Di-
7 chiaro in oltre &c.* Ideoque ad alium caſum
extendi non debet, vt in his terminis reſpon-
dit *Rot. in Rom. hæreditatis de Capizucchis 5. Iunij
1600. coram bon. mem. Card. Sacrato apud Modern.
Peruſ. de manut. dec. 385. n. 6.*

Tum quia ſtatutum illud intelligitur de li-
centia conceſſa per defunctum, de cuius hæ-
reditate agitur, qui bona poſſidebat, ſeu de-
tinebat tempore mortis, non autem de illa,
quæ legitur in teſtamentis eius Anteceſſorũ,
vt patet ex verbis ſuprarelatis, iunctis alijs pręce-
cedentibus, ibi, quæ erant per defunctum, de
cuius bonis, ſeu hæreditate agaretur, ſeu tra-
ctaretur tempore mortis ipſius poſſeſſa, vel
quaſi, ſeu detenta eſt &c. & ibi explicat *Mon-
terent. in verbo licent*.

Tum deniq; quia huiuſmodi licentia exer-
ceri non poteſt, quando hæredi competit, vel
8 competere poſſunt detractiones, tunc enim
ſuſpenditur exercitium illius donec conſtet,
quæ nam bona factis debitis detractionibus,
ſuperſint fideicommiſſo ſubiecta, ad quæ talis
facultas reſtringitur, ſicuti bene declarat *Zuc-
chard. in l. fin. ſub num. 382. C. de edict. Diu. Adrian.
toll. quem ſequitur Surd. dec. 333. num. 8. Rota d. de-
ciſ. 115. verſ. vltra quod par. 3. recen. Mareſcott. re-
ſolut. 1. num. 20. cum ſeq. lib. 1. bon. mem. Argel. de le-
git. contradict. qu. 10. art. 11. à num. 173. & ſeqq. &
fuit latè dictum in 2. deciſ. præcit. Bononien. bonorum
24. Ianuarij 1646. §. facultas autem &c. coram
me*.

Duæ autem in hoc caſu præcipuè viſę ſunt
competere detractiones ex bonis Angeli; al-
tera ſcilicet anterioris fideicommiſſi per Fran-
ciſcum illius patrem conſtituti, cuius eadem
bona remanſiſſe in hæreditate Angeli ſatis iu-
ſtificatur ex illorum deſcriptione facta prius
in inuentario hæreditario d. Franciſci, & po-
ſterius in teſtamento eiuſdem Angeli.

Neque detractio huiuſmodi colliditur ob
legitimam, & trebellianicam eidem Angelo
competentes, nam huiuſmodi quartæ redduũ-
tur illiquidæ, tam ratione dotium vxoris, &
ſex filiarum Teſtatoris, ſiue illæ ante legitimã
tamquam æs alienum detrahi, ſiue in eam
imputari debeant iuxta opiniones relatas per
Merlin. de legit. lib. 1. tit. 4. qu. 6. per tot. quam ra-
tione alienatorum nonnullorum bonorum
hæreditariorum d. Franciſci, de quibus nulla
9 redditur ratio, quæ proinde veniunt impu-
tanda in legitimam, & trebellianicam Ange-
lo debitam, *Rot. dec. 47. ſub numer. 6. & ſeqq. &
dec. 77. num. 4. par. 5. rec.*

Altera verò detractio eſt vnius crediti ſcu-
torum 3000. quod Franciſcus iunior pater
Thomæ habebat cum Angelo fideicommit-
tente, vt ipſe Angelus confeſſus fuit in eius te-
ſtamento, quod creditum ſanè incertum eſt,
an fuerit ſatisfactum per imputationem fru-
ctuum, & mobilium hæreditatis eiuſdem An-
geli, prout ipſe mandauit, tum quia adhuc
non conſtat, an hæc diſpoſitio facta fuerit fa-
uore tantum hæredi grauati, itaut in caſu re-
10 ſtitutionis poſſit etiam debita ſic ſoluta de-
trahere, ardixit *Rot. in Eſina fideicommiſſi 8. Iu-
nij 1618. coram bon. mem. Vbaldo*; vel ad fauorem
omnium vocatorum, tum quia non verifica-
tur quantitas, & valor fructuũ, & mobilium,
quæ ad eiuſdem Frãciſci iunioris manus per-
uenerunt, vt neceſſarium eſt.

Non obſtat, quod pro parte Chriſtophori
hæc omnia impugnentur, quia ſufficit, quod
Iudicis cognitionem, ac declarationem neceſ-
ſario requirat, adhoc vt illi poſſeſſionem hæ-
rede non citato apprehendere non licuerit,
cum interim certè, ac indubitatè dici non

poſſit, quod hæredi nulla competat detractio,
11 ſicuti ad effectum exercendi prætēſam licentiam, & facultatem capiendi bona auctoritate propria neceſſarium eſt, *Rot. d. deciſ. 115. part. 1. recent. & in alys in puncto relatis in d. Bonon. bonor. 24. Ianuarij 1646. §. quæ ſanè omnia &c. coram me.*

Et ità vtraque &c.

CALAGVRITANA CANONICATVS.

Lunæ 11. Decembris 1651.

A R G V M E N T V M.

habes ex Summario.

S V M M A R I V M.

1 *Remiſſoria ſine fumo veritatis materiæ articulatæ in cauſis beneficialibus non datur.*

2 *Prima Tonſura ſufficit pro obtinendo beneficio ſeu Canonicatu.*

3 *Remiſſoria non datur ad probandum id quod ex cōfeſſione partis remanet iuſtificatum.*

4 *Remiſſoria non datur quando articulus diuerſa concernit & eſt irreleuans.*

D E C I S I O DCCCCIII.

REMISSORIAM petitam à Franciſco Hieronymo Lopez Domini cenſuerunt non eſſe concedendam, non ſolum quia nullus datur fumus veritatis materiæ articu-
1 latæ ſine quo † in cauſis beneficialibus, qualis eſt iſta illa non datur *bo. me. Buratt. deciſ. 23. n. 4.* & fuit plenè comprobatum in *Cremonen. Parochialis 15. Iuny 1643. coram R. P. D. meo Cerro*; ſed etiam quia articuli deteguntur prorſus inueriſimiles, & irreleuantes.

Inueriſimiles quippè ſunt quatuor primi articuli in quibus ponitur Ioannem Fernandez de tempore mandati ad reſignandum Canonicatum, de quo agitur, & præſtiti conſenſus, habuiſſe certam, & indubitatam ſcientiā, quod dictus Franciſcus Hieronymus reſignatarius nullos adhuc ordines ſuſceperat, & ſic eſſet inhabilis ad obtinendam prouiſionem d. Canonicatus, cùm non ſit credendum quod reſignans voluerit ſe ipſum amiſſionis Beneficij periculo exponere abſque vlla reſignatarij vtilitate: Quinimo talis ſcientia in Ioanne prorſus excluditur tùm ex ipſo instrumēto mandati prædicti ad reſignandum, in quo dictus Franciſcus Hieronymus enunciatur Clericus in minoribus ordinibus conſtitutus, tum ex declaratione ab ipſo reſignāte emiſsa ſtatim ac ſciuit reſignatarium nō eſſe Clericū, videlicet, quod ipſe nunquam dediſſet mandatum ad reſignādum ſi ſciuiſſet Franciſcum Hieronymum non eſſe Clericum, de qua declaratione deponit primus teſtis in partibus examinatus.

Neque veritatis horum quatuor articulorum præbet fumum depoſitio alterius teſtis relata in Summario d. Franciſci Hieronymi ſub *num. 1.* aſſerentis quod de defectu ætatis, & ordinum d. Franciſci Hieronymi facta fuit inter partes mentio, dum tractabatur reſignatio, & propterea inter eas cōcordatum fuit, quod ſupplicaretur Sanctiſs. D. N. pro diſpenſatione, quia huiuſmodi depoſitio concernit tantummodo tempus tractatus ſuper futura reſignatione, non autem percurit, vt opus eſt, tempus mandati longè poſt dati, & conſenſus præſtiti, prout deducitur in articulis, de quo ſanè tempore reſignans iuſte potuit exiſtimare quod Franciſcus Hieronymus initia-
2 tus eſſet prima tonſura, † quæ pro obtinendo Canonicatum ſufficiebat *iux. doctr. Abb. in c. 2. in vlt. notab. de inſtit. Gratian. diſcept. 591. ſub nu. 3. verſ. imo neque Canonicatus.*

Quintus autem, & ſequentes articuli vſque ad decimum incluſiuè continentes, quod dū inter reſignantem, & reſignatarium pendebat lis in partibus ſuper executione litterarum Apoſtolicarum vigore reſignationis expeditarum fuerunt per Procuratorem reſignantis habiti recurſus ad Iudices laicos, quodque poſt incurſum in cenſuras dictus reſignans in ſacris ſe immiſcuerit, & conſequenter inciderit in irregularitatem; non meretur remiſſoriam, cum Ioannes Fernandez hæc omnia faſſus fuerit Summo Pontifici, à quo impetrauit Breue ſuper diſpenſatione, & ſic intrat
3 concluſio quod remiſſoria † non conceditur ad probandum id, quod ex confeſſione partis remanet probatum, *Rot. deciſ. 606. nu. 11. par. 5. recent.* & fuit dictum in *Senogallien. Pradij 4. Maij 1646. coram R. P. D. meo Cerro, & ſæpe in alijs.*

Vltimus tandem articulus continens expenſas factas occaſione præd. recurſuum ad laicos non concernit iuſtificationem gratiæ ſi
4 neutri, de qua hodie agitur † & proinde irreleuans eſt *Rot. penes Duran. deciſ. 121. ſub num. 1. verſ. remiſſoriam autem.* Vltraquod d. prætenſæ expenſę faciliùs poſſunt iuſtificari per ſcripturas quam per teſtes.

Et ita vtraque &c.

PAMPILONEN. PAROCHIALIS.

Veneris 19. Ianuarii 1652.

A R G V M E N T V M.

Abſolutioni quando ſit locus ob renunciationem recurſibus, & adimplementum omniū contentorum in breui pro abſolutione à Sanctiſs. impetrato.

S V M M A R I V M.

1 *Abſolutio cum diſpenſatione ab irregularitate non denegatur quando conſtat de adimplemento omnium contentorum in Breui Apoſtolico.*

2 *Inſordeſcentia exceptio ſine perſeuerantia in excommunicatione ex proteruia non datur.*

Cla-

3 *Clauium contemptus non conſideratur ſine volunta-
te expreſſa, quod parere nolit.*
4 *Tempus quando eſt de ſubſtantia eſt perneceſſe pro-
bandum.*

DECISIO DCCCCIV.

DOMINICVS de Legarra pro obtinenda
abſolutione à cenſuris, in quas incur-
rerat propter recurſus ad Iudices laicos per
ipſum habitos, impetrauit à Sanctiſs. Breue
Rotæ directum cum clauſulis, renunciato
prius recurſibus, ſine litis, ac litigantium præ-
iudicio, & dummodo propter hoc nullum
ius de nouo ipſe acquirat, ſed quia poſt ob-
tentum huiuſmodi Breue fuit oppoſitum per
Ioannem Lopez denuo Dominicum contra-
xiſſe irregularitatem, eo quia celebrauerit
miſſas, ideo ipſe impetrauit ſecundum Breue,
quo mihi præſentato propoſui dubium; An
dicta Breuia ipſi ſuffragentur, & fuit reſpon-
1 ſum affirmatiuè; nam cùm ipſe † renuncia-
uerit recurſibus, & adimpleuerit omnes alias
conditiones in illis appoſitas; abſolutio cum
diſpenſatione ab irregularitate ei denegari nõ
poteſt iuxta facultatem in eiſdem Breuibus
Apoſtolicis conceſſam, vt dixit *Rot. in Calagu-
ritana de Brentinilla* 19. *Iunij* 1603. *coram bon. me.
Sacrato in Regien. Capella* 1. *Iulij* 1630. *coram bo.
mem. Pirouano, & Pampilonen. Electionis* 11. *Maij*
1640. *coram me.*

Neque ſubſiſtit obiecta inſordeſcentię ex-
2 ceptio, quia Dominicus non perſeuerauit in
excommunicatione ex proteruia, ac pertina-
cia, vt requiritur *cap. cum bona mem. de ætat. &
qualit. cap. fin. verſ. dummodo,* & ibi *gloſſ. pen. & fin.
ac DD. de Cler. excomm. cap. cum contumacia de hæ-
ret. in* 6. *Sayr. de cenſur. lib.* 2. *cap.* 10. *ſub num.* 6.
Theſaur. de pœn. Ecc. par. 2. *in verbo inſordeſcentia
cap.* 1. *ad fin.* Imo ipſe monitus ſtatim procu-
rauit abſolutionem.

Eoque minus ſubſiſtit obiectus clauium
3 contemptus, qui † tunc conſideratur quando
voluntas in hoc dirigitur, vt quis parere no-
lit; eo quia legis, vel legislatoris poteſtatem
ſpernit, quod ſi ex alia cauſa licet iniuſta non
obtemperet non dicitur claues contemnere,
vt poſt *D. Thom. in ſumma* 2. 2. *quæſt.* 186. *art.* 9.
benè explicat *Alter. de cenſur. tom.* 1. *diſput.* 12.
lib. 1. *cap.* 6. *verſ. eſt ergo tertia contemptus ſignifica-
tio propria & diſput.* 22. *lib.* 5. *cap.* 6. *lit. E.* & in
ſpecie reſpondit *Rot. in Oſcen. Archidiaconatus* 16
Maij 1603. *coram bon. me. Card. Lancell. inter crim.
Farinac. deciſ.* 196. *ſub num.* 3.

Præterea non obſtat quod dicatur prædictũ
Dominicum poſt ſecundum Breue miniſtraſ-
ſe adhuc in ordinibus ſacris ac celebraſſe, &
propterea grauiorem culpam incurriſſe; Quo
4 niam hoc † non probatur, cum nulli teſtes
deponant illum celebraſſe, vel in ordinibus
ſacris ſolemniter miniſtraſſe poſt dictum tem
pus, vt neceſſarium eſſet, *l. matrem* 17. *de probat.
gloſſ. in l. cum actum, in verb. non poteſt, vbi Bart. &
alij DD. ff. de negot. geſt. Burat. deciſ.* 175. *num.* 17.
deciſ. 589. *num.* 4. *& deciſ.* 686. *nu.* 5. Atteſtationi-
bus vero quorundam teſtium id affirmantiũ,
Ioannes Aduerſarius declarauit ſe nolle vti,
vt conſtat ex actis publicis relatis in *Summar.
num.* 11.

Et ità vtraque &c.

LEODIEN. CANONICATVS.

Veneris 19. *Ianuarij* 1652.

ARGVMENTVM.

Litteræ Apoſtolicæ quando ſunt iuſtificatæ de-
bent executioni demandari.

SVMMARIVM.

1 *Vacatio de iure ſufficit licet non vacauerit de
facto.*
2 *Ordinarius pendente lite inter prouiſos prouidendo
attentat.*
3 *Ordinarius vt non attentet prouidendo lite pendente
requiritur pacifica eius poſſeſſio.*
4 *Clauſula cum facultate manutenendi quem de iure
ſuſpendit effectum decreti de manutenendo.*
5 *Papa concurrit cum quolibet ordinario, & concurren
do non facit illi iniuriam.*
6 *Collatio nulla vacationem non conſumit.*
7 *Papa poteſt abrogare prouiſiones aliorum collato-
rum.*
8 *Prouiſio non poteſt ſuſtineri alio titulo, quam quo
facta fuit.*
9 *Clauſula, dummodo, tempore datæ præſentium non
ſit in eis alicui ſpecialiter ius quæſitum, præſeruat
tantum ius validum non autem inualidum.*
10 *Clauſula, dummodo non poteſt referri ad collationes
ſeù prouiſiones, quas Summus Pontifex expreſsè
abrogauit.*

DECISIO DCCCCV.

PER obitum Gulielmi Peumans extra Cu-
riam Romanam de menſe Auguſti 1650.
defuncti vacauit Canonicatus in Eccleſia
Collegiata Tongren de collatione illius Præ-
poſiti, vertente tunc lite ſuper dicta Præpoſi-
tura inter DD. Arnoldum ab Hoensbrouck,
& Laurentium Mean, de illo fuit à Sede Apo-
ſtolica prouiſus Paulus Fiſen Cancellarię Of-
ficialis, inter quem, & Ioannem Gauerenne
prouiſum à dicto Arnoldo, & Ioannem Peu-
mans prouiſum à D. Internuntio à Rota de-
putato in ſequeſtratarium orta lite, contigit
hodie dubitari, an litteræ Apoſtolicæ ſuper
prouiſione Pauli emanatæ ſint iuſtificatæ, ita
vt ſit locus illarum executioni, & Domini
affirmatiuè reſponderunt; eo quia vacatio
1 dicti Canonicatus † in illis narrata iuſtificatur
de iure, quod ſufficit *iuxt. tex. in cap. ſi tibi ab-
ſenti, & in cap. licet Epiſcopus de præb. in* 6. *Lap. al-
leg.* 16. *ſub num.* 1. & ibi *Mandoſ. in addit. Rot. penes
ſa. me. Greg. XV. deciſ.* 153. *n.* 6. *Lotther. de re beneſic.
lib.* 3. *q.* 8. *ſub n.* 24.

Siquidem certum eſt, quod dicta lite pen-
2 dente † inter prædictos prouiſos tam in peti-
torio,

torio, quam in poſſeſſorio non potuit Arnol-
dus tanquam Præpoſitus dictum Canonicatũ
conferre citra vitium attentatorum *cap. non ſo-
lum de appell. interp. Lancell. de attent. par. 2. cap. 4.
de attent. lit. pend. n. 640. & 650. Caualer. deciſ. 175.*
3 *num. 2.* cum † ad dictum effectum neceſſaria
eſſet pacifica eius poſſeſſio *Garz. de benef. par. 5.
cap. 6. num. 22.* & alijs relatis probat, *Lotther. de
re benef. lib. 2. q. 34. num. 25.* etiam ſi lis eſſet ſu-
per ipſa Præpoſitura, quoniam ius conferen-
di eſt in fructu, & conſecutiuum, ſeù acceſ-
ſorium ad illam *Garz. de benef. ead. par. 5. cap. 6.
num. 24. Rot. deciſ. 6. num. 7. & ſeqq. par. 2. diuerſ. in
Calaguritana beneficij de Autol* 19. *Aprilis* 1613.
coram Sacrato.

Nec releuat adhunc effectum decretum ma
nutentionis ad eius fauorem prolatum, quia
cum fuerit ab eo appellatum pro parte Lau-
rentij, & appellationis cauſam Signatura cõ-
4 miſerit † cum facultate manutenendi quem
de iure remanſit ſuſpenſus illius effectus, do-
nec per Iudicem ad quem, fuerit declaratum
quis ſit manutenendus, eſto quod alias ab
huiuſmodi decretis non ſoleat concedi appel-
latio ſuſpenſiua, *Buratt. deciſ. 902. num. 2. Duran.
deciſ. 96. num. 4. & deciſ. 191. num. 5.* & in alijs re-
latis in *Toletana matrimonij 20. Iunii* 1645. *in §.
ſecundo quia, & in §. fin. coram R. P. D. meo Corra-*
5 *do.* Quare Summus Pontifex iure ſuo vtens,
interea iuſtè prouidit, Collatorem Ordinariũ
præueniendo *cap. ſi à ſede, & cap. dudum §. hoc
igitur de præb. in 6. Rot. penes Greg. deciſ. 221. nu. 9.
& Duran. deciſ. 306. num. 7.* Ideoque non obſtat
prædicta collatio antea facta per Arnoldum
ad fauorem Ioannis, cum ſubſecuta illius poſ-
6 ſeſſione non ſolum, quia nullius † fuit mo-
menti (vt dictum eſt) nec vacationem con-
ſumpſit *Rot. dec. 102. lib. 1. par. 3. diuerſ.* & probat
Lotther. de re beneficiar. lib. 3. q. 20. ſub num. 118.
verum etiam quia illa, & altera facta ab In-
ternuntio vti Sequeſtratore, à Summo Ponti-
7 fice † fuit ſpecialiter abrogata in dictis litte-
ris prouiſionis Pauli, vt in eis legitur, *verſ. nec
non quamcumque prouiſionem &c.* cum clauſula
anteferri, derogatione regulæ de Iure quæſito
non tollen. *cap. quodam de præb. in 6. cap. auctori-
tate de conceſſ. præbend. Pen. deciſ. 17. num. 8.*

Minus obſtat, quod Arnoldus poſſederit
tanquam adminiſtrator auctoritate Apoſto-
lica deputatus, tùm quia illius deputatio ad
tempus limitatum ſex mēſium facta fuit ſub
die 25. Auguſti 1646. ad quod tempus eſt etiã
limitatum ipſummet Indultũ Sixti V. à quo
Nuntius facultatem habet, atque vltra idem
tēmpus minimè extendibile, quod quidem
tempus iam diù expirauerat, & ipſamet de-
putatio pariter ceſſauerat, tùm quia ex eodem
inſtrumento collationis ab ipſo factæ ſub d.
num. 4. conſtat illum auctoritate ordinaria
proceſſiſſe, vt legitur in litteris per ipſum ex-
peditis, ibi (quorum collatio, prouiſio, ſeù
quæuis alia diſpoſitio ad nos, vt dictæ Eccle-
ſiæ Tangren Præpoſitum manutentum pro
hac vice ſpectare, ac pertinere dignoſcuntur,
tibi &c. cõferimus, & prouidemus &c.) Ideo-
8 que † non poteſt alio titulo ſuſtineri ad *l. con-
tinuus §. cum ità in fin. vbi gloſſ. in verb. nullus, &
DD. ff. de verbor. oblig. cap. cum ſuper de offic. dele-
gat. Caſſad. deciſ. 7. num. 2. & 5. de appell. Vant. de
nullit. ex defectu Iuriſd. num. 174. Crauett. conſ. 284.
numer. 5. Coccin. deciſ. 378. numer. 15. & ſæpè in
alijs.*

Denique non obſtat clauſula, dummodo
9 tempore datæ præſentium non ſit in eis ali-
cui ſpecialiter ius quæſitum, in eiſdem litte-
ris prouiſionis Pauli poſita, quia vltra quod
huiuſmodi clauſula præſeruat tantum ius va-
lidum, atque canonicum, non autem inuali-
dum, & inefficax, quale Ius Ioannis ex præ-
dicta collatione Arnoldi deductum, ſupra
probatum fuit, *Seraph. deciſ. 1498. num. 4. & de-*
10 *ciſ. 250. nu. 46. par. 7. recent.* referri † non poteſt
ad ius proueniens ex prouiſionibus Electorũ
ad Præpoſituram collitigantium vel alterius
ex eis, ſiuè Sequeſtratarij quas paulo ſupra
Summ. Pontific. expreſsè abrogauit, atque
in hac vacatione locum habere noluit, ſed ad
illud tantum, quod ex alijs cauſis non abro-
gatis competere potuiſſet, vt benè reſpon-
dit, *Rota in Parmen. Beneficii 21. Aprilis* 1589. *co-
ram Penia d. deciſ. 17. num. 8. & deciſ. 549. num. 7. &
ſeqq. par. 5. tom. 2. rec.*

Et ita Paulo Fiſen, & Ioanne Cauerenno in-
formantibus, & Ioanne Pecmans informare
recuſante reſolutum &c.

CALAGVRITANA BENEFICII DE LOGRONO.

Mercurij 22. Ianuarii 1652.

ARGVMENTVM.

Conſtitutio Clementis Papæ VIII. ſuper Colla-
tione beneficiorum Diœceſis Calaguritanæ
in ea parte, in qua remouet appellationem, &
recurſum, an procedat quando fuit iudiciali-
ter proceſſum per concurſum.

SVMMARIVM.

1 *Appellari poteſt à relatione examinatorum in be-
neficiis ſimplicibus, quando vigore alicuius con-
ſtitutionis particularis prouidentur per concur-
ſum.*

2 *Conſtitutio Clementis VIII. ſuper collatione bene-
ficiorum Calaguritana Diœceſis in ea parte in qua
remouet appellationem, non procedit quando fuit
iudicialiter proceſſum per concurſum.*

3 *Appellatio cenſetur admiſſa ad vtrumque effectum
quando Signatura ſimpliciter appellationis cauſam
commiſit.*

5 *Attentata redduntur geſta pendente termino ad ap-
pellandum.*

5 *Poſſeſſio vitioſa, eſt ſequeſtranda.*

DECISIO DCCCCVI.

VACANTE Beneficio in Eccleſia Paroc-
chiali S. Iacobi loci Logroni Calagurit.
Diœc. illoque poſito in concurſu iuxta di-
ſpoſi-

ſpoſitionem Motus proprij ſa. me. Clementis VIII. Petrus Ximenez, Io: Baptiſta Cortex, pluresque alij filij patrimoniales d. loci ſe illi oppoſuerunt, quos omnes cum ordinarius Calaguritanus legitimos oppoſitores per ſententiam definitiuam declaraſſet, ac Examinatores Synodales (ad quos fuerant remiſſi) pariter omnes æquè idoneos ad curam animarum retuliſſent; Beneficiati, præuio ſolito mandato, ad illud præſentarunt Ioannem Baptiſtam Cortex, quem Ordinarius inſtituit, litteraſque prædictæ inſtitutionis, ac collationis eidem conceſſit Petrus autem Ximenez prætendens, tàm d. Ioannem Baptiſtam, quàm omnes alios oppoſitores non eſſe habiles ad curam animarum, à dicta relatione infra decendium appellauit, cauſamque appellationis per Signaturam ſimpliciter in Rota committi obtinuit, vnde propoſito dubio, An geſta infra d. terminum ſint attentata, itaut ſit apponendum ſequeſtrum, Domini affirmatiuè reſponderunt nam cum non poſſit controuerti, quin fuerit in huiuſmodi concurſu iudicialitèr proceſſum iuxta formam *cap. fin. de elect. in* 6. & d. motus proprij Clem.
1 VIII. bene licuit Petro appellare † à prædicta relatione, cum in his beneficijs ſimplicibus non procedat diſpoſitio S. Concilij *ſeſſ.* 24. *de reform. cap.* 18. *in* §. *in omnibus &c.* Neque conſtitutio ſa: me. Pij V. incipien. in conferendis in ordin. 33. Bullar. par. 2. vt reſpondit *Rota in Calaguritana Beneficij dec.* 10. *p.* 2. *diuerſ.* & deinde ſæpius ſecuta fuit, vt habetur *in deciſ.* 515. *Greg. XV. vbi Add.* & latè comprobat *Gozal. ad reg.* 8. *in annot. ſuper nullit. num.* 184. *& ſeqq.*
2 Conſtitutio † autem prædicta Clem. VIII. in ea parte, in qua remouet appellationem, & recurſum, non procedit in his caſibus, in quibus fuit iudicialiter proceſſū, prout hactenus fuit per Rotam interpretata, vt habetur *in deciſ.* 691. *num.* 2. *par.* 3. *recent. & in Calaguritana Beneficij de Cornago* 24. *Ian.* 1642. *coram Reuerendiſſimo Carillo in Calaguritana Beneficij de la Reyna* 15. *Decembris* 1645. *&* 11. *Decembris* 1647. *coram Reuerendiſs. D. Terracinen.* & latè comprobat *Moder. de re benef. lib.* 2. *qu.* 13. *num.* 34. *& ſeqq.* Et prædicta tantò magis procedunt in præſenti
3 caſu ex quo cauſa † appellationis per Signaturam ſimpliciter commiſſa fuit, vt aduertit *Rota penes Buratt. deciſ.* 902. *num.* 2. *vbi Add.* refert concordantes, *& bo. me. Vrgellen. deciſ.* 191. *num.* 5. *& ſeqq. & in Salernitana Iuriſpatronatus* 4. *Iunij* 1642. *coram R. P. D. meo Royas*, & propterea cum à prædictis licuerit appellare, ſequitur quod mandatum de præſentando, ac inſtitutio, ſiuè collatio in perſonam d. Ioannis
4 Baptiſtæ † tanquam facta pendente termino decem dierum ad appellandum conceſſo nulla fuerunt ipſo iure, ac attentata *cap. non ſolum de appell. in* 6. *Lancellott. de attent. par.* 2. *cap.* 11. *ſub num.* 17. *& ſeqq. Rota penes Seraph. deciſ.* 598. *& deciſ.* 1383. *num.* 1. *bo. me. Vrgellen. deciſ.* 86. *per tot. &* 160. *ſub num.* 1. *Coccin. deciſ.* 265. *num.* 1. *& in rec. deciſ.* 682. *num.* 1. *&* 4. *par.* 1. *& deciſ.* 586. *ſub num.* 1. *& ſeqq. per tot. par.* 2. *& deciſ.* 507. *ſub nu.* 7. *& deciſ.* 565. *num.* 2. *par.* 4. *& deciſ.* 197. *ſub. num.* 2.
5 *par.* 5. Ac proinde † apponendum eſt ſequeſtrum iuxta praxim in hoc S. Tribunali receptam, nè attentans gaudeat commodo vitioſæ poſſeſſionis *iux. notat. per Archidiac. in cap. quia res ſub num.* 9. *&* 11. *qu.* 1. *Rota penes Caſſador. deciſ.* 3. *ſub num* 6. *de reſtit. ſpol. Verall. deciſ.* 157. *par.* 3. *Cæſar. de Graſſ. deciſ.* 2. *ſub num.* 1. *de appell. & Seraph. deciſ.* 598. *ſa: me: Gregor. XV. deciſ.* 91. *&* 251. *Reuerendiſs. Vrgellen. deciſ.* 777. *num.* 6. *& in recent. deciſ.* 79. *par.* 2. *& d. deciſ.* 685. *par.* 3. *cum alijs relatis in Mediolanen. beneficij* 17. *Decembris* 1640. *coram R. P. D. meo Bichio, & in Cremonen. Præpoſituræ* 27. *Iunij* 1644. *coram R. P. D. meo Corrado.*

Et ità vna tantum parte Informante &c.

NEPESINA CASTRI FILACCIANI.

Merc. 24. *Ianuarij* 1652.

ARGVMENTVM.

Reintegratio non venit concedenda in iuribus renunciatis ab Auctoribus petentis, aut in iuribus iam tranſactis in alium.

SVMMARIVM.

1 *Poſt renunciationem non poteſt agi de ſpolio, nec peti reintegratio per ſucceſſores renunciantis.*
2 *Implementum ſemper præſumitur ex longo temporis ſpatio.*
3 *Factum pro executione laudi habet vim tranſactionis, & ſic ad implementum agi debet non ad reſciſſionem contractus.*
4 *Reſeruatio iurium talium, qualium non operatur ſi hac plenè renunciata ſint.*
5 *Deliberatio, & adiudicatio in ſatisfactionem crediti extinguit ipſo iure præcedens pignus mutando cauſam poſſeſſionis in titulum dominij, & facit ceſſare reintegrationem num.* 6. *&* 7.
8 *Poſſeſſio actualis, apprehenſio, recognitio in Dominum, & alia in executionem geſta faciunt reſultare etiam deliberationem, adiudicationem, & conſignationem.*
9 *Deliberatio, Adiudicatio, & ſimilia interueniſſe præſumuntur ex longo temporis ſpatio, precipuè cum crediti ſumma excedat rem deliberatam n.* 10.

DECISIO DCCCCVII.

NON acquieſcente D. Don Hipolyto Maria Vrſino ſententiæ A. C. qua fuit pronunciatum nullam ipſi competere reintegrationem ſuper Caſtro de quo agitur, cauſaque per appellationem ad Rotam delata propoſui dubium. An huiuſmodi reintegratio veniat ipſi concedenda, & Domini ex duplici fundamento negatiuè reſponderunt.

Primò quia Ioannes Franciſcus, & Vrſus eius filius à quibus cauſam habet mediante perſona Antimi d. D. Hipolytus, ceſſerunt, & renunciarunt Comiti Nicolao alteri filio eiuſdem Ioannis Franciſci præſenti, & acceptanti omnia, & quæcumque iura, quæ illis competerent, ſeu competere poſſent in dicto

Caſtro,

Caſtro, vt conſtat ex publico Inſtrumento ce-
lebrato ſub die 3. Ianuarij 1558. ac proinde
1 ceſſat † ſpolium, & perconſequens reintegra-
tio prętenſa ab ipſo D. Hipolyto, cuius au-
ctores proprijs iuribus renunciarunt, eaque
in alium tranſtulerunt, vt notant DD. *in cap. ſæpè, & Abb. in cap. ſollicitè de reſtit. ſpol. Socin. in l. rem, quæ nobis ff. de acq. poſſ.* & reſpondit *Rot. in Beneuentana Spoly* 10. *Martii* 1614. *coram bo. me. Card. Veroſpio, & penes Buratt. deciſ. 301. num. 1. & deciſ. 169. num. 7. & deciſ. 623. per tot. par. 1. recent.*
ac ſępè in alijs.

Non obſtat quod renunciatio prædicta di-
catur facta, vt renunciantes gaudere poſſent
beneficio laudi de anno 1558. prolati per Du-
cem Paliani, & Camillum de Vrſinis arbi-
tros deputatos pro ſedandis differentijs, & di-
ſcordijs, quæ tunc inter eaſdem partes verte-
bantur, quod laudum prætenditur deinde
non fuiſſe pro parte d. Com. Nicolai adim-
pletum, quia non ideò ceſſat prædictæ renun-
ciationis vigor, tùm quia cum à die lati dicti
laudi, vſque ad diem motæ pręſentis litis ef-
2 fluxerint 93. anni ex d. temporis † lapſu præ-
ſumitur implementum *Dec. conſ. 375. numer. 3. Alex. conſ. 79. num. 4. & ſeqq. tom. 1. Surd. conſ. 447. num. 36. verſ. tertiò dico Caſtren. conſ. 202. numer. 3. Seraph. deciſ. 1336. ſub num. 2. Rota deciſ. 221. nu. 3. & 4. par. 4. diuerſ. & in recent. deciſ. 441. num. 12.*
3 *par. 5. tom. 2.* Tùm quia illa † tanquam facta
pro executione dicti laudi, vim tranſactionis
habebat, à qua ob non implementum recedi
non poterat, ſed pro illius effectuatione agen-
dum erat *cap. 1. de tranſact. l. ſi pro fundo C. de tranſact. vbi Alex. num. 2. & Iaſ. num. 7. idem Alex. in l. cum proponas la 2. num. 4. C. de pact. Suarez alleg. 19 num. 22. Miſinger. conſ. 45. num. 11. Surd. d. conſ. 445. num. 39. & deciſ. 256. num. 16. Seraph. deciſ. 1243. & deciſ. 1275. Buratt. deciſ. 464. num. 7. Caualer. deciſ. 276. num. 1. & ſeqq. & Rota deciſ. 221. num. 12. par. 4. diuerſ. & deciſ. 131. num. 4. par. 3. tom. 3. recen.*

Neq; repugnat altera conuentio inter eaſ-
dem partes, intuitu Sereniſſimi Magni Ducis
ſubſecuta ſub die 1. Iunii 1576. quia in ea
tantummodò reſeruantur iura, ſi quæ filijs
prædicti Com. Vrſi tunc competebant ſuper
d. Caſtro, talia qualia erant, non autem de-
nuò conceduntur, vt in ea legitur, *in verſ. declarantes expreſſè &c.* Atque ideò cum illa
prius à Patre, & Auo fuiſſent planè renun-
4 ciata, nihil operatur huiuſmodi † reſeruatio
Felin. in cap. inter monaſterium ſub num. 3. de ſent. & re iudic. Angel. in l. omnes C. de præſcrip. 30. vel 40. ann. Dec. conſ. 516. num. 19. Ruin. conſ. 99. num. 10. vol. 1. Aym conſ. 127. num. 7. in fin. Rota penes Gregor. XV. deciſ. 85. nu. 23. & ſeqq. & deciſ. 347. nu. 16. & in recent. deciſ. 202. num. 6. & deciſ. 270. num. 8. par. 4. tom. 1. & deciſ. 559. num. 4. eadem part. tom. 3.

Alterum fundamentum, quo mouebantur Domini, conſiſtit in eo, quod licet prædictum Caſtrum de anno 1556. conceſſum fuerit D. Helenæ Vrſinæ ex remedio Saluiani interdicti, vt ex illius redditibus ſatisfieret pro ſumma ſibi debita, poſtea tamen de anno 1564. ſub die 25. Maii vigore ſpecialis commiſſionis Summi Pontificis fuit d. Helenæ
5 deliberatum † atque adiudicatum in ſatisfa-
ctionem d. eius crediti pro concurrenti quan-
titate ſc. 5000. & ipſa eius poſſeſſionem ap-
prehendidit, & recognita fuit in Dominam,
& propterea extinctum remanſit ipſo iure
præcedens pignus *l. ſi rem ff. de pignor. act. & in l. neque pignus ff. de reg. Iur. in l. penult. in fin. ff. de except. rei iudic. & in l. eleganter vbi Bart. & Bald. ff. de pignor. Sard. deciſ. 113. num. 2. Rota deciſ. 143. n. 3. par. 2. diuerſ. & in rec. deciſ. 278. num. 21. & dec. 347.*
6 *num. 6. par. 5.* & ex eo inſtanti mutata † atque
transfuſa fuit illius poſſeſſionis cauſa in pin-
guiorem, & fauorabiliorem dominii titulum
ſuperuenientem *ad text. in l. 3. §. quod fideicommiſſum ff. de hæred. inſt. & in l. fundo, ibique gloſſ. in verbo intelligitur ff. ad l. falc. & theor. Bald. in l. 2. ſub num. 63. C. de ſeru. & acq. cum alijs relat. in d. deciſ. 143. num. 1. & ſeqq. par. 2. diuerſ. & deciſ. 97. num. 7. & ſeqq. confir. in deciſ. 108. par. 5. rec. & penes Buratt. deciſ. 127. num. 18. & Duran. deciſ. 419.*
7 *ſub num. 8.* Ac proinde ceſſat petita † reinte-
gratio *arg. l. bona fides, verſ. ſi totius rei æquitatem cum ibi notat. C. de acq. poſſeſſ. Bart. in l. rem quæ nobis, vbi Socin. num. 12. ff. eod. tit. Socin. Iun. conſ. 47. num. 25. & conſ. 48. in fin. lib. 2. Nat. conſ. 188. in fin. lib. 1. Caſal. conſ. 4. num. 1. & conſ. 100. num. 2. Rota penes Creſcent. deciſ. 5. ſub num. 3. de reſtit. ſpol. cum alijs relat. in Tiburtina Caſtri S. Angeli* 11. *Martij* 1650. *coram R.P.D. meo Melsio.*

Non obſtat, quod ex Inſtrumento cele-
brato de d. anno 1564. die 25. *Maij*, & alijs
actibus non iuſtificetur actualis deliberatio,
& conſignatio bonorum auctoritate Iudicis
facta, ſed potiùs decretum de deliberando,
& conſignando &c. Quia (præterquod ex to-
to eiuſdem Inſtrumenti contextu attentè per-
penſo, ac cæteris in eius executionem geſtis,
8 nempè actualis † poſſeſſionis apprehenſione,
& recognitione in Dominam, vera, & realis
adiudicatio, deliberatio, & conſignatio reſul-
9 tat ex ſupra allegatis) adhuc etiam † ex dicti
temporis curſu præſumitur interueniſſe *Rota penes Seraph. deciſ. 242. num. 4. Maſtrill. deciſ. 287. num. 71. & ſeqq.* & latè *in ſupracit. deciſ. 143. nu. 8. par. 2. diuerſ. & in rec. deciſ. 441. nu. 12. par. 5. tom. 2.* & comprobatur ex traditis *per Caſtill. deciſ. 27. num. 1.* eoque magis cum ex prædictis appareat creditum d. D. Helenæ valorem † eiuſdem Caſtri exceſſiſſe *Put. deciſ. 275. num. 2. lib. 2. & Seraph. deciſ. 358. num. 1. & ſeq.*

Et ità vtraque &c.

CALAGVRITANA BENEFICII DE ZERBERA.

Lunæ 26. Februarij 1652.

Argumentum ex Summario.

SVMMARIVM.

1 *Beneficia Calaguritanæ Diœceſis ſunt conferenda digniori, & recenſentur nonnullæ qualitates ad d. effectum.*

2 *Conſtitutio Clem. VIII. ſuper collatione beneficiorum*

rum

rum Calaguritana Diœceſis nõ habet locum quando à relatione examinatorum fuit appellatum in tempore.

3 *Præſentatio facta infra tempus ad appellandum dicitur nulla, & attentata.*

4 *Præſentatio, & inſtitutio non debent attendi quando proceſſerunt intra tempus ad appellandum, & beneficium remanet vacans, & loco arbitrij beneficiatorum ſuccedit arbitrium Rotæ.*

DECISIO DCCCCVIII.

POSITO in concurſu iuxta diſpoſitionem motus proprij Clem. VIII. quartò beneficij vacante in Eccleſia Parochiali SS. Annæ, & Egidij Oppidi de Zerbera Calag. Diœceſ. inter alios filios patrimoniales d. loci, ſe illi oppoſuerunt Ioannes Zimenez, & Didacus Manriquez, & ipſorum quolibet ab examinatoribus Synodalibus approbato; Beneficiati præuio ſolito mandato, ad illud præſentarunt d. Didacum, quem Ordinarius inſtituit. Verum quia à prędicta relatione examinatorum Ioannes Zimenez infra decendiũ appellauit, cauſamque appellationis ſimpliciter in Rota per Signaturam committi obtinuit, propoſui dubium; An, & cui dictum beneficium veniat adiudicandum, & fuit reſolutum ad fauorem Ioannis informantis, cum ipſe non ſolum habeat requiſita d. motus Clementis pro aſſequendis huiuſmodi beneficijs, verum etiam ſit dignor Didaco colligante, cęteriſq; alijs oppoſitoribus; Quandoquidem ex datis in eius Summario conſtat
1 ipſum eſſe † ętate maiorem, Presbyterum, Curatum, licentiatum, ac pauperem, quæ qualitates cum deficiant in alijs meritò in huiuſmodi adiudicatione venit illis præferendus *cap. ſi forte 65. diſtinct. cap. licet ergo 8. qu. 1. Rota in Calaguritana beneficij de Logrono 27. Aprilis 1646. coram R. P. D. meo Royas in Calaguritana beneficij de la Caſa de la Reyna 4. Iulij 1646. coram R. P. D. meo Veroſpio, in Calaguritana beneficij 27. Nouembris 1648. coram R. P. D. meo Bichio, in Calaguritana beneficii de Banares 11. Decemb. 1651. coram Eminentiſs. Otthobono, & ſepè in aliis.*

Non obſtat quod Didacus, vltra approbationem examinatorum Synodalium habebat præſentationem Beneficiatorum, cuius vigore fuit inſtitutus ab Ordinario habente legem ſibi prefixam in d. Conſtitutione Clem. VIII. vt debeat inſtituere illum, quem ex approbatis ſibi præſentauerint Beneficiati; Quoniam
2 d. Conſtitutio † non habet locum quando à relatione examinatorum infra legitima tempora fuit appellatum, cum in eo caſu non liceat Beneficiatis ampliùs præſentare propter appellationem, & litis pendentiam *cap. 2. vt lit. pendent. in 6. Garz. de benef. par. 5. cap. 9. nu. 218. Lotther. de re beneficiar. lib. 2. qu. 20 num. 2. & ſeqq. Caualer. deciſ. 556. num. 1. relat. in Calaguritana Beneficij* de la Caſa de la Reyna *27. Martij 1648. coram Reuerendiſs. Terracinen.* & quatenùs præ-
3 ſentent, pręſentatio † non debet attendi, cum ſit nulla, & attentata, cum fuerit facta intra terminum à Iure permiſſum ad appellandum *Rota in Calaguritana beneficij 27. Nouemb. 1648. coram R. P. D. meo Bichio, in Calaguritana de Logrono 29. Ianuarij 1651. coram R. P. D. meo Veroſpio, & in alia ſimili 24. Ianuarij 1652. coram me;* Et propterea cum in præſenti caſu tàm præ-
4 ſentatio, quàm inſtitutio † habeantur acſi non eſſent factæ, & beneficium remaneat vacans, loco arbitrij Beneficiatorum ſuccedit arbitrium Sac. Rotæ, vbi pendet cauſa appellationis *iux. text. in Clem. Auditor de reſcript.* & in puncto reſpondit *Rota in Calaguritana Beneficij* de la Caſa de la Reyna 16. *Ianuarij 1647. coram R. P. D. meo Bichio, & in alia ſimili 27. Mar. 1648. coram Reuerendiſs. Terracinen.* & perconſequens Ioanni vti dignori beneficium venit adiudicandum, etiamſi non fuerit à Beneficiatis pręſentatus, quia de iure ipſe debet alijs præferri ex ſupra allegatis.

Et ita &c.

ROMANA ALIMENTORVM.

Ven. 1. Martij 1652.

ARGVMENTVM.

In qua ſumma, & à quibus ſint pręſtanda alimenta, & ſumptus litis pauperi litiganti bonum ius habenti.

SVMMARIVM.

1 *In alimentorum taxatione, Iudex debet attendere facti circumſtantias.*

2 *Nobilitas attendi debet in alimentorum, & dotis taxatione.*

Limita in alimentis ſubſidiarijs pendente lite colligitanti præſtandis, in quibus ſola neceſſitas attenditur, & num. 3.

4 *In alimentis attendi debent diuitiæ præſentes, non autem ſtatus antiquus.*

5 *Alimenta præſtari debent à creditoribus diuitibus non pauperibus in concurſu.*

6 *Alimẽta quare perſolui debeant à creditoribus tàm diuitibus, quàm pauperibus pro rata eorum crediti.*

7 *Alimentandus poteſt experiri contra quemlibet, vel contra omnes creditores pro alimentis præſtandis.*

Declara d. concluſionem procedere quando alimenta ſunt debita in ſpecie, qualia ſunt illa, quæ præſtãtur ad menſam, ſecus verò quando alimenta veniunt præſtanda in pecunia, quo caſu de facili exactio fieri poteſt ab omnibus Creditoribus & num. 8.

9 *Præſtatio alimentorum in genere continet indiuiduã facti obligationem, ſecus verò in preſtatione pecuniarum, quæ eſt diuidua.*

10 *Expenſæ litis debentur pauperi habenti fumum de bono iure ſuo.*

DECISIO DCCCCIX.

DOMINA Anna Maria de Comitibus poſt obitum Ducis Camilli eius Patris pro conſtitutione ſuæ dotis intentauit iudiciũ in Congregatione Baronum ſuper pretio bonorum

norum fideicommiſſariorum tàm Ioannis;
quàm Federici eius aſcendentium, diſtributo
inter Creditores eiuſdem Ducis, quæ Con-
gregatio pronunciauit dotem ipſi deberi in
ſumma ſc. 13. mil. ſuper d. pretio diſtributo,
à qua ſententia per Creditores interiecta ap-
pellatione, & cauſa in Rota commiſſa à Si-
gnatura Sanctiſſimi cum clauſula *ſubminiſtra-
tis alimentis arbitrio Rota taxandis*, propoſui du-
bium ad quam ſummam illa eſſent taxanda,
& contra quos pro illis veniret relaxandum
mandatum, & Domini reſpondendo primæ
parti dubij attentis prȩſentis facti circumſtan-
1 tijs, ſecundum quas † prudens Iudex in taxa-
tione alimentorum procedere debet iuxta ve-
riorem, & magis communem ſententiam
*Couar. pract. qu. cap. 6. ſub num. 7. verſ. ſolent tamen
Molin. de primog. lib. 2. cap. 16. num. 47. & Fontanell.
de pact. nupt. clauſula 6. gloſ. 2. par. 3. num. 65.* arbi-
trati ſunt alimenta eſſe taxanda ad ſcut. 350.
annua.

Non obſtat quod attenta qualitate d. D.
Annæ Mariæ ex nobiliſſima familia oriundæ
nec non ponderatis diuitijs dd. eius aſcenden-
tium d. ſumma videatur exigua, quia licet
2 vera ſit concluſio, quod de eximia † nobili-
tate debear haberi ratio non ſolum in taxan-
da dote *l. quaro 60. ff. de iur. dot. l. ſi filiæ 43. ff. de le-
gat. 3.* ſed etiam in decernendis alimẽtis *Ancar.
conſ. 383. nu. 7. verſ. in taxatione Ciriac. controu. 34.
num. 11. Rota coram Buratt. deciſ. 261. num. 11. ver-
ſus finem, & in rec. deciſ. 30. nu. 22. par. 7. dec. 183.
num. 1. par. 8.* tamen non ſibi vendicat locum
3 quando prout hic agitur de alimentis † ſubſi-
diarijs pendente lite collitiganti præſtandis,
quo caſu ſola neceſſitas petentis alimenta at-
tenditur *Bald. in l. ſi maritus 43. ff. ſolut. matr. Ro-
land. de lucr. dot. qu. 94. num. 3. & conſ. 34. num. 41.
lib. 1. Burſatt. conſ. 62. num. 20. Caualer. deciſ. 298.
num. 2.* Quo verò ad diuitias Ioannis, & Fede-
rici eius aſcendentium, illas pariter Domini
non habuerunt in conſideratione, cum ad ef-
4 fectûm de quo agitur diuitiæ † debeant conſi-
derari ſecundum prȩſentem ſtatum, nõ autem
ſecundum antiquum *Bald. in d. l. ſi maritus 43.
& ibi etiam Caſtren. num. 2. ff. ſolut. matr.* vbi quod
inops olim diues, non eſt alendus cum famu-
lis, & equis ſicuti alebatur, ſed ſufficit quod
ei ſubminiſtrentur alimenta pro ſubſtinendo
ſtatu prȩſenti *Iaſ. in l. cum ij 8. §. fin. in verb. liber-
to vbi Corduba num. 11. ff. de liber. agnoſc. Afflict. de-
ciſ. 290. num. 9.* præſertim cum D. Anna Maria
habeat matrem, à qua hucuſq; alita fuit, vt
in ſimili ponderauit *Rota in Romana alimento-
rum 28. Iunij 1613. coram Cardinali Sacrato*, &
5 agatur de alimentis † præſtandis à pluribus,
quorum plerique ſunt pauperes, qui cum
pro eorum rata ratione ȩqualis indigentiæ nõ
teneantur *glos. in l. fin. §. ipſum autem filium in ver-
bo ex vtraque C. de bon. quæ liberis Cephal. conſ. 172.
num. 11. Afflict. deciſ. 290. num. 9. & Rota deciſ. 470.
nu. 7. par. 1. recent. Add. ad Buratt. deciſ. 707. nu. 11.*
debent eo minora taxari nè cæteri grauentur
pro parte tangente illos, qui grauari non poſ-
ſunt *Ancar. conſ. 254. in fin. verſic. niſi ad ipſorum
præſtationem Bald. nouell. de dot. priuileg. 33. in tract.
diuerſ. tom. 9. Couarr. var. reſol. lib. 3. cap. 7. num. 6. &
ſeqq. verſ. queritur*.

Quo verò ad ſecundam partem dubij Do-
6 mini dixerunt d. alimenta † eſſe perſoluenda
ab omnibus Creditoribus d. Ducis Camilli
pro rata eorum crediti, tùm quia d. alimenta
petuntur actione perſonali, quæ pro virili ſi-
cuti diuiditur inter hȩredes, ita etiam inter
debitores iuxta diſpoſitionem *tex. in l. pro hære-
ditarys 2. C. de hæred. act. l. 1. C. ſi vnus ex plur. &
l. 1. C. ſi plur. vn. ſent.* Tùm etiam quia debentur
ex fructibus rei petitæ *l. fin. §. non ſi talis de ord.
cognoſ. vbi Bart. nu. 4. Rota in recent. deciſ. 470. nu. 6.
par. 1. cum alys allegat. per Add. ad Buratt. deciſ. 707.
num. 11.* ideò tanquam acceſſoria ad debitum
principale quod petitur, debentur ab vno-
quoque pro ea rata pro qua pulſatur, ita ar-
guit *Rota in Romana ſuperuiuentia 3. Iuly 1634.
coram bo. me. Card. Panzirolo*.

7 Non obſtat quod ille, † cui alimenta de-
bentur, non debeat experiri contra plures,
ſed poſſit vnum tantum, & quemlibet ex plu-
ribus conuenire, vt totum præſtet *iux. tex. in l.
ſolent 3. in princ. ff. de alim. & cib. legat. gloſſ. in l. 2.
ſub verbo placuit C. de hæred. act. Bart. in d. l. cum ij
§. vult igitur num. 6. vbi Iaſ. num. 12. ff. de tranſact.
Ancar. conſ. 254. verſ. niſi ad ipſorum præſtationem
Menoch. de preſump. lib. 4. præſ. 157. num. 45. Rota in
Romana alimentorum 30. Iunij 1642. coram R. P. D.
meo Bichio*, quia dicta lex ſolent, & alia iura
8 procedunt † in caſu, quo alimenta ſunt debi-
ta in ſpecie, qualia ſunt illa, quæ præſtantur
ad menſam, vt aduertit *Ruin. conſ. 81. num. 16.
lib. 2.* quo caſu ad euitandum inconueniens
nè petens alimenta cogatur illa à quolibet
recipere oſtiatim, neceſsè eſt vt vnus ex col-
litigantibus deputetur ad præſtanda alimenta
nomine omnium, ſecus verò, quando prout
hic alimenta veniunt prȩſtanda in pecunia,
quo caſu de facili exactio fieri poteſt ab om-
nibus debitoribus, quæ eſt ratio dicti textus,
vt aduertit *Menoch. d. præſumpt. 157. num. 45. lib. 4*
9 Vltraquod præſtatio † alimentorum in gene-
re continet obligationem facti, quæ ſui na-
tura eſt indiuidua *Surd. de alim. tit. 9. qu. 14. nu. 6.*
quod non contingit in prȩſtatione pecunia-
rum, quæ eſt diuidua:

Vlteriùs, vltra d. ſummam ſc. 350. Domi-
ni reſoluerunt deberi etiam expenſas litis per-
ſoluendas ab illis creditoribus, qui in hac lite
comparuerunt, & comparebunt, & litem
ſubſtinuerunt, & ſubſtinebunt; cum de iure
10 illæ † à collitigante ſubminiſtrari debeãt pau-
peri litiganti, quando de illius bono iurȩ da-
tur fumus, prout in prȩſenti caſu, cum D.
Anna Maria habeat ad ſui fauorem ſententiã
Congregationis Baronum *Aret. in cap. ſi qui te-
ſtium col. 3. num. 14. & 15. vbi Felin. num. 9. de te-
ſtibus Buratt. deciſ. 15. nu. 1. vbi Add. litt. A.* plures
cumulat, & fuit dictum *in Fauen. Dotis 20. No-
uembris 1641. coram R. p. D. meo Cerro*.

Et ità vtraque &c.

BONO-

BONONIEN. BONORVM.

Luna 18. *Martij* 1652.

ARGVMENTVM.

Immiſſio non conceditur agenti ex fideicommiſſo nouo quando incontinenti de alio antiquiore docetur. Alienationes quando dicantur adęquare detractiones, & quando teſtator mandauit ſua debita perſolui ex fructibus, quid intelligere voluerit.

SVMMARIVM.

1 *Exceptio fideicommiſſi antiquioris incontinenti probata repellit agentem ex nouo fideicommiſſo, & num.* 22.

2 *Immiſſio prò indiuiſo competit ratione legitimæ, & trebellianicæ non prohibitarum à teſtatore.*

3 *Alienationes bonorum præſumuntur adæquare detractiones competentes ſuper fideicommiſſo.*

4 *Dotes filiarum vti conſiſtentes in quantitate impediunt immiſſionem pro indiuiſo fideicommiſſario.*

5 *Immiſſionem impedit detractio crediti à fideicommiſſo facienda.*

6 *Identitas probatur ex vocabulo, & demonſtrationibus.*

7 *Identitas eo facilius dicitur probata ſi filius poſſideat in loco in quo pater poſſidebat.*

8 *Debita fideicommittentium debent ſolui ex mobilibus.*

9 *Dos relicta ſub conditione nuptiarum non tranſmittitur nec peti poteſt ſi nuptiæ non fuerint ſequutæ.*

10 *Verba cùm nupſerint non inducunt conditionem.*

11 *Dos dicitur ſubrogata loco legitimæ ex Statuto Bonon.*

12 *Pater relinquendo dotes pro legitima cenſetur filias reſtituiſſe ad iura ſuitatis.*

13 *Tranſmiſſio dotium ad hæredes non impeditur neque per conditiones, neque per relictum alimentorum.*

14 *Teſtatoris præceptum quod dos ſoluatur ex fructibus, & iſtis deficientibus ex certis bonis, non eſt aptum impedire dotium detractionem: & Rota tantum ſolet ab iſta opinione recedere ex coniecturis.*

15 *Teſtatoris Præceptum quod debita ſoluantur ex fructibus dicitur datum per modum conſilij ad commodum hæredis.*

16 *Item dicta verba intelligi poſſunt de fructibus reperiendis de tempore obitus teſtatoris iam ſeparatis à ſolo qui cadunt ſub fideicommiſſo.*

17 *Teſtator mandans alienationem ſtabilium cenſetur voluiſſe debitorum ſolutionem ſine grauamine hæredis.*

18 *Creditor impeditur detrahere proprium creditum ex proprietate quando teſtator voluit creditum compenſari cum fructibus.*

19 *Satisfactio ex fructibus & mobilibus non probatur ſi non probetur illa deueniſſe ad manus creditoris.*

20 *Debitor in aliqua quantitate reddit illiquidam detractionem legitimæ & Trebellianicæ.*

21 *Inuentarii ommiſſio non impedit hæredi detractionem ſui crediti quando agitur de fideicõmiſſo vniuerſali & etiam particulari.*

22 *Inuenterii ommiſſio reddit turbida credita, & ſic dd. creditorum exceptio eſt inefficax impedire immiſſionem.*

23 *Limita quando fideicommiſſarius vigore antiquioris fideicommiſſi poſſidet.*

24 *Agenti ex poſteriori fideicommiſſo ſupereſt actio prò legitima & trebellianica, & prò iſtis liquidis ſolet dari immiſſio prò indiuiſo.*

25 *Legitima eſt quota bonorum non autem hæreditatis.*

26 *Teſtator loquendo diſcretiuè de re propria cum pronomine poſſeſſiuo (mea) cenſetur ſe reſtrinxiſſe ad ius proprium.*

DECISIO DCCCCX.

TERMINATO iudicio ſummariſſimi
poſſeſſorij manutentionis ad fauorem
D. Liuiæ Vareſiæ, vt in die 4. Decembr. 1651.
fuit deuentum ad diſputationem in poſſeſſo-
rio adipiſcendæ ex remed. *l. fin. C. de edict. Diu.*
Adr. toll. & hodie propoſito dubio; An Domi-
no Coſpio eſſet danda immiſſio, fuit reſolu-
tum illam eſſe denegandam. Reſolutionis
fundamentum reſidet in eo, quia fideicom-
miſſum Angeli Coſpij, cuius vigore petitur
immiſſio, reperitur conſtitutum ſuper bonis,
in quibus aderat præexiſtens fideicommiſſum
1 Franciſci ſenioris, & propterea † exceptio iſtius
fideicommiſſi antiquioris incontinenti pro-
bata, repellit dictum Chriſtophorum agen-
tem ex dicto nouo fideicommiſſo Angeli
iuxta text. *in d. l. fin. verſ. ſin autem, vbi Bald. nu-*
mer. 50. *& ſeqq. Rota deciſ.* 88. *num.* 3. *par.* 6. *& deciſ.*
34. *num.* 1. *&* 4. *par.* 7. *recent.* & penes *Pacific. de*
ſalu. deciſ. 83. *num.* 11. cum alijs allegatis in *Ro-*
mana fideicommiſſi de Nicolinis 28. *Aprilis* 1651.
coram R. P. D. meo Cerro.

Non obſtat, quod ſaltem Chriſtophoro ra-
tione detractionum legitimæ, & trebellianicę
competentium Angelo ſuper fideicommiſſo
2 Franciſci ſenioris, † competat immiſſio prò
indiuiſo: dum ex filiorum numero ſemis erat
ipſa legitima, & trebellianica, cum hæc non
fuerit à teſtatore prohibita ad tradita per *Ar-*
gel. de legit. contrad. q. 10. *num.* 134. *Boer. deciſ.* 156.
num. 2. *&* 5. & fuit dictum in *Rauennaten. hære-*
ditatis 14. *Aprilis* 1606. *coram rec. me. Card. Pam-*
philio Rot. deciſ. 755. *num.* 2. *par.* 3. *recent.* quia iſta
prætenſio eliditur tribus reſponſionibus.

Primo quia dictę detractiones ſunt integra
liter cõſumptæ, vel ſaltem redduntur admo-
dum illiquidæ ex alienationibus factis prædij
nuncupati, Zolla pedroſa, & plurium bono-
rum mobilium, & ſe mouentium, prout cõ-
ſtat ex iuribus relatis in Summar. D. Vareſiæ
num. 3. de quibus cum nulla fuerit ratio reddi-
3 ta ab ipſomet Angelo, † illæ præſumuntur
adęquare detractiones ipſi competentes, vt
fuit dictum in *Romana fideicommiſſi de Cataneis*
10. *Martii* 1617. *& in Romana Domus ad Pellegri-*
num 11. *Martii* 1619. *coram bo. me. Coccino*, quas
ſequuntur *Add. ad Greg. deciſ.* 185. *n.* 6.

Secundo ex quo competunt detractiones
dotium nouem filiarum teſtatoris, quæ vti
4 conſiſtentes † in quantitate, impediunt im-
miſſionem prò indiuiſo *Surd.deciſ.333.num.13*
cum ſeq.Buratt.deciſ.946.nu.2.& ſeqq.Rot.deciſ.51.
num.14.& ſeq.& deciſ.88.num.29.& 30.par.6.rec.
& firmatur in deciſione ſuper manutentione
in hac cauſa facta §. *neque detractio*.

Tertio denique, quia eſt facienda detractio
crediti ſeu. 3000. debiti per Angelum Fran-
ciſco iuniori, à quo cauſam habet D. Va-
5 reſia, † quæ pariter apta eſt impedire petitam
immiſſionem ex latè congeſtis per *Buratt. d.*
deciſ.946.num.1.& per tot. & Rot.in rec.deciſ.115.
num.17.in fin.p.1.& deciſ.360.num.25.& ſeqq.p.5.
& deciſ.51.num.14.& ſeq.& deciſ.88. num.29. &
ſeqq.p.6.

Non obſtat, quod dicatur dictum prędium,
di Zolla pedroſa, alienatum per Angelum, &
Thomam prò libris 12. mil. non eſſe de illis
ſubiectis fideicõmiſſo Franciſci ſenioris, quia
hoc non iuſtificatur in facto, quin imò appa-
6 ret concordare † vocabulum, & demonſtra-
tiones de domo, Columbaria, puteo, furno,
& ſegete, & ſic videtur identitas probata, *Pa-*
riſ.conſ.104.numer.20 & 21.& ſeqq. lib.1.Cephal.
conſ.98.num.20.& ſeq. ſa. me. Greg.XV.deciſ.575.
per tot. maximè cum agatur contra filium,
qui poſſidendo in eodem loco, quo poſſedit
7 Pater † facilius intrat præſumptio dictæ iden-
titatis *l.2.C.de pat.poteſt.Rota coram ſa.me.Gregor.*
d.deciſ.575.coram Buratt.deciſ.834.nu.6. & coram
Cavaler.deciſ.538.num.1. & in Montis Faliſci fi-
deicommiſſi de Pancaldis 23. Ianuarij 1643. coram
R. P. D. meo Cerro, eoque magis cum dentur
acquiſitiones eiuſdem prædij factæ à Hiero-
nymo Auo eiuſdem Franciſci ſenioris, quæ
in multis demõſtrationibus concordant cum
iſtis alienatis.

Reſpectu vero mobilium, & ſe mouentiũ,
& creditorum, de quibus per Angelum non
redditur aliqua ratio, ineſſicax videtur reſpõ-
ſio quod ſint modici valoris, & cenſeantur
conſumpta prò neceſſitate familiæ, quia imò
ab informantibus prò D. Vareſia oſtenditur
illa aſcendiſſe ad ingentem quantitatem, itaut
etiam deductis impenſis neceſſarijs, multa re-
8 manſerint, ex quibus debita fideicommitten-
tis potuerunt extingui, *l.à diu.Pio 15.§. in ven-*
ditione ff.de re iudic. l. cum hæres ſi & ibi gloſ. in
verbo deducit, ad Sen.Conſult.Trebell. Gratian. di-
ſcept.forenſ.cap.204.num.1. Soccin. conſ.44. per tot
lib.3.Surd.conſ.290.num.33.Buratt.deciſ.641.n.7.
& Rota deciſ.547.num.16.par.5.rec. & fuit dictũ
in *Romana fideicommiſſi de Victoriis 2. Iunii 1627.*
coram bo.me.Merlino.

Non obſtat reſponſio data contra detractio
nem dictarum dotium, videlicet quod ſint
9 relictæ ſub conditione nuptiarum, & ideo nõ
tranſmittantur ad hæredes, nec peti poſſint
niſi probato quod nuptiæ fuerint ſubſequu-
tæ, *l.pecuniam 36.ff.ſi cert. pet. l.ſi quis fundum 37.*
ff. de contra empt.Rot.in rec.deciſ.515.num.8.p.1. et
deciſ.432.num.16.& ſeq.p.4. & in Bononien. Dotis
coram me impreſſ. poſt Merlin.de pignor.deciſ.62.nu-
mer.14. verſ. quia cum d. legatum; quia reſpon-
10 detur quod illa † verba (cum nupſerint) non
inducunt conditionem, neq; impediunt tranſ-
miſſionem ad hæredem mediatum, cum di-
11 ctæ † dotes ſint ſubrogatæ loco legitimę tàm
ex diſpoſitione Statuti Bononiæ, prout pro-
bant, *Alex.conſ.7.num.7.lib.2.Gargiar.conſ.45.nu-*
mer.61.& ſeq.lib.1.Grat.conſ.160.numer.36.verſ.
item cum quinque ſeqq.lib.2.plenè Rot.Bonon.diuerſ.
deciſ.6.per tot.relat. per Giouagn.poſt conſ.42.n.26.
& ſeq Quam attenta diſpoſitione dicti Fran-
12 ciſci Patris, qui cum reliquerit † dictas dotes
expreſsè pro legitima, cenſetur filia reſtituiſſe
ad iura ſuitatis *Alex.in l.hac conſultiſſima §.ex im-*
perfecto C.de teſtam.Rom.conſ.179.nu.16. Honded.
conſ.53.num.12.& 25.lib.1. Menoch.conſ.317.nu-
mer.27.Ciriac.controu.71.num.16.Rot.diuerſ.dec.6.
per tot. & deciſ.266. num.3. par.1. & in terminis
Statuti Bononiæ *Grat.d.conſ.160.num.35. lib.2.*
Rota Bonon.diuerſ.d.deciſ.6.nu.72. & poſt Giouagn.
conſ.42.nu.98.

Nec relevat, quod eadem ſtatuta mandent
poſſe apponi conditiones in dote, quodque
teſtator mandauerit interim illis præſtari ali-
13 menta, quia dicta † tranſmiſſio ad hæredes
non impeditur, neque per conditiones, neq;
per relictum alimentorum *Ancar.conſ.323. per*
tot. Fuſar.q.297.per tot.Rota Bonon.diuerſ.deciſ.6.
num.55. & habetur poſt *Giouag.conſ.42.num.75.*
& ſeqq.

Maior autem videbatur adeſſe difficultas
circa detractionem dictę dotis ſcut. 3000. ob
pręceptum Angeli teſtatoris de ſoluendo eius
debita ex fructibus, illiſque non ſufficienti-
bus, ex certis bonis particularibus; Verum
omnibus benè perpenſis Domini dixerunt
14 illud † non impedire huiuſmodi detractionẽ
ſecundũ opinionẽ, quam tenuit *Rot. in Aeſina*
fideicommiſſi 8.Iunii 1608. coram b.m.Vbaldo, quã
ſequutur *Add.ad Buratt.dec.509.n.6.Fuſar.de ſub-*
ſtit.q.541.n.6.et ſeq.et q.665.n.15. à qua opinione
licèt recedi ſoleat ex coniecturis; nulla tamen
adeò efficax adduci viſa fuit quæ releuet, nam
illa, quod debita ſoluantur ex fructibus, non
15 ſufficit, cum cenſeatur adiecta per modum
conſilij ad commodum hæredis, non autem
hæreditatis vt firmatur in dicta *Aeſina fideicom-*
miſſi relat per adden.ad Buratt. deciſ.509. numer.6.
verſ.& hoc ampliatur, & in deciſione in hac cau
ſa ſuper manutentione edita, §. *altera vero de-*
tractio; alia verò deducta ex verbis immedia-
tè ſequentibus, quibus teſtator mandat, quod
in caſu inſufficientiæ fructuum, alienentur
mobilia, & illis non ſufficientibus, certa ſta-
bilia, non videtur multum vrgere; Tùm
quia præfata verba intelligi poſſunt de fructi-
16 bus † reperiendis de tempore mortis teſtato-
ris iàm ſeparatis à ſolo, qui cadunt ſub fidei-
commiſſo, *gloſſ.in l. quod his verbis 83. in verbo*
aliud, de legat.3.Bart.in l.centurio 15.ff.de vulg.vbi
Angel.num.2.& Rip.num.39. Alex.in l. in fideicom-
miſſariam 18.nu.5.ff.ad trebell. Peregr.de fideicom-
miſſis qui alios refert *art.10. num.34. & art. 49.*
num.1.Rot.deciſ.399.nu.39.par.5.rec. Tum quia
17 ex ordinata † alienatione ſtabilium potius
colligitur ipſum voluiſſe ſolui debita ſine
grauamine hæredis, quem ſi intellexiſſet ex-

clu-

cludere à petitione proprij crediti, vnico verbo potuiſſet exprimere ad text. *in l. vnic. §. fin autem C. de cadue. toll*, nec applicatur *deciſio in Ne peſina pecuniaria 4. Maii 1644. coram R.P.D. meo Veroſpio*, quia ibi teſtator mandauerat compenſari creditum cum fructibus, qui eſt vnus
18 ex caſibus in quibus† creditor impeditur detrahere proprium creditum, vt latè comprobat, *Fuſar. q.665. num.12.* & ita loquuntur alij in contrarium adducti.

Non obſtat exceptio ſatisfactionis cum fru-
19 ctibus, & mobilibus, quia † non ſubſiſtit, cũ non fuerit probatum ea perueniſſe ad manus Franciſci iunioris *l. in quartam qui vbi DD. ff. ad l. falcid. Surd. conſ. 472. num. 28. Gratian. diſcept. 215 n. 9. Martin. Andreas dec. 8. n. 4.*

Nec releuat quod ipſe Franciſcus non confecerit inuentarium, quia (Præterquod excõputato etiam valore mobilium, adhuc Ange-
20 lus remaneret † debitor in aliqua quantitate, quod ſufficit ad reddendam illiquidam detractionem prætenſæ legitimæ & trebellianicæ ex latè deductis in *Ciuitatis Caſtelli fideicommiſſi 17. Maii 1623. coram Remboldo, in Romana fideicommiſſi 8. Iunii 1648. coram bo. me. Arguelles §. detractiones vero, & §. ſeq. & in Bononien. fideicommiſſi de Pancaldis 23. Ianuarii 1649. §. ſi mulier coram R.P.D. meo Peutingerio;*) reſpõdetur quod
21 ommiſſio † inuentarij non impedit hæredi detractionem ſui crediti quando agitur de fideicommiſſo vniuerſali, quidquid ſit de particolari iuxta doctrinam in *l. ab omnibus 104. §. fin. ff. de legat. primo, Hodier. ad Surd. dec. 170. n. 10. & ſeq. Fuſar. d. q. 665 nu. 2. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 214. nu. 12. Rota in recent. deciſ. 399. n. 39. & 43. par. 5.* & in terminis fideicommiſſi particulari fuit dictum in *Rauennaten. fideicommiſſi 1. Februarii 1647. coram Eminentiſſimo D. Cardinali Corrado, & in Cæſanaten. bonorum 3. Iuny 1647. coram R.P.D. meo Pentingerio.*

22 Minus releuat, quod ſaltem ex ommiſſione inuentarij exceptio dictorum creditorum reddatur illiquida, & ſic inefficax ad impediendam dictam immiſſionem, *Rot. in recent. deciſ. 33. num. 23. cum pluribus ſeqq. & in Bononien. fideicommiſſi de Bologninis 4. Maii 1643. §. quoniã coram Reuerendiſſimo Carillo*; quoniam obiectũ
23 non procedit quando, prout hic † fideicommiſſarius vigore antiquioris fideicommiſſi reperitur in poſſeſſione; tunc enim ſufficit quod dictum fideicommiſſum ſit clarum, & in continenti probatum ad effectum impediendi immiſſionem agenti ex poſteriori fi-
24 deicommiſſo, cui † ſolum ſupereſt actio prò legitima, & trebellianica, prò quibus licet conſueuerit Rota dare immiſſ. prò indiuiſo quando ſunt liquidæ *Buratt. deciſ. 946. numer. 1. Rota deciſ. 360. num. 26. par. 5. recent. & in Tuſculana fideicommiſſi 4. Iuny 1618. coram bo. me. Coccino*, & alias paſſim, tales tamen dici nequeunt, niſi poſtquam firmato ſtatu hæreditatis detractũ
25 fuerit omne æs alienum, cùm † legitima ſit quota bonorum, non autem hæreditatis, vt dictum fuit in *Bononien. Manutentionis 26. Iunii 1648. coram Reu. P. Domino meo Bichio, Rota deciſ. 198. numer. 5. part. 7. & deciſ. 399. numer. 24. par. 5. in recent. & penes Buratt. deciſ. 946. num. 1.*

Demum non ſubſiſtit quod Angelus videatur ſuppoſuiſſe primogenituræ bona etiã antiqui fideicommiſſi iuxta *l. cum pater 77. §. prater ff. de leg. 2. Rota in Viterbien. Caſtrorum 10. Martii 1624. §. quantum attinet coram bon. me. Coccino*, quia dicta iura non ſibi vendicant locũ
26 quando, prout in præſenti caſu, † teſtator diſcretiuè loquutus eſt de re propria cum pronomine poſſeſſiuo (mea) quia tunc cenſetur ſe reſtrinxiſſe ad ius proprium, quod in dictis bonis iure legitimæ, & trebellianicæ poterat habere *Bart. in l. ſerui electione 5. §. fin. ff. de legat. 2. vbi Alex. num. 2. & Iaſ. num. 21. Caſtren. conſ. 413. num. 1. Cranett. conſ. 114. numer. 4. Peregr. artic. 33. num. 28. Fuſar. quæſt. 649. num. 6. Adden. ad Gregor. deciſ. 102. num. 10.*

Reſeruarunt tamen Domini quod particulariter videatur an D. Chriſtophoro competat immiſſio quoad ſex corpora bonorum regiſtrata in teſtamento Angeli, & non deſcripta in inuentario Franciſci ſenioris.

Atque ità vtraque &c.

ECCLESIEN. VNIONIS.

Veneris 26. Aprilis 1652.

ARGVMENTVM.

Vnio quibus concurrentibus dicatur probata, latè diſcutitur.

SVMMARIVM.

1 *Vnio non præſumitur, & ab allegante probari debet.*

2 *Vnio eſt quid facti & odioſa, & ſic prò illius probatione requiritur probatio concludens.*

3 *Vnio vt dicatur probata requiritur vel inſtrumentum publicum, vel littera Apoſtolicæ, vel immemorabilis vel ſaltem quadragenaria cum titulo.*

4 *Pro vnionis iuſtificatione enunciatiuæ Pontificum veniunt attendendæ.*

5 *Regeſtra Cancellariæ Apoſtolicæ plenam fidem merentur.*

6 *Paupertas Eccleſiarum maximè concurrit ad probandam vnionem.*

7 *Viſitationes ſucceſſiuè factæ probant vnionem fauore viſitantium.*

8 *Vicariorum deputationes, ac beneficiorum collationes probant vnionem fauore deputantium, & conferentium præcipuè alijs coniecturis concurrentibus.*

9 *Taxæ in Cancellaria perſolutæ conſiderantur ad effectum probandi vnionem fauore ſoluentium.*

10 *Vnio non extinctiua ſed æque principaliter facta probatur ex quadragenaria cum bona fide.*

11 *Quadragenaria cum titulo putatiuo reputatur probatio efficaciſſima pro probanda vnione æque principaliter facta.*

12 *Vnio duarum Eccleſiarum ad effectum vt vna Eccleſia Cathedralis alteri ſubiaceat exactæ probationes requiruntur.*

13 *Vnio duarum Eccleſiarum quando agitur vt vnus ſit paſtor ambarum Eccleſiarum leniores probationes requirit.*
14 *Ignorantia circa factum alienum præſumitur.*
15 *Enunciatiuæ Pontificis omnino eſt deferendum.*
16 *Vnio temporaliter facta præcedens non excludit quin poſt perpetua illa fieri potuerit.*
17 *Conc. Trid. ſeſſ. 7. cap. 4. de reform. in quibus terminis procedat.*
18 *Deciſiones 331. & 315. Durani declarantur in quibus terminis procedant.*

DECISIO DCCCCXI.

POST terminatum iudicium manutentio-
nis ad fauorem D. Archiepiſcopi Calari-
tani fuit deuentum ad petitorium, & hodie
propoſito dubio, An conſtet de vnione, fuit
reſponſum affirmatiuè, Nam licet regulari-
1 ter vnio † non præſumatur, & probari debeat
ab allegante *Alex. conſ. 70. num. 11. lib. 3. Rota de-
ciſ. 557. num. 3. par. 3. diuerſ. deciſ. 233. num. 5. part. 1.
recent. Caualer. deciſ. 405. num. 2.* & quidem ple-
2 nè, † & concludenter, vt potè quid facti, &
odioſa, *Oldrad. conſ. 261. num. 2. Dec. conſ. 233. n. 2.
Maſcard. de probat. par. 2. concluſ. 1418. num. 1. & 2.
Menoch. de præſumpt. lib. 6. præſumpt. 8. num. 1.* ita
vt ad iſtum effectum vel requiratur inſtru-
3 mentum publicum, vel litteræ Apoſtolicæ, aut
immemorabilis, vel ſaltem quadragenaria
cum titulo iuxta celebre *conſ. Felin. 2. num. 2. 3.
& 11.* quod ſequuntur *Garz. de benef. par. 12. c. 2.
num. 126. & 232. Lotter. de re benef. lib. 1. qu. 28. nu-
mer. 105.* & approbauit *Rota coram Greg. dec. 51.
num. 1. & 5.* Nihilominus illa ex hodie dedu-
ctis prò D. Archiepiſcopo ſufficienter iuſtifi-
cari viſa fuit.

Dantur enim primo loco prò illius iuſtifi-
catione enunciatiuę Pontificum, ſcilicet, Pau-
li IV. de anno 1634. ac Gregorij XIII. de an-
no 1573. & 1578. in quibus Eccleſia Sulcina-
teñ quę eſt eadem cùm Eccleſien controuerſa
enunciatur perpetuo vnita Eccleſiæ Calarita-
næ, huiuſmodi enim enunciatiuæ cum ema-
4 nauerint † à Summis Pontificibus, ad quos
principaliter vnionem facere ſpectat, veniunt
pro illius iuſtificatione attendendæ *Mantic. de-
ciſ. 355. num. 6. & deciſ. 359. num. 7. Rota in recent.
deciſ. 441. num. 2. par. 5. & deciſ. 660. num. 3. part. 6.*
& fuit dictum in *Reatina Vicariæ* 10. *Maij* 1647.
coram R. P. D. meo Cerro §. quarto demum, idque
etiam ſi non probentur per exhibitionem lit-
terarum originalium, ſed tantum per partitas
extractas ex regeſtris Cancellariæ, quia huiuſ-
5 modi regeſtra, tanquam libri † Apoſtolici, &
in quibus de verbo ad verbum fideliter regi-
ſtrantur Apoſtolicæ prouiſiones, plenam fi-
dem merentur, vt in puncto ad effectum pro-
bandi vnionem probat, *Plot. conſ. 26. numer. 7.
& 8.*

6 Secundo concurrit paupertas † ipſius Ec-
cleſiæ Eccleſien actualiter enunciata in præ-
cedentibus litteris Leonis X. & Adrani VI.
quam ad iſtum effectum eſſe magni ponderis
tradit *Felin. d. conſ. 2. num. 23. Menoch. de præſumpt.
d. præſumpt. 80. num. 2. Rota in Tiraſonen. Annexio-
nis 16. Decembris 1592. coram Bubalo relat. per
Garz. vbi ſup. p. 12. c. 2. §. 3. ſub n. 241. verſ. coadiu-
uatur hæc probatio.*

7 Tertio aſſeruntur quamplures † viſitatio-
nes ſucceſſiuè factæ ab Archiepiſcopis Cala-
ritanis pro tempore exiſtentibus, ex quibus
vnionem probari poſt *Innocent.* & alios tradit
*Abb. in cap. cum ſuper num. 18. de cauſ. poſſ. & prop.
Anch. in reg. Beneficium num. 11. & in reg. ſine poſſeſſ.
num. 10. de reg. iur. in 6. Rot. deciſ. 1. de reſtit. ſpol. in
nou. Seraph. deciſ. 1127. num. 3. Rota in recent. deciſ.
724. num. 3. verſ. & demum difficultatem par. 2. & in
dicta Reatina Vicariæ coram R. P. D. meo Cerro
§. 3.*

Quarto Accedunt deputationes Vicariorũ
ac collationes beneficiorum ad dictam Eccle-
ſiam ſpectantium, à prædictis Archiepiſcopis
8 pro tẽpore factæ, quæ † concurrentibus præ-
cipuè alijs coniecturis, optimè præfatã vnio-
nem iuſtificant, *Rot. deciſ. 698. ſub num. 3. par. 1.
deciſ. 58. num. 7. par. 4. deciſ. 441. num. 4. & 5. & de-
ciſ. 445. num. 8. par. 5. recent. coram Buratt. deciſ. 660.
num. 3. verſ. iunctis præſertim, & in eadem Reatina
Vicariæ ſub §. 2. coram R. P. D. meo Cerro;*

9 Quinto Adducuntur † taxæ in Cancella-
ria perſolutæ ab eiſdem Archiepiſcopis, etiam
pro Eccleſijs vnitis, quarum ſolutiones ad ef-
fectum, de quo agitur; ponderauit *Rota in rec.
deciſ. 340. numer. 5. part. 4. & in Lucana vnionis
28. Ianuarii 1648. coram R. P. D. meo Bichio.*

10 Sexto Et vltimo loco accedit † quadrage-
naria, & vlterior poſſeſſio, nedum cum bona
fide, quam ſufficere in vnione non extinctiua,
ſed æquè principaliter facta probat, *Garz. de
benef. par. 12. cap. 2. num. 239. Rota deciſ. 642. nu. 7.
& ſeqq. par. 8. rec. in Abulen. Præſtimonij 20. Iunii
1639. coram bo. me. Coccino, & in allegata Lucana
vnionis 28. Ianuarii 1648. coram R. P. D. meo Bichio
§. fin. allegat. in præcedenti deciſ. huius cauſæ edita
ſuper manutentione 26. Iunii 1648. coram me, §. quo-
niam de vnione*; Verum etiam cum titulo ſaltẽ
11 putatiuo, quæ † in hac materia reputatur effi-
caciſſima probatio ex iuribus ſuprà allega-
tis.

Ex quibus omnibus ſimul iunctis conclu-
dens præfatæ vnionis iuſtificatio reſultare vi-
12 ſa fuit; cum de † illa non agatur principali-
ter ad effectum vt vna Eccleſia Cathedralis
alteri omnino ſubiaceat, quo caſu exactę pro-
bationes requiruntur *Dec. conſ. 233. num. 2. Co-
mitol. deciſ. 226. num. 11. Gregor. deciſ. 77. num. 6.*
Sed de ea incidenter dubitatur ad effectum vt
13 vnicus † ſit Prælatus, & adminiſtrator amba-
rum Eccleſiarum vnitarum iuxta text. *in cap.
& temporis 16. q. 1. vbi gloſſ. & Archid. Mandoſ. conſ.
27. nu. 1.* cum alijs allegatis per *Gratian. diſcept.
655. num. 5. & diſcept. 892. num. 1.* tunc enim le-
uior admittitur probatio ex allegatis in præ-
cedenti noſtra deciſione huius cauſæ, edita
ſuper manutentione 26. Iunij 1648. in *§. quoniã
de vnione*, & benè facit *gloſſ. in cap. Eccleſia Sutri-
na in verbo*, breuitatem propè medium *de
cauſ. poſſeſſ. & proſſ.* quia quælibet Eccleſia in
cæteris remanet in ſuo priori ſtatu ſecundum
qualitatem vnionis æquè principaliter factæ.

Nec ſubſiſtunt adducta contra quadragena-

tiane.

niam, & ea quæ dicuntur de mala fide; quoniam ponderationes contra quadragenariam adductæ, ac deſumptę, ſignanter ex lite introducta coram bo: me: Cardinali Seraphino de anno 1584. ad nihil inſeruiunt, ponderando, quod allegata lis coram Seraphino eſt omnino diuerſa à præſenti, cum illa penderet inter Archiepiſcopum, & Incolas ſuper ſolutione decimarum, quas incolæ ſoluere recuſabant, & ſuper quibus Archiepiſcopus tunc temporis tres ſententias, vnam in partibus, & alias in Rota obtinuerat, vt patet ex tenore commiſſionis relatæ in Summario Archiepiſcopi *num.* 1. & propterea ceſſante lite, ceſſat pariter allegata quadragenaria præſcriptionis interruptio.

Mala verò fides contra Paſtorellum, qui
prouiſus fuerat de dicto Archiepiſcopatu Calaritano de anno 1534. deducta ex eo quod
ipſe licet haberet certam ſcientiam de antecedentibus vnionibus, nihilominus falsè Põtifici expoſuerit Cathedralem Eccleſiam eſſe
perpetuo vnitam, omnino remouetur; tum
quia huiuſmodi ſcientia concludenter non
probatur, vt opus eſt, cum circa factum alie-
14 num ignorantia † præſumatur *cap. præſumitur de reg. iur. in 6. Surd. conſ. 335. nu. 62.* Tum quia
ipſe non obtinuit dictum Archiepiſcopatum
ad ſupplicationem, ſed motu proprio Pontificis ad nominationem Imperatoris, ac Regis
Hiſpaniarum; Enunciatiua autem in ſuis litteris emiſſa, non eſt enunciatiua Imperatoris,
15 ſed Pontificis concedentis, cui † omnino eſt
deferendum, *Rota penes Gregor. XV. deciſ. 249. num. 6. vbi adden. num. 10. & Rota in recent. dec. 81. num. 2. par. 2. & deciſ. 405. ſub numer. 1. verſ. ſtatur enim par. 1.* & fuit dictum in *Calaguritana ſeu Nullius 16. Iunij 1606. coram bon. mem. Ortembergo.*

Nec releuant præfatæ antecedentes vniones
temporaliter factæ, quia non excludunt quin
16 deindè potuerit fieri vnio † abſoluta, & perpetua, quam probant ſubſequentes prouiſiones, ac alia ſuperius ponderata, vt reſponſum
fuit in dicta *Lucana Vnionis coram R. P. D. meo Bichio §. non obſtat, verſ. facilius, & in deciſ. huius cauſa §. nec refragantur*, & ſic non applicatur,
17 Sac. Concilium † Tridentinum ſeſſ. 7. cap. 4.
de reform. diſponens quod nemo retinere valeat plura curata, vel incompatibilia beneficia
ſiuè per viam vnionis ad vitam, ſiuè commẽdæ perpetuæ, quia Eccleſiæ, de quibus agitur
iuſtificantur perpetuo vnitæ, & poſſidentur
vigore prouiſionis Apoſtolicæ; Deciſiones
18 vero Reuerendiſs. Vrgellen̄ allegatę 331. &
315. emanatę in cauſa Eccleſien Spolij potius
ſunt fauorabiles, quam contrariæ Archiepiſcopo, dum in ipſis firmatur quod ſaltem vnio
erat facta æquè principaliter, non autem acceſſoriè.

Et ità vtraque & c.

ECCLESIEN. VNIONIS.

Veneris 26. Aprilis 1652.

ARGVMENTVM.

Probatio vigore litterarum remiſſorialiũ quando nequeat tergiuerſari ex defectu nullitatis ſubdelegationis Iudicis in partibus.

SVMMARIVM.

1 *Probatio vigore litterarum remiſſorialium Rota debet attendi.*

2 *Liquidatio fructuum vti difficilis probationis contentatur præſumptionibus, & coniecturis.*

3 *Commiſſio de ſubreptione redargui non permittitur ob facilem aditum ad Principem pro illius moderatione.*

4 *Commiſſio nequit redargui de nullitate ob non factam mentionem alterius quæ fuit obtenta in cauſa diuerſa.*

5 *Fructus omnes etiam non terminato petitorio debentur habenti mandatum de manutenendo non ſolum vigore alicuius adminiſtrationis ſibi demandatæ, ſed etiam iure proprio.*

DECISIO DCCCCXII.

FVIT reſolutum fructus eſſe liquidandos
in ſumma librarum 6376. nam in iſta
quantitate, detractis expenſis, probantur percepti ab Aeconomis Capituli ab anno 1642.
quo modernus Archiepiſcopus obtinuit prouideri de Archiepiſcopatu Calaritano, vſque
ad diem 12. Iulij 1644. qua adminiſtrationem
aſſumpſit, vt ex partitis relatis in eius Sum-
1 mario *num. 3.* quæ † probatio cum fuerit facta
vigore litterarum remiſſorialium Rotæ, attendi debet iuxta *deciſ. Pen. 530. num. 2. Rot. deciſ. 313. num. 58. par. 4. tom. 2. recent.* maximè cum
2 agatur de materia liquidationis † fructuum,
quo caſu propter difficultatem probationis,
Rota contentatur etiam præſumptionibus, &
coniecturis, *Surd. conſ. 243. numer. 3. lib. 2. Rota apud Duran. deciſ. 305. num. 4. p. 2. & in rec. dec. 479. num. 2. par. 2.*

Nec ſubſiſtit quod ſubdelegatio Iudicis in
partibus ad effectum liquidandi dictos fructus, fuerit nulla tanquam facta vigore commiſſionis vltimo loco obtentæ, in qua non
fuerat facta aliqua mentio de altera aſſerta
commiſſione directa bo: me: Card. Seraphino.
3 Quia præterquod hoc eſſet † redarguere com
miſſionem de ſubreptione, quod in Curia nõ
permittitur ob facilem aditum ad Principem
pro illius moderatione *Gregor. deciſ. 435. num. 5. bo. me. Coccin. deciſ. 74. num. 4.* Remouetur obie-
4 ctum quia dicta † commiſſio directa Cardinali
Seraphino non emanauit in iſta cauſa, ſed in
alia diuerſa inter Archiepiſcopum tunc temporis, & Incolas ſuper ſolutione decimarum,
vt fuit dictum hodie in altera deciſione coram
me ſuper vnione emanata

Minuſque releuat, quod ipſe Archiepiſcopus non poſſit prætendere niſi fructus à die

præfatæ adminiſtrationis ei à Sacra Congregatione rerum conſiſtorialium demandatæ;
5 quia cum obtinuerit † mandatum de manutenendo non ſolum vigore dictę adminiſtrationis, ſed etiam iure proprio tanquam de Eccleſia vnita in executionem poſſeſſionis adeptæ vigore ſuæ prouiſionis, vt aduerrit deciſio edita ſuper manutentione §.*primo circa finem*, & fuit hodie ex profeſſo reſolutum in alio dubio particulari propoſito ſuper vnione, vtique omnes fuctus tàm antè quam, poſt dictam adminiſtrationem ipſo iure optimo prætendere, & conſequi valet etiam non terminato petitorio ex allegatis per *Poſth. tract. de manut. obſeru. 42. num. 43.*

Et ita vtraque &c.

ROMANA SEV PORTVGALLIEN. ASSECVRATIONIS.

Luna 29. Aprilis 1652.

ARGVMENTO.

Non indiget.

SVMMARIVM.

1 *Aſſecuratores tenentur probata nauis, & mercium deprædatione; ad earum pretium pro concurrenti quantitate aſſecurata.*

2 *Apocha obligatione Camerali munita habet executionem paratam quæ per exceptiones turbidas, & requirentes altiorem indaginem retardari non poteſt.*

DECISIO DCCCCXIII.

MANDATVM Rotale ad inſtantiam D. Emanuelis Pinti relaxatum contra Nicolaum de Benedictis, alioſque nauis, & mercium, de quibus agitur, aſſecuratores expediendum eſſe Domini reſponderunt, illius enim validitas non controuertitur, & iuſtitia manifeſtè reſultat ex apocha priuata, in qua dictus Benedictus (contra quem petitur expeditio) receptis pecunijs prò aſſecurationis contractu, ſe obligauit in caſum deperditionis dictarum nauis, & mercium aſſecuratarũ, illarum pretium perſoluere, ideoque earum-
1 dem † deprædatione probata, de qua deponũt teſtes relati in Summario Emanuelis *n. 2. & 3.* dubitari nequit ſtatim ſtipulationem fuiſſe commiſſam itaut ex ea validè agi potuerit aduerſus eoſdem aſſecuratores pro concurrẽti quantitate ab ipſis aſſicutata, vt comprobatur in deciſ. 19. Nouemb. 1638. coram me, in hac cauſa emanata, & præter ibi allegata faciunt text. *in l. fænerator. 6. verſ. ſi nauis ff. de naut. fænor. Caſtren. in l. in nauem Sauſei 3 1. n. 4. ff. locat. & conduct.* cum alijs allegatis in *Romana aſſecurationis 18. Iunii 1631. & 28. Iunij 1632. coram bo. me. Pirouano in recent. deciſ. 54. num. 1. & deciſ. 151. pariter num. 1. par. 6.* Cumque dicta apocha
2 obligatione † Camerali ſit vallata, habet executionem paratam, quæ per exceptiones turbidas, & requirentes altiorem indaginem retardari non valet *Greg. XV. deciſ. 338. num. 1. Buratt. deciſ. 383. in princ. Rota in Romana Pecuniaria 18. Iunii 1646. coram Eminentiſſ. D. Card. Corrado*, ac in alijs congeſtis in *Romana Camby 27. Nouembris proximi præteriti coram R. P. D. meo Bichio & in deciſ. in hac cauſa pariter coram me edita ſub die 15. Nouembris 1638.*

Et ita deciſum Emanuele tantum informante, Nicolao ſæpius citato, informare tamen ſemper recuſante.

VRBEVETANA BONORVM.

Luna 13. Maij 1652.

ARGVMENTVM.

Immiſſio nunquam conceditur ſuper bonis quę ex eodem teſtamento apparent exempta à fideicommiſſo, fideicommiſſario vt debeatur immiſſio, & quando nullatenus debeatur.

SVMMARIVM.

1 *Negatiua fideicommiſſi ad fauorem N. optimè concluditur ex inſpectione inſtrumentorum ex quibus contrarium apparet.*

2 *Habentes cauſam à fideicommittentibus titulo emptionis ſunt legitimi contradictores pro impedienda immiſſione ſuper bonis ab eiſdem poſſeſſis.*

3 *Poſſeſſio fideicommittentis requiritur vſque ad ipſius obitum vt fideicommiſſario poſſit dari immiſſio.*

4 *Exceptio exemptionis bonorum à fideicommiſſo nunquam cenſetur excluſa ad effectum impediendi immiſſionem.*

5 *Fideicommiſſum non cenſetur conſtitutum ſuper bonis pro certa rata pro qua teſtator dedit facultatem hypothecandi, vendendi, ac alienandi.*

6 *Alienatio facta per grauatum in vim facultatis à teſtatore eidem attributæ, cenſetur facta occaſione detractionis ex eadem facultate ſibi competentis.*

7 *Alienata ex præcepto teſtatoris à fideicommiſſarijs amplius peti nequeunt.*

8 *Bulla Clement. VIII. in ordine la 42. exemit bona Baronum à quocunque fideicommiſſo fauore creditorum & d. Bulla declaratur.*

9 *Factum Iudicis, & partis æquiparatur.*

10 *Exceptio facilius datur quam actio.*

11 *Statutum impediens actionem non impedit exceptionem.*

12 *Iuriſdictio aliorum iudicum ſi non ſit impedita ſuper aliqua exceptione nec minus impeditur coram eis de illa opponi.*

DECISIO DCCCCXIV.

PETITAM immiſſionem denegandam eſſe Sigiſmundæ cenſuerunt Domini, ſiue perſona actricis, ſiue reorum, ſiuè bona conſiderentur.

Fideicommiſſum enim conuentionale factum per Vfreduccium, & fratres de Anchaianis, nullatenus ſuffragatur, neque poteſt dici purificatum ad fauorem D. Sigiſmundæ actricis, cum ex illius lectura conſtet fuiſſe

ordi-

ordinatum ad fauorem maſculorum, filiabus
verò fœminis fideicommittentes proſpexiſſe
vt condecenter dotarentur, & in defectum
maſculorum potuiſſe eligi per vltimum ele-
ctum vnam ex ſuis filiabus; cum ergo An-
dreas donauerit Ludouico, & eius filijs, & nõ
nominauerit, nec nominare potuerit ſororẽ,
1 ſed filiam ſuam, vtique † negatiua fideicom-
miſſi ad fauorem Sigiſmundæ agentis conclu
dentiſſimè probatur ex inſpectione dictorum
inſtrumentorum, *Dec. conſ. 218. num. 6. Aldobr.
conſ. 113. num. 26. Peregr. conſ. 52. num. 1. lib. 5. Surd.
conſ. 119. nu. 16. & ſeq. Rot. deciſ. 167. nu. 42. p. 1. &
dec. 267. nu. 1. verſ. præſertim p. 2. rec.*

Inſpecta quoque perſona Tenagliæ, & Al-
bini immiſſio rectè fuit denegata, quia cum
2 ipſi † poſſideant bona, de quibus agitur, iuſto
titulo validæ venditionis factæ per Vfreduc-
cium, vnum ex fideicommittentibus, dicun-
tur legitimi contradictores ad effectum im-
pediendi dictam immiſſionem iuxta magiſtra
lem diſtinctionem, *Bart. in l. fin. num. 21. verſ. ſe-
cundo caſu*, paſſim per DD. canonizatam *C. de
edic. D. Adr. toll. Rot. Bonon. compil. per Gipſ. dec. 137.
num. 3. Angel. de legit. contrad. qu. 2. nu. 124. & qu. 7.
num. 52.* quæ concluſio elicitur ex verbis in
d. l. fin. ibi (non autem ab alio legitimo modo
detineatur.)

Ex qua venditione etiam reſultat poſſeſſio-
3 nem † Vfreduccij fideicommittẽtis non fuiſſe
continuatam vſque ad mortem, prout requi-
ritur, ad obtinendam dictam immiſſionem,
*Peregr. de fideicommiſſ. art. 44. num. 6. Fuſar. de ſub-
ſtitut. quæſt. 618. num. 51. Rot. deciſ. 408. nu. 4. par. 5.
recent. & alibi.*

Procliuiores fuerunt Domini in hanc ſen-
tentiam, habito reſpectu ad bona, de quibus
agitur, ſuper quibus petitur immiſſio, quia
4 illa ſunt exempta à dicto fideicommiſſo, quæ
exceptio exemptionis eſt releuantiſſima ſiuè
illius ortum, ſiuè eſſentiam attendamus oritur
enim ex eodem fonte, & inſtrumento, ex quo
oritur actio, & fideicommiſſum, & propterea
nunquam excluſa cenſetur, etiam in quocũ-
que iudicio exequutio, & priuilegiatiſſimo,
vt docet, *Bald. in auth. præſente num. 4. C. de fid.
Rom. conſ. 472. num. 2. Seraphin. deciſ. 980. num. 13.
Coccin. deciſ. 275. num. 2. & deciſ. 18. & deciſ. 42.
num. 7. penes Zacch. de oblig. Cam. latè Giurb. deciſ.
60. num. 10.*

Siuè prætendatur eſſentia dictæ exceptio-
5 nis, quia † cum fuerit data facultas hypothe-
candi, vendendi, aut alienandi bona vſque ad
ſummam ſcutorum 7. mil. dicta ſumma cen-
ſetur exempta, & præſeruata à dicto fideicõ-
miſſo perindè ac ſi ſuper ea illud nunquam
fuiſſet conſtitutum, & reputatur æs alienum
fideicommittentis *Gabr. conſ. 99. num. 13. lib. 2.
Surd. conſ. 395. num. 2. Rota in Romana fideicommiſſi
de Donatis 27. Iunij 1634. §. minus etiam releuat co-
ram bo. me. Card. Panzirolo, & in Cæſaraugustana
Diſtributionum 22. Maij 1642. coram Reuerendiſſ.
D. Salamantino & in S. Seuerini fideicommiſſi 25.
Iunij, & 14. Decembris 1646. coram R. P. D. meo
Kerdſpie*, & cum Vfreduccius nixus dicta fa-
cultate alienauerit in Tenagliam, & litis con-
ſortes bona controuerſa longè inferioris va-
6 loris, dicitur † elegiſſe dicta bona occaſione
dictæ detractionis ſibi competentis, *Bald. in l.
debitori num. 4. C. de pact. Honded. conſ. 58. num. 25.
lib. 1. Bellon. iun. conſ. 100. num. 3. Rot. deciſ. 429. per
tot. par. 4. diuerſ. Coccin. deciſ. 228. num. 4. & 5. & in
Romana fideicommiſſi de Zuccharis 14. Nouembris
1649. §. conſtat etiam & §. ſeq. coram me*, & illa am-
7 plius † à fideicommiſſarijs peti non poſſunt,
*l. cum ita §. cum in fideicommiſſo ff. de legat. 2. Bald.
conſ. 85. num. 2. lib. 5. Peregrin. conſ. 23. numer. 24.
lib. 3.*

Et prædicta ſine difficultate procedunt in
præſenti caſu, cum Domini de Anchaianis
8 ſint Barones; & † Bulla Clementis VIII. in
ordine 41. eximat eorum bona ad fauorem
creditorum à quocumq; fideicommiſſo, quæ
licet in agendo præſcribat certas formalitates,
nihilominus cum certum ſit partes ad euitã-
das expenſas, præueniendo illius exequutio-
nem poſſe alienare bona libera à quocumque
fideicommiſſi nexu, vt per *Buratt. deciſ. 401. nu-
mer. 2. & deciſ. 482. num. 1. & deciſ. 336. num. 17. &
& 18. tom. 2. p. 7. recent.* Ita etiam poterit Iudex
alienationem iam factam attendere, & validã
9 declarare, cum † factũ Iudicis, & partis æqui-
parentur *l. ſi ob cauſam vbi omnes C. de euict. l. ſi
plus vbi Bald. Alber. & alij ff. eod. innumeros conge-
rit Tiraq. de retract. lign. §. 1. gloſſ. 14. num. 13. Surd.
dec. 266. nu. 13.*

Et licet per modum actionis Bulla eſſet di-
recta ad ſolam Congregationem Baronum
ex hoc nõ ſequitur queri per viam exceptio-
nis, poſſit de ea opponi coram alijs Iudicibus;
10 cum † faciliùs detur exceptio, quam actio,
*cap. qui ad agendum de reg. iur. in 6. l. inuitus 99. §.
11 cui damus ff. eod. tit.* Hinc eſt, quod † ſtatutum
impediens actionem, non impedit exceptio-
nem *Bertacch. de Gabell. par. 9. num. 24. Surd. conſ.
354. num. 17. Put. deciſ. 13. de conſtit.* Et cum ſu-
12 per huiuſmodi exceptione † non ſit impedi-
ta iuriſdictio aliorum Iudicum, nec etiam
erit prohibitum coram eis opponi, iuxta do-
ctrinam *Bart. in l. 2. §. equidem ff. ad Sac. Conſ. Ter-
tull.* communiter receptam, vt per *Soccin. in
conſ. 36. num. 3. & ſeqq. lib. 4. Oſaſc. deciſ. 22. nu. 9.*

Et ita vtraque &c.

BONONIEN: FIDEICOMMISSI.

Luna 3. Iunij 1652.

ARGVMENTVM.

Fideicommiſſa in contractibus fieri valent, & plurium conſenſu validè conſtituta, vnius diſſenſu non reuocantur; & an Pater vti primus acquirens hoc caſu poſſit præiudicare filijs.

SVMMARIVM.

1 *Sententia valida & iuſta eſt confirmanda.*
2 *Fideicommiſſa & ſubſtitutiones validè poſſunt fieri in contractibus & iſta opinio eſt communior.*

3 *Am-*

Digitized by Google

3 *Amplia ſi fideicommiſſa non ſint vniuerſalia ſuper omnibus bonis ſed tantum particularia cum reſeruatione facultatis teſtandi.*

4 *Fideicommiſſum conuentionale ac reciprocum plurium conſenſu conſtitutum, vnius diſſenſu diſſolui nequit.*

5 *Pater vti primus acquirens poteſt reuocare & præiudicare filys.*

6 *Limita concurrente iuramento.*

7 *Limita in fideicommiſſo, reciproco, & aſſignatur ratio.*

8 *Inæqualitatem iura abhorrent.*

9 *Stipulatio donatariorum in fideicommiſſo conuentionali reciproco ſuffragatur etiam ſucceſſiue vocatis quamuis non natis.*

10 *Fideicommiſſi conuentionalis reuocatio non reſultat ex hæredis inſtitutione, & confectione teſtamenti in eodem fideicommiſſo reſeruata & quo caſu reuocatio poſſit habere locum declaratur.*

11 *Vtilitas præſens quandoque compenſat periculum futuri euentus.*

12 *Aequalitas debet attendi in principio contractus non quæ ſubſequitur.*

13 *Poſſeſſorium adipiſcendæ non admittit exceptiones requirentes altiorem indaginem.*

DECISIO DCCCCXV.

NON acquieſcentibus hæredibus Comitis Franciſci de Pepulis ſententiç Rotali, qua fuit pronunciatum Comiti Ioanni de Pepulis dandam eſſe immiſſionem in bonis, de quibus agitur, vti ſubiectis fideicommiſſo conuentionali ordinato per Comites Iacobum, Ricciardum, & Vgonem fratres de Pepulis ad fauorem eorum deſcendentium legitimorum & naturalium, & non legitimatorum, fuit ad illorum inſtantiam mihi commiſſa cauſa appellationis, cum clauſula conſtito quod ſit locus Aegidianæ, vndè propoſito dubio, An ſit locus Aegidianç, vel potius ſententia Rotalis ſit confirmanda; Quoad primam partem dubij nihil fuit firmatum, quia Domini non fuerunt concordes: Circa vero ſecundam fuit reſolutum ſententiam Rotalem eſſe confirmandam, cum hoc eſpoſ-
1 cat illius validitas, † & iuſtitia *Gramat. deciſ. 24. num. 6. Buratt. dec. 374. n. 1*

Validitas enim non controuertitur, & iuſtitia liquet ex deductis in deciſionibus in hac cauſa coram R.P.D. meo Celſo emanatis, in quibus luculenter fuit iuſtificatum conſtare de fideicommiſſo conuentionali, de identitate bonorum, non obſtare detractiones, nec tranſactionem præiudicare petitæ immiſſioni.

Non obſtant aliqui DD. tenentes fideicommiſſa, & ſubſtitutiones non poſſe fieri in cō-
2 tractibus, † quia contraria opinio eſt verior, & communior.

Verior, quia aſtruitur in *l. vt hæredibus, ff. de legat. 2. l. mulier §. fin. ff. ad trebell. l. quoties C. de donat. quæ ſub mod. l. vnic. §. ſin autem, vbi gloſſ. C. de cad. toll.*

Communior, quia illam pleno calamo tuentur *Bald. conſ. 249. verſ. ſubſtitutio lib. 2. Oldr. conſ. 139. num. 1. Caſtren. conſ. 384. num. 1. lib. 1. Angel. conſ. 179. num. 1. & 3. Alex. conſ. 83. num. 6. lib. 2. Dec. conſ. 63. num. 4. Gabr. conſ. 16. numer. 16. & 17. lib. 1. Crauett. conſ. 19. num. 8. & 9. Bero. conſ. 84. n. 5. lib. 2. Cephal. conſ. 17. num. 4. & conſ. 511. num. 11. Roland. conſ. 58. num. 1. vol. 3. Menoch. conſ. 323. n. 3. Simon. de Pret. de interpr. vlt. vol. lib. 3. interp. 2. dub. primo, ſolut. 1. num. 1. in fin. Carpan. ad ſtatut. Mediol. cap. 324. num. 106. Manzar. de fideicommiſſis par. 2. q. 2. Peregr. eod. tract. art. 1. num. 16. & art. 51. num. 2. Fuſar. de ſubſtit. q. 14. num. 1. & 8. & q. 308. nu. 78. Oſaſch. deciſ. 85. num. 6. Magon. deciſ. Flor. 71. num. 6. Surd. deciſ. 144. num. 6. Boer. deciſ. 355. num. 1. & 3. Milanen. deciſ. 8. num. 395. lib. 1. Seraphin. deciſ. 410. num. 16. deciſ. 417. num. 10. & deciſ. 828. num. 2. Rot. deciſ. 464. in fin. par. 4. diuerſ. & in rec. deciſ. 21. nu. 2. par. 1.*

Quæ concluſio ſine vlla hæſitatione procedit, cum fideicommiſſum non ſit vniuer-
3 ſale ſuper omnibus bonis, † ſed particulare, reſeruata facultate diſponendi de mobilibus, ac teſtandi, vt optimè ponderatur *in dec. 4. Maij 1648. §. ex his, & §. ſeq. ac §. non obſtat in hac cauſa coram R.P.D. meo Celſo*, cum relatis per *Fuſar. d. q. 308. n. 85. verſ. & in ſpecie.*

4 Hinc ſequitur huiuſmodi † conuentionale, & reciprocum fideicommiſſum plurium conſenſu validè conſtitutum, non potuiſſe vnius diſſenſu reuocari ex diſpoſitione *text. in l. ſi ad reſoluendam C. de præd. min. l. prout. ff. de ſolut. Romun. conſ. 65. num. 2. latè Tiraquell. de l. connub. gloſſ. 5. num. 11. cum adductis in 1. deciſ. huius cauſæ §. reuocatio.*

5 Nec quidquam releuat quod † Pater vti primus acquirens poſſit reuocare, & præiudicare filijs ex *Seraph. deciſ. 427. num. 3.* Tum quia
6 obiectum † non procedit ſtante iuramento, vt reſpondetur in eadem *deciſ. Seraph. num. 6.* & firmant *Gabr. de donat. concluſ. 4. num. 1. Clar. §. donatio q. 8. verſ. ſed quæro, in ſciſ. Seraph. de priu. iur. priu. 72.* hanc opinionem vti communem teſtantes, ſubdentes ineptum eſſe Aduocatum, qui vellet eam in controuerſiam deducere, *Mantic. de tacit. lib. 13. tit. 48.* Tum quia contraria opinio poteſt habere locum quando acquiſitio eſt facta à ſolo Patre independenter ab alijs ad fauorem tantum filiorum ante il-
7 lorum acceptationem, ſecus † in fideicommiſſo conuentionali reciproco, in quo Patre ponente vnam partem, alij fratres communicant ſuas portiones ad communem vtilitatem, & ſicut non poteſt præiudicare fratribus confideicommittentibus, eorumque filijs eximendo ſuam portionem à fideicommiſſo, vt euitetur inæqualitas, quæ exinde reſultaret,
8 inæqualitatem enim iura ſummopere abhorrent *l. penult. in fin. C. comm. diuid. Auth. de non eligen. 2. nuben. §. fin. verſ. æqualitatis maximè inter fratres Bero. conſ. 24. num. 12. lib. 1. Magon. deciſ. Lucen. 48. num. 18. & obſeruat d. deciſ. Seraph. num. 3. & 4.* maximè cum adſit ſtipulatio, acceptatio do-
9 natariorum, † quæ ſuffragatur etiam alijs ſucceſſiuè vocatis de tempore celebrati inſtrumenti adhuc non natis, vt fuit dictum in *Romana Saluiani de Caſalibus 21. Iunij 1641. coram R.P.D. meo Cerro,* & perpenditur *in 1. dec. huius cauſæ §. nec pariter obſtat.*

Vlte-

Vlterius accedit, quod in præſenti caſu nõ
conſtat Iacobum reuocaſſe dictum fideicom-
10 miſſum conuentionale, nec d. † reuocatio
reſultat ex hæredis inſtitutione, ac confectio-
ne teſtamenti, in eodem contractu reſeruata,
*l. cum hic ſtatus §. ait oratio verſ. pœnitentia ff. de do-
nat. inter vir. & vxor. Bald. in l. ſancimus num. 8. C.
de teſtam. Afflict. deciſ. 275. num. 8. Pariſ. conſ. 128.
num. 4. lib. 1. Seraph. d. deciſ. 427. circa fin.* & autho-
ritates in contrarium allegatæ, & quæ allega-
ri poſſunt, procedunt quando præcedens do-
natio poteſt reuocari tanquam facta abſenti
cum aliquo onere, & inſtitutio hæredis eſt in-
compatibilis cùm præcedenti diſpoſitione,
alias ſecus, nihil refragrante clauſula deroga-
toria, caſſans &c. *vt per Pariſ. & Afflict. loc. cit.
qui dicunt hoc eſſe menti tenendum.*

Deniquè non obſtat repetitum obiectum deductum ex tranſactione, cum illi ſufficienter fuerit ſatisfactum in ſecunda & tertia *deciſ. huius cauſa 16. Aprilis 1649. & 28. Martij 1650. coram R. P. D. meo Celſo.*

Sicuti nec releuat prętenſa inæqualitas, ſiuè
læſio poſita in eo quod Com. Franciſcus in
tranſactione communicauerit plura bona li-
bera, & illorum loco receperit bona fideicõ-
miſſaria, quia Com. Ioannes quoque com-
municauit bona libera, nempè legitimam
ſibi debitam in bonis Aui, & Auiæ, & am-
plius læſio ceſſare poteſt, tum ex eo quod Co.
Franciſcus fuit admiſſus ad pingue fideicom-
miſſum ad quod tunc propter exiſtentiam de-
ſcendentis legitimi non erat vocatus; Tum
pariter, quia valor bonorum fideicommiſſa-
riorum adeo excedere potuit valorem libe-
11 rorum, vt maior vtilitas † tunc præſens cõ-
penſauerit periculum futuri euentus *Peregr. de
fideicom. art. 52. n. 69. in fin. Menoch. præſumpt. 118.
num. 15. verſ. qui tamen Mangil. de euict. q. 114. n. 23.*
12 & ſufficit fuiſſe ſeruatam † æqualitatem ab
initio, nec attenditur inæqualitas poſtmodũ
ex aliquo caſu ſuccedens, *Roland. conſ. 51. n. 19.
in fin. lib. 4. Becc. conſ. 24. num. 37. lib. 1. Fuſar. conſ.
160. num. 11. ad med.* & neque hoc poſſeſſorium
13 adipiſcendæ † admittit exceptiones requirẽ-
tes altiorem indaginem *Rota deciſ. 19. num. 12.
par. 5. recent. & poſt. Merlin. de pignor. deciſ. 144.
num. 16*

Et ita vtraque &c.

CRACOVIEN. FVNDATIONIS.

Lunæ 3. Iunij 1652.

ARGVMENTVM.

ex Summarium.

1 *Executores executorialium Rotalium nequeunt excommunicare, & ſi excommunicant attentant.*

DECISIO DCCCCXVI.

LATA ſententia Rotali ad fauorem Carmelitarum Diſcalceatorũ, qua fuit pronunciatum non eſſe locum fundationi Conuentus, de quo agitur prætenſæ per Carmelitas antiquæ obſeruantiæ in Ciuitate Lubliri, & proindè ſententiam A. C. contrarium determinantem, eſſe reuocandam, pro parte eorumdem Diſcalceatorum fuerunt obtentæ litteræ exequutoriales cum clauſulis de ſtylo huius Sacr. Tribunalis apponi ſolitis pro illius executione; Verum quia Executor litterarũ exequutorialium deputatus in partibus protulit ſententiam excommunicationis contra dictos Patres Carmelitas antiquæ obſeruantię, necnon fecit præceptum ſuper diſtractione, & alienatione Hoſpitij, cæterorumque bonorũ ad eoſdem Patres antiquæ obſeruantiæ ſpectantium; dd. Patres prætenderunt huiuſmodi actus fuiſſe attentatos, necnon fuiſſe exceſſiuam expenſarum reſtitutionem factam in executionem mandati Rotalis; Vndè propoſito dubio, an conſtet de attentatis, Domini quoad excommunicationem affirmatiuè reſponderunt.

Nam licet in ſimilibus mandatis, & exequutorialibus Rotalibus ſoleant comminari cenſurę, tamen certum eſt quod de ſtylo huius Sac. Tribunalis illorum executores non poſſunt procedere ad excommunicationem, ſed tantum debent monere condemnatos, & mandata ſeu exequutoriales ipſis intimare, & deinde illas ad Rotam tranſmittere, à qua ſeruatis ſolitis terminis ad docendum de paritione, declaratoria relaxatur contra obedire recuſantes, alias enim ſi ad excommunicationem procedunt, attentant, & omnia ſunt in priſtinum reponenda, vt teſtatur *Veſtr. prax. lib. 8. cap. 8. num. 16. Lancell. de attent. par. 1. cap. 1. num. 34. & ſeq. & dixit Rot. deciſ. 342. num. 1. & 2. par. 4. recent. & deciſ. 283. num. 1. poſt 2. volum. conſ. Farinac.* & articulo plenè diſcuſo in *Auenionen. Decimarum 2. Maij 1644. coram R. P. D. meo Peutingerio.*

Quo verò ad dictum præceptum, & exceſſiuam executionem pro expenſis, quia ex iuribus pro parte dd. Patrum antiquæ obſeruãtiæ non probatur ſufficienter hoc factum, Domini nihil firmarunt, ſed placuit reſcribere, quod coadiuuentur probationes.

Et ita vtraque &c.

ROMANA SEV AVXIMANA BONORVM.

Veneris 7. Iunij 1652.

ARGVMENTVM.

Clauſula conſtituti adiecta donationi omnium bonorum pro certa tamen ſumma quibus in caſibus ſit attendenda, & quibus in caſibus non: Aſſociatio an ſit permittenda ſuper ſtabilibus relictis mobilibus aliaque plura de attentatis traduntur.

SVMMARIVM.

1 *Manutentio datur poſſidenti authoritate Iudicis.*
2 *Clauſula conſtituti non operatur quando bona ſunt incerta.*

3 *Decla-*

3 *Declarà hoc procedere quando dicta clauſula eſt adiecta ſuper aliqua re particulari incerta ſecus ſi ſuper omnibus bonis præſentibus & futuris.*

4 *Clauſula conſtituti expirat ſi donatarius patiatur bona ſibi donata cum dicta clauſula ab alijs occupari.*

5 *Intellige hoc procedere concurrentibus negligentia decennali aut explicita ſcientia occupationis.*

6 *Scientia facti alieni non præſumitur.*

7 *Scientia præſumpta in præiudicialibus non ſufficit.*

8 *Negligentia tollitur ex facto.*

9 *Mobilia ſpatio longi temporis præſumuntur conſumpta.*

10 *Donatarius habens hypothecata omnia bona donantis poteſt eligere ſatisfactionem ſuper illis bonis ſibi magis benè viſis.*

11 *Obligatio Cameralis non expoſcit bonorum excuſſionem.*

12 *Inſinuatio requiritur etiam in donatione remuneratoria quando merita non probantur aliunde quam ex aſſertione donatoris.*

13 *Inſinuationis defectus ſanatus dicitur ſi Papa mandet Iudici vt inſinuationem faciat refectis expenſis.*

14 *Amplia ſi non agatur de præiudicio creditorum.*

15 *Geſta poſt cauſæ commiſſionem alio Iudici vigore appellationis ſunt attentata, & num. 17.*

16 *Clauſula quam & quas vna cum omnibus incidentibus &c. deuoluit totum negotium ad Iudicem ad quem, & ſic ſi quid fit coram Iudice à quo remanet attentatum.*

18 *A liquidatione datur appellatio ad vtrumque effectum.*

19 *Donationis vigore, in qua pecuniæ ſint in obligatione, bona vero in facultate ſoluendi quis non poteſt agere ad fructus à die donationis, ſed à die motæ litis vel à die declarationis quo donatarius velit ſatisfieri in ſtabilibus.*

DECISIO DCCCCXVII.

VIGORE donationis irreuocabiliter, & inter viuos factæ Marco Antonio Morono per Phebum Rotundum, omnium, & ſingulorum ſuorum bonorum tam mobiliũ, quam ſtabilium pro ſumma ſcut. 2000. monetæ tantum, Antonia Thereſia filia, & hæres d. donatarij, nec non vxor Capitanei Caroli Primarij ab A. C. contra Aſcanium libertanum, & Eliſabettam Rotundam hæredes præfati donatoris obtinuit duo mandata; Alterum de aſſociando, ad effectum ſibi ſatisfaciendi de ſcut. 1800. in compotum ſcutorũ 2000. in dicta donatione contentorũ, & iſtius vigore apprehendidit poſſeſſionem certæ portionis prædij, de quo agitur, ſub die 14. Martij 1650. Alterum verò exequutiuum pro fructibus dictorum ſcutorum 1800. aſcendẽtibus ad ſcut. 2160. & iſtius vigore præuia ſubhaſtatione, & deliberatione remanentis portionis dicti prædij, illius poſſeſſionem cępit 19. Auguſti eiuſdem anni 1650. ſed cauſa per viam appellationis ad Rotam delata, propoſui dubium, An, & cui ſit dandum mandatum de manutenendo, & Domini reſpectu illius portionis, cuius poſſeſſio apprehenſa fuit vigore prædicti mandati de aſſociando,
1 d. Antoniæ Thereſiæ † illud dandum eſſe reſponderunt, dum ex facto Iudicis ritè, & rectè procedentis illius poſſeſſionem adepta fuit, *l. iuſtè poſſidet, ff. de acq. poſſeſſ. Rota coram Duran. deciſ. 141. numer. 1. & in recent. deciſ. 347. numer. 2. par. 2.*
2 Non obſtat quod clauſula, † conſtituti in
inſtrumento dictæ donationis appoſita ipſi
Moronæ ſuffragari non potuerit ob incerti-
tudinem reſpectu bonorum, quæ in inſtru-
mento dictæ donationis ſpecialiter non legũ-
tur expreſſa per *text. in l. 3. §. incertam cum ibi no-*
tat. per DD. ff. de acq. poſſeſſ. quia concluſio pro-
3 cederet, ſi dicta clauſula fuiſſet appoſita ſuper
aliqua re particulari incerta, in quibus termi-
nis loquitur *text. in d. §. incertam*, ſecus autem
vbi appoſita fuit ſuper omnibus bonis præſen-
tibus, & futuris, hoc enim caſu, licet non ad-
ſit certitudo reſpectu rerum particularium,
adeſt tamen reſpectu vniuerſi, ex quo omnia
bona ſub ipſa conſtitutione præcarij compre-
henduntur, & ſic adeſt certitudo generalis,
quę ſufficit ad effectum, de quo agitur; *Iaſ. in*
d. §. incertam ſub num. 16. & ibi *Soccin. ſub num. 5.*
& ſeq. Alex. in l. ſtipulatio hoc modo concepta ſub nu-
mer. 17. ff. de verb. oblig. Rota deciſ. 59. num. 6. par. 2.
diuerſ. coram Duran. deciſ. 49. num. 13. & fuit di-
ctum *in Bituntina Cenſus 17. Nouembris 1645. co-*
ram Eminentiſſ. D. Cardinali Corrado §. nam obie-
ctum.
4 Nec releuat quod † virtus dictæ clauſulæ
expirauerit, ex quo Donatarius, ſeu Antonia
Thereſia eius hæres paſſa fuerit occupari per
longum tempus poſſeſſionem naturalem di-
cti prædij à dd. Aſcanio, & Eliſabetta Phebi
Donatoris hæredibus ad tradita per *Pacific. de*
Salu. inſpect. 3. cap. 2. num. 26. & ſeq. quia ad iſtũ
5 effectum † requiritur negligentia decennalis,
vel explicita probatio certæ ſcientiæ occupa-
tionis alterius, quorum neutrum in præſenti
caſu concurrit; Nam ſcientia non iuſtifica-
tur ab allegante, prout neceſſarium eſt, cum
6 illa † non præſumatur *cap. ignorantia facti, cap.*
præſumitur de regul. iur. in 6. l. verius ff. de probat.
Rota in recent. deciſ. 504. num. 3. par. 4. tom. 2. eoque
7 magis † in præiudicialibus, prout in præſenti
caſu, ſcientia debet eſſe certa, & indubitata,
adeout præſumpta non ſufficiat iuxta *gloſſ. cõ-*
muniter receptam in cap. concertationi, in verbo
ſciuerit de appell. in 6. Tiraq. de retract. lign. §. 36.
gloſſ. 2. num. 3. & de l. connub. gloſſ. 8. num. 183. Put.
deciſ. 6. de prob. Rota in recent. deciſ. 111. num. 7. p. 1.
& deciſ. 504. num. 7. par. 4. tom. 2. Negligentia
vero decennalis excluditur, dum de ann. 1627.
tam Phebus Donator, quam Moronus Dona-
tarius in humanis erant; & Antonia Thereſia
iudicium aſſociationis inſtituit de anno 1635.
& ſic indubitanter infra decem annos à die
8 obitus vtriuſque contrahentis, † ideo ex facto
tollitur negligentia agentis, vt ponderatum
fuit in *Romana Cenſus 26. Iunij 1645. coram R. P.*
D. meo Bichio §. non obſtat.

Prout minus obſtat, quod aſſociatio prædicta conceſſa fuerit ad ſtabilia relictis mobi-

libus,

libus, quæ prius erant diſcutienda, quia præ-
9 ter quod prædicta † mobilia per lapſum 34.
annorum decurſorum à die donationis vſque
ad diem incoati iudicij præſumuntur vſu
conſumpta, *Bart. in l.quoad præſens num.3. C. de
murileg.lib.11.Rota coram Duran. dec.192.num.11.
& in Anconitana Dotis 4.Iulij* 1640. *§.ſecunda ve-
ro ſpecies coram R.P.D. meo Cerro*; ſtante hypo-
10 theca omnium bonorum Antonia Thereſia
eligere potuit ſatisfactionem in quibuſcumq;
bonis Phebi Donatoris ſibi magis benè viſis,
*l.creditore ff.de diſtract.pign. Rot.in Rauennaten.Sal-
uiani 2.Maij* 1623. *coram bon. me. Merlino impreſſ.
poſt Merlin. de pignor. deciſ.11. ſub num.6.* nec re-
11 quirebatur excuſſio, † dum fuit actum vigo-
re obligationis Cameralis, vt probat *Zacch.ad
Galleſ.tract.de oblig.Camer. q.15. num.16. & dixit
Rota in Romana Mutui 16.Nouembris 1601. coram
Cardin.Lancellotto penes eundem deciſ.22. n.4.*

Neque obeſſe poteſt defectus inſinuationis,
quia etiamſi ipſa videatur neceſſaria, quãtum-
12 uis † agatur de donatione remuneratoria, ex
quo merita non probantur aliunde, quam
per aſſertionem Donatoris, quæ non ſufficit
ad euitandum ſolemnitates requiſitas à ſtatu-
to, vt in terminis reſpondit *Rota in Romana do-
nationis 6. Iunij 1633. coram bon.me. Card. Hiero-
nymo Veroſpio in recent.deciſ.358.nu.7. & ſeq. p.6.*
Nihilominus huiuſmodi defectus ſanatus fuit
13 à S.D.N. † qui per ſpecialem commiſſionem
demandauit A. C. vt dictam iuſinuationem
faceret refectis expenſis, vndè donatio reuali-
data fuit vſque ab initio, maximè cum non
14 agatur † de præiudicio creditorum, *Decian.
conſ.60.num.13.lib.4.* qui alios allegat, *Coſt. de
retract.caſ.24.cap.8.ſub num.2.* nullatenus ſubſi-
ſtente allegata ſubreptionis exceptione ob ta-
citurnitatem litis, & oppoſitum defectum di-
ctæ inſinuationis, quia ex lectura eiuſdem Cõ-
miſſionis apparet hæc omnia Pontifici narra-
ta fuiſſe.

Reſpectu verò illius portionis, quam vi-
gore præfati ſecundi mandati Antonia The-
reſia cõſequuta fuit præuia illius ſubhaſtatio-
ne, & deliberatione, mandatum de manute-
nendo concedendum eſſe Aſcanio Domini
reſponderunt, cum tam præfatum ſecundum
15 mandatum, quam illius † exequutio ſint no-
toriè nulla, & attentata, cum geſta fuerint co-
ram A.C. poſt quam cauſa erat commiſſa in
hoc ſacro Tribunali vigore appellationis in-
teriectæ à ſupradicto mandato de aſſociando
antecedenter relaxato per *text.in rubr.& tot.tit.
ff. & C.vt lit.pend.*

Nec refert, quod ad effectum obtinendi di-
ctum ſecundum mandatum pro fructibus in-
tentatum fuerit nouum iudicium omnino
diſtinctum, & ſeparatum à primo, in quo dũ-
taxat fuerunt petita ſcut. 1800. in computum
ſortis principalis, quia cum hoc ſecundum
iudicium totaliter dependeat à primo, in quo
vlterius dictorum fructuum prætenſio à dicta
Antonia Thereſia deducta fuerat, vt colligi-
tur, ibi, *ſine præiudicio fructuum &c.* vtique vi-
16 gore † clauſulæ, quam & quas, vnà *cum om-
nibus incidentibus &c.* illius inſpectio ad Rotam
deuoluta fuit, & per conſequens citra vitium
attentatorum coram A.C. intentari non po-
tuit ex latè cumulatis per *Rot. in Taurinen. Par-
rochialis 13. Nouembris 1647. coram R. P. D. meo
Celſo, & in Romana Palatij 4. Martii 1648. coram
R. P. D. meo Cerro.*

Præterea executio cum omnibus inde ſe-
17 quutis eſt notoriè attentata, † cum facta fue-
rit die vltima Iunij 1650. & ſic infra decem
dies datos ad appellandum, ex quo decretum
relaxationis dicti ſecundi mandati factum fuit
22. eiuſdem: cum enim à liquidatione de iu-
18 re † detur appellatio ad vtrumque effectum,
*Zacch.ad Galleſ.de oblig.Camer.q.31.n.37.& q.37.
nu.62. Rot.coram Seraph.deciſ.452.n.3.& dec.503.
nu.27.p.4.tom.2.recent.* & fuit dictum in *Romana
fideicommiſſi de Spiritibu. 15.Ianuarij 1646. coram
R. P. D. meo Cerro §.etiam ſententia*, vtique ſine
labe attẽtatorum infra dictos decem dies exe-
cutio fieri non potuit, vt reſponſum fuit in
*Romana Saluiani prima Iulij 1648. & 17. Martii
1649. coram Eminentiſſimo D.Card. Otthobono*, &
alibi paſſim, & prædicta tanto magis proce-
dunt in præſenti caſu, attenta etiam iniuſtitia
dicti ſecundi mandati, quia cum ex lectura
19 præfatæ donationis appareat † pecunias eſſe
in obligatione, bona vero in facultate ſoluẽ-
di, non debebãtur fructus niſi à die motæ litis
vel à die declarationis quod Antonia There-
ſia volebat ſibi ſatisfieri ex ſtabilibus, non au-
tem à die donationis, prout dictum mandatũ
relaxatum fuit *l. ſi quis ſtipulatus 57. ff. de ſolut.
Ciriac.controu.390.num.43.* & dixit *Rota in Vrbe-
uetana Cenſus 6.Iunij 1640.coram Reuerendiſſ.Ter-
raconen.*

Et ità vtraque &c.

BENEVENTANA CANONICATVS.

Lunæ 10. Iunij 1652.

A R G V M E N T V M.

Manutentio debetur poſſeſſori anteriori etiam ſi poſterior ſuam poſſeſſionem acceperit de manu executoris quando iſte nulliter proceſſit, & ex quibus dicatur nulliter proceſſiſſe.

S V M M A R I V M.

1 *Poſſeſſio inſtrumentalis alio non poſſidente eſt manu-
tenibilis.*
2 *Poſſeſſio poſterior reputatur clandeſtina, & turbati-
ua nec eſt apta impedire manutentionem anteriori
poſſeſſori qui non habuit ſe pro ſpoliato.*
3 *Executor litterarum Apoſtolicarum nulliter & iniu-
ſtè procedendo non ſpoliat poſſeſſione anteriorem
poſſeſſorem.*
4 *Clauſula dummodo &c. & amoto &c. facit execu-
torem mixtum & ſic tenetur aſſumere partes iudi-
cis, quod ſi non fecerit, nulliter procedit.*
5 *Executor dicitur nulliter & iniuſtè proceſſiſſe ſi fue-
rit executus litteras non iuſtificatas.*

D E-

3 *Declarà hoc procedere quando dicta clauſula eſt adiecta ſuper aliqua re particulari incerta ſecus ſi ſuper omnibus bonis præſentibus & futuris.*

4 *Clauſula conſtituti expirat ſi donatarius patiatur bona ſibi donata cum dicta clauſula ab alijs occupari.*

5 *Intellige hoc procedere concurrentibus negligentia decennali aut explicita ſcientia occupationis.*

6 *Scientia facti alieni non præſumitur.*

7 *Scientia præſumpta in præiudicialibus non ſufficit.*

8 *Negligentia tollitur ex facto.*

9 *Mobilia ſpatio longi temporis præſumuntur conſumpta.*

10 *Donatarius habens hypothecata omnia bona donantis poteſt eligere ſatisfactionem ſuper illis bonis ſibi magis benè viſis.*

11 *Obligatio Cameralis non expoſcit bonorum excuſſionem.*

12 *Inſinuatio requiritur etiam in donatione remuneratoria quando merita non probantur aliunde quam ex aſſertione donatoris.*

13 *Inſinuationis defectus ſanatus dicitur ſi Papa mandet Iudici vt inſinuationem faciat refectis expenſis.*

14 *Amplia ſi non agatur de præiudicio creditorum.*

15 *Geſta poſt cauſa commiſſionem alio Iudici vigore appellationis ſunt attentata, & num. 17.*

16 *Clauſula quam & quas vna cum omnibus incidentibus &c. deuoluit totum negotium ad Iudicem ad quem, & ſic ſi quid fit coram Iudice à quo remanet attentatum.*

18 *A liquidatione datur appellatio ad vtrumque effectum.*

19 *Donationis vigore, in qua pecunia ſint in obligatione, bona vero in facultate ſoluendi quis non poteſt agere ad fructus à die donationis, ſed à die mota litis vel à die declarationis quo donatarius velit ſatisfieri in ſtabilibus.*

DECISIO DCCCCXVII.

VIGORE donationis irreuocabiliter, & inter viuos factæ Marco Antonio Morono per Phebum Rotundum, omnium, & ſingulorum ſuorum bonorum tam mobiliũ, quam ſtabilium pro ſumma ſcut. 2000. monetæ tantum, Antonia Thereſia filia, & hæres d. donatarij, nec non vxor Capitanei Caroli Primarij ab A. C. contra Aſcanium libertanum, & Eliſabettam Rotundam hæredes præfati donatoris obtinuit duo mandata; Alterum de aſſociando, ad effectum ſibi ſatisfaciendi de ſcut. 1800. in compotum ſcutorũ 2000. in dicta donatione contentorũ, & iſtius vigore apprehendidit poſſeſſionem certæ portionis prædij, de quo agitur, ſub die 14. Martij 1650. Alterum verò exequutiuum pro fructibus dictorum ſcutorum 1800. aſcendẽtibus ad ſcut. 2160. & iſtius vigore præuia ſubhaſtatione, & deliberatione remanentis portionis dicti prædij, illius poſſeſſionem cępit 19. Auguſti eiuſdem anni 1650. ſed cauſa per viam appellationis ad Rotam delata, propoſui dubium, An, & cui ſit dandum mandatum de manutenendo, & Domini reſpectu illius portionis, cuius poſſeſſio apprehenſa fuit vigore prædicti mandati de aſſociando,
1 d. Antoniæ Thereſiæ † illud dandum eſſe reſponderunt, dum ex facto Iudicis ritè, & rectè procedentis illius poſſeſſionem adepta fuit, *l. iuſtè poſſidet, ff. de acq. poſſeſſ. Rota coram Duran. deciſ. 141. numer. 1. & in recent. deciſ. 347. numer. 2. par. 2.*

2 Non obſtat quod clauſula, † conſtituti in
inſtrumento dictæ donationis appoſita ipſi Moronæ ſuffragari non potuerit ob incertitudinem reſpectu bonorum, quæ in inſtrumento dictæ donationis ſpecialiter non legũtur expreſſa per *text. in l. 3. §. incertam cum ibi notat. per DD. ff. de acq. poſſeſſ.* quia concluſio pro-
3 cederet, ſi dicta clauſula fuiſſet appoſita ſuper aliqua re particulari incerta, in quibus terminis loquitur *text. in d. §. incertam*, ſecus autem vbi appoſita fuit ſuper omnibus bonis præſentibus, & futuris, hoc enim caſu, licet non adſit certitudo reſpectu rerum particularium, adeſt tamen reſpectu vniuerſi, ex quo omnia bona ſub ipſa conſtitutione præcarij cumprehenduntur, & ſic adeſt certitudo generalis, quę ſufficit ad effectum, de quo agitur; *Iaſ. in d. §. incertam ſub num. 16.* & ibi *Soccin. ſub num. 5. & ſeq. Alex. in l. ſtipulatio hoc modo concepta ſub numer. 17. ff. de verb. oblig. Rota deciſ. 59. num. 6. par. 2. diuerſ. coram Duran. deciſ. 49. num. 13.* & fuit dictum *in Bituntina Cenſus 17. Nouembris 1645. coram Eminentiſſ. D. Cardinali Corrado §. nam obiectum.*

4 Nec releuat quod † virtus dictæ clauſulæ
expirauerit, ex quo Donatarius, ſeu Antonia Thereſia eius hæres paſſa fuerit occupari per longum tempus poſſeſſionem naturalem dicti prædij à dd. Aſcanio, & Eliſabetta Phebi Donatoris hæredibus ad tradita per *Pacific. de Salu. inſpect. 3. cap. 2. num. 26. & ſeq.* quia ad iſtũ
5 effectum † requiritur negligentia decennalis, vel explicita probatio certæ ſcientiæ occupationis alterius, quorum neutrum in præſenti caſu concurrit; Nam ſcientia non iuſtificatur ab allegante, prout neceſſarium eſt, cum
6 illa † non præſumatur *cap. ignorantia facti, cap. præſumitur de regul. iur. in 6. l. verius ff. de probat. Rota in recent. deciſ. 504. num. 3. par. 4. tom. 2.* eoque
7 magis † in præiudicialibus, prout in præſenti caſu, ſcientia debet eſſe certa, & indubitata, adeout præſumpta non ſufficiat iuxta *gloſſ.* cõmuniter receptam in *cap. concertationi, in verbo ſciuerit de appell. in 6. Tiraq. de retract. lign. §. 36. gloſſ. 2. num. 3. & de l. connub. gloſſ. 8. num. 183. Put. deciſ. 6. de prob. Rota in recent. deciſ. 111. num. 7. p. 1. & deciſ. 504. num. 7. par. 4. tom. 2.* Negligentia vero decennalis excluditur, dum de ann. 1627. tam Phebus Donator, quam Moronus Donatarius in humanis erant; & Antonia Thereſia iudicium aſſociationis inſtituit de anno 1635. & ſic indubitanter infra decem annos à die
8 obitus vtriuſque contrahentis, † ideo ex facto tollitur negligentia agentis, vt ponderatum fuit in *Romana Cenſus 26. Iunij 1645. coram R. P. D. meo Bichio §. non obſtat.*

Prout minus obſtat, quod aſſociatio prædicta conceſſa fuerit ad ſtabilia relictis mobilibus,

libus, quæ prius erant diſcutienda, quia præ-
9 ter quod prædicta † mobilia per lapſum 34.
annorum decurſorum à die donationis vſque
ad diem incoati iudicij præſumuntur vſu
conſumpta, *Bart. in l.quoad præſens num.3. C. de
murileg.lib.11.Rota coram Duran. dec.192.num.11.
& in Anconitana Dotis 4.Iuly 1640. §.ſecunda ve-
ro ſpecies coram R.P.D. meo Cerro*; ſtante hypo-
10 theca omnium bonorum Antonia Thereſia
eligere potuit ſatisfactionem in quibuſcumq;
bonis Phebi Donatoris ſibi magis benè viſis,
*l.creditore ff.de diſtract.pign.Rot.in Rauennaten.Sal-
uiani 2.Maij 1623.coram bon. me. Merlino impreſſ.
poſt Merlin. de pignor. deciſ.11. ſub num.6.* nec re-
11 quirebatur excuſſio, † dum fuit actum vigo-
re obligationis Cameralis, vt probat *Zacch.ad
Galleſ.tract.de oblig.Camer. q.15. num.16. & dixit
Rota in Romana Mutui 16.Nouembris 1601. coram
Cardin.Lancellotto penes eundem deciſ.22. n.4.*

Neque obeſſe poteſt defectus inſinuationis,
quia etiamſi ipſa videatur neceſſaria, quãtum-
12 uis † agatur de donatione remuneratoria, ex
quo merita non probantur aliunde, quam
per aſſertionem Donatoris, quæ non ſufficit
ad euitandum ſolemnitates requiſitas à ſtatu-
to, vt in terminis reſpondit *Rota in Romana do-
nationis 6. Iunij 1633. coram bon.me. Card. Hiero-
nymo Veroſpio in recent.deciſ.358.nu.7. & ſeq. p.6.*
Nihilominus huiuſmodi defectus ſanatus fuit
13 à S.D.N. † qui per ſpecialem commiſſionem
demandauit A. C. vt dictam inſinuationem
faceret refectis expenſis, vndè donatio reuali-
data fuit vſque ab initio, maximè cum non
14 agatur † de præiudicio creditorum, *Decian.
conſ.60.num.13.lib.4.* qui alios allegat, *Coſt. de
retract.caſ.24.cap.8.ſub num.2.* nullatenus ſubſi-
ſtente allegata ſubreptionis exceptione ob ta-
citurnitatem litis, & oppoſitum defectum di-
ctę inſinuationis, quia ex lectura eiuſdem Cõ-
miſſionis apparet hæc omnia Pontifici narra-
ta fuiſſe.

Reſpectu verò illius portionis, quam vi-
gore præfati ſecundi mandati Antonia The-
reſia cõſequuta fuit præuia illius ſubhaſtatio-
ne, & deliberatione, mandatum de manute-
nendo concedendum eſſe Aſcanio Domini
reſponderunt, cum tam præfatum ſecundum
15 mandatum, quam illius † exequutio ſint no-
toriè nulla, & attentata, cum geſta fuerint co-
ram A.C. poſt quam cauſa erat commiſſa in
hoc ſacro Tribunali vigore appellationis in-
teriectæ à ſupradicto mandato de aſſociando
antecedenter relaxato per *text.in rubr. & tot.tit.
ff. & C.vt lit.pend.*

Nec refert, quod ad effectum obtinendi di-
ctum ſecundum mandatum pro fructibus in-
tentatum fuerit nouum iudicium omnino
diſtinctum, & ſeparatum à primo, in quo dũ-
taxat fuerunt petita ſcut. 1800. in computum
ſortis principalis, quia cum hoc ſecundum
iudicium totaliter dependeat à primo, in quo
vlterius dictorum fructuum prętenſio à dicta
Antonia Thereſia deducta fuerat, vt colligi-
tur, ibi, *ſine præiudicio fructuum &c.* vtique vi-
16 gore † clauſulæ, quam & quas, vnà *cum om-
nibus incidentibus &c.* illius inſpectio ad Rotam
deuoluta fuit, & per conſequens citra vitium
attentatorum coram A.C. intentari non po-
tuit ex latè cumulatis per *Rot. in Taurinen. Par-
rochialis 13. Nouembris 1647. coram R.P. D. meo
Celſo, & in Romana Palatij 4. Martii 1648. coram
R. P. D. meo Cerro.*

Præterea executio cum omnibus inde ſe-
17 quutis eſt notoriè attentata, † cum facta fue-
rit die vltima Iunij 1650. & ſic infra decem
dies datos ad appellandum, ex quo decretum
relaxationis dicti ſecundi mandati factum fuit
22. eiuſdem: cum enim à liquidatione de iu-
18 re † detur appellatio ad vtrumque effectum,
*Zacch.ad Galleſ.de oblig.Camer.q.31.n.37.& q.37.
nu.62. Rot.coram Seraph.deciſ.452.n.3.& dec.503.
nu.27.p.4.tom.2.recent.* & fuit dictum in *Romana
fideicommiſſi de Spiritibu. 15.Ianuarij 1646. coram
R.P.D. meo Cerro §.etiam ſententia*, vtique ſine
labe attẽtatorum infra dictos decem dies exe-
cutio fieri non potuit, vt reſponſum fuit in
*Romana Saluiani prima Iulij 1648. & 17. Martii
1649. coram Eminentiſſimo D.Card. Otthobono*, &
alibi paſſim, & prædicta tanto magis proce-
dunt in præſenti caſu, attenta etiam iniuſtitia
dicti ſecundi mandati, quia cum ex lectura
19 præfatæ donationis appareat † pecunias eſſe
in obligatione, bona vero in facultate ſoluẽ-
di, non debebãtur fructus niſi à die motæ litis
vel à die declarationis quod Antonia Thereſia
volebat ſibi ſatisfieri ex ſtabilibus, non au-
tem à die donationis, prout dictum mandatũ
relaxatum fuit *l. ſi quis ſtipulatus 57. ff. de ſolut.
Ciriac.controu.390.num.43.* & dixit *Rota in Vrbe-
uetana Cenſus 6.Iunij 1640.coram Reuerendiſſ.Ter-
raconen.*

Et ità vtraque &c.

BENEVENTANA CANONICATVS.

Lunæ 10. Iunij 1652.

ARGVMENTVM.

Manutentio debetur poſſeſſori anteriori etiam ſi poſterior ſuam poſſeſſionem acceperit de manu executoris quando iſte nulliter proceſſit, & ex quibus dicatur nulliter proceſſiſſe.

SVMMARIVM.

1 *Poſſeſſio inſtrumentalis alio non poſſidente eſt manutenibilis.*

2 *Poſſeſſio poſterior reputatur clandeſtina, & turbatiua nec eſt apta impedire manutentionem anteriori poſſeſſori qui non habuit ſe pro ſpoliato.*

3 *Executor litterarum Apoſtolicarum nulliter & iniuſtè procedendo non ſpoliat poſſeſſione anteriorem poſſeſſorem.*

4 *Clauſula dummodo &c. & amoto &c. facit executorem mixtum & ſic tenetur aſſumere partes iudicis, quod ſi non fecerit, nulliter procedit.*

5 *Executor dicitur nulliter & iniuſtè proceſſiſſe ſi fuerit executus litteras non iuſtificatas.*

D E-

Digitized by Google

DECISIO DCCCCXVIII.

RESPONDERVNT Domini manuten-
tionem in poſſeſsione Canonicatus, de
quo agitur dandam eſſe Carolo Creſcentio,
de cuius poſſeſsione capta ſub die 18. Octo-
bris 1651. conſtat per publicum inſtrumen-
1 tum, quæ † poſſeſſio licet inſtrumentalis, ei
benè ſuffragatur ad effectum manutentionis
cum prædicto tempore non probetur quod
alius eſſet in poſſeſsione vulgata, *l. prædia vbi
Bart. num. 1. verſ. ſi inſtrumentum ff. de acq. poſſeſſ.
gloſſ. in l. non id circo, in verbo, in vacuam, ibique
Bald. in princ. C. de fid. inſtrum. Rota penes ſan. mem.
Gregor. XV. deciſ. 171. num. 1. & in Imolen. Beneficij
23. Iuny 1645. & in Lauretana Beneficij 26. eiuſdem
menſis coram Eminentiſſimo Domino Cardinali Cor-
rado.*

Non obſtat poſſeſsio apprehenſa per Nico-
laum Antonium Zampettam, quia cum illa
ex eius litteris Apoſtolicis, & decreto execu-
toris ſuper eius immiſsione facto die vltima
Ianuarij 1652. euidenter detegatur poſte-
2 rior † præſumitur clandeſtina, & turbatiua,
ideoque non eſt apta impedire manutentionē
Carolo anteriori poſſeſſori qui non habuit ſe
prò ſpoliato *cap. licet Epiſcopus de præbend. in 6.*
& fuit dictum in *Alerien. Canonicatus 27. Nouē-
bris 1645. coram R.P.D. meo Veroſpio, & in Ca-
merinen. Parochials 4. Iulij 1646. coram R.P.D. meo
Cerro, & in Nicien. Canonicatus 14. Nouemb. 1650.
coram me.*

Nec obſtat quod iſta poſterior poſſeſſio ca-
pta fuerit de manu præfati executoris, quia, cū
3 d. executor, † nulliter, & iniuſtè proceſſerit nō
priuauit Creſcentium ſua anteriori poſſeſsio-
ne iuxta notat per *DD. in cap. conquirente nu. 8.
de reſtit. ſpoliat. & dixit Rota penes Gregor. dec. 46.
num. 5. in Montis Caſſinen. Parochialis 17. February
1648. & in Beneuentana Canonicatus 14. Maij 1646
coram R.P.D. meo Bichio, & in Cuſentina Canoni-
catus 5. Iulij 1649. coram R.P.D. meo Meltio.*

Nullitas ſiquidem eſt euidens, nam eum
tunc temporis poſſeſsio Canonicatus contro-
uerſi non eſſet vacua, ſed reperiretur occupa-
4 ta per Carolum dictus Executor † vti deputa-
tus in forma commiſſaria, & cum clauſulis,
dummodo &c. & amoto &c. tenebatur aſſu-
mere partes Iudicis, illumque in iudicio ci-
tare, & in ſuis iuribus audire, quod cum non
fecerit, nulliter, & de facto proceſsit *cap. licet
Epiſcopus* & ibi *gloſſ. in verbo, te non citato de præb.
in 6. Calder. conſ. 9. de dilat. Rot. deciſ. 187. n. 1. p. 3.
deciſ. 507. num. 2. par. 4. & deciſ. 488. nu. 3. par. 5. rec.
& in Cuſentina Canonicatus 5. Iulij 1649. coram
R.P.D. meo Meltio §. nullitas autem, & in Beneuen-
tana Parochialis 29. Aprilis eiuſdem anni §. quod au-
tem coram R.P.D. meo Cerro, & in dicta Nicien.
Canonicatus 14. Nouembris 1650. coram me.*

Iniuſtitia vero patet ex quo legitimam re-
5 ſignationis † publicationem ad formam Cō-
ſtitutionis fa. me. Gregor. XIII. non conſtat
præceſsiſſe, nec probatum quod Carafa reſi-
gnans, qui ad titulum dicti Canonicatus ad
ſacros ordines promotus fuit, aliunde com-
modè viuere poſſet, ideoque eum dictus exe-
cutor ad litterarum Apoſtolicarum execu-
tionem deuenerit dictis litteris nullatenus iu-
ſtificatis, nulliter, & iniuſtè proceſsiſſe non
eſt ambigendum *cap. ſuper litteris de reſcript.*

Et ita altera tantum &c.

TIBVRTINA DONATIONIS.

Lunæ 17. Iunij 1652.

ARGVMENTVM.

Mulier maior ſine cauſa, & abſque ſolemnita-
tibus non ſolum pro dote ſed etiam pro illius
augumento valide donare, contrahere, & ob-
ligari poteſt.

SVMMARIVM.

1 *Mulier maior ex cauſa dotis validè contrahere, do-
nare, & obligari poteſt.*
2 *Dos non venit ſub generali diſpoſitione ſtatuentium
in materia ſpecialiter priuilegiata, & ſic mulier
maior ſine ſolemnitatibus validè ſe obligat.*
3 *Hoc procedit reiecta diſtinctione an cauſa dotan-
di ſit voluntaria ſiue neceſſaria; quidquid ſit in
minore.*
4 *Mulier maior non ſolum pro dote, ſed etiam pro il-
lius augumento validè contrahere, & obligari po-
teſt etiam ex cauſa merè voluntaria.*
5 *Limita ſi augmentum dotis fuiſſet aſſignatum poſt
contractum matrimonium, & ſic quaſi ad defrau-
dandum ſtatutum.*
6 *Donatio pro maritandis puellis pauperrimis vti fa-
cta ex cauſa verè pia multominus requirit ſolem-
nitates.*
7 *Dos ſine matrimonio conſiſtere nequit appellatur ta-
men dos & in fauorabilibus mulieris habet priui-
legia vera dotis, n. 8.*
9 *Solemnitates adhibitæ pro maiori cautela nō vitiant
actum ſi in aliquo defecerint.*
10 *Contractus ex defectu inſinuationis non neceſſaria
non irritatur etiam ſi d. inſinuatio fuerit per con-
trahentem demàndata.*
11 *Clauſula, omni meliori modo &c. alicui donationi
adiecta oſtendit donatricem voluiſſe adſtringi ſolem
nitatibus.*
12 *Conſanguinei non benè affecti non ſunt adhibendi
pro præſtando conſenſu in aliquo contractu.*

DECISIO DCCCCXIX.

DELIA de Veteribus in ſuo, ſub quo de-
ceſſit teſtamento. donationem inter vi-
uos à ſe factam ad fauorem Lauiniæ, Annæ
Thereſiæ, & Mariæ Hyacintæ filiarum Ioan-
nis Baptiſtæ de Sebaſtianis, donatricis conſo-
brini (præuia abſolutione à iuramento) reuo-
cauit, cuius reuocationis vigore Felix Dona-
tricis filia, & hæres dictam donationem nullā
per ſententiam Ordinarij Tiburtini declarari
obtinuit, quam ſententiam A.C. in gradu ap-
pellationis reuocauit, cauſaque poſtremo ad
Rotam delata, & diſputato dubio; An dicta
do-

donatio ſuſtineatur, Domini affirmatiuè re-
ſponderunt.

Fundamentum reſolutionis fuit, quia cum
dicta donatio proceſſerit à muliere maiori ad
vtilitatem filiarum Ioannis Baptiſtę eius con-
ſanguinei adhoc vt facilius, & decentius nu-
berent Deo, vel in ſęculo fuit omnino valida:
1 cum † mulier maior ſpecialiter in iure repe-
riatur priuilegiata, vt ex cauſa dotis efficaci-
ter contrahere, obligari, & donare poſſit iux-
ta reſponſum Pauli in *l. promittendo 42. ibi, cu-
iuſcumque ſexus, & conditionis* iuncta *gloſ. in illis
verbis*, dum tamen ſint legitimæ ætatis, *ff. de
iur. dot. & in l. fin. C. ad Vell.* Quamuis non fue-
rint ſeruatæ ſolemnitates ſtatutariæ; cum dos
2 non † veniat ſub generali diſpoſitione ſtatuē-
tium in materia ſpecialiter priuilegiata ſecū-
dum Theoricam *Salicet. paſſim à DD. approba-
tam in l. fin. nu. 3. in quarto notab. C. de iur. dot. vt per
Socein. ſen. conſ. 46. nu. 31. lib. 4. Iaſ. conſ. 157. nu. 3.
lib. 2. Pariſ. conſ. 81. nu. 8. in 3. Ruin. conſ. 61. num. 7.
vol. 3. Gabr. conſ. 20. nu. 4. & 41. lib. 2. Menoch. conſ.
242. num. 6. & 8. & conſ. 26. num. 39. & ſeq. Eugen.
conſ. 9. num. 26. lib. 1. Altogr. conſ. 34. num. 8. 9. & 31.
verſ. & multo magis Bald. nouell. de do. p. 6. q. in. 48.
Lambert. de contr. gloſ. 2. verſ. occaſione dotis nu. 4.
& 5. Tiraquell. de retract. lign. §. 1. gloſ. 14. num. 91.*
cum alijs per *Gabr. de leg. & conſtit. concl. 1. n. 10.
Henriq. de fideiuſ. cap. 7. nu. 452. Ciriac. contron. 295.
nu. 8. & contr. 508. num. 39. & ſeq. Pacific. de ſalu.
inſpect. 3. cap. 2. nu. 1. n. 1. Mareſcott. var. lib. 1. cap. 43.
n. 8. Merlin. Pignat. conſult. 56. n. 4. Grat. diſcept. 647.
n. 2. Magon. dec. Flor. 86. n. 4. Barz. deciſ. 82. n. 19. &
ſeq. Surd. deciſ. 287. n. 26.* & hęc fuit ſemper con
ſtans opinio *Rota Put. deciſ. 160. lib. 3. Caput. dec.
199. lib. 3. Rot. deciſ. 113. num. 4. & 5. penes Pacific.
de Saluian. deciſ. 177. n. 11. p. 1. rec. dec. 490. num. 4.
p. 4. deciſ. 168. n. 7. & dec. 241. n. 1. par. 7. rec. Coccin.
dec. 433. nu. 1. Andr. deciſ. 33. nu. 7.* & fuit dictum
in *Tuſculana donationis 13. Maij 1633. coram b. m.
Motmanno. & in Maceraten. pecuniaria 20. Iunij
1644. §. neque apparet coram Eminentiſſ. D. Card.
Ottbobono, & in Romana Lucri dotis 15. Maij 1651
coram R. P. D. meo Royas*; Reiecta diſtinctione
3 an † cauſa dotandi ſit neceſſaria, vel volunta-
ria quidquid dicendum eſſet in minore *Rot. d.
deciſ. 177. num. 11. par. 1. & deciſ. 241. num. 8. par. 7.
rec. & poſt Pacific. deciſ. 133. num. 4 & 5. Mareſcott.
4 dicto cap. 43. num. 12.* imò † mulierem maiorem
ſine ſolemnitatibus ex cauſa merè voluntaria
non ſolum pro dote, ſed etiam pro illius aug-
mento valide cōtrahere, & obligari poſſe tra-
dit *Altogr. in pręcit. conſ. num. 31.* & firmauit *Rot.
coram bo. me. Coccino deciſ. 433. num. 2. & deciſ. 479.
num. 4.* & in præfatis *deciſ 168. num. 7. 241. n. 1.
2. & 10. par. 7. rec. & in d. Romana Lucri dotis corā
R. P. D. meo Royas*; Ponderando quod prędicta
5 concluſio † non procederet ſi augmentum
dotis eſſet aſſignatum, ſeu conſtitutum poſt
contractum matrimonium quaſi factum ad
effectum fraudandi ſtatutum, in quibus ter-
minis loquuntur *Gabr. conſ. 10. num. 2. & 3. cum
ſeq. Coccin. d. deciſ. 433. num. 3. & deciſ. 479. num. 5.*
cæterique adducti in *Romana dotis 5. Iunij 1648.
coram R. P. D. meo Celſo*, vbi agebatur de aug-
mento dotis facto per mulierem extraneam
poſt ſtipulatum inſtrumentum dotale, & cō-
tractum matrimonium, ac inſuper plura cō-
currebant, quę illius conſtitutionem penitus
excludebant, vel ſaltem admodum inueriſi-
milem, & improbabilem reddebant.

Indubitata quoque reſultat validitas dictæ
donationis, conſiderando illam fuiſſe factam
tribus puellis pauperrimis (quidquid dicant
teſtes ab altera parte examinati) quæ abſolu-
tè de bonis proprijs ob nimiam paupertatem
congruè, & decenter dotari non poterant, at-
6 que ideo dicta † donatio cēſetur facta ex cau-
ſa verè pia, in qua proindè multominus re-
quiruntur ſolemnitates, vt ex *Alex. in l. ſi con-
ſtante num. 18. ff. ſolut. matr. Natt. conſ. 410. num. 13.
vol. 2. Bald. Nouell. de dot. par. 5. num. 4.* probauit
*Rot. d. deciſ. 113. penes Pacific. Mareſcott. dicto cap.
43. num. 10.*

Non obſtat, quod tempore dictæ donatio-
nis prædictæ puellæ donatariæ matrimoniū
7 non contraxerint, & proindè † ſine matrimo-
nio dos conſiſtere nequeat; *l. item quia §. 1. ff.
de pact. l. 3. ff. de iur. dot. & l. vlt. §. ſicut C. de donat.
ante nupt.*

Placuit enim Domini reſponſio quod licet
ſine matrimonio dos verè dici non poſſit, ta-
8 men † dos appellatur, & in iis, quę reſpiciunt
fauorem mulieris habet etiam priuilegia do-
tis ex *text. in l. 2. §. 1. cum duob. ſeqq. ff. de priuil.
cred. Soccin. ſen. in rubr. ff. ſolut. matrim. num. 3. ibiq;
Socein. num. 24. cum ſeq. Molin. de ritu nuptiarum
clauſ. 7. gloſ. 2. par. 1. num. 39. & 40. verſ. ſolum dico
Card. Mantic. deciſ. 166. ſub num. 1. verſ. quia fuit
reſponſum.*

Nec releuat, quod Delia donatrix voluerit
ſe ſubmittere ſtatuto, illiuſque ſolemnitates
ſeruare, dum adiuit Iudicem, & fecit ſibi de-
putari curatorem, ideoque cæteras omnes ſo-
lemnitates ab eodem ſtatuto requiſitas ſerua-
re teneretur, alias nulliter donauerit; Quo-
9 niam † ſeruare dictas ſolemnitates fuit volun-
tarium, & ad abundantiorem cautelam, ibi,
(vt tanto magis valeat etiam ſolemnitates ſta-
tutarias adhibere ad omnem bonum finem,
& effectum, & cum clauſula, omni meliori
modo &c.) & propterea dicta Delia non ſe
ligauit dictis ſolemnitatibus, & per conſe-
quens etiamſi in aliquo illæ defecerint non
tamen exinde corruit contractus donationis
ad *text. in l. 3. ff. de milit. teſtam. l. teſtamentum C. de
teſtam. Odd. de compend. par. 5. præmiſſ. 5. num. 12. Ca-
ſtill. deciſ. 250. num. 1. par. 3.* & in terminis quod
10 quando † contrahens conſtituit Procurato-
rem ad inſinuandum iuxta formam ſtatuti nō
corruat contractus ex defectu inſinuationis,
vbi non erat neceſſaria, *Seraph. deciſ. 751. nu. 3.*
ſtante præſertim dicta clauſula, omni melio-
11 ri modo &c. † quæ oſtendit donatricem no-
luiſſe aſtringi ſolemnitatibus; vt in terminis
firmant *Gratian. diſcept. 647. num. 21. Rot. dec. 490.
num. 5. par. 4. rec.* Præterquamquod, vt proba-
12 tur in facto, conſanguinei, † qui intereſſe de-
buiſſent, cum non eſſent tunc benè affecti, ad-
hibendi non erant pro præſtando conſenſu vt
reſpondit *Rot. in Romana pecuniaria 6. Decembris
1637. coram bon. me. Coccino §. neque obſtat.*

Digitized by Google

Tandem ceſſare viſum fuit aliud obiectum
ductum ex eo quod cauſa finalis dictæ dona-
tionis non ſolum fuerit fauor dotis, & matri-
monii, ſed etiam promiſſio Sebaſtiani patris
donatariarum, qui ſe obligauit ſoluere fru-
ctus dictorum ſcutorum 800. ad rationem ſex
prò centenario durante vita d. Deliæ ex quo
13 ſola cauſa † dotis conſiderata in prœmio d.
donationis dicitur cauſa finalis eiuſdem *l. fin.*
ff. de hæred. inſtit. latè Mantic. de tacit. lib. 3. tit. 12. nu-
mer. 30. & promiſſio Sebaſtiani fuit modus,
ſeù qualitas ipſius donationis per viam reſer-
uationis vſusfructus, cum eſſet adimpleñ poſt
perfectam donationem *Bart. in l. quibus diebus,*
§. termilius nu. 1. ff. de condit. & demonſtr. Surd. conſ.
268. num. 48. Caualer. deciſ. 255. num. 5. Et quate-
nus duæ fuiſſent cauſæ finales d. donationis,
prout poſſe concurrere ad eumdem finem do
cet *Bart. in l. ambitioſa num. 19. ff. de deciſ. ab ord.*
14 *fact.* ſufficit ad ſuſtinenda † donationem ha-
bilitas vnius cauſæ, licet altera deficiat, vel ſit
inhabilis *§. affinitatis inſtit. de nupt. Rot. deciſ. 251.*
num. 12. par. 5. recent. & in Piſaurien. donationis 8.
Februarii 1647. coram Eminentiſſ. Card. Otthobono
§. præterea.

Et ita vtraque &c.

ROMANA HAEREDITATIS.

Veneris 21. Iunij 1652.

ARGVMENTVM.

Infans poſſeſſionem ſine tutore acquirere
nequit.

SVMMARIVM.

1 *Poſſeſſio inſtrumentalis alio non poſſidente, eſt ma-*
nutenibilis.
2 *Infans ſine tutoris authoritate poſſeſſionem ſibi ac-*
quirere nequit.
3 *Furioſus & pupillus non poſſunt incipere poſſidere*
ſine tutoris authoritate.
4 *Mater ſi non ſit tutrix filij à Iudice declarata non*
poteſt quærere poſſeſſionem filio infanti etiamſi exi-
ſteret in domo hæreditaria cum ipſo filio.
5 *Mater non poteſt eſſe tutrix filij ex damnabili coitu*
ſuſcepti.
6 *Statutum de continuanda poſſeſſione Patris in filio*
requirit probationem filiationis.
7 *Statutum de continuanda poſſeſſione Patris in filio*
non habet locum in filio nato ex adulterio.
8 *Legitimatio obtenta poſt obitum Patris non reinte-*
grat filium ad ſtatum ſuitatis ad effectum fruendi
ſtatuto de continuanda poſſeſſione nec præiudicat
poſſidentibus.
9 *Poſſeſſio poſterior capta vigore mãdati habentis clau-*
ſulam dummodo poſſeſſio ſit vacans & ſine præiu-
dicio habentis meliora & potiora iura non præiu-
dicat anteriori poſſeſſori.
10 *Ceſſionarius repræſentat perſonam cedentis.*
11 *Ceſſionarius ſi non fuerit aſſequutus poſſeſſionem de-*
bet manuteneri cedens donec ceſſionarius illam aſ-
ſequatur.

DECISIO DCCCCXX.

DISCEPTANTIBVS Michaele Bernar-
do, & Apollonia Roncona ex vna, & Io:
Ioſepho ex altera ſuper poſſeſſione bonorum
hæreditariorum Ioannis Baptiſtæ Soriæ, fuit
hodie reſolutum manutentionem eſſe conce-
dendam Michaeli, ſiuè Apolloniæ eius ceſ-
ſionariæ, quia de illius anteriori poſſeſſione
conſtat ex publico Inſtrumento illius ade-
1 ptionis, quæ † alio tunc temporis non poſſi-
dente ſufficit ad effectum manutentionis *l. præ-*
dia vbi Bart. num. 1. ff. de acquir. poſſeſſ. gloſſ. in l. non
id circo, in verbo, in vacuam, vbi Bald. in princ. C.
de fid. inſtr. & dixit Rota in Lauretana Beneficij 26.
Iunij 1645. coram Eminentiſſ. D. Card. Corrado, &
alias ſæpiſſimè.

Non obſtat, quod Ioannes Ioſephus de tẽ-
pore obitus Ioannis Baptiſtæ actualiter exiſte-
ret in eius domo hæreditaria, quia cum tunc
2 temporis eſſet infans † annorum ſcilicet quin-
que, per huiuſmodi exiſtentiam ſinè tutoris
authoritate præfatam poſſeſſionem ſibi acqui-
rere non potuit, vt probant textus aperti in
l. donatarum 3. ibique gloſſ. verbo, quæritur, ibi, *tu-*
tore authore C. de acq. poſſ in l. 1. §. 1. ibi, furioſus,
3 & pupillus † ſine tutoris authoritate non poſ-
ſunt incipere poſſidere, & ibi pariter *gloſſ. in*
verbo non poſſunt, & in verbo capiant, & in l. quam-
uis 32. §. infans, ibi, infans poſſidere rectè po-
teſt, ſi tutore authore cœpit *ff. eodem;*) & mul-
to minus impedire potuit quin Michael in-
ſtrumentalem poſſeſſionem apprehenderet.

Nec ſubſiſtit, quod tempore dicti obitus
Caſſandra eius mater vnà ſecum eſſet in di-
cta domo, quia vltra quod hoc non iuſtifica-
tur, non exindè ipſa dictam poſſeſſionem
4 quærere potuit dicto infanti, cum † non eſſet
eius tutrix à Iudice, vt requiritur declarata;
5 imò nec talis declarari potuerit, cum † Mater
non poſsit eſſe tutrix filii ex damnabili coitu
ſuſcepti, vt tradit *Salicet. in l. ſi pater 3. numer. 3.*
verſ. vbi autem eſſet ſpurius ex damnato coitu, C.
quando mul. tut. off. fung. poſ. Gutier. de tutel. p. 1. c. 8.
nu. 10. verſ. niſi talis.

Nec pariter ſtatutaria continuatio in hære-
des ſuos ſuffragari poteſt d. Ioanni Ioſepho;
6 quia † præterquod adhuc concludenter non
conſtat de aſſerta illius filiatione, itaut dici
poſsit hæres ſuus, & neceſſarius, cùm non
controuertatur, quod ſaltem ipſe ſit ſpurius
natus ex adulterio, & damnato coitu, hoc ſuf-
7 ficit vt præfata ſtatutaria † continuatio ipſi
ſuffragari non valeat *Poſeth. conſ. 140. num. 11.*
Flan. tort. ad ſtat. Pap. rubr. 55. num. 21. Garon. de
contin. poſſeſſ. defunct. lib. 3. tit. 3. art. 1. n. 68.

Nec quidquam facit quod fuerit poſtea le-
8 gitimatus, quia cùm † legitimatio fuerit ob-
tenta poſt obitum Patris, & poſt acquiſitum
ius Michaeli per actualis poſſeſsionis appre-
henſionem, in eius præiudicium illum non
reintegrauit ad ſtatum ſuitatis ad effectum
fruendi d. ſtatutaria continuatione, vt bene
probat *Tiraquell. in tract. le mort. ſaiſit le vif. p. 2.*
declar. 6. num. 9. & 10. Garon. de contin. poſſeſſ. de-
funct. lib. 3. tit. 3. art. 1. num. 80. Gratian. diſcept. 406.
num. 16.

num.16. & diſcept. 635. numer.20. & 36. Rota in rec.d.145. num.14. p.1.

Non obſtat poſſeſſio capta per Ioannem
Ioſephum de mandato A.C. quia cum illa ſit
9 poſterior, & fuerit † appreheuſa non citato
Michaele anteriori poſſeſſore, ac vigore man-
dati habentis clauſulas, dummodò poſſeſſio
ſit vacans, & ſine præiudicio habentis melio-
ra, & potiora iura, nullum inferre potuit prę-
iudicium Michaeli poſſidenti *Rot. penes Buratt.
d.511. num.4. & penes Poſth. de manut. d.169. n.5.
& d.189. numer. 4. & in Romana Domor. 8. Iunij
1646. coram Eminentiſſ. D. Card. Otthobono*, &
alibi paſſim.

Prout non obſtat quod Michael dictam
poſſeſſionem ceſſerit ad fauorem Apolloniæ,
quia vltra quod huiuſmodi ceſſio non eſt
vniuerſalis, ſed capit ſolum certa bona parti-
cularia, placuit Dominis reſponſio, quod aut
Apollonia actualem poſſeſſionem fuit aſſe-
quuta, & ipſa in ea manuteneri debet ex iure
ceſſo per Michaelem cedentem eodem mo-
10 do, quo ipſe eſſet manutenendus, cum †
ipſius perſonam repræſentet *l. fin. C. de priuil.
fiſc. l. emptor. C. de hæred. & act. vend. Gratian.
diſcept.310. num.24. cum duobus ſeqq. Rota coram
Buratt. d. 57. in rec. deciſ. 524. num.1. p.2. & de-
ciſ.534. num. 1. p. 3. Poſth. de manut. obſeru. 55.
num. 13. cum alijs duobus ſeqq. & Rota penes eun-
11 dem deciſ.299. num.2. & ſeqq.* Aut verò ipſa †
dictam poſſeſſionem non fuit aſſequuta, &
manuteneri debet Michael cedens donec A-
pollonia ceſſionaria illam aſſequatur, vt opti-
mè probat *Poſt. de manut. vbi ſupra proximè al-
legatus d. obſeru. 55. num.14.* & ſequitur *Boccacc.
de interd. vti poſſid. cap.2. num,65. & 66.* & *Gra-
tian. diſcept. Foren. cap.310. num.25.*

Et ita vtraque, &c.

SABINEN. STATVS MONTIS LIBRETTI.

Merc. 26. Iunij 1652.

ARGVMENTVM.

Tertius Peritus an teneatur tradere relationem diſtinctam per ſingula corpora quando non æſtimatur vnica, ſed plures res inter ſe diſtinctæ: Et an cogi poſſit ex officio Iudicis addandam ſeu illam declarandam diſtinctè poſt traditam relationem in confuſo.

SVMMARIVM.

1 *Peritus tradere tenetur relationem diſtinctam per ſingula corpora quando non æſtimatur vnica ſed plures res inter ſe diſtincta.*

2 *Relatio Periti incerta dicitur inutilis.*

3 *Peritus officio iudicis tenetur declarare relationem incertam, & amplia n.28. quando quis poſſet locupletari cum alterius iactura n.11.*

4 *Peritus non tenetur tradere relationē diſtinctam per ſingula corpora quando omnes res vnico pretio venduntur, & quomodo hoc limitetur habes ſub n.5.*

6 *Periti electi ad æſtimandum pretium & electi ad æſtiman. quantitatem fructuum diſtinctio habetur.*

7 *Contrahentes quando conuenerunt de eo quod eſt conſequens intellexerunt etiam de neceſſario antecedenti.*

8 *Peritus attento intereſſe alterius ex contrahentibus tenetur, & cogi poteſt ad declarandum relationem in confuſo datam etiam ſi non eſſet locus alias coartioni.*

9 *Intereſſe emptoris multifariè conſiderari poteſt, ut relatio diſtincta requiratur, & pluries caſus referuntur.*

10 *Dupli ſtipulatio refertur ad quantitatem pretij perſoluti ſecus ad valorem rei euictæ.*

12 *Peritus poſt relationem dicitur functus officio ſuo.*

13 *Proteſtatio antecedenter facta operatur vt res habeatur pro integra quoad præiudicium proteſtantis.*

14 *Periti auctoritas non finitur per relationem, cum poſt factam poſſit etiam declarari ex internallo.*

15 *Periti ſeu arbitri iudice cogente declarando, dicuntur facere de mandato Superioris non autem auctoritate propria.*

16 *Iudex Inferior poteſt à Iudice Superiori cogi ad declarandum.*

17 *Peritus tanquam teſtis poteſt cogi ad declarandum, & præſertim ſi agatur de re ipſi Perito tantum nota n.18.*

19 *Valor totius nequit ſciri ſi prius non ſciatur valor ſingularum rerum æſtimatarum.*

20 *Periti proprium munus eſt veritas.*

21 *Periti æſtimatores quod non ſint cogendi vt magis aſſertiuè declarent, quam ſe poſſe dicant, iuxta ſententiam Pinelli admittitur tamen quod ſint cogendi quouſque declarare poſſunt.*

22 *Arbiter non poteſt cogi ad teſtificandum niſi vtraque pars conſentiat cum in eo intret ſuſpicio ſubornationis ad inſtar teſtis publicati: Quod limita in arbitro vtrinque electo cum in iſto ceſſet timor ſubornationis n.23. & eo minus ſi ante relationem fuerit adhuc requiſitus num. 24. Prout & limita quando verſamur in materia quæ alijs non poteſt eſſe nota n.25. & præcipuè ſi examen fiat ad inſtantiam illius contra quem eſt lata ſententia num. 26. Iterum limita quando per talem atteſtationem nemini ex partibus fit præiudicium n.27.*

29 *Peritus non tenetur reddere rationem ſuæ Peritiæ: quod tamen procedit quando iudiciū Periti conſiſtit in mera operatione intellectus ſecus ſi conſiſtit in diſcuſſione facti cadentis ſub ſenſu corporeo n. 30.*

31 *Relatio Periti non cenſetur acceptata ſi fuerit poteſtatum, nec non ab ea appellatum.*

32 *Solutio attenta relaxatione mandati & reſcripto ſignaturæ non retardata executione dicitur coacta abſque alia proteſtatione.*

33 *Pactum iuratum de ſtando Peritia ſeu laudo de iure habet tacitam conditionem ſi Peritia vel laudum fuerit æquum & iuſtum.*

54 *Non debet attendi quod Peritus fecit, ſed quod de iure facere debebat.*

DECISIO CMXXI.

VENDIDERVNT DD. Dux D. Ferdinandus, & alij de Vrſinis clar. mem. D. Principi D. Thaddæo Barberino Vrbis Præfe-

ćto Statum Montis Libretti conſiſtentem in ſex Caſtris, & vna Tenuta Iuriſdictionali in Inſtrumento venditionis ſpecificatis cum expreſſione eorum confinium Territorialium, ſiue Iuriſdictionalium, addendo generaliter, & abſque alia ſpecificatione Domos, Palatia, Ius multandi, confiſcandi, ſeruitia realia, perſonalia, angarias, perangarias, vaſſallagia, ius paſcendi, viridaria, hortos, canneta, arboreta, paſcua, ſiluas, prata, tenutas, nemora fontes, furnos, macella, molendina, hoſpitia, tabernas, omneſque alios redditus, prouentus, & emolumenta conſiſtentia tàm intus, quàm extra, & circum circa dicta Caſtra, & Tenutam, illorumque diſtrictus; pro pretio inter ipſos Contrahentes concordato ad rationem ſcutorum centum pro quibuslibet ſcutis duobus, & vno quarto alterius ſcuti quorumcumque fructuum, & reddituum eiuſdem Status, & bonorum venditorum valutando frumentum ad rationem iuliorum 57. pro quolibet rubro, cum hoc, quod Vaſſalli teneantur illud deferre ad flumen Tyberis abſque vlla expenſa D. Emptoris: Conuenerunt quoque iidem Contrahentes, quod fructus, & redditus præfati, valutando frumentum vt ſupra, æſtimari deberent per D. Horatium Falconerium, & Ioannem Appollonium, quos ad hunc effectum communiter elegerunt, & in euentum illorum diſcordiæ per Petrum Vanninum, quem in tertium Peritum nominarunt; Declararunt inſuper DD. Venditores, quod nihil ſibi referuabant, niſi expreſſa in eodem Inſtrumento, & reſpectiuè à dd. Peritis declaranda, promiſeruntque redditus, prouentus, & alia à Peritis æſtimanda eſſe vera, realia, & ſubſiſtentia, & in quieta, & pacifica poſſeſſione, & fruitione bonorum venditorum, & cuiuslibet eorum, illorumque, & cuiuslibet eorum iuriſdictionis, iurium, introituum, reddituum, prouentuum, fructuum, & emolumentorum æſtimandorum ſemper, & perpetuò D. Emptorem manutenere, & ab omni lite, & moleſtia defendere, & liberare, ac de illorum, & cuiuslibet eorum euictione generali, & particulari etiam ad duplum teneri voluerunt.

Introducta poſtmodum lite coram A. C. ſuper ſolutione pretij, Appollonius dedit ſuam relationem claram, diſtinctam, ſpecificando ſcilicet in ea omnia corpora, iura, ac redditus æſtimatos; poſtea verò retulit D. Falconerius abſque vlla ſpecificatione, comprehendendo nempe fructus omnium corporum ſub vnica ſumma valdè inferiori ab illa relata per Apollonium; vnde cùm factus eſſet locus æſtimationi Vannini, pro parte D. Emptoris fuit præuia citatione perſonali tàm ei, quàm DD. Venditoribus proteſtatum, quod idem Vanninus in ſua relatione omninò ſpecificare deberet corpora, & redditus, deducendo in eadem proteſtatione ad notitiam præiudicia, & intereſſe, quæ D. Emptori cauſari poterant ex relatione confuſa, & indiſtincta; ſed ſpreta proteſtatione huiuſmodi Vanninus retulit in confuſo fructus, & redditus dicti Status aſcendere ad ſcuta 26100., & ſic ad rationem ſcutorum duorum, & quartæ partis alterius ſcuti pro quolibet centenario, valorem illius importare dixit vndecies centena, & ſexaginta milla ſcutorum; à qua relatione fuit propterea pro parte D. Emptoris appellatum.

Inſteterunt nihilominus DD. Venditores coram A. C. pro ſolutione reſidui pretij iuxta dictam relationem Vannini, vndè D. Emptor reconuenit eoſdem coram eodem A. C. pro iuſtificatione dictæ perangariæ delationis frumenti ad flumen Tyberis à Vaſſallis negatæ, & pro liberatione à moleſtijs illatis ſuper diuerſis corporibus, & iuribus, quæ ſub venditione comprehenſa aſſerebat; ſed è contra Informantes pro DD. Venditoribus controuertebant compræhenſionem huiuſmodi, vt in particula Informationum datarum in Summario vltimæ reſponſionis *num.* 1. & hanc ipſam controuerſiam reiterarunt in Signatura Sanctiſſimi, dùm Emptor opponebat de non implemento dicto Summario *num.* 2.; Tandemque A. C. relaxauit mandatum pro ſolutione dicti reſidui, nullatenus terminata cauſa dictæ reconuentionis, &, cùm ab huiuſmodi mandato fuiſſet appellatum, Signatura Sanctiſſimi reſcripſit Rotæ cum clauſula, non retardata exequutione.

Perſoluto integro pretio, Primogenitus, & ſucceſſor dicti D. Emptoris inhærendo proteſtationi contra Vanninum, vt ſupra factæ, & appellationi interpoſitæ ab eius relatione, ſimulque proſequendo iudicium reconuentionis, ad fundandam ſuam intentionem in eo iudicio, & ad effectum occurrendi damno, quod ſibi imminere dicebat, ſi alia quoque bona tractu temporis moleſtarentur, & euincerentur; petijt cogi Vanninum ad declarandum ſingula corpora æſtimata, & redditus vniuſcuiuſque corporis, ſed Rota ordinauit, quod deſuper diſputaretur particulare dubium, quo hodie propoſito, D D. reſponderunt Vanninum eſſe cogendum, ea moti ra-
1 tione, quia quando, prout hic, † non æſtimatur vnica, ſed plures res inter ſe diſtinctæ, diſtinctam pariter relationem per ſingula corpora Peritus tradere tenetur, vt probat *Text. in l. final. §. præterea, C. de iur. dot.* ibi, *æſtimatione earum &c. ea intelligenda, quæ pro ſingulis ſpeciebus facta eſt, vel pro vnoquoque genere dotalium ſpecierum, ideſt pro argento, vel ornamentis, vel veſte, vel alijs ſpeciebus, & non eſſe expectandam poſt ſingulas æſtimationes vnam coadunationem totius calculi, quod ſatis ſcrupuloſum, & per nimiam ſubtilitatem pernicioſum eſt*, idemque ibi tradunt *Angel. ſub numer. 2. verſic. nota quod. Cin. num. 1. Salicet. ante numer. 9. verſicul. tertio nota. Bellapertic. verſicul. & intelligo æſtimationis. Burſatt. conſil. 249. numer. 19. lib. 3. Garz. de expenſ. & meliorat. cap. 24. num. 5. verſ. Baldus autem, & verſic. præterea. Valaſc. in prax. partit. cap. 10. num. 5.* Cùm enim ob non factam huiuſmodi diſtinctionem dignoſci non valeat, quid æſtimatum fuerit, & quanti prouentus ſit iſtud, &
2 quanti illud corpus, † relatio dicitur incerta,

&

& propterea inutilis, *l. quid autem 21. §. Pompo-
nius, verſ. inutiliter arbitrum incertam ſententiam
dicere &c. ff. de recept. arbitr. Pantal. de Crem. in
repetit. l. 2. ſub num. 246. verſic. quia iſtud pretium,
C. de reſcind. vend. inter repetit. ciuil. volum. 7. fol.
491. à tergo, Petr. Sanz. de diuiſ. bonorum cap. 4.
numer. 19. circa finem, verſ. & quia aliter &c.*, &
3 conſequenter † Peritus officio Iudicis illam
declararo tenetur, ita poſtulante iuris, & æ-
quitatis ratione *ad text. in l. ſemel, C. de re mili-
tar. lib. 12. Felin. in cap. propoſuiſti num. 6. verſic.
& ſis cautus de probat. Munnoz. de ratiocinat. cap.
32. num. 15. Pacian. de probat. lib. 1. cap. 47. num.
157. Blanch. de compromiſſ. q. 8. ſub num. 33. ver-
ſic. limita prædictam concluſionem. Moder. ex Arce
Hannoni de ſubhaſt. cap. 15. §. 10. num. 1. cum ſeqq*
idemque ſeruauit *Rot. in Romana adminiſtratio-
nis fundaci 12. Iunij 1617. coram bon. mem. Pirona-
no, quæ eſt deciſ. 526. ante num. 1. verſ. & Albanis
part. 4. recent.*

Non obſtat, quòd *text. in ſupradicta l. final. d.*
4 *§. Præterea* procedat † in venditione plurium
rerum facta pretio ſeparato pro ſingulis re-
bus, vt declarat *gloſſ. ibidem, verb. coadunationem,
verſ. ſed tunc demum &c.* ſecus autem quando,
prout hic, omnes res vnico pretio venduntur
per *tex. in l. Meuius 53. §. fin. ff. fam. erciſcun.*
cum alijs adductis per *Rotam in Romana conſi-
gnationis ſequeſtri 22. Maij 1620. coram Sanctiſſ. D.
N. §. Minus obſtat.*

Quoniam licèt præfata limitatio de iure ſit
vera, & probabilis, nihilominus obiectum
5 abſolutè euitatur ob † neceſſitatem alterius
futuræ relationis, & damnum, quod Emptori
emergere poſſet, ſi prætermitteretur huiuſ-
modi declaratio, vbicumque enim in futu-
rum poteſt euenire caſus, quòd ſit opus, vt
fiat æſtimatio alicuius rei particularis in di-
cta venditione comprehenſæ ob illius euictio-
nem, vel moleſtias deſuper ab aliquo inferen-
das, illi à principio occurrendum eſt per di-
ſtinctam æſtimationem ſingularum rerum, &
omnium illarum partium, nè contingat ferri
relationes, non ſolùm multiplices cum ma-
gno incommodo Emptoris, vt optimè de-
clarando *dictum text. in l. Meuius, §. fin.* tradit.
*Bellon. iunior. conſil. 53. ſub numer. 18. §. ſecundo
reſpondeo, verſic. primum enim. Blanch. loc. citat.
numer. 33. limitat. 4.* ſed etiam diuerſas ab illa
Vannini, ſecundùm quam pretium fuit ſolu-
tum, & ſic alteri ex partibus præiudicium af-
feratur. Similiter obiectum ceſſat ex eo,
6 quia † Peritus in præſenti caſu non fuit ele-
ctus ad æſtimandum pretium, ad quem effe-
ctum requiritur conſideratio ſitus, & aliarum
plurium qualitatum relatarum per *d. Moder. ex
Arce Hann. de ſubhaſt. c. 15. §. 30.* cùm illud iam
fuiſſet ſtabilitum à Contrahentibus ad ratio-
nem ſcutorum centum pro quibuslibet ſcu-
tis duobus, & vno quarto alterius ſcuti quo-
rumcumque fructuum, & redditutum; ſed
ſolùmmodo fuit electus ad referendum, & æ-
ſtimandum quantitatem eorumdem fructuũ,
& reddituum, qui ſicuti per ſeparationem
corporum ad inuicem in quantitate propria
vniuſcuiuſque corporis diminutionem non
patiuntur; ità neque per aliquorum corpo-
rum vnionem, ſeu cohærentiam augmen-
tum recipiunt; vnde cùm in eis non militet
ratio vnitatis, quæ militat in pretio, nec mi-
nus eis applicatur diſpoſitio *text. in dicta l. Me-
uius, §. fin.* in tali ratione fundatus, *Surd. conſ.
67. num. 19. Barboſ. axiom. 192. num. 5.*

Eòque faciliùs in propoſito coactio admit-
tenda videtur, quia talis declaratio aſſentitur
menti Contrahentium, quemadmodum pa-
tet ab eo, quod in Inſtrumento aſſeruntur
vendita omnia iura, nullo reſeruato, niſi ex-
preſſis, & reſpectiuè declarandis à Peritis, &
amplius Venditores promiſerunt fructus, red-
ditus, prouentus, & alia à Peritis æſtimanda
eſſe vera, realia, & ſubſiſtentia, & in pacifica
poſſeſſione illorum, & cuiuslibet eorum Em-
ptorem manutenere. Cùm autem ſciri non
poſſit, an Venditores promiſſionem hanc
perfectè impleant, dùm non conſtat de ſingu-
lis iuribus, & corporibus æſtimatis, ſequitur,
7 vt dùm Partes † conuenerunt de eo, quod eſt
conſequens, intellexerint quoque de ſuo ne-
ceſſario antecedenti *Rota deciſ. 44. num. 2. & de-
ciſ. 105. num. 5. part. 1. recentior. Barboſ. axiom. 54.
num. 1.* Ac quia per talem declarationem ne-
mini fit præiudicium, tàm enim Venditores,
quàm Emptor, eorumque hæredes, ſiue ſe-
quatur, ſiue non præfata declaratio, non poſ-
ſunt aſtringi ad plus quàm in Inſtrumento
continetur. Item quia dùm concurrit inter-
8 eſſe, ſemper intrat † coactio, etiam in caſi-
bus, in quibus coactioni locus non eſſet, ſicu-
ti admonet Iuris Conſultus *in l. qualiter 19. §.
dicere,* ibi, *ſed ſi de pluribus rebus ſit arbiterium re-
ceptum, niſi omnes controuerſias finierit, non videtur
dicta ſententia, ſed adhuc erit à Prætore cogendus,*
& clariùs *in l. non diſtinguemus 32. in fin.* ibi,
*Item non eſt cogendus &c. niſi aliquid litigantium
interſit, ff. de recept. arbitr.*

9 Intereſſe autem Emptoris † eſt multiplex.
Primum eſt illud, quod reſultat ex eadem
promiſſione facta per DD. Venditores ad fa-
uorem D. Emptoris ſuper realitate, ſubſiſten-
tia, manutentione, & fruitione reddituum, &
cuiuslibet eorum per Peritos æſtimando-
rum; Equidem niſi conſtet ſingillatim de
quolibet reddito per Peritos æſtimato, Em-
ptor non poteſt vti commodo iſtius promiſ-
ſionis, prout vti debet, cùm ſine ea veriſimi-
liter non contraxiſſet. Alterum eſt, quod
niſi appareat quantitas frumenti, quam Van-
ninus ex ſingulis corporibus percipi æſtima-
uit, quæ quantitas ei ſolum nota eſſe poteſt
tanquam res in animo conſiſtens, vt per *Blanc.
de compromiſſ. dicta quæſt. 8. numer. 33. verſic. limi-
ta prædictam &c. Stephan. Aufer. de teſtibus num.
11. fallent. 5. inter tractat. tom. 4. fol. 141.* & niſi
exprimantur dicta ſingula corpora, quæ inæ-
qualiter diſtant à flumine Tyberis; liquidari
non poterit verus valor dictę perangariæ de-
lationis frumenti ad flumen Tyberis à Vaſ-
ſallis negatæ. Tertium eſt, quod ſi non con-
ſtat de pretio ſoluto pro vnoquoque corpore,
non poterit Emptor in caſu euictionis alicu-
ius illorum agere ad duplum, prout ſibi fuit

10 promiſſum; ſtipulatio namque † dupli re-
fertur ad quantitatem pretij perſoluti, non
autem ad valorem rei euictæ *gloſſ. in l. ſi dupla,
verb. dupli, ff. de euict. Rota in Bononien. Prædij 13.
Februarij 1648. coram Reuerendiſſ. D. Terratiano*.
Quartum eſt, quod dùm corpora, & iura ven-
dita, tanquam non ſpecificata in Inſtrumen-
to, ſed tantummodo in genere expreſſa non
declarantur à Perito, ex cuius relatione Em-
ptor fuit coactus ad ſolutionem pretij illo-
rum, idem Emptor euictionem patiendo re-
maneret in damno, & è contra Venditores,
qui habuerunt dictum pretium, illud poſt e-
uictionem retinendo locupletarentur cum
aliena iactura: ſiquidem non probata ab Em-
ptore comprehenſione corporum moleſtato-
rum, vel moleſtandorum ſub venditione,
ipſe Emptor, in cuius electione eſt intentare
vnam ex pluribus actionibus ſibi magis be-
neuiſam *Gabr. de act. concluſ. 1. num. 3.* nun-
quam poterit reijcere moleſtantes ad pre-
tium inueſtitum; in quod glorioſ. memor.
Vrbanus VIII. pro maiori cautela, & ſecuri-
tate Emptoris omnia iura alijs competentia
ſuper bonis venditis ſine tamen præiudicio
hypothecæ Emptori ſuper eodem pretio
competentis, tranſtulit: ſicuti nec pote-
rit obtinere liberationem à moleſtijs, nec
intereſſe euictionis ab eiſdem Venditoribus;
multòque minùs, dùm Informantes pro eis
iam poſuerunt in controuerſiam comprehen-
ſionem bonorum, & iurium hucuſque mo-
leſtatorum, vt ſuperiùs fuit deductum: imò
11 dum † quis poteſt locupletari cum aliena
iactura, eò magis intrat officium Iudicis ad in-
terrogandum, & cogendum *Franc. Aretin. in l.
age numer. 4. verſic alioquin.* vbi hoc notandum
dicit *C. de tranſact. Surd. conſ. 101. num. 18.* & in
fortioribus *Rota in Pariſien. Pecuniaria 21. Fe-
bruarij 1618. coram bon. memor. Coccino*, vbi di-
ctum fuit in materia obſcura interrogari poſ-
ſe reum Iudicis officio ad fundandam inten-
tionem actoris; multò magis igitur interro-
gari poteſt Peritus ratione muneris aſſumpti
*gloſſ. in l. ſi ſine 9. verb. cogi, ff. de interrog. & in-
terrogat. act.*

Minus obſtat, quòd prædicta procedere
poſſent re integra, nempè ante factam rela-
12 tionem, ſecus autem poſtquam † Peritus il-
lam fecit, cum hoc caſu dicatur functus offi-
cio ſuo *ad text. in l. Iudex poſtquam, ff. de re iu-
dicat. & l. quia Arbiter, ff. de recept. arbitr. & per
Blanch. de compromiſſ. quæſt. 9. num. 64. verſic. ſi
vero*, Quia, præter quod obiectum diluitur
ob expreſſam proteſtationem antecedenter
13 factam pro parte D. Emptoris, † quæ efficit,
vt res habeatur pro integra quoad eius præiu-
dicium *Scacc. de appellat. quæſt. 17. lim. 6. membr.
7. ſub numer. 101. Rota deciſ. 774. num. 2. part. 1.
diuerſor.* & comprobat *text. in cap. per tuas*, ibi,
*niſi forſan à principio illos interrogari ſuper certis
capitulis poſtulaſſet, &c. de teſtibus*; adhuc reſ-
pondetur; quod diſpoſitio dictarum legum,
quæ tota fundatur in expiratione Iuriſdictio-
nis; ſtrictè recipitur in ſententijs, & laudis,
alijſque actibus iudicialibus, quæ ſine iuriſdi-
ctione non exercentur, ſed non extenditur ad
alia facta, & materias extraiudiciales, prout
ſunt huiuſmodi peritiæ, & relationes; in his
14 enim non finitur auctoritas, † & ſemel fa-
ctum poteſt declarari etiam ex interuallo, vt
tradunt *Innocen. in cap. in litteris numer. 2. de of-
fic. Iudic. delegat. Butr. in cap. Quintaualliis ſub
numer. 28. verſic. 19. differentia de iur. iurand. Bald.
in l. final. ſub num. 29. verſic. aliud eſt in Iudice, C.
de contrahen. empt. Tiraquel. ad l. Boues, §. hoc ſer-
mone limit. 1. num. 47. & ſeq.* vbi plures cumulat,
& ferè in terminis *Alciat. conſil. 124. ſub num. 1.
cum ſeqq. lib. 5. ſecundùm impreſſionem Venetam,
Bero. conſ. 144. ſub num. 53. volum. 3.*

Præterea, nec diſpoſitio dd. legum proce-
15 dit, quando declaratio fit † Iudice cogente,
ſicuti de Arbitro eſt *Text. in d. l. 23. §. ſed ſi de
pluribus dicere, ff. de rec. arb. & in c. Quintauallis
de iur. iuran.* & ratio eſt, quia tunc dicitur face-
re ad mandatum Superioris, non autem au-
ctoritate propria, vt explicant ibidem *Imol. n.
7. verſ. præterea, & Ioannes de Anan. num. 9. verſ.
pondera, Io. Bapt. Peruſ. de arbitr. lib. 11. cap. 16. in
eodem num. 8. in contrarium allegato, verſ. contra ta-
men inter tract. magn. tom. 3. part. 1. fol. 286.* Iudi-
16 cem † namque inferiorem poſſe à Superiori
cogi ad declarandum, dixerunt *Surd. conſ. 288.
num. 17. verſ. in præſenti autem caſu, Gratian. di-
ſcept. 147. num. 12.* Prout nec procedit quando
petitur cogi tanquam teſtem, vt declarauit
*Blanch. dict. quæſt. 9. in eodem numer. 64. in contra-
rium adducto verſ. intellige hoc, & quæſt. 8. num. 33.
verſ. limita prædictam*, ibi, *Vt non procedat quoties
Arbiter examinatur ad declarandum id, quod obſcurè
dixerit in ſententia, vel laudo, &c.* & loquitur in
ſpecie caſus appellationis pendentis à ſenten-
tia Arbitri, & ſic re non integra. Ac huiuſ-
17 modi coactio † vti de teſte fieri poteſt, non
modo ex officio Iudicis, *Farin. de teſtib. quæſt.
66. num. 265. & 272.* ſed etiam ad inſtantiam
eius partis, contra quam depoſuit, vel indu-
ctus fuit, vt ex *Aret. & alijs firmat idem Farin. ib.
num. 279.*

Quæ fortius procedere viſa fuerunt in præ-
ſenti, ponderando, quod agitur de materia
ipſi Vannino tantummodò nota, & ab eo an-
tecedenter plenè conſiderata, vt de iure præ-
ſumitur *Bart. in l. ſi ex falſis num. 11. C. de tran-
ſact. Ciriac. controuerſ. 303. num. 64.* ac ipſe in
ſua relatione profeſſus fuit, ibi, *Hauendo uiſto,
e ben conſiderato il detto ſtato, Caſtelli, e tutti, e ſin-
18 goli beni d'eſſi &c.* Hinc enim ſaltem in † ſub-
ſidium cogi debet ad faciendam dictam de-
clarationem, dum nullus alius præter eum il-
lam facere poteſt, vt poſt *Butr. Abb. & Imol.
notat Felin. in cap. cum à nobis, numer. 15. in 9. fal-
lentia extr. de teſtib. Blanch. d. quæſt. 8. ſub numer.
33. verſ. limita 4. Menoch. de arbitr. lib. 1. quæſt. 73.
numer. 31. cum ſeqq.* Cumque dicta relatio plu-
rium rerum ad vnicam ſummam reduci non
potuerit, niſi prius facta ſingularum rerum æ-
19 ſtimatione, ex quo impoſſibile eſt ſciri † va-
lorem totius, niſi prius ſciatur valor ſingula-
rum rerum ex notatis *per Aldobrand. conſ. 60.
ſub num. 23. lib. 1.* vtique dum per D. Empto-
rem nil aliud petitur, niſi quod Vanninus

apc-

aperiat hoc ſuum factum diſtinguendo ſin-
gula corpora, eorumque redditus, de quibus
præſumitur, & fatetur habuiſſe ſingularem
conſiderationem; nulla cadit probabilis hæ-
ſitatio, quin, ceſſante præiudicio DD. Vendi-
torum, annuendum ſit huiuſmodi iuſtæ, D.
Actoris petitioni, qui nihil aliud quærit, niſi
20 veritatem, † Periti muneris propriam per ea,
quæ tradit *Bald. in d. l. fin. num. 20. C. de contrah.
empt.* quem ſequitur *Ioan. Baptiſta Peruſin. de
arbitr. lib. 1 1. cap. 1 1. num. 16. circa princ. verſ. &
miror multum &c.*, & hinc retorquetur *Pinellus
de reſciu. vend. par. 3. cap. vlt. ad fin. verſ. non ta-*
21 *men cogendi &c.*, quia dùm dicit, † æſtimato-
res non eſſe cogendos, vt magis aſſertiuè de-
clarent, quàm ſe poſſe dicunt, per conſequens
admittit, eos cogendos eſſe, quouſque decla-
rare poſſunt.
22 Nec refragatur, quod † Arbiter cogi non
poſſit ad teſtificandum, niſi vtraque pars con-
ſentiat, cùm in eo intret ſuſpicio ſubornatio-
nis ad inſtar Teſtis publicari, *vt per Aret. in cap.
cum à nobis numer. 22. verſ. ſed contra, ibidemque
Falin. num. 10. verſ. ſed iſtam &c. de teſtibus*, quos
vna cum ratione præfata refert *Blanch. d. quæſt.
8. num. 33. verſ. iſtud reſtringit &c.* Quandoqui-
23 dem hoc non procedit in † Arbitro vtrinque
electo, prout electus fuit Vanninus, in quo
propterea ceſſat timor huiuſmodi *Blanch. eod.
num. 33. verſ. ſed aduerte*; eoque minus dùm
24 ante relationem fuit ad hoc requiſitus, † &
ei proteſtatum, tunc enim (nè parti tempore
congruo requirenti fiat præiudicium) ſuſpicio
ſubornationis non attenditur *dicto cap. tuas, verſ.
niſi forſan à principio de teſtib. Farin. de teſtib. q. 66.
num. 280.* Sicuti nec habet locum, quando ver-
25 ſamur † in materia, quæ alijs non poteſt eſſe
nota *Falin. vbi ſupra num. 12. verſ. fallit. 9. Blanch.
dicto num. 33. verſ. limita 4. &c.* Maximè dùm
26 examen fit ad inſtantiam illius, † contra
quem eſt lata ſententia *Blanch. ead. quæſt. 8. n. 35.
verſ. aut arbiter*, vbi ſubdit, quod ſi tunc inter-
rogatur ſuper facto proprio, ipſe ſolus, quam-
uis vnicus, vel ſingularis plenam fidem facit
concurrentibus aliquibus coniecturis. Rur-
ſus minus procedit, quando per talem atteſta-
27 tionem † nemini ex partibus fit præiudicium
*Stephan. Aufer. de teſtib. dicto num. 11. verſ. fallit. 6.
Blanch. dicto numer. 33. verſ. limita tertio.* Tan-
demque ſatis eſt, quod cogi poſſit à Iudice
28 † ex officio, vti firmarunt ipſimet *Aret. dicto
num. 22. verſ. fatcor tamen, & Fælin. dicto num. 10.
verſ. vel quando à Iudice*, *Blanch. dicto numer. 33.
eodem verſ. iſtud reſtringit*.
29 Neque aduerſatur, quod † Peritus non te-
neatur reddere rationem *ex Bart. in l. de ætate
num. 9. ff. de minor.*, & dixit *Rota coram bon. me.
Barratto deciſ. 790. num. 4.* Quia, præter, quod
30 concluſio vendicat ſibi locum, † quando
judicium Periti conſiſtit in mera operatione
intellectus, non autem quando conſiſtit, pro-
ut hic, in diſcuſſione facti cadentis ſub ſenſu
corporeo, vt notat idem *Bart. in d. l. de ætate
num. 10.* cumque ſequitur *Falin. in dicto cap. pro-
poſuiſti num. 6. verſ. & ſis cautus, Aretin. in cap. cum
cauſam, num. 3. & 24. de teſtib. Maſcard. concluſ.
1376. num. 39. cum duob. ſeqq.* In caſu noſtro non
exigitur ratio æſtimationis, nempè, quod Pe-
ritus dicat ob quam cauſam tanti horum bo-
norum redditus æſtimauerit, ſed ſolum quod
perficiat, & compleat ſuam relationem im-
perfectam, aperiendo veritatem corporum,
& reddituum æſtimatorum, ad quod cogi poſ-
ſe probatur ex iuribus ſupra allegatis.

Minus refert, quod Emptor non poſſit im-
pugnare relationem, vel quia illam accepta-
uit, vel quia in Inſtrumento venditionis fuit
promiſſum etiam cum iuramento ei ſtare;
31 Acceptatio † namque non ſubſiſtit in facto,
ſed potius apparet de contradictione ex præ-
cedenti proteſtatione, & ſubſequenti appella-
32 tione; Solutio † autem pretij in exequutio-
nem d. relationis non obſtat tanquam coacta
ob antecedentem relaxationem mandati, &
reſcriptum Signaturæ cum dicta clauſula,
non retardata exequutione, etiam quod ſolu-
tio fuiſſet facta ſine alia proteſtatione, *Barboſ.
de clauſ. clauſul. 150. num. 11. cum ſeqq. Rot. in A-
ue ſana penſionis coram bon. mem. Pirouan. apud
Poſth. de manuten. deciſ. 202. num. 9. & ſeqq.* Pa-
33 ctum † verò iuratum non refragatur attento
quod de iure habet tacitam conditionem, ſi
laudum fuerit æquum, & iuſtum *Bero. conſ. 22.
num. 68. vol. 2. Aldobrand. conſ. 77. num. 29. Valaſc.
in prax. collat. cap. 39. num. 12. & ſeq. Azened. in
comment. iur. lib. 4. tit. 21. num. 61. & n. 129. cum
pluribus ſeqq. Maſtrill. deciſ. 90. num. 8. & ſeq. Io-
ſeph Ludou. deciſ. Lucen. 27. num. 1. cum plur. ſeqq.
& num. 18. Rot. apud bon. me. Durau. deciſ. 200.
num. 19. 20. & 26.* Vltra quod hodie non im-
pugnatur relatio data in quantitate fructuum,
& reddituum; ſed petitur eamdem relatio-
nem declarari, & perfici in eo, quod Vanni-
nus omiſit, & exprimere debebat tàm ex di-
ſpoſitione iuris, quàm ex mente Contrahen-
tium, cui propterea non contrauenitur, ſed
imò illa per declarationem huiuſmodi imple-
tur, & plenariæ exequutioni, vt par eſt, de-
mandatur.

Denique non releuat, quod dicatur, D. Fal-
conerium ab Emptore electum dediſſe rela-
tionem conſimilem in confuſo; Quia, præ-
ter quod electio illius legitur facta etiam à
Venditoribus; reſpondetur, quod attendi de-
34 bet, † non quod ipſe fecit, ſed illud, quod de
iure facere debebat, *l. nemo. C. de ſent. & interlo-
cut. Cranett. conſ. 320. num. 5. Barboſ. axiom. 93.
num. 16.*

Et ita vtraque &c.

ROMANA MANVTENTIONIS.

Veneris 28. Iunij 1652.

ARGVMENTVM.

Manutentio debetur poſſeſſori, & poſſeſſio ad-
ſcribitur illi de cuius ordine fuit exactum.

SVMMARIVM.

1 *Poſſeſſio reſpectu locorum montium probatur ex eorumdem deſcriptione in libris Secretariorum.*

2 *Poſſeſſio ad effectum manutentionis & reſpectu fructuum locorum montium, & cenſus ſufficit vnica exactio.*

3 *Poſſeſſio dicitur probata fauore illius de cuius ordine fuit exactum, & ipſe manuteneri debet & non qui alieno nomine exegit.*

4 *Poſſeſſio manutenibilis non acquiritur ex exactionibus poſt motam litem factis.*

5 *Ex poſſeſſione vnius corporis non infertur ad poſſeſſionem alterius diuerſi.*

6 *Patris aſſertio non nocet filio minori, & agitur de aſſertione quod Pater eſſet vſufructuarius.*

7 *Pater habet vſumfructum ſuper omnibus bonis aduentitijs filij.*

8 *Exceptio quæ requirit altiorem indaginem reijcitur ad petitorium.*

DECISIO DCCCCXXII.

MANDATVM de manutenendo in
quaſi poſſeſſione exigendi fructus loco-
rum montium, & cenſus, de quibus agitur,
dandum eſſe Iacobo Antonio Sarazano Do-
mini reſponderunt, cum de illius poſſeſſione
conſtet, nempè quoad loca montium, ex il-
1 lorum† diſcriptione ad eius creditum in libris
Secretariorum, quam ad iſtum effectum ſuf-
ficere in puncto pluribus congeſtis dixit *Rota
in Romana ſeù Ianuen. locorum montium prima Iulij
1648. coram R.P.D. meo Cerro §. probat ſiquidem;*
& vlterius ex multiplici exactione fructuum
tàm eorumdem locorum montium, quam
dicti cenſus, licet ad effectum, de quo agitur
2 vnica tantum ſufficiat *Rota in Romana hereditatis
de Cineis 15. Decembris 1623. coram bon. mem:
Pironano penes Poſth. de manut. deciſ. 179. num. 1. in
Romana locorum montium 14. Maij. 1629. coram bon.
me: Card. Virili* poſt eumdem *Poſth. deciſ. 265. numer. 10. & in d. Romana ſeu Ianuen. locorum montiū
coram R.P.D. meo Cerro §. tum ex partitis.*

Non obſtant exactiones eorumdem fru-
ctuum factæ per Alexandrum Mileſium eiuſ-
dem Iacobij Antonij Patrem; Quatenus enim
loquimur de exactionibus factis ante motam
litem, omnes iſtæ factæ fuerunt de ordine, &
mandato ipſius Iacobi Antonij filij, vnde
tantum abeſt quod ex eis acquiſita fuerit ali-
3 qua poſſeſſio Patri exigenti; quod † imo illa
abſolutè acquiſita fuit filio, de cuius ordine,
& mandato illæ factæ fuerunt, itaut ipſi tan-
tummodo ſit danda manutentio *Virgil. de legit.
perſon. cap. 4. nu. 12. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 365.
num. 44. Poſth. de manut. obſeru. 52. nu. 3. 32. & 33.
Rota penes eumdem Poſth. deciſ. 135. numer. 1. penes
Buratt. deciſ. 292. num. 4. & in Cathacen. hereditatis
11. Decembris 1648. coram R. P. D. meo Cerro §.
cum Decius procuratorio nomine.* Aut vero loqui-
mur de exactionibus factis de ann. 1651. & ſic
4 poſt motam litem, † & ipſæ non ſuffragantur
ad acquirendam poſſeſſionem manutenibi-
lem *Card. Mant. deciſ. 207. num. 10. Rota in recent.
deciſ. 643. num. 1. par. 2. & in Albonen. confinium 22.
Iunij 1620. coram bo. me. Pironano apud eumdem
Poſth. vbi ſupra deciſ. 136. num. 11.*

Nec obſtat inſtrumentum locationis tenu-
tæ Taglientis, in quo dictus Alexander enun-
ciatur vſufructuarius; tum quia hodiè non
agitur de manutentione ſuper iſta tenuta, &
5 conſequenter non benè infertur † de poſſeſ-
ſione d. tenutæ, quatenus probaretur, ad poſ-
ſeſſionem locorum montium, & cenſus, de
qua hodiè tantum agitur *Rot. in recent. dec. 557.
num. 16. deciſ. 722. num. 13. par. 4. tom. 3. & dec. 253.
num. 20. & deciſ. 116. num. 46. par. 6.* Tum etiam
6 quia præfata enunciatio † & aſſertio eius, filio
tunc temporis minoris ætatis præiudicare nō
potuit *Aymon. conſ. 192. nu. 5. Becc. conſ. 111. n. 14.*
cum alijs relatis per *Rot. penes Buratt. deciſ. 120.
num. 20. 21. & ſeq.*

Non obſtat exceptio quod ipſe Alexander
7 vti Pater † de iure habeat vſumfructum in
omnibus bonis aduentitijs dicti eius filij iux-
ta diſpoſitionem textus in *l. cum oportet C. de
8 bon. quæ liber*, Quia, præterquod † illa redditur
admodum turbida ex quampluribus releuan-
tiſſimis coniecturis latè cumulatis per infor-
mantes pro dicto Iacobo Antonio, cum re-
quirat altiorem indaginem, & reſpiciat titu-
lum reijciendam eſſe ad petitorium Domini
cenſuerunt *Rota in recent. deciſ. 685. num. 5. par. 1.
deciſ. 523. num. 2. & deciſ. 537. num. 2. par. 3. & alibi
paſſim.*

Et ità vtraque &c.

BONONIEN. FIDEICOMMISSI DE PEPVLIS.

Lunæ 1. Iulij 1652.

ARGVMENTVM.

Sequeſtro ſeu cautioni quando ſit locus ſiue nō ob timorem dilapidationis.

SVMMARIVM.

1 *Sequeſtro eſt locus quando adeſt timor dilapidationis.*

2 *Cautioni eſt locus quando adeſt timor dilapidationis ne alias iudicium reddatur eluſorium.*

3 *Nec ſequeſtro nec cautioni eſt locus quando non conſtat de dilapidationis timore.*

4 *Poſſeſſor non debet priuari commodo ſuæ poſſeſſionis lite pendente.*

5 *Cautio debet præſtari concurrente impotentia reſtituendi fructus, & præſertim ſi iſti aſcendant ad notabilem quantatem, num. 6.*

7 *Paupertas ad certum effectum requiſita debet concludenter probari.*

8 *Sequeſtro non eſt locus ſi non concludatur percipientes fructus eſſe diſſipatores & in malos vſus illos conuertere.*

9 *Deciſiones in Romana Vineæ coram bon. me. Bichio 17. Aprilis 1643. & in Auenionen. dilapidationis bonorum coram R. P. D. meo Cerro 27. Maij 1647. in quibus terminis loquuntur declarantur.*

DE-

DECISIO DCCCCXXIII.

POST obtentam per Comitem Ioannem
de Pepulis ſententiam Rotalem immiſ-
ſionis ſuper bonis de quibus agitur, aduerſus
hæredes Comitis Franciſci pariter de Pepulis
eorumdem bonorum poſſeſſores, & poſt ap-
pellationem ab illa per eoſdem interpoſitam,
inſtante d. Comite Ioanne pro aſſecuratione
iudicij, dedi dubium. An ſit apponendum
ſequeſtrum, vel præſtanda cautio, & negati-
uè quoad vtramque partem Domini reſpon-
derunt; Quia licet quando adeſt timor dila-
pidationis, vel interitus rei, quæ ſequeſtrari
1 petitur, † ſequeſtrationi ſit locus ex *text. in l. Imperatores, vbi Bart. Angel. & Imol. ff. de appell. & in l. ſi cum dotem §. ſi autem in ſæuiſſimo ff. ſolut. matrim. Io. Fab. in § ſed hodie num. 9. inſtit. de ſatiſdat. Abb. in cap. 2. num. 16. verſ. ſed quandoque de ſequeſtr. poſſeſſ. & fruct.* & latè fuit comprobatum
in *Aueniouen. dilapidationis bonorum 27. Maij 1647. coram R. P. D. meo Cerro*, vel ſaltem ſit locus
2 cautioni, † ne iudicium reddatur eluſorium,
vt pluribus congeſtis firmauit *Rota in Romana Vinea 17. Aprilis 1643. coram R. P. D. meo Bichio*;
3 Nihilominus † concluſio non ſibi vendicat
locum quando, prout hic, non conſtat de hu-
iuſmodi dilapidationis timore, nec docetur,
quod poſsidens in malos vſus fructus con-
uertat hoc enim caſu non eſſe locum nec ſe-
4 queſtro, nec cautioni; † cum poſſeſſor non
debeat priuari commodo ſuæ poſſeſsionis lite
pendente probat *text. in l. vnic. C. de prohib. ſequeſtr. pecun. & in cap. cum teneamur de appell. & dixit Rot. coram Pen. deciſ. 30. num. 4. & deciſ. 598. n. 1. cum ſeq. & coram bo. me. Buratt. deciſ. 595. num. 5. & coram clar. mem. Coccino deciſ. 383. num. 1. & deciſ. 311. num. 3.*

Non obſtat quod collitigantes ſint paupe-
res, & ſic intret impotentia reſtituendi fru-
5 ctus, ex quo ſaltem † cautio concedi debeat,
6 præſertim dũ dd. fructus ad† notabilem quã-
titatem aſcendunt, quia vltraquod de illorum
7 inopia concludenter nõ conſtat, † quæ tamen
vti ad certum effectum requiſita deberet cõ-
cludenter probari *Rot. deciſ. 586. num. 2. p. 3. rec.* & fuit dictum *in Vlixbonen. matrimonij 1. Iulij 1624. coram bon. me. Pirouano relat. per Adden. ad Buratt. deciſ. 707. num. 9.* Ex iuſtificatione pau-
pertatis, & inopiæ non concluditur, quod illi
8 ſint † diſſipatores, ac in malos vſus dictos fru-
ctus conuertant, prout ad effectum, de quo
agitur, requiritur per text. *in d. l. Imperatores §. fin. ff. de appell. DD. in cap. fin. de ſequeſtr. poſſeſſ. & fruct. Seraph. deciſ. 1626. in fin.* cum alijs latiſsi-
mè cumulatis per *Burat. deciſ. 195. num. 5. & 6. & per Rot. deciſ. 654. num. 3. & deciſ. 727. numer. 1. par. 2. recent.*

8 Et hinc non applicantur † *deciſ. in d. Romana Vinea coram R. P. D. meo Bichio, & in allegata Aueniouen dilapidationis bonorum coram R. P. D. meo Cerro*, cum prima loquatur de decocto in quo diſsipatio erat omnino clara, & incontrouertibilis. Et ſecunda procedat in caſu in quo dilapidatio ex pluribus actibus concludenter iuſtificabatur.

Et Domini eo facilius in hanc ſententiam deſcenderunt; Tum quia negatur partem aſſertorum fructuum exaduerſo calculatam in quantitate librarum 14500. ad eam non aſcendere, ſed inter cætera eſſe demendas libras 7000. adſcriptas pro affictu bonorum Romandiolæ, cum affictus portionis obuentæ Comiti Franciſco non excedat annuas libras 2600. Nec iuſtificatur alteram partem aſcendere ad alias pariter aſſertas libras 14500 Tum etiam quia huiuſmodi fructus percipiuntur non ſolum à Comitiſſa Elena, & ab illis de Guaſtauillanis eius filijs in ſententia condemnatis, ſed etiam a Fratribus de Cacchis, & ab eorum patre vſufructuario, & legitimo adminiſtratore, quorum propterea paupertas, & animus dilapidandi copulatiuè iuſtificari debebant ex iuribus ſupra deductis.

Et ita vtraque &c.

ALEXANDRINA CANONICATVS.

Lunæ 1. Iulij 1652.

ARGVMENTVM.

Qui fructus veniant in mandato de manutenendo declaratur.

SVMMARIVM.

1 *Sub executione mandati de manutenendo veniunt nedum fructus pendentes etiam ſine illorum mentione.*

2 *Sed etiam à ſolo ſeparati quando tempore decretæ manutentionis erant pendentes, licet de tempore executionis eſſent recollecti.*

3 *Immo & ſufficit pro illorum comprehenſione quod de tempore oblati libelli eſſent pendentes.*

4 *Amplia ſi fuerint ſub ſequeſtro, cum iſti dicantur extare.*

5 *Exceptio altioris indaginis reijcitur ad petitorium.*

6 *Abſolutio à cenſuris nec ad cautelam requiritur quãdo excommunicatio fuit notoriè nulla.*

DECISIO DCCCCXXIV.

CAROLVS Coua ad impediendam executionem mandati de manutenendo obtenti per Ioannem Andream de Comitibus ab hoc Sac. Tribunali præuijs duabus deciſionibus, adiuit Signaturam Iuſtitiæ, à cuius Eminentiſs. Præfecto obtinuit ſuperſeſſoriã; & deinde ab eodem Io: Andreas obtinuit deputari in Economum Iacobum Merlanum ad effectũ colligendi fructus Canonicatus, de quo agitur, conſignandos ſuis loco, & tempore cui de iure, quibus ſuperſeſſoria, & deputatione non obſtantibus Vicarius Alexandrinus præcepit dicto Economo, vt fructus recollectos Carolo Couæ conſignaret, & quia renuit obedire, illum excommunicauit; Poſt hæc ad inſtantiam Caroli propoſita cauſa in Signatura ad obtinendam appellationem à d. mandato de manutenendo, fuit reſcriptũ,

ſine

ſine præiudicio; Quapropter Capitulum Ca-
thedralis Eccleſiæ iterum Ioannem Andream
ad poſſeſsionem Canonicatus admiſit, & quia
Economus metu dictarum cenſurarum recu-
ſabat ei conſignare fructus recollectos, fuit
hodie propoſitum dubium, an recollecta fa-
cta per dictum Economum ſit ei conſignan-
da, & Economus, & alij hac de cauſa excom-
municati à d. Vicario, ſint abſoluendi, & Do-
mini affirmatiuè quo ad primam partem du-
bij reſponderunt quia agitur de executione
mandati de manutenendo, ſub qua veniunt
1 fructus, † nè dum pendentes, etiamſi de illis
nulla facta ſit mentio ex allegatis per *Poſth. de
manut. obſeru. 74. nu. 14. & ſeq. & Rot. penes ipſum
deciſ. 17. nu. 1. & ſeq.* Verum etiam à ſolo ſepa-
2 rati, † quando de tempore decretæ manuten-
tionis erant pendentes, licet de tempore exe-
cutionis eſſent recollecti *Contard. de moment. poſ-
ſeſſ. limit. 1. num. 71. Poſth. vbi ſupra d. obſeruat. 74.
num. 15. Put. dec. 305. per tot. lib. 2.* Quin imò ſuf-
3 ficeret quod de tempore † oblati libelli eſſent
pendentes iuxta doctr. *Bald. in l. 1. de fruct. &
lit. expenſ. Contard. d. limit. 1. nu. 72.* Maximè cum
d. fructus vti poſiti ſub ſequeſtro & cuſtodia
4 Economi dicantur extare *Manent. deciſ. 34. n. 34
Rot. deciſ. 372. n. 3. p. 4. tom. 1. rec.*

Non obſtat, quod d. Coua prætendat dictos
fructus ſibi deberi pro ſeruitio præſtito d. Ca-
thedrali, quia cum de dicto ſeruitio non con-
5 ſtet, & ſit † exceptio requirens altiorem inda-
ginem, opponi non poteſt in hoc iudicio ma-
nutentionis *Rot. penes Buratt. deciſ. 544. num. 16.
& in rec. deciſ. 685. num. 5. par. 1. & deciſ. 287. nu. 8.
p. 2. & alias paſſim.*

Quo vero ad alteram partem dubij Domi-
ni conſiderando quod dictus Vicarius non
poterat ſe ingerere in huiuſmodi cauſa ſtante
quod Signatura in ipſa appoſuerat manus, &
quod lis pendebat in Rota, dixerunt dictas
cenſuras, & alia geſta per ipſum Vicarium
fuiſſe notoriè nulla, & propria d. Economum
& alios hac de cauſa cenſuris innodatos non
6 indigere † abſolutione nec quidem ad caute-
lam *cap. cum olim 12.* & ibi *gloſſ. in verbo licet ex-
communicatus diceretur ab Epiſcopo, de priuil.* & di-
xit *Rota in Gerunden. abſolutionis 31. Iulij 1624. co-
ram bo. me. Coccino in rec. deciſ. 568. num. 5. par. 4.
tom. 3.*

Et ita altera tantum &c.

ROMANA FIDEICOMMISSI DE MARTOLIS.

Lunæ 13. Decembris 1652.

ARGVMENTVM.

Diſpoſitio ex quibus dicatur captatoria itaut
non ſit attendenda.

SVMMARIVM.

1 *Diſpoſitio captatoria tanquam auferens liberam
teſtandi facultatem remanet nulla & inualida.*

2 *Diſpoſitio captatoria an valeat ſuſtentari ex cau-
ſa conſeruandi agnationem ſeu alio bono fine. &
num. 3.*

4 *Clauſula non alias, inducit formam præcisè ſeruan-
dam.*

5 *Diſpoſitio captatoria eſt à iure improbata tam in in-
ſtitutionibus quam in ſubſtitutionibus.*

6 *Conditionis natura eſt vt inſit ipſi diſpoſitioni tan-
quam pars illius integralis.*

7 *Forma inducitur per clauſulam nec alias aliter nec
alio modo.*

8 *Clauſula Codicillaris ſupplet tantummodo defectum
ſolemnitatis non voluntatis quam non alterat nec
immutat.*

9 *Clauſula Codicillaris, non præſeruat diſpoſitionem
in ſubſtantia illicitam & à lege prohibitam.*

10 *Diſpoſitio ſub conditione corruit ob illius non puri-
ficationem.*

11 *Scientia teſtamenti inducitur ex actu iudiciali facto
à tanquam vocato in teſtamento.*

12 *Conditio implenda ab aliquo non poteſt impleri per
illius hæredes quando fuit perſonam met implenda.*

13 *Implementum per æquipollens quando non ad-
mittatur.*

DECISIO DCCCCXXV.

INTERPOSITA per hæredes Papirij Mar-
toli appellatione à ſententia A.C. qua fuit
pronunciatum bona Scipionis Martoli eſſe
libera, ac nulli ſuppoſita fideicommiſſo ad
fauorem deſcēdentium eiuſdem Papirij, cau-
ſaque ad Rotam delata, propoſui dubium,
An conſtet de tali fideicommiſſo quod ſuffra-
getur dictis hæredibus, & Domini ex duplici
fundamento negatiuè reſponderunt primo.
Quia Scipio in ſuo cum quo deceſſit teſta-
mento in defectum propiæ lineæ maſculinæ
vocauit lineam maſculinam Papirij cum hac
expreſſa conditione (ſi, & quatenus prędictus
Papirius in eius vltimo teſtamento, deficien-
tibus ipſius, atque Hipolyti, & Curtij fratruū
lineis maſculinis, deſcendētes maſculos eiuſ-
dem Scipionis teſtatoris in infinitum pariter
ſubſtitueret, nec alias, aliter, nec alio modo,)
additis etiam verbis (& ſub iſta conditione
ſubſtitutionem in eorum, ac ipſorum ſucceſ-
ſorum perſonas feci & aliter non feciſſem, nec
facerem &c.) quare cum huiuſmodi diſpoſi-
1 tio fuerit facta † ſub ſpe, & explicita condi-
tione reciprocę inſtitutionis, & ſubſtitutionis
dicitur merè captatoria, auferens liberam te-
ſtandi facultatem, & propterea fuit nulla pę-
nitus, & inualida vt decidit, *gloſſ. in l. captato-
rias 11. vbi Dec. n. 14. C. de teſtam. mil. & l. captato-
ria 64. ff. de legat. 1. Bart. in l. 1. ſub num. 5. verſ. ve-
nio ad impoſſibilitatē Iuris ff. de condit. inſtit. Deciān.
conſ. 70. nu. 24. lib. 3. Fuſar. conſ. 41. per tot. Menoch.
conſ. 699. pariter per tot. Didac. in c. cum tibi ſub nu-
mer. 13. de teſtam. Seraph. deciſ. 459. & deciſ. 363.
Surd. deciſ. 68. per tot.* cum alijs in puncto alle-
gatis in *Romana de Caualerijs 25. Iunij 1632. & 14.
Febr. 1633. coram bo. me. Coccino in recen. deciſ. 178.
num. 4. & 5. & deciſ. 350. num. 12. cum ſeqq. par. 6.*
& fuit dictum in *Romana renunciationis 23. Mar-
tij coram R. P. D. meo Cerro, & in Romana hæ-
redi-*

*reditatis de Scarſellis 17. Nouembris 1645. coram
me.*

Non obſtat, quod prædicta diſpoſitio iuſtã
pręſeferat cauſam ſcilicet cõſeruandi bona in
2 Agnatione, & ſic vti † facta ad bonum finem
non veniat reijcienda vt conſuluerunt, *Ruin.
conſ.20.num.10. cum ſeqq.lib.2.Menoch. conſ.1213.
num.9. cum ſeqq.* Quia nec ob huiuſmodi cau-
3 ſam † ſubſtinentur huiuſmodi diſpoſitiones,
cum non deceat illicitis, & reprobatis mediis
alienas opes etiam ſub honeſti finis prætextu
occupari, & opinio Ruin. Menoch. & ſequa-
cium procedere poteſt quando per viam libe-
ræ diſpoſitionis, ac per modum conſilij quis
alterum inuitat ad ita diſponendum, non au-
tem quando per viam expreſſæ conditionis,
prout hic coarctat alterius diſpoſitionem, vt
in puncto ſic declaratis, ac reprobatis dictis
Ruin. & Menoch. reſpondit *Rot. coram Seraph.
deciſ.363.num.9. & in dicta Romana de Caualerijs
25. Iunij 1632. & 14. Februarij 1633. coram bo.
me. Coccino in recent. deciſ.178.num.4.& 5. & de-
ciſ.350.num.12.cum ſeqq.par.6.* vbi antecedenter
ſub *num.14.* firmatur huiuſmodi diſpoſitionẽ
non eſſe factam ſub modo, ſed ſub conditio-
ne, & alijs relatis probat *Fuſar. d. conſ. 43. ſub
num.26.verſ.ad ſecundum.*

Nec dici poteſt quod Scipio fecerit hanc
diſpoſitionem tantum ad inuitandum Papy-
rium ad ſimilem diſpoſitionem faciendam,
quoniam contrarium conuincitur ex clauſu-
lis, & non alias &c. & alijs verbis teſtatoris
4 ſupra ponderatis, † quæ inducunt formam, &
operantur, vt præciſè ſit ſeruanda formula à
Teſtatore expreſſa, *Alex conſ.3.num.4.lib.primo.
Cranett.conſ.201. num.43. Rot. penes Card. Mllin.
deciſ.163.num.14. & ſa.me.Gregor.XV. deciſ.192.
ſub num.1.& in rec.deciſ.619. ſub num.2.* vbi fir-
matur quod clauſulæ, & nõ alias &c. eſt adeo
præciſa, quod non recipiat interpretationem
ſeù modificationem à verbis ſeparatam p.1.

Nec releuat quod prædicta conditio non
fuerit adiecta inſtitutioni, ſed ſubſtitutioni in
tempus remotũ ordinatæ; Quoniam eadem
vtique viget captandæ atque coarctandæ in
eo caſu teſtatoris voluntatis, ac huius hæredi-
tatis aucupandæ ratio, & proinde non refert
5 quo gradu Papirius, ac eius deſcendentes fue-
rint inſtituti *iux.tex.in l.mulier 20.§.fin. vbi gloſ.
in verb.inſtituit ff.de condit.inſtit. Menoch.conſ.699.
per tot.Fuſar. d.conſ.43. ſub num.14. & ſeqq. Rota
d.deciſ.350.ſub num.13.p.6.rec.*

Nec alicuius momenti eſt quod ſubſtitutio
deſcendentium Hipolyti, Papirij, & Curtij ſit
purè, & ſimpliciter facta prædicta verò con-
ditio in diſtincta, ac penitus ſeparata oratione
adiecta fuerit, ideoque ipſa tantum tanquam
à Iure improbata habeatur pro non appoſita
firma remanente prædicta ſubſtitutione, quia
(vltra quod conditionis ea eſt natura, vt in-
6 ſit † ipſi diſpoſitioni tanquam pars illius inte-
gralis. *l.cui fundus 67.l.qui duobus 23.ff.de condit.
& demonſtr.Gratian.diſcept.995.num.17.*) ſupra re-
7 lata verba Scipionis † (nec alias, aliter, nec
alio modo) & inferius, (& aliter non feciſſem,
nec facerem.) omnem remouent difficulta-
tem, ac manifeſtam conuincunt inſeparabi-
litatem, *Seraph. deciſ.433.ſub num.9. verſ.verum
quia &c.* & alijs relatis probat *Rot. d.deciſ.619.
ſub num.2.p.1.rec.*

Nec ſuffragatur clauſula codicillaris in cal-
ce teſtamẽti appoſita, & corroborata cũ clau-
ſula omni meliori modo &c. quia iuxta ve-
riorem DD. ſententiam huiuſmodi clauſula
8 de † ſui natura confirmat, & corroborat vo-
luntatem teſtatoris, deuoluendo cauſam te-
ſtati ad cauſam inteſtati, vt ſcilicet, quæ ex
teſtamento inualido non habentur, iure co-
dicillorum donationis cauſa mortis, vel ab in-
teſtato, & ſic ſupplet tantum modo defectum
ſolemnitatis, non autem voluntatis, quam nõ
alterat, nec immutat, *Rip.in l.hæredes mei 57. §.
fin ſub num.9.ff. ad trebell. Bec.conſ.204. num.10.&
conſ.247.num.3.Peregr.conſ.69.num.9.& 10. lib.5.
Greg.XV.deciſ.207.num.6. Rot.in recent. deciſ.357.
num.9.& 10.& deciſ.486.num.26.par.1.* & in ter-
minis *Surd. deciſ.7. num.25. cum ſeqq.* vbi habe-
9 tur quod prædicta clauſula † non præſeruat
diſpoſitionẽ in ſubſtantia illicitam, ac à *l. pro-
hibitam.*

Alterum fundamentum quo mouebantur
Domini conſiſtit in eo quod Papirius non cõ-
didit teſtamentum, neque ſubſtituit Scipionis
deſcendentes in eius bonis, ac hæreditate iux-
ta formam præſcriptam, & propterea deſcen-
dentibus Papirij (eſto etiam quod conſtaret
10 de fideicommiſſo) † obſtat defectus nõ adim-
plementi *l.hoc articulo 39. & l.clemens in §. fin.ff.
de hared.Inſtit.l.ſi cui legetur 49. §.hoc autem ff. de
legat.1. l.vnic. §. ſin autem aliquid ſub conditione C.
de caduc.toll. Fuſar.dicto conſ.43. num.27. Surd.dec.
98.num.2.*

Nec obſtat allegata Papyrij ignorantia, &
quod modo deſcendentes eius ſint parati im-
plere per reſtitutionem in integrum; Quia
(præterquod illius ignorantia prorſus exclu-
ditur ex actu iudiciali per ipſum peracto ſub
die 7. Iunij 1613. relato in *Summario num.2.* in
11 quo † ipſe tanquam vocatus in teſtamento
eiuſdem Scipionis, alienationi domus illius
hæreditariæ ſe oppoſuit *l.non eſt ferendus 12. ff.
de tranſact.Oſaſc.deciſ.112.ſub num.2. verſ. nec ob-
ſtare videtur Menoch. præſumpt. 23. num.73. lib.6.*
ſumus in conditione quæ erat implenda per
ipſummet Papyrium, & ideo non poteſt ab
hæredibus illius præſtari ad excitandam di-
ſpoſitionem ob eiuſmodi defectum extinctam
*l.ſin.ff.de condit.inſtit. l.à teſtatore 109. ff. de condit.
& demonſtr.Menoch. conſ.143. num. 24.* cum alijs
relatis per *Naal de tranſmiſſ.caſ.6.ſub num.1.verſ.
& poſtquam res deſiit eſſe integra.*

Denique non ſuffragatur deductum imple-
mentum per æquipollens ex fideicommiſſo
Vincentij Patris Papyrij in eius teſtamento
ſub die 1.Ianuarij 1594. ordinato. Quoniam
illud longè præceſſerat teſtamentum Scipio-
nis conditum de anno 1602.die 7. Auguſti, &
tamen Scipio illo non fuit contentus, ſed re-
quiſiuit expreſſum teſtamentum Papyrij, cu-
ius propria bona, & hæreditatem ſpecialiter
vo-

voluit ſupponi fideicommiſſo fauore ſuorum
13 deſcendentium, atque ideo † non applicatur æquipollětię ratio *l. 2. ff. de condit. et demoſt. Aym. conſ. 171. num. 5. Menoch. conſ. 653. n. 10. cum ſeq.*

Et ita vtraque &c.

BONONIEN. REDDITIONIS RATIONIS.

Luna 16. Decembris 1652.

ARGVMENTVM.

Adminiſtrator ex debito ſui officij tenetur exigere nomina debitorum, & rationem reddere etiam de non exactis, & quomodo procedat declaratur.

SVMMARIVM.

1 *Adminiſtrator conſignando ſcripturas curatori pro exactione nominum debitorum, & ab ipſo quietantiam reportando, ad nil amplius adſtringi poteſt.*

2 *Adminiſtrator ex debito ſui officij tenetur exigere nomina debitorum & rationem etiam de non exactis reddere.*

3 *Hoc procedit quando docetur à principio nomina debitorum de facili exigi potuiſſe ob illorum idoneitatem, ſecus ſi de dicta idoneitate non fuerit doctũ, & num. 4.*

5 *Diligentia adminiſtratoris inſtificãtur ex atteſtatione Notarij actuary.*

DECISIO DCCCCXXVI.

SVB die 9. Decembris 1650. fuit reſolutũ Marchionem Ludouicum Facchinettum, Comitem Cirum Mareſcottum & q. Galeatium Formagliarium adminiſtratores hęreditatis q. Comitis Sigiſmundi Maluaſiæ ſufficienter de eiuſdem hæreditatis adminiſtratione reddidiſſe, rationem facta tamen per ipſos, vel ipſorum hæredes actuali ſolutione, ſiuè depoſito penes montem Pietatis Bononiæ libr. 26830. 2. 3. quarum pro reliquatu á calculatoribus fuerunt conſtituti debitores, cui poſteriori parti huius minimè acquieſcentibus, dictis Adminiſtratoribus & denuò propoſita cauſa ſuper iiſdem, Domini, quoad primã partem ſteterunt in deciſis, quo vero ad alteram reformandam eſſe deciſionem ex nouiter hodie in facto deductis reſponderunt; Quoniam licet non controuertatur dictum reliquatum aſcendere ad dictas libr. 26830. 2. 3 in quibus dicti Adminiſtratores fuerunt declarati debitores, attamen, cum iidem calculatores eodem contextu declarauerint huiuſmodi reliquatum conſiſtere in tot nominibus debitorum, non autem in pecunia numerata neceſſario ſequitur quod dum iidem adminiſtratores conſignarunt curatori omnes ſcripturas pro illarum exactione, neceſſarias,
1 & ab eo generalem quietantiam † reportarunt ad nihil amplius adſtringi valeant iuxta diſpoſitionem *text. in l. cum ſeruus ff. de condit. & demonſtr. vbi Bart. num. 1. l. ſi ita fuerit §. quæſtio*, ibi, (in reliquis accipere debemus, vt & ipſa rationum volumina reddantur) *ff. de manumiſſ. teſtam.* & pluribus congeſtis probauit *Rot. in Romana Curæ 29. Nouembris 1619. coram bo. mem. Archiepiſc. Seleucien. in recent. deciſ. 143. par. 4. tom. 2. recent.*

2 Non obſtat quod † Adminiſtrator ex debito ſui officij teneatur exigere nomina debitorum, & rationem reddere etiam de nõ exactis *l. tutor. C. de negot. geſt.* quia concluſio ſibi
3 vendicat locum † quando per allegantem docetur dicta nomina à principio fuiſſe idonea, & de facili exegi potuiſſe *l. 2. & ibi gloſſ. in verb. ſuſceptæ tutela C. arbitr. tut. Decian. conſ. 85. num. 27. vol. 2. Imol. conſ. 75. num. 2. Rot. in Romana redditionis rationis 19. Ianuarij 1643. coram R. P. D. meo Roias*, quodque adminiſtrator ſit in culpa in non exigendo *Ruin. conſ. 99. nu. 7. in fin. tom. 5. Decian. ſupracit. conſ. 85. num. 26. 27. & 28. Siluan. conſ. 93. num. 7. Becc. conſ. 37. num. 20. Surd. conſ. 228. num. 16. lib. 2. poſt Soccin. ſen. conſ. 149. nu. 1. lib. 1.* ac alias declarauit *Rota in dicta Romana redditionis rationis coram R. P. D. meo Roias §. dicebant autem cum ſeq.* & propterea dum per Comitem Antonium Ioſephum Maluaſiam non iuſtificatur quod de tempore ſuſceptæ adminiſtrationis dicta nomina debitorum eſſent ſoluendo, quodque adminiſtratores propria culpa
4 neglexerint illa exigere † ipſi non tenentur de non exactis reddere rationem, neque quantitatem æquiualentem deponere *Bart. in l. Chirografis num. 13. ff de admin. tut. Alex. conſ. 104. n. 3. lib. 4. Decian. conſ. 85. num. 27. lib. 2. Siluan. conſ. 93. num. 7. Becc. conſ. 37. num. 2. Surd. conſ. 228. num. 16.* & in puncto fuit dictum in *d. Romana redditionis rationis coram R. P. D. meo Roias*, & ſic tanto
5 facilius ſtantibus † diligentijs per dictos adminiſtratores pro exigendis prædictis nominibus, adhibitis, de quibus atteſtatur Notarius actuarius, quod ſufficit pro illarum iuſtificatione per *notat. in l. in donationibus C. de donat. Iaſ. in l. 1. num. 4. C. de procur. Fulgoſ. conſ. 195. per tot. et dixit Rota in Romana Viridary 14. Decembr. 1614. coram bon. mem. Cardinali Veroſpio in rec. dec. 165. num. 3. par. 4.*

Et ita altera tantum.

CALAGVRITANA BENEFICII

Lunæ 11. Ianuarii 1653.

ARGVMENTVM.

Cui ex concurrentibus debeatur beneficium in Calagurit. Diœc. & ex quibus non beneficiatus debeat præferri beneficiato.

SVMMARIVM.

1 *Beneficium in concurſu debetur habenti maiores qualitates, & ex quibus dd. maiores prærogatiuæ probentur.*

2 *Pro iudicio Ordinarij inſtituentis venit præſumendum.*

Inſti-

3 *Inſtitutio facta per Ordinarium poſt appellationem remanet attentata.*

4 *Pro iudicio Ordinarij aliquem inſtituentis non eſt præſumendum quando iſte non inſtituit ex ſe ac de totali ſua poteſtate, ſed ſequi debet factum præſentantium.*

5 *Non Beneficiatus debet præferri beneficiato, quando Beneficiatus habet beneficia ex quibus commode ſe ſuſtentare valet: Et hoc amplia quando beneficium eſſet ſufficiens ad honeſtam ſuſtentationem non beneficiati, num.6.*

DECISIO DCCCCXXVII.

SENTENTIAM Rotalem adiudicantem Franciſco Gomez beneficium de Ocoñ. controuerſum, vti validam, & iuſtam confirmandam eſſe Domini reſponderunt. Validitas ſiquidem non controuertitur, & iuſtitia ſatis manifeſta reſultat ex *deciſ. coram R. P.D. meo Zarate* 1. *Iulij* 1652. emanata firmante dicto Franciſco prædictam adiudicationem deberi ex quo vltrà neceſſaria requiſita per vulgatam Conſtitutionem Sa. me. Clementis VIII. cæteris oppoſitoribus maioribus quali-
1 tatibus præpollet, † & grandioris ætatis antiquioris Sacerdotij, Facultatis audiendi confeſſiones, & exercitij curæ animarum ac adminiſtrationis Scaramentorum, quibus concurrentibus nequit controuerti quin omnibus alijs veniat præferendus *C. ſi forte* 65. *diſtinct. c. licet ergo* 8. *quæſt.* 1. & dixit *Rot. in Calag. beneficij de Logrono* 27. *April.* 1646. *coram R.P.D. meo Roias in Calag. beneficij de Banares* 11. *Dec.* 1651. *coram Eminentiſſ. D.Card. Otthobono, & in Calag. beneficij de Zerbera* 26. *February* 1652. *coram me.*

2 Non obſtat quod Ordinarius † inſtituerit Sebaſtianum Garziam, & propterea pro illius iudicio veniat præſumendum *c. in præſentia, vbi DD. de renunc. c. ſicut de ſent. & re iudicat*;
3 Tùm quia huiuſmodi inſtitutio † tanquam facta poſt interiectam appellationem remanet attentata, & ideò non attendenda, vt reſpondetur in *deciſ. R.P.D. mei Zarates* §. *nec Se-*
4 *baſtiani*; Tùm etiam quia Ordinarius † non contulit ex ſe, ac de totali ſua poteſtate, ſed Sebaſtianum inſtituit ſic nominatum, & præſentatum à Capitulo Eccleſiæ de Ocoñ. & propterea dictus actus inſtitutionis in ſubſtantia refertur ad præſentantes, qui ſunt prima cauſa concedendi beneficium, non autem ad Ordinarium inſtituentem, qui ex diſpoſitione dictæ Clementinæ tenetur ſequi illorum voluntatem, & ſic videtur ceſſare præſumptio, quæ alias iudicio Ordinarij aſſiſtere ſolet quando ſolus confert *Sacr. Concil. Trid. ſeſſ.* 24. *de reform. cap.* 18. *Rot. in Maioricen.* 13. *Iunij* 1646. & 18. *Iunij* 1647. *coram R.P.D. meo Celſo Seraph. d.* 968. *num.* 1. *in fin. cum alijs relatis in d. huius cauſæ* 15. *Decembris* 1649. *emanata coram bo. me. Arguelles.*

Quibus additur quod Franciſcus Gomez nullum obtinet beneficium, quodque Franciſcus de Badas eſt prouiſus de Eccleſia parochiali in Dioceſi Oxomeñ. valori annuo ſcutorum 300. ad cuius titulum fuit ordinatus ad Sacerdotium, nec non obtinet beneficium curatum in Cathedrali Calag. & ſic intrat concluſio, quod non Beneficiatus †
5 præferri debeat Beneficiato *cap.* 15. *tit. de præb. in* 6. *Rot. in nou. dec.* 26. *num.* 2. & latè fuit comprobatum in *Lucana Capellania* 1. *Iulij* 1650. *coram R. P. D. meo Bichio*, præſertim quando be-
6 neficium eſt ſufficiens, † prout hic ad ſui honeſtam ſuſtentationem *gloſſ. in cap. dudum verb. intitulatam in fin. de elect. in cap. ſuper inordinatâ, verbo beneficiati de præb.*; & dixit *Rot. in Calag. beneficij de Murillo* 28. *Iunij* 1652. *coram R.P.D. meo Roias, & in Calag. beneficij* 1. *Decembris eiuſdem anni coram R.P.D. meo Bichio.*

Et ita altera tantum &c.

ASCVLANA DOTIS SEV PECVNARIA.

Ven. 24. *Ianuarij* 1653.

ARGVMENTVM.

Dos quando per mulierem poſſit exigi non obſtante quod ipſa non adimpleuerit contenta in Capitulis matrimonialibus, quibus non interuenit.

SVMMARIVM.

1 *Capitula matrimonialia obligatione Camerali uallata habent executionem paratam.*

2 *Mulier dotis conſecutionem nequit prætendere ſi promiſſa in capitulis matrimonialibus non adimpleat: quod intellige ſi ipſa promiſerit alias ſecus num.* 3. & 4.

5 *Non adimplementi exceptio non habet locum quando promiſſio eſt facta per alterum in Capitulo ſeparato cum ceſſet correſpectiuitas.*

6 *Producens ſcripturam illam cenſetur approbare.*

7 *Producens ſcripturam in parte & partibus fauorabilibus tantum, non cenſetur approbaſſe in præiudicialibus quorum reſpectu propterea non afficit.*

8 *Ratificatio mulieris renunciationi eius nomine factæ ipſa abſente non inducitur ex ſimplici productione ſcripturæ, ſed requiritur cum ſcientia præciſæ etiam interuentus ſolemnitatum.*

9 *Adimplementi defectus cenſetur remiſſus, per longam acquieſcientiam illius cui erat adimplendum.*

10 *Renunciationi faciendæ per mulierem dicitur facta remiſſio ſi nunquam fuerit inſtatum pro tali renunciatione, ac pro dote plures pecuniarum ſummæ fuerint ſolutæ.*

11 *Legitima nullum onus recipit.*

12 *Pater poteſt grauare dotem in ea parte in qua excedit legitimam: ſed dictus exceſſus debet probari ab allegante num.* 13.

14 *Continens eſt maius contento.*

15 *Maritus ſe obligans de proprio caſu quo uxor non faciat renunciationem poteſt conueniri pro damnis & intereſſe quæ obuenerunt ab dictam renunciationem non ſequutam.*

16 *Dotis exceſſiuitas inducta ex aliquo ſtatuto Particulari dicitur ſublata per derogationem Papæ.*

DECISIO CMXXVIII.

DENEGANTIBVS hæredibus Rodulfi
Malaſpinæ ſolutionē dotis debitæ Mar-
cellinæ vigore promiſſionis factæ a dicto Ro-
dulfo Patre, dedi dubium, An eſſet relaxan-
dum mandatum pro paghis decurſis, & non
ſolutis, & Domini affirmatiuè reſponde-
runt.

Fundat enim Marcellina Actrix intentio-
nem ſuam in capitulis matrimonialibus obli-
1 gatione Camerali vallatis, quæ † propterea
habent executionē paratam tàm contra prin-
cipalem obligatum, quàm contra illius hæ-
redes Rot. d.70. num.1. poſt Zacch. de oblig. Cam.
d.194. numer.1. part.6. rec. in Aſculana Dotis 24.
Aprilis 1643. coram R. P. D. meo Cerro, & alias
paſſim.

Non obſtat repetita exceptio, quod in iiſ-
dem capitulis Federicus Marcellinæ maritus
correſpectiuè ad dotem illi conſtitutam ſo-
lemniter promiſerit vxorem renunciaturam
omnibus bonis paternis maternis, & auitis,
2 atque ideò cum ipſa † promiſſionē adimplere
recuſauerit ad dictæ dotis conſecutionem
agere non valeat ex traditis per Gratian. diſcept.
143. num.48. Rot. d.364. num.1. p.4. diuerſ. Caua-
ler. d.64. num.20. Quoniam obiectum proce-
3 deret † ſi ageret Federicus obligatus in qui-
bus terminis procedunt deciſ. Caual.64. & aliæ
auctoritates ex aduerſo allegatæ, ſecus autem
dum agit Marcellina, quæ huiuſmodi pro-
miſſionem non fecit; hoc enim caſu cum
4 Actrix nil promiſerit, nihil † pariter adim-
plere tenetur Seraph. d. 1477. numer.7. verſ. ta-
men in hoc caſu Rot. d. 312. num.19. part.6. rec.
cum alijs adductis in deciſionibus in hac
cauſa pro alijs paghis pro quibus A. C. rela-
xauerat mandatum executiuum editis coram
R.P.D. meo Celſo 26. Iunij 1647. §. & quamuis,
& 24. Ianuarij 1648. §. ex quibus patet.

Et cum promiſſio legatur facta per Federi-
5 cum in capitulo ſeparato ceſſat † correſpecti-
uitas nec habet locum exceptio non adim-
plementi Cephal. conſ.48. numer.42. lib.1. Natt.
conſ. 133. numer. 5. Surd. conſ. 101. numer. 25.
Mantic. d.238. num.2. Gregor. d.261. num.6. verſ.
ſecus autem in ſeparatis, & d.541. num. 2. Buratt.
d.571. num. 2. Rot. d. 207. num. 9. part.5. rec. re-
lati per Zacch. de oblig. Cam. quæſt. 17. numer.97.
& in dec. R. P. D. mei Celſi 24. Ian. 1648. §. &
eod. modo, & dictum capitulum ſeparatum ha-
betur pro contractu diuerſo Bellon. ſen. conſ.46.
num.12. Surd. dec.176. num.8.

6 Nec refert quod producendo dicta capitu-
la præfatam promiſſionem approbaſſe videa-
7 tur, quia prærerquod productio † aſſeritur fa-
cta in parte, & partibus fauorabilibus tan-
tum, quo caſu in præiudicialibus non afficit
Felin. in c. venerabilis numer. 25. verſ. 2. limita de
except. Oſaſch. dec.39. num.7. Gregor. d.432. num.7.
Placuit etiam reſponſio 2. deciſ. R. P. D. mei Celſi
§. neq. ex eo, videlicet quod ex ſimplici produ-
8 ctione † non reſultat valida ratificatio pro-
miſſionis, non probata ſcientia explicita, &
deficientibus ſolemnitatibus requiſitis, vt in
terminis articulo ex profeſſo diſcuſſo firma-
uit Rot. d. 160. num.2. & ſeq. part.3. rec.

Conſiderarunt etiam Domini onus præfa-
tæ renunciationis à Rodulfo patre cenſeri re-
miſſum, cum ab anno 1639. nuſquam cura-
uerit vt filia expleret promiſſa, neque id pe-
9 tiiſſe probetur; vndè † videtur ex longeua
acquieſcientia prædictæ promiſſioni renun-
ciaſſe Buratt. d. 674. num. 13. & ponderatur in
dicta dec. R.P.D. mei Celſi §. vlterius; Præſer-
tim, quia ipſemet pater cum eadem acquie-
ſcentia poſt multos annos deceſſit, Quinimò
antea diuerſas pecuniarum ſummas perſol-
uit, & nunquam inſtetit pro effectuatione
10 dictæ renunciationis; Indè enim † conuin-
citur, quod dicti oneris fuerit facta remiſſio
Gratian. diſcept.302. num. 4. & 15. & dixit Rot.
in Romana Societatis 12. Aprilis 1601. coram Iuſto
Sa.me. Gregor. deciſ. 75. num.2. & inter rec. deciſ.
577. numer.10. part.1. & dec.211. numer. 2. penes
Zacch. de oblig. Cam. & relati per eundem Zacch.
dict. tract. quæſt. 17. n. 97. maximè cum aga-
tur inter ſanguine coniunctos, ſcilicet inter
patrem & filiam, vt animaduertit Felin. in cap.
nonne nume.14. de præſ. Marcobr. conſ.85. num.112.

Corroborantur prædicta ex quo idem Ro-
dulfus in teſtamento deindè condito hære-
dem inſtituit Marcellinam in legitima com-
prehenſa dote antecedenter eidem conſtituta
11 cum enim legitima † nullum onus, aut gra-
uamen admittat, l. quon. in prioribus 33. & in l.
omnimodo C. de inoff. teſtam. Buratt. deciſ.15. nu.5.
Sa.me. Gregor. XV. dec.422. numer. 8. eo certius
exindè arguitur quod Rodulfus dictum onus
habuerit pro remiſſo, vt benè fuit deductum
in eadem 2. deciſ. §. imò dum.

12 Nec vrget quod quando † dos excedit por-
tionem legitimæ per patrem grauari poſſit
iuxta text. in l. ult. §. filia, ubi Bart. Caſtren. &
cæteri Scribentes ff. de leg.2. Mellin. deciſ.317. n.1.
quia in caſu noſtro non conſtat de tali exceſ-
13 ſu, † qui ab allegante concludenter probari
debet Maſcard. de probat. concluſ. 696. numer.11.
Ciriac. controu.5. num.13. & controu.120. num.75.
Præſertim in dote Rot. deciſ. 28. num.16. & dec.
88. num.1. par. 5. rec. Quinimò eo ipſo quod
Rodulfus legauit legitimam, & dixit in ca
eſſe comprehenſam dotem antecedenter illi
conſtitutam, apertè declarauit legitimam ex-
cedere dotem, non autem dotem legitimam;
cum de neceſſitate continens ſit maius con-
tento, vt arguitur in eadem 2. deciſ. §. non ob-
ſtat.

Cæterum tollitur quælibet difficultas ex
eo quod Federicus Marcellinæ maritus in ca-
ſu quo ipſa non faceret promiſſam renuncia-
tionem, ſe obligauit de proprio. Hinc enim
15 vigore huiuſmodi promiſſionis † Carolus, &
fratres de Malaſpinis agere poſſunt contra
bona dicti Federici pro damnis & intereſſe, vt
reſolutum fuit in Aſculana renunciationis 22.
May 1651. & 1. Iuly 1652. coram R. P. D. meo
Cerro, & conſequenter habent ius ſaluum,
ideoque impedire non valent petitam man-
dati relaxationem pro conſecutione dotis
ipſius Marcellinæ.

Prout

Prout etiam corruit reſponſio quod relationem habeat legitimæ legatum ad capitula matrimonialia, cum ex lectura conuincatur contrarium, nec vlla appareat ibidem præfatorum capitulorum habitam eſſe mentionem.

Deducta verò circa exceſſiuitatem ob reformationem Ciuitatis Aſculanæ fuerunt ſublata † per explicitam derogationem impetratam à Sae. me: Vrbano VIII. datam in *ſum. Marcellinæ num. 5.*

Et ita vtraque &c.

ASCVLANA HAEREDITATIS.

Luna 27. Ianuarij 1653.

ARGVMENTVM.

Pater tranſiens ad binubatum, an portio ſibi debita in bonis filijs reuertatur ad filios primi matrimonij: Portio debita in bonis matris an ſit obnoxia poſt eius obitum reſtitutioni.

SVMMARIVM.

1 *Filij in bonis maternis ſuccedunt ab inteſtato pro æquis portionibus nulla attenta ſexus differentia.*

2 *Fratres & Sorores ſuccedunt fratri cum Patre ab inteſtato. Portio vero obuenta Patri reuertitur ad filios primi matrimonij ſtante binubatu Patris num. 3.*

4 L. Fœminę Cod. de 2. nuptijs *licet loquatur in vxore habet locum etiam in parte.*

5 *Bona nō cenſentur amplius obnoxia reſtitutioni poſtquam fuerunt vna vice reuerſa ad filios primi matrimonij vigore* l. Fœminæ C. de 2. nuptijs: *ſed ad ipſos ſeu ipſorum renunciatarios ſpectant.*

6 *Pater cui per filiam fuerunt bona renunciata poteſt de illis diſponere fauore quorumcunque hæredum etiam extraneorum, nec talis portio eſt amplius obnoxia diſpoſitioni,* l. Fœminæ C. de 2. nup.

7 L. Fœminæ Cod. de 2. nuptijs *habet locum tantum ab inteſtato ſecus in acquiſitione ex teſtamento vel contractu.*

8 *Statutum in uerbis non comprehendens bona materna, ad illa excluſio trahi non debet.*

9 *Statutum excludens Fœminas dotatas ab hæreditate patris & fratris, ſi ſit conceptum cum alternatiua;* Non poſſa venire all'heredità del padre, ò del fratello, *& eadem alternatiua legatur in dotatione;* dotata dal padre, ò dal fratello: *non excludit Fœminas dotatas ab vno ab hæreditate utriuſque, ſed tantum ab hæreditate dotantis iuxta opinionem magis approbatam.*

10 *Verbum idem in eadem oratione diuerſa ſignificatione interpretari non patitur iuris diſpoſitio.*

11 *Deciſiones ex ſtylo Rotæ in diuerſis diſputationibus veniunt ſupponendæ.*

DECISIO DCCCCXXIX.

SEntentia Rotalis R.P.D. mei Celſi decernens Marcellinæ immiſſionem in poſſeſſionem duarum ex tribus partibus hæreditatis maternæ in vim interdicti quorum bonorum contra fratres de Malaſpinis impugnabatur ab vtraque parte, cum DD. de Malaſpinis petitam immiſſionem in totam controuerterent, & D. Marcellina omnia bona aſſequi contenderet, vnde in gradu appellationis coram me deuolutæ dedi dubium, An dicta ſententia Rotalis eſſet confirmanda, vel infirmanda, & Domini reſoluerunt eſſe confirmandam præterquam in medietate portionis Ioſephi fratris.

Reſolutionis fundamentum fuit, quia tempore obitus Franciſcæ Mariæ matris, cum eſſent tres filij ſuperſtites, ſcilicet Marcellina,
1 Helena, & Ioſephus; ipſa Marcellina † ex
propria perſona in tertia portione matri ſucceſſit §. *quia igitur auth. de hæred. ab inteſt. venien.* nulla attenta ſexus differentia, vel prærogatiua ex diſpoſitione *text. in l. ſorori ff. ſi pars hæred. petat. l. maximum vitium C. de liber. præter Rot. deciſ. 502. numer. 1. part. 4. tom. 3. & dec. 264. n. 4. part. 6. rec.*

Reſpectu autem ſecundę portionis debitæ
2 Ioſepho, quæ † per eius obitum fuit diuiſa in
tres partes, quarum vna deuenit ad Rodulfum patrem, & alia ad Marcellinam, alia demùm ad Helenam per *auth. defuncto C. ad S.C.*
3 *Tertyl, & in auth.* vndè ſumitur ſtante binubatu eiuſdem Rodulfi Domini dixerunt dictam portionem fuiſſe reuerſam ad filios primi matrimonij per *text. in l. Fœminæ §. illud C.*
4 *de 2. nupt.* quæ lex licet loquatur in vxore, †
ſenti agitur de fideicommiſſo particulari, quo
9 caſu ſolum competit † fideicommiſſario actio
perſonalis pro repetitione pecuniarum à fi-
deicommiſſo prouenien. *l. venditor ff. de hæ-
red. vel act. vend. l. ſi quis vxori §. ſi Titius, l. qui
vas §. fin. ff. de furt. l. ſi ſeruum §. fin. ff. de verbor.
oblig. Anna ſingul. 204. ibiq. latè Adden. Tiraq. de
retract. lignag. §. 32. gloſ. vnic. num. 20. Surd. conſ.
26. num.*

26. num.2. cum alijs adductis in *Anconitana pe-*
cuniaria 13. *Maij* 1647. *§. releuantia cor. bo. me. Ar-*
guelles, & plenè fuit comprobatū in *Rom. cenſus*
6. *Martij* 1645. *§. equidem hypotheca coram R. P. D.*
meo Peuting. quæ deciſ. emanauit in hac cauſa
10 licet in alia inſtantia, nec res ſuccedit † loco
pretij *l. ſi ita ff. de fideiuſſ. Rot. Genuen. deciſ.* 127.
num. 10. *Gait. de credit. cap.* 4. *quæſit* 11. *nu.* 1378.
& ſeqq.

Ex alio quoque capite eſt deneganda im-
miſſio Marchioniſſæ, & reſultat iniuſtitia
ſententię A. C. latæ ſuper immiſſione, quia
Conſtantia fideicommittens, cenſum, de quo
agitur, reliquit Ciciliæ filiæ titulo legitimæ,
11 quę † propterea quodlibet onus, atque graua-
men ſubſtitutionis reſpuebat *l. omnimodo l. quo-*
niam in prioribus Cod. de inoff. teſtam. c. Rainutius
& cap. Rainaldus de teſtam. Craſ. §. legitima quæſt.
38. *num.* 3. *Merlin. de legit. qui plures congerit l.* 3.
tit. 2. *quæſt.* 2. *num.* 17. *& ſeq. Andre. dec.* 80. *num.* 1.
& fuit dictum in Rom. fideic. de Fuſchis 3. *Decemb.*
1641. *coram me.*

12 Nec releuat quod Cecilia legatum † acce-
ptauerit, quia non ideò cenſetur acceptaſſe
onus fideicommiſſi, cum ad iſtum effectum
non ſufficiat pura acquieſcientia, nec genera-
lis approbatio teſtamenti, ſed requiratur ex-
preſſa legitimæ renunciatio, *l. ſi quando §. ge-*
neraliter Cod. de inoff. teſtam. l. cum quæritur ff. eod.
Rot. deciſ. 449. *num.* 4. *part.* 1. *rec.* cum alijs re-
latis in *Rom. Supplementi legitimæ* 18. *Maij* 1640.
coram R. P. D. meo Cerro, & in *Peruſina de Rodul-*
fis 4. *Iunij* 1652. *coram eodem*, & in *Rom. Succeſ-*
ſionis 18. *Maij* 1646. *coram Eminentiſſ. Cardinali*
Corrado.

Et quidquid ſit, an legitima aſcendat ad
ſcut. 800. quæ ſunt ſors perſonalis cenſus à fi-
deicommittente relicti negari non poteſt,
quin ſaltem illius ſexta pars debeatur Ceci-
liæ pro portione legitimæ ad ipſam ſpectan-
tis, cumque ſententia A. C. nulla de illa habi-
13 ta ratione dederit fidecommiſſariè † immiſ-
ſionem in totum cenſum, ſaluari non poteſt
ab exceſſu, & cum ſententia fuerit executio-
ni demandata, operatur, vt conceſſa immiſſio
corruat in totum *Comitul. dec.* 87. *num.* 1. *Pen.*
deciſ. 384. *num.* 7. *Merlin. dec.* 291. *n.* 5.

Non obſtat quod hæc exceptio reſpiciens
ius Ceciliæ videatur reſpectu Franciſci rei
conuenti de iure tertij, quia cum ille tempo-
re moti iudicij, & ſententiæ latæ poſſideret,
14 ſicut † tunc potuiſſet ad ſuam poſſeſſionem
tuendam excipere de iure tertij *Rot. coram S. m.*
Gregor. XV. dec. 415. *num.* 4. *ibiq. Adden. num.* 6.
& in Interamen. fideicomm. 27. *Nouemb.* 1652. *co-*
ram R. P. D. meo Bichio; ita poteſt hodie op-
poni in ſecunda inſtantia, quia, vt dictum fuit
ſupra §. *non quidem*, appellatio non diuerſificat
cauſam, imò in gradu appellationis licitum
15 eſt deducere † etiam non deducta in prima
inſtantia *l. per hanc Cod. de appell. Rot. Bononienſ.*
diuerſ. deciſ. 142. *numer.* 13. & poteſt opponi à
tertio cum ſit excluſiua iuris agentis *l. fin. Cod.*
de rei vindic. Bart. in l. 2. *poſt med. ff. de except. rei*
iudic. Vltràquod ſemper obſtat prima exce-
16 ptio, † quæ cum reſpiciat defectum actionis
ex diuerſo intentatæ, opponi poteſt à tertio
etiam in iudicio adipiſc. vt plenè comproba-
tum fuit per *Rot. deciſ.* 302. *n.* 6. *penes Poſth. de*
manut.

Nec minus DD. viſum fuit immiſſionem
eſſe concedendam Franciſco Florauanti ra-
tione 4. dotalis per ipſum prætenſi in bonis
17 dictæ Ceciliæ olim eius vxoris in vim † ſta-
tuti Vrbis *lib.* 1. *cap.* 131. quia dictum ſtatu-
tum non habet locum in terra Bracciani, in
qua viget particulare ſtatutum ſuper reſtitu-
tione dotis ex clara diſpoſitione alterius ſta-
tutis Vrb *lib.* 1. *cap.* 42. quæ municipalis con-
ſtitutio eſt iuris communis cenſuræ confor-
18 mis, qua attenta ad ſtatuta † Ciuitatis præ-
dominantis, vel generalia totius Prouinciæ
recurritur ſolum in defectum ſtatutorum par-
ticularium in Caſtro, ſeu loco ſubdito *l. de qui-*
bus ff. de leg. vbi *Bald. num.* 4. *verſ.* item nota
quod vbi *Caſtren. num.* 2. *in fin. verſ.* patet etiam
per iſtum *text. & conſ.* 129. *incip. Statuta Piſana*
in princ. verſ. ſed nec illa, *& conſ.* 201. *num.* 2. *verſ.*
& primo conſiderando in *princ. Dec. conſ.* 469.
num. 1. *&* 2. *verſ. circa præmiſſa, Socin. ſen. conſ.* 7.
num. 7. *in* 1. *Mandoſ. ad Roman. conſ.* 218. *in addit.*
magiſtr. circa fin. verſ. 1. *quia Corn. conſ.* 151. *&*
littera D. verſ. niſi fortè habeant in 3. *Cephal. conſ.*
238. *num.* 6. *in* 6. *lib. Neuizan. conſ.* 58. *num.* 6. *&*
ſeq. & dixit *Rota in Firmana reſtitutionis dotis* 27.
Nouemb. 1600. *coram Lancellotto*, & in eadem
23. *Iunij* 1603. *coram Penia, & deciſ.* 217. *num.* 26.
part. 5. *rec.*

19 Quæ concluſio non ſolum procedit †
quando ſtatuta loci particularis, & Ciuitatis
prædominantis in ſenſu directo ſunt inuicem
incompatibilia *Seraph. deciſ.* 343. *num.* 2. *Gratian.*
20 *diſcept.* 9. *num.* 25. Sed etiam † quando diſpo-
ſitio incompatibilis reſultat à contrario ſenſu
Gozad. conſ. 17. *per tot. Caualc. tract. de tutor nu-*
mer. 86. *& ſeqq. Gratian. d. diſcept.* 9. *numer.* 14.
& 15.

Cum ergò in terra Bracciani, vbi fuerunt
ſtipulata capitula matrimonalia adſit particu-
lare ſtatutum ſuper modo reſtituendi dotem:
illud, & in ſenſu directo, & à contrario ſenſu
dicitur incompatibile cum dicto ſtatuto cap.
131. ſuper lucro, vel totius dotis, vel quartę
eius partis ſecundum caſus contingentes;
quia dum vir lucratur exiſtentibus filijs to-
tam dotem quoad vſumfructum; implicat
cum ſtatuto particulari, quod vir illam ſim-
pliciter reſtituere teneatur: nec eſt nouum in
21 iure quod ſtatutum † de dote, diſponere
etiam videatur de lucro, vt per *Rot. dec.* 246. *n.*
2. *&* 3. *part.* 2. *rec.*

Corroborantur prædicta ex obſeruantia
ſubſecuta concludenter probata per teſtes ſer.
ſer. examinatos, qui dicunt à 20. 30. & 40. an.
ſemper practicaſſe, & obſeruaſſe, & practicari, &
obſeruari vidiſſe in loco Bracciani non eſſe in
22 vſu ſtatutum de lucro dotis, qui cum ſint †
notarij & curiales, & optimam cauſam ſcien-
tiæ reddant, plenè probant *Bart. in l.* 4. *ff. de*
teſt. cum alijs relatis per *Boer. conſ.* 8. *num.* 17. *&*
ſeq. Oſasch. dec. 22. *num.* 16. *in fin. & magis in ter-*
minis Rota in Spoletana hæreditatis 10. *Febr.* 1620.
coram

coram Sanctiſſ. Dom. Noſt. Innocentio X.
23 Et licet contrarius vſus † non poſsit abro-
gare Statutum Papale, cum ad hunc effectum
videatur neceſſaria ſcientia poſitiua Pontifi-
cis, vt dixit *Rota dec.197. num. 3. part. 1. rec. &*
in Romana Societatis officij ſcut. 1000. 15. Nouem.
1624. *coram Vbaldo ſeniore Merlin. deciſ.* 845. *nu.*
24 2. *&* 3. vbi ſub *num.4.* ampliatur, † quando,
vt in caſu noſtro adeſt decretum irritans,
25 attamen poteſt declarare † ſtatutum Brac-
ciani ſuper reſtitutione dotis intelligi de in-
tegra reſtitutione dotis non admiſſa retentio-
ne quarti, & ſic ſtatutum Vrbis ſuper lucro
non porrigere vires ſuas in dicta terra; Tunc
26 enim obſeruantia non per viam abrogatio-
nis, ſed ad effectum declarationis eſt omninò
attendenda quamuis non ſit præſcripta, nec in
contradictorio ita obtentum fuerit iuxta ma-
giſtrale *conſ. Franc. Aret.12. num.5. relat.per So-*
cin. ſen. in conſ.111. num.5. lib.1. Corn. conſ.188.
col. fin.in 4. Cranett. conſ.201. num.12. Rot. deciſ.
256. *numer .6. & 7. part.2. diuerſ. & deciſ. 6. nu-*
27 *mer.9. part. 4. tom.2. rec.* Ex † obſeruantia
enim bene declarantur verba ſtatuti dubia,
cum idem intellectus dicatur ineſſe in ver-
bis ſtatuti, quem demonſtrat effectus ſub-
ſequutus *iuxt. text. in l. ſed Iulianus §. proinde*
ff. ad maced. l. quædam ff. de reb. dub. Cranett.conſ.
201. *num.11. Caphal.conſ. 51. numer. 24. & 25.*
Ioſeph Ludou. concluſ. 38. illat.58. Gabr. de con-
ſuet. concluſ.1. num. 43. Burſat. qui alios refert
conſ.44. num.44. Rot. in Mılen. Commendæ 14. Ia-
nuarij 1650. coram R.P. D. meo Veroſpio. Intel-
28 lectus enim reſultans ex obſeruantia omni-
nò ſeruari debet, etiamſi eſſet malus, & de
iure non tenendus *Abb.in c.cũ dilectus de conſuet.*
Mantic. de tacit. lib.3. tit.9. num.17. Rot. d. 574.
num.3. part.1. deciſ. 256. numer. 6.part. 2. diuerſ.
vbi quod valet non in vim nouę diſpoſitio-
nis, ſed antiquæ etiamſi verba improprientur,
vt firmatum fuit in *deciſ. 34. numer. 2. part. 4.*
tom.2. rec.

Et in omnem euentum quatenus dubitari
poſſet de particulari ſtatuto, attamen negari
non poſſet, quin in terra Bracciani adeſt par-
ticularis conſuetudo non lucrandi quartum,
29 quæ conſuetudo † æquiparatur ſtatuto *l.omnes*
populi ff. de iuſt. & iur. l. de quibus ff. de leg. gloſ.
in c. fin. verb. conſuetudo de conſuet. in 6. Caſtren.
conſ.468. num. 8. in 2. Curt. ſen. conſ. 79. ſuper
articulo in *fin. Canaler. deciſ.497. num. 2.* Et in
fortioribus terminis *extrau. Ambitioſæ de reb. Ec-*
cleſ. non alien.ponderauit Rot.in Toletana Territorij
18. *Martij* 1650. §. 1. *coram Eminentiſſ. D.Card.*
Otthobono, & magis in puncto videtur ſenſiſſe
Rot. coram bon. me. Coccin. deciſ.457. ſub num.10.
30 *verſ. quæ dicuntur.* Quæ † conſuetudo ad ef-
fectum, de quo agitur, ſufficit quod ſit de-
cennalis ex pluribus congeſtis per *Farinac. in*
fragm. verb. lex. par. 2. numer. 16. & duab. ſeqq.
Surd. conſ.58. num.11. & in puncto lucri dotis
Roland.tract. quæſt.99. n.11.

Nec dicta teſtium pro Marchioniſſa exa-
minatorum deponentium in terra Bracciani
non eſſe in vſu ſtatutum de lucrando quarto
eneruantur ex actibus datibus in Sum. reſpon-
ſionis pro Franciſco *num. 1. & 2.* quia vel vti
31 facti lite pendente nõ ſunt attendendi *Rot. co-*
ram Sa.me. Greg.XV. deciſ.4.numer.1. Rot. d.573.
num.7. part.5. & dec.288. num. 1. part. 6. rec. &
in *Ampurien. ſeu Ciuitaten. deputationis Vicarij 19.*
Ian.1646. §. non obſtat, coram R.P.D. meo Meltio.
Vel nihil concludunt, cùm poſſit eſſe quod in
dictis caſibus vel adeſſet pactum ſoluendi
quartum, vel quod inſtrumenta non eſſent
32 confecta in terra Bracciani, quæ ſola † poſſi-
bilitas ſufficit quod probatio non dicatur
concludens *Caſtren. in l. ſi per alium. §. docere,*
num.4. ff. ne quis cum Dec. conſ.37.num.9.circ.med.
Rot.deciſ.233. num.4. & dec.747. la 2. part.2.rec.
Ideoque ſubuertere non poſſunt dictos teſtes
deponentes de contraria obſeruantia, maxi-
mè cum illi adminiculentur ex inſtrumentis
datis in ſum. Marchioniſſæ *num. 7.* ex quibus
apparet in caſibus dotis reſtituendæ per mari-
tum, nunquam fuiſſe retentum lucrum, ſed
ſemper dotem fuiſſe integrè reſtituitam, & in
nonnullis adeſſe pactum excluſiuum lucri
iuxta formam ſtatutorum Bracciani, quibus
33 propterea teſtibus vti adminiculatis multo
maior venit pręſtanda fides *ſa.me.Greg.XV.dec.*
249. *num.6. ibiq.Adden. num.11.Merlin. dec. 817.*
num.5. verſ.neq. obſtant, cum alijs latè congeſtis
in *Piſana damnorum & intereſſe* 10. *Iunij* 1652.
coram R. P. D. meo Cerro, cum ſemper præ-
34 ualere debeat conſuetudo † iam præſcripta
ex adductis in *Maioricen. celebrationis miſſarum*
24. *Ianuar.1643.coram R.P.D. meo Bichio.*
Et ita vtraque &c.

LEODIEN. HAEREDITATIS.

Ven. 16. Maij 1653.

ARGVMENTVM.

Monaſterium poteſt retinere bona profeſſi etiam ſi teſtator mandaſſet quod in caſu mortis alter cenſeretur ſubſtitutus, cum talis mors intelligenda ſit de morte naturali, ſecus de ciuili ob d. profeſſionem.

SVMMARIVM.

1 *Monaſterio poſt emiſſam profeſſionem ſui religioſi bona illius dicuntur acquiſita.*
2 *Conditio mortis adiecta ſimpliciter in ſubſtitutione, eſt intelligenda de morte naturali ſecus de ciuili ob profeſſionis emiſſionem.*
3 *Mors ciuilis tunc tantum æquiparatur morti naturali quando eundem effectum parit.*
4 *Fideicommiſſum caducaretur fauore Monaſterij ſi poſt profeſſionem omnes ſubſtituti morerentur.*
5 *Contraria opinio tunc tantum procederet ſi conſtaret de ènixa voluntate teſtatoris vt bona perpetuo conſeruarentur in familia.*
6 *Conſtitutio reſpiciens ſtabilia non comprehendit vſumfructum.*
7 *Conſtitutio ſi non fuerit vſu recepta non venit attendenda.*

8 *Conſtitutio Laycalis abſque confirmatione Apoſtolica non meretur adduci ſi reſpiciat excluſionem Religioſorum.*

9 *Poſſeſſio probatur ex inhibitione partis aduerſæ obtenta contra Colonos prætenſi poſſeſſoris.*

10 *Poſſeſſio probatur ex confeſſione partis.*

11 *Manutentio datur poſſidenti.*

12 *Poſſeſſio Monachi ſufficit pro manutentione fauore Monaſterij.*

13 *Bona Religioſi acquiruntur Monaſterio titulo vniuerſali ſine aditione & abſque aliqua poſſeſſionis apprehenſione.*

DECISIO DCCCCXXXVIII.

THEODORICVS de Iamart in ſuo teſtamento heredes vniuerſales inſtituit Euſtachium filium primi, & Guilielmum & Ioannam filios ſecundi matrimonij hac addita ſubſtitutione, ſcilicet, quod ſi prædictus Euſtachius moreretur priuſquam collocatus eſſet in ſtatu matrimonij ſecularis, eius portio deueniat ad dictos Guilielmum & Ioannam. Hanc autem ſubſtitutionem prætendens Petrus Bottin tutor dicti Guilielmi fuiſſe ad fauorem illius ſecundo loco vocari purificatam ob profeſſionem emiſſam per dictum Euſtachium in Monaſterio ſancti Auguſtini Leodieñ. obtinuit in partibus reuocari mandatum de manutendo in poſſeſſione bonorum de quibus agitur, obtentum per dictum Monaſterium, ad cuius inſtantiam à reuocatione prædicta appellatione interpoſita, & cauſa ad Rotam delata fuit ſub die 28. Iunij 1652. propoſitum dubium, cui eſſet danda manutentio, & tunc placuit Dominis, vt videretur de bono iure partium etiam ad effectum manutentionis, quapropter deſuper hodie propoſito dubio, Domini ad fauorem Monaſterij reſponderunt, videlicet conſtare de illius bono iure, & illi manutentionem eſſe concedendam: Namquo ad bonum ius, ſatis de illo conſtare viſum fuiteo quia Euſtachius profeſſionem emiſit in dicta religione
1 bonorum capace, cui propterea † ſtatim poſt emiſſam profeſſionem bona prædicta fuerunt acquiſita *l. Deonobis §. hoc etiam in fin. vbi Bald. num. 5. & Salicet. numer. 3. in fin. verſ. ex hoc vbi Monaſterium Cod. de Epiſc. & Cler. Bart. in l. cum pater §. hæredem ſub numer. 3. ff. de leg. 2. Bero. in cap. in præſentia num. 1. de prob. Honded. conſ. 94. num. 15. lib. 1. Caualer. deciſ. 346. num. 1. Buratt. dec. 394. num. 2. & 3.* & alijs congeſtis firmauit *Rota in Romana ſucceſſionis de Comit. 23. Iun. 1642. coram me.*

Non obſtat dicta ſubſtitutio ad fauorem aliorum filiorum concepta in caſu quo Euſtachius moreretur priuſquam collocatus eſſet in ſtatu matrimonij ſecularis, quia adhuc donec Euſtachius in religione vixerit, poteſt religio dicta bona retinere, cum præfata
2 conditio † mortis adiecta ſimpliciter, ſit intelligenda de morte naturali, nec purificetur per ciuilem reſultantem ob emiſſionem profeſſionis, niſi verba teſtatoris id perneceſſe concludant *l. Statius Florus §. Cornelio Felici ff. de iur. fiſc. Farinacc. in fragm. crim. part. 2. verbo, mors, num. 362. Mohed. deciſ. 1. num. 1. de pæn.* & alijs congeſtis firmauit *Rota in Bononien. fideicommiſſis de Blanchettis 16. Ianuarij 1632. coram bo. me. Card. Hieronymo Veroſpio*, vbi pondera-
3 tur, quod mors ciuilis † tunc demum æquiparatur morti naturali, quando eumdem effectum parit; At in præſenti caſu non eumdem eſſe effectum profeſſionis & mortis naturalis ex eo conuincitur, quia poſt profeſſio-
4 nẽ ſi contingeret omnes † ſubſtitutos prædecedere profeſſo, fideicommiſſum caducaretur fauore Monaſterij, vt latè comprobat *Peregr. de fideicommiſſis art. 28. num. 81. & 2. ſeqq. Surd. conſ. 238. num. 3. & ſeq.* quam opinionem perpetuo amplexa eſt *Rota in dec. 135. num. 16. p. 7. rec.* vbi ſignanter ſub *numer. 19. & 20.* dicitur
5 quod contraria procedunt quando † conſtat de enixa voluntate teſtatoris vt bona perpetuo conſeruentur in familia, & latè fuit comprobatum in *Roman. fideicommiſſi de Soricijs 22. Maij 1643. §. 2. & ſeq. coram R. Salmantino, in Mediolanen. bonor. 18. Maij 1648. §. 1. in fin. & § purificationem, coram R.P.D. meo Bichio*, & in eadem 31. *Maij* 1649. *§. neque applicatur coram Eminentiſſimo D. Card. Corrado.*

Prout nec Dñis alicuius momenti viſa fuit Conſtit. Caroli V. diſponens, quod loca pia nõ poſſint acquirere ſtabilia; tum quia hodie non
6 agitur de proprietate, ſed tantummodo de vſufructu percipiendo per Monaſterium in vita dicti Euſtachij, & ſic ceſſat diſpoſitio d. Con-
7 ſtitutionis; Tum quia non probatur † vſu
8 recepta. Tum denique vti merè Laycalis † non meretur attendi abſq; confirmatione Apoſtolica, vt notant omnes in *c. S. Mar. de Conſt. cap. decernimus de iudic. cap. fin. de vita & honeſt. cler. cap. 1. de immun. Eccleſ.* cum alijs allegatis in *Senogallien. fructuum cenſus* 10. *Iunij* 1644. *coram R. Terracinen. in Baren.* ſeu, *Nullius pecuniaria 26. Maij 1645. coram R.P.D. meo Cerro,* & in *Rom. ſeu Ianuen. loc. montium 26. Iun. 1648. cor. eod.*

Ex quibus cum conſtet de bono iure Monaſterij Domini ei etiam concedendam eſſe manutentionem reſponderunt, cum illius
9 quaſi poſſeſſio † ſatis probetur tàm ex inhibitione per dictum Bottin obtenta contra colonos, & debitores Monaſterij, vt in terminis faciunt deducta per *Poſth. de manut. obſer. 19. 19. num. 31.* quàm ex propria eiuſdem Bottin confeſſione facta in poſitionibus, vbi expenſæ fatetur Euſtachium poſsidiſſe, quæ confeſ-
10 ſio † plenè probat poſſeſsionem idem *Poſth. dicto tract. obſer. 19. num. 36. Coccin. dec. 125. numer. 2.* & fuit dictum in *Rom. Vineæ, è Capo Ceſalis 26. Ian. 1629. coram me,* & in *Vrgellen. Decauatus ſeu Canon. 11. Martij 1650. coram R.P.D.*
11 *meo Celſo*, cui propterea † manutentio non poteſt denegari ex deductis auctoritatibus per *Poſth. dicto tract. de manut. obſ. 15. num. 15.*

Nec quidquam facit quod ex dicta confeſſione non reſultet probatio poſſeſsionis Mo-
12 naſt. quia ſufficit quod ex illa † concludatur poſſeſsio Monachi vt Monaſterio concedatur manutentio, cum per ingreſſum in Religio-
13 nem, Monaſterium † bona ipſius Religioſi acqui-

acquirat titulo vniuerſali ſine aditione, & ſine aliqua apprehenſione poſſeſsionis *Bart. in l. ſi adoptauero verſ. per hoc dicemus ff. de præcar.* cum alijs relatis per *Alex. conſ. 88. num. 4. vol. 2. & probat Poſth. allegato tract. obſeruat. 55. numer. 113.*

Et ita altera tantum &c.

ROMANA DOMVS SEV EMPHITHEVSIS.

Veneris 30. Maij 1653.

ARGVMENTVM.

Dominium directum ex quibus probatum dicatur adhoc vt Domino directo ſit danda manutentio ob lineam finitam comprehenſorum in inueſtitura.

SVMMARIVM.

1 *Domino directo quibus concurrentibus competat remedium retinendæ ratione ſuæ ciuilis poſſeſſionis aduerſus ſucceſſores vltimi emphyteutæ.*

2 *Dominum directum bene probatur ex inſtrumento Conceſſionis iunctis adminiculis, etiam ad effectum deuolutionis.*

3 *Canonum ſolutiones continuatæ per 30. & vltra annos deperſe probant directum dominium etiam contra tertium in vim præſcriptionis.*

4 *Directi dominij ad probationem multum confert appoſitio inſcriptionis in marmore, ac ſigni Domini directi.*

5 *Adminicula inſimul conſiderata efficaciora redduntur.*

6 *Dominium directum contentatur leuioribus probationibus, quando deuolutio non adducitur in pœnam, ſed ob lineam finitam.*

7 *Exiſtentia comprehenſorum in inueſtitura non præſumitur niſi probetur.*

8 *Deficientia comprehenſorum in inueſtitura præſumitur ſi nullus compareat prætendens ſe de comprehenſis.*

9 *In hæredem non tranſeunt quæ perſonalia fuerunt defuncti.*

10 *Statutum Vrbis de continuanda poſſeſſione in filios non habet locum in perſonalibus ad vitam defuncti.*

11 *Statutum Vrbis de continuanda poſſeſſione in liberos non eſt aptum comprehendere rem emphyteuticam Eccleſiaſticam, & præſertim emphyteuſi iam finita.*

12 *Identitas probatur ex duabus demonſtrationibus.*

13 *Identitas bonorum in antiquis probatur ex vnica demonſtratione particulari cum alia generali.*

14 *Identitas bonorum in antiquis etiam probatur per argumenta præſumptiones & coniecturas.*

15 *Caducitas in ſummarijſſimo retinendæ non venit diſcutienda.*

16 *Hoc procedit in caducitate dubia ſecus clara.*

17 *Poſſeſſio ciuilis Domini directi dicitur anterior, & ſequuta morte vltimi emphyteutæ miniſterio legis ad ſe trahit naturalem.*

18 *Poſſeſſioni turbatiuæ venit occurrendum per conceſſionem manutentionis vero poſſeſſori.*

19 *Poſſeſſio inueſtitiuæ antiquæ vigore non præſumitur quando antiqua habet certum canonem, & ſolutio cantat in maiori.*

20 *Limita quando ſoluentis auctor erat comprehenſus in inueſtitura antiqua, & de alia non fuit doctum cum eo caſu præſumantur continuatio.*

21 *Inueſtiturarum pluralitas non præſumitur.*

22 *Et qui illam allegat probare tenetur.*

23 *Nec ſufficit allegare quod ſit poſſibile aliam inueſtituram emanaſſe.*

24 *Inueſtitura ſecunda cenſetur facta cum pactis & conditionibus in prima contentis etiam de iſta non facta mentione.*

25 *Hoc procedit etiam canone aucto.*

26 *Libri alicuius confraternitatis bene cuſtoditi ſi adminiculentur ſucceſſiuis ſolutionibus magnam redolent præſumptionem circa renouationem inueſtituræ.*

27 *Emphyteuſis Eccleſiaſtica regulariter non cenſetur conceſſa vt ad extraneos tranſeat.*

DECISIO DCCCCXXXIX.

AVGVSTINO Tetio non eſſe dandam immiſsionem, neque manutentionem ſuper domo, de qua agitur, ſed manutenendam eſſe Archiconfraternitatem Confalonis DD. reſponderunt, quia probat pertinentiam dominij, finem generationis tàm maſculinæ, quàm fœminæ Annibalis de Romania, pro qua ſub die 22. Maij 1566. illam ei conceſſerat in emphyteuſim, necnon eiuſdem domus identitatem, quibus concurrentibus nequit
1 dubitari quin remedium † retinendæ vti dominæ directæ competat ratione ſuæ ciuilis poſſeſsionis animo retentæ pro recuperatione naturalis aduerſus ſucceſſores vltimi emphyteutæ iuxta tradita per *Aretin. in §. retinendæ numero 8. inſtit. de interd. Bart. in l. 1. §. quod ait Prætor num. 17. ff. vti poſſid. Rot. in rec dec. 79. n. 3. part. 5. in Ciuitatis plebis penſionis 5. Maij 1645. coram R.P.D. meo Bichio, in Romana domorum 15. Decembris 1649. & 18. Febr. 1650. coram eodem,* & plenè in *Auximana predij 15. Maij 1645. coram me.*

2 Nam quoad dominium, † præterquod à partibus non controuertitur, illud bene remanet iuſtificatum ex inſtrumento conceſſionis domus ad fauorem dicti Annibalis de anno 1566. factæ tanquam de bonis directi dominij dictæ Archiconfraternitatis iunctis adminiculis, ſicut illud paſsim ita probatum cenſeri etiam ad effectum deuolutionis ſequendo doctrinam Bartoli communiter receptam *in l. ad probandum Cod. locati*, firmauit pluries *Rota coram Seraph. dec. 896. numer. 2. in rec. deciſ. 290. num. 1. & deciſ. 400. num. 7. part. 1. & dec. 79. num. 7. & dec. 359. part. 5.* & in alijs congeſtis per me in allegata *Auximana Prædij 15. Maij 1645.*

Adminicula verò in præſenti vrgentiora non poſſunt deſiderari, dum inter alia dantur tum ſolutiones canonum per 30. & vltrà annos continuatim factæ à prædictæ domus poſſeſsoribus, quæ de perſe ſolæ ſufficerent

3 ad probandum directum † dominium, etiam
contra tertios in vim præſcriptionis *l. ſi quis
emptionis Cod. de præſcript. 30. ann. ſpeculat. in tit.
de emphit. §.nunc aliqua verſ.53. Seraph. dec. 869.
num.2. Rot. in rec. deciſ.290. numer. 4. part.1: &*
4 *deciſ.234. numer.3. part.5.* Tum appoſitio † ſu-
per dicta domo antiquæ marmoreæ inſcri-
ptionis, ac ſigni eiuſdem Archiconfraternita-
tis quam multum conferre ad probationem
directi dominij ponderauit *Bart. in l. ſlegmata
C. de Fabricen. lib.11.* & firmauit *Rot. penes Bu-
ratt. deciſ.602. vbi Adden. num. 9. in rec.dec.374.
num.7. part. 2. & dec. 234. per tot. part. 7.* & in
puncto quando agitur, prout hic, ad deuolu-
tionem, & contra tertium fuit dictum in *Ro-
mana deuolutionis domus 3. Aprilis 1623. coram bo.
me: Patriarcha Manzanedo relat. per Adden. ad Bu-
ratt. in ſupracit. dec.602. num. 19.* Quæ admini-
5 cula † inſimul conſiderata etiam efficaciora
redduntur ad *L. inſtrum. C. de probat. Rot. in rec.
dec.359. num.14, part.5. Caual. deciſ.93. numer.10
bon.me. Buratt. deciſ.602. num.8.* cum alijs pluri-
bus congeſtis in dicta *Auximana Prædij coram
me*, vbi etiam pluribus auctoritatibus firma-
tur leuiores requiri probationes dominij,
6 quando prout hic, deuolutio † non deducitur
in pœnam, ſed ob lineam finitam.

Finis vero generationis tàm maſculinæ, quã
fœmininæ Annibalis quod euenerit Tetius
non negat, & in omnem euentum cum non
7 agat vti comprehenſus in inueſtitura ipſi †
onus probandi contrarium incumberet *Aldo-
bran. conſ.80. num.4. & ſeq. Rot. in rec. dec. 359.
num.16. part.5. Seraph. deciſ.1487. num.1. Reuen.
Vrgellen. deciſ. 301. numer. 5.* & fuit dictum *in
Ferrarien. bonorum 22. Decembr.1605. coram bon.
me. Ottembergo, impreſſ. penes Marcheſ. de commiſſ.
part.1. fol.565. num.2.* & in *Licien. bonor. 14. Maij
1641. coram bon.me. Patauino*. Præterquod cum
8 † nullus alius compareat prætendens ſe eſſe
de comprehenſis in dicta generatione, etiam
indè præſumenda eſſet omnimoda ipſius ge-
nerationis deficientia *Bart. in l. & ſi certus, §.
ſi vnus, num.1. ff. ad Sellaian. Dec. conſ.652. num.3.
Surd. conſ.530. num.37. Rot. in rec. deciſ.79. num.12
part.5.* & fuit dictum in *Romana deuolutionis 5.
Decembris 1636. coram bo.me. Buccabella*, & in
alijs recenſitis in ſupra allegata *Auximana Præ-
dij coram me*.

Nec releuat quod in inſtrumento inueſti-
turæ legatur facultas nominandi vnam perſo-
nam ſibi gratam ad fauorem vltimi ſuperſtitis
in caſu deficientiæ alterius ex ſecunda vel 3.
generatione, quia cum in inueſtitura fuerit
conuentum quod non duret vltrà vitam il-
lius, ibi, ad cuius nominandi vitam huiuſ-
modi locatio duret, & non vltrà, dictum ius
vti perſonale expirauit in perſona Paulij Tetij
hæredis inſtituti per Iacobum Romaniam
vltimum ſecundæ generationis per regulam
9 Iuris, quod † in hæredem non tranſeunt, quæ
perſonalia fuerunt defuncti *per text. in §. finitur
inſtitut. tit. de vſufruct. iuncta gloſ. in l. hæres ff. de
acq. hæred. Iaſ. conſ.152. num.1. lib.4. Card. Mel-
lin. dec.65. num.3. & 4.* Et hinc ſequitur quod
hæredes Pauli non poſſunt iuuari ſtatuto Vr-
bis de continuanda poſſeſſione, nè dum quia
10 † locum non habet in perſonalibus ad vitam
defuncti ex Iuris ſupradeductis; Verum
11 etiam quia dictum ſtatutum † non eſt aptum
comprehendere iſtam domum emphyteuti-
cam Eccleſiaſticam ad effectum continuandæ
poſſeſſionis genitoris in liberos *Cuman. conſ.
173. in fin. Marc. Brun. conſ. 62. numer. 1. Gabr.
de acq. poſſeſſ. concluſ. vltima, numer.13. & in rec.
deciſ.513. in fin. part. 1.* & in terminis quando
emphyteutis eſt finita prout in præſenti caſu
dixit *Rot. coram Cardinalis Mellino dec.65. num.3.
& 4. coram bon.me. Coccino dec.488. num.5.* & in
alijs recenſitis per *Fenzon. ad idem cap. ſtat. Vrb.
147. num.17. & ſeqq.*

Quouerò ad identitatem præfatæ domus,
illa pariter à partibus non controuertitur, &
etiam benè remanet probata ex demonſtra-
tionibus enunciatis in inſtrumento conceſſio-
nis, nempè ex exiſtentia in Regione Arenulæ
in platea Farneſiorũ cum deſignatione quo-
rumdam confinium concordantium cum ex-
preſſis in monitorio Archiconfraternitatis,
12 cum tamen duæ † ſufficerent demonſtratio-
nes iuxta doctrinam *Bart. in l. demoſtratio num.
14. ff. de condit. & demonſtr. Alex. conſ.133. num.5.
lib.5. Caual. deciſ.311. num.4. Sa.me. Gregor. XV.
dec.172. num.2. & dec.575. num. 4. & 5.* præſer-
tim in antiquis, prout in præſenti, cum à die
conceſſionis effluxerit curſus ferè centum
13 annorum; Vndè identitas † ſatis probata
remanet, cum illa ex vnica demonſtratione
particulari cum alia generali ſuſtineatur, vt
dixit *Rota in rec. dec.81. num.17. & deciſ.87. num.
10. part.5. in Romana deuolutionis 6. Martij 1636.
coram bon.me. Buccabella*; Imò, & quod ſuffi-
14 ciant argumenta, † præſumptiones, & con-
iecturæ latiſſimè fuit comprobatum in alle-
gata *Auximana Prædij coram me, §. de identitate,
ſcilicet*.

Nec releuare Domini dixerunt obiectum
15 non diſcutiendæ caducitatis † in hoc ſum-
matiſſimo retinendæ veluti reſpicientis titu-
16 lum, quia hoc ſibi vendicat locum quando †
caducitas eſt dubia, ſecus quando, prout in
caſu noſtro ex præmiſſis apparet clara, vt di-
ſtinguendo animaduertitur in *Col.mbrien. Præ-
dij 14. May 1618. §. his obiectionibus coram bo.me.
Seleucien. in Regien. bonorum 15. Martij 1630. co-
ram bo.me. Coccino*, vbi referuntur concordan-
tes.

Non obſtat quod Auguſtinus Tetius do-
mus controuerſę poſſeſſionem naturalem
adeptus fuerit antèquam illa fuerit apprehen-
ſa per Archiconfraternitatem, quia, vt dictum
eſt, cùm intententio Archiconfraternitatis
17 fundetur in poſſeſſione ciuili, quæ † eſt ante-
rior, & illius vigore ſtatim ſecuta morte vlti-
mi emphyteutæ miniſterio legis ad ſe traxerit
naturalem *Bart. cæterique ſcribentes in l. ſed & ſi
nolit ff. de acq. poſſeſſ.* alijque relati per *Bero. conſ.
45. numer. 22. & duob. ſeqq. vol. 3.* & firmauit
*Rota in Ferrarien. manutentionis 28. Ianuar. 1641.
coram bon.mem. Pirouano relat. in dicta Auximana
Prædij coram me, §. minus referre conſuerunt*, huiuſ-
modi poſſeſſio Auguſtini dicitur penitus tur-
batiua,

8 batius, cui † propterea omnino venit occur-
rendum mediante remedio manuteutionis ad
fauorem Archiconfraternitatis, vt à turba-
tione deſiſtatur ex traditis per *Bart. in l. 1. §. fin.*
num. 17. & ibi *gloſ. in verbo poſſidet ff. vti poſſidet.*
Bero. conſ. 102. num. 43. & 44. vol. 1. & conſ. 45. nu-
mer. 23. & ſeq. vol. 3. & fuit dictum in *Aſſiſien.*
bonorum 2. Iunii 1627. coram bon. me. Card. Virili
in rec. deciſ. 79. num. 3. par. 5. & in citata Auximana
prædii coram me §. fin.
19 Non releuat denique, quod non probe-
tur Paulum Tetium poſſediſſe vigore inueſti-
turæ anni 1566. conceſſæ dicto Annibali, ad
tertiam generationem vt ſupra, imò contra-
rium præſumi ex quo dicta inueſtitura fuit fa-
cta Annibali prò annuo canone ſcut. 8. & ab
anno 1590. apparet fuiſſe ſolutum annuum
canonem ſcu. 20. quia cum Paulus Auguſtini
Author cauſam haberet à Ioanne Franciſco
in dicta inueſtitura comprehenſo, neque de
20 alia † doceatur præſumitur continuatio eiuſ-
dem inueſtituræ *Menoch. præſumpt. 67. per tot.*
lib. 6. Rot. deciſ. 97. num. 2. & deciſ. 149. num. 3. & de-
ciſ. 376. num. 3. par. 1. rec. cum inueſtiturarum
21 pluralitas † nõ præſumatur *vulg. cap. cum Ioan.*
Eremita de fid. inſtrum. Aym. conſ. 198. num. 1. Me-
noch. præſumpt. 15. num. 8. lib. 6. Rot. coram ſan. mem.
Gregor. XV. deciſ. 195. num. 5. & deciſ. 180. num. 2.
22 *par. 2. rec.* ſed ſit † plenè probanda ab allegan-
te *Surd. conſ. 24. num. 16. & Gregor. d. deciſ. 195.*
num. 5. cum alijs allegatis in *Cæſenaten. cenſuum*
9. Iunii 1645. coram Eminentiſſimo D. Card. Corra-
23 *do.* itaut nec ſufficiat allegare † quod ſit poſ-
ſibile aliam inueſtituram emanaſſe, vt dixit
Rota in Romana Palatij 18. Februarii coram bo. me.
Pirouano, vbi allegantur concordantes.
Nec alicuius momenti eſt ad hunc effe-
ctum augmentum canonis, quia hæc ſola
coniectura vbi habemus primam inueſtitu-
ram certam, non præbet argumentum alte-
rius poſterioris ab ea diuerſæ, cum ſemper ſe-
24 cunda cenſeatur † facta cùm pactis, & condi-
tionibus in prima contentis, etiam ſi primæ
aliqua non fuerit facta mentio *Dec. conſ. 53.*
num. 4. verſ. & dicit Paulus, & conſ. 185. num. 3. Me-
noch. conſ. 400. num. 3. Surd. conſ. 573. num. 25. Scra-
der. de feud. 2. part. 9. part. princ. ſect. 6. num. 25. Mer-
lin. deciſ. 354. num. 24. & deciſ. 571. num. 5. & ma-
gis in puncto, quod id procedat etiam ſi ca-
25 non † ſit auctus dixit *Rota in Bononien. bonorum*
emphiteutic. 18. Aprilis 1597. §. non obſtat quod ſal-
tem coram clar. me. Card. Hieronym. Pamphilio, vnde
multo magis in præſenti id dicendum eſt, dũ
ex datis in ſummario Archiconfraternitatis
apparet in libris illius aduotatam eſſe nouam
inueſtituram factam cum augmẽto Canonis
ex cauſa concordiæ, ſed ad tempus primæ in-
26 ueſtituræ qui libri † cum ſint benè cuſtoditi,
& adminiculentur ſucceſſiuis ſolutionibus
canonum, magnam ſaltem redolent veritatis
præſumptionem, vt benè ad propoſitum *Rot.*
deciſ. 15. num. 5. par. 4. diuerſ. & deciſ. 290. nu. 5. p. 1.
rec. Accedente vlterius, quod agitur, de em-
27 phyteuſi eccleſiaſtica, quæ regulariter non
cenſetur conceſſà, vt ad extraneos tranſeat,
Clar. §. emphyteuſis q. 28. num. 5. Alex. conſ. 56. nu. 3.
lib. 2. Soccin. Iun. conſ. 11. num. 1. vol. 3. Gozzad. conſ.
39. per tot. Afflict. deciſ. 100. nu. 2. & 3. & deciſ. 435.
num. 10. par. 1. recen. alijque congeſti in *Caietana*
bonorum 3. Decembris 1646. coram R. P. D. meo
Cerio.

Et ita vtraque &c.

ROMANA SEV NEAPOLITANA LITTERARVM CAMBII.

Lunæ 9. Iunij 1653.

ARGVMENTVM.

Litterarum Cambij executioni quando non ſit locus etiam ſi conſtet de illarum acceptatione.

SVMMARIVM.

1 *Litteræ Cambij regulariter poſt acceptationem habent executionem paratam.*

2 *Litterarum Cambij acceptatio non nocet ſi à die qua emanarunt vſque ad diem acceptationis qui illas direxit mutauit ſtatum in deterius iuxta ſententiam Rotæ Romanæ & etiam Tribunalium Neapolis.*

3 *Status qualibet mutatio in deterius ſufficit pro legali mandati reuocatione.*

4 *Immo ſufficit rumor & imminentia decoctionis.*

5 *Status mutatio in deterius ſeu diſcreditum mercatoris probatur etiam per teſtes de auditu, cũ ſit actus auditui proportionabilis.*

6 *Status mutatio in deterius ex quibus probetur, & num. 7. & 8.*

8 *Dans litteras cambij ſciens non poſſe remburſare recipientem dicitur in dolo.*

9 *Contractus inter dantem litteras cambij, & recipientem non valet ſi concurrat dolus alterius ex ipſis.*

10 *Dolus ſuffragatur pro retardanda via executiua litteris cambij quando fuit in dolo qui illas dedit.*

11 *Litterarum cambii acceptatio vt non ſuffragetur ſufficit probatio mutationis ſtatus in deterius dantis licet adhuc formalis decoctio non fuerit ſequuta.*

12 *Status mutationem in deterius non excludunt partitæ realiter nũ numeratæ & quæ fuerunt tantum aptatæ vt dicitur (per paſſaggio di ſeritture)*

13 *Simulatio ac fraus ex breuitate temporis præſumitur.*

14 *Decoctioni proximi geſta ſolent eſſe plena fraudibus ac ſimulata.*

15 *Actio per acceptationem litterarum cambij non quæritur illi qui fecit cambium, ſed illi qui eſt nominatus pro exactione litterarum.*

16 *Mandata iam relaxata non poſſunt exequi ex iuribus aut probationibus nouiter productis.*

DECISIO DCCCCXXXX.

RELAXAVIT A. C. ad inſtantiam Marchionis Marij contrà Petrum Nerlium mandatum executiuum pro ſcu. 800. auri occaſione litterarum cambij die 13. Ianuar. 1652 à Iacobo Dato Mercatore Neapoli directarũ eidem Nerlio, à quo mandato commiſſa mihi

certa redditur deterioratio Dati; Nam Vallus
iam certus quod litteræ in nundinis non ſuiſ-
ſent completæ, ſtornauit cambium pro nun-
dinis, & recepit litteras pro Ciuitate Bari, vbi
æſtimauit faciliùs poſſe conſequi ſolutionem;
Alia vero partita data in Summar. *num.* 8. præ-
tenſæ ſolutionis ducatorum 10800. Vincen-
tio de Medicis ſub die 27. Ianuarij, non fuit
de pecunijs Dati, ſed de pecunijs eadem die
giratis à Marchione Io: Iacobo de Marinis pro
pretio frumentorum emptorum, & *à Mar-
chione de Marijs* cui alia frumenta erant conſi-
gnanda, vt patet ex partitis datis in Summar.
num. 9. prout ſucceſſiuè iuſtificatur oneratā
fuiſſe frumenta ad diſpoſitionem eiuſdē Mar-
chionis de Marijs, vt in Summar. *num.* 10. Vn-
dè non ſolum non probatur ex iſtis partitis
negotiatio Dati, & quod fuerit in credito de
dicto tempore, ſed potius ex illis reſultat ma-
nifeſta ſimulatio inter dictos Marchiones, &
Datum, eo quia cum non poſſent extrahi di-
ctum frumentum niſi ſoluto reſiduo pretij d.
Vincentio de Medicis, d. Marchiones de Ma-
rinis, & de Marijs, vt poſſent dictum frumen-
tum ad eorum diſpoſitionem habere, ſubmi-
niſtrarunt illas pecunias, alter nomine petij,
alius vno nomine cambij pro nundinis appa-
ritionis, vt in Ciuitate Genuæ extingueretur
debitum, ad quem poſtea tranſmiſſum fuit
dictum frumentum, vt in Summar. *num.* 10.
13 Et pro ſimulatione † harum partitarum ob
cauſam prędictam ſatis eſt quod fuerint apta-
tæ ipſa die 27. Iannarij, qua Datus publicè fo-
ro ceſſit, vt admittunt ambæ partes per *tex. in
l. omnes* 17. *§. Lucius ff. quæ in fraud. credit.* cū alijs
relatis per *Buratt. deciſ.* 9. *num.* 2. *&* 3. *& d. deciſ.*
345. *num.* 12. vbi dicitur quod geſta ab eo, qui
14 eſt † proximus decoctioni ſolent eſſe plenā
fraudibus, & ſimulata, *p.* 5. *rec.*

Denique aduertebant Domini, quod præ-
dictum mandatum A. C. ex alio capite nō
poteſt exequi, quia dictus Marchio egit con-
tra Nerlium ſine actione, ex quo litteræ per
eum acceptatæ non erant ſoluendæ ipſi Mar-
chioni, ſed Acciaiolis, quibus propterea ſo-
lum competebat actio contra Nerlium, non
obſtante quod in litteris dicatur, per valutā
cambiata cum ipſo Marchione, cum per ac-
15 ceptationem † litterarum non quęratur actio
illi, qui fecit cambium, ſed illi tantum qui eſt
nominatus pro exactione litterarū eſto quod
alter ſit Dominus *Scacc. de camb. §.* 2. *gloſ.* 6.
num. 76. *Rot. Ian. deciſ.* 10. *num.* 10. *& deciſ.* 96. *nu.* 7.
in fin.

Nec quidquam facit, ſi dicatur dictū Mar-
chionem reportaſſe ceſſionem ab Acciaiolis,
quia replicatur nec hanc ceſſionem fuiſſe in
actis productam antè relaxationem d. manda-
ti A. C. nec per eumdem Marchionem fuiſſe
actum ceſſionario nomine, & ideo huiuſmo-
di ceſſio, quatenus adeſſet, non ſuffragaretur;
16 cum ad effectum, vt † mandatum A. C. exe-
cutioni demandari valeat, non poſſit ex iuri-
bus; aut probationibus nouiter deductis iuſti-
ficari, *Rot. poſt Paciſc. de Saluian. deciſ.* 64. *num.* 1.
& 5. *coram Caualer. deciſ.* 165. *num.* 4. *& in recent.
deciſ.* 607. *num.* 3. *par.* 4. *tom.* 3. *& deciſ.* 287. *num.* 6.
part. 2.

Et ità vtraque &c.

NEPESINA BONORVM.

Lunæ 13. *Iunij* 1653.

ARGVMENTVM.

Vſusfructus quando dicatur tantum compræ-
henſus in deliberatione latè declaratur.

SVMMARIVM.

1 *Clauſula conſtituti appoſita in aliquo inſtrumento
fauore Patris, ſufficit pro manutentione fauorē
filiorum.*
2 *Poſſeſſio naturalis cenſetur retenta, & translata ci-
uilis per reſeruationem vſusfructus.*
3 *Deliberatio de ſolo vſufructu non comprehendit
poſſeſſionem ciuilem quæ remanſit penes proprie-
tarium.*
4 *Poſſeſſio ciuilis per proprietarium poteſt in alium
transferri per clauſulam conſtituti.*
5 *Dictio* in *bonis denotat excluſionem aliorum bo-
norum.*
6 *Dictio (ſuper) adiecta in deliberatione indicat non
eſſe vendita bona ſed tantum pro vſufructu ven-
dito eſſe obligata.*
7 *Adiudicatio bonorum cum reſtrictiua ad vitam N.
indicat ſub illa non fuiſſe cōprehenſum niſi vſum-
fructum.*
8 *Deſcriptioni factæ in inuentario contra ipſum deſcri-
bentem omnino ſtandum eſt.*
7 *Voluntatis nulla maior contrahentium declaratio
quàm eorumdem dictum.*
10 *Exceptio requirens altiorem indaginem venit reij-
cienda ad petitorium.*
11 *Poſſeſſio capta non citatis poſſeſſoribus non nocet ma-
nutentioni eorumdem poſſeſſorum.*
12 *Poſſeſſor eſt citandus etiam ſi prætendatur bona fi-
deicommiſſaria ad ſe ſpectare tanquam vocatum ad
fideicommiſſum.*

DECISIO DCCCCXXXXI.

1 ITERVM Domini reſponderunt manuten-
tionem, † ſuper bonis, de quibus agitur,
concedendam eſſe ſororibus de Hortentijs,
quia de illarum anteriori poſſeſſione conſtat
ne dum ex clauſula conſtituti, appoſita in in-
ſtrumento tranſactionis celebrato de anno
1649. ad fauorem Hyacinthi illarum patris,
quam clauſulam ſuffragari dictis ſororibus
eius filiabus ad effectum manu tentionis plu-
ribus authoritatibus congeſtis, firmauit *Rota
in hac cauſa prima Iulii* 1652. *coram Reuerendiſſ.
2 Tarraconen.* Verum etiam ex † reſeruatione
vſusfructus facta ad fauorem Ioſephi fratris
Hyacinthi, per quam cēſetur retenta natura-
lis, & translata poſſeſſio ciuilis iuxta *text. in l.
quiſquis C. de donat. Honded. conſ.* 18. *nu.* 2. 3. *&* 46.
lib. 2.

lib.2.relat.per Poſth.de manut.obſeru.20.num.54.&
dixit *Rota poſt eundem deciſ.58. & deciſ.85. nu.2.
in recent.deciſ.858.ſub num.2.verſ.tum etiam ex re-
ſeruatione par.4.& in dicta deciſ. huius cauſæ coram
Reuerendiſſ.Tarraconen.*

Non obſtat,quod de tempore,quo Andreas
fecit huiuſmodi tranſactionem, nullam habe-
ret poſſeſſionem bonorum de quo agitur,ſtã-
te quod illa fuerit priuatus per deliberationẽ
eorumdem bonorum antea factam ad inſtan-
tiam Hyacinti ad fauorem Ioſephi, quia cum
dicta deliberatio facta fuerit de ſolo vſufructu
3 poſſeſſio† prædicta ſẽper remanſit penes ipsũ
Andream proprietariũ *Rot.penes Poſth.de manut.
dec.299.n.4.dec.300.n16.& 22.& dec.390.n.1.&
ſeqq.* cum alijs relatis per *Maſc. de probat. concl.
1189.num.1. & 2.* quam propterea dictus An-
4 dreas benè potuit †,per clauſulam prædictam
transferre in Hyacinthum *l.quiſquis, & l.ſi quis
argentum§.at ſi quis C.de donat. Alex.in l.3.in princ.
n.14.ff.de acq.poſſ.Gomeſ.in l.45.Tauri nu.81. Fa-
ber.in Cod.Fabr.lib.7.tit.7.defin.32.in princ.*

Quod autem Ioſephus fuerit deliberatarius
ſolius vſusfructus ex pluribus conuincitur.
Primo ex forma oblationis factæ per eumdẽ
Ioſephum,ibi. *In*, & ſuper bonis prædictis vi-
ra durante ipſius Andreæ, ac vſufructu corũ-
dem bonorum ipſo Andrea viuente obtulit
5 ſcut.1000. ponderando dictionem, † In, quæ
denotat excluſionem aliorum bonorum *Cal-
der.conſ.18.poſt princ.de præb.Oldrad.conſ.304.n.16*
6 & dictionem, ſuper, † quæ indicat non eſſe
vendita bona, ſed tantum pro vſufructu ven-
dito eſſe obligata *Bart.Bald. in l. codicillis §. in-
ſtituto ff.de leg.2.Natt.conſ.109.num.10. Surd.conſ.
162.num.10.*cum alijs relatis per *Barboſ.diction.
393. num.2.*

Secundo ex eorumdem bonorum adiudi-
7 catione† cũ reſtrictiua ad vitam Andreæ,quę
indicat veniſſe ſolum vſumfructum ex addu-
ctis per *Bald.in l.1.ſub num.3. ff.de fruct.& lit.ex-
penſ.Surd.conſ.572. n.45.Menoch. lib.4. præſ. 133.
num.12. Caſtil. de vſufr.cap.30. num.13. relati per
Gabr.de hæred.inſtit.concluſ.2.num.16. Buratt.deciſ.
45.num.2.*

Tertio ex propria ipſius Ioſephi confeſſio-
ne, dum durante adhuc vita Andreæ,deſcrip-
ſit iſta bona in inuentario tutelari iſtarum ſo-
rorum de Hortentijs tanquam hæreditaria
Hyacinthi fratris, cũ reſeruatione ſolius vſuſ-
fructus ad ſui fauorem, cui deſcriptioni con-
8 tra † ipſum deſcribentem omnino ſtandum
eſt *l.fin.C.de arbitr.tutel.Gratian.diſcept.767.n.65.
Cancer.var.reſol.par.3.cap.2.nu.44. Duran.dec.39.
nu.1.& in recent.dec.344.n.1.p.3.*

Quarto denique ex eo, quia ſic etiam in-
tellexerunt, & voluerunt tam Andreas ven-
ditor, quàm Hyacintus creditor, Andreas ſi-
quidem in prima ex duabus tranſactionibus
celebrata 4.Iunij 1649. in qua Ioſephus rela-
xauit ei nonnulla ex dictis bonis deliberatis,
& ſuper alijs retentis promiſit Andreas manu-
tenere Ioſephum in quieta, & pacifica poſſeſ-
ſione, fruitione, & fructuum perceptione du-
rante vita naturali eorumdem; Vndè clarè
patet de ſolo vſufructu ſenſiſſe, & de iſto ſolo
deliberationem factam fuiſſe Hyacinthus ve-
ro dum in ſecunda tranſactione die 9.eiuſdem
menſis, & anni ſecuta recepit ab eodem An-
drea ſuo debitore in ſatisfactionem ſui crediti
eadem bona,quæ fuerunt in præcedenti tran-
ſactione eidem Andreæ per Ioſephũ aſſigna-
ta, cum expreſſa reſeruatione dicti vſuſfru-
ctus durante vita dicti Andreæ, ſequitur per
neceſſe & ipſum ſic ſenſiſſe cum nulla maior
9 declaratio voluntatis† contrahentiũ ſit quam
illorum dictum *Surd.conſ.471.nu.31.Rot. coram
ſan.mem. Greg.XV.dec.160. nu.21. coram Mant.
deciſ.18.num.6. & in rec.deciſ.24. numer.11. par.6.*
Et hinc nõ obſtat deciſio in hac cauſa coram
me facta, cùm in illa fuerit conceſſa manu-
tentio Ioſepho, ex quo ipſe vti vſufructuarius
habebat naturalem poſſeſſionem manuteni-
bilem remanente ciuili penes proprietarium
ex iuribus ſupra relatis.

Non obſtat exceptio prętenſi fideicommiſ-
ſi,ad quod Angela prætendit ſe vocatam,quia
cum ſimus in ſimplici iudicio manutentio-
10 nis, talis exceptio † non venit attendenda, cũ
vti requirens altiorem indaginem, reijcienda
veniat ad petitorium ex iuribus in *d.dec. Reue-
rendiſſ.Tarraconen.allegatis.*

Prout nec eidem Angelæ ſuffragatur poſ-
ſeſſio per ipſam capta de anno 1650. quia cũ
non fuerint citatæ iſtæ ſorores, non valet eiſ-
11 dem † ſororibus impedire manutentionem,
*cap.licet cauſam de probat. Bart.in l.1. §.quod autem
num.1.& in l. ſi duo ſub nu.4.ff.vti poſſidet.Rot.dec.
139.num.5. par.7. recent.* alijſque pluribus con-
geſtis firmatum fuit in hac cauſa coram dicto
Reuerendiſs.Tarraconen. cum alias indubita-
12 tum ſit illas † tanquam poſſiditrices debuiſ-
ſe citari non obſtante ſupradicto prætenſo fi-
deicommiſſo *Zaccard.in l.fin.nu.166. C.de edict.
Diu.Adrian. toll.Rot.coram Pen.deciſ.34.num.15.in
recent.deciſ.284.num.16.* vbi etiam ſi eſſet iniu-
ſtus poſſeſſor *p.5. in Cuſentina Canonicatus 5.Iu-
ly 1649.coram R. P. D. meo Meltio, & in Meleui-
tana Territory 17. Maij eiuſdem anni coram Emi-
nentiſs.D.Card.Otthobono.*

Et ita vtraque &c.

ASTORICEN. CENSVS.

Veneris 27. Iunij 1653.

ARGVMENTVM.

Numerum ſententiarum an faciant præcepta
executiua de ſtylo Hiſpaniarum Cenſus ab
Eccleſia ſuper rebus Eccleſiaſticis impoſitus
eſt nullus ſi defecerint ſolemnitates ac vtilitas
& neceſſitas Eccleſiæ.

SVMMARIVM.

1 *Præceptum executiuum de ſtylo Hiſpaniarum non
habet vim ſententiæ definitiuæ.*

2 *Ci-*

2 *Citationem ad ſententiam Praxis ſeu lex Principis non poteſt in totum euertire.*

3 *Præceptum executiuum ſine citatione ad ſententiam non meretur nomen ſententiæ.*

4 *Cenſus dicitur ſpecies alienationis, & in rebus Eccleſiæ vt ſuſtineatur requiruntur vtilitas, neceſſitas, ac vlterius etiam ſolemnitates.*

5 *Contractus ſi pro ſui validitate requiret licentiam Ordinarij, iſtam non poterit præſtare Vicarius ſi etiam ſit Canonicus & vti talis præſens eidem contractui.*

5 *Licentiam pro validitate contractus non poterit præſtari ab intereſſato in eodem contractu.*

6 *Contractus vt ſit validus reſpectu Eccleſiæ, debet eſſe celebratus pro neceſſitate ſeu vtilitate eiuſdem Eccleſiæ, ſecus pro commodo Capitularium. & num. 7.*

DECISIO DCCCCXLII.

CAPITVLVM Eccleſiæ Collegiatæ Villæfranchæ prætendens eſſe nullam impoſitionem cenſus, de quo agitur, ob defectum tam cauſę, quam ſolemnitatum in alienatione bonorum Eccleſiæ copulatiuè requiſitarum, illius fructus ſoluere recuſabat, quapropter inter idem Capitulum, & Collegium Societatis IESV ex perſona Gabrielis Roble s d. cenſus domini orta in partibus controuerſia ſuper validitate illius, ad fauorem ambarum partium nonnullæ emanarunt ſententiæ, ſed prætendentes PP. Ieſuitæ ad fauorem Collegij tres emanaſſe, cauſam in Rota committi obtinuerunt cum clauſula conſtito de tribus; Vnde iuxta hoc reſcriptum propoſito hodie dubio ex duobus fundamentis fuit reſolutum non conſtare de tribus.

Primo ſiquidem quia deficit numerus ſententiarum, cum inter illas enumerari non
1 valeat præceptum † executiuum ſinè partis
citatione factum ab Abbate Villafranchæ ex quo de ſtylo Hiſpaniarũ vim deſſinitiuæ ſententiæ non habet, vt tradunt *Chriſtophorus Paz ad. leg. ſtylis tex.* ibi, *num. 3. Suarez de Paz in praxi tom. 1. par. 4. cap. 2. num. 25. Parlad. lib. 2. rer. quotid. cap. fin. 5. par. num. 12. Picchard. ad prax. par. 3. præcept. 5. num. fin.* quod indubitabile redditur ex eo; quia ſi dictum præceptum vim definitiuæ haberet, eſſet prorſus nullum ex defectu
2 citationis, quam † praxis, ſeu lex Principis nõ
poteſt in totum remittere in ſententijs vim definitiuæ habentibus, *l. fin. ſi per vim, vel alio modo abſent. perturb. ſit poſſeſſ. cap. 1. de cauſa poſſeſſ. & propriet. cap. paſtoralis de ſentent. & re indic. in Clementina Carpan. ad ſtatut. Mediol. lib. 1. cap. 1. num. 16. Bald. in l. fin. C. de leg. Soccin. ſen. conſ. 164. num. 16. vol. 2. Ruin. conſ. 17. num. 4. volum. 5.* cum alijs relatis per *Menoch. de recup. remed. 8. num. 55.* Et hinc infertur quod vel prædictum præceptum non habeat vim definitiuæ, vel tanquã
3 nullum † ex defectu citationis non mereatur
nomen ſententiæ, *Gratian. diſcept. 691. num. 27. Rot. in rec. deciſ. 662. num. 3. par. 1. & deciſ. 179. n. 1. & ſeq. par. 7. & in Firmana cenſus 13. Iunii 1642. coram R. P. D. meo Peutingerio, & in Eugubina dotis 9. Maij 1642. coram Reuerendiſſ. Tarraconen.*

Secundo vero quia deficit earumdem ſententiarum iuſtitia, dum dant executionem pro fructibus cenſus nulliter impoſiti ob defectum nedum euidentis vtilitatis, ac neceſſitis Eccleſiæ, verum etiam ſolemnitatum copulatiuè requiſitarum in illius impoſitione,
4 cum ſit † ſpecies alienationis vt dixerunt *Lay-*
man. oper. moral. lib. 3. ſect. 5. tract. 4. cap. 10. num. 2. & relati per *Cenſ. de cenſ. q. 24. num. 1. & ſeqq.* & firmauit *Rota coram Pen. deciſ. 555. per tot. coram Seraph. dec. 1490. n. 1. & 2. coram Caual. deciſ. 288. eiuſdem numeris, & in rec. deciſ. 252. num. 23. par. 7. & in Leodien. dominiorum 25. Iunii 1649. coram Eminentiſſ. Card. Corrado.*

Siquidem quoad ſolemnitates, eſto etiam quod ex conſuetudine illarum partium non eſſet neceſſarium beneplacitum Apoſtolicum ſed ſufficeret licentia Ordinarij, hæc etiam in
5 præſenti caſu deeſt, nec illa † præſtita à Vica-
rio Muniz erat attendenda ex quo ipſe erat etiam Canonicus, & vti talis fuit præſens tractatibus ſuper dicti cenſus impoſitione factis, *gloſ. l. 1. & l. pupillus ff. de auth. Tutor. Bart. in l. impuberem §. 1. ff ad l. Corn. de falſ. Bald. in l. ſi furioſi in fin. C. de nupt. Abb. conſ. 40. in fin. volum. 2.* Et eo magis, quia cum pecuniæ conuertendæ eſſent in vtilitatem ſingulorum Canonicorum, ad ſui commodum licentiam præſtitiſſet, quod
5 non eſt † permiſſum *Iaſ. conſ. 69. num. 6. & ſeq.*
lib. 1. Pariſ. conſ. 97. num. 21. & ſeqq. lib. 3. Gabr. conſ. 167. num. 10, lib. 1. alijſq; congeſti per *Rot. in rec. dec. 153. num. 7. p. 1.*

Quo denique ad vtilitatem, cum pecuniæ verſæ fuerint in vtilitatem ſingulorum non
6 poteſt dici quod † contractus fuerit celebra-
tus pro neceſſitate, ſeu vtilitate Eccleſiæ, prout omnino requiritur *§. non igitur auth. de non alien. Abb. in cap. ad aures num. 4. de reb. Eccleſ. non alien. Butr. in cap. expoſuiſti num. 2. de præben.* & ibi *Abb num. 4. in fin. & Imol. num. 1. Rot. in rec. dec. 94. per tot.* & ſignanter ſub *num, 52.* vbi firmatur quod vtilitas Eccleſiæ debet eſſe certa, itaut dubia non ſuffragetur, & in *Pampilonen. alienationis 15. Ianuarii 1649. §. 1. coram R. P. D. meo Bichio.*

Non obſtat, quod tunc temporis in illis partibus magna vigeret Annonæ penuria, quia cum teſtes pro illa probanda examinati ad inſtantiam Collegij non deponant, quod ideo deſereretur ſeruitium Eccleſiæ; Imò ex teſtibus capituli habeatur Canonicos ſine d. cenſus impoſitione eorum indigẽtijs potuiſſe ſuccurrere, dictamq; impoſitionem eidem Eccleſiæ maximi fuiſſe præiudicij, cum illius redditus valdè diminuti fuerint, ſatis deprehenditur non fauore Eccleſiæ cenſum fuiſſe impoſitum, prout requiritur ex iuribus ſupra
7 deductis, ſed ad eorumdem † capitularium
proprium commodum, quod non ſufficit, *cap. ſine exceptione 12. q. 2. & c. 1. de reb. Eccleſ. non alien. in 6.* & plenè firmauit *Rota deciſ. 94. per tot. p. 7. recent.*

Et ita vtraque &c.

ME-

MELEVITANA REDDITIONIS RATIONIS.

Lunæ 15. Decembris 1653.

ARGVMENTVM.

Compulſoria ſpecialis vt obtineri valeat quæ requirantur.

ſVMMARIVM.

1 *Compulſoria ſpecialis requirit exhibitionem exempli ſcripturarum compulſandarum.*

2 *Compulſoria ſpecialis non conceditur niſi cauſa cognita ſuper releuantia ſcripturarum ſine quarum exhibitione ceſſat diſcuſſio releuantia.*

3 *Fides Notarii, non facit ſufficientem probationem.*

4 *Locutio indefinita in probationibus non æquipollet vniuerſali.*

5 *Adminiſtrator quouſque non reddiderit rationem non poteſt dici creditor liquidus.*

6 *Compulſoria ſpecialis quo caſu calumnioſè petita dicatur.*

7 *Compulſoria ſpecialis non eſt danda quando deſeruire valet compulſoria generalis.*

8 *Proceſſus compulſorialis; quibus concurrentibus dicatur validus ſeu inualidus.*

9 *Compulſoria ſpecialis eſt deneganda quando ſcriptura eſt in loco à quo ſemper poſſit haberi.*

10 *Compulſoria eſt deneganda quoties ſcriptura exiſtit penes Notarium qui poteſt dare exemplum cum ſolita legalitate abſque alia partis citatione.*

11 *Compulſoria ob quas cauſas ſic concedenda ac reſpectiuè deneganda.*

DECISIO DCCCCXLIII.

COMPVLSORIAM ſpecialem petitam per Vniuerſitates Ciuitatum Vallettæ, Victorioſæ, & Sengleæ Inſulæ Melitæ ad effectum extrahendi partitas ſolutionum crediti Gondradi Auguſtino Borgh ceſſi, Domini cenſuerunt eſſe denegandam, & reſolutioni fundamentum fuit quia nõ exhibetur exemlum dictarum partitarum compulſandarum,
1 quæ exhibitio † eſt omnino neceſſaria ad effectum obtinendi compulſoriam ſpecialem, *Veſtr.in prax.lib.6.cap.1. num.12. verſ. altera ſpecialis Scacc. de Iudic. lib.2. cap.11. num.* 840. & firmauit *Rota coram Pen.deciſ.597.num.4. & dec. 948. num.3.coram Buratt. deciſ.155. num.1. coram Duran.deciſ.376.vbi ſub num.3.* aſſignatur ratio,
2 quia compulſoria ſpecialis non conceditur niſi cauſa cognita ſuper releuantia, dum autem nulla producitur ſcriptura, non poteſt diſcuti illius releuantia, & fuit latiſſimè comprobatum in *Romana ſucceſſionis 4.Iulii* 1642.*coram Reuerendiſſ.Salamantino, & in Peruſina ſuffragiorum 28.Iunii* 1651. *§.primo, coram R.P.D.meo Bichio.*

Nec releuantia in præſenti deſumi poteſt ex fide, alias exhibita, Notarij earumdem Vniuerſitatum, atteſtantis quod in libro officij Vniuerſitatum ſuper re frumentaria apparet participantes in maſſa annorum 1635. 1636. fuiſſe ſatisfactos tam de capitali, quàm de lucris, quia præterquod, ad effectum, de quo hodie agitur, in ſpecie requiritur exemplum partitarum compulſandarum ex ſupra
3 allegatis, adhuc dicta fides † nullam prorſus præbet facultatem cognoſcendi de releuantia huiuſmodi partitarum ſolutionum, nedum quia ei non creditur de earumdem exiſtentia *Felin.in cap.quoniam contra num.51.de probat.Gratian.diſcept.948.num.15.Bon. deciſ.281. num.3. & ſeqq.Rota deciſ.535. & ſub num.1.in fine part.1. & deciſ.466.num.3.par.2.recent.* Verum etiam quia quatenus etiam illi crederetur, non releuaret, ex quo non loquitur in ſpecie de partita Gondradi, ſed vtitur locutione indefinita abſque aliquo ſigno vniuerſali,ibi,*che li participanti etc.*
4 quæ † in materia probationum vniuerſali nõ æquipollet, *Felin.in cap.auditis num.24.verſ. dici poteſt quod in probationibus indefinita non æquipollet vniuerſali de præſcript. Dec.conſ.146.num.15.Aym. conſ.33.num.6.Buratt.deciſ.676.num.7.in rec. deciſ. 509.num.5.circa med.part.1. & deciſ.687.num.20. part.2.*

Imò ex hactenus deductis apparet irreleuãtia,quandoquidem ex partitis nuper compulſatis ex eodemmet libro negotiationis frumentariæ dictarum Vniuerſitatum ad inſtantiam pupillorum de Borgh probatur huiuſmodi creditum Gondradi fuiſſe retentum per ipſaſmet Vniuerſitates donec,& quouſq; Auguſtinus illius ceſſionarius redderet rationẽ ſuæ adminiſtrationis, & propterea ex huiuſmodi retentione ſatisfactio excluditur, & per conſequens dicta fides loquens de ſatisfactione creditorum intelligi nequit de credito Gõ-
5 dradi, ſeu Borg, qui etiam tunc ob non redditionem rationis non poterat dici creditor liquidus *Alex.conſ.192.num.2. in fin. lib.7. Aym. conſ.275.num.13.verſ.tertio principaliter dubitatur Rot.coram Buratt.deciſ.123.num.6.deciſ.443. nu.2. deciſ.595.num.2.deciſ.800. num.5.& in recent. deciſ.275. num.13. par.5.* Vndè merito ex dicta retentione nedum comprobata remanet irreleuantia, ſed etiam manifeſtiſſima calumnia,
6 quæ multo magis etiam augetur in præſenti, nedum quia in partibus, vbi diu iſta lis ventilata, fuit, & vbi dictæ partitæ faciliùs haberi & exgiberi potuerunt,non fuerunt productæ, prout veriſimiliter productę fuiſſent ſi adfuiſſent, vt benè aduertit *Rot.coram Verall.dec.169. num.3.par.1.coram Pen.deciſ.597.num.5.verſ.rurſus dicebatur multum inueriſimile, in Burgen.Abbatia de Fonſeca 4.Iulii* 1586. *corã Bubalo, in Elnen. Canonicatus 17. Februarii* 1931 *.coram b.m. Vbaldo §. accedit quod in partibus, Duran.alleg.dec.376. num.7. & in Romana ſucceſſionis 4. Iulii* 1642. *coram Reuerendiſs.Salamantino;* Verum etiam quia
7 ad effectum † extraendi partitas, de quibus agitur, poteſt deſeruire compulſoria generalis, allegati per *Ridolf.in prax.A.C.par.1.cap.12. num.181.Duran.d.deciſ.376.num.7.& in dicta Romana ſucceſſionis 4. Iulii 1642. coram Reuerendiſs. Salamantino.*

Nec ſubſiſtit, quod dictus proceſſus compulſorialis, in quo legitur dicta partita reten-
8 tionis ſit inualidus † ex eo quia teſtes, qui li-

brum

brum recognouerunt non iurauerint, & quia collatio non fuerit facta coram Iudice compulſore iuxta diſpoſitionem, *cap. fin. vbi Butr. in princ. verſ. tertio oportet Abb. num. 2. verſ. nota officium Iudicis, & Felin. num. 13. verſ. nota tertio de fid. inſtr. Veſtr. prax. lib. 6. cap. 1. n. 14. Pen. dec. 513. num. 1. Buratt. deciſ. 290. num. 1. & ſeq. & Adden. ad eumdem Buratt. deciſ. 555. litt. A.* Quoniam iuramentum quod negatur adeſt, & collatio facta fuit eodem Iudice compulſore auſcultante, & legente proprium originale, ibi, & per dictũ D. Iudicem auſcultantem, & legentem prædictum originale, ideoque non applicantur contra dictum proceſſum deducta per dictas Vniuerſitates,

Et denique eo faciliùs Domini huiuſmodi
compulſoriam denegarunt, quia viſa fuit ſu-
perſiua quãdoquidem vel illa petitur ob dif-
ficultatem compulſandi partitas, de quibus
agitur, & illa eſt deneganda quia talis difficul-
tas ceſſãt cum liber exiſtat penes officialem
earumdem vniuerſitatum, quæ ſemper, &
9 quandocumque † illum habere poſſunt; Vel
illa petitur ratione formæ probationis, & pa-
riter non eſt concedenda, quia cum liber ſit
10 retentus à Notario, ille poteſt dare exem-
plum cum ſolita legalitate abſque alia partis
citatione, *Rot. deciſ. 1. de fid. inſtr. in nou. in recent.
deciſ. 50. num. 1. & deciſ. 976. num. 2. par. 2. & deciſ.
221. num. 14. par. 7.* & latiſſimè fuit comproba-
tum in Montis Regalis Iuriſdiction. 9. *Decem-
bris* 1601. *§. nec facit, & in Viterbien. fideicommiſſi
19. Ianuar. 1605. coram bon. mem. Coccino impreſſ.
penes Marcheſ. de commiſſ. par. 2. fol. 121. col. 1. &
fol. 122,* & benè ad rem faciunt, quæ de nota-
rio archiuiſta capitoli rogato de ſolutioni-
bus dixit *Rota deciſ. 451. num. 4. par. 5. tom. 2. rec.*
Ob prædictos enim duos reſpectus compul-
11 ſoriales † conceduntur, & illis ceſſantibus nõ
ſunt neceſſariæ *Modern. Caſanaten. de cit. tom. 3.
cap. 13. num. 210. & 226. Scacc. de Iudic. lib. 2. c. 11.
num. 823.*

Et ita vtraque, &c.

SABINEN. STATVS MONTIS LIBRETTI.

Lunæ 12. Ianuarij 1654.

ARGVMENTVM.

Peritus quando teneatur ad declarandum ſingula corpora bonorum æſtimata, & particulares redditus vniuſcuiuſque corporis.

SVMMARIVM.

1 *Peritus tenetur tradere diſtinctam relationem per ſingula corpora, quando non vnica ſed plures res inter ſe diſtincta æſtimantur, & num. 5. & quando limitetur num. 6.*

2 *Status venditus ac reſpectiuè emptus non vti quid iuris, ſed vti quid facti, ac in pluribus corporibus conſiſtens efficit vt vnumquodque corpus de per ſe iudicandum & conſiderandum ſit.*

3 *Dictio* Cuiuslibet, *eſt diſtributiua ac ſpecificatiua tanquam tribuens vnicuique actum inſolidum.*

4 *Status ſingula corpora vendita cenſentur, & ſingulorum euictio debetur quando apparet contrahentes cogitaſſe de ſpecificatione corporum.*

7 *Status valor quando æſtimatur attendi debet nedum quantitas fructuum, ſed etiam rei qualitas quæ vnionem caſtrorum & corporum percutit.*

8 *Ratione legis ceſſante ceſſat, & legis diſpoſitio.*

9 *Venditiones tot dicuntur quod ſunt pondera vel menſura quando ponderibus vel menſuris pretium fuit conſtitutum.*

10 *Venditio Caſtri non excludit quin etiam vendi potuerint res diuerſarum ſpecierum ſuam naturam ſeparatam retinentes.*

11 *In venditione diuerſitas ſpecierum ſecum portat pretij diſtinctionem.*

12 *Periti tenentur relationem diſtinctam dare de ſingulis corporibus adhuc vt ſciri poſſit quid venditum, & vt venditores propriam promiſſionem adimpleant.*

13 *Dictionis* Cuiuslibet, *natura eſt, diſtribuere, diuidere, ſpecificare, ac indiuiduare.*

14 *Participium æſtimandorum importat neceſſitatem de cuiuslibet corporis venditi fructibus æſtimandis iuxta naturam dictionis,* Cuiuslibet, *cum qua copulatur.*

15 *In inſtrumento omnia verba cenſentur poſita de mandato & voluntate contrahentium.*

16 *Stipulatio ad duplum, refertur ad pretium ſolutum, ſecus ad valorem rei euicta.*

17 *Peritus poteſt cogi à Iudice ad declarandum ſuam peritiam quando dari poteſt caſus vt alter ex contrahentibus locupletari poſſit cum alterius iactura.*

18 *Declaratio etiam ex interuallo admittitur in materijs extraiudicialibus.*

19 *Proteſtatio antecedenter facta ab emptore operatur vt res habeatur pro integra quoad eius præiudicium.*

20 *Peritus tenetur declarare etiam re non integra quando declaratio fieri debet iudice cogente.*

21 *Peritus ſemper cogi poteſt ad declarandum ſaltem vti teſtis.*

22 *Peritus attenta proteſtatione emptoris præcedenter facta non poteſt allegare obliuionem circa ſuam peritiam.*

23 *Attendi debet id quod fieri debuit non quod factum fuit.*

24 *Iudicandum non eſt exemplis ſed legibus.*

DECISIO CMXXXXIV.

ADHVC Dominis placuerunt fundamenta deciſionis in hac cauſa coram me ſub die 26. Iunij 1652. edita, in qua fuit firmatum Vanninum eſſe cogendum ad declarandum ſingula corpora æſtimata, & particulares redditus vniuſcuiuſque corporis Status Montis Libretti ab Excellentiſſimo Dom. Don Ferdinando, & alijs de Vrſinis venditi clar. mem. Domino Principi Don Thaddeo Barberino Vrbis Præfecto cum huiuſmodi declarationes expoſcant Iuris communis diſpoſitio, mens contrahentium, & intereſſe partis.

Iuris ſiquidem diſpoſitio, quia vbicumque
1 prout hic non † æſtimatur vnica, ſed plures
res inter ſe diſtinctæ, diſtinctam pariter relationem per ſingula Corpora Peritus tradere teneur *l. fin. §. Præterea C. de iur. dot.* Cuius præciſa verba in deciſione referuntur adductis pluribus auctoritatibus eiuſdem legis diſpoſitionem comprobantibus.

Nec ſubſiſtit, quod non agatur de plurium, ſed vnius rei æſtimatione, ex quo verſamur in venditione Status, qui vniuerſitatem, & ſic
2 vnicitatem deſignat. Quoniam † Status controuerſus à contrahentibus venditus, & reſpectiuè emptus fuit non vti quid iuris, ſed vti quid facti, vt in pluribus diſtinctis corporibus conſiſtens, vt indicant clara verba Inſtrumenti, ibi, *Statum Montis Libretti conſiſten. in infraſcriptis Terris, ſeu Caſtris, ac Tenutis, &c. Territorijs, Diſtrictibus, Domibus, Palatijs, ædificijs, &c. Iuriſdictione Ciuili, & Criminali, & mixta, &c. Angarijs, perangarijs, &c. alijſque redditibus, prouentibus, & emolumentis, &c. Gabellis, vectigalibus, &c. Datijs, &c. Hoſpitijs, Tabernis, &c. Viridarijs, Hortis, Cannetis, Arboretis, Oliuetis, &c. Paſcuis, Siluis, Pratis, Tenutis, Nemoribus, fructibus, &c. Collibus, Planitijs, Terris cultis, & incultis, &c.* Huiuſmodi enim diſtincta corporum, & qualitatis eorum deſcriptio, & deſignatio vniuerſitatem facti demonſtrat, quæ aſſertam vnicitatem excludit, & quodlibet corpus de per ſe ſepratim iudicandum, & conſiderandum eſſe indicat, vt doctè conſulendo firmat *Sigiſmund. Loffred. conſil. 11. num. 17. & 18.* allegando *text. in l. rerum mixtura §. 1. & §. fin. ff. de vſucap. in l. in rem. §. ac ſi is. ff. de rei vendic. & in §. ſi grex inſtit. de legat. Aldobrandin. conſil. 107. nu. 8. verſ. imo & 9. l. 1.* & hoc idem demonſtrat pactum manutentionis, & tuitionis cuiuslibet ex corporibus venditis, & æſtimandis, dictio enim,
3 *cuiuslibet*, eſt diſtributiua, ac ſpecificatiua tanquam tribuens vnicuique actum inſolidum *Barboſ. dict. 74. num. 2.* & tanquam virtutem diuiſiuam retinens operatur, vt vnumquodque corpus diuiſim ſpecialitèr, & indiuidualitèr, ac in ſenſu diuiſo, non autem compoſito venditum cenſeatur *Merlin. de pign. lib. 1. tit. 2. q. 11.*
4 *num. 5.* & vbi de ſpecificatione † corporum contrahentes cogitaſſe apparet non quid vniuerſum, ſed ſingula corpora Status vendita cenſentur, ac ſingulorum euictio debetur *Vrſill. ad Afflict. deciſ. 81. num. 6. Mangil. de euict. qu. 51. num. 33. Mantic. de tacit. lib. 4. tit. 11. num. 27. verſ. etiam ſi.*

Nec obſtat, quod ſuperius firmata concluſio procedat in † venditione plurium rerum
5 ſio procedat in † venditione plurium rerum facta pretio ſeparato in ſingulas res, vt declarat *gloſ. in ſupradicta l. final. dicto §. Præterea verb.*
6 *Coadunationem verſ. ſed tunc demum*, non † autem quando omnes res vnico pretio venduntur *l. Mænius 53. §. fin. ff. famil. hercisc. cum concord. alleg. in Romana conſignationis ſequeſtri 22. May 1620. coram S. D. N. Innocentio X. §. Minus obſtat.* Etenim vltra reſponſionem deductam in deciſione plura alia conſiderantur, quæ obiecti efficaciam eneruant, & ſignanter aduertendo, quod tàm *gloſſ.* quàm *text. in d. l. Mænius* in ea ratione fundantur, quod plus valet totum corpus vnitum, quàm in partes diuiſum, ſed iſta ratio tunc demum forſan applicaretur, ſi ageretur de æſtimando prætio, ſeu valore ipſius Status, cum tunc nè dum quan-
7 titas † fructuum, ſed etiam rei qualitas, quæ vnionem Caſtrorum, & corporum percutit, attendi deberet iux. verba *tex. in l. ſi quaſ. 16. ibi, rei qualitas, & redditum quantitas æſtimetur C. de reſcind. vend.* ibique *Bart. & Caſtr. num. 3. Nigr. de ſubhaſt. cap. 15. §. 30. numer. 31. & 42.* Verum quia in præſenti caſu agitur ſolummodò de æſtimanda, ſeu verius calculanda quantitate reddituum, & fructuum dicti Status, qui ſemper ſunt ijdem, & non creſcunt, neque decreſcunt per coadunationem, vel diuiſionem corporum, vtique allegata ratio præſenti caſui applicari non valet, & conſe-
8 quenter ea ceſſante † ceſſat etiam legis diſpoſitio *l. quod dictum*, ibique *Bart. ff. de pact.* ſicuti, nec applicatur præallegata deciſio Romana conſignationis ſequeſtri cum ibi venditum eſſet vnicum Caſale, & ſic vnum non autem plura corpora, vt hic, & amplius, ibi agebatur de æſtimatione etiam qualitatum ipſius Caſalis, non autem ſolius quantitatis fructuum, vt paritèr hic.

Ponderatur etiam, quod conuentum pretium potius videtur ſeparatum, quam vnicum dum conuenta fuerunt ſcuta 100. pro ſingulis ſcutis duobus cum vno quarto reddituum, quando enim ſingulis ponderibus,
9 vel menſuris pretium conſtituitur † tot dicuntur factæ venditiones quot ſunt pondera, vel menſuræ, vt de ponderibus tradit *Franc. Aret. in l. ſi ex toto §. ſi ita legat. num. 6. verſ. Secus eſſet ff. de legat. 1.* quem ſequitur ibidem *Soccin. ſen. num. 20.* & de menſuris, *Gabr. conſ. 64. num. 49. lib. 2.* Et denique tollitur omnis hæſitatio cum agatur de rebus diuerſarum
10 ſpecierum † ſuamque naturam ſeparatam retinentibus quantumuis venditis vna cum Caſtro, vel Statu *Surd. conſ. 135. num. 65. verſ. in propoſito cum duob. ſequen. Loffred. dicto conſ. 1. num. 17. & 18.* Licet enim ſeparatio pretij ſit vnus ex modis diſtinctiuis ipſa tamen non eſt neceſſaria quando verſamur in rebus diuerſæ,
11 non autem eiuſdem ſpeciei; diuerſitas † enim ſpecierum ſecum portat pretij diſtinctionem, proindeque Iuris Conſultus *in dict. l. fin. d. §. præterea. C. de iur. dot.* de ſingulis rebus, & ſpeciebus voluit iudicari ſecundum propriam naturam, vt monuerunt etiam in *d. §. præterea. Bellapertic. verſ. ſed ponamus*, vbi ſubdit hoc eſſe notabile, *& Salicet. num. 9. uerſ. de qualibet iudicatur ſecundum ſuam naturam &c. & Bald. numero 2. uerſ. quia diſſeparata non debent permiſceri &c.*

Quo verò ad mentem contrahentium illa clarè deſumitur; Tum ex aſſertione, quod eſſent vendita omnia iura, nullo reſeruato niſi expreſſis, & reſpectiuè declarandis à Peritis; Tum ex quo venditores promiſerunt, bona vendita, ac fructus, redditus, & prouentus, aliaque à Peritis æſtimanda eſſe vera, realia, & ſubſiſtentia emptoremque manutenere in

poſ-

poſſeſſione pacifica bonorum venditorum, &
cuiuslibet ipſorum, necnon cuiuslibet eorum
reddituum, & fructuum æſtimandorum;
12 Hinc enim ad effectum, † vt ſciri poſſet quid
venditum, & quid reſeruatum, atque ad ef-
fectum, vt venditores propriam promiſſio-
nem adimpleant ſeparatam relationem, & æ-
ſtimationem fieri, intellexiſſe cenſentur ſicu-
ti ponderatur *in deciſ. §. eoque facilius*, ac optimè
adſtipulatur *deciſ. Romana Bibliothecæ* 10. *May*
1600. *§. quarto quia coram Lancellotto* eoque ma-
13 gis attenta † dictione, *cuiuslibet*, bis repetita,
& adiecta tam corporibus ſeu bonis, quam
etiam fructibus illorum, cum eiuſdem dictio-
nis natura ſit diſtribuere, diuidere, ſpecifica-
re, ac indiuiduare, *ut per Barboſ. & Merlin. de
pign.* ſuperius allegatos, atque etiam attento
14 participio illo, † æſtimandorum, quod pari-
ter neceſſitatem de cuiuslibet corporis fructi-
bus diſtinctim æſtimandis importat iuxta na-
turam dictionis, *cuiuslibet*, cum qua ipſum
participium iungitur, ſeu copulatur *Ciriac.
controu.* 303. *num.* 95.

Nec ſubſiſtit, quod talis forma loquendi ſit
ſolita Notariorum, nam huiuſmodi aſſum-
ptum nullo teſtimonio, vel auctoritate pro-
batur, & in contrarium vrget; Tum com-
munis ſtylus reuidendi minutas ſimilium In-
ſtrumentorum ante illorum ſtipulationem;
Tum quoque præſumptio iuris, quod nempè
15 omnia † verba Inſtrumenti cenſentur poſita
de mandato, ac voluntate contrahentium,
Grat. diſcept. 116. *num.* 24.

Intereſſe partis eſt euidens, & multipliter in
deciſione conſideratur.

Primò. Nempè ex eadem promiſſione
venditorum ſuper realitate ſubſiſtentia, & ma-
nutentione bonorum, & reddituum, & cuius-
libet eorum per Peritos æſtimandorum cuius
quidem promiſſionis commodo emptor vti
non poterit, niſi conſtet ſigillatim de quoli-
bet redditu à Peritis æſtimato.

Secundo. Ex quo niſi appareat quantitas
frumenti quam Vanninus ex ſingulis corpo-
ribus percipi æſtimauit ſibi ſolum nota, vti
res in eius animo conſiſtens, & niſi expriman-
tur dicta corpora, quæ inæqualiter diſtant à
Thybere liquidari non poterit verus valor
peraugariæ, delationis frumenti ad dictum
flumen à Vaſſallis negatæ. Nec refert, quod
Periti non tenebantur æſtimare dictam per-
angariam, quia non petitur ipſius æſtimatio,
ſed ſolum prædicta declaratio ex qua digno-
ſci valeat quanti dicta perangaria vendita æ-
ſtimari debeat.

Tertiò. Ex quo niſi conſtet de pretio ſo-
luto pro vnoquoque corpore, non poterit
emptor in caſu euictionis alicuius eorum age-
16 re prout ſibi promiſſum fuit ad † duplum cu-
ius ſtipulatio refertur ad pretium ſolutum,
non autem ad valorem rei euictæ *iuxta gloſſ. in
l. ſi dupla uerb. dupli ff. de euict. Rot. in* Bononien.
pradij 13. *Februarij* 1648. *coram Reuerend. Terra-
cinen.*

Nec releuat, quod in caſu euictionis alicu-
ius corporis particularis illius pretium æſti-
mari debeat ad rationem quinque pro cente-
nario, prout fieri ſolet in allodialibus abſtra-
ctis à iuriſdictione; non autem ad rationem
duorum cum vno quarto iuxta venditionem,
cum ſuper corpore euicto adhuc penes em-
ptorem remaneat iuriſdictio; Quia venditio
Prædiorum, & corporum poſitorum, tam in-
tra, quam extra confinia iuriſdictionalia pro
eodem vniformi, & altiſsimo pretio ſcutor.
centum pro ſingulis duobus cum vno quar-
to fructuum, demonſtrat iuriſdictionem fuiſ-
ſe venditam per Territoria, non autem per
numerum Prædiorum in eiſdem Territorijs
conſiſtentium, quodque ipſa iuriſdictio tanta
quanta erat comprehenſa, & valutata reman-
ſit ſub eadem rigoroſa, & indifferenti æſtima-
tione omnium corporum etiam non iuriſdi-
ctionalium, & præterea fuit reſponſum, quod
ſiue reſtauratio damni fieri debeat ad ratio-
nem quinque ſiue ad rationem duorum cum
vno quarto, cuius inſpectio ſpectabit ad Iudi-
cem euictionis, pro nunc ſemper neceſſe erit,
vt Peritus aperiat, & declaret ſingula corpo-
ra, & cuiuslibet corporis redditus æſtimatos
ad effectum, vt Iudex certo ſciat, An de cor-
pore euincendo debeatur euictio, & quot
quinque, vel quot duo cum vno quarto in-
trent in redditibus cuiuslibet corporis euin-
cendi.

Quartò, denique quia poteſt dari caſus,
quod venditores locupletentur cum iactura
Emptoris, nam niſi petita declaratio ſequatur.
Emptor non poterit obtinere liberationem a
moleſtijs ſibi inferendis, & ab alijs iam illatis
ſuper pluribus corporibus, minuſque refe-
ctionem damni in caſu euictionis cum Agen-
tes pro venditoribus allegare poſſint: ſicuti
iam allegarunt rem euictam non fuiſſe, in
venditione comprehenſam, & tantummodo
venditum fuiſſe ius quod habebant, & ſic non
omnes fructus, ſed tantummodò illi, qui ad
venditores ſpectabant, & tamen fortaſſe Peri-
tus in propria mente comprehendidit talia
corpora moleſtata, & moleſtanda, vel euin-
cenda, neç non etiam omnes fructus indiſtin-
ctè, & ſic etiam non ſpectantes ad Vendito-
res, vbicumque autem adeſt intereſſe, & alte-
ra pars locupletari poteſt cum alterius iactura
ſemper intrat officium Iudicis ad interrogan-
17 dum & cogendum † Peritum pro declaratio-
ne ſuæ relationis *Franc. Aret. in l. age numer.* 4.
verſ. aliquis C. de tranſact. Surd. conſ. 101. *nu.* 18.
Rota in Pariſien. pecuniaria 21. *Febr.* 1618. *coram
bo. me. Coccino.*

Non obſtat, quod res non ſit amplius inte-
gra. Quia præterquod obiectum procedit in
actibus iudicialibus, quæ ſine iuriſdictione
non exercentur, non autem in materijs extra-
18 iudicialibus in quibus etiam ex † interuallo
admittitur declaratio, vt probant auctoritates
in deciſione allegatæ, obiectum diluitur, tum
ob expreſſam proteſtationem antecedenter
19 factam pro parte Emptoris, quæ † efficit, vt
res habeatur pro integra quoad eius præiudi-
cium *Rot. deciſ.* 734. *num.* 2. *par.* 1. *diuerſ.* Tum
quia non procedit quando prout hic declara-

20 tio fieri debet Iudice cogente, † vt de arbitro
probat *Text. in l. qualem §. dicere ff. de recept.
arbitr. & in cap. quintauallis de iur. iuran. cum alys
allegatis in deciſione §. Præterea*, vbi amplius fuit
21 firmatum ſemper † cogi poſſe vti Teſtem ex
Blanch. de compromiſſ. ibidem allegat.

Neque obſtat generaliſſima promiſſio non
reclamandi à dicta relatione in prædicto In-
ſtrumento ſtipulata, quia non reclamatur ne-
que impugnatur dicta relatio quoad quanti-
tatem æſtimatam, ſed ſolum petitur eamdem
relationem perfici, atque compleri in reliquis
omiſſis, & quidem per declarationem, & ape-
ritionem veritatis ex qua nemini infertur da-
1 mnum, Emptori verò paratur modus con-
ſequendi liberationem à moleſtijs, & in ca-
ſum euictionis refectionem damni in quanti-
tate condigna, & certa, nota ſoli Vannino,
qui nec in talem veritatem aperiendo graua-
tur cum laborem iam expleuerit quando ex
ſingularum rerum æſtimatione vnicam ſum-
mam maturè, vt in eius relatione aſſeritur,
compilauit, ſicuti ſubditur in *deciſ. §. Quà
22 fortius*, vltra quod adhoc † ipſe tenetur ratio-
ne muneris aſſumpti, itaut ſtante proteſtatio-
ne ſibi præcedenter facta, nec etiam obliuio-
nem allegare poſſit *Alex. conſ. 216. num. 6. verſ.
ſed iſtud lib. 7.*

Repetitum obiectum, quod Falconerius
conſimilem dederit relationem in confuſo,
ſufficienter refutatur in eadem *deciſ. §. fin.* quia
23 ſcilicet attendi debet id quod facere † debe-
bat, non autem quod ipſe fecit. *l. nemo C. de
ſent. & interloquut. Aym. conſ. 320. num. 5. Barbos.
axioma 93. num. 16.* Et ſi iudicandum eſſet pro-
ut iudicari non debet exemplis, ſed legibus
Barbos. axioma 86. numer. 3. potius à relatione
Apollonij, qui ſingula, vt par erat, ſpecifica-
uit eſſet in Iudicando ſumendum argumen-
tum.

Et ita ex prædictis alijſque adductis in alia
deciſione Domini pro illius confirmatione
vtraque parte informante reſponderunt, &c.

LEODIEN. HAEREDITATIS.

Lunæ 26. Ianuarij 1654.

ARGVMENTVM.

Monaſterium ſuper bonis obuentis ſuo Mona-
cho dicitur habere bonum ius; Conditio
mortis appoſita in ſubſtitutione, an debet in-
telligi de morte ciuili non expectata naturali.

SVMMARIVM.

1 *Monaſterio dicuntur omnia bona ſui profeſſi quæ-
ſita, ſi ſit capax bonorum ſequuta profeſſione.*
2 *Mors ciuilis profeſſi æquiparatur morti naturali.*
3 *Mors ciuilis tunc tantum æquiparatur naturali
quando operatur omnes effectus quos naturalis ſe-
cus ſi diuerſos.*
4 *Mors ciuilis profeſſi non æquiparatur morti naturali
cum poſſit eſſe omnes ſubſtitutos prædecedere pro-
feſſo, & ſic fauore monaſterij fideicom. caducari.*
5 *Teſtatoris voluntas ſeruanda eſt.*
6 *Teſtatoris voluntas ſeruanda eſt quando eſt clara.*
7 *Mortis mentio in dubio ſemper intelligi debet de na-
turali ſecus de ciuili.*
8 *Subſtitutiones plures ſi omnes dependeant ab vno
euentu pro vnica ſubſtitutione habentur.*
9 *Diſpoſitio qualibet ſiuè tacita ſiue expreſſa referens,
ſe ad ſtatuta ſeu conſuetudines, ſemper intelligi
debet de validis ſecus de inualidis.*
10 *Conſuetudo contra ius debet eſſe præſcripta ſpatio
40. annorum ut ſit attendenda.*
11 *Conſtitutio Laycalis contra ius & immunitatem Ec-
cleſiaſticam omnino eget confirmatione Apoſtolica
nec Epiſcopus illam poteſt confirmare.*
12 *Monaſterium non excludit ſubſtitutum quando agi-
tur de filys teſtatoris.*
13 *Monaſterium validè prætendit per ingreſſum mona-
chi non fuiſſe purificatam conditionem mortis.*
14 *Monaſterio ex perſona ſui profeſſi debetur manuten-
tio in illius bonis.*

DECISIO DCCCCXLV.

ADHVC ſubſiſtere viſa fuerunt funda-
menta deciſ. die 16. Maij præt. editæ, in
qua fuit firmatum conſtare de bono iure Mo-
naſterij Sancti Auguſtini Leodienſis; illique
dandam eſſe manutentionem ſuper bonis, de
quibus agitur; Siquidem, vt firmat deciſio,
bonum ius dicti Monaſterij videtur clarum
ex eo quia cum Euſtachius profeſſionem e-
1 miſerit in eodem † Monaſterio capaci bono-
rum in communi, fuerunt illi omnia bona
ipſius quæſita ex diſpoſitione *text. in l. Deonobis
§. hoc etiam in fin. vbi Bald. num. 5. & Salicet. nu. 3.
in fin. verſ. ex hoc vbi Monaſterium, C. de Epiſc.
& cler. Bart. in l. cum pater §. hæreditatem, ſub
num. 3. ff. de leg. 2. Bald. conſ. 407. num. 3. in princ.
Corn. conſ. 28. num. 81. Gratian. cap. 815. num. 18.
Rota in Bonon. fideicommiſſi de Blanchettis 26. Ian.
1632. coram bo. me. Card. Hier. Veroſpio.*

Nec ſubſiſtit quod conditio mortis appoſi-
ta per Theodoricum teſtatorem in ſubſtitu-
tione per ipſum facta ad fauorem Guilielmi
& Ioannæ, caſu quo Euſtachius moreretur
priuſquam collocatus eſſet in ſtatu matrimo-
nij ſecularis debeat intellegi de morte ciuili
2 non expectata naturali, cum iſti † caſus æqui-
parentur dicta *l. Deonobis Cod. de Epiſc. & cler.
Can. placuit 16. quæſt. 1. Rot. coram Pen. dec. 557.
num. 1.* quia licet dicta concluſio ſit vera in
3 abſtracto, attamen procedit quando † mors
ciuilis omnes operatur effectus, quos natura-
lis, ſecus ſi diuerſos *Socin. iun. in l. Gallus, §. &
quid ſi tantum num. 13.* ibique etiam *Crot. nu. 23.
de liber. & poſth. Iaſ. in l. ex ea parte, §. inſulam,
num. 3. de verbor. oblig. Natt. conſ. 282. numer. 8.
lib. 2. Pariſ. conſ. 5. num. 150. lib. 4.* Vndè cum
in caſu noſtro non eſſe eumdem effectum
profeſſionis, & mortis naturalis ex eo liquido
appareat, quia poſt profeſſionem poteſt con-
tingere omnes ſubſtitutos prædecedere pro-
feſſo, & ſic fauore Monaſterij fideicommiſ-
ſum caducari, vt pluribus auctoritatibus fir-
matur

matur in alia deciſione, conſequens eſt quod
4 mors † ciuilis in præſenti æquiparari non va-
leat naturali *Alex. in l. ex facto, n. 5. ff. ad Trebell.*
Imol. in l. cum pater §. hæreditatem il. 1. ff. de leg. 2
num. 6. Iaſ. in d. §. inſulam, num. 3. Crot. in alleg.
§. & quid ſi tantum, num. 15. & 16. Pariſ. ſupracit.
conſ. 5. num. 150. verſ. in caſu præſ. lib. 4.
Et licet prędicta videantur procedere dum-
modò teſtator aliter non ſenſerit, quia eo ca-
5 ſu ſeruanda eſſet illius † voluntas ex latè de-
ductis in *Mediolanen. bonor. 18. Maij 1648. coram*
R. P. D. meo Bichio, & 31. Maij 1649. coram Em.
D. Cardinali Corrado. Attamen in præſenti res
caret omni difficultate, cùm huiuſmodi vo-
luntas teſtatoris, quæ deberet etiam eſſe cla-
6 ra, † & indubitata ex deductis in alia deciſio-
ne, nullo modo colligatur, & propterea in
7 dubio † mentio mortis ſemper debet intelligi
de naturali, non autem de ciuili *gloſ. in cap.*
placuit de reſcript. in 6. l. ex ea parte §. fin. vbi
Bart. ff. de verb. oblig. & ibi etiam *gloſ. in verbo.*
niſi moriente l. cum pater §. hæreditatem il 1. ff. de l. 2
l. ſed & ſi mors, §. cum igitur ff. de donat. inter vir.
& vxor. l. Statius Florus §. Cornelio Felici ff. de
iur. fiſc. Imol. in rubr. de teſtam. nu. 24. Bald. conſ.
148. num. 2. lib. 4. Alex. conſ. 2. num. 1. lib. 1. Surd.
conſ. 90. num. 24. & 31. Rot. deciſ. 543. numer. 2.
part. 2. rec.
Nec ad inducendam huiuſmodi mentem
teſtatoris ſuffragari videntur ea quæ ex ad-
uerſo congeruntur; Non quidem ratio con-
ſeruandæ agnationis, quia nec iſta ex teſta-
mento reſultat cùm ibi non legatur, nec va-
8 let induci, dum idem teſtator digreſſus eſt ad
plures gradus ſubſtitutionum, quia cum o-
mnes dependeant ab vnico euentu obitus hę-
redum grauatorum antè ſtatum matrimonij
pro vnica ſubſtitutione habentur, vt dixit *Rot.*
dec. 436. num. 6. & ſeqq. part. 2. rec. deciſ. 820. nu-
mer. 3. & 4. penes bo. me. Buratt. Seraph. dec. 482.
num. 2. & dec. 19. num. 2. & 4. part. 1. rec. cum
alijs relatis in allegata *dec. Buratti n. 4.*
Non etiam Conſtitutio Caroli V. diſpo-
nens, quod loca pia non poſsint acquirere
ſtabilia cum qua prætenditur teſtatorem ſe
voluiſſe conformare, quia præterquod illius
diſpoſitio non applicatur in caſu noſtro, cum
non agatur de proprietate acquirenda, ſed
tantum de vſufructu percipiendo per dictum
Monaſterium vita naturali Euſtachij durante,
illa ex cumulatis in altera dec. non meretur
attendi quia vti merè Laycalis, ac carens con-
firmatione Apoſtolica eſt nulla, ac inualida,
& propterea non poteſt dici quod teſtator ſe
9 voluerit cum illa conformare, quia † quæli-
bet diſpoſitio ſiuè tacita, ſiuè expreſſa ſe refe-
rens ad ſtatuta, ſeu conſuetudines, ſemper de-
bet intelligi de validis, ſecus verò de inuali-
dis, vt declarat *Mantic. de coniect. lib. 6. tit. 7. n. 22*
Rota deciſ. 775. num. 8. & 9. part. 1. diuerſ. Seraph.
dec. 410. num. 3. & fuit dictum in *Leodien. Præ-*
poſituræ Tongren. 19. Ian. 1650. §. ſtante autem co-
ram Em. D. Card. Otthobono.
Nec obſtat quod dicta Conſtitutio Caro-
lina conſuetudine ſit approbata, ideoque ſu-
ſtineri debeat ſi non tanquam conſtitutio, tal-
10 tem tanquam conſuetudo † quam ſuffi cere
fuiſſe præſcriptam ſpatio 40. annorum in his
terminis tradit *Sanch. ad præcept. Decal. lib. 7. c. 12*
num. 14. Quia quidquid ſit de hac opinione,
quam approbare pręſens caſus non cogit, talis
conſuetudo nec eſt approbata, ſed potiùs ob-
ſeruantia dictæ conſtitutionis prorſus inuali-
dæ ob carentiam confirmarionis Apoſtolicæ,
11 quam † non ſupplet confirmatio Epiſcopi
Leodienſis, cum ſit contra ius, & immuni-
tatem Eccleſiaſticam *cap. fin. & ibi gloſ. & DD.*
de conſuet. Corn. conſ. 293. lib. 1. & magis in termi-
nis Surd. conſ. 301. numer. 61. Rot. in rec. deciſ. 79.
num. 5. & ſeq. & dec. 81. numer. 1. part. 1. rec. &
deciſ. 339. per tot. & ſignanter ſub *num. 18. par. 6*
Nec probata obſtaret, quia præſens caſus eſt
extrà caſum dictæ conſuetudinis, vt ſuprà di-
ctum eſt.
Denique nil facit quod quando agitur de
12 filijs teſtatoris † Monaſterium non excludit
ſubſtitutum *Put. deciſ. 53. numer. 2. lib. 1. Oſach.*
deciſ. 126. num. 26. relati per *Fuſar. de ſubſtit. qu.*
419. num. 48. & 50. quia Monaſterium non
prætendit ſe eſſe comprehenſum ſub condi-
tione ſinè filijs ad excluſionem ſubſtituti, ſed
contendit per ingreſſum Euſtachij in Mona-
13 ſterium non eſſe † ad fauorem ſubſtituti pu-
rificatam conditionem morris, quæ præten-
ſio eſt iuri conſona *Surd. conſil. 238. numer. 5. &*
conſ. 557. num. 13. Mart. de ſucceſſ. par. 3. quæſt. 13.
art. 4. n. 29. & ſeq. Rot. deciſ. 151. n. 2. & 5. par. 3.
rec. & fuit dictum in allegata *Bononien. de Blan-*
chettis coram bo. me. Card. Veroſpio, vbi referun-
tur concordantes.
Ex ijs igitur cum vndique liquido conſtet
de bono iure Monaſterij, ac ex propria partis
confeſſione, alijſque circumſtantijs pondera-
tis in alia deciſione eiuſdem Monaſterij poſ-
ſeſſio remaneat concludentiſſimè iuſtificata,
14 iterum fuit reſolutum † ei ex perſona dicti
Euſtachij profeſſi dandam eſſe manutentio-
nem *Bart. in l. ſi adoptauero, verſ. per hoc dicemus*
ff. de precar. alijſque relatis firmauit altera de-
ciſio *§. nec quidquam facit.*
Et ita vtraque, &c.

CALAGVRITANA BENEFICII DE ALESANCO.

Ven. 30. Ianuarij 1654.

ARGVMENTVM.

In Beneficijs Calaguritanæ Diœceſis quando non ſit pręferendus pauper, & carens beneficio in concurſu cum habente maiores pręrogatiuas & poſsidente Beneficium.

SVMMARIVM.

1 *Dignior beneficiatus ex quibus dicatur, & recenſentur nonnulla qualitates.*
2 *Præſentia in Curia occaſione litis non tribuit ius ad effectum prælationis in aſſequendis beneficijs.*
3 *Beneficium debet eſſe congruum pro ſuſtentatione be-*

ficiati, vt in concurſu non habens beneficium præferri debeat.

4 *Teſtes vt probent valorem beneficij debent deponere de reddita deductis oneribus.*

5 *Teſtes deponentes ſimpliciter de fructibus rei ſeu beneficij cenſentur deponere deductis expenſis pro eorum collectione neceſſarijs.*

6 *Teſtes ſimpliciter deponentes de fructibus rei ſeu beneficij non cenſentur deponere deductis oneribus ab extra impoſitis.*

7 *Teſtes examinati ad perpetuam rei memoriam præbent non leuem fumum veritatis.*

8 *Teſtes non probant contra illum qui non fuit citatus.*

9 *Tertius veniens ad cauſam in ſtatu & terminis, vel pro ſuo iure & intereſſe, quando non dicatur feciſſe acta ſua.*

10 *Non beneficiatus non debet præferri habenti beneficium ſi non habeat præpollentes qualitates.*

11 *Approbatio in Curia non approbati in partibus licet probet habilitatem etiam non citato contradictore quando proceditur extraiudicialiter ſecus tamen eſt quando fuit proceſſum iudicialiter.*

12 *Reprobatus in partibus ac deinde approbatus in Curia non citato coopppoſitore non cenſetur dignior.*

DECISIO CMXLVI.

SENTENTIAM Rotalem adiudicantem Ioan. Garzię Vrtado beneficiũ controuerſum, infirmandam eſſe reſponderunt Domini, quia ex hodiè in facto nouiter deductis apparet, quod Petrus de Medina collitigans
1 antiquior † eſt ætate, & Sacerdotio, & quod vſque de anno 1628. cæpit de licentia Epiſcopi adminiſtrare Sacramenta, & vlterius probatur ipſum eſſe baptizatum in hac ipſa Eccleſia de Alelanco, & propterea eius fauore nedum militat ſola antiquioritas ætatis, & Sacerdotij, ſed etiam exercitij in adminiſtratione Sacramentorum, & cura animarum; Vndè eſto quod Garzias fuerit Profeſſor ſacrorum Canonum in Vniuerſitate Salamantina, & huic met Eccleſiæ inſeruierit, vt ponderant deciſiones in hac cauſa coram *R.P.D. meo Benlacqua* editæ, non ideò dici poteſt dignior Petro longe maiores qualitates allegante, ni-
2 hil ei ſuffragante † quod à quinquennio ſit præſens in Curia, cum ad eam acceſſerit occaſione huius litis, vt in his terminis reſpondit *Rota in Calaguritana Benefici 26. Iunij 1648. prout coram R.P.D. meo Bichio*, & in alia *Calaguritana Benefici 29. Nouembris eiuſd. anni §. quoad præſentiam coram R.P.D. meo Peutingerio*.

Nec releuat quod Garzia ſit pauper, & careat beneficio Eccleſiaſtico, Petrus verò poſſideat alia duo beneficia, alterum nempè in loco de Zebeda, alterum in loco de Azoſta; quia probatur primum longè antè demiſſum, & alteri collatum fuiſſe, nec iuſtificatur quod ipſe fuerit ad titulum eius ordinatus, prout ex aduerſo contenditur; Secundum verò non
3 probatur † eſſe congruum pro illius congrua ſuſtentatione *gloſ. in c. cum adeò verbo ſufficientem*, & *verbo ſi dignus, vbi Barboſ. num. 14. & 15. de reſcript. de Monach. in fine extrà de præb. & dignit. Rot. in Calaguritana Beneficii 5. Ianuarij 1652. §. non obſtat coram R. P. D. meo Bichio.*

Nec contrarium probatur ex teſtibus Garziæ,
4 quia non deponunt de redditu † dicti Beneficii deductis oneribus, vt neceſſe eſt *Seraph. dec. 1030. n. 1. Rot. in rec. dec. 444. n. 4. par. 2. & latè in Meleuit. Benefici 21. Maij 1650. coram R.P.D. meo Bichio*, & licet deponendo ſimpliciter de fru-
5 ctibus rei cenſeantur deponere deductis expenſis pro eorum collectione neceſſarijs, vt ponderat *Rota in allegata dec. 444. num. 5. par. 2. rec.* in *Placentina Beneficii 27. Maij 1647. coram Reuerendiſſ. Terracinen.* & in *Gerunden. Prioratus 29. Nouembris 1648. coram R. P. D. meo Bichio.*
6 Attamen † non cenſentur deponere deductis oneribus ab extrà impoſitis *l. in fundo ff. de rei vendic.* relati in allegata *dec. 444. num. 5. par. 2. rec.* & fuit dictum in *Monopolitana Penſionis 7. Februarij 1646. coram R.P.D. meo Bichio*, cum alijs ibi allegatis; Eoq; magis debuiſſent teſtes deducere onera extrinſeca, quia illa adeſſe, & ad notabilem quantitatem aſcendere, probant teſtes examinati pro Petro, qui eſto
7 quod † fuerint examinati ad perpetuam rei memoriam, præbent ſaltem non leuem fumum huius veritatis *Dec. conſ. 54. num. 2. verſ. poſtremo Ruin. conſ. 46. num. 10. lib. 4. Rot. dec. 494. num. 3. par. 1. & deciſ. 463. num. 5. par. 5. tom. 2. rec.*
8 Accedit etiam quod † teſtes Garziæ non afficiunt Petrum tunc non citatum *c. 2. extrà de teſtibus l. ſi quando §. ſed cum oportet in fin. ff. eod. tit. Farin. de teſtibus lib. 3. tit. 8. num. 1. Rot. decis. 98. num. 5. par. 1. rec.* Nec ſubſiſtit in facto reſponſio data in prima deciſione, ſcilicet quod Petrus venerit ad hanc cauſam in ſtatu, & ter-
9 minis, & proindè † fecerit acta ſua, quia, imò ex commiſſione obtenta per ipſum probatur quod venit ad cauſam pro ſuo iure ex integro appellando principaliter à ſententia ordinarij Calaguritani lata ad fauorem Ioannis Andreæ; Nec in contrarium facit copia alias exhibita mandati à Petro facti in perſonam Franciſci San Clementi ad proſequendam cauſam in ſtatu, & terminis in quibus reperiebatur, quia non probatur dictum Procuratorem vſum fuiſſe huiuſmodi mandato *Seraph. dec. 906. num. 2. Adden. ad S. m. Gregor. XV. dec. 259. num. 7. Rot. in rec. dec. 98. numer. 5. & 6. par. 1.* in *Nolana Penſionis 13. Iunij 1611. coram bo. me. Sacrato*, & fuit melius declaratum in *Romana ſeu Bonon. de Cæſareis 22. Aprilis 1641. §. ratio autem coram Reuerendiſſ. Salamantino*; Et in omnem euentum *Rota in Calaguritana Beneficii de Auſeio 27. Iunij 1653. coram R. P. D. meo Bichio conciliando deciſiones*, quæ videbantur contrariæ declarauit non beneficiatum, niſi habeat præpollentes qualitates non debere habenti beneficium præferri; Garzias autem qualitates huiuſmodi non haber, imò fuit in
10 partibus reprobatus, & † approbatio poſt vi-
11 ginti & amplius menſes obtenta in † Curia, eſto quod illius habilitatem probet etiam non citato Petro, ſi extraiudicialiter procederetur, non tamen probat in Petri tunc non citati præiudicium, dùm iudicialiter proceditur, vt declarando doctrinam Innocentij quam

quam ſequitur ſecunda Deciſio, tradit *Felin.*
in c. vlt. num. 36. verſ. ſed hoc intellige de præſumpt.
12 & in puncto quod † reprobatus in partibus,
& deindè approbatus in Curia non citato co-
oppoſitore non cenſeatur diguior deciſum,
fuit in *Calaguritana Beneficiorum* 15. *Ian.* 1652.
§. *facilius coram R.P.D. meo Bichio*.
Et ita vtraque, &c.

MELEVITANA REDDITIONIS RATIONIS.

Mercurij 4. Februarij 1654.

ARGVMENTVM.

Ratio ex quibus dicatur reddita, & ex quibus excluſus ſeu probatus dicatur dolus in adminiſtratore.

SVMMARIVM.

1 *Relatio Periti de ordine Rotæ electi magis diſtincta ac melioribus fulcita probationibus in concurſu venit attendenda.*
2 *Electioni alterius periti non eſt locus in diſcordia Peritorum quando fuerunt electi à Iudice, licet ſecus ſit quando fuerunt electi à partibus.*
3 *Intereſſe ſine mora non debetur.*
4 *Teſtes de auditu nullum probationis gradum conſtituunt.*
5 *Creditori licitum eſt retinere pecunias ſui debitoris in computum ſui crediti.*
6 *Depoſitarius ſiuè adminiſtrator non eſt prohibitus negotiari nomine proprio cum pecunijs alienis abſq; præiudicio mandantis ſeu deponentis.*

DECISIO DCCCCXLVII.

RESOLVTVM fuit ſub die 24. Martij
anni præteriti Auguſtinum Borg ſuffi-
cientem reddidiſſe rationem de frumento, &
pecunijs, de quibus agitur, ipſumque remane-
re creditorem Communitatum Vallettæ, Vi-
ctorioſæ, & Sangleæ inſulæ Melitæ in ſcutis.
1999. 2. 1. 3. eo præſertim fundamento quia
relatio primi Periti, in cuius executionem
fuerat capta reſolutio, quod idem Auguſtinus
earumdem communitatum remanſiſſet debi-
tor in ſumma ſcut. 1191. 5. 19. 3. & ſalmarum
363. frumenti fuit detecta erronea per ſubſe-
quentem relationem factam à nouo Perito
electo de ordine Rotę, quam etiam in hodier-
na repropoſitione eſſe attendendam fuit reſo-
1 lutum, quia † illa apparet magis diſtincta, &
melioribus fulcita probationibus iuxta *text. in*
l. 3. Cod. fin. regund. Abb. in c. propoſuiſti num. 4. de
probat. Rot. coram Sa. me. Gregor. XV. deciſ. 161.
num. 7. & 8. & in *rec. deciſ. 393. num. 2. & 3. par. 4.*
& coram Merlin. deciſ. 468. num. 1. & in *deciſ. vl-*
tima, quæ reuideretur, vbi etiam firmatur non
2 eſſe locum electioni † alterius Periti ſtante di-
ſcordia eorumdem Peritorum, ex quo hoc
procedit quando diſcordant Periti electi à
partibus; ſecùs quando fuerunt electi à Iudi-
ce, ne detur proceſſus in infinitum ex Iuribus
ibi allegatis.

Non obſtat quod Auguſtinus retinuerit
pecunias earumdem Vniuerſitatum, & fru-
2 mentum emere neglexerit, & propterea te-
neatur ad damna paſſa per eaſdem communi-
tates; quæ illud emere cariori pretio fuerunt
coactæ, quia, vltrà reſponſionem datam in
prima deciſione, videlicet quod ad effectum
vt Auguſtinus teneretur ad augmentum dicti
pretij, eſſet probandum quod ipſe habuerit
occaſionem illud emendi viliori pretio, &
quod illud dolo emere omiſerit, quod nullibi
iuſtificatur, ſufficit quod Iurati per reiteratas
litteras datas in Summar. num. 4. & 5. man-
datum reuocauerint, præcipiendo illi nè abſq;
nouo ordine ad aliam emptionem frumenti
deueniret; Vndè donec de dicto nouo ordi-
ne exaduerſo doceatur, non poteſt dici quod
3 Auguſtinus fuerit in mora, † ſinè qua intereſ-
ſe non debetur *l. Lecta ff. ſi cert. pet. l. ſi traditio*
de act. empt. Honded. conſ. 36. numer. 29. lib. 2. &
fuit dictum in *Rom. Cenſus* 11. *Decemb.* 1617. *co-*
ram bo. me. Manzanedo.

Nec releuat quod Auguſtinus non obſtan-
te dicto ordine negotiatus fuerit proprio no-
mine cum pecunijs dict. Vniuerſitatum, quia
præterquod hoc non probatur niſi ex teſtibus
4 de ſolo auditu, † qui nullum probationis gra-
dum faciunt *c. licet eam de teſtib. l. teſtium C. eod.*
tit. Alex. conſ. 1. num. 16. lib. 2. Rot. coram Seraph.
5 *deciſ. 102. num. 2. & 4.* & eidem Auguſtino li-
cuiſſet illas retinere in compotum maioris
quantitatis ſibi debitę per Vniuerſitates *Surd.*
deciſ. 46. num. 9. Put. deciſ. 277. in fin. par. 3. Rot.
poſt Zacch. de oblig. Camerali deciſ. 130. num. 6. cer-
6 tum eſt quod de iure citrà depoſitum † rego-
lare, depoſitarius ſiuè adminiſtrator non eſt
prohibitus negotiari nominę proprio cum
pecunijs alienis abſque pręiudicio mandantis,
ſeu deponentis *l. de Sponſalior. l. Lucius Titius la 1*
ff. depoſit. Pacian. conſ. 150. n. 21. Pegner. dec. 38. n. 6.
Ant. de Amat. reſol. 20. nu. 2. cum alijs allegatis à
modern. Tudert. de depoſ. cauſ. 2. num. 2. & à *modern.*
Auen. quæſt. ciuil. cap. 8. num. 3.

Denique non obſtat quod dicatur Auguſti-
num conſueuiſſe ſupponere perſonas ad e-
mendum frumentum vili pretio, & deindè
finxiſſe carius ab illis emiſſe, nè dum quia id
non probatur niſi per teſtes de auditu, qui ex
deductis nihil probant, verum etiam quia
contrarium apparet non modo ex eo quod
Iurati collaudarunt diligentiam negotiatio-
nis Auguſtini, declarando ſe benè ſatisfactos,
vt in eorum epiſtola num. 3. ſed etiam ex quo
Auguſtinus in effectu vtilius ſe geſſit pro ipſis
Vniuerſitatibus quam cęteri omnes, cum ipſe
emerit viliori pretio frumentum quam fece-
rint eodemmet tempore Eques Aldobrandi-
nus, & ipſæmet Vniuerſitates, vt ponderatur
in dicta vltima relatione.

Et ita, &c.

ROMANA EXPENSARVM.

Ven. 6. Februarij 1654.

ARGVMENTVM.

Taxatio Expenſarum ex quibus non dicatur exceſſiua: Et quo caſu Propina refici debeat in Rota.

SVMMARIVM.

1 *Expenſarum exceſſiua taxatio non præſumitur, & ſic exceſſus ab allegante probari debet.*
2 *Expenſæ conſiſtentes in citationibus, extractione inſtrumentorum, & ſimiles quæ viuæ appellantur iuſtificantur ex actis.*
3 *Expenſæ quæ viuæ appellantur ſunt per victum Victori reficiendæ abſque aliqua diminutione.*
4 *Propina de ſtylo Rotæ non ſolet refici.*
5 *Propina de ſtylo Rotæ vt non ſit reficienda, procedit quando cauſa pendet in Rota vigore commiſſionis directæ Auditori, vti Auditori ſecus quando cauſa fuit commiſſa Auditori vti Prælato.*
6 *Expenſas extraiudiciales Rota ſolet taxare in ſcutis decem pro qualibet inſtantia.*

DECISIO DCCCCXLVIII.

NON conſtare de exceſſiua taxatione Ex-
penſarum, de quibus agitur, fuit reſolu-
1 tum, quia exceſſus † non præſumitur, nec à
Veſtrinis, & Floranis illum allegantibus ple-
nè, & concludenter probatur, prout probari
deberet, vt fuit dictum in *Terulen. Beneficii 16.*
Februarij 1646. & in *Bonon. bonorum 5. Iulij 1649*
coram R.P.D. meo Celſo, Adden. ad bo. me. Buratt.
deciſ. 368. num. 10. imò potius totaliter exclu-
ditur ex eo quia prædictæ Expenſæ taxatæ per
R.P.D. meum Bichium in ſcut. 91. 59. conſiſtentes
2 in citationibus, extractione Inſtrumentorum,
nota ſententiæ, & ſimilibus, quæ viuæ appel-
lari ſolent benè iuſtificantur ex actis *Veſtr. in*
prax. lib. 8. cap. 2. num. 11. Duran. deciſ. 223. num. 1.
Adden. ad Buratt. deciſ. 921. num. 12. & propter-
3 ea pro illarum refectione † victum victori te-
neri abſque aliqua diminutione probat *text. in*
l. properandum §. ſin autem ex geſtis, & §. ſin au-
tem alterutra, ibique DD. C. de Iudic. c. finem liti-
bus 5. de dol. & contum. cap. calumniam 4. de pœnis
Rot. in Caurien. Iuriſp. ſeu Expenſarum 16. Martij
1656. coram bo. me. Arguelles, & in *Oſcen. Expen-*
ſarum 5. Iulij 1649. coram R.P.D. meo Celſo.
4 Nec exceſſus conſiderari poteſt † reſpectu
propinæ ſolutæ, quæ de ſtylo Rotæ non ſolet
5 refici, quia iſte † ſtylus habet locum quando
cauſa pendet in Rota vigore commiſſionis
directæ Auditori vti Auditori, ſecus verò
quando, prout hic, cauſa eſt commiſſa Audi-
tori vti Prælato, vt in puncto pluribus con-
geſtis firmauit *Rota in Firmana Pecuniaria 4. Iu-*
lij 1653. coram R.P.D. meo Veroſpio.
Taxatio denique Expenſarum extraiudi-
cialium concernentium mercedem Procura-
toris, & Aduocati facta in ſcut. 20. non poteſt
dici exceſſiua quia cum cauſa per quinque
inſtantias fuerit agitata, vtique taxatio potius
6 videtur medica, cum alias Rota conſueuerit
illas taxare in ſcut. 10. pro qualibet inſtantia,
vt in *Maceraten. Hæreditatis 24. Ianuarij 1642.*
coram R.P.D. meo Bichio, & in *Romana Liberatio-*
tionis à moleſtijs 3. Decembris 1646. coram Em. D.
Cardinali Otthobono, & in *Senogallien. Supplementi*
legitimæ 11. Ian. 1649. coram me.
Et ita, &c.

INTERAMNEN. SALVIANI.

Veneris 13. Martij 1654.

ARGVMENTVM.

Immiſsio ex vtili Saluiano quibus concurrentibus ſit concedenda cenſuario.

SVMMARIVM.

1 *Poſſeſſio capta auctore Prætore ritè & rectè procedente eſt manutenibilis.*
2 *Manutentio immiſſo per Iudicem nequit retardari, niſi concurrat nullitas ac iniuſtitia adeò clara vt nullo velamine offuſcari poſſit.*
3 *Mandatum procuræ præſumptum intrat ex notabili impenſa ac iurium productione.*
4 *Immiſſio danda eſt ſequuta euictione, emptori ſeu illius ceſſionarijs ſuper alijs bonis ſui debitoris, & ſi venditis poſt hypothecam fauore emptoris.*
5 *Emptor ſi timet de euictione tenetur intimare moleſtias venditori ſeu illius hæredibus.*
6 *Moleſtiarum intimatio non eſt neceſſaria, quando euictio euitari non poterat.*
7 *Cenſuario quibus concurrentibus ſit concedenda immiſſio.*
8 *Pater aſſignando in dotem filiæ omnia ſua bona, cenſetur illa aſſignare cum oneribus, quibus bona erant obnoxia, & ampliatur quando talis aſſignatio fuit in ſpecie facta cum debitis & creditis num. 9.*
10 *Capitula matrimonialia ac dotis conſtitutio quando cenſeantur in omnibus approbata per mulierem, etiam ſi dotis conſtitutioni non interuenerit.*
11 *Immiſſio non poteſt impediri creditoribus poſterioribus quando bona retenta per anteriorem excedunt proprium creditum.*
12 *Immiſſionem nequit retardare creditum illiquidum.*
13 *Solutio facta poſterioribus creditoribus non præiudicat anterioribus.*
14 *Sententiæ iniuſtitia debet deduci ex eiſdem actis ſecus ex poſt deductis.*
15 *Cædendarum exceptio deducenda eſt à Reo.*
16 *Creditor in liberatione expreſsè ſibi reſeruando iura contra alios, cenſetur etiam ſibi reſeruaſſe faciendi ceſſionem contra alios debitores liberatos.*

DECISIO DCCCCXLIX.

PRVDENTIAE Peculæ dandũ eſſe mand.
de manutenendo in poſſeſsione bonorum,
de quibus agitur, reſponderunt Dñi; Quia con-
1 ſtat de † illius poſſeſsione capta auctoritate
Iudicis, qui ritè, & rectè procedendo priuauit
poſſeſſione collitigantes, & poſſeſsionẽ manu-
tenibilem tranſtulit in dict. Prudentiam *l. iuſſè*
poſſi-

poſſidet ff. de acq. poſſeſſ. l. conclamatum ff de re iudic. Ang. in l. clam poſſidere, §. ad nundinas num.2. ff. de acq.poſſeſſ. Abb. in cap.conquereme numer.9.de reſtit. Spol. Sa.mem. Gregor. XV. deciſ.583. num.2. Seraph.dec.1325. per tot. & fuit dict. in *Romana Domorum de Zacconibus 16. Martij 1620. coram bon.me. Archiepiſc. Seleucien.*

Non obſtant nullitas, & iniuſtitia deductæ
contra decretum A. C. quia præterquod ad
2 effectum retardandi † manutentionem vigo-
re immiſsionis per Iudicem conceſſæ, nullitas,
ſeu iniuſtitia requiritur adeò clara, vt nullo
velamine offuſcari poſſit iuxta deducta in illa
Romana de Bambellis 31. Maij 1613. coram bo.me.
Sacrato, quam perpetuo ſecuta fuit Rota, vt
coram *Canal.deciſ.337. numer.1. coram bon.mem.*
Merlino deciſ.175. num.4. in rec.dec.414. numer.3.
par.4. in *Senogallien.Saluiani 3.Iunij 1647. coram*
Eminentiſſimo Card. Corrado, in *Bonon. Pradu 10.*
Martij 1653. coram R.P.D: meo Celſo, in *Firmana*
Beneficiorum 13.Ian.1617. coram bo.me.Remboldo,
& in *Anximana Cenſus 10.Martij 1636.coram Re-*
uerendiſſ.Terracinen. nullatenus probatur, nam
obiecta nullitas deducta ex quo Theodora
vna ex poſsidentibus non fuerit citata ad di-
cendum contrà, & ad terminos ſubſtantiales:
Corruit ex facto, ex quo fuit citatus, nè dum
Antonius Guadagnolus, ſed etiam Anaſta-
ſius de Montibus Procurator tàm eiuſdem
3 Theodoræ, quàm Vngari eius viri, † qui vl-
trà mandatum verum, habebat etiam præ-
ſumptum reſultans ex impenſa, ac iurium ad
cauſam facientiū exhibitione *Seraph.deciſ.933.*
nu.2. Adden.ad Sa.mem.Gregor.XV. deciſ.111.n.7.
litt.A. & deciſ. 330. numer.5. & fuit dictum in
Bonon.Receſſionis contractus 28. Iunij 1645. coram
R.P.D. meo Cerro, in *Bonon. Bonorum de Glauarinis*
22.Iunij 1639. & in *Auenion. Hæreditat.17.Mart.*
1649. coram Reuer. Tarraconen. Iniuſtitia verò
tantum abeſt quod probetur, quin imò con-
trarium conuincitur, nam Brigida Carabelli
filia de ann.1615. vendidit Chriſtophoro Pe-
culo oliuetum, de quo agitur, cùm ampliſsi-
ma libertatis promiſsione, ac obligatione in
caſu euictionis, quæ cum euenerit propter
immiſsionem ſuper eodem oliueto obten-
tam in partibus à Sciamanna occaſione fru-
ctuum cenſus ad ſui fauorem vſque de anno
1686. impoſiti ſub fideiuſſione Carabelli pa-
4 tris Brigidæ, vtique Prudentiæ vti † ceſsiio-
nariæ Gregorij Peculi, cui per Sciamannam
mediante ſolutione ſcut. 470. occaſione fru-
ctuum dicti cenſus fuerunt omnia iura tàm
ſortis, quàm fructuum illius ceſſa, ritè fuit
conceſſa dicta immiſſio; occaſione dictæ eui-
ctionis per Peculum paſſę, contrà bona poſ-
ſeſſa à Guadagnolis, quibus longè poſt ann.
1615. fuerunt vendita per Brigidam, & ſic poſt
hypothecam ſuper omnibus illius bonis con-
tractam ad fauorem Peculorum *Rota in Roma-*
na anterioritatis 23. Iunij 1603. coram clar. mem.
Card.Pamphilio, & in *S.Seuerini dotis*, ſeu *Saluia-*
ni 4.Maij 1640.coram me, relat.per Merlin. de pign.
& hip. deciſ. 33. vbi referuntur concordan-
tes.

Nec ſubſiſtit quod euictio per Gregorium
paſſa illius culpa euenerit ex quo non deduxit
exceptiones, quibus Sciamanna repelli pote-
5 rat, & quia non † intimauit moleſtias hæredi-
bus Brigidæ, vt tenebatur *l. ſi parentes l. emptor*
fund.C.de euict. Alex.conſ.117. n.7. lib.7. Rot. deciſ.
69. num.11. par.2. diuerſ. quia intimatio, quæ ne-
gatur adeſt, vt apparet ex Proceſſu de partibus
6 fol.21. Vltràquod illius defectus † non rele-
uaret ſtante iuſtitia immiſſionis Sciamannæ
conceſſæ *Imol. in cap. vlt.in fin. de empt. & vend.*
Aym. conſ.179. num.6. Surd. deciſ.22. num.8. & 9.
Rot.dec.630. num.4. par.1. deciſ.18.num.36 par.4.
tom.2. & deciſ. 390. numer.3. par.5. in rec. & in
Mediolanen. bonorum 26. Iunij 1647. §. adeòquod,
coram R. P. D. meo Bichio, illa aptiſſimè reſul-
tante ex publico Inſtrumento impoſitionis
cenſus ad fauorem Sciamannæ, in quo Cara-
bellus fideiuſſit, & pro cuius fructibus cenſua-
rius immiſſionem obtinuit ſuper dicto oliue-
to de tempore fideiuſſionis per Carabellum
poſſeſſo, quod non negatur, quibus propterea
concurrentibus, nempè hypotheca pro fructi-
bus dicti cenſus reſultante ex obligatione Ca-
merali, & poſſeſſione debitoris de tempore
7 contractæ hypothecæ, immiſſio ex vtili Sal-
uiano interdicto cenſuario denegari non po-
terat *l.1.ff. de Saluian. interd. gloſ. in §. item Ser-*
uiana 7.verb.quaſi inſtit. de act. & ibi *Iaſ. num.29.*
Menocch.de adipiſc. remed.3. num.161. & ſeq. Rot.
coram Sa.me. Gregor.XV. deciſ.491. num.6. in rec.
dec.407. num.1. par.5. & in *Romana Saluiani 12.*
Ianuar.1646. coram bo.mem. Arguelles; Et exce-
ptiones non ſunt tanti ponderis, vt Sciaman-
nam repellere potuiſſent ab obtenta immiſ-
ſione, quandoquidem illa deducta ex quo Bri-
gida ex perſona Portiæ matris eſſet creditrix
Carabelli patris ſcut.600. eidem à Portia vſq;
de an. 1569. in dotē datis, & ſic anterior Ferdi-
nando eiuſd. Carabelli creditore de ann.1586.
8 non releuat, † quia cū Carabella omnia ſua bo-
na in dotem aſſignauerit eidem Brigidæ, con-
ſequens eſt, quod dicta bona debeant cenſeri
aſſignata cum onere dicti cenſus, ac dotis,
quam Carabellus reſtituere tenebatur *l. mulier*
bona ff. de iur. dot. bo.me. Buratt. deciſ.254. num.3.
& fuit dictum *in Romana dotis 19. Aprilis, & 20.*
Decembr.1624. coram Remboldo, eoque magis,
nè dum quia dicta dos reſtituenda erat eidem
Brigidæ, verum etiam quia Carabellus in Ca-
9 pitulis matrimonialibus † ſpecialiter expreſſit
eidem Brigidę omnia bona aſſignare cum
debitis, & creditis *l. Iuriſgentium §. prætor ait ff.*
de pact. Rot.deciſ.14. num.6. & dec. 250. numer.9.
par.6. rec. & ferè in terminis ponderatum fuit
in *Veneta donationis 19.Iunij 1617. coram bo.mem.*
Buratto inter eius impreſſ.dec.254.num.3.

Non obſtat quod Brigida non interuenerit
prædictæ dotis conſtitutioni factæ per Cara-
10 bellum patrem, quia cum † ipſa de dictis
bonis in dotem datis diſpoſuerit, eorumdem-
que capitulorum vigore, matrimonium con-
traxerit, omnia in illis contenta approbaſſe &
ratificaſſe cenſetur *Aym. conſ.40. num.1.in fin.&*
ſeqq. Mareſc. var.reſol. lib.1.cap.8.numer.12. Gra-
tian diſcept.12. num.27. Burat. deciſ. 283. num.8.
& ibi *Adden. litt.A. Rot.diuerſ.deciſ.83. numer.10.*
& 11.

Google

& 11. par. 2. & in *rec. deciſ. 267. num. 2. & 3. par. 4.*
& in *Beneuentana dotis 27. Iunij* 1653. *§. minus co-*
11 *ram R.P.D. meo Bichio*; Imò cum † ipſa ha-
buerit omnia bona tàm ſtabilia, quam mobi-
lia, & credita Carabelli longè excedentia di-
cta ſcut. 600. fruſtrà poterat immiſſionem po-
ſterioribus creditoribus retardare in bonis d.
creditum ſcut. 600. excedentibus *l. eum qui d*
debitore ff. qui pot. in pign. hab. Ronchal. in l. 9. nu-
mer. 282. ff. duob. reis, Rot. coram Caualer. dec. 652,
num. 5. & in rec. deciſ. 295. numer. 14. & deciſ. 559.
num. 5. verſ. caterum par. 1. & fuit dictum in *Ro-*
mana ſeu *Sabinen. cenſus 20. Nouembr. 1624. coram*
Vbaldo ſeniore; Eoq; minus in præſenti ex quo
12 dictum creditum negari non poteſt quin
propter conſumptionem bonorum mobiliũ,
& fructus tanto tempore perceptos fuerit vel
extinctum, vel ad minus redditum illiqui-
dum, & ſic inefficax ad retardandam immiſ-
ſionem *Rot. poſt. Cinc. de cenſ. deciſ. 498. numer. 18.*
in *Auximana cenſus* 10. *Martij* 1636. *coram Reue-*
rendiſſ. Terracinen. in *Signina Saluiani 27. Aprilis*
1640. *coram Reu. Salamantino*, in *Romana* ſeu *Ian.*
locorum montium 1. *Martij* 1641. *coram Reuerend.*
Tarraconen. in *Aueníonen. Salniani 11. Mart. 1652.*
coram R. P.D. meo Bichio, & in rec. deciſ. 453. n. 4.
in fin. par. 2.

Non obſtat quod pars pretij eorumdem
bonorum alienatorum fuerit ſoluta alijs cre-
13 ditoribus Carabelli, quia cum † ſolutio facta
fuerit poſterioribus creditoribus non potuit
præiudicare Sciamannæ creditori anteriori *l. 1.*
ff. qui pot. in pign. hab. Rot. poſt Pacific. de Saluian.
deciſ. 176. num. 2. & dec. 206. num. 1.

Denique non obſtat altera exceptio dedu-
cta ex quo Sciamanna antè ceſſionem factam
Peculis liberauit certa bona aliorum obliga-
torum, & ſic illi obſtet exceptio cedendarum,
quia cum dicta iura fuerint producta poſt re-
portatam ſententiam, & obtentam iudicialem
immiſſionem, & etiam poſt reſcriptum Si-
gnaturæ cum clauſula ſine præiudicio dicti
mandati, non poteſt dici quod Iudex iniuſtè
14 proceſſerit, cum † iniuſtitia ad dictum effe-
ctum debeat apparere ex eiſdem actis, non ex
poſteà deductis *Corn. conſ. 10. numer. 2. verſ. &*
propterea lib. 4. Seraph. deciſ. 1350. numer. 3. & 4.
Rot. deciſ. 69. num. 3. penes modern. Piſaurien. de
ſubbaſt. deciſ. 630. penes Buratt. numer. 2. & in *rec.*
deciſ. 80. num. 10. & ſeq. par. 4. tom. 2. & dec. 547.
num. 14. & 19. par. 5. tom. 2.

Nec quidquam facit quod Inſtrumentum,
in quo adeſt dicta liberatio fuerit productum
coram primo Iudice, quia non indè ſequitur
quod fuerit deducta exceptio cedendarum,
imò prorsùs excluditur, ex quo dictum In-
ſtrumentum fuit productum ab ipſo credito-
15 re, cum † hujuſmodi exceptio deducenda ſit
à *Reo Bald. in l. fruſtra num. 2. Cod. de probat Pa-*
cian. eod. tit. lib. 1. cap. 68. num. 7. & 17. bo. me. Mer-
lin. deciſ. 597. num. 32. & dec. 296. num. 8. & ſeqq.
Sa. me. Gregor. XV. deciſ. 201. num. 3. & deciſ. 278.
16 *num. 1. & ſeqq.* Præterquod cum † Sciamanna
in dicta liberatione expreſsè ſibi reſeruauerit
iura contrà alios, debet cenſeri etiam ſibi
reſeruaſſe ius faciendi ceſſionem contrà alios
debitores liberatos, & ſic dicta exceptio mul-
tominus meretur attendi *arg. l. 2. ff. de iur. omn.*
Iudic. Ciriac. controu. 211. num. 10. tom. 2. Capic.
Galeat. controu. 61. num. 26. lib. 1. Molfit. ad conſuet.
Neap. tit. de renunt. quæſt. 7. num. 28. Afflict. dec. 182.
num. 14. & ſeq. Vinc. de Franc. deciſ. 276. numer. 12.
Capic. Lat. deciſ. 122. num. 27. Rouit. deciſ. 47. nu-
mer. 9.

Et ita vtraque, &c.

CALAGVRITANA BENEFICII DE HERSE.

Lunæ 16. Martii 1654.

ARGVMENTVM.

Beneficia Diœceſis Calaguritanæ debent conferri digniori, & recenſentur qualitates preponderantes, vt quis dignior cenſeri debeat.

SVMMARIVM.

1 *In Beneficijs Calaguritana Diœceſis beneficiati ex approbatis per examinatores tenentur eligere digniorem.*

2 *Beneficium venit adiudicandum digniori: & Dignior reputatur.*

3 *Si ſit ætate ſenior.*

4 *Si ſit Sacerdos & coppoſitor Clericus ſimplex.*

5 *Si ſit habilis ad audiendas Confeſſiones, ac adminiſtrandi Sacramenta.*

6 *Si exercuerit curam animarum.*

7 *Notario de actu præterito ſine teſtibus non creditur.*

8 *Fides extracta lite pendente non meretur attendi.*

9 *Beneficiatus etiam Baccalaureatus non debet præferri habenti alias præponderantes qualitates.*

10 *Ordinarij Iudicium in Beneficijs Calaguritanæ Diœceſis non venit attendendum, & propter motum proprium Clem. VIII. & ex quo teneatur ſequi iudicium beneficiatorum.*

11 *Beneficiati Calaguritana Diœceſis præeligendo minus dignum dicuntur facere contra motum proprium Clementi VIII. & ſic illorum iudicium deprehenditur erroneum.*

12 *Appellatio à præſentatione facta per beneficiatos, ac ab inſtitutione reportata ab Ordinario debet admitti etiam ſi relatio examinatorum fuiſſet approbata.*

DECISIO DCCCCL.

QVIDQVID ſit an in Beneficijs ſim-
plicibus poſſit eligi dignus omiſſo di-
gniori, certum eſt quod ex forma mo-
tus proprij Clementis VIII. ſæpius à Rota
1 canonizati, † Beneficiati tenentur ex appro-
batis per examinatores Synodales digniorem
eligere, vt ſunt verba eiuſdem motus proprij,
ibi (ex quibus dicti Beneficiati, quem ipſi vel
eorum maior pars digniorẽ ex approbatis ab
examinatoribus ſimiliter iudicauerint præſen-
tare teneantur) & firmauit *Rota in Calaguritan.*
Beneficij 20. *Decembris* 1648. & in alia *Calaguri-*

tana

tola beneficí 15. *Ianuar*. 1652. *coram R.P.D. meo*
Bichio, & in *Calaguritana benefici de Liquitio* 22.
May 1653. *coram R.P.D meo Celſo*; Et propter-
ea cum Michael præponderet in qualitatibus,
hodiè propoſito dubio, cui eſſet adiudican-
dum Beneficium controuerſum, Domini re-
2 ſponderunt illud eſſe adiudicandum† ipſi Mi-
chaeli tanquam digniori ex traditis per *Gutier.*
*conſ.*44. *num.*10. *Gonzal.ſup.reg.*8.*gloſ.*4.*num.*143.
Rota in Calag. benefici de Ocon. 15.*Decemb.*1653.
& in alia *Calaguritana benefici de Liquitio* 23.
May 1653. *coram R. P. D. meo Celſo*, & alias
ſæpè.

Quod autem dictus Michael præponderet
qualitatibus, & ſit dignior Ioſepho patet ex
infradicendis, & Primò, quia probatur ipſum
eſſe ætati ſeniorem Ioſepho, in conferendis
3 autem Beneficiis ſemper † ſenior iuniori eſt
præferendus ex *doctrin. Bald.conſ.*167.*in fin.lib.*4.
*Roland.conſ.*470. *num.*7. *lib.*1. & fuit dictum in
Calaguritana benef. de Biblao 28. *Iun.* 1651. *coram*
Eminentiſſ. Dom. Cardinali Otthobono; Secundò,
4 quia ipſe eſt † Sacerdos, & Ioſephus ſolum
Clericus *Rot. in Calagur. benefici della Caſa della*
Reyna 16.*Ian.*1647. *coram R.P.D. meo Bichio*, &
27. *Martii* 1648. *coram Reuer. Terracinen.* & in
alia *Calagurit. de Ocon.* 1. *Iulij* 1652. *coram R.P.D.*
meo Zarate §.2.*in Sacerdotio*, vbi referuntur con-
cordantes: Tertiò, quia habuit licentiam ab
5 anno 1633. audiendi † confeſſiones, & admi-
niſtrandi Sacramenta *Lotter. de re benef. lib.* 2.
*quæſt.*31. *num.*138. & fuit ponderatum in *Cala-*
gurit. Benef. de Logrono 11.*Feb.*1650.*coram R.P.D.*
meo Veroſp. & in aliis relatis in alleg. *Calag. benef.*
della Caſa della Reyna coram R.P.D. meo Bichio, &
Reu. Terracinen. & in dicta *Calag. de Ocon. coram*
R.P.D. meo Zarate. Quarto denique, quia in
6 Parochiali Eccleſia de Ceruera exercuit cu-
ram animarum, vt in ſimili dixit *Rota in Ripa-*
na Parochialis 23.*Iunii* 1608.*coram Sanctiſſimo D.*
N. Innocentio X. in *Calagurit. benefici de Auſeio* 1.
Iulii 1652. *coram R.P.D meo Veroſpio*, & in di-
cta *Calag. Benefici de Ocon. coram R.P.D. meo Za-*
rate, cum aliis ibi allegatis.

Non obſtat quod Ioſephus nitatur Bacca-
laureato habito in Vniuerſitate Compluteñ.
ibique ſubſtitutus fuerit ad officium Cathe-
dræ, & Rectoris, quia vltràquod hęc omnia
non probantur niſi ex fide aſſerti notarij, cui
7 de actu præterito † ſine teſtibus non creditur
*Rot. coram Put. deciſ.*5. *numer.*1. *lib.*3. *penes Buratt.*
*deciſ.*270. *num.*3. *in rec. deciſ.*587.*numer.*1. *part.*2.
*deciſ.*91. *num.*14. *par.*4. *tom.*2.& *deciſ.*129.*num.*6.
8 *par.*7. maximè cum fuerit extracta † litè pen-
dente, & ſic non mereatur attendi *Rubr. ſi quis*
in aliquo, vbi *Dec. num.*9. & 10. *Cod. de eden Rot.*
*deciſ.*323.*num.*4. *par.*4. & *deciſ.*157.*num.*1. *par.*7.
9 *rec. Caputaq. deciſ.*265. Non ſunt † tantæ effica-
cię, vt præualeant Sacerdotio, ætate maiori,
ac admiſſioni Michaelis ad audiendas Confeſ-
ſiones, & aliis qualitatibus ſuprà ponderatis,
vt in his terminis dixit *Rota in Calagur. benefici*
15.*Iunii* 1652. *coram R.P.D. meo Bichio*, & in
Calagurit. benefici de Aleſanco 30.*Ian.*1654. *coram*
me.

Non releuat denique quod Michael non
appellauerit à relatione examinatorum, vel
ſaltem ab illa receſſerit, quia ſufficit quod ap-
pellauerit à præſentatione facta per Benefi-
ciatos, ac inſtitutione reportata ab Ordinario,
10 cuius iudicium non venit attendum, † nè
dum propter dictum motum proprium Cle-
mentis VIII. ſed etiam quia ille non proceſſit
ex ſe ipſo, ſed ſequendo iudiciũ beneficiato-
11 rum, quod erroneum † conuincitur, dum
Michaeli habenti maiores qualitates prætu-
lerunt Ioſephum, vt ponderatur in dictis *Ca-*
lag. Benefici 27.*Nouembris* 1648. §.*fin.* & 15.*Ian.*
1652.*coram R.P.D. meo* Bichio, in *Calag. benefici*
de Lumbreras 18. *Martii* 1652. *coram R.P.D. meo*
Meltio, & in alia *Calag. benefici* 13. *Ian.*1653. *co-*
ram me: Et ceſſare videtur omnis difficultas
ex quo Signatura cauſam dictæ appellationis
12 commiſit in Rota, † quæ etiam de iure ve-
niebat admittenda etiamſi d. relatio exami-
natorum fuiſſet approbata, vt dixit *Rot. deciſ.*
591.*num.*4.*par.*1.*rec.*

Et ita vtraque, &c.

ARIMINEN. DONATIONIS.

Mercurii 18. *Martii* 1654.

ARGVMENTVM.

Donatio facta ex cauſa ingreſſus in Religionem, quibus in cauſis poſſit reuocari: An indigeat inſinuatione; & valeat etiam ſi vnus ex donatarijs ſit Curator, & quibus ęquiparetur.

SVMMARIVM.

1 *Clauſula Conſtituti benè probat poſſeſſionem conſtitutarii contra conſtituentem, & ab eo cauſam habentes.*

2 *Donatarii poſſeſſio probatur experceptione fructuum bonorum donatorum cum Scientia, & patientia hæredis donantis.*

3 *Teſtium examen factum in alio Iudicio inter eaſdem partes ſuper eadem re plenè probat.*

4 *Iudex nulliter ac iniuſtè procedendo non priuat poſſeſſorem ſua anteriori poſſeſſione.*

5 *Donatio ex cauſa ingreſſus in Religionem non poteſt reuocari, niſi per receſſum ab illa, non autem ob mortem.*

*Amplia dictam Donationem æquiparari teſtamento ac vltimis voluntatibus, vtpotè factam cauſa mortis ciuilis profeſſi, & num.*6.

7 *Donatio cauſa mortis facta à minore* 20. *annorum, non indiget curatore in illius ſtipulatione.*

8 *Donantibus cauſa mortis æquiparatur Donatio cauſa ingreſſus in Religionem.*

9 *In donatione cauſa mortis non eſt neceſſarium quod donans ſibi reſeruet aliquid ad effectum teſtandi.*

10 *Donatio facta ex cauſa ingreſſus in Religionem maximè cum omnibus ſolemnitatibus non indiget inſinuatione: Et valet ſi vnus ex donatariis ſit Curator, quia ceſſat præſumptio fraudis, & doli.*

DE-

DECISIO CMLI.

FRANCISCA Auanzolina præuijs duabus deciſionibus ſuper validitate Donationis ipſi factæ per Ioſephum Mancinum eius filium, ſub diebus 13. Ianuarij, & 14. Martij anni 1653. coram R. P. D. meo Peutingerio emanatis, obtinuit mandatum de manutenendo ſuper bonis donatis; Sed non acquieſcente Nicolao eiuſdem Franciſcæ filio, ac hærede dicti Ioſephi, fuit ad illius inſtantiam in gradu appellationis cauſa mihi commiſſa cum facultate manutenendi quem de iure; Vndè dato dubio cui ſit dandum mandatum de manutenendo, Domini ad fauorem Franciſcæ reſponderunt, quia de illius poſſeſſione conſtat nè dum ex clauſula Conſtituti, in dict.
1 Inſtrumento donationis appoſita, † quæ benè probat poſſeſſionē Conſtitutarij contrà conſtituentē, & ab eo cauſam habentes *Rot. dec. 141 n. 1. & deciſ. 219. n. 5. apud Poſth. de manut. & deciſ. 299. apud modern. Peruſ.* & fuit dictum in *Rom. Vinea 2. Februarij* 1650. *in princ. coram bo. me. Arguelles*, & in *Bonon. de Barbettis 17. Maij* 1651. *coram R. P. D. meo Albergato*: Verumtamen ex teſtibus formiter examinatis, deponentibus dictam Franciſcam de annis 1647. & 1648. per-
2 cipiſſe vti donatariam d. Ioſephi fructus bonorum donatorum cum ſcientia, & patientia eiuſdem Nicolaij hæredis recipientis ab eadem fructus ſuæ tertiæ partis *Dec. conſ. 56. nu. 4. & conſ. 302. num. 17. Honded. conſ. 17. num. 15. lib. 1. Rot. in Piſaurien. Parochialitatis 11. Februar. 1650. coram R. P. D. meo Veroſpio*, & in *Romana Parochialis 23. Maij eiuſdem anni coram R. P. D. meo Cerro*.

Non obſtat quod dicti teſtes fuerint exami-
3 nati in alio iudicio, quia † cum illorum examen emanauerit inter eaſdem partes ſuper eadem re plenè probant, vt notat *Bart. in l. 2. §. hoc edicto ſub num. 5. ff. de vi bon rapt. Abb. in c. cauſam quæ num. 7. de teſtib. Burſatt. conſ. 75. num. 8. lib. 1. Menocch. de recept. remed. 1. ſub num. 228. Rot. deciſ. 360. num 9. par. 5. rec.*

Prout multominus obſtat quod idem Nicolaus vigore teſtamenti ad ſui fauorem conditi per Ioſephum eius fratrem antè emiſſam profeſſionem obtinuerit in partibus de menſe Ianuarij 1650. ſententiam immiſſio-
4 nis ſuper dictis bonis donatis, illiuſque † vigore fuerit aſſecutus poſſeſſionem illorum, quia cum Iudex ad huiuſmodi immiſſionem notoriè iniuſtè deuenerit, non priuauit Franciſcam ſua anteriori poſſeſſione *Bart. in l. 1. §. huiuſmodi ff. vti poſſid. Angel. in l. clam poſſidere, §. qui ad nundinas num. 2. ff. de acq. poſſeſſ. Cauittaq. deciſ. 182. num. 3. Sa. me. Gregor. XV. deciſ. 209. num. 4. Reuerendiſſ. Vrgellen. deciſ. 14. numer. 3. & ſeqq.* & fuit latè comprobatum in *Ariminen. fideicommiſſi 28. Iunij* 1641. *coram R. P. D. meo Cerro*, & in *Spoletana manutentionis 12. Maij 1645. coram R. P. D. meo Bichio*.

Iniuſtitia ſiquidem eſt euidens, quia dicta ſententia dat immiſſionem Nicolao vigore teſtamenti Ioſephi nulla habita conſideratione ad donationem per ipſum factam matri ex
5 cauſa ingreſſus in Religionem, † quæ non poterat reuocari niſi ex cauſa receſſus ab illa, non autem ob mortem, vt aduertit *Bero. in cap. in præſentia num. 154.* de probat *Sanchez ad præcept. decal. lib. 7. cap. 1. numer. 28. Gratian. deciſ. March. 42. num. 7. & 9. Caſtropal. oper. moral. par. 3. tract. 16. punct. 15. numer. 12.* & alijs pluribus firmauit *Rota in Romana donationis 17. Decemb. 1640. coram Reuerend. Tarraconen.*

Nec ſubſiſtit quod dicta Donatio ſuffragari non valeat quoad bona paterna dicti Ioſephi ſtante ſubſtitutione ipſi facta, quia illa fuit concepta ſub duplici conditione s. ſi in pupillari ætate, & ſinè teſtamento deceſſerit; Vndè cum dictus Ioſephus eſſet pubes, dictamq; donationem fecerit ex cauſa ingreſſus in Re-
6 ligionem, † quæ teſtamento, ac vltimis voluntatibus æquiparatur, vtpotè facta cauſa mortis ciuilis profeſſi *l. illud 37. ff. de mort. cauſ. donat. Bero. in alleg. cap. in præſentia ſub numer. 155. de probat. Narbon. de ætat. homin. ann. 14. quæſt. 50. num. 8. Rot. in Romana donationis 3. Iunij 1641. coram Reuerendiſſ. Tarraconen.* & in *Romana fideicom. de Coſetarijs 16. Martij 1648. coram Em. D. Card. Corrado*, ſequitur quod obiectum ex facto corruit.

Nec momenti eſt quod eadem Donatio fuerit facta à minore 20. annorum, abſque curatore, quia, vltrà reſponſiones datas in prima deciſione huius cauſæ, s. quod ex iuramento minor efficitur maior, & quod ad donandum non datur curator, cum donare ſit
7 perdere, cum illa fuerit facta ex cauſa ingreſſus in Religionem, & ſic cauſa mortis, non indigebat curatore, vt cauetur in *l. Aurelius §. Caius, §. Titius teſtamento ff. de liber. legat. Gabr. conſ. 42. ſub. num. 12. & ſeq. lib. 1.* & tenuit *Rota apud Buratt. deciſ. 461. num. 3.*

Non releuat quod in dicta Donatione non fuerint ſeruatæ ſolemnitates ſtatuti Ariminis requirentis in contractibus minorum 14. vſque ad 18. annos præſentiam quatuor proximiorum, quia dictum ſtatutum non loquitur
8 dè donationibus cauſa mortis, † quibus æquiparatur Donatio cauſa ingreſſus in Religionem *Ioan. Andr. in cap. ſtatuimus poſt princ. de regul. & ibi Hoſt. col. 2. poſt med. verſ. quid de his Bero. alleg. cap. in præſentia numer. 154. & ſeqq. de probat*; alijque plures relati per *Buratt. deciſ.* 461. Et hinc remouetur altera nullitas deducta ex eo,
9 quod non fuerit † aliquid reſeruatum donatori ad effectum teſtandi, cum hoc non ſit neceſſarium in Donatione cauſa mortis, vt in puncto pluribus auctoritatibus congeſtis dixit *Rota in Romana Donationis de Melchioris* 10. *Decembris 1621. coram bo. me. Buratt. inter eius impreſſ. deciſ. 581. num. 4.*

Reliquæ verò nullitates reſultantes ex quo dicta Donatio careat inſinuatione, & quod illa etiam fuerit facta Carolo alteri fratri tunc temporis curatori dato à Iudice in locum Franciſcæ communis matris, fuerunt ſublatæ in deciſionibus ſuper validitate dictæ donationis coram R. P. D. meo Peutingerio ema-
10 natis; Cumque † Donatio facta ſit ex cauſa ingreſſus in Religione, coram Iudice, & in

præ-

præſentia conſanguineotum palam, & bona
fide primo matri, & poſteà Carolo, & fratri-
bus, eorumque deſcendentibus cum fidei-
commiſſo pro conſeruatione bonorum in fa-
milia, valet etiam ſi vnus ex donatarijs ſit cu-
rator, quia ceſſat præſumptio fraudis, & doli
Surd. conſ.9. n.39. Gutiers. de tutel. par.2. cap.15. n.7.
& in dicta *Romana donationis 8. Iunij* 1641. *coram
Reuerendiſſ. Tarraconen. §. 4. facit*, & in *deciſ. R.
P.D. meo Peutingerij ſub die* 14. *Martij* 1653. *in
principio*.
Et ita, &c.

CALAGVRITANA CANONICATVS.

Mercurij 18. *Martij* 1654.

ARGVMENTVM.

Remiſſoria in beneficialibus quibus concurren-
tibus ſit concedenda, & quando ſecus.

SVMMARIVM.

1 *Remiſſoria in beneficialibus non datur ſine ſumo, &
num.3.*
2 *Reſignatarij habilitas eſt neceſſaria de tempore præ-
ſtiti conſenſus reſignationi.*
4 *Remiſſoria denegari ſolet ex inuerisſimilitudine ma-
teriæ articulatæ.*
5 *Remiſſoria non conceditur ad probandum id quod
ipſa pars fatetur.*

DECISIO DCCCCLII.

EX duobus præcipuè fundamentis, defe-
ctus ſcilicet fumi, ac inuerisſimilitudinis
materiæ articulatæ ſub die 11. Decemb. 1651.
fuit reſolutum Franciſco Hieronymo Lopez
non eſſe dandam remiſſoriam per ipſum pe-
titam ad effectum probandi Ioannem Fernan-
dez ad tempore dati mandati ad reſignandum
Canonicatum, de quo agitur, ac præſtiti con-
ſenſus reſignationi prædictæ habuiſſe indubi-
tatam ſcientiam quod ipſe Franciſcus Hiero-
nymus adhuc non eſſet Clericus, & propterea
quod ex huiuſmodi reſignatione voluntariè
facta in perſonam inhabilem fuerit omne ius
d. Canonicatus à reſignante abdicatum, cui re-
ſolutioni cum non acquieſceret dictus Fran-
ciſcus, cauſa iterum fuit hodiè repropoſita,
& Domini ex eiſdemmet fundamentis ſtete-
1 runt in deciſis; Quandoquidem † fumus in
beneficialibus, ad effectum, de quo agitur, re-
quiſitus, abeſt, nec ille reſultat ex tribus teſti-
bus hodiè pro parte dicti Franciſci datis, nè
dum quia præcisè non deponunt de ſcientia
de tempore præſtiti conſenſus reſignationi, vt
2 requiritur, cum tunc † habilitas in reſignata-
rio ſit neceſſaria, cum anterior defectus Cle-
ricatus non præiudicet, vt in terminis præſen-
tationis pluribus congeſtis firmauit *Rota in A-
quilana Iuriſp. 24. Ianuarij 1646. coram Eminen. D.
Cardinali Corrado, & coram Pen. deciſ. 4. per tot.*
Verum etiam quia dicta prætenſa ſcientia ex-
cluditur tùm ex declaratione ipſius reſignan-
tis ſtatim ac ſciuit reſignantarium non eſſe
Clericum, emiſſa, videlicet, quod ipſe tale
mandatum ad reſignandum nunquam dediſ-
ſet, ſi defectus huiuſmodi Clericatus ſibi in-
notuiſſet, de qua declaratione atteſtatur pri-
mus teſtis ad inſtantiam reſignantis in parti-
bus examinatus; Tum etiam ex ipſo Inſtru-
mento mandati ad reſignandum, in quo dict.
Franciſcus Hieronymus enunciatur Clericus
in minoribus ordinibus conſtitutus, vt benè
ponderauit deciſio, quæ reuidetur, §. *inuerisſi-
miles, verſ. quinimò talis ſcientia*; quod ſufficit
3 pro totali † excluſione dicti prætenſi fumi, &
per conſequens pro denegatione remiſſoriæ,
vt in his terminis dixit *Rota coram bo.me. Burat.
deciſ.23. num.8. deciſ. 273. num. 6. in Cæſarauguſt.
beneficiorum 26. Iunij 1645. coram R.P.D. meo Bi-
chio*, accedente præſertim eiuſdem materiæ
inuerisſimilitudine ponderata pariter in d. de-
ciſione, videlicet, quod Ioannes Fernandez
voluerit ſe exponere manifeſto diſcrimini
ammiſſionis Canonicatus abſque commodo
reſignararij, prout eueniſſet data ſcientia inca-
pacitatis reſignatarij, quæ inuerisſimilitudo
multòmagis etiam augetur ex circumſtantia
exaduerſo articulata ſ. quod reſignans publi-
cè, & palàm faſſus fuerit dictam incapacita-
tem Franciſci Hieronymi ſibi fuiſſe manife-
ſtam, & nullatenus voluerit reſignationis ad-
4 miſſionem peti, quod cum nimis † inuerisſi-
mile ſit ex quo nullus ſit adeò fatuus, vt abſ-
que alicuius commodo ſibi ingens præiudi-
cium inferri velit, ſequitur ex hoc etiam ca-
pite dictam remiſſoriam multòmagis eſſe de-
negandam *Rot. deciſ.23. de teſt. in antiq. coram ſa.
me. Gregor. XV. deciſ.211. num.5.* & ibi *Adden. litt.
C. & deciſ.444. num.3. in Calagur. Iuriſp. de Viana*
10. *Decembris* 1642. *coram Remboldo*, & in *Naza-
rena* ſeù *Montis Viridis benefici* 10. *February* 1648.
coram me.

Nec huiuſmodi remiſſoriam merentur ar-
ticuli continentes recurſus habitos ad Iudices
Laycos, ac irregolaritatem illorum occaſione
incurſam per reſignantem, quia vt reſpondet
deciſio, hæc omnia fuerunt per eumdem reſi-
gnantem expoſita Summo Pontifici, à quo
fuit impetratum Breue ſuper diſpenſatione;
5 & propterea remiſſoria non debet concedi ad
probandum id quod ex partis confeſſione
comprobatum remanet, vt præter allegatos in
noſtra deciſione firmauit *Rota in Senogallien.
Succeſſionis 6. Febr. prat. coram R.P.D. meo Meltio.*

Non obſtat quod in Supplicatione porre-
cta Sanctiſſimo fuerit expreſſus vnus tantum
recurſus, & tamen ſint plures, quia obiectum
ceſſat ex facto, ex quo Breue loquitur de plu-
ribus, ibi, ad Iudices Laycos pluries recurſum
habuit.

Denique vltimus articulus continens ex-
penſas occaſione dd. recurſuum factas nullam
remiſſoriam meretur, quia non concernunt
iuſtificationem gratiæ ſi neutri, de qua hodiè
agitur, & ſic eſt prorsùs irreleuans ex allegatis
in deciſione.

Et ita vtraque, &c.

Google

ARIMINENSIS DONATIONIS.

Luna 1. Iunij 1654.

ARGVMENTVM.

Donatio facta ex cauſa ingreſſus in Religionem ſolemnitatibus non eget, ſiuè ſit facta à Nouitio intrà annum probationis, ſiuè ab exiſtenti in ſæculo.

SVMMARIVM.

1 *Donatio facta ex cauſa ingreſſus in Religionem nulla indiget ſolemnitate ſiue inſinuatione.*

2 *Donationes quæ fiunt ab ingreſſuro Religionem ſub expreſſa mentione futuri ingreſſus, & pacto reſolutiuo in caſum egreſſus æquiparantur donationibus, vel ob cauſam, vel ex cauſa mortis.*

3 *Donationes ex cauſa ingreſſus dicuntur ſine fraude, dolo, & læſione factæ, & ſic ſolemnitatibus non egent, & num.6.*

4 *Ingreſſurus Religionem habet liberam facultatem diſponendi de ſuis bonis, & nè dum per viam teſtamenti, ſed etiam per quamcumque aliam diſpoſitionem inter viuos.*

5 *Hoc procedit ſiuè Donatio ſit facta à nouitio intrà annum probationis ſiuè in ſæculo, & iura in contrarium facientia declarantur, & num.7.*

8 *Donatio facta ab ingreſſuro Religionem fauore venientium ab inteſtato non ſolum non eſt læſiua, immò laudabilis nec vlla indiget inſinuatione.*

9 *Inſinuatio ſi non ſit neceſſaria tunc procurator ad inſinuandum dicitur conſtitutus quatenus inſinuatio de iure requireretur.*

10 *Statutum Laycale ſeu ægidiana non ſunt apta comprehendere Donationes factas ex cauſa ingreſſus in Religionem.*

11 *Statutum Arimini circa ſolemnitates in contractibus minorum non eſt aptum comprehendere Donationes iuramento vallatas.*

12 *Statutum Arimini ſub Rubr.* de Contract. & quaſi contract. minor. *diſponit contractus minorum fauore coniunctorum vſque ad ſecundum & tertium gradum ſuſtineri, omni dolo, fraude, & metu ceſſantibus.*

13 *Donatio facta ex cauſa ingreſſus nullum donanti præiudicium affert.*

14 *Subſtitutio concepta ſub duplici conditione ſi in pupillari ætate, & ſine teſtamento deceſſerit corruit ſi pubes quis deceſſerit, ac teſtamentum condiderit.*

15 *Teſtator quando in ſubſtitutione reſpexit ad nudum factum validi teſtamenti nil intereſt ad cuius fauorem teſtamenti effectus ſequatur.*

DECISIO DCCCCLIII.

SENTENTIAM Rotalē latam ſuper validitate Donationis per Ioſephum Mancinum Franciſcæ Auanzolinæ eius matri factæ confirmandā eſſe Domini reſponderunt, quia illius validitas non controuertitur, & iuſtitia manifeſtiſſima reſultat ex deciſionibus tàm coram R. P. D. meo Peutingerio, quàm coram me in cauſa factis, ex quibus apparet
1 quod dicta † donatio vti facta ex cauſa ingreſ-
ſus in Religionem non indigebat inſinuatio-
ne, neque quacumque alia ſolemnitare, ſiuè
eſſet requiſita ab Aegidiana, ſiuè ab alijs ſta-
tutis Laycalibus ex duabus præcipuè rationi-
bus, Prima ſcilicet, quia huiuſmodi Donatio-
2 nes, † quæ fiuut ab ingreſſuro Religionem
ſub expreſſa mentione futuri ingreſſus, & pa-
cto reſolubilitatis in caſum egreſſus è Reli-
gione æquiparantur donationibus vel ob cau-
ſam, vel ex cauſa mortis, qualis etiam dici-
tur illa, quæ fit ex cauſa mortis ciuilis, vt in
terminis *Mart. vot.77.num.23. & ſeqq. Menoch.*
præſumpt.36. num.11. lib.3. alijque relati in vl-
tima deciſione cauſæ §. *nec ſubſiſtit*, quæ pro-
pterea non requirunt inſinuationem per *text.*
in l. fin. Cod. de donat.cauſ.mort. Io.Andr. in c. ſta-
tuimus de regul. Dec.conſ.86. num.5.verſ. nam dum
inquit Mart.vot.77. num.23. & ſeqq. Rot.in Spole-
tana hæreditatis 10. Februar. 1620. coram bon. me.
Pironano, & coram bo.me.Buratto deciſ.461.num.5.
3 *& deciſ.581. nu.5. & ſeqq.* Quæ concluſio indu-
bitata redditur quando prædictæ Donationes
fiunt ſine fraude, & dolo, & læſionem non
præſeferunt, prout non præſefert Donatio ex
cauſa ingreſſus in Religionem, quia cum do-
nans velit profeſsionem emittere in Religio-
ne, ac paupertatem vouere non poteſt abdi-
cando à ſe bona ſua dicere ſe læſum, vel dece-
ptum, vt benè aduertit *Neguſ.quæſt. 10.num.30.*
& ſeq. Marcab.conſ.30. num.117. Trentacinq. conſ.
13. numer.8. lib.2. Torniel.conſ.1. numer.26. Abb.
4 *conſ.304.num.2.* Secunda, verò quia † ingreſſu-
rus Religionem habet liberam facultatem di-
ponendi de ſuis bonis iuxta *text. expreſſ. in §.*
illud quoque auth.de Monac. & in *c.de his de ſepult.*
bo.me.Buratt. deciſ.461.numer.10. & ſeqq. & fuit
dictum *in Maceraten. pecuniaria 20. Iunij* 1648.
§. *nullitas coram Em.Cardinali Otthobono*, nè dum
per viam teſtamenti, ſed etiam per quam-
cumque aliam diſpoſitionem etiam inter vi-
uos, vt notat *Salicet.in auth. ſi qua mulier.num.6.*
Cod.Sacroſ.Eccleſ. Dec. conſ. 31. numer. 3. verſ.eo
quia in caſu noſtro Manent.conſ.58.num.7.
5 Nec ſubſiſtit quod prædicta † procedunt
in Donatione facta à Nouitio intrà annum
probationis, ſecus ſi ſit facta ab exiſtente in
ſæculo, vt diſtinguendo prædictos caſus fir-
mauit *Rot.in Rom.ſucceſſionis de Comitibus 23.Iu-*
nij 1642. *coram me*, & apud *Duran.deciſ.121. nu-*
mero 40. & ſeq. Sperell. deciſ.16. num. 18. Gratian.
diſcept.975. per tot.modern.Sicul.de donat.contempl.
matr .tom.1. fol.49.num.145. quia quoad deciſ.
Romana ſucceſſionis de Comitibus, in illa non po-
teſt fieri fundamentum, nam cauſa eſt indeci-
ſa, & ſuper dicta deciſione fuit conceſſa noua
audientia, aliæ verò auctoritates, ſibi vendi-
cant locum quando ad ſuſtinendam Donatio-
nem allegatur tantummodò priuilegium per-
ſonæ donantis: ſcilicet, quod non ſubiaceat
iuriſdictioni Laycali, ſecus verò quando pro-
ut in præſenti, vltrà dictum priuilegium per-
ſonæ, allegatur etiam priuilegium cauſæ, vi-
6 delicet poteſtas à lege conceſſa ingreſſuris di-
ſponendi quoquomodò, & liberè de rebus
ſuis,

ſuis, & à Donatione procul abeſt quæcum-
que ſuſpicio fraudis, & deceptionis, quia eo
caſu neque inſinuatio, neque alia quæcun-
que ſolemnitas ſtatutaria in Donatione requi-
7 ritur, † etiam ſi ſit facta in ſæculo, vt in pun-
cto dixit *Rota penes bo.me. Buratt. deciſ.* 461. *nu.* 9.
& ſeq. quem recedendo ab allegata *deciſ.* 121.
Durani ſecuta fuit *Rota in Romana Donationis*
3. *Iunij* 1641. §. *fuit enim in fin. coram Reuerend.*
Tarraconen. in *Maceraten. pecun.* 20. *Iunii* 1644.
§. *nullitas, verſ. & vlterius coram Em. D. Cardin.*
Otthobono, in *Rom. fideicommiſſi de Coſciaris* 16.
Martij 1648. §. *inſinuatio coram Em. D. Cardinali*
Corrado, in *Aſculana hæreditatis* 4. *Aprilis* 1650.
§. *fin. coram* R.P.D. *meo Celſo.* & in *deciſ. cauſa*
emanata 13. *Ian.* 1653. §. *ſimiliter coram* R.P.D.
meo Pentingerio, quæ deciſiones eo libentius
ſunt admittendæ in præſenti Donatione, ex
8 quo fuit facta † ad fauorem matris, fratruum,
eorumque deſcendentium, & per conſequens
ad fauorem venientium ab inteſtato, cum de-
creto Iudicis, ac præſentia conſanguineorum,
& confidentium reſpectiuè, quæ propterea
nec inſinuationem requirebat ex congeſtis in
deciſionibus cauſæ, cum non ſolum non eſſet
læſiua, imò laudabilis, vt *aduert. Maccabr. conſ.*
30. *num.* 127. *Neguſ. d. quæſt.* 10. *ſub num.* 43. *verſ.*
cum bene faciat, non obſtante quod in illa fue-
rit conſtitutus procurator ad inſinuandum,
cum hoc debeat intelligi quatenus inſinuatio
9 de iure † ſit neceſſaria ex cumulatis in allega-
ta *Maceraten. pecuniaria* 20. *Iunij* 1644. *coram Em.*
Card. Otthobono Seraph. deciſ. 751. *num.* 4.

Non obſtat quod in dicta Donatione, vltrà
inſinuationem, deficiant ſolemnitates requi-
ſitæ à ſtatuto Ariminis in contractibus mino-
rum, quia præterquod nec Aegidiana, nec
10 dictum ſtatutum † ſunt apta comprehendere
dictas Donationes ex ſupraponderatis rationi-
bus, dictum ſtatutum nec in præſenti Dona-
tione applicatur, nè dum quia præſens Dona-
tio fuit iuramento vallata, vt in terminis eiuſ-
11 dem ſtatuti † dixit *Aldobr. conſ.* 8. *num.* 52. *lib.* 1.
Verum etiam quia idem ſub Rubr. *de Contract.*
12 *& quaſ. contract. minor.* diſponit quod † contra-
ctus à minore geſti ad fauorem coniuncto-
rum vſque ad ſecundum & tertium gradum
teneant, cum dolo, fraude, & metu ceſſanti-
bus, ſi iuramento roborati fuerint, qualis eſt
præſens caſus, non obſtante quod idem ſtatu-
tum in fine ſubdat (dum tamen per prædi-
cta, vel aliquod prædictorum nullum parti
præiudicium inferatur) quia ex ſupradeductis
13 apparet quod Donatio † facta ex cauſa in-
greſſus nullum præiudicium affert, propter
propoſitum vouendi paupertatem, & Dona-
tionis reſolubilitatem in caſum egreſſus indu-
ctam tum ex pacto ibi expreſſo, tum ex diſpo-
ſitione *Sacr. Concil. Trid. ſeſſ.* 25. *de regul. cap.* 16.

Quæ denuò repetuntur de Donatione facta
Franciſcæ matri olim curatrici non reddita
prius ratione adminiſtrationis, nec non Caro-
lo curatori in eius locum deputato fuerunt
ſublata in priori deciſione coram me, & in
duabus deciſionibus R.P.D. *meo Pentingerii*, &
hodiè fuit etiam oſtenſum ipſam Franciſcam
reddidiſſe rationem, & fuiſſe abſolutam in
laudo in actis exhibito, ſubſecuta liberatione,
& quietantia eorumdem Nicolaii & Ioſephi,
cumque Donatio facta ſit coram Iudice, & ex
cauſa ingreſſus, & cum ſucceſsiuo fideicom-
miſſo nulla fraus conſiderari poteſt, vt latè fir-
matur in dd. præcedentibus deciſionibus qua-
rum fundamenta Dominis placuerunt.

Denique non releuat repetitum obiectum,
videlicet, quod dicta Donatio non ſuffragetur
quoad bona paterna Ioſephi donantis ſtante
ſubſtitutione ipſi per patrem facta, quia, vt ad-
uertit noſtra deciſio, dicta ſubſtitutio fuit con-
14 cepta ſub duplici conditione s. † ſi in pupilla-
ri ætate, & ſine teſtamento deceſſerit: Vndè
cum dictus Ioſephus eſſet Pubes, dictamque
Donationem fecerit ex cauſa ingreſſus in Re-
ligionem, quæ teſtamento, ac vltimis volun-
tatibus æquiparatur ex deductis in d. deciſio-
ne vtique obiectum ceſſat ex facto; Præter-
quod in præſenti caſu adeſt etiam teſtamen-
tum d. Ioſephi, quod licet ſit ad fauorem Ni-
colaij, & effectum iuris habere nequeat in
dictis bonis prius vt ſuprà donatis, attamen
negari non poteſt quin non faciat ceſſare con-
ditionem ſupradpoſitam, cum ſufficiat quod
conditio purificetur de facto, quia cum teſta-
15 tor reſpexerit ad nudum factum validi teſta-
menti, nil intereſt ad cuius fauorem, teſta-
menti effectus ſequatur iuxta theoricam *Bart.*
in l. quid ergo §. *cum autem factum ff. de his qui not.*
in fam. quam ſecutus fuit *Surd. conſ.* 3. *numer.*
20. & benè applicatur *Buratt. deciſ.* 696. *nu-*
mer. 11.

Et ita vtraque, &c.

ARIMINEN. DONATIONIS.

Lunæ 1. *Iunij* 1654.

ARGVMENTVM.

Poſſeſsio ex quibus probetur, & quando dica-
tur quis ſpoliatus ex ſententia, *Nulla & in-*
iuſta.

SVMMARIVM.

1 *Clauſula Conſtituti benè probat Poſſeſſionem conſti-*
tutarij contra conſtituentem, & ab eo cauſam ha-
bentes.
2 *Poſſeſſionis verum argumentum eſt fructuum perce-*
ptio.
3 *Poſſeſſio anterior non admittitur per ſententiam* no-
torie iniuſtam.
4 *Donatio ex cauſa ingreſſus non poteſt reuocari niſi*
ex cauſa receſſus à Religione, *ſecus ob mortem.*

DECISIO DCCCCLIV.

CENSVERVNT Domini ſubſiſtere fun-
damenta deciſionis in hac cauſa ſub die
18. Martij præteriti coram me emanatæ, in
qua reſolutum fuit Franciſcæ Auanzolinæ
dandam eſſe manutionem ſuper bonis eidem

Digitized by Google

Donatis per Ioſephum Mancinum eius fi-
lium, quia, vt in illa probatur, poſſeſsio Fran-
ciſcæ reſpectu d. bonorum redditur clara-
tum ex clauſula conſtituti in Inſtrumento
1 Donationis per Ioſephum appoſita,† quæ be-
nè probat poſſeſſionem Conſtitutarij contrà
conſtituentem, & ab eo cauſam habentes *Soc-
cin.conſ.106. num. 2.* cum alijs allegatis in *Rom.
de Incoronatis 20. Febr.1617. coram bo.me. Vbaldo
2 ſeniore ;* Tum etiam ex teſtibus deponentibus
dictam Franciſcam de annis 1647. & 1648.
eorundem bonorum vti donatariam fructus
percipiſſe cum ſcientia, & patientia Nicolaij
ab eadem fructus ſuæ tertiæ partis recipientis,
quod eſt verum argumentum poſſeſſionis ex
traditis per *Pariſ.conſ.5.numer.21. lib.4. Honded.
conſ.20. num.11. lib.1. Menocch. de retin. remed.3.
num.166. Gratian.diſcept.450.num.3.* & latiſſimè
fuit comprobatum in *deciſ. cauſæ* in princ. *ve-
rum etiam ex teſtibus.*

Non obſtat ſententia immiſſionis ad fauo-
3 rem Nicolaij in partibus lata, quia cum † illa
ſit notoriè iniuſta non priuauit Franciſcam
ſua anteriori poſſeſſione *Bart. in leg. §. huiuſ-
modi ff. vti poſſid. Ang. in l. elàm poſſidere §. qui ad
nundinas num.2. ff. de acq. poſſeſſ. alijſq. congeſti in
d.deciſ. §. prout multòminus.*

Iniuſtitia ſiquidem notoria dictæ ſententiæ
ex eo reſultat, quia illa vigore teſtamenti per
Ioſephum conditi dat immiſſionem Nicolao
hæredi non attenta Donatione prius per eum-
dem Ioſephum Franciſcæ facta ex cauſa in-
4 greſſus in Religionem, † quæ ex auctoritati-
bus in d. deciſione congeſtis non poterat re-
uocari, niſi ex cauſa receſſus ab illa, ſecus au-
tem ob mortem.

Non releuat denique obiecta nullitas dictæ
Donationis, quia præterquod dict. obiectum
vti reſpiciens petitorium, non eſt præſentis in-
ſpectionis, illius validitas nè dum iuſtificata
remanſit in deciſionibus cauſæ tam *coram R.P.
D.meò Peutingerio* quàm coram me emanatis,
ſed etiam comprobata remanet in hodierna
deciſione pariter coram me ſuper illius vali-
ditate emanata, in qua omnibus obiectis ex-
aduerſo excitatis reſpondetur.

Et ita vtraque, &c.

MELEVITANA REDDITIONIS RATIONIS.

Veneris 12. Iunij 1654.

ARGVMENTVM.

Rationem reddere ſine libris quilibet admini-
ſtrator ſiuè generalis, ſiuè particularis poteſt.

SVMMARIVM.

1 *Deciſiones Rotæ iuxta ſtylum in diuerſa diſputatio-
ne veniunt ſupponendæ.*
2 *Adminiſtrator non poteſt dici reddidiſſe rationem
ſufficientem ſuæ adminiſtrationis donec libros ex-
hibuerit.*
3 *Contraria opinio, quod etiam ſine libris ratio reddi
poſſit, eſt æquior, & ab ea non eſt recedendum.*

DECISIO DCCCCLV.

POSTQVAM in iudicio redditionis ratio-
nis intentato per Communitates Ciuita-
tum Vallettæ, Victorioſæ, & Sengleæ Inſulæ
Melitæ contrà Auguſtinum Borg, ſeù contrà
eius filias, & hæredes reſolutum fuit per duas
deciſiones dictum Auguſtinum ſufficientem
reddidiſſe rationem de frumento, & pecunijs,
de quibus quærebatur, ipſumque remanere
creditorem earumdem Communitatum in
ſcut. 1999. 2. 1. 3. eædem filiæ pro conſecu-
tione dictę ſummę reconuenerunt dd. Vniuer-
ſitates in Rota vigore clauſulæ, quam, & quas
poſitæ in commiſſione, & obtinuerunt ſub-
ſcribi particulare dubium, An, & ad quam
ſummam dictæ Vniuerſitates teneantur, quo
hodiè propoſitum, fuit reſolutum ipſas teneri
ad dictam ſummam ſcut. 1999. 2. 1. 3. firma-
tam in ſupradictis deciſionibus, quas iuxta
ſtylum Tribunalis in præſenti diſputatione
1 præſupponendas † Domini dixerunt; Vltrà-
quod nil noui affertur, quod non fuerit ſuffi-
cienter examinatum, & reſpectiuè reiectum
in vtraque deciſione.

Non obſtat quod dicatur Auguſtinum
Borg non poſſe dici reddidiſſe ſufficientem
2 rationem ſuæ † adminiſtrationis donec libros
exhibuerit ex deductis per *Farinacc. conſ. 95.
numer.45. & ſeq.* vbi quod hoc procedit in ad-
miniſtratione ſiuè generali, ſiuè particulari,
ea ratione quia ſine libris ratio reddi non va-
let; Verum huic obiecto reſponſum fuit in
ſecunda deciſione huius cauſæ edita 24. Martij
anni præteriti, §. vlt. vbi firmatur Auguſti-
3 num ſufficientem reddidiſſe rationem, quæ
cum non minus reddi poſſit ex alijs probatio-
nibus, quàm ex confectione, ſeu exhibitione
librorum, hæc nequaquam neceſſaria reddi-
tur, quam opinionem tanquam æquiorem ſe-
quitur hoc ſacrùm Tribunal, & ab ea non eſ-
ſe recedendum dixit *Add.ad Sa.me. Gregor.XV.
deciſ. 199. verſ. ſed tamen non eſt recedendum,* &
nuper fuit firmatum in *Romana reddit. rationis
16. Iunij 1651. coram R.P.D.meo Albergato;* Qua-
propter admiſſa etiam aſſerta librorum confe-
ctione, non indè tamen ſequitur abſque illis
ſufficientem reddi non poſſe rationem.

Vltrà dictum creditum d. hæredes præten-
debant ſibi deberi damna, & intereſſe paſſa ob
retardatum girum, ſeu negotiationem alio-
rum ſcut. 3267. 3. quæ dictus Auguſtinus ad
d. effectum eiſdem Vniuerſitatibus tradiderat;
Verum quia circa hæc Domini non fuerunt
concordes, mandarunt, vt de illis particulari-
ter videretur, & pro nunc firmarunt dictas V-
niuerſitates teneri ad ſupradictam ſummam
ſcut. 1999. 2. 1. 3.

Et ita vtraque, &c.

NVL-

NVLLIVS SEV MONTIS ALTI IVRISPATRONATVS.

Lunæ 15. Iunij 1654.

ARGVMENTVM.

Præſentatio cumulatim patronis Laycis permiſſa quando cenſeatur excluſa per promiſſionem eorumdem alium non nominandi in Sacerdotium, quando ex lege fundationis Iuriſp. requiratur de tempore præſentationis.

SVMMARIVM.

1 *Iuſp. de iure præſumitur hæreditarium.*
2 *Præſentari magis vnam quam alteram perſonam dummodò ſit idonea Eccleſiæ non intereſt.*
3 *Clauſula* dummodò tempore datæ non ſit alteri ius quæſitum, *in præſentatione dicitur ius præſeruatum primo præſentato.*
4 *Præſentatus ab habentibus maiorem partem vocis perinde eſt ac ſi haberet integram vocem.*
5 *Præſentatio cumulatim patronis Laycis tantum eſt permiſſa.*
6 *Præſentatio ſecunda facta à Laycis non ſuſtinetur quando in prima cum iuramento promiſerunt alium non nominare ſeu præſentare.*
7 *Præſentationem non reuocare, & alium non præſentare longe interſe differunt.*
8 *Præſentatio ſecunda, & ſi admiſſa ab Ordinario non nocet quando Ordinarius neſcinit Patronos in prima promiſiſſe cum iuramento alium non nominandi.*
9 *Sacerdotij qualitas ex quibus dicatur neceſſaria de tempore electionis, ſeu præſentationis.*
10 *Sacerdos omninò requiritur de tempore præſentationis, quando expreſsè in fundatione cauetur vt præſentetur Sacerdos, licet ſecus eſſet quando ſimpliciter fuiſſet demandatum vt præſentatus celebret in Altari constructo, & num. 11. & 12.*
13 *Præſentato ius quæſitum dici, nequit ſi ex lege fundationis requiratur Sacerdotium, & præſentatus talis non ſit.*
14 *Præſentatio ad Beneficium non vacans non ſuſtinetur.*
15 *Clauſula Dummodò tempore datæ non ſit alteri ius quæſitum, non eſt apta præſeruare ius quod ex non ſubſiſtente præſentatione tamquam non facta à medietate patronorum quis non habet.*
16 *Executionem litterarum Apoſtolicarum non poteſt impedire non habens parem titulum.*
17 *Amplia ſi titulus contradictoris ſit notorie nullus.*
18 *Simonia vt excludatur omnis ſumi debet interpretatio.*
19 *Arbitrium pro retardanda executione litterarum Apoſtolicarum iuſtificatarum non intrat, & ſignanter ſi executio ſit facta extrà tempus appellationis.*

DECISIO DCCCCLVI.

VACANTE per obitum Brandimattis ſimplici beneficio de Iurep. Laycorum ſub inuocatione S. Antonij, ſito in Parochiali Eccleſia S. Pauli terræ Furcis Abbatiæ Farfen, fuit de ea Apoſtolica auctoritate prouiſus

Matthæus Angelettus vti præſentatus à medietate patronorum cum derogatione alterius medietatis, vt in litteris Apoſtolicis in forma gratioſa deſuper expeditis ſub dat. 18. Ianuarij 1648. De menſe verò Aprilis ſequentis fuit de eodem Beneficio auctoritate Ordinaria prouiſus Dominicus Nicolaus vti præſentatus ab omnibus Patronis d. Iuriſp. Vndè introducta litè inter iſtos prouiſos coram A. C. emanauit ſententia ad fauorem Matthæi, cuius vigore cœpit poſſeſſionem d. Benefici. Deuoluta poſtmodum cauſa appellationis ad Rotam, fuit ſubſcriptum dubium, An intret arbitrium ad effectum retardandi executionem dd. litterarum Apoſtolicarum, quo hodie propoſito, fuit negatiuè reſolutum, non obſtantibus per Dominum deductis, quæ ad tria reducebantur; Primò dicebatur, quod non iuſtificabatur quòd Matthæus fuerit præſentatus à medietate patronorum; Secundò, quod non ſit de deſcendentibus Alphonſi, ſeu aliorum patronorum, ex forma tranſactionis inter Patronos initæ præſentandis, quamuis in fundatione id cautum non fuerit, nàm cum
1 Iuſp. ſit hæreditarium, † vt denotant verba
pro hæredibus, & ſucceſſoribus, ac de iure præſumitur clem. plures de Iurep. vtique potuerunt patroni conditionem hanc adijcere, quæ
2 non eſt præiudicialis Eccleſiæ, cuius † non intereſt magis vnam perſonam, quam alteram præſentari dummodò idonea ſit, vt pluribus allegatis deciſum fuit in *Arianen. benef. 10. Martij 1651. coram R.P.D. meo Veroſpio*. Tertiò denique, quod in litteris Apoſtolicis adeſſet clauſula, *dummodò tempore datæ non ſit alteri ius quæſitum*, per quam præſeruatum dicebatur ius Dominici prius præſentati.

Nam primum obiectum ceſſare viſum fuit quia Matthæus docet ſe præſentatum à Mar-
4 fiſa, Angelica, & Liuia, † quæ cum habeant
maiorem partem vnius vocis (quod non controuertitur inter partes) perindè eſt ac ſi præſentatus haberet integram vocem, non attento quod minor eiuſdem vocis pars apud alios reſideret *Zabarell. in d. clem. plures num. 13. antè fin. verſ. tolluntur autem Lambert. de Iurep. lib. 1. par. 2. quæſt. 1. art. 27. num. 2. Gonzal. ſuper reg. 8. gloſ. 145. num. 61. Lotther. de re benef. lib. 2. quæſt. 11. num. 135. & ſeq. Caſſad. deciſ. 2. de Iurep. Canal. deciſ. 436. numer. 1. & deciſ. 519. numer. 1. & ſeqq.*

Non obſtat quod prædictæ mulieres deindè præſentauerint etiam Dominicum, quia cum in actu primę pręſentationis ad fauorem Matthæi promiſſent cum iuramento alium non nominare, non potuerunt poſteà cumulatiuè alium præſentare; nam verbum illud *non nominare*, per neceſſe refertur ad pręſentationem
5 cumulatiuam, † quæ tantum Patronis Laycis
eſt permiſſa *c. quod autem c. cum autem, c. Paſtoralis de Iurep. Garz. de benef. par. 5. cap. 9. num. 21. Merlin. deciſ. 443. num. 1.* Vndè perindè eſt ac ſi
6 promiſſent non cumulare, quo caſu † ſecun-
dam præſentationem eſſe nullam reſolutum fuit in *d. deciſ. Merlin. 443. numer. 5. & per tot.* in qua reſpondetur omnibus contrarijs, & alle-

Google

gantur concordantes, alioſque refert *Add. ad*
Buratt.deciſ.942. num.13. vbi firmatur aliud eſ-
7 ſe ſi fuerit † promiſſum non reuocare præſen-
tationem, qui non eſt caſus noſter, nihil re-
fragante quod Ordinarius admiſerit nouam
præſentationem cum exaduerſo non doceá-
tur quod ille ſciuerit fuiſſe prius iuratum de
8 non nominando alium, † vt neceſſe eſſe dixit
Rota apud Merlin.deciſ.443. ſub num.14. verſ. tum
quia.

Ad ſecundum obiectum reſpondetur per
aſſertam tranſactionem imponi onus præſen-
tandi vnum de familia quatenus ex ea ido-
neus reperiatur, aliàs ſecus; At de dicta fa-
milia adeſt ſolum Dominicus, qui cum eſſet
ſimplex Clericus de tempore præſentationis,
idoneus non erat, attentis verbis reſeruationis
d. Patronatus, ibi, pro ſuſtentatione &c. Cle-
rici Sacerdotis, qui miſſam dicat, & ibi, quod
ad officiandum, & dicendum miſſam in dicta
Capella eligatur vnus idoneus Sacerdos, qui
celebret miſſam ibidem; Quæ verba cum re-
ſpiciant tempus electionis, efficiunt, vt quali-
9 tas Sacerdotij ſit neceſſaria de tempore præ-
ſentationis *Scraph.deciſ.871. num.1. 6. & 7.* vbi
ſubditur quod deciſiones Sacræ Congrega-
tionis Concilij allegatæ in pluribus cauſis, &
ſignanter in *Romana Capellaniæ coram cl.m.Card.*
Hieronymo Pamphilio, procedunt iuxta termi-
nos allegationis Lapi 35. nempè quando ſim-
pliciter fundator vult quod præſentatus cele-
10 bret Diuina in Altari conſtructo, quia tunc
poteſt per alium celebrare, non autem quan-
do expreſsè in fundatione cauetur vt præſen-
tetur Sacerdos, atq; ita perpetuo fuiſſe in Rota
obſeruatum, idipſum firmauit *Rota deciſ. 216.*
ſub num.2. deciſ.207. num.3.par.2. rec. & in *Bar-*
chinonen.benef.15.Ianuarij 1644.coram R.P.D.meo
Cerro, in *Cremonen. præpoſituræ 23. Maij eiuſdem*
anni §. quia licet coram Eminentiſſ.D.Card.Corra-
do, in *Regien. benef.24.Maij 1653. §.penult. coram*
R.P.D. meo Bichio, & in *deciſ.680. n.4. & 5. apud*
Buratt. neque repugnant *Adden.ad ſa.mem.Gre-*
gor.XV. deciſ.108. num.15. quia ibi ſolum fun-
11 dator mandauerat † eligi Capellanum, qui
miſſas celebraret, & in his proprijs terminis
loquitur *deciſ.825.apud Merlin.* At in caſu no-
ſtro voluit eligi Sacerdotem ad dicendum
miſſam in ipſa Capella, quodque Sacerdos pro
tempore electus confirmetur, & ſic Sacerdo-
12 tium non requiſiuit † in proſecutione, ſed in
ipſo actu præſentationis, & ante illius confir-
mationem.

Et hinc corruere videtur tertium obiectum
ductum ex clauſula, dummodò tempore datæ
13 non ſit alteri ius quęſitum, quia antè † prouì-
ſionē ad fauorem Matthęi emanatam dici non
poterat ius quæſitum Dominico, non quidē
ex tenore ſuprad. tranſactionis, quia Sacerdos
non erat, non pariter vigore præſentationum
prius obtentarum de annis 1646. & 1647. quia
14 tunc Beneficium † non vacabat *c. fin.de præb.*
in 6. c. paſtoralis §.1. de reſcript.Caſſad. dec.5.nu.1.
de Iurep. Rota apud Pen. deciſ. 1021. ſub numer.2.
deciſ.420. num.4. & 5. coram ſa.mem. Gregor.XV.
vbi Adden.num.9. allegat. concordantes. Non de-
nique ex vltima pręſentatione, quia cum non
15 eſſet † facta à medietate patronorum nullum
ius ei tribuere poterat ad dictum beneficium,
quod per dictam clauſulam, dummodo, præ-
ſeruaretur *Garz de benef.p.4.cap.3.nu.14. Mohed.*
deciſ.1.de præb.Rota in Leodien.beneficij 29. Aprilis
1630. coram bon.me. Coccino, cum alijs allegatis
per.add.ad bo.me.Buratt.deciſ.651. n.11.

Non obſtant ea quæ dicuntur de manuten-
tione conceſſa Dominico, quia hodie agitur
de executione litterarum Apoſtolicarum, ad
16 quam † retardandam nec poſſeſſio, nec pro-
uiſio per Dominicum obtenta à Collatore
inferiori ſuffragatur, quia non eſt legitimus
contradictor, qui non habet parem titulum
ex latè traditis per *Lotther. de re benef.lib.1.q.13.*
num.75. cum alijs allegatis in *Vicen. Parochialis*
de Beſora 1. Iulij 1643. coram R.P.D. meo Bichio,
in Compoſtellana Parochialis 1. Iunij 1648. coram
Eminentiſſ.D.Card. Otthobono, & in Gadicen. Præ-
ſtimonij 2. Decembris eiuſdem anni coram bon.mem.
17 *Arguelles*, in quibus ſubditur id fortius † pro-
cedere ſi titulus cōtradictoris eſt notoriè nul-
lus, qualis eſt titulus Dominici, vt patet ex
ſupradeductis.

Denique nullius momenti viſa fuerunt ea,
quæ deducebantur de ſymonia contracta in-
ter Mattheum, & Patronos, quia illa non
probatur per teſtes, qui dantur ad hunc effe-
ctum, nam præterquod non fuerunt formiter
examinati, deteguntur mendaces, ſibi ipſis
contrarijs, & ſunt illimet, qui Angelettum
præſentarunt, & ſic ipſius ſymoniæ criminis
conſocij, vt iuſtificatur ex deductis prò Mat-
theo, imò excepta depoſitione primi teſtis,
qui eſt vnus ex patronis, nullus iuſtificatur
tractatus factus poſitiuè inter patronos, &
Mattheum, ſed omnes alij teſtes deponunt de
tractatu præuijs tertijs perſonis facto, nec vlla
leguntur munera promiſſa, ex quibus poſſit
ſymonia præſumi, & ſponſiones factæ ipſi pa-
trono, quod domus Matthei futura eſſet ſem-
per aperta pro illo, potius quamdam affectio-
18 nem denotant, quam ſymoniam, pro † qua
excludenda omnis ſumi debet interpætatio,
Gabr.conſ.172.nu.2.lib.2. ſa.me.Greg.XV.dec.238.
n.1.Rot.in rec.dec.48.n.4.p.1.& dec.166.nu.8. p.2.
Put.dec.440.n.3.p.1.

Quare cum ex ſupradictis narratiua pręſen-
tationis à medietate patronorum ſit pluſquā
iuſtificata, ac de alijs narratis non dubitetur,
Domini vtraque parte informante reſoluerūt
non intrare arbitrium pro retardatione execu-
tionis litterum Apoſtolicarum Matthei, eoq;
19 minus † cum iam fuerint extra tempus ap-
pellationis executioni demādatæ, vt per *Gonz.*
in annot.contr.nullit.num.296.Coccin.deciſ.177.n.1.
ſa.me.Greg.XV.dec.70.n.1.Caualer. dec.287. nu.2.
Rota inter rec.dec.267.n.8.& ſeqq. p.7.

CA-

CAMERINEN. CANONICATVS.

Veneris 19. Iunij 1654.

ARGVMENTVM.

Iuſpatronatus quando probetur ex confeſſione collitigantis. Electio vt valida reputetur quę ſint neceſſaria.

SVMMARIVM.

1 *Litteræ Apoſtolicæ iuſtificatæ debent exequi.*
2 *Iſpatronatus probatur ex inſtrumentum fundationis, & dotationis.*
3 *Iuſpatronatus probatur ex confeſſione collitigantis quando non agitur de præiudicio Eccleſiæ, nec ordinarius eſt in cauſa.*
4 *Vacatio beneficij per obitum N. probatur ex confeſſione collitigantis venientis ex eadem vacatione.*
5 *Gratia ſubreptitia non meretur attendi.*
6 *Præſentatio, ſeu nominatio, quando fuit reiecta, & declarata à patronis non ſufficiens perinde eſt ac ſi à nemine præſentatio ſeu nominatio proceſſiſſet.*
7 *Poſteriora derogant prioribus.*
8 *Subreptio reſultat ex taciturnitate illorum, quæ Papam difficiliorem cõceſſiſſent ad faciendam gratiã.*
9 *Præſentatio eſt exhibitio ligitimè facta à Patrono de clerico præſente coram Epiſcopo, vel alio ad quem pertinet inſtitutio.*
10 *Præſentatio poſt ipſius admiſſionem non poteſt à Patronis mutari in præiudicium iuris præſentato quæſiti.*
11 *Præſentatio, & electio quando dicantur ſynonoma, & de qua præſentatione ſit intelligenda in ſupplicatione narrata.*
12 *Clauſula dummodo de tempore datæ Præſentium nõ ſit alicui ius quæſitum eſt præſeruatiua iuris validi ſecus inualidi.*

DECISIO DCCCCLVII.

PRO confirmatione ſententiæ Rotalis latę pro executione litterarum Apoſtolicarum Raſtelli, reſponderunt Domini, quia illius validitas non impugnatur, & iuſtitia apertiſſimè reſultat ex deciſione R. P. D. mei Priuli in cauſa facta, ex qua apparet omnia in dictis litteris narrata fuiſſe iuſtificata, itaut
1 illæ † merito ſint executioni demandandæ, *cap. ſi quando de reſcript. cap. ſi capitulo, vbi gloſs. verb. exequntur de conceſſ. præben. in 6. Rot. deciſ. 775. num. 1. in fin. ſpar. 2. rec.* cum alijs relatis in *Nazarena ſeu Montis Viridis beneficij 4. Decembris 1651. coram me.*

Siquidem quod Canonicatus, de quo agitur, ſit de Iurepatronatus Laycorum benè
2 probatur † ne dum ex inſtrumento fundationis & dotationis illius, relato in Summario præterit. poſitionis *num. 7.* ſed etiam ex ipſa-
3 met Barbi collitigantis confeſſione, † quæ cũ hodie non agatur de præiudicio Eccleſiæ, nec ordinarius ſit in cauſa, vtique in illius præiudicium ſufficiens eſt *Garz. de benef. lib. 12. c. 2. num. 276. & ſeq. Rot. coram bo. me. Burat. deciſ. 183. num. 2. & ſeqq. vbi Add. num. 25. Mantic. dec. 318. num. 1. & deciſ. 350. num. 10. Adden. ad ſan. me. Gregor. XV. deciſ. 452. num. 22.* & fuit dictum in *Gerunden. Beneficij 11. Martij 1648. coram R. P. D. meo Celſo, & in Maioricen. beneficij 27. Iunij eiuſdem anni coram R. P. D. meo Bichio*; Et ex eademmet confeſſione etiam comprobatur quod di-
4 ctus † Canonicatus vacauerit per obitum Eleuterij, dum Barbus illum conſequi prætendit ex eadem vacatione *Mantic. deciſ. 132. numer. 1. Buratt. deciſ. 255. num. 10. & deciſ. 931. nu. 1. Caual. deciſ. 15. num. 3. in rec. deciſ. 10. num. 2. par. 2. & deciſ. 101. num. 1. par. 6.* & fuit dictum in *Burgen. beneficiorum 26. Iunij 1651. coram R. P. D. meo Celſo.*

Valor autem dicti Canonicatus per non exceſſum in ducatis 24. auri de Camera narratus, quod Raſtellus ſit Sacerdos, & oriundus ex Terra S. Ginneſij, & quod à die obitus Eleuterij vſque ad impetrationem Gratiæ per Raſtellum effluxerit quadrimeſtre nõ cõtrouertuntur, & omnia plenè remanent iuſtificata ex deductis in deciſione cauſæ, cuius fundamenta nõ eneruantur ex quo de huiuſmodi Canonicatu fuerit prouiſus Barbus, quia, vt in illa examinatur, Barbus prouiſionem obtinuit præuia narratiua, quod eſſet præſentatus à medietate patronorum, quod cum in
5 facto non ſubſiſtat, meritò † illa vti ſubreptitia non meretur attendi *cap. ad audientiam cap. ſi proponente de reſcript. cap. 2. de fil. Presbyt. in 6. c. ſi motu proprio de præb. in 6. Rot. coram bo. me. Buratt. deciſ. 316. ſub num. 13. ſa. me. Gregor. XV. deciſ. 452. ſub num. 3. & in Bononien. Parochialis 22. Iunij 1648. coram R. P. D. meo Cerro.*

Non obſtat, quod in ſcrutinio à Confratribus facto pro nominatione ad dictum Canonicatum Barbus habuerit 85. ſuffragia, quia cum illa non conſtituant duas tertias partes,
6 illius † nominatio, ſeu præſentatio non fuit admiſſa, ſed reiecta, & declarata nõ ſufficiẽs & propterea perindè eſt ac ſi à nemine nominatus, vel præſentatus fuiſſet, vt in his proprijs terminis dixit *Rota in Firmana Altaris 20. Iunij 1614. coram bo. me. Reuerendiſſ. Selencien. inter rec. deciſ. 568. num. 2. par. 2. rec. & in Aquilana Iuriſpatronatus 4. Iunij 1646. coram Eminentiſſ. D. Card. Corrado*, & ratio eſt quia per dictam reiectionem euanuit conſenſus medietatis Confra-
7 truum, cum poſteriora † derogent prioribus *l. pacta nouiſſima C. de pact.*

Nec pariter obſtat, quod dicta reiectio emanauerit ex quo neuter ex electis habebat duas tertias partes iuxta loci conſuetudinem requiſitas, quia vis non reſidet in motiuo reiectionis, ſed in ipſa declaratione Confratruum, quod dictam nominationem Barbi non ha-
8 bebant pro admiſſa, † quam ſanè ſi Papa ſciuiſſet negari nõ poteſt quin ſaltem difficilius gratiam conceſſiſſet, vndè reſultat ſubreptio iuxta theoricam, quam poſt *Felin.* & alios tradit *Menoch. de arbitr. caſ. 201. num. 24. & ſeqq. Card. conſ. 96. in fin. Rot. deciſ. 150. num. 4. & 5. coram ſan. mem. Gregor. XV. vbi Add. num. 10. & coram Burat. deciſ. 55. nu. 6. & 7.*

Vlterius etiam Domini dixerunt, quod huiuſmodi actus à Confratribus geſtus non habet

bet

Digitized by Google

9 bet vim præſentationis, quia cum † præſenta-
tio ſit exhibitio legitimè facta à Patrono de
Clerico præſente coram Epiſcopo, vel alio,
ad quem pertinet inſtitutio, *gloſ. in Clem. Du-
dum verbo præſentare de ſepult. Abb. in cap. ea na-
ſcitur nu.3. de his quæ fiunt à Prælat. Rebuff. in prax.
benef. tit. de præſent. num. 3. Garz. de benef. par. 4. c. 1.
num. 15. Barboſ. de off. & poteſt. Epiſc. par. 3. alleg. 72.
num. 113.* cum alijs per *Vivian. de iuriſpatr. lib. 5.*
10 *cap. 1. num. 1.* † quæ mutari non valet à Patro-
nis in præiudicium iuris præſentato quæſiti
poſt admiſſam præſentationem *Lotter de re be-
nef. lib. 2. q. 6. num. 33. & ſeqq.* aliæque authorita-
tes recenſitæ in deciſione cauſæ §. *quia præter-
quod actus,* ſequitur quod illa nullatenus poſſit
intelligi de electione facta de perſona Barbi,
in qua nedum deficiunt prędicta requiſita, ſed
etiam deficit eligentium conſenſus, quæ pro-
pterea ei ſuffragari nõ poteſt ex latè deductis
in dicta deciſione in qua etiam benè firmatur
11 quod † præſentatio, & electio ſunt ſynono-
ma, quando agitur da præſentatione impro-
pria, ſecus vero quãdo agitur de propria, qua-
lis intelligenda venit præſentatio per Barbũ
in eius ſupplicatione narrata *gloſ. in Clim. Du-
dum, verbo præſentari, de ſepult. Lap. alleg. 75. ſub
num. 2. verſ. nam præſentare,* cum alijs relatis in
*Aquilana Iuriſpatronatus 24. Ianuarij 1646. coram
Eminentiſs. D. Card. Corrado, & in deciſ. cauſæ §.
quia obiectum procedit.*

Denique non releuat, quod in litteris pro-
uiſionis Raſtelli fuerit appoſita clauſula dum
modo de tempore datæ præſentium non ſit
12 alicui ius quæſitum, quia dicta † clauſula nõ
præſeruat niſi ius validum, ac legitimè quæ-
ſitum, ſecùs inualidum (quale ex ſupradedu-
ctis apparet illud Barbi) vt dixit *Rota coram bo.
me. Buratt. deciſ. 650. num. 4. ibique Add. num. 11. in
Bononien. Parochialis 2. Martij 1648. coram Emi-
nentiſſ. D. Card. Otthobono,* & in alijs pluribus re-
latis *in deciſione cauſæ §. quia cum in caſu propo-
ſito.*

Et ità vtraque &c.

NARNIEN. FIDEICOMMISSI.

Lunæ 22. Iunij 1654.

ARGVMENTVM.

Pœna caducitatis & deuolutionis adiecta in caſu alienationis ex quibus non dicatur incurſa, & quæ ad dictum effectum ſint neceſſaria.

SVMMARIVM.

1 *Bona fideicommiſſaria poſſunt alienari per hæredem pro ſuis creditis non obſtante teſtatoris prohibitione.*

2 *Filius grauatus & alienare prohibitus aliquod alienando id in cauſam ſuarum detractionum elegiſſe præſumitur abſque alia declaratione.*

3 *Bona alienata excedere detractiones incumbit probare fideicommiſſario actori.*

4 *Alienatio vt dicatur controuentum præcepto teſtatoris de non alienando, nedum eſt probanda: ſed etiam quod proceſſerit cum ſcientia pœnæ in tali caſu appoſitæ & cum animo ſubuertendi fideicommiſſum nam alias controuentio non præſumitur, & num. 5. 6. & 14.*

7 *Valor bonorum non probatur ex æſtimatione illorum in præiudicium in eadem æſtimatione non citati.*

8 *Poſſeſſio venditoris continuata reſpectu alicuius corporis poſt venditionem denotat d. corpus bonorum non fuiſſe venditum.*

9 *Ex quantitate pretij dignoſcitur quid in venditione fuerit comprehenſum.*

10 *Declaratio emptoris quod in venditione certa bona & ſi enunciata in inſtrumẽto non fuerint cõprehenſa in venditione facit adminiculum quamuis emanata, lite pendente.*

11 *Caducitas non incurritur ex alienatione neceſſaria quamuis teſtator mandauerit pecunias retractas reinueſtiri ſi inueſtimento tempus non præfixit, & in caſum non reinueſtimenti pœnam non adiecit.*

12 *Hæres grauatus poteſt fructus poſt obitum teſtatoris, ſua vita durante hypothecare cum ſit illorum Dominus.*

23 *Pœna caducitatis vt euitetur omnis interpretatio facienda eſt.*

15 *Dolus non præſumitur, & qualibet dubietas illum excludit.*

DECISIO DCCCCLVIII.

PETRVS Auguſtinus Lollius in ſuo, ſub
quo deceſſit teſtamento, ſibi hæredem
vniuerſalem ſcripſit Petrum Lollium pro-
prium filium, cui ſubſtituit filios eiuſdem
Petri, eoque verò ſinè filijs morienti, ſubſti-
tuit Franciſchinam eiuſdem teſtatoris filiam,
quæ cùm prætenderet, quod teſtator; in caſu
cuiuſcumq; alienationis; appoſuerit pœnam
caducitatis, & deuolutionis totius hæredita-
tis ad ſui fauorem, quodque Petrus inſtitutus
ob alienationem nonnullorum bonorum hę-
reditariorum huiuſmodi caducitatis pœnam
incurrerit intentauit in partibus iudicium im
miſſionis in poſſeſſionem dictæ hæreditatis,
& ſententiam contrariam reportauit, cauſa
poſtmodum per appellationem ad Rotam
delata propoſui dubium, an dictæ Franceſ-
chinæ ſit danda immiſſio, & fuit negatiuè re-
ſolutum, quia controuentio, ob quam illa
prætendit ad ſui fauorem purificatum fidei-
commiſſum, ceſſat ex quo Petrus filius gra-
uatus cùm eſſet creditor eiuſdem hæreditatis
prò ſuis detractionibus, nempè in ſcu. 800. oc-
caſione legitimæ ſibi debitæ in bonis Patris,
& ſcut. 125. pro legato ſibi relicto, necnón in
alijs ſcu. 2500. ex cauſa dotium vxoris teſta-
toris, ac eiuſdem Petri grauati, (vt etiam
1 Francichina admittit) bene † potuit pro dictis
creditis, non obſtante prohibitione teſtatoris,
alienare bona fideicommiſſi DD. communi-
ter in *l. filius familias §. Diui vbi Iaſ. in 1. lect. nu-
mer. 12. & in 2. num. 15. Rip. num. 27. Socin. Iun. nu-
mer. 33. Bolognett. num. 94. ff. de leg. 1. Honded.* qui
alios refert *conſ. 58. numer. 19. & ſeqq. lib. 1. &
conſ. 42.*

conſ.42.numer. 28. lib.2. Bellon. iun. conſ.36.nu-
mer.1.& ſeq.Merlin.de legit.lib.3.tit. 2.qu.21.nu. 9.
2 Quoties enim † filius grauatus alienare pro-
hibitus aliquid alienat, id in cauſam ſuarum
detractionum abſque alia declaratione elegiſ-
ſe præſumitur *DD in l.Marcellus. §. reſque ff. ad
Trebell.Aretin.conſ.18.num.15.Honded.alleg.conſ.
58.num.21.lib.1.Gram.decif.23.num 5.Andr.decif.
80.num.2.Rot.in rec.decif.23 .num. 2.par.4.*& fuit
comprobatum in *Romana fideicommiſſi de Zuc-
charis 14.Nouembris 1639. coram me,* vbi in ſpe-
cie agitur de credito legitimæ , & credito oc-
caſione dotis maternæ .

Non obſtat , quod dicatur alienationes per
Petrum factas longè excedere detractiones
ipſi debitas, quia hoc non probat Franciſchi-
na , cui hoc iuſtificandi vti fideicommiſſariæ
3 ac† actricis onus incumbit *Pereg. ar.39.n.13.et
ſeq.Ciriac.contr.5.n.27.& ſeq.Seraph.dec.609.n.7.
Rota diuerſ.dec.210.p.2.coram Andr.deciſ.80. n.4.
& duobus ſeqq.*& fuit dictum in *Romana fideicom-
miſſi deCandidis 10.Martij 1649.coramR.P.D.meo
Veroſpio, in Peruſina bonorum 30. May 1650. co-
ram R.P.D.meo Cerro , & coram eodem in Peruſina
fideicommiſſi de Rodulphis 14.Iunii 1652.* Imo cũ
4 agatur de † contrauentione præcepto teſtato-
ris de non alienando bona ſuppoſita fideicõ-
miſſo , ne dum eſt probanda contrauentio ,
Bart.conſ.137.num.4. Corn.conſ.11. num.8. cum
alijs pluribus relatis per *Honded.conſ 68.num.9.
5 tom.2.* Sed etiam quod illa proceſſerit † cum
ſcientia pœnę in tali caſu appoſitæ , & cum
animo ſubuertendi fideicommiſſum *Abb.conſ.
96. num.35.& ſeqq.Honded.conſ.42.num.41.tom.2.
Rot.penes Buratt.deciſ.182.num.24. in fin.& in rec.
deciſ.160.num.9.& deciſ.489.num.2.par.4.* cum
6 alias illa non † præſumatur , & in dubio prò
non contrauentione ſit pronunciandum *Hon-
ded.conſ.58. num.43.& ſeq. lib.1. & alleg. conſ.42.
num.46.lib.2.* & firmauit Rota in *Peruſina hære-
ditatis, ſeu fideicommiſſi de Almericis coram Orano
poſt Onded.conſ.58.in fin.*

Nec iſta contrauentio oriri poſſe videtur
(vt prætendit Franciſchina) ex quo aliàs di-
7 cta † hæreditas fuerit æſtimata valoris ſc.8041
Quia Præterquod dictus ſuppoſitus valor nõ
probatur per ęſtimationem dd.bonorum poſt
quatuor annos ab obitu teſtatoris factam ad
inſtantiam Communitatis Narniæ ad effectũ
aſſignandi dotem Doralici vxori Petri,in eiuſ-
dem Petri præiudicium , ex quo in illa non
fuit citatus *Eſcobar.de ratioc. cap.31. num.21. &
poſt num.22. verſ.mihi Rota coram bo.mem. Buratt.
deciſ.844.num.7.* cum alijs relatis in *Romana le-
gati 10. Februarij 1620.coram Vbaldo ſeniore*; Ad
huc illo admiſſo nullum exceſſum , ac con-
trauentionem poſſe conſiderari Domini re-
ſponderunt , quia cum ipſamet Franciſchina
admittat prædictæ hæreditatis æs alienum, nõ
comprehenſa legitima Petri , aſcendere ad
ſcut.2625. & pro illius legitima deberi alia
ſcut. 800. ſequitur quod creditum Petri ſit
ſcut. 3425. ad quam ſummã certo non aſcen-
dunt alienationes per ipſum factę , quia licet
illæ calculentur ad ſcu. 4521. attamen ex illis
demendum eſt prædium nuncupatum di Tro
iano, quod in calculo Franciſchinæ valutatur
8 in ſcut.1188. nam quamuis † illud quoque in
inſtrumento venditionis plurium corporum
hæreditatis fuerit deſcriptum , tamen id eue-
niſſe ex errore notarij conſtat , tum ex teſti-
bus deponentibus Petrum venditorem conti-
nuo poſt venditionem idem prædium poſſe-
diſſe iuxta theoricam *Bart. in l. ſicut §.ſuperua-
cuum num.5.ff.quib.mod.pignor.& hypoth.ſolu.Dec.
conſ.655.num.3.Afflict.deciſ.40. num.18. Caputaq.
deciſ.143.num.6.par.1.* & fuit dictum in *Feretra-
na prædii prima Iunii 1641.coram R.P.D. meo Bi-
9 chio*; Tum ex † quantitate pretij ſcu.800. quæ
correſpondet tantum valori aliorum duorũ
corporum, in dicto inſtrumento venditionis
expreſſorum, ex quantitate enim pretij digno
ſcitur quid fuerit in venditione comprehen-
ſum *Bart. in l.1.nu.3. verſ.vlterius quæro ff.de ſu-
perfic.Soccin.ſen.conſ.98.nu.2.vol.1.Bald.conſ.245.
num.1.in fin.vol.3.Surd.* qui alios refert *conſ.13.
num.37.& conſ.376. num.12.& dixit Rota in Ro-
mana fructuum 26.Iunij 1653. coram R. P.D. meo
Bichio*; Tum denique ex declaratione nuper
facta à Pellegrino emptore,ſcilicet, quod di-
ctum prædium non fuit comprehenſum in
10 venditione , quæ † & ſi emanauerit lite pen-
dente, facit ſaltem adminiculum , *Bald. conſ.
204.num.7.vol.3.& dixit Rota diuerſ. deciſ. vltimâ
par.1.& in rec.deciſ.198.num.6.& deciſ.310.nu.3.
par. 1.*

Item demenda eſt partita ſcu. 435. retracta
ex retrouẽditione cenſuum, nam cum iſta ſit
alienatio neceſſaria, certum eſt , quod per il-
11 lam † non incurritur caducitas , quamuis te-
ſtator mandauerit pecunias retractas reinue-
ſtiri, cum reinueſtimento tempus non præfi-
xerit , nec in caſum non reinueſtimenti pœ-
nam adiecerit *Marcabr.conſ.36. num.90.& ſeqq.
Honded.conſ.68.num.25.lib.2. Tob. Non. conſ.28.
num.3.Gabr.conſ.5.numer.35.lib.1.Ruin .conſ.184.
num.1.vol.2.*

Denique demanda eſt partita ſcut .432. pro
quibus hypothecati fuerunt fructus bonorũ
12 hæreditariorum,quia certum eſt † quod hæ-
res grauatus licitè, ac liberè poteſt fructus
poſt obitum teſtatoris ſuâ vita durante hypo-
thecare , cum illorum Dominus ſit *l. in fidei-
commiſſaria 18. in princ.l.mulier 22.§.ſi hæres l.de-
ducta 58.§.qui poſt ff.adTrebell.Peregr.de fideicom.
art.49.num.20.Rot.in Romana Canonum 4. Decem-
bris 1628. coram bo.me.Vbaldo ſeniore, & deciſ.85.
num.12.& ſeq. poſt Merlin.de pignor.& in rec.deciſ.
131.num.3.& 4,par.6.*

Non obſtat , quod Petri legitima remanſe-
rit conſumpta ex quo ipſe ad illius computũ
recepit ſcut.800. in tot locis montium , quia
cum d. loca montium adhuc extent , & legi-
tima fuerit acceptata ſuper alijs bonis, d. loca
montium remanet ſub fideicommiſſo maxi-
mè ad excludendam pœnam priuationis,pro
13 qua † omnis interpretatio eſt facienda , *Hon-
ded.conſ.58.num.43. lib.1.& conſ.42. nu.46. lib.2.*
alioſque refert *Rota coram bo.me. Buratt.dec.132.
num.28.*

Quibus propterea partitis demptis à d.ſum-
ma ſcut.4511. in calculo alienationum rela-
tis ,

tis, remanent alienationes in ſumma ſc.2416. quam ſummam cum longè excedant detractiones ex ſupra deductis. ſequitur quod non fuerit contrauentum in alienando, & ex hoc capite incurſa caducitatis pœna, ad quam etiam excuſandam ſufficeret Petrum probabiliter credidiſſe bona hæreditaria non eſſe tanti valoris, aut à ſe alienata non excedere valorem detractionum cum pœna nō incurratur ex alienatione niſi probetur quod alie-
14 nans † fuerit in dolo, ac malo animo ſubuertendi fideicommiſſum ex iuribus ſupra relatis.

His itaque poſitis Domini non æſtimarunt neceſſarium examinare ex profeſſo articulū ſuper pœna caducitatis propoſitum, in quo negari ſaltem non poteſt quin dubium ſit, An pœna priuationis appoſita Petro cōprehendat alienationem; An vero reſtringatur ad ſolam petitionem Trebellianicæ, vel alterius rei cōtra præceptum teſtatoris, & per conſequens
15 Petrus † eſſet excuſandus, *Caputaq. deciſ. 233. num. 8. par. 1. Comit. deciſ. 20. num. 35.* alioſque refert *bo. me. Buratt. dec. 182. n. 24.*

Et ita vtraque &c.

TOLETANA DECIMARVM DE VERCIAL.

Veneris 26. Iunij 1654.

ARGVMENTVM.

Decimæ vt debeantur exuberat ſi prædium pro maiori parte ſit intra limites Parochiæ ſeu Epiſcopatus cui illæ debentur: Præſcriptio quæ requiratur pro exemptione Decimarum.

SVMMARIVM.

1 *Sententia facit tranſitum in iudicatum ſi appellatio infra biennium non fuerit proſequuta.*

2 *Non appellare, & debito tempore appellationem non proſequi paria ſunt.*

3 *Teſtes bene informati, & concludentes rationes proprij dicti reddentes benè probant.*

4 *Parochus habet intentionem fundatam ſuper decimis ex prædijs ſitis intra fines ſuæ Parochiæ.*

5 *Locus cenſetur de iuriſdictione illius, cuius finibus magis adiacet.*

6 *Decimæ vt debeantur Parocho ex prædijs ſufficit iſta eſſe pro maiori parte intra fines ſuæ Parochiæ, & præſertim ſi non agatur contra alium Parochum, ac de finibus ſit quæſtio tantum incidenter.*

7 *Pro decimarum exemptione requiritur vel immemorabilis, vel quadragenaria cum titulo.*

DECISIO DCCCCLIX.

AD fauorem D. Archiepiſcopi Toletani, & Parochi de Coliſa latę fuerunt in partibus duæ ſententiæ declarantes integras decimas prædii de Vercial ipſis deberi; Poſtmodum cauſa per appellationem ab Hoſpitali Regio Ciuitatis Burgeñ interiectam ab vltima ſententia confirmatoria primæ fuit vſque de anno 1607. ad Rotam deuoluta, & quia ab indè citra nil actum fuit in cauſa hodie propoſui dubium, An conſtet de re iudicata, quod fuit affirmatiuè reſolutum, nām cum poſt cōmiſſam cauſam in Rota dictum Hoſpitale
1 Regium appellans † ne dum intra biennium ſed nec etiam intra 40. & vltra annos proſecutum fuerit appellationem; ſententia tranſitū fecit in iudicatum *auth. ei qui C. de temp. appell. c. cum ſit Romana de appell. clem. ſicut, & clem. ſi appellationem eod. tit. de appell. Rot. in Tiraſonen vnionis 26. Iunii 1645. coram Eminentiſs. D. Card Ottlobono, & in Melenitana antianitatis 14. Decembris* 1648. *coram me.* Etenim idem eſt nō appella-
2 re, † & debito tempore appellationem non proſequi *l. fin. §. illud etiam C. de temp. appell. Rot. in Aquilana Iuriſpatronatus 4. Iunii 1646. coram Eminentiſs. D. Card. Corrado, & in Caietana bonorum 3. Decembris eiuſdem anni coram R. P. D. meo Cerro.*

Iuſtitia vero eiuſdem ſententiæ ſine qua nō intrat res iudicata, reſultat ex teſtibus pro parte D. Archiepiſcopi, & Parochi examinatis deponentibus prædium controuerſum eſſe ſitū intra limites Archiepiſcopatus, & Parochiæ,
3 qui † teſtes cum ſint plenè informati, & reddant concludentes rationes ſui dicti optimè probant *iuxt. text. in l. ſolam* & ibi *gloſſ. C. de teſt. cap. cum cauſam vbi Felin. de probat. Grat. diſcept. 95. num. 4. Buratt. deciſ. 579. num. 6. Caual. deciſ. 92. num. 10. bo. me. Coccin. deciſ. 460. num. 2.* & in his terminis fuit dictum in *Aſtoricen. Decimarum prima Iunii 1652. §. primo, coram Reu. P. D. meo Bichio.*

Probata igitur exiſtentia dicti prædij intra limites Archiepiſcopatus, & dictæ Parochiæ ſequitur dictum D. Archiepiſcopum, & Pa-
4 rochum † habere intentionem fundatam in iure ſuper perceptione Decimarum d. prædij *cap. fin.* & ibi *gloſ. verb. prædiorum de Paroch. c. cum contingat. cap. cum in tua de decimis cap. fin. de reſtit. ſpol. in 6. Abb. conſ. 58. per tot. lib. 1. Put. deciſ. 169. num. 1. lib. 3. Rot. in rec. deciſ. 652. num. 1. par. 4.* non habita ratione quod bona controuerſa forſan non ſint vndequaque intra fines Archiepiſcopatus, & Parochiæ, quia vt aiunt teſtes, intra eos exiſtunt pro maiori parte, & propterea perinde eſt ac ſi in totum exiſterent, quia locus
5 cenſetur † eſſe de iuriſdictione illius, cuius finibus magis adiacet *§. inſuper inſtit. de rer. diuiſ. l. adeo §. Inſula ff. de acq. rer. domin. Bald. in cap. cum olim 18. num. 1. de præſcr. Rot. deciſ. 47. numer. 2. poſt Tambur. de iur. Abbat. & poſt tract. Poſth. de manut. deciſ. 310. num. 2. verſ. vel ratione confinium;* Eoq; magis, quia non agitur contra alium Paro-
6 chum, qui ſit in cauſa; Ideoque † nō eſt quęſtio de finibus principaliter, ſed tantum incidenter ad effectum decimarum, vt benè aduertit *Gratian. diſcept. 595. num. 23. & 24.* vbi refert ita deciſum in *Rextina Decimarum* 1616. *coram bo. me. Vbaldo ſeniore.*

Non obſtant teſtes Hoſpitalis affirmantes Hoſpitale eſſe in poſſeſſione trigenaria non ſoluendi decimas, quia dum non agitur de

pet-

7 peremptione quotæ, ſed de † totali exemptione à decimis, non ſufficit præſcriptio trigenaria, ſed requiritur, vel immemorabilis, vel quadragenaria cum titulo, vt benè diſtinguit, & declarat *Rot. deciſ.23.num.1.& ſeq.& deciſ.30. num.13.par.6. recent. & in Pampilonen. decimarum 9. Iunij 1653. §.fin. coram R.P.D. meo Bichio*, vbi ſignanter reſpondetur ad *deciſ.* quæ videbatur contraria in *Leodien. decimarum 18. Iunii 1648. coram R.P.D. meo Veroſpio*.

Quare cum ex ſupradictis vigeat aſſiſtentia iuris pro D. Archiepiſcopo & Parocho, benè remanet iuſtificata ſententiæ iuſtitia de partibus, & propterea fuit reſolutum conſtare de reiudicata, & decimas ipſis deberi.

ROMANA CAMBIORVM.

Veneris 26. Iunij 1654.

ARGVMENTVM.

Cambiandi facultas quando non cenſeatur conceſſa. Diſdicta & reſolutio ſocietatis officij in quibus differant.

SVMMARIVM.

1 *Diſpoſitio appoſita in capitulo ſubſequenti non refertur ad antecedens habens ſpecialem determinationem.*

2 *Clauſula in fine poſita non refertur ad donationem præcedentem habentem propriam, & ſpecialem clauſulam.*

3 *In contractibus & obligationibus non fit extentio de caſu ad caſum.*

4 *Quod procedit etiam ſi in caſu omiſſo maior militaret ratio quam in expreſſo, & n.9.*

5 *Verbum, infraſcriptis, eſt repetitiuum ſuperius expreſſorum.*

6 *Debitor non poteſt conueniri ad reſtitutionem ſortis principalis ſi per obitum alterius ex officialibus ſocietas officij continuare debebat ſuper officio remanente.*

7 *Mora non contrahitur quando non fuit factus locus reſtitutioni.*

8 *Societas officii, non poteſt ſubſiſtere quando officium non eſt capax*

10 *Contrahentium opinio magis quam veritas præualet.*

11 *Societatem officii continuare, & illius ſortem in cambia vertere eodem tempore inter ſe repugnant.*

12 *Verbum, diſdicta, nil aliud importat, quam voluntatis reuocationem.*

13 *Societas officij per obitum officialis dicitur finita ac reſoluta, ſecus diſdicta.*

14 *Beneplaciti reuocatio fieri non poteſt, quam præuia declaratione contraria, & diſdicta.*

15 *Sub generali diſpoſitione non veniunt ea de quibus fuit ſpecialiter prouiſum.*

16 *Societas officij etiam in parte poteſt diſdici volentibus contrahentibus.*

DECISIO DCCCCLX.

IN renouatione ſocietatis officij ſcu. 2100. auri ſtamparum alias contractæ inter Bartholomęum Aſcornium dantem pecunias, & bo. me. Ducem Alexandrum Sfortiam bonę fidei recognitorem ſuper duobus officijs curſoratuum nempè Iulij Mazzatelli, & Camilli fundati duæ inter partes fuerunt initæ conuentiones. Prima ſcilicet quod deficiente vno ex dictis duobus officialibus ſiue per reſignationem, ſiue per obitum, dicta ſocietas remanere deberet ſuper alio officio reſtante, altera vero quod in caſu diſdictæ dictæ ſocietatis ſiue in totum, ſiue in parte liceret Aſcornio creditori ſocietatem renouare ſuper alio, ſeu alijs Romanæ Curiæ officijs, ſeu dicta ſcu. 2100. vna cum fructibus vſque tunc decurſis, & non ſolutis ad cambium, & recambium à quibuſcumque perſonis etiam à ſe ipſo accipere. Poſt obitum Mazzatelli, Aſcornius prætendens factum eſſe locum facultati retinendi pecunias ſuper cambijs, illas tam ipſe, quam illius hęredes ſuper cambijs retinuerũt, donec dicta ſcuta 2100. auri aucta fuerunt ad ſummam ſcu.20.mil. & vltra, pro quorum ſolutione dicti hæredes intentarunt iudicium contra Excellentiſſimum D. Ducem Marium Sfortiam corã A. C. à quo lata fuit ſententia abſolutoria ad fauorem D. Ducis, & in gradu appellationis cauſa ad Rotam delata, cõtingit hodie dubitari; An fuerit factus locus ponendi pecunias ſuper cambijs, & fuit negatiuè reſolutum. Quia cum huiuſmodi facultas cambiandi (vt ex inſtrumento dictæ renouationis apparet) fuerit reſtricta ad ſolum caſum diſdictæ, vtique non poteſt extendi ad caſum omnino diuerſum, diſſolutionis ſcilicet ſocietatis per obitum officialis iuxta receptiſſimam concluſionem, quod diſpoſitio ap-
1 poſita † in capitulo ſubſequenti non refertur ad antecedens habens ſpecialem determinationem, *Pariſ.conſ.39.num.18.lib.1. Becc.conſ.101 num.79. Natt.conſ.678.num.34. Dec.conſ.213. n.3. Soccin.iun.conſ.98.num.32.lib.1. Gozzad.conſ.2.nu.30. Menoch.præſumpt.181.num.6.7.lib.4.* & probatur *ex text.in cap.cum dilectus de donat.* vbi ha-
2 betur, quod clauſula, † in fine poſita non refertur ad donationem præcedẽtem habentem propriam, ac ſpecialem clauſulam; Quæ cõcluſio eo magis applicatur in præſenti, tum
3 quia † in contractibus, & obligationibus, prout hic non fit extentio de caſu ad caſum, *l.fideiuſſores §. pro Aurelio ff. de fideiuſſ. l.miles ita hæredem §.& quia diximus ff.de milit. teſtam. Alex. conſ.46.num.4.lib.3. Gratian.diſcept.716.num.5.& ſeq. Ciriac.controu.465.num.17. Surd.deciſ.202.n.9.& ſeq.* Etiam ſi in caſu omiſſo maior militaret ratio quam in expreſſo *Aldobr.conſ.68.nu.6. lib.1. Fontan.de pact.nupt.clauſ.4.gloſ.25.numer.42. tom.1. Surd.deciſ.202.num.9. in fin. Rot. deciſ.403. num.1.in fin.p.1.rec.* Tum quia ipſimet contrahentes declararunt ſe deuenire ad ſecundam conuentionem in caſu diſdictæ, ſaluis ſupradictis & non alias, & ſic noluerunt per ſecun-

dam

naturali, vt citatio & reliqua de quibus in clem.
diſpendioſam de iudic.
15 *Simulationem ad probandam admittuntur etiam præſumptiones, cum ſecreto committi ſoleat.*
16 *Dicta concluſio eſt vera quando præſumptiones ſunt perfectæ & tales vt neceſſario concludant ſimulationem. Secus quando probatio imperfecta concurrit, & num.* 17.
18 *Sanatoria ſuper alijs defectibus à Papa reportata dicitur otioſa ac fruſtatoria, ſi adhuc adeſſent defectus ſuper quibus ſanatoria non releuaret.*
19 *Nemo præſumitur inutiliter velle iactare ſuum.*
20 *Fides extraiudicialis reuiſoris pro Religione Hieroſolymitana non probat in iudicio.*
21 *Actor tenetur probare fundamentum ſuæ intentionis.*

DECISIO DCCCCLXI.

EX triplici fundamento informantes pro Commendatore Franciſco Lanfreduccio dicebant non ſuſtineri penſionem ad fauorem Commendatoris Marentij reſeruatam ſuper fructibus Commendæ Ioan. Baptiſtæ Capitis Pontis Parmeñ.

Primo ſiquidem quia inter Ghiſilerium, qui penſioni conſenſit, & Marentium fuerit
1 initum pactum quod dicta † penſio exigi non
poſſet per penſionarium niſi Ghiſilerius aſſecutus fuiſſet Baiulatum, aut commendam grauatam demitteret, quod pactum quia demonſtrat reſeruationem eſſe fraudulentam ad ſupplantandum ſucceſſorem, illam ab initio vitiat, ac inualidam reddit ex diſpoſitione *text. in cap. niſi eſſent verb. non quidem ex pactione partiũ de præb. Anan. in cap. ad audientiam num. 1. de colluſ. detegen. Redoan. de ſymon. par. 2. cap. 54. in fin. Rot. deciſ. 701. num. 7. apud bo. me. Merlin.* & alijs relatis in *deciſ. 386. num. 5. par. 5. rec.* ſicuti in ſimili in-
2 ualida eſt † reſignatio beneficij cum pacto retentionis fructuum fauore reſignantis donec ille vixerit *Abb. in cap. non ſatis numer. 8. de ſimon. vbi Anan. Mar. Socin.* ac alij communiter *Dec. in cap. ex parte num. 15. de offic. deleg. Pariſ. conſ. 145. num. 16. vol. 4. Crauett. conſ. 122. in princ. lateq. Pariſ. de reſignat. lib. 14. q. 5. num. 1. tom. 2.* Quoties
3 enim penſio † ſimulata ac colluſiua eſt non ſuſtinetur vt firmauit *Rota in Conchen. penſionis 13. Ianuarij* 1648. & 21. *May* 1649. *in fin. coram Eminentiſſ. D. Card. Corrado, &* 14. *Februarij* 1659. *§. ſimulatio quoque coram R. P. D. meo Bichio*, & alias ſæpè.

3 Secundo vero quia dicta † penſio vti quintam partem fructuum commendę excedens (cum dicta penſio ſit ſcu. 200. & commendæ fructus aſcendant tantum ad ſummam ſcut. 333. b. 50. vt ex fide Commendatoris Bichi pro religione reuiſoris in Ciuitate Veneta)
4 eſſet † nulla ex diſpoſitione ſtabilimentorum Religionis de Commend. tit. 13. §. 31.

5 Denique quia † Ghiſilerius de tempore reſeruatæ penſionis eſſet debitor communis ærarij, & per conſequens non poſſet penſionem, de qua agitur, ſuper dicta Commenda ad fauorem alterius reſeruare, vt expreſsè cauetur in ſtatut. 25. de comm. ærar. pluries à Ro canonizato, & ſignanter in *Aquitaten. Prioratus 19. Aprilis* 1624. *coram bo. m. Pironano in Meleuitana Prioratus Nauarra* 18. *Febr. &* 14. *Iunii* 1628. *coram bo. me. Virili*, & in alijs pluribus congeſtis in *Meleuitana Commendæ de Mazzara* 5. *Martij* 1635. *& in Melenitana penſionis* 26. *Martij* 1640. *coram me.*

Quibus tamen minimè obſtantibus Domini pro validitate penſionis, & ſic contra informantem reſponderunt, quia pactum primo loco deductum pro illius inualiditate non probatur ex atteſtatione Ghiſilerii, qui reſeruationi conſenſit, Tum quia eſt ſimplex fides
6 quę † regulariter fidem non facit *l. inſtrumenta l. rationes l. exemplo C. de probat.* Tum quia tra-
7 ctat de † proprio commodo, quia ſi penſio eſſet nulla non teneretur penſionem ſoluere pro tempore, quo Commendam poſſedit, aut ſolutam poſſet repetere, *l. omnibus C. de teſtib. Bald. conſ. 10. n. 5. lib. 5. Rot. poſt 2. vol. conſ. Farinac. deciſ. 75. num. 2. & deciſ. 146. num. 5.* Tum quia
8 allegat † propriam turpitudinem, & eſt ſocius criminis *Clar. in Prax. §. fin. q. 21. verſ. ſed pone in princ. Mart. in prax. §. diligenter num. 68. Farinacc. conſ. 156. num. 6. Oſaſc. conſ. 65. num. 12. lib. 1. Boer. deciſ. 316. num. 4. in fin. & Rot. deciſ. 249. numer. 14. impreſſ. poſt 2. vol. conſ. Farinacc.* Tum denique quia aduerſus dictam atteſtationem militant ſolutiones penſionis per Ghiſilerium met fa-
9 ctæ, quas † vtique non feciſſet ſi prætenſum pactum ab initio interceſſiſſet, cum illius vigore ipſe eſſet tutus ſaltem ope exceptionis, *Bertazz. clauſ. 35. gloſ. 6. num. 2.*

Prout multo minus dictum pactum probatur per teſtes à Lanfreduccio ad id inductos, ne dum quia omnes fuerunt examinati ſine
10 partis citatione, † qui propterea non merentur attendi *l. ſi quando C. de teſt. Creſc. deciſ. 2. numer. 5. eod. tit. Rot. deciſ. 720. num. 1. par. 2. & deciſ. 485. nu. 23. & 24. par. 4. tom. 2. & deciſ. 339. n. 10. par. 4. to. 3. rec.* & fuit dictum *in Romana dotis de Puliaſchis 4. Iunii* 1632. *coram me.* Verum etiam quia illorũ primus & tertius nõ perſiſtunt in dicto, & circa prætenſum pactum de non petendo penſionem à Ghiſilerio expreſsè ſe retractant, itaut (circumſcripto etiam defectu citationis) illorum depoſitio adeo remaneat debilitata,
11 vt † ſuper illa nullum poſſit fieri fundamentum *Abb. in cap. cum in tua num. 9. de teſt. Dec. conſ. 189. num. 12. Rot. dec. 137. num. 12. & 18. & dec. 276. num. 3. par. 4. tom. 2. rec.* Secundus vero negat idem pactum audiuiſſe à penſionario, ac ſe recordari ſub quo pacto Ghiſilerius dixerit ſe conſenſiſſe penſioni Quartus deponit tantum de confeſſione extraiudiciali Ghiſilerij, quæ
12 ex † vnico teſte non probatur *Ancar. conſ. 227. ſub num. 5. Cephal. conſ. 325. num. 19. Rot. deciſ. 170. num. 2. par. 2. poſt 2. vol. conſ. Farinacc.* & in terminis ſimulationis deciſum fuit in *Lauretana prædii 12. Maii* 1642. *§. nec obſtant coram R. P. D. meo Bichio*, & probata non releuaret ex ſupra ponderatis. Quintus & vltimus non explicant ſub quibus cõditionibus pẽſionis reſeruatio ema-
13 nauerit, cumq; deponant † de auditu in genere nihil probant *cap. ſuper litteris, & cap. ex quadam de teſtib. l. teſtium C. eod. tit. Caputaq. deciſ. 279. nu. 1.*

par.1. Rot.in rec.deciſ.136.n.2.par.1.& in Cæſarauguſtana beneficij 7.Febr.1635.coram me.

Non obſtat, quod vigore ſtabilimentorum
Religionis procedatur inter Equites ſola facti veritate inſpecta ſine ſtrepitu, & figura
14 Iudicij, quia dictæ † Clauſulæ non tollunt ea
quæ ſunt de iure naturali, vt citatio, & reliqua, de quibus in *Clem.diſpendioſam de iudic. & Clem.ſæpè de verbor.ſignificat.Calder.conſ.130.circ. med.verſ.nec illa verba de iudic.Marant.in prax.p.4 tit. An Iudex ſit competens num.9. Rom.conſ.314. n.3.Barboſ.clauſ.176.n.19.&* 20.

Prout pariter non obſtat, quod ad proban-
15 dum † ſimulationem (quippe quod ſecreto
committi ſolet) admittantur etiam præſumptiones *l.qui autem §.non ſimpliciter ff.ſi quis omiſſ. cauſ.teſtam.Giurb.obſeru.18.num.5. verſ.colluſiſſe autem dicimus lib.1.Viu.dec.296.nu.1.lib.2.* Quia
16 vera eſt concluſio quando † præſumptiones
ſunt perfectæ, concludenter probatæ, ac tales vt neceſſario concludant ſimulationem ex latè congeſtis per *ſan.mem. Gregor. XV. deciſ.238. & deciſ.517. num.2. & in Toletana penſionis 27. Ianuarij 1627. coram me*; Secus verò quan-
17 do prout in præſenti caſu, ex teſtibus informiter examinatis, non perſiſtentibus in dicto, deponentibus de auditu, ac alijs ſupradeductis nulla reſultat valida, perfecta, ac probata præſumptio *ſa.me.Greg.238.& deciſ.517. num.2. Rot.deciſ.135.num.1.poſt primum vol.conſ.Farinac. in Bononien. penſionis 27.Octobris 1610.coram Pena impreſſ.apud Marcheſ.de commiſſ.par.1.fol.617. in fin.in Auguſtana Decimarum 27. Iunii 1639. §. nam placuit coram R.P.D. meo Bichio, in Toletana penſionis 27. Ianuarii 1627. & in Beneuentana Salium 17.Febr.1634.coram me.* Imò in contrariũ militent vrgentiſſimę præſumptiones reſultantes tam ex ſanatoria Apoſtolica obtenta
18 per † penſionarium ſuper alijs defectibus, quę
prorſus otioſa fuiſſet ſi prætenſum pactum præceſſiſſet ad *text.in cap.2.de fil. præsb.in 6. Gemin.conſ.33.ſub num.8.* & in alijs relatis in *Veneta indulti 7.Iunii 1647.coram Eminentiſſ.D.Cardinali Otthobono, & in Reatina penſionis 13. Febr. 1651.coram eodem.* Et propterea veriſimile non
19 eſt quod penſionarius voluerit † inutiliter
iactare expenſas in illius expeditione, *l. cum de indebito ff.de prob.Surd.conſ.80.num.1.* & fuit dictum in *Firmana fabricæ 4. Decembris 1630. coram me*; Quam ex ſolutionibus penſionis per Ghiſilerium met eidem Marentio factis, quas certo non ſoluiſſet ſi prædictum pactum præceſſiſſet ex ſupradeductis.

Alia vero duo obiecta ob exceſſum ſcilicet penſionis in quinta parte fructuum, & incapacitatis titularis tanquam debitoris communis ærarij pro eiuſdem penſionis inualiditate deducta non ſunt attendenda. Tum quia illud deductum ratione exceſſus corruit ex quo de exceſſu non conſtat niſi ex fide extraiudiciali Reuiſoris pro Religione in Ciuitate
20 Veneta, † quæ in iudicio non probat *Rot. deciſ.255.num.3.& 4.& deciſ.360. numer.6. par.1.in recent.in Sabinen. Caſtri Vacunæ 14. Martij 1611. coram Penia*, & in alijs iuribus ſupradeductis. Tum denique quia vtrumque obiectum fuit ſublatum per Sanatoriam Apoſtolicam ſuper dictis defectibus per Marentium obtentam, & datam in Sum. Lanfreducci *num.9.*

Nec ſubſiſtit quod dicta Sanatoria ſit obreptitia tum ob taciturnitatem pacti de non petendo, nec exigendo penſionem durante poſſeſſione Ghiſilerii; Tum ob narratiuam factam Papæ, ſcilicet, quod de tempore datæ gratiæ fuerit per Ghiſilerium ſolutum debitum, quod habebat cum ærario; quod tamen Penſionarius non iuſtificat: Quia dicti pacti taciturnitas non afficit cum illud non probetur ex ſupra ponderatis, Prout nec officit quod Penſionarius non iuſtificet debitum
21 Ghiſilerii fuiſſe ſolutum, cum hoc † onus
ſpectet ad titularem tanquam fundamentum ſuæ intentionis, quando, proui hic Penſionarius non agit, ſed eſt reus, & titularis dat de obreptione gratiæ ob falſam narratiuam factę ſolutionis communi ærario, *l.actor.C.de probat. l.fin. C.de rei vendic. Rot.in Acernen. Vicarii prima Iunii 1652.coram R. P. D. meo Bichio in Baſilien. Canonicatus 17. Martii 1631.& in Gerunden. beneficii 25.Maij 1635. coram me.*

Et ita &c.

ROMANA PRAETENSORVM CAMBIORVM.

Veneris 30. Aprilis 1655.

ARGVMENTVM.

Deliberatio exceſſiua nullum ius tribuit. Solutiones ſubſequentes quando inducant præſumptionem præcedentium terminorum Facultas cambiandi ſine intimatione quando fieri nequeat ſine illa, & quomodo procedat d. materia declaratur.

SVMMARIVM.

1 *Deliberatio exceſſiua deliberatario nullum ius nec quoad poſſeſſionem, nec quoad dominium tribuit.*

2 *Solutio pagarum præcedentium præſumitur ex ſolutionibus ac reſpectiuè receptionibus plurium pagarum ſeu terminorum ſubſequentium.*

3 *Talis præſumptio admittitur ad impedien. executionem obligationis Cameralis.*

4 *Et dicitur liquidiſſima probatio.*

5 *Ac habet locum etiam ſi ſtatutum vel lex requireret probationem inſtrumentalem.*

6 *Creditor pecunijs egens non eſt veriſimile quod diu diſtulerit ſuum creditum petere.*

7 *Ianuenſes ſequendo mores Patriæ ſunt diligentes in exigendo.*

8 *Cambiari nequeunt per creditorem habentem facultatem à debitore illi pecuniarum termini quorum dies ſolutionis nondum venit.*

9 *Cambiandi facultas in caſu moræ non extenditur iſta non exiſtente & ſic cambia non debentur.*

10 *Cambiandi facultatem habens debet intimare vt qui dedit facultatem ſciat ſub vſuris rigoroſis debitum exiſtere.*

11 *Cam-*

11 *Cambiandi facultas & ſi ſit data creditori etiam ſi-*
ne alia interpellatione, adhuc interpellatio requiri-
tur poſtquam pecunia fuit girata ſub cambijs licet
intimatio non ſit neceſſaria vt pecunia debita poſſit
poni ſub cambijs.
12 *Cambia non debentur ſi non conſtat de tranſmiſſione*
litterarum ad Nundinas.
13 *Hoc procedit quamuis fuerit conuentum quod de*
cambijs ſtetur aſſertioni & partitis creditorum,
quia intelligitur quatenus cambia ſint realia.
14 *Fraudis ſuſpicio augetur quoties conſtat de ſolito*
faciendi contractus ſimulatos, ab eiſdem perſo-
nis.
15 *Exceptio exceſſiuitatis, & nullitatis deliberationis*
non poteſt ſolum opponi ab eo, qui paſſus fuit deli-
berationem, ſed ab eo etiam qui habet hypotheca-
ta bona eiuſdem.
16 *Deliberationis iniuſtitia poteſt opponi ab hærede il-*
lius pro cuius debito illa facta fuit.
17 *Exceptio ſi ſit excluſiua intentionis agentis etiam à*
tertio poteſt opponi.

DECISIO DCCCCLXII.

1 RECEPTISSIMA eſt iuris concluſio† de-
liberationem exceſſiuam nullum tribue
re ius deliberatario ſuper re deliberata neque
quoad poſſeſſionem neque quoad dominium
l.4.§.condemnatũ ff.de re iud.Bart.in l.ſi in ſortem §.
*ſi centum nu.7.ff.de condit.indebit.Crauett.conſ.*819.
*num.*12.*verſ.ex Fulgoſ.id ſignificantius Hier.Leo d.*
*valent.*109.*num.*7.*Rot.deciſ.*411.*num.*26.*p.*5.*recen.*
*deciſ.*112.*num.*17.*&ſeq.penes Poſth.de ſubhaſt.Gre-*
*gor.dec.*198.*num.*1. *vbi Adden. & dec.*373. *num.*2.
& in terminis cenſus *dec.*153. *num.*7. *poſt Cene.*
de cenſ.& in Romana cenſuum 16.*Martii* 1646. *co-*
ram Reuerendiſſ. Tarraconen. Hinc Domini re-
ſoluerunt non eſſe exequendum mandatum
A.C. ad fauorem Saulij & Bezzi deliberata-
riorum ratæ ſcut. 15. mil. cenſus in maiori
ſumma ſcu. 50. mil. vt à prædictis prætendi-
tur debiti per D.Ducem & fratres de Sfortijs
Alexandro Pallauicino; quia dicta delibera-
tio ab exceſſiuitatis labe ſaluari non poteſt, dũ
fuit obtenta pro ſcu.8645. & tamen ex calcu-
lo dato pro parte D. Ducis apparet creditum
DD. Saulij, & Bezzi cum bon. me. Duciſſa
Sfortia occaſione cambij ſcu.10. mil. in quo
erat obligatus d. Pallauicinus pro ſolutione
annuorum ſcu.1200, tunc aſcendiſſe tantum-
modo ad ſc. 3969. quamuis & hæc etiam poſt
deliberationem à D.de Sfortijs ſoluta præten-
dantur.

Nec ex d. calculo ſunt expugnãdæ tres pri-
mæ paghæ ſub diebus 10. Maij & 10.Nouem
bris 1629. & 10. Maij 1630. in totum conſti-
tuentes ſummam ſcut. 1800. de quibus non
exhibentur quietantiæ, quia cum dentur 14.
ſubſecutæ ſolutiones continuatæ de ſemeſtri
in ſemeſtre ſcu.600. pro qualibet, intrat lega-
2 lis præſumptio † ſolutionis pagarum antece-
dentium deprompta ex *l. quicumque C.de apoc.*
*publ.lib.*10.*& notat Bald.ibi num.*9.*verſ. item qua-*
*ro Socein.verſ.*118.*num.*3.*lib.*4. *Menoch.præſumpt.*
139.*num.*13.*lib.*3. *Gratian.* qui alios cumulat
*cap.*716.*num.*16.*& ſeqq.Carolus de Graſſ.except.*25
*num.*13.*Gabr.de præſumpt.concluſ.*11.*num.*14. *verſ.*
*contrarium Rot.deciſ.*3. *de locat. in nouis, & in Ma-*
ceraten.Cenſus 22. *Iunii* 1646. *§.ſecundo deduceba-*
tur coram bo.me. Arguelles, quæ procedit etiam
in contractu Cenſuali, *Bald.in cap.litteris nu.*10.
*de delat.Rot.dec.*92.*num.*2.*par.*1.*diuerſ. & in Bono-*
nien.de Carnalibus impreſſ.poſt Marcheſ.de commiſſ.
*par.*2.*num.*8.*fol.*545. & admittitur ad impediẽ-
3 dam executionem † obligationis Cameralis,
*Matth.Coler.de proceſſ.execut. par.*4. *cap.*1. *nu.*129.
& 130.*Grat.dec.Marcb.*152.*in addit.num.*5.*& ſeq.*
4 Imò dicta præſumptio dicitur † liquidiſſima
probatio, vt in terminis per *Gratian.dicta deciſ.*
*March.*152. *num.*3.& habet locum etiam ſi ſta-
5 tutum † vel lex requirerent probationem in-
ſtrumentalem *Bald.in d.l.quicumque num.*1.*Gui-*
lelm.de Bened.in cap. Raynutius verſ. ſi abſq. liberis
*moreretur el ſecundo num.*89.*de teſtam. Saled. in l.*1.
*nu.*10.*C.de fid.* cum alijs per *Menoch.d.præſumpt.*
139.*num.*23.*Carocc.de locat.p.*4.*fol.*223.*ampliat.*8.
*num.*25.

Adminiculatur efficacia d. præſumptionis
attenta taciturnitate tot annorum,& receptio-
ne multarum pagharum abſque vlla prote-
ſtatione, ſeu reclamatione, non enim eſt ve-
6 riſimile quod Saulius † qui pecunijs egebat
tanto tempore diſtuliſſet petitionem prædicti
crediti ad notat per *Pariſ.conſ.*83. *num.*27. *lib.*1.
*& conſ.*137.*num.*12.*lib.*4.*Menoch.conſ.*715.*num.*4.
*lib.*7.*Rota deciſ.*224.*num.*8.*par.*6.*rec. & in Romana*
Dotis 5. *Iunii* 1648. *coram Reu. P. Domino meo*
Celſo.

Et fortior redditur eadem præſumptio ex
quo Thomas Saulius frater creditoris, illiuſq;
procurator ad exigendum morabatur domi
Duciſſæ Eleonoræ principalis debitricis ſua
negotia gerendo, & in actu ſolutionis, quæ
de ſemeſtri in ſemeſtre in maiori ſumma fie-
bat ab Alexandro Pallauicino debitore eiuſ-
dem Duciſſę Eleonorę dictus Thomas erat ſo-
litus detrahere ſummam ſuo fratri, & Bezzo
debitam ex cauſa dicti Cambij, prout etiam
defuncta dicta Duciſſa ipſi Saulius & Bezzus
per quatuor annos ſubſequentes ſemper eam-
dem ſummam adamuſſim exigerunt vigore
mandatorum executiuorum, quæ certè ob-
tenta fuiſſent pro tota quantitate, ſi in maiori
ſumma creditores extitiſſent, mores enim pa-
7 triæ † Ianuenſis ſummam diligentiam in exi-
gendo ſuadent *Rot.Ianuen.deciſ.*139.*num.*9. *Mer-*
*lin.deciſ.*714.*num.*22. Quare in hoc fuiſſe Supi-
nos non eſt præſumendum *Afflict.dec.*13.*n.*29.
*Surd.deciſ.*105.*num.*2.*Ciriac.controu.*516. *num.*14.
Et ex abbundanti quando etiam mora reſpe-
ctu alicuius termini potuiſſet conſiderari (cũ
tamen nulla prorſus concurrat) vtique quan-
titas illius termini potuiſſet ſub cambijs rigo-
roſis tranſmitti,non autem tota ſumma cam-
8 bij, comprehenſis etiam terminis, † quorum
dies ſolutionis non ceſſerat, vt eſt *text.clarus in*
l.Seia 12.*ff.de vſur.*

Inſuper dictus calculus inutiliter impugna-
tur ex quo debuiſſent poni cambia rigoroſa
ſtante expreſſa conuentione contenta in in-
ſtrumento cambij ſcut.10. mil. cum Duciſſa
celebrato ſumendi ſummam debitam per

D.Duciſſam ad cambia currentia in caſum
moroſitatis Pallauicini delegati in ſoluendis
9 annuis ſcu.1200. quia cum dicta † facultas cã-
biandi non ſit pura, ſed conditionalis in ca-
ſum moræ & hæc non probetur contracta ob
non purificatam conditionem, ſub qua fuit
conceſſa, euaneſcit, nec cambia rigoroſa de-
bentur *Buratt. deciſ. 151. num. 1. & 2. & in Cremo-
nen. ſeu Iannen. Pecuniaria prima Iulii* 1648. *§. nec
dicatur coram Reuerendiſſ. Tarraconen.* Imò mora
prorſus excluditur ob dictas ſolutiones vt ſu-
prà probatas; Et cum D. Duciſſa non ceſſa-
uerit in ſolutione conuenta ſcu. 1200. annuo-
rum non poterat grauari in cambijs, & recã-
10 bijs † quæ in omnem caſum requirebant in-
terpellationem adhoc vt D. Duciſſa ſciret de-
bitum eſſe ſub vſuris rigoroſis, & mediante
ſolutione poſſet ab illis ſe liberare *Rot. deciſ. 52.
per tot. part. 2. recent. & deciſ. 60. numer. 6. penes
Salgad.*

Non obſtat, quod eſſet data facultas ſumẽ-
di ad cambium abſque vlla intimatione, nam
licet non requireretur intimatio vt pecunia
debita poni poſſet ſub cambijs ob renuncia-
tionem intimationis (quatenus in inſtrumen-
to fuerit appoſita) attamen poſtquam pecu-
nia fuerat girata ſub cambiis rigoroſis, vt de-
bitor ſciret certo ſuum debitum eſſe ſub vſu-
ris grauioribus, & ab illis ſe poſſet eximere,
11 eſſentialiter requirebatur † intimatio non
obſtante illius renunciatione, vt firmat *Rota
in Romana Cambiorum 24. Iunii* 1618. *coram bon.
me Manzanedo, & in Anconitana Cambiorum* 10.
Martij, & 2. Aprilis 1649. *coram R.P. D. meo
Peutingerio.*

12 Præterea ceſſant prætenſa cambia, † cum
non conſtet legitimè de tranſmiſſione littera-
rum ad nundinas, quo caſu illa non debentur,
*Rot. deciſ. 775. numer. 1. par. 4. diuerſ. coram Mel-
lin. deciſ. 12. per tot.* cum alijs adductis per *Adden.
ad Buratt. deciſ. 532. num. 8.* nihil refragante pa-
cto quod de cambijs ſtetur aſſertioni, & par-
titis creditorum, quia pactum huiuſmodi ha-
bet tacitam conditionem quatenus cambia
13 ſint realia *Dec. conſ. 216. n. 96. verſ. ſecundo reſpon-
detur Rot. dec. 556. in fin. p. 1. recent. Capic. Latr. dec.
106. n. 46.* cũ aliis quos in puncto refert & ſe-
quitur *deciſ. in Romana Cambij 17. Febr.* 1952. *§.
ad ſecundum coram R.P.D. meo Bichio*, & aſſertæ
litteræ laborant ſuſpicione fraudis ex fidibus
plurium perſonarum affirmantium nunquã
adfuiſſe in Ciuitate Lugdunẽ Mercatorem
nuncupatum Ioſephum Oliuerium, ad quem
litteræ cambij tranſmiſſæ figurantur; Et au-
14 getur ſuſpicio ex qualitate † perſonarũ quas
feciſſe alios contractus ſimulatos conſtat ex
deciſ. Merlin. 714. per totam.

Nec hæſitandum eſt prædictam exceptionẽ
exceſſiuitatis & nullitatis deliberationis poſſe
opponi per Dominos Ducem, & fratres de
Sfortijs; Quia ſicuti poſſet opponi à Pallaui-
cino qui paſſus fuerat deliberationem, ità po-
15 teſt dari ab eiſdem, † qui vti hæredes Duciſ-
ſæ matris habent hypothecata omnia iura
Pallauicinorum occaſione alterius cenſus ſcu.
50. mil. & propterea omnia iura & exceptio-
nes competẽ Pallauicino vtiliter exercere,
poſſunt non ſecus ac ipſe Pallauicinus poſſet
directo *l. ſicut l. penult. C. non numer. pec. Barboſ. in
l. 1. p. 6. num. 37. ff. ſolut. matrim. Cæſar. Manent. conſ.
124. num. 34.* alijque allegati à moderno Nea-
politano de *credit. cap. 4. q. 11. num. 1770. & ſeqq.
& per Salgad. in laberent credit. p. 1. cap. 40. nu. 10.
& ſeq.*

16 Tum quia † eorum intereſt dare de iniuſti-
tia deliberationis vti emanatæ pro debito ma-
tris, cuius ſunt hæredes, nè alias eneruet cen-
ſum maternum integrè ad illos vti hæredes
ſpectantem, *Gratian. diſcept. 691. num. 18. Rot. de-
ciſ. 175. num. 11. p. 1. rec. & deciſ. 189. num. 37. poſt
Zacch. de oblig. Camer. & in Romana Domus 25. Fe-
bruar. 1641. coram R.P.D. meo Cerro.*

17 Eoque facilius cum † exceptio ſit excluſiua
ipſo iure intentionis agentis propter exceſſũ,
& vſurariam prauitatem, & alias rationes ſu-
perius firmatas, & propterea benè etiam per
tertium opponi potuiſſet, *Surd. conſ. 415. n. 16.
à verſ. ſecundo reſpondeo, & num. 17. Menoch. conſ.
395. num. 66. & 91. lib. 4. & conſ. 665. num. 11. Mut.
deciſ. 20. num. 19. in fin. & dixit Rota coram me in
Romana Saluiani 4 Iulii* 1640.

Et ità fuit deciſum mandatum A. C. non
eſſe exequendum vtraque parte informan-
te &c.

FESVLANA CANONICATVS.

Veneris 14. Maii 1655.

ARGVMENTVM.

Inſtitui non debet præſentatus lite pendente.

SVMMARIVM.

1 *Inſtitutio ſpectat ad Auditorem Rotæ quando bene-
ficium vacat pendente lite.*
2 *Primum beneficium vacat per aſſecutionem alterius
incompatibilis ſub eodem tecto.*
3 *Inſtitutio quibus concurrentibus nequeat præſentato
denegari.*
4 *Lis non extinguitur per ſententiam executioni non
demandatam etiam ſi tranſiuerit in iudicatum.*
5 *Patroni non poſſunt præſentare pendente lite.*
6 *Lis inter præſentatos operatur vt vno mortuo ad-
huc ſit diſcutiendum ius defuncti.*

DECISIO DCCCCLXIII.

POSTQVAM *Rot. ſub diebus 5. Maij 1653.
& 16. Martii 1654. coram R. P. D. meo Peu-
tingerio*, dixit non conſtare de cauſis reſtitu-
tionis in integrum aduerſus ſententiam Or-
dinarij Feſulani, latam pro inſtitutione Hie-
ronymi de Cardis ad Canonicatum vacantem
de anno 1649. per obitum Hipolyti de Bod-
dis in Eccleſia Collegiata Caſtri Fighinæ, de
iurepatronatus Mariæ de Rubeis, & aliorum
donatariorum Comitiſſę Lucretiæ de Ricaſo-
lis, dictus Hieronymus in eadem Eccleſia
Collegiata alterum obtinuit Canonicatum.

ob

Digitized by Google

ob cuius aſſecutionem, & pacificam poſſeſſionem cum vacaſſet Canonicatus controuerſus, fuit ab eiſdem Patronis ad illum præſentatus coram *R.P.D. meo Peutingerio*, Dominicus de Lenzes, quem in propoſitione dubij ſuper illius inſtitutione non eſſe inſtituendum, Domini reſponderunt, & ratio fuit, quia licet Domini non reuocauerint in dubium Canonicatum controuerſum eſſe de Iurepatronatus illorum qui præſentarunt Dominicum, vt firmant deciſiones in cauſa coram *R.P.D. meo Peutingerio* editæ, & comprobauit ſententia Ordinarij in iudicatum tranſacta: Ac pręſentem † Inſtitutionem ſpectare ad Auditorem, cum Beneficium vacauerit lite pendente in *Rota clem. auditor. de reſcript. Modern. Auenion. q. benef. par. 2. cap. 3. §. 15. num. 3. Modern. Corton. prax. iudic. par. 1. cap. 13. num. 589. Seraph. deciſ. 1238. num. 5. Merlin. deciſ. 46. num. 1. dec. 71. nu. 11.* in terminis inſtituendi præſentatum *deciſ. 488. num. 1. par. 3. rec.* & in *Calaguritana beneficij de Ocon. 1. Iulij 1652. §. nec Sebaſtiani coram R.P.D. Zarate.* Nec minus dubitauerint de habilitate Dominici præſentati, ac de vacatione Canonicatus controuerſi reſultante ex aſſecutione per Hieronymum facta alterius Canonicatus incompatibilis ſub eodem tecto *c. de multa de prab. c. litteras de conceſſ. præb. cap. 1. de conſuet. in 6. Garz. de benef. par. 11. cap. 5. num. 83. & ſeq. Seraph. deciſ. 256. num. 3. Rot. deciſ. 497. lib. 1. par. 1. diuerſ. deciſ. 492. num. 1. par. 4. rec.* & alias

1 (margin number beside "ſentem † Inſtitutionem")

3 ſæpe, quibus concurrentibus Inſtitutio † non ſolet denegari *c. Monaſterium 17. quæſt. 7. c. cum Bertoldus vbi Abb. num. 12. de re iudic. c. dilecti vbi gloſ. verſ. plus iuris de offic. deleg. c. quoniam c. ſi verò c. ex inſinuatione de Iurep. Duran. deciſ. 100. num. 1. Rot. in rec. deciſ. 680. num. 3. par. 1. & deciſ. 337. num. 1. par. 2.*

Attamen cum adhuc duret lis alias introducta inter dictum Hieronymum de Cardis præſentatum à Maria, & litis conſortibus, & Antonium de Foſſis præſentatum à Seriſto-

4 riis, cum illa non fuerit extincta † per dictam ſententiam Ordinarij Feſulani vti executioni non demandatam *Lancell. de attent. c. 4. in præſ. num. 230. Sarnen. de ann. quæſt. 44. Mohed. deciſ. 3. in fin. vt lit. pend. Caputaq. deciſ. 172. num. 5. par. 2. Rot. dec. 692. num. 3. in fin. par. 2. rec.* & in puncto ſententiæ lapſæ in iudicatum dixit *Rota deciſ. 25. num. 7. inter impreſſ. apud Modern. Piſan. de Iupat.* Sequitur per neceſſe quod ſtante d. pendentia litis Canonicatus controuerſus fuit effectus litigioſus, ad quem propterea pendente

5 lite, Patroni † non niſi nulliter potuerunt alium præſentare in locum d. Hieronymi, vt eſt *text. in c. 1. & 2. vt lit. pend. in 6.* qui habet locum etiam in præſentatione *Calder. conſ. 1. vt lit. pend. conſ. 18. de Iurep. Lapcalleg. 22. num. 3. vbi Adden. teſtatur de communi Garz. de benef. part. 5. cap. 9. num. 218. Creſ. dec. 10. de Iurep. Lotter. de re benef. lib. 2. quæſt. 20. num. 2. & ſeqq.* vbi ſignanter

6 ſub num. 8. ponderat quod ſi lite † principaliter mota inter præſentatos, vno mortuo, alter in eius locum præſentetur, adhuc erit diſcuciendum maius illius defuncti *Rota in Bonon. Iuriſp. 28. Martij 1639. coram bo. me. Buccabella*,

extenſa per *R.P.D. meum Bichium*, & in *Burgen beneficij 1. Iuly 1654. coram R.P.D. meo Meltio.*

Et ità ſtante dicta nullitate præſentationis Domini reſponderunt contrà; Dominicum, informantem, videlicet, ipſum non eſſe inſtituendum.

HISPALEN. DECIMARVM.

Lunæ 24. Maij 1655.

ARGVMENTVM.

Remiſſoria ex quibus concedatur in materia Decimarum.

SVMMARIVM.

1 *Decimarum cauſa cenſetur prophana in materia remiſſoriæ.*

2 *Remiſſoria in prophanis datur etiam ſine fumo, & in qualibet inſtantia data releuantia materiæ articulatæ.*

3 *Decimarum pro exemptione ſufficit quilibet titulus quando fuit probata immemorabilis.*

4 *Remiſſoria ſuper exemptione à Decimis conceditur etiam reiectis per prius priuilegijs deſuper exhibitis.*

5 *Examen nouum non debet concedi.*

6 *Examen nouum conceditur quando materia melius ſpecificatur.*

7 *A Decimarum præſtatione vt dicatur acquiſita libertas quæ requirantur.*

8 *Quaſi poſſeſſio in incorporalibus animo & verbo transfertur, nec requirit actum poſitiuum.*

9 *Decimæ debentur exercenti curam animarum, & ſic Parocho.*

10 *Amplia concurrente fumo Parochialitatis.*

11 *Teſtes ad perpetuam rei memoriam examinati inſeruiunt pro adminiculo.*

12 *Religio S. Hieronymi connumeratur inter Ordines mendicantium.*

13 *Conſuetudo immemorabilis alicuius Archiepiſcopatus quoad exemptionem Decimarum reſpectu mendicantium dicitur releuans pro obtinenda remiſſoria.*

14 *Tranſactio non excedit perſonas tranſigentium.*

15 *Rota Tribunal non attendit nec exequitur ſententias aliorum Tribunalium prætextu rei iudicatæ non conſtito de illarum iuſtitia.*

16 *Remiſſoria conceditur quando aduerſus rem indicatum fuit obtenta reſtitutio in integrum.*

DECISIO DCCCCLXIV.

DVAE in hac cauſa à Nuntio Apoſtolico Hiſpaniarū latę fuerunt ſententię, Prima ſcilicet, in ſummariſſimo Iudicio manutentionis ad fauorem Prioris & FF. S. Iſidori del Campo Ord. S. Hieronymi ſuper totali libertate ſoluendi Decimas Decano & Capit. Hiſpalen. ex prædiis tàm intrà, quàm extrà Dominium, & temporalē iuriſdictionē S. Pontij exiſtentibus; Altera verò in petitorio conde mnatoria eorū ndem ad ſolutionem Decim. ex prædijs acquiſitis poſt concordiā ann. 1379.

à die

à die tamen conteſtatæ litis, ſed cauſa in gra-
du appellationis ac reſtitutionis in integrum
commiſſa in Rota, & inſtantibus ijſdem Fra-
tribus pro remiſſoria ad effectum probandi
immemorabilem exemptionem a ſolutione
Decimarum; Dubitaui an illa eſſet conce-
denda cum retardatione vel ſinè, & Domini
1 affirmatiuè reſponderunt, † quia cauſa Deci-
marum ad effectum petendi remiſſoriam cen-
ſetur prophana, ſicut aliæ quæcumq; in qui-
bus non agitur de titulo beneficij iuxta *deciſ.
Puth.324. in fin. lib 2. in correct. Verall. deciſ.99.
par.1. coram ſa.me.Gregor.XV. deciſ.174. numer.1.
vbi Adden. num.7. litt.A. Caual. deciſ.238. num.1.
in rec. dec.183. num.1. par.4.* & in alijs relatis in
Hiſpalen. Decimarum 26. Iunij 1747. *coram Em.
D.Cardinali Corrado*; Ideoque data releuantia
materiæ articulatæ in qualibet inſtantia etiam
2 ſine fumo † illa venit concedenda *l. Iudices C.
de iudic. l. Iudices cum auth.ſeq.C.de fid.inſtr.ſa.me.
Greg.deciſ.124. num.1. & d. deciſ.174. num.2. Bu-
ratt.deciſ.656.num.1. & 5.* & in *Maceraten. reddi-
tionis rationis* 12. *Martij* 1645. *coram R.P.D. meo
Meltio*, & in terminis ad probandam imme-
morabilem fuit dictum in *Toletana Decimarum
27.Iunij* 1608. *coram Ottembergh*, & in *Tiraſonen.
coram Pirouano poſt 2.vol.con.Farin.deciſ.303.* in
Valentina coram Card.Caualer.deciſ.258. & in *Hi-
ſpalen.Decimarum 26.Iunij* 1647. *& 22.Iun.*1648
coram Em. D.Card.Corrado.

Releuantia ſiquidem in præſenti eſt incon-
trouertibilis, quandoquidem primus articu-
lus continens quod Prior,& Patres ab imme-
morabili tempore fuerunt exempti à ſolu-
tione Decimarum pro omnibus bonis quæ
proprijs manibus & ſumptibus colunt etiam
cum fama priuilegij eſt releuantiſſimus, quia
3 probata † immemorabili quilibet legitimus,
& validiſſimus titulus à dicto Priore,& Patri-
bus, adduci poterit pro prætenſa exemptione
*gloſ. fin.in c. in aliquibus verſ. quia Clerici vel Ec-
cleſia extrà de Decimis Rot. penes Creſcent. deciſ.1.
num.2.de Decimis Rot.in recen.dec.614. nu.1.par.2.
& deciſ.150. num.5. par.5.* & fuit dictum in *Va-
lentina Decimarum de Gandia 23.Febr.1601.coram
Seraph.* & in proprijs terminis hac ratione fuit
reſolutum conſtare de releuantia articulorum
ad effectum concedendi remiſſoriam quam-
uis priuilegia prius exhibita fuiſſent reiecta,
4 fuit reſolutum † in allegatis *Toletana Decimar.
27. Iunij* 1608. *coram Ottembergh in Tiraſonen.De-
cimarum 24. Maij* 1610. *coram bo.mem. Pirouano,
quæ eſt deciſ.303. poſt 2.vol.conſ.Farin.*in *Toletana
Decimarum 4. Septembris* 1615. *coram bo.me. Reu.
Seleucien.* & in alijs relatis in *Hiſpalen.Decimar.
26. Iunij* 1647. *coram Em.Cardin. Corrado*; Quod
tanto magis procedit ſtante fumo reſultante
ex d.ſententia lata ad fauorem Fratruum ſu-
per exemptione à ſolutione huiuſmodi Deci-
marum *Abb. & Feliu. in c. cum Apoſtolica de ijs
quæ fiunt à Prælat. in c. cauſam quæ numer.3.de præ-
ſcript. Rot. deciſ.474. numer.2. part 1. deciſ. 698.
numer.2. poſt med. par.3. & deciſ.23. numer.1. par.
6. rec.*

Non obſtat quod huiuſmodi immemora-
bilis alias in partibus fuerit articulata, & ſic
5 hodie deſuper nouum † examen non debeat
concedi *Rot.coram ſa.me.Greg.XV. deciſ.414. n.1.
coram Buratt.deciſ.273. num.10. & in rec.dec.235.
num.5. par.5.* Quia in partibus illa non fuit a-
deò clarè ac ſpecificè articulata cum fama
priuilegijs ac requiſitis *gloſſ.in c.1.verb.memoria
de præſcript. in 6.* prout hodiè articulatur, &
proptereà cum articuli hodiè exhibiti meliùs
ſpecificent id quod alias fuit ſimpliciter arti-
6 culatum,† remiſſoria non debet denegari *Abb.
in c.Fraternitatis n.9. verſ.nam qui probauit de teſt.
Rot. coram ſa. m. Greg.XV. dec.191. n.3.coram bo.
me.Coccino deciſ.23.n.3.in rec.dec.183.coram Caual.
dec.469.n.2. verſ.neq.videb.obſtare Buratt.dec.824.
n.3.p.4.* & in alijs cumulatis in *Tolet.Dec.*1615.
corā b.me.R.Seleucien.inter rec.deciſ.715.n.2. par.3.

Nec ſubſiſtit, quod d. Articulus ſuper im-
memorabili exhibitus non contineat Deci-
mas fuiſſe à Decano, & Capitulo petitas, il-
laſque à dictis Fratribus denegatas, ac huiu-
ſmodi denegationi Capitulum acquieuiſſe,
prout ad effectum acquirendi libertatem ab
7 huiuſmodi Decimarum pręſtationibus requi-
ritur iuxtà latè deducta in *d.Hiſpalen.Decimar.
26. Iunij* 1647. *coram Em.* D. *Cardinali Corrado*.
Quia contrarium conuincitur ex illius lectu-
ra, ibi ſcientibus, patientibus, tolerantibus, &
non reclamantibus, imò eidem exemptioni
annuentibus, & acquieſcentibus ijſdem Ar-
chiepiſcopo & Capitulo, ponderando præſer-
tim verba illa, *patientibus, & tolerantibus*, quæ
verificari poſſunt in denegatione Decimæ pe-
titæ, nec non ſubſequentia verba, exemptioni
conſenſientibus, cùm huiuſmodi explicitus
conſenſus Capituli exemptioni videatur ſuffi-
ciens ad acquirendam illius quaſi poſſeſſio-
8 nem,† quę in incorporalibus non requirit actū
poſitiuum, ſed animo, & verbo transfertur
*Menocch. de retinen. remed. 3. numer.159. Gratian.
diſcept.610. num.1. & 2. Caualer. deciſ.319. nu.5.
Buratt. deciſ. 133. num. 4. deciſ.347. num. 1. cum
alijs relatis per modern. Peruſinum de manut. obſeru.
55.num.8.*

Secundus verò Articulus continens Eccle-
ſiam S.Iſidori eſſe Parochialem, & in illa actu
exerceri curam animarum pariter eſt rele-
9 uans, quia conſtito de huiuſmodi † Paro-
chialitate Decimæ debentur illam exercenti
*c. cum contingat c. cum ſua de Decimis, c. fin.
de reſtitut. Spoliat. in 6. Rota in Calaguritana De-
cimarum 2. Decembris* 1654. *coram R. P. D. meo
10 Peutingerio*, eoque magis dum † Articulatur
probatio certorum confinium, & datur fu-
mus per atteſtationem iuratam à pluribus
ſubſcriptam, vt admiſit *Rota deciſ.183. in princ.
par.1. diuerſ.* & *deciſ. 381. num. 27. par.4. tom.2.
11 rec.* & per depoſitionem † teſtium ad perpe-
tuam rei memoriam citata parte examinato-
rum iuxta *Caſſador.dec.3.n.2.de dilat.ſa.me. Greg.
deciſ.163. num.1. Merlin. deciſ.15. num.3.* & fuit
dictum in *Calag.* ſeu *Nullius Iuriſdictionis 7.Feb.*
1607. *coram Ottembergh*.

Tertius denique, Articulus continens im-
memorabilem conſuetudinem totius Archie-
piſcopatus Hiſpaleñ. exemptiuam Ordinum
mendicantium (inter quos connumerari Re-
ligio-

Digitized by Google

12 ligionem ſancti Hieronymi,† præter proprias
Conſtitutiones firmat *Barboſ.de iur.vniu.Eccleſ.
lib.1.cap.41.numer.233. Suarez de Relig. tom. 4.
tract.9. lib.2. cap. 5. num.1. & 7.)* à ſolutione
Decimarum ex illis prædijs & fructibus pro-
prijs manibus & ſumptibus cultis,& reſpecti-
13 uè perceptis, eſt pari modo † releuantiſſimus
cum ex hoc ſolo capite alias Rota conceſſerit
remiſſoriam, vt in *dict.Toletana Decimarum 27.
Iunii 1608. §. releuantia coram Ottembergh. in Hi-
ſpalen. Decimarum pro Patribus Ieſuitis 26. Iunij
1647. coram Em.D.Card.Corrado* , & fauore Pa-
trum B.Mariæ de Mercede Ordinis Captiuo-
rum , in *Toletana Decimarum 16. Martij 1648.
coram R.P.D.meo Celſo* .

Nec obſtat concordia anni 1379. in qua
Monachi exceptis terris in territorio S. Pontij
promittunt ſoluere Decimas de omnibus bo-
nis quoquomodò acquirendis ; Quia d. con-
cordia non afficit niſi Ciſtercienſes, cum qui-
bus fuit inita, ſecus Fratres S.Iſidori , qui in
illa nullatenus fuerunt comprehenſi ex quo
Conuentus , de quo hodiè agitur , fuit con-
ceſſus Ordini Sancti Hieronymi per Mar-
tinum V. de anno 1420. & conceſſio confir-
14 mata anno 1435. cum regulare ſit tranſactio-
nem non excedere perſonas tranſigentium
*l. imperatores ff.de tranſact. l.1. C. eod. tit.l. ſi vnus
§. pactus nè peteret ff. pact. Franc. in c. vna ſenten-
tia num.3. verſ. ſed quæritur de appel. Rot. in rec.
deciſ.256. numer.6. part. 2. & deciſ.498. numer.7.
par.4.tom.2.*

Prout multòminus releuat ſententia de
partibus condemnatoria dd. Fratrum ad ſolu-
tionem Decimarum de bonis poſt d. Con-
cordiam acquiſitis quæ prætenditur in iudi-
14 catum tranſacta ; Tum quia † Rotæ Tribu-
nal non attendit, nec exequitur ſententias ex-
trà Rotam latas prætextu rei iudicatæ non
conſtito de illarum iuſtitia *Gnidop. deciſ. 215.
num.9. & deciſ.362. num.1. Rot.in rec.dec.594. nu-
mer.4. par.2. dec.43. num.6. par.5. tom.1.dec.240.
num.9.par.7.* & alias paſſim. Tum etiam quia
aduerſus dictam ſententiam fuit obtenta re-
ſtitutio in integrum, qua pendente remiſſoria
16 debet concedi *Rot.coram Verall.deciſ.67. num.1.
par.3. Caual.deciſ.170. num.2.deciſ.425. num.3.&
deciſ.469.num.3. Duran. dec.125. num.27. Buratt.
deciſ.555. num.4.* & in alijs relatis in allegata
*Toletana Decimarum 16. Martij 1648.coram R. P.
D. meo Celſo* .

Et ita vtraque parte informante Dñi re-
ſponderunt remiſſoriam eſſe dandam cum re-
tardatione, vel ſinè arbitrio Rotæ .

CALAGVRITANA BENEFICII DELLA BASTIDA .

Luna 24. Maij 1655.

ARGVMENTVM.

Nouo examini reiecti ab Examinatoribus Synodalibus quando non ſit locus .

SVMMARIVM.

1 *Appellatio à mala relatione Examinatorum datur .*
2 *Quod procedit etiam pro obtinenda ſubdelegatione pro nouo examine .*
3 *Examen nouum eſt modus dignoſcendi grauamen Examinatorum .*
4 *Nouum examen non debet dari ſi infrà annum coop-poſitor reiectus pro illo non inſteterit .*
5 *Litteratura non eſt habitus innatus , ſed contingens , & tractu temporis acquiritur .*
6 *Litteratura requiritur de tempore oppoſitionis , & ſic examinis , ſecus ex poſt ex quo potuit effici doctior .*
7 *Nouum examen etiam poſt longum tempus poteſt concedi concurrentibus legitimis impedimentis .*

DECISIO DCCCCLXV.

PROPOSITO per me dubio , An ſit ſub-
delegandum examen in partibus , fuit ne-
gatiuè reſolutum,quia licet Gabriel,& Petrus
de Vriate reprobati in examine habito coram
Examinatoribus Synodalibus , occaſione op-
poſitionis per ipſos factæ ad duas quartas
portiones beneficiorum ſimplicium vacantiũ
de menſe Augusti 1652. per aſcenſum Fran-
ciſci de Paternina ad dimidiam licentiatus ,
poſitas in concurſu iuxta motum proprium
1 Sa. mem. Clementis VIII. potuerint à mala
Examinatorum relatione appellare iuxta *dec.
Sa.me.Greg.XV. deciſ. 538. num.1.* & in *Calagur.
beneficij de Nieua 14. Febr.1650.coram bo.me. Ar-
guelles,* etiam ad effectum obtinendi ſubdele-
gationem pro nouo examine , vt notat *Adden.
ad eumdem Greg. deciſ. 517. litt. A. in fin.* & dixit
*Rota in Calag. beneficij de Alexan.9.Febr.1610. co-
ram Fel. rec. Innoc.X.* & in *Maioricen.Paroch. 13.
Iunij 1646. coram R. P. D. meo Celſo* , vbi quod
2 iſte eſt † modus dignoſcendi grauamen , vt
alias ſitinauit *Rota coram Sa.me.Greg. XV. deciſ.
527.num.2. ibique Adden.num.4. & deciſ.538. nu-
mer.2.* cum alijs relatis in *Calag. de Murella 15.
Iunij 1612.coram bo. me. Coccino* . Nihilominus
cum à die reiectionis dd. de Vriate vſque ad
præſens effluxerit quaſi trienniũ , dicto nouo
3 examini non eſt amplius locus , cum † pro il-
lo obtinendo debuiſſent infrà annum inſtitiſ-
ſe, cum tale tempus tantummodò pro iuſtifi-
catione grauaminis ſit conceſſum ex traditis
per *Lotter.de re benef. lib.2. quæſt.31. n.155. Rota
deciſ.505. num.4. par.2.rec.* cum alijs cumulatis
in *Calagur. benef. della Guardia 30. Aprilis 1655.
coram R.P.D. meo Meltio* , & ratio eſt quia lit-
4 teratura † non eſt habitus innatus, ſed contin-
gens, & tractu temporis acquiritur iuxta *text.
in l. ſtycus 12. ff. de leg.3. Lotter. de re benef. libr.2.
quæſt.31.num.155. Rot.deciſ.505.num.4. par.2. rec.*
& in *Calag. benef. de Cornago 10. Decembr. 1646.
coram R.P.D.meo Veroſp. confirmata 28.Iun.1647.
coram Eminent.D.Cardinali Otthobono* ; Ideoque
5 illa requiritur de tempore examinis non au-
tem poſt, cum quilibet poſt reprobationem
poſſit effici doctior , & ſic inhabilitatis obſta-
culum remouere Argumento *text. in c. ſi eo
tempore,vbi gloſſ.verbo effectus de reſcript.in 6. Abb.*
in

Google

in c. dudum num.8. de elect. cum alijs per *Lotther. de re benef. lib.2. quaeſt.31. num.155. verſ. ad quod*
6 *quidem examen*, & in fortioribus quod † approbatio poſt 21. menſes non ſuffragetur ad effectum ex illa dignoſcendi habilitatem de tempore primi examinis firmauit *Rota in allegata Calaguritana benef. de Cornago* 10. *Decembr.*1646. *coram R. P. D. meo Veroſpio confirmata* 28. *Iunij* 1647. *coram Eminentiſſimo Dom. Cardinali Otthobono*.

Non obſtant deciſiones in *Calaguritan. benef. de Ocon.*15.*Decembris* 1649. *coram bo.me. Arguelles*, & in *Calag.benef. S.Martini* 1652. *coram R.P. D.meo Alberg.*& ſimiles allegatæ per informantes pro illis de Vriate firmantes Rotam etiam
7 poſt longius tempus † noua examina conceſſiſſe; Quia in caſibus illarum aderant legitima impedimenta, quorum cauſa reprobati non potuerunt anteà ſe nouo examini ſubijcere, quæ in præſenti caſu non probantur adeſſe, cum allatæ excuſationes ductæ ex difficili acceſſu ad Vrbem,ob eorum paupertatem ſint nullius momenti ex quo dd. de Vriate potuerunt, prout hodiè faciunt, inſtare per Procuratorem pro ſubdelegatione Iudicis in partibus pro dicto nouo examine.

BARCHINONEN. ALIMENTORVM.

Lunæ 31. Maij 1655.

ARGVMENTVM.

Præpoſiti de quibus bonis teneantur ſubminiſtrare Capitulo portiones.

SVMMARIVM.

1 *Præpoſiti tenentur ſoluere portiones non ſolum de bonis eiſdem à principio aſſignatis, ac de bonis particulariter ipſis donatis, ſed etiam de bonis Parochialium eiſdem Præpoſituris vnitarum.*
2 *Deciſiones iuxta ſtylum veniunt ſupponendæ.*
3 *Actus cum adminiſtratore geſtus potiùs pro eo cuius bona adminiſtrat quam pro ipſomet geſtus cenſetur.*
4 *Acquiſitio per adminiſtratorem facta, debet reputari facta pro Domino.*
5 *Adminiſtrator cenſetur acquiſiuiſſe de bonis quæ adminiſtrat.*
6 *Vnio debet interpretari iuxta mentem Pontificis vnientis,& reduci ad cauſam quæ Papam mouit ad vniendum.*
7 *Gratia interpretatur ſecundùm rationem expreſſam.*
8 *Supplicari ſolet ab eo qui habet intereſſe.*
9 *Abſolutio ab Excommunicationibus in certa gratia adiecta ſolum conceditur illi in cuius fauorem gratia emanauit.*
10 *Solutionis actus adſcribi ſolet illi de cuius intereſſe principaliter tractatur.*
11 *Supplicatio præſumitur porrecta ab illo qui nominatur Orator quando concurrit impenſa.*
12 *Res præſumitur dotalis ex conſenſu per maritum præſtito in alienatione.*
13 *Incorporationis ac vnionis ea natura eſt vt eodem iure cenſeantur bona incorporata, & ea quibus incorporantur.*
14 *Vſusfructus qui poſteà accreſcit, pignori cedit.*
15 *Gratia regulatur à cauſa finali.*
16 *Penſionis ſolutionem non prætendi ſolet, niſi ab ipſo vero beneficij poſſeſſore.*
17 *Obſeruantia eſt omnium interpretationum regina, & facit litteras Apoſtolicas intelligi eo modo quo fuerunt obſeruatæ quamuis intellectus contrarius videretur de iure verior.*
18 *Statuere quis non poteſt ſuper bonis ſuper quibus non habet dominium.*

DECISIO DCCCCLXVI.

IN triplici differentia ſunt bona poſſeſſa per Præpoſitos Maij Septembris, Octobris, & Decembris,ex quibus Capitulum,& Canonici Barchinonen. prætendunt conſequi portiones iuxtà Statutum anni 1582. nempè bona commendata per Capitulum toto corpori Præpoſitorum anno 1157. bona particulariter donata eorum Præpoſituris anno 1289. & bona Eccleſiarum Parochialium certis præpoſituris vnitarum per Pontifices Alexandrum VI. de annis 1501.& 1503. & per Leonem X. anno 1512. orta differentia inter d.Præpoſitos, & Canonicos ſuper huiuſmodi præſtatione fuit hodiè propoſitũ dubium, de quibus bonis tenerentur d. Præpoſiti ſoluere has por-
1 tiones, & fuit reſolutum illos † teneri non ſolum de bonis à principio aſſignatis, & de bonis particulariter eiſdem donatis,vt anteà fuit deciſum coram *bo.me. Coccino deciſ.* 537. *par.*5. *tom.*2.*rec.* confirmata coram me 17.Maij 1647 & 15. Decembris 1649. quas deciſiones de
2 ſtylo † eſſe ſupponendas in præſenti diſputatione DD. dixerunt, ſed etiam de bonis dd. Parochialium, vt ſuprà vnitarum Præpoſituris Maii, Septembris, & Octobris, circa quæ tota cadit controuerſia, & illa eſſe ſolutioni præd. obnoxia duplici fundamento fuit dictũ.

Primò,quia dato quod dicti Præpoſiti ſint nudi adminiſtratores, & quod dominium bonorum ipſis per Capitulum commendatorum, & reſpectiuè donatorum ſpectet ad Capitulum, vt firmant ſupradictæ deciſiones, ſequitur dictas vniones fuiſſe factas in fauorem
3 Capituli, & Canonicorum, cum † actus cum adminiſtratore geſtus potius pro eo,cuius bona adminiſtrat quam pro ſe ipſomet geſtus cenſeatur *Bart. in l.poſt mortem §. 1. ff. quand. ex Fact.tut. in l. Titium & Meuium, §. altero num.* 1. *ff. de adminiſtr. tut. Menocch. de arbitr. caſ.*88. *numer.*47. *Mantic.de tacit. lib.*8. *tit.*18. *num.*7. cum alijs relatis per *Maſcard. de probat. concluſ.* 661. *num.*10. *Seraph. deciſ.*179. *& deciſ.* 707. Et pro-
4 pterea acquiſitio per eum facta potius debeat reputari facta pro Domino quam pro ſe *l.Seruus communis, & l. proinde ff. de ſtipul. ſeru. l.ſi duo ff. per quas perſon.nob. acq. Natt. conſ.* 211.*num.*4. *lib.*1. vbi loquitur de emptione facta ab executore Teſtamentario *Mantic. de tacit. lib.*4. *tit.* 22. *numer.*21. vbi quod eſt ſpeciale in admini-

ſtratore

5 ſtratore quod † cenſeatur acquiſiuiſſe de bo-
nis quæ adminiſtrat cum ſimilibus allegatis
in deciſione edita in hac cauſa 17. Maij 1647.
§. 2. *verò articulus coram me*.

Secundo, & principaliter moti ſunt Domi-
ni ex tenore Vnionum dd. Parochialium,
nam ex illarum lectura apparet eas fuiſſe fa-
ctas contemplatione Capituli.

Nam prima vnio Parochialis de Argento-
na facta Præpoſituræ menſis Decembris vide-
tur hoc denotare: Tum quia cum in ea Papa
expreſsè enunciet quod Præpoſitura hæc ad
incumbentia onera ſupportanda minimè ſuf-
ficientes redditus habebat, & profiteatur quod
per huiuſmodi vnionem eiuſdem Præpoſitu-
ræ & Eccleſię Barchinoneñ. neceſſitatibus non
6 parum conſuleretur, † vnio reduci debet ad
cauſam quæ Papam mouit, & iuxta illam in-
terprætari *Angel. conſ. 248. numer. 3.* cum alijs de
quibus per *Barboſ. axiom. 40. num. 1. Alban. conſ.
52. num. 10. Surd. conſ. 164. num. 32. Honded. conſ.
35. num. 31. lib. 2.* vbi quod ratio expreſſa fa-
7 cit, quod ſecundùm eam † gratia interprætur
Rot. dec. 109. n. 9. par. 4. tom. 2. rec. & in proprijs
terminis Vinionis *Rot. ead. par. 4. to. 2. rec. dec. 90.
num. 18.* quod procedere etiam in gratijs motu
proprio factis, quando in illis Papa expreſſit
cauſam, probat *Barboſ. de clauſ. clauſ. 79. nu-
mer. 23.*

Tum quia pro hac vnione ſupplicauit Ca-
pitulum; Vndè eo magis redditur euidens
quod pro illius vtilitate Papa ad vnionem de-
8 ueniebat † ſupplicari enim ſolet ab eo qui
habet intereſſe iuxta notata per *Adden. ad Greg.
deciſ. 331. num. 19.*

Tum etiam quia in litteris Vnionis expreſ-
sè legitur abſolutio à cenſuris quod Capitu-
lum, & illius ſingulares perſonas, ibi, Nos
igitur eoſdem Capitulum & Matthæum, &
ſingulares perſonas Capituli à quibuſuis Ex-
communicationis, ſuſpenſionis ad effectum
præſentium dumtaxat conſequendi &c. abſo-
lutos fauore cenſentes, &c. Vndè etiam cla-
rè datur intelligi, quod gratia reſultabat in fa-
9 uorem Capituli, quia † talis abſolutio ſolùm
conceditur illi, in cuius fauorem & commo-
dum gratia emanauit ad *tradit. per Riciull. de iu-
re perſon. lib. 4. cap. 9. num. 1. Mart. de clauſ. clauſ.
47. num. 1.*

Tum denique, quia pro eiuſdem Vnionis
expeditione Capitulum fecit expenſas neceſ-
ſarias *Sum. num. 8. & 9.* Signum euidens quod
Primario vtilitas erat eiuſdem Capituli, cum
10 regulariter actus † ſolutionis adſcribi, ſoleat
illi, de cuius intereſſe principaliter tractatur,
vt in terminis procuratoris dixit *Rot. poſt Poſth.
de manut. dec. 47. n. 2.* & notat *Maſcard. de probat.
concluſ. 611. numer. 16.* & in proprijs terminis
11 quod ex impenſa præſumatur † ſupplicatio
porrecta ab illo qui nominatur Orator dicti
Adden. ad Greg. deciſ. 331. num. 19.

Quibus accedit quod ad Capitulum ſpe-
ctabat ius prouidendi de Parochiali Vnita, vt
legitur in eiſdem litteris Vnionis, *ibi*, cuius
collatio dum pro tempore vacat, ad Epiſco-
pum, & dilectos filios Capitulum Barchino-
neñ. de antiqua, & approbata hactenus obſer-
uata conſuetudine pertinet; Nè autem dica-
mus Capitulum abdicaſſe à ſe dictum ius,
concludendum eſt neceſſario quod conſenſe-
rit, quia agebatur de propria vtilitate, & de v-
nione in proprium commodum reſultante,
12 vt in ſimili quod ex † conſenſu per maritum
præſtito in alienatione res præſumatur dota-
lis *Ciriac. controu. 29. num. 39.* & rurſus *contr. 251.
num. 27.*

Secunda Vnio Paroch. S. Ioannis de Pinu
facta Præpoſiturę menſis Oct. de qua in *Sum.
num. 2.* pariter non eſt minus clara, emanauit
enim ſimiliter ad ſupplicationem Capituli,
Capitulum parimodo expenſas fecit pro expe-
ditione, & Papa in fine litterarum conſidera-
uit onera Præpoſituræ per clauſulam, Prouiſo
quod Præpoſitura, & Parochialis Eccleſia de-
bitis non fraudentur obſequijs, ſed eius, &
Præpoſituræ portentur onera conſueta.

Sed vlteriùs progreditur hæc ſecunda V-
nio, nam Papa in ea expreſsè profeſſus fuit ſe
vnire bona Parochialis Eccleſiæ non perſonæ
Præpoſiti, ſed bonis Præpoſituræ, dicit enim
quod cū bona Prępoſituræ, & Parochialis pro-
pinqua exiſterent, & propter huiuſmodi pro-
pinquitatem inter Præpoſitum, & Rectorem
Parochialis Eccleſiæ ſuper fructuum perce-
ptione, lites, & quæſtiones exorirentur, eiſdem
litibus obuiaretur ſi Parochialis dictæ Præpo-
ſituræ perpetuò vniretur, annecteretur, & in-
corporaretur. Ex hoc autem apertiſſimè ſe-
quitur, quod ſicut bona Præpoſituræ erant
ſub dominio Capituli. Ità & hæc incorpora-
ta, & vnita, talis enim eſt natura incorpora-
13 tionis, & vnionis, † quod, ſcilicet, eodem
iure cenſeantur bona incorporata, & ea qui-
bus incorporantur *text. ſunt in terminis ſatis pro-
ximis*, & ſimilibus in *l. ſi conuenerit* 18. §. *ſi nuda
14 proprietas pignori data ſit*, † vſusfructus qui po-
ſteà accreſcit, pignori cedit *ff. de pign. act. leg. ſi
fundus 16. ff. de pign.* ibi, *ſi fundus hypothecæ da-
tus ſit*, deindè alluuione maior factus, totus o-
bligatur *l. ſi ego, §. fin. ff. de public. in rem act. l.
quod in rer. 24. §. ſi quis poſt ff. de leg. 1. l. id quod 7.
ff. de peric. & commod. rei vendit.* cum mille alijs
concordantibus qui poſſent allegari, & in
proprijs terminis Vnionis *Garz. de beneſ. par. 12.
cap. 2. annot. 12. Rot. coram Put. dec. 240. n. 4. in fin.
lib. 1. coram Seraph. deciſ. 645. num. 2.* & coram
Sa. me. Greg. XV. deciſ. 112. num. 5.

Et re vera ſi bona iſta diuerſo iure cenſe-
rentur, admittendo, ſcilicet, quod dominium
bonorum Parochialis ſpectaret ad Præpoſi-
tum, bonorum verò præpoſituræ ad Capitu-
lum Papa non conſecutus fuiſſet finem, ob
quem mouebatur ad vniendum, id eſt, non
obuiaſſet litibus, & quæſtionibus, quæ inter
Præpoſitum, & Rectorem quotidiè oriri po-
terant, quippeque ſemper remanſiſſent ſemi-
na earum inter Præpoſitum, & Capitulum.
15 Hoc enim non eſt dicendum quia † gratia
regulatur à cauſa finali ex ſupràallegatis, &
ſic de primò ad vltimum concludi debet,
quod hæc etiam vnio facta fuerit in vtilita-
tem Capituli.

Non

Digitized by Google

Non obſtat quod in Vnionibus menſium Maij & Octobris, Papa non ſolum voluerit obuiare litibus, & quæſtionibus, quæ oriebantur inter confinantes, ſed vlteriùs etiam prouidere quod Præpoſiti commodius ſuſtentari valerent, quaſi quod hæc ſuſtentatio narrata neceſſario ſupponat vtilitatem Præpoſitorum; quia hoc benè ſe compatitur, & optimè verificari poteſt dato etiam quod Vniones factæ ſint in vtilitatem Capituli, intelligendo, ſcilicet, de commoditate ſuſtentationis, & facultate diſponendi de fructibus permiſſa Præpoſitis poſt ſolutionem portionum Canonicalium, aliàs ſi de totali vtilitate Præpoſiti Vnio intelligeretur, nunquam poſſet conciliari diremptio litium à Papa principaliter exoptata, & aliæ omnes conſiderationes de quibus ſuprà.

Tertia quoque vnio Parochialis de Bitu-
lonia facta Præpoſituræ menſis Maij *Summar.*
num.6. hoc idem clariſſimè præſefert, emana-
uit enim ad inſtantiam Capituli, Capitulum,
& ſingulares eius perſonæ fuerunt abſolutæ à
Cenſuris ad effectum conſequendi gratiam
expeditio fuit facta expenſis eiuſdem Capitu-
li, & Papa ſimili modo proteſtatus fuit ſe vni-
re, & incorporare bona Parochialis cum bo-
nis Præpoſituræ ad obuiandum litibus, vt in
alia antecedente, ſed hæc plus cæteris conti-
net, cum enim occaſione dimiſſionis Paro-
chialis factæ de tempore Vnionis per illius
tunc Rectorem reſeruata fuiſſet annua penſio,
eam perſoluit ſolum Capitulum; Ex huiuſ-
modi igitur oneris ſupportatione, & penſio-
16 nis ſolutione, † quæ prætendi non poteſt niſi
à verò poſſeſſore beneficij grauati *Rot. deciſ.*
699. num.1. par.1. diuerſ cum alijs allegatis in
Neapol. penſionis 30. Aprilis 1640. coram R. P. D.
meo Bichio, benè infertur quod vtilitas erat
Capituli, & quod ad eius commodum vnio
facta fuerat.

Quæ omnia licet viſa fuerint ſatis clara,
attamen ſi aliquam pati poſſent difficultatem,
illa tolleretur ex obſeruantia eiuſdemmet
17 temporis, quo vniones emanarunt, † obſer-
uantia eſt omnium interpretationum Regi-
na, & litteras Apoſtol. facit intelligi eomodo
quo fuerunt obſeruatæ, quamuis intellectus
videretur de iure verior *Socin. conſ. 145. num. 2.*
lib. 1. Rot. diuerſ. part. 2. deciſ. 356. num. 6. & in
rec. par. 2. deciſ. 608. num. 5. & 6. & part. 7. dec. 14.
num. 4. & coram *Buratt. deciſ. 863. num. 12. Adden.*
ad Sa. me. Greg. XV. deciſ. 134. num. 8. & de ob-
ſeruantia proxima *Rot. deciſ. 301. num. 8. part. 1.*
rec. & deciſ. 39. num. 12. part. 2. diuerſ. coram Se-
raph. deciſ. 1410. num. 7. & fuit dictum in *Cæſar-*
aug. Præheminentiarum 28. Aprilis 1607. coram bo.
me. Coccino.

Capitulum ſiquidem paulò pòſt emanatas Vniones ſtatuit quod Præpoſitura Septembr. ex eo quod per vnionem Parochialis S. Iuliani de Argentona facta fuerat pinguis, & deuenerat in meliorationem (ſunt verba Statuti) *Sum. num. 3. litt. A.* ſolueret Præpoſituris menſis Ianuar. & Iunij libras quindecim pro qualibet ſingulis annis, & deindè anno 1527. per ſimile Statutū abſtulit à Præpoſitura menſis Oct. penſionem annuam, quam ei perſoluebat Præpoſitura menſis Martij expreſſa ratione,
quia per vnionem erat effecta pinguis, ſicut
18 autem Capitulum ſtatuere non potuiſſet ſu-
per hiſce bonis vnitis ſi non habuiſſet domi-
nium, vt de ſimilibus Statutis fuit deciſum
coram *Seraph. deciſ. 179. 196. & 211. in rec. deciſ.*
12. par. 2. & latè in deciſione huius cauſæ co-
ram *bo. me. Coccino*. Ità dici debet quod Vnio-
nes factæ fuerunt in commodum Capituli.

Nec releuat quod dictæ Præpoſituræ prætendantur effectæ collatiuæ, quia obiectum remouetur ex deductis in deciſione in hac cauſa emanata coram *bo. me. Coccino*, in qua firmatur per Collationem Papam non voluiſſe præiudicare Capitulo, cuius dominium remanſit illæſum.

Et ita vtraque, &c.

BVRGEN. BENEFICII.

Lunæ 31. Maij 1655.

ARGVMENTVM.

Dignior quis dicatur pro aſſequendis Beneficijs, & recenſentur nonullæ qualitates pro prælatione facientes.

SVMMARIVM.

1 *Scientia oppoſitoris benè deſumitur ex relatione examinatorum ac ex atteſtatione Ordinarij, cui in hac materia plurimum defertur, etiam ſi Beneficium non ſit Parochiale num. 2.*

3 *Aetate antiquior debet præferri in aſſecutione Beneficiorum.*

4 *Nobilitate Præſtantior debet haberi in conſideratione pro aſſequendis Beneficijs.*

5 *Paupertas eſt adeò præponderans vt cæteris paribus præbeat prælationem in materia beneficiorum.*

6 *Oppoſitor Baccalaureus debet præferri, & quando hoc non procedat.*

7 *Doctores efficiunt continua ſtudia, & non famoſitas Vniuerſitatis.*

8 *Doctior debet præcedere minus docto etiam antiquiori.*

9 *Famoſitas Vniuerſitatis non attenditur in materia Beneficiorum cum ad dictum effectum omnes ſint æquales.*

10 *Baccalaureatus gradus ſufficit quod ſuperueniat ante inſtitutionem licet de tempore oppoſitionis illud deficiat, & quomodò procedat declaratur.*

DECISIO DCCCCLXVII.

PER obitum Ioannis Lopez de menſe Ianuarij 1652. cum vacaſſet integra portio vnius Beneficij in Parochiali Eccleſia loci ſancti Martini de Laſollas Burgenſis Diœceſis, illam Matthæo Gomez filio patrimoniali, ac cæteris coo ppoſitoribus doctiori in examine reperto Prouiſor Burgenſis præuia ſententia adiudicauit, aduerſus quam interiecta

per

per Clementem Lopez appellatione, cauſa-
que ad Rotam delata propoſui dubium cui
ſit adiudicanda dicta portio, & Domini ad fa-
uorem Matthæi reſponderunt, quia cum ex
Conſtitutione Synodali *lib. 3. cap. 6. de præb.* vi-
gente in illis partibus in prouiſione Benefi-
ciorum ſemper magis idoneus, reſpectu ſcien-
tiæ ſit præferendus, vtique ex illius diſpoſitio-
ne dicta adiudicatio competit Matthæo di-
gniori Clemente colligante tam reſpectu ſci-
entiæ requiſitæ per d. Conſtitutionem, vt ex
atteſtatione examinatorũ Synodalium ac Or-
1 dinarij Burgen. † cui in hac materia plurimũ
defertur *c. in præſentia de renunc.* etiam ſi Bene-
2 ficium non ſit Parochiale *Mantic. deciſ. 275. num. 1. Rot. in Calag. benef. 15. Decembris 1649. coram R.P.D. meo Veroſpio*, & in alia *Calagurit. benef. de Ocon. 1. Iulij 1652. coram R. P. D. meo Zarate*, quam etiam reſpectu aliarum qualita-
tum pro prælatione facientium quæ in eo
concurrere docentur.

3 Primò, quia probatur † ipſum ætate pro-
uectiorem *l. ſemper ff. de iur. immun. c. cum in cunctis verſ. ætatis maturitas de elect. Lara de ann. & cappell. lib. 1. cap. 7. num. 4. Rot. in Calagur. beneficij 27. Nouembris 1648. coram R.P.D. meo Biebio, in Calag. de Bilbao 28. Iunij 1651. coram Em. Dom. Card. Otthobono, in Calag. beneficij de Ocon. 13. Ian. 1653. coram me*, & alias ſæpè. Secundò, eſſe
4 nobilitate † præſtantiorem *gloſ. in c. vlt. verb. nobilitate de pœn. c. cum ſatis verſ.* item conſide-
randa eſt 86. *diſtinct. gloſ. in l. ſocietas contrahitur vbi DD. ff. pro ſoc. Tiraq. de nobilit. cap. 20. num. 10. & ſeq. Lar. de ann. & cappell. lib. 2. cap. 4. numer. 1.* Et quod nobilitas ſanguinis in ſpiritualibus,
& Beneficijs ſit ponderanda tradit *Felin. in c. cum adeò numer. 6. de reſcript.* & dixit *Rota in Calag. benef. de Clanixo 26. Iunij 1654. §. nobilitat, coram R.P.D. meo Cerro*, alioſque refert *Garz. de benef. par. 7. cap. 9. num. 1. verſ. 2. Rot. deciſ. 61. numer. 1. verſ. item part. 3. rec.* Tertiò denique,
5 quia iuſtificatur ipſum † eſſe pauperem quæ
qualitas paupertatis adeò præponderans eſt,
vt cæteris partibus ſola ſufficiat pro prælatio-
ne, vt pluribus relatis Articulo plenè diſcuſſo
firmauit *Rota in Calag. benef. 2. Decembris 1652. coram R.P.D. meo Bichio*, & in alia *Calaguritana beneficij de Ocon. 14. Mart. 1653. coram me.*

Non obſtat quod Clemens renunciatus
fuerit Baccalaureus in Vniuerſitate Valliſota-
na longè digniore Vniuerſitate Hieracenſi, in
qua Matthæus ſimilem gradum obtinuit: Et
6 propterea ex hoc capite veniat † præferendus
gloſ. in c. 1. verb. maior c. per tuas verb. Subdiaconus de maior. & obedientia Dec. reſponſ. 19. numer. 214. lib. 3. Menocch. conſ. 126. num. 33. & 34. Quia
præterquod d. Conſtitutio Synodalis non re-
quirit quod quis Baccalaureatus gradum ſit
conſecutus in Vniuerſitate famoſa, ſed quod
7 ſit magis idoneus, quam † prerogatiuam ma-
ioris idoneitatis de perſe non præbet famoſi-
tas Vniuerſitatis cum aſſidua ſtudia, ac conti-
nui labores faciant Doctores inſignes prout
continuò experientia docet, & benè docuit re-
ſpectu Matthæi in examine doctioris reperti,
vt benè ad propoſitum *Mandoſ. reg. 16. quæſt. 15.*
8 vbi ſub *numer. 8.* dicit † quod doctiores ſunt
magis graduati, & quod doctior debeat præ-
cedere minus docto etiam antiquiori tradit
Angel. in l. ordinationem verſ. nota iſtum auth. de Monac. Alex. in l. cum quod n. 5. ff. ſi cert. petat. Felin. in rubr. de maior. & obed. num. 2. & 3. Boer. de auth. magn. Conſil. num. 90. Ad effectum enim confe-
rendi Beneficia non attenditur, An Vniuerſi-
9 tas ſit famoſa † necnè, cum ad dict. effectum
omnes ſint ęquales, vt in terminis tradit *Guſmier in gloſſ. pragmaticæ Sanctionis tit. de collat. §. ità tamen verbo non teneantur, verſ. quod ſi concurrunt Rebuff. de nominat. quæſt. 21. numer. 18. Lotter. de re benef. lib. 1. qu. 7. num. 65.*

Nec ſubſiſtit quod Matthæo Baccalaurea-
tus gradus qualis qualis ſit ſuffragari non poſ-
ſit cum ei ſuperuenerit poſt oppoſitionem,
quia præterquod ex teſtibus datis in eius *Summ. num* 8. probatur in Burgen. Diœceſi ſufficere
quem graduari intrà tempus Edicti, dicta re-
gula limitatur quando oppoſitor breui tem-
pore qualitate requiſita inſignitur, quia tunc,
cum non poſſit dici facta oppoſitio de perſo-
na prorſus inhabili, ſufficit quod quis Bacca-
laureatus gradum antè inſtitutionem ſit aſſe-
10 cutus iuxta tradita per *Viuian. de Iurep. part. 2. lib. 6. cap. 7. num. 49. Lara de ann. & Cappell. lib. 2. cap. 9. num. 58. Saulager. quæſt. benef. part. 2. cap. 5. §. 3. num. 4.*

Et ita vtraque, &c.

NEAPOLITANA DONATIONIS.

Ven. 4. Iunij 1655.

ARGVMENTVM.

Reſtitutio in integrum vt detur quæ requiran-
tur; Donationi factæ Religioni irreuocabili-
ter, & inter viuos quando non ſit locus pœ-
nitentiæ, ac illius reſciſſioni etiam in caſum
egreſſus è Religione ipſius Donantis.

SVMMARIVM.

1 *Reſtitutio vt detur debet probari læſio.*
2 *Læſio ceſſat concurrentibus validitate, & iuſtitia ſententiæ.*
3 *Validitas ſententiæ reſultat ex reuolutione proceſſus.*
4 *Iudicium poteſt inchoari cum Procuratore.*
5 *Procurator cenſetur citatus vti procurator attento mandato exiſtente in actis.*
6 *Donatio irreuocabiliter facta inter viuos Religioni non poteſt retractari.*
7 Sacr. Concil. Trid. ſeſſ. 25. cap. 16. de reg. *de quibus loquatur.*
8 *Donatio facta Religioni ex cauſa ingreſſus reſoluitur ex cauſa egreſſus.*
9 *Limita quando etiam ex cauſa egreſſus donans voluit bona remanere in Religione.*
10 *Deciſio in* Romana de Mongellinis 14. Maij 1636. coram Salamantino, *in quibus terminis loquatur, declaratur.*
11 *Deciſio in* Roman. Domorum *ſeu* Spolijs 16.
De-

Decembris 1605. coram Lancellotto, *declaratur*.

12 *Donatio omnium bonorum abſque vlla reſeruatione ad effectum teſtandi non ſuſtinetur*.

13 *Donatio omnium bonorum abſque vlla reſeruatione ſuſtinetur quando eſt ex cauſa ingreſſus in Religionem*.

14 *Donatio vniuerſalis omnium bonorũ ſuſtinetur quando adeſt reſeruatio vſusfructus quæ neceſſitatem alimentorum excedat cum iſta conſeruet facultatem teſtandi*.

15 *Donatio etiam ſi reſeruatio vſusfructus alimenta non excedat ſuſtinetur ſi fuerit facta Donatio ad fauorem Eccleſiæ*.

16 *Sententia vt ſuſtineatur omnis interpretatio ſumenda eſt.*

DECISIO DCCCCLXVIII.

PRAEVIA deciſione edita 8. Iulij 1648.
fuit prolata ſententia à Reuerendiſſ. Tarraconeñ. tunc Sacr. Rotæ Auditore, qua fuit
declaratum Donationem per Scipionem Biſulcum ad fauorem Hoſpitalis S. Mariæ Pacis
Neapolis factam ſubſiſtere, quæ ſententia
cum tranſitum feciſſet in iudicatum fuit
commiſſa cauſa reſtitutionis in integrum R.
P.D. meo Beuilacquæ, qui præuia alia deciſione edita 27. Februarij 1654. canonizante
validitatem, & iuſtitiam ſententiæ d. Reuer.
Tarraconeñ. moderatus fuit inhibitionem
Rotalem; Verum adhuc non acquieſcentibus Franciſco Fuſco, & litis conſortibus, fuit
denuò commiſſa cauſa reſtitutionis in integrum, & hodiè deſuper propoſito à me dubio, Rota negatiuè reſpondit: Nam adhoc
1 vt dicta † reſtitutio competere valeat, deberet
probari læſio *c. 1. de reſtit. in integr. l. quod ſi minore 25. §. non ſemper ff. de minor.* & dixit *Rot. in
Rom. Officij notariatus* 3. *Iul.* 1628. & in *Ferrarien.
bonorum* 15. *Decemb.* 1631. *coram me*, & pluribus
relatis fuit dictum in hac eadem cauſa 27. *Febr.* 1654. *coram R.P.D. meo Beuilacqua*, quę læſio
2 in præſenti ceſſat attenta validitate, & iuſtitia
d. ſententiæ Rotalis *l. ſeio ff. de reſtit. in integr. Rot.
deciſ. 1. de reſtit. in integr. in antiq.* & fuit dictum
in *Gerunden. penſionum* 15. *Iun.* 1649. & in *Interamnen. fideicommiſſi* 11. *Mart.* 1654. *coram R.P.D.
meo Celſo*, & in *Meleuit. penſionis* 26. *Mart.* 1640.
& in *Meleu. pecun.* 1631. *coram me*.
3 Validitas † ſiquidem ſententiæ reſultat ex
reuolutione proceſſus in quo apparet omnia
interueniſſe de iure ad hunc effectum neceſſaria, & plura, quæ alias fuerunt oppoſita,
ceſſant ex deciſionibus in cauſa factis; Nàm
quod ex tribus hæredibus Scipionis donantis
ſolus Franciſcus citatus fuerit, & ideò contrà
alios non potuerit procedi per contradictas
ceſſat ex eo quod idem Franciſcus erat Procurator aliorum hæredum, vt patet ex mandato procuræ dato in *Sum. num.* 5. per ipſum ac-
4 ceptato vt *num.* 6. Nec eſt dubium † inchoari
poſſe Iudicium cum Procuratore, vt dixit *Rot.
deciſ. 16. de iudic. in antiq. deciſ. 422. nu. 5. part. 1.
diuerſ. Seraph. deciſ. 654. num. 4. & ſeqq.* & coram
*Sa. me. Gregor. XV. deciſ. 127. num. 8. ibique Adden.
qui plures cumulat numer.* 12. Parumque refert,
quod in citatione non fuerit expreſſum quod
citabatur Franciſcus etiam vti Procurator aliorum, nam cum in actis conſtaret de dicto
5 mandato, cenſetur dicto nomine † etiam citatus, vt probat *text. in c. quoniam contrà de probat.*
cum alijs allegatis per *Modern. Caſanat. in tract.
de citat. cap. 9. ſub num. 216. & ſeqq. Sa. me. Gregor.
XV. deciſ. 224. num. 5. vbi Adden. n. 6.*
Iuſtitia verò patet ex eiſdem deciſionibus,
6 nàm cum † Scipio donauerit bona ſua irreuocabiliter inter viuos Hoſpitali, in illis non
habet locum pœnitentia *leg. Ariſto*, & ibi *gloſ.
verb. quia alienatio ff. de donat. l. ſiuè C. eod. tit. leg.
poſt perfectam C. de donat. quæ ſub mod. Decian. conſ.
39. num. 14. lib. 2. Surd. deciſ. 206. num. 5. Rot. deciſ.
460. num. 1. par. 4. rec.*
7 Nec reſiſtit diſpoſitio † *Sacr. Conc. Trident.
ſeſſ. 25. cap. 16 de reg.* quia loquitur de Nouitijs
& ingreſſis in Religionem, qualis non erat
Scipio qui nec habitum ſuſceperat, nec Religionem ingreſſus fuerat, & propterea ſub illa
non erat comprehenſus *Menocch. de arbitr. caſ.
436. num. 3. & ſeq. Rota in Tarantina Donation. 9.
Febr. 1607. coram Sacrato, & dec. 121. num. 33. coram bo. me. Reuerendiſſ. Vrgellen.* cum alijs in deciſionibus allegatis.
Minus obſtat quod idem Scipio egreſſus
fuerit è Religione, & ideò Donatio per ipſum
facta ex cauſa ingreſſus in Religionem reſo-
8 luta † fuerit per eius egreſſum iuxta deducta
in *Romana donationis 3. Iunij* 1641. *coram Reueren.
Tarraconen.* Quia obiectum benè procederet
ſi non conſtaret de voluntate contraria do-
9 nantis; Vndè cum † Scipio etiam in caſu egreſſus voluerit bona donata remanere in Religione, excepto vſufructu, quem ſibi reſeruauit ſua vita durante, tale pactum omninò
ſeruari debet *l. 1. ff. de pact. Pariſ. conſ. 34. num. 2.
lib. 1. Rot. deciſ. 692. numer. 9. in fin. part. 1. rec.* Et
10 hinc non videtur applicari deciſio † in *Rom.
de Mongellis* 14. *Maij* 1636. *coram Reuerendiſſ. Salamantino*, quia ibi Donatio erat conditionalis
quatenus donans in eadem Religione profiteretur, itàut ſi non profiteretur videretur noluiſſe donare; hic verò Donans quatenus non
in libris Communitatis legatur ſoluta ad hoc
vt Hæbreis ſolueretur pro ſolidatione eorum
computi, & Hębrei tam longo tempore ac-
quieuerint, & pręter tot alia ſupraenumerata
admi-

adminicula detur etiam epiſtola eorumdem Hæbreorũ an. 1627. petentium computa ſolidari, vtiq; dict. ſumma ſucceſſiuè ipſis Hębreis prę́ſumitur ſoluta nulla habita ratione quod de ea nulla detur quietantia, cum inter Mercatores ſufficiat adnotatio facta in libris nego-
19 tij *Caualer. deciſ. 165. num. 1.* vbi dicit † quod ex huiuſmodi adnotatione ſeu contrapoſitione extinguitur debitum *Reuerendiſſ. Vrgellen. deciſ. 352. num. 2.* & in *Roman. Societatis officij 15. Maij* 1645. *coram me*. Quæ adnotatio in libris negotij eorumdem Hębreorum eo faciliùs con-
20 trà eoſdem præſumitur, † cum illos exhibere recuſauerint iuxtà *theor. Abb. in c. accepimus num. 5. verſ. aut non poteſt aliter de fid. inſtrum. Cranett. conſ. 6. num. 8. Monach. dec. Lucen. 57. num. 10.* & in *rec. deciſ. 52. num. 7. part. 1.* alioſque refert *Plot. de in lit. iuran. §. 36. Ciriac. controu. 516. num. 21. & ſeq.*

Non obſtant quæ obijciuntur contrà legalitatem ſupradictarum partitarum, quia tot
21 ſupranumrata adminicula † nè dum ſupplent o mnem defectum ſi quis adeſſet legalitatis ex relatis *per Rot. in rec. deciſ. 198. num. 2. & deciſ. 389. num. 3. par. 1. Put. deciſ. 359. num. 1. lib. 2.*
22 Sed etiam plenam † ac concludentem probationem conſtituunt *l. quæro §. fin. ff. de edil. edict. Dec. in c. in præſentia n. 39. de probat. ex q. aliis* Iuribus ſuprà relatis.

Et ita vtraque, &c.

ROMANA NVLLITATIS MATRIMONII.

Veneris 14. Ianuarij 1656.

ARGVMENTVM.

Matrimonſum vt ex cauſa metus dicatur nullum qualis metus requiratur: Adoptionis ac arrogationis differentia aſſignatur.

SVMMARIVM.

1 *Sententia tranſit in iudicatum ſi infrà decendium non fuerit appellatum.*
2 *Amplia quando perſonaliter citatus ad docendum de legitima appellatione eiuſque legitima proſecutione non docuit quamuis ſeruatis terminis ſolitis ad id fuerit pluries interpellatus.*
3 *Reſtitutio non datur ſine læſione.*
4 *Validitas ſententiæ iuſtificatur ex concurſu requiſitorum enumeratorum per* Caputaq. deciſ. 260. part. 2.
5 *Iuſtitia ſententiæ deducitur ex deciſione in cauſa facta.*
6 *Læſio conſiderari nequit data ſententiæ iuſtitia.*
7 *Metus ex metuentis affectu dignoſcitur.*
8 *Metus in matrimonio ſufficit vt mulier conſiderare potuerit ſe ab illo non poſſe recedere ſine magno periculo: Et quod fuerit ſuſpicata nè à ſucceſſione parentum excluderetur, & num. 9.*
10 *Metus amiſſionis bonorum æquiparantur metui mortis.*
11 *Paria ſunt inſidiari vitæ & bonis.*
12 *Metus pro annullando Matrimonio ſufficit quod ſit talis qui cadat in conſtantem mulierem.*
13 *Amplia in muliere minore, omnique auxilio deſtituta.*
14 *Metus incuſſus requiritur reuerentialis, vt minæ amiſſioque bonorum ad effectum annullandi Matrimonium opitulari poſſint.*
15 *Adoptio prædicatur propriè de filio exiſtente in patris naturalis poteſtate, efficitque quod filius non tranſeat in adoptantis extranei poteſtatem.*
16 *Filius adoptiuus non poteſt adoptantis hæreditatem prætendere, niſi ab inteſtato.*
17 *Filius per præobitum patris naturalis incidit in poteſtatem patris arrogantis.*
18 *Et ſic poteſt compelli metu reuerentiali.*
19 *Metus reuerentialis cum minis, & amiſſione bonorum conſideratus contractum Matrimonij inualidat.*
20 *Metus reuerentialis excludit conſenſum, etiam ſi agatur de metu erga Pedagogum ſeu alium curam filij exercentem.*

DECISIO CMLXXV.

SENTENTIAM Rotalem latam ſuper inualiditate Matrimonij inter Lutium, & Angelam contracti tranſiſſe in iudicatum, nec conſtare de cauſis reſtitutionis in integrum Dñi reſoluerunt, nam quoad rem iudicatam licet vnica adſit ſententia, tamen quia infrà di-
1 cendium † non fuit interpoſita appellatio per Lutium appellantem, ipſe ità ſententiæ videtur acquieuiſſe, vt illam fecerit in iudicatum tranſire *gloſ. in auth. hodiè C. de appell, c. quoad conſultationem de re indic. Rot. deciſ. 227. num. 1. par. 7. rec. Greg. deciſ. 492. num. 2. Seraph. dec. 381. num. 8. Canal. deciſ. 516. num. 2.* & alibi paſſim; Eoque
2 magis quia † ipſe perſonaliter citatus ad docendum de appellatione eiuſq; legitima proſecutione, nullatenus de ea docuit, quamuis ſeruatis terminis ſolitis ad id pluries fuerit interpellatus *Rot. deciſ. 81. num. 3. par. 1. rec. in Roman. Vineæ 3. Martij* 1600. *coram bo. m. Lancellotto,* & in *Lauden. Iuriſp. 1. Iulij* 1652. *§. penult. coram R.P.D. meo Bichio.*

Quouerò ad alteram dubij partem Domini cenſuerunt in caſu non dari ſufficientes cauſas reſtitutionis in integrum, quia tantum
3 abeſt vt doceatur de læſione,† ſinè qua illi locus non eſt *Rot. deciſ. 87. num. 3. par. 1. rec. Gregor. deciſ. 459. & ibi Adden. numer. 5. cum concordan.* quinimò de contrario apparet ex actis, ex quibus iuſtificatur validitas, & iuſtitia dictæ
4 ſententiæ, quæ validitas † probatur ex concurſu omnium requiſitorum, quæ enumerat *Caputaq. deciſ. 260. par. 2.* Iuſtitia verò euidenter apparet ex rationibus in deciſione R.P.D.
5 mei Beuilacquę optimè ponderatis, † quibus concurrentibus conſiderari non poteſt aliqua
6 læſio reſtitutionis cauſatiua ad *text. in c. 1. vbi Abb. num. 2. de reſtit. in integr. Rot. deciſ. 2. eod. tit. in nou. deciſ. 731. num. 1. par. 2. rec.* & apud *Seraph. dec. 634. num. 1.*

Nec poteſt ſententiæ iuſtitia controuerti ſub prætextu quod metus in præſenti fuerit iniuſtus quia cum teſtes in cauſa examinati

depo-

deponant quod parentes adoptiui Angelę minabantur ſe velle eam è domo eijcere, aut villico nuptui tradere cum dote centum ſcutorum Puellis Sancti Spiritus ſolita aſſignari ſi iuxtà eorum voluntatem cum Lutio Matrimonium non contraheret *ſum. Angelæ nu.* 5. & quod Angela tantum abeſt quod Matrimonio ineundo conſenſerit, vt imò contrarias emiſerit proteſtationes tàm antè quàm poſt contractum Matrimonium *d. Sum. num.* 6. Hinc ſequitur quod timor redeundi ad priſtinum miſeriæ ſtatum, in quo antè adoptionem repetiebatur, reſpicit amiſſionem opulentæ hæreditatis, qua parentum deſiderio non obtemperans poterat priuari, & quod Angela iuſto timore percuſſa Matrimonium
7 contraxit, cum † metus ex metuentis affectu dignoſcatur *Honded. conſ.* 29. *numer.* 31. *libr.* 1.
8 ſufficitque quod Angela conſiderauerit non poſſe à dicto Matrimonio recedere ſinè magno eius periculo *Rot. coram Greg. dec.* 374. *num.* 18. *& ſeq. Pen. deciſ.* 385. *num.* 16. *part.* 1. & in *Romana tranſactionis* 21. *Iunij præteriti coram R.P.D. meo Celſo*, fueritque ſuſpicata nè à ſucceſſione parentum excluderetur *Bald. in l. fin. num.* 7. *C. de iur. deliber. Gram. deciſ.* 5. *num.* 7. *&* 8. *& Rot. in dicta Romana tranſact. coram R.P.D. meo Celſo*.

Minuſque poteſt allegari quod metus debuerit eſſe cadens in conſtantem virum, quia
10 non ſolùm † metus amiſſionis bonorum æquiparatur metui mortis *l. Athletæ vbi DD. ff. de excuſ. tut. Rot. in Vlixbonen. nullitatis profeſſionis* 29. *Ian.* 1646. §. 2. *quia coram bo. me. Arguelles*, ex
11 quo paria † ſunt inſidiari vitę, & bonis *Bald. in l. certa in fin. C. de iur. Fiſc. lib.* 10. Sed etiam ſuf-
12 ficit quod ſit talis, quod cadat † in conſtantem mulierem, vt probat *Butr. in c. conſultatione in* 4 *notabili*, & ibidem *Abb. num.* 4. *de Sponſ. Boer. deciſ.* 100. *num.* 2. *Rot. coram Greg. d. deciſ.* 374. *nu.* 18. 19. *Buratt. deciſ.* 205. *num.* 21. & in dicta *Vlixbonen. nullitatis profeſſionis* §. *quæ omnia, coram bon. me. Arguelles*, præcipuè quia Angela tunc erat
13 annorum 13. omnique † auxilio deſtituta, vt ponderatur in *deciſ. R. P. D. mei Beuilacquæ* §. *vltrà quod*.

Nec demum ſubſiſtit quod metus incuſſus
14 non fuerit reuerentialis, & quod ideò † minæ ammiſſioque bonorum ad effectum annullandi Matrimonij opitulari non poſſint ex *tradit. per Barboſ. vot. dec.* 127. *num.* 14. *Sanchez de Matrim. lib.* 4. *diſput.* 5. *num.* 27. *& ſeqq.* quia fuit animaduerſum quod non agitur hic de ſimplici adoptione in ſpecie facta ab extraneo, quæ prædicatur propriè de filio exiſtente in
15 patris naturalis poteſtate, efficitque quod † filius non tranſeat in adoptantis extranei poteſtatem *l.* 2. *ff. de collat. l. cum in adoptantis* §. *ſi verò pater C. de adopt.* † nec poſſit adoptantis hæreditatem prætendere, niſi ab inteſtato *l. ſi re C. de ſuis & legit. hæred. Craſſ.* §. *ſucceſſio quæſt.* 21. *verſ. adoptati Peregr. de fideicom. artic.* 26. *numer.* 43. *Menocch. de præſumpt. lib.* 1. *quæſt.* 31. *num.* 26. Sed verſamur in arrogatione Angelæ per præobi-
17 tum patris naturalis factę ſui iuris, † quæ cum
18 inciderit in poteſtatem arrogantis, † potuit compelli metu reuerentiali §. *ſed hodiè inſtit. de adopt. d. l. cum in adoptiuis C. eod. Argel. de acq. poſſeſſ. q.* 3. *num.* 12. *nu.* 720. *Modern. Foroliuien. de legit. lib.* 1. *tit.* 2. *quæſt.* 2. *ſub num.* 2. *verſ.* & dicit *qui cum minis*, & magni lucri ammiſſione
19 conſideratus, † contractum Matrimonij inualidat *Abb. in c.* 1. *num.* 5. & in *c. cauſa Matrimonij num.* 3. *de offic. deleg. Burſati. conſ.* 32. *numer.* 33. *&* 42. *Dec. conſ.* 18. *num.* 27. *lib.* 1. *Pariſ. de reſign. lib.* 3. *q.* 1. *num.* 174. *Sanchez de Matrim. lib.* 4. *diſput.* 6. *num.* 20. *& ſeq. Barboſ. vot. deciſ.* 1. *num.* 39. & præallegato *vot.* 127. *num.* 21. *Rot. coram Greg. dec.* 326. *num.* 21. & in *rec. deciſ.* 493. *num.* 3. *&* 31.
20 *par.* 4. *tom.* 2. & vti de ſimili metu † reuerentiali ergà Pedagogum vel alium curam filij exercentem teſtantur *Barboſ. d. vot.* 1. *numer.* 41. *Cancer. var. tom.* 3. *reſol.* 15. *num.* 243. *Cephal. conſ.* 642. *n.* 106. *cum ſeq. vol.* 5.

Et ita Angela tantum Informante, &c.

COLONIEN. CANONICATVS.

Veneris 28. *Ian.* 1656.

ARGVMENTVM.

Indultum primarium præcum Imperatori conceſſum quantæ ſit efficaciæ declaratur.

SVMMARIVM.

1 *Vacatio Beneficij probatur ex confeſſione partis venientis ex eadem vacatione.*

2 *Præciſtæ poſtquam nominatio de ſe facta ab Imperatore vigore primariarum præcum fuit à Capitulo, ſeu alio cui fuit directa acceptata dicitur ius quæſitum ad effectum obtinendi Beneficium.*

3 *Indultum conceſſum Imperatori quoad primarias præces eſt ampliſſimus, & quantæ ſit efficaciæ demonſtratur.*

4 *Per huiuſmodi indultum tolluntur quæcumque prouiſiones Apoſtolicæ cum clauſula anteferri, quæ ita operatur ſpecialem reſeruationem, vt illius vigore Præciſta omnibus alijs debeat præferri.*

5 *Clauſula*, Dummodò tempore datæ, *non ſit alteri ius quæſitum, eſt præſeruatiua Iuris alteri quæſiti.*

6 *Præciſtæ qualis facultas ſit attributa in receptatione Beneficiorum.*

7 *Præciſtæ proteſtatio quod Beneficium acceptabat quatenus Beneficium ſibi de iure vigore nominationis Imperialis ſibi debeatur, indicat quod nominatio per primam acceptationem non fuerit conſumpta.*

8 *Aſſecutio primi Beneficij litigioſi non impedit quin ſecundum poſſit acceptari; nec primum vacat per aſſecutionem ſecundi pariter litigioſi.*

DECISIO DCCCCLXXVI.

THEODORVS Hochſteim obtinuit ab Imperatore vigore indulti à *Foel. rec.* Vrban. VIII. eidē conceſſi primarias præces directas Decano, & Capitulo Collegiatæ Eccleſię Coloniæ pro aſſecutione Canonicatus cum

præ-

præbenda proximè vacatura, & cum preces à Decano & Capitulo fuiſſent acceptatę, vacauit de menſe Nouembris 1653. Canonicatus in dicta Collegiata, quem dictus Decanus, & Capitulum d. Theodoro Imperatoris nominationē obtinenti contulerunt: Rector verò, & Prouiſores Vniu. Coloniæ vigore alterius indulti Apoſtol. Laurentio contulerunt, quare propoſito per me dubio, Cui nam eſſet adiudicandus, Domini reſponderunt ad Theo-
1 dori fauorem, quia non ſolùm † probat vacationem Canonicatus ex confeſſione Laurentij venientis ex eadem vacatione *Mantic. deciſ. 132. num. 1. Buratt. deciſ. 931. num. 1.* Clericatum ex litteris patentibus Ordinarij *c. 2. vbi Abb. in 1. notab. de Cler. peregr. Caual. dec. 483. num. 2.* Sui-
2 que † nominationem à Decano & Capitulo acceptatam, quibus concurrentibus præciſtæ dicitur ius quæſitum ad effectū obtinendi Canonicatus adiudicationem *Rot. apud Caual. dec. 614. num. 1. & ſeq.* aliiſque adductis in *Leodien. Scolaſtriæ 4. Iunii 1646. §. 1. coram R. P. D. meo Veroſpio*. Sed etiam oſtendit quod ſuæ primariæ preces comprehendunt Beneficia, quæ ſpectant ad dictam Vniuerſitatem vigore in-
3 dulti Apoſtolici, quia Indultum † Imperatoris habet ampliſſimam aliorum indultorum derogationem, ibi, ſeu ſi ſpeciales de huiuſmodi Beneficijs per nos vel ſedem prędictam &c. nominandi Facultatum quacumq; etiam Eccleſiaſtica, vel mundana dignitate fulgentibus conceſſarum, vel concedendarum vigore &c. nominationes pro tempore factę fuerint &c. vt in puncto nominationum Vniuerſitatibus competentium tradit *Cokier. in comment. ad d. Indult. ſect. 5. §. 1. verb. nominationes fol. 92. Rot. in d. Leodien. Scolaſtriæ §. fin. & §. diſpoſitio, coram R. P. D. meo Veroſpio*, & in alia *Leodien. Canonicatus 27. Febr. 1653. coram R. P. D. meo Meltio*.

Hinc verò non releuat quòd Laurentius à Sede Apoſtol. nouam prouiſionē obtinuerit, quia in ſuprà relatis verbis Indulti tolluntur quæcumque prouiſiones Apoſtolicæ etiam
4 cum clauſula, † anteferri quæ ità operatur ſpecialem reſeruationem, vt illius vigore Præciſta omnibus alijs debeat præferri *c. authoritate de conceſſ. præb. in 6. Calder. conſ. 7. in fin. de reſcript. Rot. in d. Leodien. Scolaſtriæ §. hinc tollitur*
5 *in fin.* imò d. Laurentij † prouiſio habet annexam conditionem, *Dummodò tempore datæ* non ſit alteri ius quæſitum, per quam propterea omnia Theodori iura fuerunt præſeruata *Ferret. conſ. 185. num. 2. Buratt. deciſ. 137. numer. 6.* & in *Leodien. Beneficij 22. Maii 1643. & 24. Febr. 1644. coram R. P. D. meo Bichio*.

Nec obſtat quod d. Theodorus in eadem Eccleſia vigore dd. præcum iam obtinuerit Scoleſtriam tunc vacantem, nam Prȩterquod
6 Præciſtę permittitur † vt poſſit acceptare Canonicatū & Dignitatē, ſiuè ſimul vel ſucceſſiuè, ſiuè ex vnius, ſiuè plurīū perſona vacarent *Rot. in d. Leodien. Scolaſtriæ ſub §. nec viſa fuit coram R. P. D. meo Veroſpio*, cum ſit litigioſa, nec eam Theodorus poſſideat, ſed imò eamdem
7 acceptauerit cum proteſtatione, † ibi, quatenus Scolaſtria ſibi de iure vigore d. nominationis Imperialis debeatur, & non alias, &c. *Sum. Theodori num. 3.* huiuſmodi proteſtatio ſatis indicat quod nominatio ad Scolaſtriam per primam acceptationem non fuerit conſumpta *Cokier. in comment. ad d. Indult. ſect. 4. ſ. 69. circ. med. verſ. niſi acceptans proteſtetur*, præcipuè
8 quia de iure † aſſecutio primi Beneficij litigioſi non impedit quin ſecundum poſſit acceptari, nec primum vacat per aſſecutionem ſecundi pariter litigioſi, nè alioquin eueniat quod prouiſus vtroque careat Beneficio *Abb. in c. de multa numer. 16. de præb. Calder. conſ. 5. in princ. eod. tit. Lotter. de re benef. lib. 3. q. 23. n. 24. & ſeq. Seraph. deciſ. 953. numer. 1. Rot. in Auellina Canonicatus 27. Martii 1652. coram R. P. D. meo Cerro*.

Et ità altera huiuſmodi, &c.

ROMANA ALIMENTORVM.

Lunæ 31. Ianuarii 1656.

ARGVMENTVM.

Filiatio ad effectum aſſequendi alimenta ab Auia quas probationes requirat.

SVMMARIVM.

1 *Filiatio propter incertitudinem patris vix poteſt concludenter probari.*
2 *Pro filiationis excluſione quando concurrunt coniecturæ validiores; iſtæ alias exeuntiunt vt pro Alimentis non ſufficiant.*
3 *Filius præſumitur potiùs patris quam adulteri.*
4 *Verecundia quæ in muliere datur non tanta concurrit in viro.*
5 *Vxor inſtante viro carcerata ex cauſa adulterii non eſt veriſimile quod ſtatim egreſſa præſtita cautione de non conuerſando ſub pœna fuſtigationis, voluerit alloqui adulterum, ac marito fidem frangere.*
6 *Filius vt ſit adulteri non probatur ex concubitu anni antecedentis, ſed aliud requiritur.*
7 *Sententia ſeparationis thori abſque executione non tollit cohabitationem, & poſſeſſionem obſequii coniugalis.*
9 *Filiationem in præiudicium tertii non probant coniecturæ, ſolum tractatum, & parentum nominationem præſeferentes.*

DECISIO DCCCCLXXVII.

SVB die 1. Februarij 1640. coram me fuit reſolutum Dominico Franciſco non deberi alimenta in bonis Erſiliȩ Auiæ; quia non probabat ſe filium Franciſci minuſque defectum bonorum Patris & Aui, in quorum ſubſidium ad bona Auiæ eſſet recurrendum, reclamante verò dicto Dom. Franciſco, & hodiè iterum propoſita cauſa ſuper iiſdem Dñi ſteterunt in deciſis ea moti ratione, quia licet in huiuſmodi materia coniecturali præſumptiones ſoleant admitti ad effectū probandæ filia-
1 tionis, † quæ propter incertitudinem patris vix

vix poteſt concludenter probari ad *text. in l. Lucius vbi DD. ff. de condit. & demonſtr.* tamẽ quia
2 in præſenti agitur de præiudicio tertij, † multęque concurrunt coniecturæ pro filiationis excluſione, hæ vti validiores ità cæteras excutiunt, vt nec etiam poſſint ſufficere ad effectum Alimentorum *Rot. in Bonon. fideicommiſſi de Victorijs* 5. *Maij* proximè præteriti *coram* R. P. D. *meo Zarate*, & in *Florentina Oratorij* 31. *eiuſdem menſis* R. P. D. *meo Bichio*.

Prima autem coniectura filiationis excluſitua ex eo deſumitur quod Valeria mater Dominici Franciſci erat coniugata, hinc enim
3 natus † præſumitur potius mariti quàm adulteri filius ex vulgata *leg. miles* §. *defuncto ff. ad l. Iul. de adult.* quam pluribus exornat alia huius cauſæ deciſio §. *quia vltra, & Rot. in d. Florentin. Oratorij* §. 1 *coram Reu. P. D. meo Bichio*.

Secunda coniectura colligitur ex quo in fide baptiſmatis nulla fit mentio quod Dominicus Franciſcus ſit filius Franciſci; certum namque eſt, quòd ſi Franciſcus credidiſſet ſe nati patrem, ſuum nomen exprimi curaſſet, etiamſi, vt teſtes aiunt, nomen Valeriæ matris ob eius honorem tacere voluiſſet, cum in
4 viro †non detur ea verecundia quæ in muliere *l. 1. §. 2. loco ff. de re poſtulan.*

Tertia elicitur ex denegatione aditus ad Valeriam de tempore conceptionis, quia ſi de anno 1627. Valeria inſtante viro fuit carcerata ex cauſa adulterij cum Franciſco ipſaque fuit excarcerata præſtita cautione de non conuerſando cum eo ſub pœna fuſtigationis, & rurſus ex eadem cauſa denuò in carceres detruſa ſub die 29. Decembris d. anni pro ſecunda vice fuit liberata renouato præcepto de non loquendo cum dicto Franciſco, & de honeſtè viuendo; Contrà verò Franciſcus die 8. eiuſdem menſis ex eadem cauſa in carceribus detentus, non aliter fuit liberatus quam poſt factum ſibi præceptum de non practicando cum Valeria, quæ poſteà fuit in Monaſterium detruſa, nec ab eo exijt niſi die 31. menſis Ianuarij 1630. Sum. additionali d. Dom. Franciſci num. 2. & 3. Exindè ſatis patet quod inuerisimile, imò ferè impoſſibile ſit quod Valeria Franciſco filium peperit; Tum quia à die vltima Ianuarij, quia fuit è Monaſterio egreſſa vſque ad diem 24. Octobris qua natus eſt Dominicus Franciſcus, vt ex eius *Sum. n. 7.* vix nouem menſes fuerunt elapſi, nec eſt ve-
5 riſimile † quod Valeria ſtatim egreſſa & poſt tot præcepta ſub graui pœna ſibi reiterata voluerit illicò marito fidem frangere; Tum etiam quia nec quidem probatur quod Valeria Monaſterio egreſſa Franciſcum fuerit vnquam alloquuta, prout probari deberet, cum
6 ad hunc effectum non ſufficiat † concubitus anni antecedentis, vt in fortioribus terminis dixit *Rot. apud Merlin. deciſ. 488. num. 18. & ſeqq.* & in dicta *Florentina Oratorij coram* R. P. D. *meo Bichio*.

Nec refert quod de anno 1625. lata fuerit ſententia ſeparationis thori inter Valeriam & maritum, quia non ſolùm indè non ſequitur quod de anno 1630. adulter ad Valeriam acceſſerit, ſed etiam ſententia non probatur executioni demandata, vt neceſſe eſſet, cum ſola
7 ſententia abſque executione non tollat cohabitationem, & poſſeſſionem obſequij coniugalis *Rot. deciſ. 225. num. 2. par. 1. rec. in Romana ſucceſſionis de Ametis* 10. *Nouembris* 1646. *coram R. P. D. meo Bichio*, & in *Meleuitana commendæ* 15. *Iunij* 1650. *coram eodem*.

Nec demum releuant coniecturæ à Dominico Franciſco adductæ, quia ex ijs pluries in ſimili caſu à Rota fuerunt reiectæ, vt in dicta *Bonon. fideicommiſſi de Victorijs* 5. *Maij proximè præteriti coram R. P. D. meo Zarate*. Imò quia ſolum tractatum, & parentum nominatio-
8 nem præſeferunt, † nullatenus poſſunt contrà tertium probare filiationem ex allegatis in alia deciſione huius cauſæ §. *adhuc admiſſa*, & nuper fuit dictum in d. *Florentina Oratorij coram R. P. D. meo Bichio*.

Et ità contrà Informantem.

FERRARIEN. SEU ROMANA PECVNIARIA.

Lunæ 14. *Februar.* 1656.

ARGVMENTVM.

Pacta Simoniaca vt per Papam cenſeanter remiſſa, qualis ſcientia ſufficiat.

SVMMARIVM.

1. *Pactum aliquid dandum pro benedictione Nubentium eſt Simoniacum.*
2. *Limita quando promiſſio proceſſit titulo refectionis damnorũ & intereſſe, expenſarum ac donationum.*
3. *Simoniæ vitium inductum à iure poſitiuo tollit auctoritas Papæ.*
4. *Et ad dictum effectum ſufficit quod ex narratis Papa potuerit intelligere pacta Simoniaca.*
5. *Simonia tollitur etiamſi Papa nihil dicat de illius diſpenſatione dum de illa habuit ſcientiam.*
6. *Verbum*, Donatiui, *ſignificat cauſam merè lucratiuam.*
7. *Dicto*, vt ſuprà, *refert omnia ſuperius expreſſa*
8. *Conuentio de intereſſe ratione lucri ceſſantis eſt à iure improbata.*
9. *Donatiuorum amiſſio reſultans ex voluntario receſſu à matrimonio, damnum cenſetur.*
10. *Dos & donatio per Sponſalia de futuro non quæruntur ſponſo irreuocabiliter.*
11. *Litis expreſſio Summo Pontifici in cauſis Matrimonialibus non eſt neceſſaria.*
12. *Litis expreſſio continetur ſi fuerit expreſſum cauſam pendere indiciſam.*
13. *Litis ſtatus videtur ſufficienter narratus ſi fuerit facta ſpecialis mentio de principalibus Articulis, de Iudicibus, & Litigantibus.*
14. *Concordia dicitur reſoluta ſi non fuerit adimpleta intrà tempus ſtatutum ſub pacto reſolutiuo.*
15. *Implementi exceptio non poteſt opponi à non implente cum in hac materia ex duobus contrauenientibus non attendatur contrauentio ſecundi, ſed ſolus defectus primi.*

16 *Pactum reſolutiuum non ſortitur ſuum effectum, niſi volente eo ad cuius fauorem reperitur adiectum.*

DECISIO DCCCCLXXVIII.

PRO ſumma ſcut. 3500. in tranſactione
ſibi promiſſa in pecunia ad computum
ſcutor. 13500. monetæ Ferrarien. Comes Iu-
lius Cæſar Stella obtinuit ab A.C.contrà Co-
mitem Valerium Rouarellum, & Iuniperam
promittentes,relaxari mandatum executiuum
à Rota poſtea coram me confirmatum ſub
die 5. Martij 1636. Et quia nondum conſum-
pta executione dicti mandati Signatura San-
ctiſſimi cauſam aperitionis oris aduerſus Bre-
ue Fil. rec. Vrbani VIII. d. tranſactionis con-
firmatorium nuper mihi commiſit cum clau-
ſula, Arbitrio, propoſui dubium, An illi eſſet
locus, cui Domini negatiuè reſponderunt;
quia ius, à quo arbitrium regulatur. diſpo-
1 nit quidem, quod pro † benedictione Nuben-
tium nihil promittatur, alioquin pactum ſit
Simoniacum, vt habetur in *cap.cum in Eccleſia*
2 *9.de Simon.* Sed vbi prout in præſenti † paci-
ſcentes conuenerunt de ſumma titulo refe-
ctionis damnorum & intereſſe, expenſarum
in lite factarum donationum, & aliorum hu-
juſmodi ſoluenda, valida eſt conuentio, vt
pluribus comprobant *Gutier.de matrim. cap.17.*
num.14. Sanchez eod.tract.lib.1.diſput.30.num.11.
16. & lib.5. diſput.5. num.32. & 34. Hurtad.di-
ſput.1. difficult. 18. num. 79. Caſtropalao oper.mo-
ral.tom.1. diſput.1.punct.9. num. 10. vel ob eam
Rebell.de oblig. Iuſt.par.2. libr.4. quæſt.5. numer.5.
Molin.de rit.nupt.comparat.33.num.7.

Eoque libentius Domini in hanc ſenten-
tiam deſcenderunt, quod narrata tali promiſ-
ſione Summus Pontifex tranſactionem con-
3 firmauit,auctoritas enim Papæ excuſat à Simo-
niæ vitio inducto à iure poſitiuo, vt notant
communiter *DD.in c.1. de Simon. Abb. in c. ad*
quæſtiones num.3. de rerum permutatione Barboſ. in
cap.cum pridem num.7.de pact. Pariſ.de reſig.lib.14.
quæſt.3. numer.15. Caſſador. deciſ.2. de Simon. Et
4 ad hunc effectum ſufficit quod † ex narratis
Papa potuerit intelligere pacta Simoniaca, vt
per *Redoan.de Simon.par.1. cap.25. numer.26. &*
par.2. cap.12. num.19. Barboſ. in d. c. cum pridem
num.7.verſ.quia tunc Suarez de Relig.tom.1.tract.3
5 *lib.4. cap.61.num.*14. vbi ait quod † tollitur Si-
monia etiam ſi Papa nihil dicat de illius di-
ſpenſatione, quia nimirum eo ipſo videtur
diſpenſare *Rot.deciſ.701.num.1. par.4.diuerſ.* &
in *rec.deciſ.232. num.19. par.5.* & in vltima de-
ciſione huius cauſæ.*verſ.neque prætendi.*

Quod autem Papæ innotuerit qualitas pro-
miſſionis patet ex verbis tranſactionis confir-
matæ, ibi, *All'incontro il Signore Conte Valerio*
promette di dare al ſuditto Signore Conte Giulio Ce-
ſari per tutti li danni, & intereſſi patiti, ſpeſe fatte
nelle liti,donatiui, & altre come di ſopra, hæc enim
litteraliter comprehendunt nè dum expenſas,
damna, & intereſſe à Comite Iulio Cæſare
paſſa, ſed etiam lucrum quod ipſe ex dona-
tionibus factis contemplatione dicti Matri-
monij percepiſſet, ſi Matrimonij diſſolutioni
6 non conſentiſſet, † quia verbum illud, *Dona-*
tiui, ſignificat cauſam merè lucratiuam *Rol.*
conſ.19.num.34. lib.1. Burſatt.conſ.304. numer.55.
Riminald.conſ.108.num.19. Menocch.conſ.471.nu-
mer.19. exprimitque donationes contempla-
tione Matrimonij factas etiam titulo dotis,
quæ in alio præcedenti Capitulo enarrantur,
ibi, *come qualſiuoglia donatione anco per titulo di*
dote, &c. & ſingolarmente alla donatione fatte dal
Conte Giouanni alla Signora Gineura in contempla-
tione del ſuditto Matrimonio,&c. mediante, ſcili-
7 cet, dictione, *vt ſuprà*, quæ refert omnia do-
natiua ſuperius expreſſa *l. talis ſcriptura §. fin.*
ff.de leg.1. Menocch.conſ.144. numer.14. cum alijs
per *Barboſ.dict. 441. num.1.* Quarè cum Sum-
mus Pontifex intellexerit promiſſionem hu-
iuſmodi factam fuiſſe in compenſationem
præſitarum donationum, ſequitur quod con-
firmando concordiam voluerit etiam delere
Simoniæ labem, ſi quæ proueniebat ex pro-
miſſione.

Quod verò computatis donationibus da-
mnum aſcenderet vltrà ſcut.13500. in tranſa-
ctione promiſſa probatur ex notula data in
Summ. Comitis Stellæ, quæ à partibus non
controuertitur,cum id aliquibus ex Dominis
iam innotuiſſe teſtetur alia huiuſmodi cauſæ
deciſio.

Nec obſtat quod promittens pro donatio-
nibus factis contemplatione Matrimonij vi-
8 deatur conuentionem † inire de intereſſe ra-
tione lucri ceſſantis à iure penitus improba-
tam, quia cum per Matrimonium per duas
ſententias declaratum validum: Comiti Stel-
læ viro in bonis donatis, ſeu in dotem datis
perfectè fuiſſet ius quæſitum, promiſſio facta
in compenſationem dd. donationum vtique
venit ſub titulo refectionis damnorum, cum
9 donatiuorum amiſſio † reſultans ex volunta-
rio receſſu à Matrimonio damnum cenſeatur
l.vltima ante fin. C. de Codicill. Alex.conſ.144.nu-
mer.15.lib.6. Tiraquell. ad l. ſi vnquam in præfat.
num.19. C.de reuoc.donat. Gratian. diſcept.33.n.47.
Ciriac.controu.199.n.9. Rot.coram Greg. deciſ.326.
numer.22. quidquid dicendum eſſet ſi ſolum
Sponſalia de futuro contracta fuiſſent, quia
10 per ea † dos, & donationes non quæruntur
ſponſo irreuocabiliter, vt in his terminis lo-
quitur *Caſtropal.d.punct.9. num.10. verſ. nullate-*
nus, alijſque pro parte d. Iuniperæ in contra-
rium allegati.

Nec ſubſiſtit quod ſtatus litis non fuerit
Summo Pontifici narratus, nam præterquod
11 in cauſis Matrimonialibus † non eſſe neceſ-
ſariam litis expreſſionem tradit *Lap. alleg. 89.*
nu.6. Barbat.conſ.46. num.7. lib.2. Ioſ. in l. cauſas
num.2. verſ. fallit in cauſa Matrimoniali C.de tran-
ſact. expreſsè fuit narratum quod A.C.vigo-
re concordiæ mandata executiua relaxauerat,
à Signatura Iuſtitiæ confirmata,& quod cau-
ſa coram me pendet indeciſa. Vndè ſuper-
fluum erat narrare quod cauſa pluries propo-
ſita non fuerat reſoluta, id enim continetur
12 ſub expreſſione quod cauſa † pendeat indeci-
ſa, vt per *Caputaq. deciſ.49.num.3. & ſeq. part.1.*
Rot.diuerſ.deciſ.622. num.12.& 15.libr.3. part.3.

Nec

Nec opus erat clauſula, cuius litis ſtatum,
13 quia † faciendo ſpecialem mentionem de principalibus articulis, de iudicibus, & litigantibus, litis ſtatus videtur ſufficienter narratus *Ancar. conſ. 16. num. 4. verſ. non obſtat*, quod facta fuerit mentio *Bero. conſ. 1. num. 10. lib. 3.*

Nec demum obſtat ſubreptio deducta ex eo quod non fuerit narratum Papę quod con-
14 cordia erat reſoluta ob non † ſecutum adimplementum infrà certum tempus à Comite Stella ſub pacto reſolutiuo promiſſum; quia dum Comes Valerius Rouarellus promiſit ſe prius reportaturum ratificationem tranſactionis à Comitiſſa Iunipera, eiuſque parentibus quam poſteà non obtinuit, non poteſt ipſe prius in faciendo adimplemento deficiens eamdem exceptionem alteri obijcere,
15 cum ex duobus contrauenientibus non attendatur contrauentio ſecundi, ſed ſolus defectus primi habeatur in conſideratione *Rot. deciſ. 86. num. 14. par. 4. diuerſ. deciſ. 90. num. 13. par. 2. deciſ. 109. num. 3. par. 7. rec.* & in *Rom. grani 13. Nouemb. 1641. coram R.P.D. meo Cerro*; Præcipuè quia non obſtante tali non adimplemento partes in tranſactis perſtiterunt, vt conſtat ex ratificatione concordiæ, & alijs actibus in
16 huiuſmodi cauſę deciſione recenſitis, † pactū enim reſolutum effectum ſuum ſortiri non poteſt niſi volente eo, ad cuius fauorem reperitur adiectum *l. 2. & 3. ff. de l. commiſſ. Rota deciſ. 414. num. 4. par. 2. rec.* & in *Caſanaten. Cenſuum 3. Iulij 1644. §. neq. officit, & 9. Iunij 1645. §. nec obſtat, coram Em. D. Card. Corrado*.

Et ità utraque, &c.

CALAGVRITANA PRAEDICATIONIS DE NAXERA.

Lunæ 21. Februarij 1656.

ARGVMENTVM.

Remiſſoria quibus concurrentibus ſit concedenda; Prædicare in alia Eccleſia quam Parochiali an conſetudine poſſit induci.

SVMMARIVM.

1 *Remiſſoria in materia prophana etiam abſque fumo conceditur concurrente releuantia materia articulata.*

2 *Materia prophana ad dictum effectum iudicatur qualibet cauſa quamuis ſpiritualis, & Eccleſiaſtica dummodò de titulo beneficij non agatur.*

3 *Parochia omne ius reſidet penes illam Eccleſiam cuius nomine cura exercetur.*

4 *Conſuetudine poteſt introduci quod non prædicetur in Eccleſia Parochiali, quando in Eccleſia propinqua alij prædicant.*

5 *Conſuetudines rationabiles non tolluntur per Sacr. Concil. Trid.*

6 Sacr. Concil. Trid. ſeſſ. 24. cap. 4. de reform. *diſponit vt populus audiat verbum Dei in Eccleſia Parochiali.*

7 *Remiſſoria etiam aduerſus rem indicatam venit concedenda quando fuit conceſſa reſtitutio in integrum.*

8 *Remiſſoria aduerſus rem indicatam conceditur quando dubitatur de viribus dictæ rei indicatæ.*

9 *Res indicata vti ſtricti iuris non extenditur ad ea, quæ verbis in ſententijs non continentur.*

10 *Prædicatio dicitur petita ad emulationem, & ad euertendum populum ab Eccleſia in qua prædicatur quando alia Eccleſia illam petens eſt propinqua.*

DECISIO DCCCCLXXIX.

REMISSORIAM concedendam eſſe Abbatis, ac Monachis B. Mariæ de Naxera, fuit reſolutum quia verſamur in
1 materia prophana, quo caſu paſſim † illa conceditur etiam abſque fumo data releuantia materię articulatæ *Caſſad. deciſ. 3. de dilat. Caputaq. deciſ. 59. & deciſ. 68. part. 3. Sa. me. Greg. XV. deciſ. 124. num. 1. & dec. 403. in rec. deciſ. 693. n. 1. par. 3.* etiam reſpectu vnius Articuli *Pen. deciſ. 382. numer. 9. Merlin. deciſ. 455. & deciſ. 582. num. 3. Rot. in rec. deciſ. 693. num. 1. par. 3.* & pro-
2 phana † ad dictum effectum iudicatur quælibet cauſa quamuis Spiritualis & Eccleſiaſtica, dummodò de titulo beneficij non agatur *Rot. poſt 2. vol. conſ. Farinacc. deciſ. 301. num. 1. Caputaq. deciſ. 99. par. 1. Merlin. deciſ. 455. num. 1.* & in *rec. deciſ. 577. num. 1. par. 1.*

Releuantia ſiquidem in præſenti eſt vrgentiſſima, quandoquidem illa reſpectu primi & tertij Articulorum continentium quod ab immemorabili tempore in Eccleſia Monaſteriali B. Mariæ de Naxera tanquam primaria, matrice, & curata ſemper fuit prædicatum priuatiuè quoad Eccleſiam S. Crucis exceptis tantum quibuſdam Feſtiuitatibus, & tunc de licentia in ſcriptis eiuſdem Abbatis, & quod d. Eccleſia S. Crucis eſt filialis, & quod non obſtante eius noua conſtructione extrà ſepta Monaſterij adhuc ſuperioritas, & parochialitas remanſit penes Eccleſiam Monaſterialem, eſt incontrouertibilis, quia data huiuſmodi probatione neceſſario ſequitur: quod ius o-
3 mne † Parochiæ reſideat penes ipſam Eccleſiam Monaſterialem, cuius nomine cura exercetur *iuxt. text. in c. extirpandæ §. qui verò de præb. Archid. in clem. 1. num. 4. de offic. Vicar. Rot. in rec. deciſ. 266. num. 6. part. 1.* & in *Nullius Funeralis de Naxera 5. Octobris 1627. coram Vbaldo.*

Præterquod releuantia ſufficientiſſima deducitur ex articulata immemorabili conſuetudine prædicandi in Eccleſia Monaſteriali priuatiuè quoad Eccleſiam S. Crucis, quæ ſi fuerit probata, negari non poteſt quin non ſit omninò ſeruanda, dum conſuetudine po-
4 teſt introduci quod non † prædicetur in Eccleſia Parochiali, quando in Eccleſia propinqua alij prædicant: ea ratione quia in hoc caſum Populus nullum detrimentum patitur, vt in puncto ponderat *Trullench in præcept. Decalog. tom. 1. lib. 2. cap. 4. dub. 4. nu. 13.* vbi animaduertit quod ſic cenſetur ſatisfactum menti *Concilij Tridentini Pater Dian. reſolut. moral. par. 6. tract. 6. reſolut. 13. verſ. ſed ſi hæc* opinio Moderna.

Panor. de offic. Paroch. tom. 1. diſputat. 10. quaeſt. 2. num. 2. Poſſeu. de offic. curat. cap. 3. uumer. 3. cuius
5 Concilij † diſpoſitio nullatenus tollit conſue-
tudines rationabiles, vt eſt iſta, vt in proximis
terminis tenuit *Roderiq. quaeſt. reg. to. 1. q. 43. art. 7. col. 7. in fiu. & col. 3. in priuc. Moder. Luſit. in pracept. Eccleſ. tom. 1. lib. 2. cap. 3. uumer. 15. & 16.* ac alij
ſuprà relati. Et hac reſponſione tollitur ob-
iectum quod pro Parochialitate Eccleſiæ S.
Crucis adſint tres ſententię Rotales in iudica-
tum tranſactæ, & ſic per conſequens quod
6 Populus † teneatur audire verbum Dei in
Eccleſia Parochiali ex diſpoſitione *Sacr. Concil. Trident. ſeſſ. 24. cap. 4. de reform.* Vltraquod
aduerſus dict. res iudicatas fuit conceſſa reſti-
tutio in integrum qua pendente remiſſoria
7 non venit deneganda *Caualer deciſ. 170. num. 2. deciſ. 425. uumer. 3. & deciſ. 469.* cum relatis per
Adden. ad Buratt. deciſ. 357. num. 7. & dec. 555. numer. 4. in Toletana Decimarum 16. Martij coram R. P. D. meo Celſo. Eoque magis in præſenti nè
dum quia prædicta reſtitutio iu integrum fuit
confirmata in quatuor ſucceſsiuis Deciſioni-
bus coram Orano ad fauorem Abbatis, ex
quibus vel conuincitur iniuſtitia rei iudicatę,
vel illa redditur ſaltem dubia, quo caſu adhuc
8 remiſſoria † eſſet concedenda ex relatis in ſu-
pradicta *Toletaua Decimarum coram Celſo*; Sed
etiam quia prætenſa res iudicata nullatenus
officit præſentem Articulum prædicationis
cum ſit nouus in Rota, nec diſcuſſus in dictis
9 ſententijs in iudicatum tranſactis, † quæ vti
ſtricti iuris non extenduntur ad ea quæ verbis
non continentur ex relatis per *Rot. deciſ. 393. num. 5. par. 4. tom. 2. rec.*

Secundus pariter Articulus continens Ec-
cleſiam S. Crucis non diſtare vltrà 40. vel 50.
paſſus ab Eccleſia Monaſteriali pari modo vi-
ſus fuit alicuius releuantiæ: cum ſtante dicta
10 vicinitate, † petita prædicatio potiùs conti-
neat emulationem ad euertendum populum
ad dicta Eccleſia Monaſteriali *Lezzan. qq. regul. tom. 3. verb. Concionan. num. 3. Barboſ. collect. apoſt. deciſ. 592. num. 19. & ſeq.*

Et ità vtraque, &c.

ROMANA CANONICATVS.

Lunæ 21. Febr. 1656.

ARGVMENTVM.

Statuto de duabus vt ſit locus quæ requirantur, & an ſub iſto comprehendantur Clerici, ac ipſorum cauſæ etiam Spirituales diſcutitur.

SVMMARIVM.

1 *Duæ ſententiæ conformes inter ciues, & inculas, habent vim trium ex Statuto Vrbis libr. 1. capit. 180.*

2 *Statutum Vrbis lib. 1. cap. 180. comprehendit Clericos, perſonas Eccleſiaſticas, Collegia, & loca pia.*

3 *Etiam in cauſis Spiritualibus.*

4 *Perſonæ Eccleſiaſticæ ſunt quid ſpirituale.*

5 *Statutum Vrbis libr. 1. cap. 180. comprehendit omnes cauſas Spirituales nulla habita diſtinctione an cauſæ ſint inter particulares perſonas, ſiue cum Collegijs, vel communitatibus.*

6 *Sententiæ dicuntur conformes ſi ſecunda confirmet primam.*

7 *Vt ſit locus Statuto de duabus ſufficit conformitas in ſubſtantia, licet iu cortice, & figura verborum diſcordent.*

8 *Nullitas etiam ex defectu iuriſdictionis ſi iu gradu appellatiouis non fuerit oppoſita, & prima ſententia fuerit confirmata, amplius de illius uullitate dari non poteſt.*

9 *Hoc procedit etiamſi nullitas non eſſet remiſſibelis per partes.*

10 *Nullitas primæ ſententiæ non poteſt allegari poſt duas conformes.*

11 *Præſentari, ac inſtitui quis non poteſt ad Beneficia habentia ſpecialia requiſita quibus præſentatus, ac inſtitutus caret.*

12 *Duæ ſententiæ conformes iuter ciues & incolas debent executioni demandari quando de iſtarum validitate, & iuſtitia nou dubitatur.*

13 *Sententia valida & iuſta debet confirmari.*

DECISIO DCCCCLXXX.

INTERPOSITA à Ioanne Baptiſta Iampſi
appellatione aduerſus ſententiam Rotalem
confirmatoriam alterius R.P.D. mei Riualdi
latæ ſuper inhabilitate eiuſdem Ioannis Ba-
ptiſtæ ad obtinendã præſentationem ac inſti-
tutionem Canonicatus controuerſi, cauſaque
in Rota commiſſa cum clauſula, Conſtito,
quod ſit locus ſtatuto de duabus, fuit hodiè
dubitatum, An illi eſſet locus, ſeu potiùs ſen-
tentia Rotalis ſit confirmanda, & affirmatiuè
quoad vtramque dubij partem Domini re-
ſponderunt.

Siquidem quod ſit locus Statuto de dua-
bus eſt euidens, quia duæ ſunt ſententiæ con-
1 formes, quæ propterea inter ciues, & incolas,
ſicuti in præſenti caſu habent vim trium
ex diſpoſitione Statuti Vrbis libr. 1. cap. 180.
2 ſub quo comprehendi Clericos, † perſonas Ec-
cleſiaſticas, Collegia, & loca pia, pluries dixit
Rota coram Buratto deciſ. 197. num. 1. & 2. ibique Adden. num. 4. & deciſ. 569. num. 1. iu rec. dec. 380. num. 1. par. 1. iu Romana Melioramentorum 16. Iun. 1653. coram R.P.D. meo Bichio, iu Romana Cenſus
3 *coram R.P.D. meo Beuilacqua*, etiã † in cauſis Spi-
ritualibus, ex quo nulla diuerſitatis ratio ad-
ſit inter cauſas Spirituales, & perſonas Eccle-
4 ſiaſticas, cum iſtæ † ſint quid ſpirituale, *c. ſi Iudex de ſent. excomm. in 6. in puncto Rot. deciſ. 98. num. 3. & ſeq. par. 3. rec.* nulla habita diſtinctio-
5 ne an prædictæ cauſæ † agitatæ fuerint inter
particulares perſonas, ſiuè cum Collegijs vel
communitatibus *Rot. deciſ. 380. num. 2. par. 1. rec.*
& in allegata *Romana Cenſus coram R. P. D. meo Beuilacqua.*

Conformitas autem ſententiarum reſpectu
inhabilitatis Ioannis Baptiſtæ ad obtinendam
præſentationem, ac inſtitutionem Canonica-
tus controuerſi non videtur poſſe in dubium

6 reuocari; cum † ſecunda ſit primæ confir-
matoria *gloſſ. & DD. in clem. 1. de re iudic. Gabr.
de exercit. rei iudic. concluſ. 1. num. 33. & ſeqq. Rota
in rec. deciſ. 647. num. 1. part. 1. & deciſ. 491. eo-
dem numer. 1. part. 5.* cum aliis relatis in *Romana
Domorum de Regardis* 15. *Ianuarij* 1649. *coram
me*.

Non obſtat quod in ſecunda dicatur inſti-
tutionem ab Archipresbytero factam de per-
ſona Ioannis Baptiſtæ præſentati eſſe nullam,
eumdemque inſtitutum à poſſeſſione benefi-
cij amouendum eſſe, quia idipſum implicitè
continetur in prima, dum Ioannem Baptiſt.
inhabilem declarat ad obtinendam præſenta-
tionem, & reſpectiuè inſtitutionem ad hunc
Canonicatum, & proindè ad illum inſtitui
non poſſe, & præſentationem de ipſo, quate-
nus facta fuerit, inualidam eſſe, cum in ho-
rum neceſſariam conſequentiam veniat quod
inſtitutio ſit annullanda, & inſtitutus à Cano-
7 nicatu amouendus, & ſic concurrit † ſenten-
tiarum conformitas in ſubſtantia, quod ſuffi-
cit, licet in cortice, & figura verborum di-
ſcordent *Rot. deciſ. 98. nu. 4. part. 1. & dec. 491.
num. 1. part. 5. rec. coram Buratt. deciſ. 567. num. 10.*
& fuit dictum in *Rom. Cambior. 26. Mart.* 1640.
coram R. P. D. meo Cerro, & in *Piſcien. beneficij 20.
Nou. 1651. coram R. P. D. meo Zarate*.

Validitas verò earumdem ſententiarum re-
ſultat ex reuolutione proceſſus, nec illa ener-
uatur ex defectu iuriſdictionis reſpectu pri-
mæ ſententiæ oppoſito, quia cum in gradu
appellationis de illius nullitate non fuerit op-
poſitum, ac illa fuerit per ſententiam Rota-
8 lem confirmata, vtique hodiè de † illius nul-
litate amplius dari non poteſt, vt in puncto
nullitatis ex defectu iuriſdictionis dixit *Rot. de-
ciſ. 176. num. 14. coram Sa. me. Greg. XV. ibiq. Ad-
9 den.* notat id præcedere † etiam ſi nullitas non
eſſet remiſſibilis per partes, & ſub numer. 15.
10 dicit quod poſt duas conformes clauditur via
dicendi de nullitate primæ ſententiæ, *dec. 319.
num. 11. par. 1. rec. & par. 2. deciſ. 572. per tot.* & in
*Oſcen. nullitatis coram Cardin. Lancellotto impreſſ.
poſt Marcheſ. de commiſſ. part. 2. f. 595. per tot.*

Iuſtitia denique redditur indubitata dum
Ioannes Baptiſta caret lingua Illyrica omninò
neceſſaria pro obtinenda validè præſentatio-
11 ne, † ac inſtitutione ad Canonicatum contro-
uerſum ex forma Breuis, ac Litterarum A-
poſtolicarum Sa. me. Sixti V. vt fuit pondera-
rum in duabus Deciſionibus in hac cauſa ſub
diebus 15. Maij 1654. & 25. Iunij 1655. coram
R. P. D. meo Priolo editis.

Data igitur ex prædicta validitate, ac iuſti-
tia, necnon conformitate dd. ſententiarum
reſpectu amotionis Ioannis Baptiſtæ à Cano-
nicatu, ac nullitatis inſtitutionis, vtique illa-
12 rum executioni locus eſt *Surd. conſ. 102. nu. 15.
Dec. conſ. 385. num. 2. verſ. & vlteriùs*, vbi etiam
ſi ſecunda ſit reuocatoria primę *Gratian. diſcep.
Foren. cap. 42. num. 2. & 3. Rot. coram Comitul. de-
ciſ. 120. num. 13.* & in *Aquilaien. diſmembrationis* 18.
Febr. 1656. coram R. P. D. meo Meltio.

Quoad vltimam dubij partem Domini a-
nimaduertendo quod ſententia Rotalis con-
demnat Ioannem Baptiſtam ad reſtitutionem
fructuum à die moræ litis per caput ſepara-
tum, quod non facit ſententia R. P. D. Riual-
di, quæ nullam fructuum mentionem facit,
13 dixerunt d. † ſententiam Rotalem eſſe con-
firmandam ſtante illius incontrouertibili va-
lidate, ac notoria iuſtitia reſultante ex iuſta
condemnatione ad dd. fructuum reſtitutio-
nem *l. 3. ff. interdict. Rot. deciſ. 343. num. 7. part. 1.
rec.* & in aliis relatis in *Barchinonen. fructuum Vi-
caria 14. Febr. 1646. coram Em. D. Cardinali Cor-
rado*.

Et ità altera huiuſmodi, &c.

ROMANA FIDEICOMMISSI DE GRIFFONIBVS.

Merc. 10. Maij 1656.

ARGVMENTVM.

Filiatio quibus concurrentibus dicatur probata ad effectum ſuccedendi etiam fideicommiſſo, quamuis præordinato à perſona Eccleſiaſtica.

SVMMARIVM.

1 *Filiorum legitimorum, & naturalium appellatione veniunt etiam legitimati.*

2 *Filiatio reſpectu patris dicitur difficilis probationis.*

3 *Publica vox & fama in materia probandæ filiationis multum ſolet conſiderari.*

4 *Filiatio quando dicatur probata etiam ad effectum ſuccedendi in fideicommiſſo.*

5 *Naturalitatis qualitas probatur ſi quis ſit natus ex ſoluta ad quam alij non poterant habere acceſſum.*

6 *Legitimati, & ſi nati ex patre vxorato, ſuccedunt in fideicommiſſo cum legitimatio dictum obſtaculum remoueat.*

7 *Legitimitatis qualitas reſultat ex ipſa legitimatione obtenta à perſonis ad id facultatem habentibus.*

8 *Filios naturales legitimatos non cenſetur abhorruiſſe perſona Eccleſiaſtica; Præſertim ſi defuerint legitimè nati in quibus agnatio iuxtà ius præſcriptum perpetuò poſſet conſeruari num. 9. ſi inuitauerit deſcendentes vnius ex fratribus qui eſſet in ſacris, & qui non niſi naturales potuiſſet ſuſcipere num. 10. & ſi fuerit teſtatus vigore Conſtitutionum Sixti IV. Leonis X. Iulij III. & aliarum ſimilium admittentium ad fideicommiſſum illegitimos num. 11.*

12 *Bulla Pij V. ne legitimati ſuccedant in bonis Eccleſiaſticis, vel Eccleſiaſticis perſonis, procedit quoad ſucceſſiones competentes de iure ſpeciali, ſecus quoad eas quæ de iure communi deuoluntur.*

13 *Bona præſumuntur patrimonialia ſi aliud non probetur.*

14 *Bulla Pij IV. reuocatoria legitimationum in præiudicium ſubſtitutorum non habet locum vbi legitimatio non eſt contraria voluntati fideicommittentis.*

15 *Deſcendentium maſculorum legitimorum & natu-*

ralium filiarum fratruum teſtatoris appellatione,
& ſi veniant omnes deſcendentes in infinitum, non
tamen comprehenduntur deſcendentes ex fœminis
quæ non ſint filiæ dd. fratruum, & num. 16.
17 *Deſcendentium maſculorum appellatione veniunt*
maſculi deſcendentes ex fœminis, ſed quando hoc
procedat declaratur.

DECISIO DCCCCLXXXI.

MATTHAEVS inſtitutis hęredibus ſuis
Antonio fratre, Franciſco ex Dario ſe-
cundo fratre Nepote, & alio Franciſco; &
Leonardo ex Pierotio tertio fratre Nepotibus
in ſtirpes, ordinauit quod in portione, quę cui-
libet ſtirpi obueniet ſuccedant filij maſculi
legitimi & naturales eiuſdem ſtirpis in infini-
tum excluſis ſemper fœminis, & deficientibus
maſculis legitimis, & naturalibus vnius vel
plurium dictarum ſtirpium, ſuccedant ma-
ſculi legitimi & naturales ſtirpium quę ſuper-
extabunt, & deficientibus maſculis legitimis,
& naturalibus omnium trium ſtirpium, ſuc-
cedant deſcendes maſculi legitimi, & natura-
les filiarum ipſorum fratruum teſtoris in ſtir-
pes, & non in capita, excluſis ſemper fœminis
vt ſuprà, ſubſtituendo in omnes & ſingulos
caſus prædictos eas, qui vt ſuprà, vocantur
ſemper reciprocè in qualibet ſtirpe, & vnam
ſtirpem alteri ut ſuprà, in perpetuum pupilla-
riter vulgariter, & per fideicommiſſum prohi-
bita omnibus detractione legitimæ, trebellia-
nicæ, & falcidiæ.

Et quia mortuo Franciſco filio Darij, &
alio Franciſco, Leonardo filijs Pierotij ſuc-
ceſſit Carolus filius Antonij, qui ſuſcepit Io-
annem Matthæum, à quo natus eſt Antonius
iunior, viuens pater Ioannis Matthæi iunioris
eius filij legitimati, qui fideicommiſſum poſt
mortem patris ad ſui fauorem purificandum
eſſe prætendit, contrà verò Leonini vti de-
ſcendentes ex Margarita abneptè ex Antonio
fratre teſtoris, & filia dicti Ioannis Matthæi
ſenioris ex vna, & Bulgarutij tanquam de-
ſcendentes mediati à Lucretia ſeniore Nep-
te ex Dario fratre fideicommittentis, ex alte-
ra contendunt ſe eſſe vocatos ad dictum fi-
deicommiſſum per mortem dicti Antonij
iunioris purificatum; Propoſui dubium:
An, & ad cuius fauorem fideicommiſſum ſit
purificatum, quod Domini ad fauorem d.
Ioannis Matthæi iunioris affirmatiuè reſolue-
runt hac moti ratione, quia dum verba fidei-
commiſſi clarè inuitant omnes filios maſcu-
1 los legitimos, & naturales, † quorum appel-
latione veniunt etiam legitimati *Giouagn. conſ.*
21. num. 2. & ſeq. lib. 1. Ciriac. contron. 21. num. 81.
Fuſar. de ſubſtit. quæſt. 403. numer. 1. Rot. deciſ. 388.
num. 8. & 9. & dec. 600. nu. 2. & 3. par. 3. d. Ioan-
nes Matthæus iunior probat ſe filium natu-
ralem ex ſoluta, & ſufficienter legitima-
tum.

2 Filiatio † licet reſpectu patris ſit diffici-
lis probationis, in caſu tamen euincitur ex
multis coniecturis concludentibus, quia non
ſolùm concurrunt tractatus, & recognitiones
factæ ab vtroque parente, ſed vlterius teſtes
deponunt de commercio Antonij cum Hie-
ronyma de tempore conceptionis dicti Ioan-
nis Matthæi, vt in eius *Sum. num. 9.* coarctant
negatiuam acceſſus alterius viri ad dictam
mulierem, omneſque deponunt per publi-
3 cam vocem & famam, † quæ in hac materia
multum ſolet conſiderari ad tradit per *Gozad.*
conſ. 13. numer. 29. & 30. Rot. deciſ. 347. numer. 2.
deciſ. 472. num. 3. part. 8. rec. Imò ex cauſa dicti
commercij, & filiationis, Victoria Antonij
iunioris vxor mouit Iudicium ſeparationis
thori, vt affirmant teſtes *Summ.* Ioannis Mat-
4 thæi *num. 14.* quibus † ſimul iunctis ſatis pro-
bata remanet filiatio etiam ad effectum ſucce-
dendi in fideicommiſſo, vt per *Rot. deciſ. 472.*
num. 8. par. 1. & deciſ. 430. num. 14. par. 5. in Rom.
hæreditatis de Gratianis 18. *Maij* 1649. *coram R.*
P. D. meo Cerro, & in *Bonon. fideicommiſſi Bar-*
tholomei de Bologninis 5. *Iunij* 1651. *coram Em. D.*
Card. Otthobono.

5 Qualitas naturalitatis probatur † ex quo
Ioannes Matthæus natus eſt ex ſoluta ad quã
alij non poterant habere acceſſum *Bald. conſ.*
438. num. 3. lib. 1. Aym. conſ. 168. num. 1. nec re-
fert quod Antonius pater tunc eſſet uxuratus,
6 quia hoc † obſtaculum etiam ad effectum
ſuccedendi in fideicommiſſo de medio ſub-
ſtulit legitimatio *Rot. deciſ. 388. numer. 8. part. 1.*
& deciſ. 600. num. 8. par. 3. rec.

7 Ac demum qualitas legitimitatis † colli-
gitur ex ipſa legitimatione obtenta à Campe-
gijs ad id facultatem habentibus, cui non ob-
ſtat quod teſtator eſſet Epiſcopus, quia non
8 ideò videtur abhorruiſſe filios naturales legi-
timatos *Giouag. d. conſ. 21. num. 40. Rot. Bonon.*
apud eumdem d. conſ. 21. num. 30. pręcipuè tum
9 quia non adſunt legitimè nati, in quibus a-
gnatio iuxta eius præſcriptum perpetuò poſ-
ſit conſeruari *Giouagn. d. conſ. 21. num. 11. & Rot.*
Bonon. ibidem num. 17. Tum etiam quia teſta-
10 tor inuitans deſcendentes vnius ex fratribus
qui erat in Sacris, & non niſi filios illegitimos
poterat ſuſcipere, videtur ſatis indicaſſe ſe
velle filios legitimatos ad fideicommiſſum
admitti *Menoch. præſumpt. 79. num. 19. lib. 4. Fu-*
ſar. de ſubſtit. quæſt. 408. num. 60. Tum demum
11 quia fideicommittens † expreſsè profeſſus
fuit ſe teſtari vigore quoque Conſtitutionum
Sixtij IV. Leonis X. Iulij III. & aliarum ſi-
milium, quæ tunc vigebant admittentium
illegitimos, vndè confirmando ſe cùm dictis
Bullis, multòmagis admitti cenſetur voluiſſe
legitimatos *Rot. conſ. 67. num. 29. & ſeqq. libr. 3.*
qui cum alijs refert, & ſequitur *Lup. de illegit.*
comment. 1. §. 4. num. 23.

Minus obſtat quod Bulla Pij V. prohibeat
nè legitimati ſuccedant in bonis Eccleſiaſti-
12 cis, vel Eccleſiaſticis perſonis, † quia Bulla
procedit ſolum quoad ſucceſſiones compe-
tentes de iure ſpeciali, non verò quoad eas,
quæ de iure communi deuoluuntur, vt latè
comprobat *Giouagn. reſponſ. 37. num. 10. & ſeqq.*
lib. 2. Imò dum non probatur bona eſſe Ec-

ele-

13 cleſiaſtica, † in dubio præſumuntur eſſe patrimonialia *Roman. conſ.* 159. *num.* 5. *Menoch. de arbitr. caſ.* 195. *num.* 10. *Rot. apud Pen. deciſ.* 1015. *num.* 3. *& ſeq.*

Nec denique obſtat quod Bulla Pii IV. ſit reuocatoria legitimationum in præiudicium
14 ſubſtitutorum non ſolum, quia dicta † Bulla non procedit vbi legitimatio non eſt contraria voluntati fideicommittentis *Giouagn. d. rep.* 21. *num.* 14. *Mareſcott. var. lib.* 3. *cap.* 20. *nu.* 20. *&* 87. *& ſeq. Rot. d. deciſ.* 388. *num.* 5. *& ſeq. par.* 1. *& deciſ.* 601. *num.* 13. *par.* 3. *rec.* Verum etiam quia nec Leonini, nec Bulgarutij ſunt vocati, ſicque non agitur de præiudicio ſubſtitutorum.

Quod autem non ſint vocati patet, quia dum teſtator deficientibus deſcendentibus maſculis omnium trium ſtirpium ſubſtituit deſcendentes maſculos legitimos, & natura-
15 les filiarum fratruum dicti teſtatoris, quorum appellatione veniunt quidem deſcendentes in infinitum, ſed tamen non comprehenduntur deſcendentes ex fœminis quæ non ſint filiæ dd. fratruum, vt per *Alex. conſ.* 56. *num.* 3. *libr.* 5. *Cephal. conſ.* 330. *num.* 3. *Menocch. conſ.* 595. *num.* 3. *& ſeq. Rot. in Romana fideic. de Victorijs* 20. *Martij* 1651. *§. ad hoc oſtendendum, &* 19. *Ianuar.* 1651. *§. neque releuare coram Em. Dom. Card. Ottbobono,* Bulgarutij non deſcendunt immediatè à Lucretia prima filia Darij fratris teſtatoris, nec à maſculis dictæ Lucretiæ primæ prout requireretur, ſed à Lucretia ſecunda ex dicto Dario fratre teſtatoris abneptè, cuius deſcendentes in fideicommiſſo non comprehenduntur,
16 cum † vocatio maſculorum deſcendentium à filialibus fratrum teſtatoris intelligatur de deſcendentibus immediatè à dictis filialibus, non autem de ijs quæ mediatè deſcendunt à neptè dd. filiarum, *Fuſar. conſ.* 70. *numer.* 3. *verſ. & hoc procedit, Menocch. conſ.* 172. *nu.* 21. *conſ.* 774. *num.* 7. *conſ.* 878. *num.* 20. *& ſeq. Peregr. de fideicommiſſis art.* 26. *num.* 19. vbi ità refert iudicatum; Leonini verò non ſunt deſcendentes alicuius filiæ fratruum teſtatoris, ſed Margaritæ ex Antonio teſtatoris fratris abneptis, à fideicommiſſo conſequenter excluſi.

17 Nec applicantur deciſiones † in *Bonon. Succeſſionis* 4. *May* 1646. *coram R.P.D. meo Bichio,* & in *Nucerina fideicommiſſi* 1. *Iunij* 1650. *coram R. P. D. meo Meltio,* quibus firmatur quod appellatione deſcendentium maſculorum veniunt etiam maſculi deſcendentes ex fœminis, quia non procedunt quando ſimpliciter vocatio eſt reſtricta ad maſculos deſcendentes ex certis fœminis, & in earum deſcendentia adeſt implicita excluſio deſcendentium ab vlterioribus fœminis reſultans ab ipſarum fœminarum expreſſa excluſione.

Et ità vtraque, &c.

NEAPOLITANA SEMINARII.

Veneris 12. *Maij* 1656.

ARGVMENTVM.

Seminaria quo caſu comprehendantur, & quando ſecus ſub conſtitutionibus prohibentibus nouorum conuentuum erectionem infrà certam diſtantiam.

SVMMARIVM.

1 *Rota quandoque ommiſſis attentatis ſolet mandare diſcuſſionem ſuper bono iure.*
2 *Conſtitutiones Clem. VIII. Gregor. XV. Vrban. VIII. & aliæ prohibentes nouorum conuentuum erectionem infra certam diſtantiam nō comprehendunt Seminaria ſecularia, quæ non habent Eccleſiam publicam, campanas, conciones ſepulturas, nec pro miſſis eleemoſynas recipientia.*
3 *Licentia vinculum ſupponit, & relaxatio ligamen.*
4 *Declaratio noui iuris induſtiua habet vim nouæ legis, & particularis priuilegij: Nec ad non comprehenſos extendi valet, num.* 5.
6 *Communicatio priuilegiorum non intrat in ijs quæ ſunt aliis præiudicialia.*
7 *Seminarii approbatio, ac cætera neceſſaria præſumuntur interueniſſe ex curſu temporis.*
8 *Seminarii ſubſtantia reſidet in introductione perſonarum & alumnorum.*
9 *Seminarium non muri ſed perſonæ conſtituunt.*
10 *Error conſenſum excludit.*
11 *Impoſſibilitas efficit vt conditio reſolutiua adiecta habeatur pro non appoſita, & vitietur non vitiet.*

DECISIO DCCCCLXXXII.

IOANNES Baptiſta Manzo de licentia fel. record. Pauli V. montem Neapoli erexit vſque ad certam ſummam multiplicandum; & cum ſubinde fruſtrà tentaſſet in domo propria ſeminarium erigere propter impedimēta à diuerſis Monaſteriis circumuicinis excitata tandem per Breue ſan. me. Vrbani VIII. obtinuit committi Ordinario Neapolitano, qui in loco à dd. Monaſterijs centum octuaginta cannis diſtante ſcolarium Seminarium inſtitueret ſub cura PP. Societ. IESV; Vndè quia vltimo loco Seminarium translatum fuit ad domum Ducis della Barrera ad hanc effectum emptam, multique regulares, & inter alios PP. Dominicani vnà cum Ordinario ſe oppoſuerunt: & cauſa per Sacram Congregationem Regularium Ordinario Neapolitano remiſſa; Is attentata reuocauit. In gradu appellationis, propoſui dubium ſuper
1 attentatis, ſed ijs ommiſſis, Domini mandarunt quod de bono iure videretur, dubio ſubindè propoſito de cuius bono iure conſtaret; Reſponderunt: Seminarium fouere bonum ius dummodò tamen non habeat Eccleſiam publicam nec campanas, nec ſepulturas, nec conciones publicas, nec pro miſſis eleemoſynas recipiat hac ſcilicet decidēdi ratione quia

quoad

quoad Regulares contradicentes Conſtitutio
Clem. VIII. Gregor. XV. Vrbani VIII. & aliç
prohibentes nouorum conuentuum erectio-
nem infrà certam diſtantiam obſtant quidem
erectioni nouorum Monaſteriorum Eccleſiā
& campanas habentium, eaſque functiones
abeuntium quæ ab alijs vicinis Eccleſijs fre-
quentiam, ſeù eleemoſynarum concurſum
2 auertere poſſint, ſed non comprehendunt Se-
minaria ſecularia quæ iis deſtituuntur, *Lezan.
in ſumm. verb. Monaſteria Regularium num. 2. & 4.
Ceſped. de exempt. regul. cap. 1. dub. 6. num. 1. & ſeq.
Rot. deciſ. 676. num. 10. verſ. cum in collegiis par. 1.
rec. & in Iannen. priuilegiorum 24. Iunij 1647. co-
ram Reuerendiſſ. Tarraconen.*

Et hoc ita non ſolum comprobat obſeruā-
tia Vrbis Romæ vbi Seminaria paſſim repe-
riuntur ſita propè conuentus Mendicantium,
ſed etiam declarario ſuper caſu ſimili emiſſa
à fel. rec. Vrbano VIII. dubietatem de me-
dio tollit, cum enim conceſſerit Hieroſoly-
minis indultum prohibendi erectionem Se-
minarij hinc ſatis videtur cōſtare quod ex prç
dictis conſtitutionibus ſeminarij ſæcularis ere
3 ctio impediri non poſſit vtpotè quia † licentia
vinculum ſupponit & relaxatio ligamen.

Nec dicatur quod Indultum potius ſit dd.
Conſtitutionum interpratatiuum, quia imò
emanauit pro declaratione alterius præcedē-
tis indulti iiſdem Hieroſolyminis conceſſi, &
tamen quamuis eſſet Conſtitutionum decla-
ratiuum adhuc etiam non ſuffragaretur quia
cum dictæ Conſtitutiones neque ex vi verbo-
rum neque ex vi rationis comprehendant Se-
4 minarij erectionem, † declaratio vti noui iu-
ris inductiua ad dd. Conſtitutiones retrotrahi
non poſſet, aut illis ineſſe, ſed vim nouæ legis.
& particularis priuilegii ſemper obtineret
ad tradit. *per Dec. in l. editam num. 49. C. de eden. &
in cap. vlt. num. 13. de Conſtit. Alex. conſ. 11. num. 14.
lib. 7. Menoch. conſ. 191. num. 49.* & vti talis ad
5 Dominicanos non comprehenſos nullatenus
protenderetur *Menoch. præſumpt. 103. nu. 45. lib. 3.
Suarez de legib. cap. 10. & 11. Salas. eod. tract. diſp.
17. ſect. 6. & 8. Adden. ad Buratt. deciſ. 12. litt. B.*
& in terminis declarationis *Rot. in Bonon. ſuc-
ceſſionis de Zanis 9. Decembris 1654. §. fin. coram
R. P. D. meo Bichio.*

Nec replicetur quod PP. Domenicani ſal-
tem vigore communicationis priuilegiorum
vti poſſint d. declaratione ad Hieroſolymi-
norum fauorem emanata, quia communi-
catio reſtringitur ad priuilegia Mendicantiū
quales non ſunt Hieroſolymini, ceſſaretque
6 vlterius eiuſdem efficacia quia † communi-
catio non intrat in ijs, quæ ſunt alijs præiudi-
cialia *Rot. apud Caualer. dec. 101. n. 3.*

Quo verò ad Ordinarium non poteſt eiuſ-
dem promotor Fiſcalis, Seminarij erectionē
prohibere eo ſub prætextu quod non viſita-
uerit, quia cum in dicta domo Ducis della
Barrera Seminarium hactenus manſerit per
12. annos vidente & non reclamante Ordina-
rio, eiuſque promotore Fiſcali, intrat tacita
7 approbatio, † & præſumpta viſitatio Ordina-
rij, omniaque neceſſaria præſumuntur inter-
ueniſſe *Felin. in cap. ſicut num. 29. de ſentent. & re
iudic. Ancar. conſ. 117. in fin. verſ. non enim veriſi-
mile Caſſad. deciſ. 8. num. 1. ſuper regul. Rot. coram
Gregor. deciſ. 57. num. 7. & deciſ. 353. n. 10. & in rec.
deciſ. 87. n. 3. & 4. p. 4.*

Non obſtat quod Seminarium hucuſque
ſteterit in d. domo tanquam conductitia quia
8 ſubſtantia erectionis non conſiſtit in emptio-
ne & conductione, ſed in introductione per-
ſonarum & alumnorum *Gonzal. ad reg. 8. gloſ. 5.
9 §. 7. num. 73.* vbi quod non † muri ſed perſonç
faciunt Seminarium *Barboſ. de poteſt. Epiſc. alleg.
77. n. 25. Garz. de benef. par. 12. cap. 2. n. 193. Adden.
ad Buratt. deciſ. 691. nu. 15.* vbi quod in condu-
ctione & conſtructione militat eadem ratio,
& firmauit *Rota in Adiacen. beneficii 15. Aprilis
1622. coram bo. me. Coccino.*

Minuſque quod fundator mandauerit ſub
pœna caducitatis quod Seminarium fieri de-
beret in domo Io: Baptiſtç Manzij, quia dum
credidit id poſſe fieri in hoc errauit, & pro-
pterea quia ad inſtantiā Monachorum Mon-
tis Virginis poſtea inhibitum fuit ne attenta
contiguitate & reciproco proſpectu inter di-
ctum Monaſterium & domum d. Manſij: ibi
Seminarium collocaretur; cumque fuerit fa-
cta impoſſibilis erectio in d. domo, caducitas
ceſſat ex defectu conſenſus Fundatoris, quem
10 ipſius † error excludit *Buratt. deciſ. 19. num. 10.
Adden. ad eamdem deciſ. 136. litt. B.* ipſaque im-
11 poſſibilitas: † ibi manendi, efficit quod adie-
cta conditio reſolutiua habeatur pro non ap-
poſita, & vitietur non vitiet, dum ſcilicet nō
reſpicit ipſam ſubſtantiam erectionis, ſed lo-
cum, qui accidens eſt *l. inſulam §. in operis ff. lo-
cat. Duran. de condit. & mod. impoſſ. p. 1. cap. 1. n. 18.
& 20.* idemque fundator prouidendo in caſū
in quem erectio in d. domo fieri non poſſet,
apertè mandauit quod alia domus ad dictum
effectum emeretur.

Et ita vtraque, &c.

COMEN. BENEFICII.

Ven. 12. Maij 1656.

ARGVMENTVM.

Præſentato vt in concurſu debeatur inſtitutio, quæ ſint neceſſaria: Derogatio medietatis vocum quando non habeat locum. Et declaratur quibus in caſibus ſuper beneficijs poſſit compromitti.

SVMMARIVM.

1 *Poſſeſſio præſentandi acquiritur ex vnica præſentatione effectata.*

2 *Præſentatus à maiori parte illorum, qui ſunt in quaſi poſſeſſione præſentandi debet inſtitui.*

3 *Pro valida præſentatione non eſt neceſſe quod probetur deſcendentia à fundatore, ſed tantum ab eo qui eſt in poſſeſſione præſentandi.*

4 *Gratia anterior eſt præferenda.*

5 *Gratia derogationis medietatis vocum prorſus eſt inutilis ſi non conſtet de præſentatione à medietate patro-*

patronorum exiſtentium in poſſeſſione præſentandi.
6 *Voces patronorum ſumi debent in capita et non in ſtirpes in iurepatronatu gentilitio ſecus in hæreditario.*
7 *Iuſpatronatus præſumitur hæreditariũ, ſi illud gentilitium non probetur.*
8 *In iurepatronatus hæreditario multi hæredes vnius patroni pro vna tantum voce reputantur.*
9 *Compromitti poteſt ſuper beneficio.*
10 *Etiam ſi clericus arbiter non fungatur perſona Iudicis, ſed perſonæ priuatæ.*
11 *Hoc procedit quando arbiter grauat de danda pecunia, ſeu annua portione temporali & aſſignatur ratio. Secus quando grauat eum cui beneficium adiudicat, vt alteri cedat aliud beneficium, vel perpetuam penſionem Eccleſiaſticam & pariter traditur ratio, num. 12.*
13 *Permutatio beneficiorum non pendet à poteſtate priuatarum perſonarum, ſed Papæ, vel Ordinarij.*
14 *Regula de triennali vt habeat locus requiritur poſſeſſio pacifica.*
15 *Lis non dicitur extincta per laudum nullum.*
16 *Laudum dicitur ſimoniacum ſi facto compromiſſo ſuper beneficio, is cui adiudicatur, grauatur vt cedat aliud beneficium.*
17 *Regula de triennali excludit ſimoniacè ingreſſum.*

DECISIO CMLXXXIII.

IO: Baptiſta vacante beneſicio SS. Blaſij & Andreæ loci Citilij ad illud fuit præſentatus à multis de familia Caſtrobuſetiorum, ſubindè ab Ordinario inſtitutus, & quia per Breue commiſſa cauſa appellationis D.Sebaſtiano Salazario, is poſtquam reuocauit ſententiam Ordinarij,& pronunciauit Octauum Carolum compræſentatum eſſe inſtituendum tanquam arbiter ſuo laudo ab vtraque parte ſubſcripto decreuit quod beneficium remaneret liberum apud dictum Ioannem Baptiſtam, denuo vero commiſſa cauſa executionis ſententiæ latæ à Salazario, & rei iudicatæ D.Baldono,illam executioni demandauit, ſed hæc vltima ſubindè à R. P. D. Amadeo reuocata,tandemque deuoluta cauſa appellationis ad Rotam propoſui dubium cui eſſet dandum mandatum de manutenendo, ſed Domini mandarunt quod appoſito ſequeſtro videretur de bono iure, vndè pluries propoſita cauſa D.reſoluerunt conſtare de bonoiure d. Octauiani Caroli quia dum probat Clericatũ ex litteris patẽtibusOrdinarij ſimulq; vacationẽ, valotem ducator.80. non excedentem, & Iuriſpatronatus exiſtentiam ex confeſſione d. Ioannis Baptiſtæ ex eadem vacatione venientis, eumdemque valorem exprimentis, & iuriſpatronatus exiſtentiam allegantis, docet vlterius iuſpatronatus de quo agitur ſpectare ad Antonium, Alexandrum, Hippolytum, & Iſabellam filiam Danesij à quibus fuit præſentatus vtpotè quia ſunt ijdem qui de anno 1598. præſentarunt Gaſparem ab Ordinario
1 tunc inſtitutum, ſufficitq; ad † acquirendam
præſentandi poſſeſſionem quod oſtendatur
vnica præſentatio effectum ſortita *iuxt. doctr.
Rip.in cap.cum Eccleſia Sutrina numer.91. de cauſ.
poſſ.& propriet.Garz.de benef.par.5.cap.5.num.59.
Rot.in Mutinen beneficij 27. Martij 1648. & in
Sulmonen. beneficii 10. Martii 1649. coram bo.me.
Arguelles.*

Probatis vero huiuſmodi extremis euincitur bonum ius d. OctauianiCaroli,cum enim
2 fuerit † præſentatus à quatuor ex ſex patronis
ſufficit quod habeat præſentationem à maiori
parte illorum, qui ſunt in quaſi poſſeſſione
præſentandi *cap.quærelam & cap. conſultationibus
de iurepatronatus Rot. in Tordonen. Iuriſpatronatus
22. Iunii 1646. coram Reuerendiſſ. Tarraconen. &
17. Iunii 1647.coram R.P.D. meo Celſo, & in Gerunden. beneficii 11.Martii 1648. & in Piſcien. beneficii 27. Nouembris 1650. coram eodem*, nec eſt
3 neceſſe ad † effectum validitatis præſentationis quod deſcendentia probetur à Fundatore,
ſed tantum ab eo qui eſt in poſſeſſione præſentandi, vt per *Lotter.de re benef.lib.2. q.12. nu.
118.& ſeq.Rot.coram Buratt.dec.559. num.3. Duran.dec.100.num.4.& in d.Piſcien.beneficii 27. Nouembris 1650. coram R. P. D. meo Celſo, & 20.
Nouembris 1651. coram R.P.D. meo Zarate, & in
Firmana beneficii 23. May 1653. coram R. P. D.
meo Bichio.*

Non obſtat quod Ioannes Baptiſta à Summo Pontifice obtinuerit derogationem me-
4 dietatis vocum, quia non ſolum† huiuſmodi
gratia nõ eſt attendenda in concurſu alterius
per Octauianum Carolum obtentę *cap.ſi à Sede de præb.in 6. Rot. coram Buratt. deciſ.421. nu.1.
& in Ebrunden.Prioratus 27. Iunii 1653.& prima
Iunii 1654. coram R. P. D. meo Albergato*, ſed
5 etiam penitus eſt † inutilis, dum ſcilicet Io:
Baptiſta non probat ſe fuiſſe præſentatum à
medietate patronorum exiſtentium in poſſeſſione præſentandi vt notat *Viuian. de iurepatronatus par.2.lib.11.cap.3. num.39. Rot. in Aſculana
Iuriſpatronatus 18. Martij 1616. coram Sacrato &
in Maceraten iuriſpatr.15.Decemb.1625.& 1.Iulij
1626.coram bo.me. Coccino.*

Nec valet replicatio quod Ioannes Baptiſta
plures habuerit voces ſumeñ in capita, & nõ
6 in ſtirpes, † quia id quidem procederet ſi iuſpatronatus eſſet gentilitium, ſecus vero vbi,
7 vel eſt hæreditarium, vèl non docetur illud
eſſe gentilitium, quia tunc præſumitur hæreditarium *cap.1.vbi Abb.num.1. de iurepatr. Seraphin.deciſ.456.num.1.Rot. deciſ.707. num.8.par.1.
8 & deciſ.756.num.1.par.6.rec.* † multique hæredes vnius patroni pro vna tantum voce reputantur *Clem.plures de iurepatr.Rot. deciſ.37. nu.1.
par.6.rec.*

Minuſque obſtat laudum à partibus accep-
9 tatum, quia licet ſuper † beneficio poſſit cõpromitti *cap.niſi eſſent de præb.Abb.in cap.2.nu.6.
de arbitr.Mandoſ.ſuper regul.27.Cancell.q.5. nu.7.
Sarnen.ſuper regul.de annal.q.2.num.4.* etiam ſi
10 clericus † arbiter non fungatur perſona Iudicis ſed perſonæ priuatæ, vt ex *d. cap. niſi eſſent
deſumunt Suarez de Relig.tom.1.tract.3.lib.3. c.51.
num.43.verſ.ſed contrarium Laym.oper.moral.lib.4.
tract.10.cap.vlt.§.5.num.58. verſ.quinimo. Bonac.
de ſimon.diſput.1.q.4. §.14.nu.12.in fin.* Id tamen
11 procedit † quando arbiter grauat de danda
pecunia,ſeu annua portione temporali ex quo
tunc

tunc recompenſa non datur pro re ſpirituali,
ſeu titulo beneficij, ſed pro bono pacis, quod
eſt temporale vtpotè vtile, & pretio æſtima-
bile, vt benè declarat *Filiuc. oper. moral. tom. 3.*
tract. 26. cap. 11. num. 28. circa fin. Reginald. in prax.
fin. punit. lib. 13. cap. 1. num. 257. Secus verò vbi
prout in caſu arbiter in ſuo laudo grauat eū,
12 cui beneficiū adiudicat, vt alteri cedat aliud
beneficium, vel perpetuam penſionem Eccle-
ſiaſticam, tunc enim huiuſmodi arbitrium
damnatur in *d. cap. niſi eſſent in fin. de præben.* ex
quo reſoluitur in permutationem beneficio-
13 rum, † quæ non pendeat à poteſtate priua-
tatum perſonarum, ſed Papæ, vel Ordinarij,
vt diſtinguendo tradunt, *Suar. de Relig. tom. 1.*
tract. 3. lib. 4. cap. 51. num. 3. verſ. vel quando, & nu.
13. verſ. & talis Lambert. de iurepatron. lib. 3. qu. 9.
art. 9. & pluribus comprobant *Laym. oper. mor.*
lib. 4. cap. vlt. num. 58. ante med. verſ. nulla item Bo-
nac. de ſimon. d. §. 15. num. 2. verſ. niſi ſil. d. cap. 11.
num. 26. vers. nec tertio Bellet. diſquiſ. clariſ. q. 1 tit.
de cler. debit. §. 6. num. 7. & ſeq. Ber. conſ. 18. nu. 9. &
10. lib. 1. Rot. apud Pen. inter impreſſ. Lugduni dec.
453. num. 1.

Hinc verò Io: Baptiſtæ ſuffragari non po-
teſt allegata regula de triennali nedum quia
14 nunquam † habuit poſſeſſionem pacificam
omnino neceſſariam ad effectum vt intret re-
gula prædicta ſtante dicta lite iux. *gloſ. in clem.*
prima de ſequeſ. poſſeſſ. & fruct. Berou. d. conſ. 18. nu-
mer. 12. vol. 1. & fuit dictum in *Aprutina Paro-*
chialis 7. Iunii 1653. coram R. P. D. meo Albergato,
confirmata 28. Martii 1655. coram R. P. D. meo
15 *Meltio*, quæ non valet † dici extincta per lau-
dum nullū non expedito beneplacito Apo-
ſtolico ex relat per *Bero. d. conſ. 18. per tot. vol. 1.*
Verum etiam quia cum idem Ioannes Bapti-
ſta in dicto laudo grauaretur renunciare Octa
uiano Carolo aliud beneficium nuncupatum
16 S. Fidelis in loco de Cornago, † laudum ex
authoritatibus ſuperius allegatis eſt ſimonia-
17 cum, ipſaque † regula de triennali dictum
Ioannem Baptiſtam excludit tanquam ſimo-
niacè ingreſſum ad notat. per *Felin. conſ. 2. nu.*
51. Bero conſ. 18. num. 12. verſ. item ex quo lib. 1. Rot.
apud Pen. deciſ. 882. num. 1.

Et ita vtraque, &c.

ROMANA SEV SABINEN. FIDEI-COMMISSI.

Lunæ 22. Maii 1616.

A R G V M E N T V M.

In fideicommiſſo quando non ſolum fœminæ agnatę, ſed etiam deſcendentes ab illis cenſeãtur vocatæ ex quo teſtator vocauerit filias fœminas & deſcendentes N.

S V. M M A R I V M.

1 *Deſcendentes à filia dicuntur deſcendere etiam ab illius patre, & ſunt de iſtius linea fœminina.*

2 *Copula Et poſita inter filias & deſcendentes auget, extenditque vocationem ad alios gradus vltra filias.*

3 *Linea fœminina cenſetur poſita in conditione ſi adſint verba,* E mancando anche la deſcendenza e linea feminina detro N.

4 *Poſita in conditione deſcendentia & linea fœminina omnes tam maſculi quam fœminæ eiuſdem lineæ & deſcendentiæ cenſentur diſpoſitiuè vocati ex ſtatut. Vrbis lib. 1. cap. 142.*

5 *Dictio,* Tutta, *adiecta deſcendentiæ, ſeu lineæ fœmininæ, omnes comprehendit nec reſtringitur ad ſolam perſonalitatem fœminarum agnatarum.*

6 *Linea eſt collectiuum plurium perſonarum & graduū.*

7 *Verbum, deſcendentia, non contentatur primis inſtitutis ſed tendit ad infinitatem.*

8 *Deſcendentia tractum ſucceſſiuum ſignificat.*

9 *Linea ſine deſcendentibus vlterioris gradus conſtitui non poteſt.*

10 *Filia fœmina licet præſtet originem lineæ fœmininæ non tamen de per ſe conſtituit lineam immo nec eſt de linea fœminina ſed maſculina.*

11 *Deſcendentes à filiabus ſemper comprehenduntur quoties teſtator à maſculis tranſitum facit ad fœminas.*

11 *Subſtitutiones poſteriores quando comprehendunt omnes deſcendentes fœminas primo inſtitutorum omnes pariter cenſentur vocati in præcedentibus ſubſtitutionibus.*

13 *Dictio, vt ſuprà, poſita in ſubſtitutione ſequenti denotat omnimodam paritatem cum antecedenti.*

14 *Teſtator non præſumitur in portione obuenta inſtituto voluiſſe ipſius deſcendentibus fœminis præferre deſcendentes fœminas tranſuerſalium, ſed potius ipſas deſcendentes inſtitutí vocari eo ordine quo ab inteſtato ſucceſſiſſent.*

15 *Teſtator non præſumitur voluiſſe eſſe melioris conditionis remotiores quam proximiores.*

6 *Deciſiones in Maceraten. hæreditatis 20. Februarii 1698. coram Pamphilio & 17. Decembris 1910. coram Manzanedo declarantur.*

17 *Coniectura conſeruationis agnationis non ſuffragantur niſi quando teſtator reſpexit ad conſeruationem agnationis, vel quando illa non fuit per teſtatorem reſtricta niſi in vnoquoque columnello, & numer. 18.*

19 *Agnationis conſeruandæ excluſio reſultat ſi teſtator pluries vocauit fœminas etiam tranſuerſales & deſcendentes ab eis abſque vllo onere aſſumendi nomen & inſignia.*

20 *Deſcendentium appellatione veniunt etiam deſcendentes ex fœminis.*

D E C I S I O DCCCCLXXXIV.

IOANNES Caccia in ſuo ſub quo deceſſit
teſtamento inſtituit ſibi hæredes in ſemiſ-
ſe Petrum filium, & in altero ſemiſſe Ioannē
Paulum Aldobrandinum, Ioannem Baptiſtā,
& Dominicum ex alio Dominico filio præ-
defuncto nepotes cum ſucceſſiuo, & perpetuo
fideicommiſſo ad fauorem filiorum, & de-
ſcendentium maſculorum dictorum hęredū, 1
& vlterius in defectum deſcendentiæ, & lineę
maſculinæ eiuſdem Petri fecit aliam ſubſtitu-
tionem per hæc verba. *E mancando la deſcen-*

denza

denza maſcolina d'eſſo Sig. Pietro all'vltimo maſchio
che morirà ſenza figlioli, e deſcendenti maſchi, li ſu-
ſtituiſce volgarmente, pupillarmente, & per fideicō-
miſſo, & in ogn'altro meglior modo le figliole femine,
e deſcendenti d'eſſo Sig. Pietro, e mancando anche la
deſcendenza, e linea feminina d'eſſo Sig. Pietro in
queſto caſo ſoſtituiſce li ſopradetti Signori Gio. Paolo
Aldobrandino &c. e li loro deſcendenti maſchi.

Extincta de anno 1653. deſcendentia ma-
ſculina Petri per obitum Pauli eius filij ſine
liberis, ad portionem eiuſdem Petri aſpirant
tam Ioannes Philippus Maria Caccia deſcen-
dens maſculus ex Dominico iuniore nepote
teſtatoris primo loco inſtituto, quam Ioan-
nes Philippus, Antonius Franciſcus, & alij
fratres de Rubeis ab Aurelia filia Petri procrea
ti, vndè propoſito à me dubio, An & ad cu-
ius fauorem conſtaret de fideicommiſſo, ad
fauorem filiorum Aureliæ fuit reſponſum ea
ratione, quia teſtator in defectum lineæ ma-
ſculinæ Petri vocauit eiuſdem Petri filias fœ-
minas & deſcendentes, & ſic per conſequens
1 dictos de Rubeis, † qui, vti deſcendentes ab
Aurelia filia Petri, dicuntur deſcendere ab eo
dem Petro, & ſunt de ipſius linea fœminina
expreſsè à teſtatore vocata iuxta notata per
Caſtren. in l. maritus num. 5. C. de procur. l. cum ita §.
in fideicommiſſo ff. de leg. 2. Cephal. conſ. 413. nu. 20.
& ſeq. Menoch. conſ. 205. nu. 19. Ciriac. controu. 281.
num. 87. & ſeqq. & controu. 365. num. 23. 28. & 40.
Rot. in Bonon. fideicommiſſi de Barberijs 5. Decembr.
1650. coram Eminentiſſ. D. Card. Corrado, & 19.
Februar. 1652. coram R. P. D. meo Bichio; Atten-
2 tentis præſertim tàm † copula, *Et*, poſita in-
ter filias & deſcendentes, quæ auget, extendit
que vocationem ad alios gradus vltrà filias
Petri, *l. ea tamen adiectio ff. de leg. 3. Rot. deciſ. 51.*
num. 8. p. 1. rec. & deciſ. 314. num. 15. p. 5. & ad pro-
poſitum *Soccin. iun. conſ. 69. ſub numer. 14. lib. 3.*
quam verbis immediatè ſequentibus, ibi, *e*
mancando anche la deſcēdenza e linea feminina d'eſ-
ſo Sig. Pietro, in queſto caſo ſoſtituiſce li ſopradetti
Signori Gio: Paolo &c. quæ verba ſicuti conuin-
3 cunt, † teſtatorem in conditione poſuiſſe de-
ſcendentiam & lineam fœmininam Petri,
ità attento ſtatuto Vrbis lib 1. cap. 142. omnes
4 tam † maſculi, quàm fœminæ eiuſdem lineę,
& deſcendentiæ dicuntur diſpoſitiuè vocati,
Gabr. conſ. 115. num. 11. lib. 1. Rot. coram ſan. mem.
Gregor. XV. deciſ. 375. num. 1. ibique Adden. num. 19.
in rec. deciſ. 237. num. 14. par. 5. in Romana fideicom-
miſſi de Incoronatis 19. Nouembris 1637. coram Pi-
rouano, & in puncto de linea poſita in condi-
tione fuit dictum in *deciſ. 424. ſub num. 1. par. 2.*
rec. & deciſ. 479. num. 2. par. 5. Eoque magis in
præſenti caſu cum teſtator poſt poſitam ſub
conditione deſcendentiam maſculinam, & fę-
mininam vtriuſque columnelli nempè dicti
Petri, necnon Ioannis Pauli, & fratrum vſus
5 fuerit dictione † *Tutta*, ibi, *e mancando tutta la*
linea, e deſcendenza di detto Sig. Pietro, quæ tan-
quam vniuerſalis nō valet reſtringi ad ſolam
perſonalitatem dictarum fœminarum agna-
tarum Petri, *Bart. in l. ſi vnus §. pactus non peteret*
num. 5. ff. de pact. Rot. deciſ. 269. nu. 9. p. 5. & dec. 164.
n. 22. & ſeq. p. 6. rec.

Et hinc corruit interpretatio exaduerſo da-
ta ſcilicet quod vocentur ſolæ fœminæ agna-
tæ in tota deſcendentia Petri, nam verba, de-
ficiente deſcendentia & linea fœminina non
ſolum verificantur in agnatis, ſed etiam in
quibuſcunque deſcendentibus ex fœminis,
6 cùm † linea ſit collectiuum plurium perſona-
rum & graduum vt notant *DD. in l. Gallus §.*
quidam rectè ff. de liber. & poſth. Bald. conſ. 334. n. 9.
vol. 3. Dec. conſ. 365. ſub num. 7. Surd. conſ. 334. n. 14.
Rot. coram Merlin. dec. 206. nu. 15. & dec. 228. nu. 20
7 *& ſeqq.* & verbum † deſcendentia non con-
tentetur primis inſtitutis, ſed tendat ad infini-
tatem *Ruin. conſ. 164. num. 7. volum. 3. Menoch. conſ.*
1155. num. 18. & 19. & tractum temporis ſuc-
8 ceſſiuum † ſignificet ex cumulat per *Ciriac.*
controu. 205. num. 65. Prætetquod deſcendentia,
& linea fœminina Petri nunquam potuiſſet
dici poſita in conditione niſi datis deſcenden-
tibus vlterioris gradus ex filia fœmina, cùm
9 alias † linea conſtitui non poſſit vt benè in
terminis ratiocinatur *Ciriac. controu. 365. nu. 24.*
& 27. & ſeqq. Rimin. iun. conſ. 744. num. 23. & ſeqq.
Rot. deciſ. 6. num. 22. & deciſ. 21. num. 23. par. 5. rec.
10 filia † enim licet præſtet originem lineę fœ-
mininæ non tamen de per ſe conſtituit lineā,
imò nec eſt de linea fœminina, ſed de maſcu-
lina, *Caſtren. in d. l. maritus num. 5. C. de procur. Ri-*
min. iun. conſ. 117. num. 22. Peregr. art. 26. numer. 28.
Menoch. conſ. 234. num. 13. Rip. obſeru. 306. per tot.
Verall. dec. 18. n. 4. p. 2.

Et huiuſmodi intellectus confirmatur etiā
Primo quia teſtator in dicta ſubſtitutione ad
fauorem filiarum, & deſcendentium Petri
vocauit perſonas in præcedenti ſubſtitutione
ad fauorem maſculorum excluſas, vt exclu-
ſerat ne dum filias fœminas, ſed etiam earum
deſcendentes, ibi, *eſcludendo ſempre le figliole, e*
deſcendenti ſemine, & ſic per conſequens deſcē-
dentes ex fœminis hic voluit comprehendi,
11 quoties enim teſtator † à maſculis tranſitum
fuit ad fœminas ſemper comprehenduntur
deſcendentes ex filiabus *Peregr. conſ. 39. num. 15.*
verſ. proindè in fin. lib. 6. Laderch. conſ. 135. col. vlt.
verſ. eſt itaque ſenſus. Secundo, quia in poſterio-
ribus ſubſtitutionibus in euentum deficientię
lineæ maſculinæ, & fœmininæ Ioannis Pauli,
& fratrū, teſtator vocauit omnes deſcendētes
fœminas illorumq; quo caſu ſicuti omnes de-
ſcendētes cōprehenderentur, ità fateri oppor-
12 tet † omnes pariter fuiſſe vocatos in proxima
pręcedente ſubſtitutione filiarū & deſcenden-
tiū Petri ad *text. in l. qui filiabus ff. de leg. 1.* Præ-
ſertim cùm prædictæ poſteriores ſubſtitutio-
nes parificatæ fuerint à teſtatore nominatim
antecedenti, ibi, *nel medeſimo modo che ſi è detto*
13 *di ſopra*, † dictio enim vt ſupra in ſubſtitutio-
ne ſequenti denotat omnimodam paritatem
cùm antecedenti, vt firmauit *Rota in Bononien.*
ſucceſſionis 4. May 1646. §. eo magis coram Reu. P.
Domino meo Bichio, & in Rauennaten. hæreditatis
7. Febr. 1648. §. nec hanc coram Reuerendiſſ. Tar-
raconen. Et vlterius agatur de portione obuen-
ta ipſi Petro, in qua non eſt præſumendum
14 quod teſtator † voluit ipſius deſcendenti-
bus fœminis præferre deſcendentes fœmi-

nas

nas tranſuerſalium, ſed potius ipſas deſcendentes Petri vocari eo ordine quo ab inteſtàto ſucceſſiſſent, vt in durioribus terminis tradit *Ruin.conſ.39.ſub num.13.vol.2.*

Tertio deniq; quia vltimo loco, caſu quo deficeret tota deſcendentia & linea maſculina & fœminina hæredum inſtirutorum fuit ſubſtituta Margherita teſtatoris filia, vndè ſi in præcedenti ſubſtitutione facta ad fauorem filiarum & deſcendentium Petri non comprehenderentur deſcendentes ab Aurelia eiuſdem Petri filia, vtique melioris conditionis eſſent deſcedentes Margheritæ vltimo loco vocatæ, quam deſcendentes Petri, quod nimis alienũ
15 à voluntate teſtatoris, † præſumitur, vt in fortioribus terminis *Honded.conſ.54. numer.41. lib.2.Rot.coram ſa.me.Gregor.XV. deciſ.215. nu.8. in rec.deciſ.146.num.9.par.1, & deciſ.661. num.6. par.4.tom.3.*

16 Nec applicantur deciſiones † in *Maceraten. hereditatis 20. Febr. 1598. coram bo.me. Hieronymo Pamphilio, & 17. Decembris 1610. coram bon. me. Manzanedo*, quia in caſu illarum deciſionum teſtator expreſsè fuit cõtemplatus agnationem, & conſeruationem familiæ tàm naturalem, quam ciuilem fœminis demandando quod aſſumerent nomen, & arma ipſius teſtatoris, nec aderant, vt ſuprà ponderatæ coniecturæ indubitatam comprehenſionem deſcendentium ex fœminis præſeferentes.

Prout minus vrgent tot exaduerſo adductę coniecturæ conſeruationis agnationis, quia vltrà reſponſiones ſigillatim datas per infor-
17 mantes pro dd. de Rubeis, illæ poſſunt quidẽ ſuffragari quando teſtator reſpexit ad conſeruationem agnationis, *Rot.deciſ.195.n.5.& ſeqq. p.5.rec. in Romana fideicom. de Coronis 28. Ianuar. 1647. coram R.P.D. meo Cerro, & in Bonon. bonorũ ſeu fideicom. de Sanctis 16. Martij 1648. corã R.P.D. Bichio*, vbi allegantur concordantes, vel quan-
18 do illa † non fuit per teſtatorem reſtricta niſi in vnoquoque Columnello *Caſanat.conſ.4.numer.221.Card.Seraph.deciſ.1023.num.9.& in Florentina fideicommiſſi de Guidaccis 28. Ianuar. 1630. coram me*, ſecus quando prout in præſenti prędicta agnationis conſeruatio fuit expreſsè per teſtatorem excluſa vt conuincitur nedum ex
19 quo pluries vocauit fœminas † etiamtr anſuerſales, & deſcendentes ex eis abſque aliquo onere aſſumendi nomen, & inſignia *l. pronunciatio l.fœmina ff.de verb.oblig. Socin.in l. cum Auus num.28.verſ.ſecundus caſus ff. de condit. & demonſtrat. Mantic.de coniect.lib.6.tit.15.num.9. Gregor. deciſ.464.num.19.Canal.deciſ.125. num.10. deciſ. 461.num.5.in rec.deciſ.667.num.10.par.2.& deciſ. 280.num.9.par.7.* cum alijs pluribus relatis in *Bononien.fideicommiſſi de Cattareis 24. Maij 1647. coram Eminentiſſ. D.Card. Otthobono, & in Bonon. fideicommiſſi de Barberijs 19.Februarii 1612.coram R.P.D.meo Bichio*, Verum etiam quia non dixit velle bona conſeruari in agnatione domo familia vel cippu, ſed in hæredibus & deſcendentibus, ibi; *e perche l'intentione d'eſſo Teſtatore è che la robba ſi conſerui fra li ſuoi heredi, e loro de-*
20 *ſcendenti*, † quarum appellatione veniunt etiã deſcendentes ex fœminis *Rimin. iun. conſ.44. num.22.conſ.56.num.71. Cephal. conſ.24. numer.7. Gabr.conſ.96.num.28.lib.1.Peregr.conſ.11. num.3. lib.5.Altograd.conſ.86.num.44. Mantic. de coniect. lib.8.tit.11.num.5.Peregr.de fideicommiſſis artic.25. num.8.Fuſar.de ſubſtit.q.325. num.1, & 3. Rot. in Bonon. Succeſſionis 17. Iunij 1645. §. ceſſant coram R.P.D. meo Bichio.*

Et ita vtraque &c.

ROMANA DIVISIONIS.

Veneris 26. Maij 1656.

ARGVMENTVM.

Acceptatio partis diuiſæ ex quibus poſſit retractari etiam medio iuramento firmata de non contraueniendo ex eo quod nonnullæ partitę deficiant.

SVMMARIVM.

1 *Acceptatio partis diuiſæ ceſſat etiam cum promiſſione de non contraueniendo quando partitæ in portione acceptata deſcriptæ deficiunt.*

2 *Error excludit conſenſum.*

3 *Acceptatio etiam iurata non ſuſtinetur quando partita deſcriptæ in parte acceptatæ non ſubſiſtunt.*

4 *Euictione ſequuta in bonis diuiſis, damnum eſt commune & pro rata à cohærede reficiendum etiam ſecluſa euictionis promiſſione.*

5 *Hoc idem procedit quando bona & credita reperiũtur eſſe minoris quantitatis quam fuerint in diuiſione aſſignata.*

6 *Error dicitur eo ipſo probatus quo conſtat rem aliter ſe habere.*

7 *Iura pro verificatione creditorum aſſignatorum in diuiſione ſunt exhibenda ab eo qui illa aſſignauit.*

8 *Obligatus exhibere ſcripturas pro verificatione creditorum in diuiſione aſſignatorum tenetur de proprio de ſua portione refundere ſi illa non exhibuit.*

9 *Inexigibilitas reſpectu crediti cum Titio ſatis probatur ex decreto abſolutorio Iudicis reſpectu eiuſdem Titij.*

10 *Fides Secretarij Montium de re ſpectante ad eius officium optimè probat.*

11 *Periti electi à Iudice relationi omnino ſtandum eſt.*

12 *Diuiſio præſefert cauſam onereſam quia vnus ex ſocijs correſpectiuè ad partem quam recipit cedit alia bona condiuiſori; & quando contrarium procedat declaratur, num.13.*

13 *In diuiſione inæqualitas nequit allegari, quando diuidens in partes inæquales dedit optionem condiuiſonario.*

14 *Dicta concluſio limitatur quando qui elegit fuit priuatus commodo eligendi facto, vel dolo condiuiſoris.*

15 *Acceptatio ſubſequuta ex quibus dicatur coacta ſecus voluntaria.*

16 *Teſtis de iudicio quando probet ex quo agatur de minis ipſo præſente illatis.*

37 Me-

17 *Metus dicitur concludenter probatus per duos teſtes conteſtes.*

18 *Ampliatur ſi concurrat iſtorum adminiculatio.*

19 *Metus per coniecturas probatur.*

20 *Metus non dicitur per ſubſequutam acquieſcentiam purgatus ſi adhuc durat cauſa metus.*

21 *Aequalitas in diuiſione debet attendi de tempore quo fuit facta non attento quid poſtea euenerit.*

22 *Creditorum inexigibilitas tunc imputatur. eſt negligentiæ non exigentis quando inexigibilitas allegatur ob inopiam debitorum, ſecus ſi à principio in aſſignatione non iuſtificetur eſſe vera.*

23 *Læſio requiritur magna vt diuiſio poſſit impugnari.*

24 *Læſio vltra dimidiam requiritur vt diuiſio poſſit impugnari.*

25 *Limita in diuiſione doloſa cum hoc caſu ne quis ex ſuo dolo commodum reportet ſupplere debet, quod deeſt damnum paſſo diuiſionem reducendo ad æqualitatem.*

DECISIO DCCCCLXXXV.

DIVISO in duas partes toto aſſe hæreditario Iulij Pocobelli per Eraſmum illius hæredem pro medietate tetigit Catharinæ Turricellæ alteri cohæredi pro virili mediante electione eidem attributa prima pars ſcut. 31. mil. & ſecunda aſcendens ad ſcut. 23. remanſit pro Eraſmo diuidente. Diuerſitas autem ſummæ vtriuſq; partis proceſſit ad coæquandam bonitatem ſecundæ quæ ferè tota conſiſtebat in locis montium, pecunia numerata, ac in melioribus corporibus; prima verò in mercibus, creditis, aliiſque rebus difficilioris diſtractionis. At cum nonnulla credita poſita in prima parte fuerint reperta non ſubſiſtentia, nec vera ob defectum inſtrumentorum per Eraſmum adhoc ſpecialiter citatum indicatorum, fuit in *Rota coram R. P. D. meo Beuilacqua* diſputatum, An Eraſmus teneretur præſtare bona, & vera credita, ac partitas Catharinæ in diuiſione aſſignata, per binas deciſiones fuit negatiuè reſolutum, & deindè etiam lata ſententia abſolutoria ad fauorem dicti Eraſmi: Sed in gradu appellationis pluries coram me propoſito dubio, An ſententia Rotalis eſſet confirmanda. Hodie DD. ex capite iniuſtitiæ infirmandam eſſe cenſuerunt.

Reſolutionis fundamentum fuit, quia acceptatio Catharinæ tacitè emanauit ſub expreſſione quod in partem & portionem ipſius deberent obuenire omnia credita & corpora in ea deſcripta, cùm igitur partita ſocietatis officij ſcut. 2500. non reperiatur vera, ſimiliter partita de ſex locis montium Auenionis non verificetur niſi pro tribus, cum tria vacauerint per obitum Iulij, item creditum cùm Roſolino adnotatum in ſcu. 6. mil. alterum ſcu. 600, cùm Magnolo nullo modo iu-
1 ſtificetur, conſequenter † ceſſat dicta acceptatio, & promiſſio de non contraueniendo, nam
2 error † excludit cōſenſum *l. nihil. conſenſui* 117. *§. non videntur de reg. iur. l. ſi per errorem ff. de iuriſd. omn. Iudic. l. 2. in princ. ff. de cred. l. non idcirco C. de iur. & fact. ignor.* etiamſi acceptatio † iura-
3 mento firmata fuerit *Crauett. conſ. 144. nu. 16. & 17. & conſ. 1. pro genero n. 227. verſ. atque Mantic. de tacit. lib. 26. tit. 1. n. 36. in fin. Mancin. de iuram. p. 4. eff. 1. q. 9. num. 1.*

Vnde non impeditur Catharina, ſiue Franciſcus illius hæres agere contra Eraſmum vt præſtet bona & vera credita, & partitas in diui-
4 ſione aſſignatas nam ſicut ſi † bona fuiſſent euicta, damnum eſſet commune, & pro rata ab Eraſmo reficiendum etiam ſecluſa euictionis promiſſione vt ſunt textus expreſſi in *l. ſi familiæ Erciſcundæ* 14. *C. fam. Erciſ. l. ſi fratres C. comm. vtriuſq; iud. l. ſi cum vendi. 66. §. fin. ff. de euict. & probat. Rom. conſ. 457. nu. 2. verſ. ſecundo quia ex diuiſione Rot. coram Caualer. deciſ. 23. n. 2. & 3. & in rec. deciſ. 207. nu. 17. p. 5.*

5 Ità pariter eſt dicendum quando † bona & credita reperiuntur eſſe minoris quantitatis quàm fuerint aſſignata in diuiſione vt bene probat *Bald. in d. l. ſi fratres num. 2. verſ. quæro hic C. comm. vtriuſque Iud. Socin ſen conſ. 25. nu. 4. verſ. quarto arguitur, & numeris ſeqq. & præſertim num. 8.* vbi optimam rationem reddit *lib. 4. Socin. iun. conſ. 48. num. 39. verſ. aggredior ergo, & n. 40. cum ſeqq. lib. 1. Ciriac.* aliis relatis *controu.* 514. *num. 2.* & firmauit *Rota coram Caualer. d. deciſ. 23. num. 3.*

Nec poteſt controuerti quin error ſit manifeſtus, & intentio Catharinæ remaneat ſuf-
6 ficienter iuſtificata, nam vltra quod † ille dicitur eo ipſo probatus dum conſtat rem aliter ſe habere *Bart. in l. ſed & ſi me putem num. 2. ff. de condit. indeb. Crauett. conſ. 188. num. 9. Honded. conſ. 51. num. 86. lib. 2. Burſatt. conſ. 339. num. 24. lib. 3. Surd. conſ. 37. n. 6. & conſ. 202. n. 13.*

In præſenti caſu reſpectu ſocietatis officij cum Roſa & Roſolino conſtat quod eadē Catharina preuijs pluribus citationibus interpellauit prædictos ad ſoluen. & ambo proteſtati fuerunt, ſe non eſſe debitores, nec quidquam habere agere cum hæreditate Iulij Pocobelli, necnō requiſiuit & interpellauit Eraſmum ad exhiben. inſtrumenta & iura pro verificatio-
7 ne eiuſdem crediti, † prout de iure tenebatur *l. ſi nomen ff. de hæred. vel act. vendit. Caſtren. conſ. 170. nu. 2. verſ. reſtat nunc videre vſque ad fin. lib. 2. Bertran. conſ. 217. num. 2. lib. 7. Eugen. conſ. 73. n. 11. & 12. lib. 1. Ciriac. controu. 375. numer. 12. Gratian. diſcept. 501. Cenc. de cenſ. q. 72. num. 23. verſ. prima eſt Coccin deciſ. 10. num. 6. verſ. minus releuat Rot. poſt Zacch. de oblig. Camer. deciſ. 84. num. 5. & deciſ. 137. num. 8. in Bononien. dotis* 10. *Martij* 1651. *co-*
8 *ram R. P. D. meo Peutingerio,* quod † cum non fecerit eſt obligatus refundere de ſua portione quod deficit in portione Catharinę & partes ad æqualitates reducere.

Conſtat pariter de errore tàm reſpectu partitæ ſcu. 441. 37. cum Cappellanis SS. Præſepis in Eccleſia S. Mariæ Maioris, nam electis peritis, & factis calculis etiam citato pro ſuo iure, & intereſſe Eraſmo, compertum fuit hęreditatem Iulij non remanſiſſe creditricem in ſumma aſſignata, ſed deficere d. ſcut. 441. 37. quam reſpectu ſcu. 600. cum Magnolo, quo-
9 rum † inexigibilitas ſatis probatur ex quo re-

ſpectu d. Magnoli adeſt decretum abſoluto-
rium A.C.

Et demum iuſtificatus remanet defectus
trium locorum montium Auenion. cum illa
vacauerint,per obitum eiuſdem Iulij,in cuius
perſonā cantabant, vt apparet ex fide Secreta-
10 rij † quæ optimè probat in hac materia tan-
quam in re ſpectante ad ſuum officium, *c. ad
audientiam eum ibi notat. de præſcript. Buratt. deciſ.
910. num. 8. in recent. deciſ. 129. num. 11. par. 6. &
deciſ. 116. num. 9. par 4. tom. 2.* & fuit dictum in
*Romana pecuniaria 14. Decembris 1646. §. quæ for-
tius coram Eminentiſs. D. Card. Corrado.*

Corruunt itaque fundamenta deciſionum
prioris inſtantiæ Primum enim quod pars
Catharinæ ſit pinguior non ſubſiſtit, nam
ſublatis dictis creditis apparet minor & defe-
ctuoſa, vt teſtatur etiam peritus in ſua relatio-
ne qui med. iur. tact. firmat partes modo non
remanere æquales attentis etiā partitis libro-
rum drogariæ per ipſum maturè examinatis,
& propterea cum fuerit electus à Iudice de
11 partium conſenſu, † illius relationi omnino
ſtandum eſt, vt docet *Abb. in cap. propoſuiſti n. 7.
vbi Felin. num. 5. de probat. Merlin. deciſ. 127. nu. 6.*
& firmatum fuit in *Eugubina prædii* 14. *Iunii*
1649. *coram R. P. D. meo Cerro*.

Diſtinctio firmata in prima deciſ. huius cau-
ſæ inter ceſſionem ex titulo oneroſo, vel lu-
12 cratiuo non applicatur in † præſenti cum di-
uiſio præſeferat cauſam oneroſam, quia vnus
ex ſocijs correſpectiuè ad partem quā recepit
cedit alia bona condiuiſori *Peregrin. conſ. 130.
nu. 3. verſ. nono Socin. & verſ.* 10. vbi diſtinguen-
13 da † ait contraria procedere quando diuiſio
fit antè aditam hæreditatem, quia tunc agitur
de lucro amitten. nō de damno euitan. ſecus
ſi poſt aditā, tunc enim agitur de lucro quæ-
ſito perdendo *lib. 5. Menoch. conſ. 91. numer. 114.
Ciriac. contron. 196. num. 7. & 8.*

Ceſſat quoque aliud fundamentum quod
14 inæqualitas allegari nequeat quando diuidēs
in partes inæquales dedit optionem condiui-
ſonario, quia tunc ſi is portionem minorem
eligit, ſibi imputare debet; nam iſto caſu di-
ci non poteſt diuidentem, qui portiones inæ-
quales conſtituit, vt condiuiſor electionem
haberet, ea mente feciſſe vt ſocium fraudaret,
& circumueniret, nec elector dolere poteſt
de ſocio per quem nihil factum eſt niſi quod
electionem dedit, vt egregiè diſtinguendo per
pendit *Faber. de error. pragm. par. 1. decad. 8. error. 2
num. 4. & ſeq.* quem ſequuntur *Gratian. diſcept.
160. num. 23. & 24. Fontanell. de pact. nupt. clauſ. 4.
gloſ. 9. par. 2. num. 45. Mut. ſuper conſuet. Panorm.
cap. 56. num. 18. Ciriac. contron. 325. num. 25. & 26.*
Quia vt idem *Faber d. err. 2. num. 5. in fin. & n. 6.*
15 ſubdit, dicta concluſio limitatur † quando
qui elegit priuatus fuit commodo eligendi fa-
cto vel dolo condiuiſoris, quæ limitatio pro-
cedit in præſenti, quia per teſtes fuit probatū
Eraſmum porrexiſſe querelam criminalem
de expilata hæreditate contra Franciſcum fi-
lium Catharinæ, & dum hic manebat in car-
ceribus, eumdem Eraſmum minatum fuiſſe
ſe permiſſurum vt ſententiæ criminalis A. C.
exequeretur contra Franciſcum niſi dictam
portionem nomine Catharinæ matris acce-
ptaret, ac proinde ſubſequuta acceptatio non
fuit voluntaria, ſed coacta *l. 1. ff. quod met. cauſ.
Bald. conſ. 148. num. 3. lib. 1. Menoch. de arbitr. caſ.
135. num. 1. & caſ. 395. num. 7. Surd. conſ. 37. nu. 19.
Rot. in Romana pecuniaria 19. Decembris 1608. co-
ram bo. me. Manzanedo*.

Non obſtat quod in deciſione vltima R. P.
D. mei Beuilacquæ ponderatur, alterum ex
dictis teſtibus deponere de proprio iudicio,
ibi, *talmente che giudico che queſta diuiſione foſſe
fatta fare al detto Franceſco per forza, e non altri-
mente*. quia hoc iudicium efformat ſuper mi-
nis Franciſco ſe præſente illatis, vtique dictus
16 teſtis † meretur fidem ex traditis per *Maſcard.
de probat. concluſ. 1363. num. 11. & ſeq. Farinacc.
de teſtib. q. 68. num. 38. Rot. in Meleuitana fructuum
26. Maij* 1651. *§. coram R. P. D. meo Bichio*, & cū
ſuper minis ſit conteſtis cum alio teſte, ex il-
17 lis iuſtus † metus dicitur concludenter pro-
batus *Gabr. de teſtib. concluſ. 4. numer. 16. & Gre-
gor. dec. 326. nu. 46.* Maximè cum dicta teſtium
18 vehementiſſimè adminiculentur à ſubſequē-
ti decreto Iudicis criminalis, qui decreuit ex-
carcerationem Franciſci cōditionaliter facta
ſcilicet per eum obligatione de redeundo ad
carceres in caſum inobſeruantiæ diuiſionis
huiuſmodi, vt in *Summ.* Franciſci *n. 4.*

Accedit quod ijdem teſtes deponunt Fran-
ciſcum recuſaſſe ab initio acceptare diuiſio-
nem, & poſtea conqueſtum, quod per vim
coactus fuiſſet acceptare vt proindè omni-
bus ſimul iunctis euidens fiat quod Eraſmus,
qui vt teſtes aſſirmant, omnia bona poſt car-
cerationem Franciſci adminiſtrauit, libroſq;
omnes negotij aromatariæ dolosè partes inæ-
quales fecit Franciſcum acceptare deteriorē
19 coegerit per metum † qui per coniecturas
optimè probatur *l. dolum C. de dol. Pariſ. de reſign.
lib. 3. q. 1. num. 99. Farinace. in fragm. verb. metus nu-
mer. 181. Gregor. deciſ. 364. num. 1. Merlin. dec. 590.
20 num. 6.* Nec prędictus metus poteſt † dici pur-
gatus † per obſeruatiam d. diuiſionis, ac
ratificationem factam à Catharina, quia ſtan-
te dicta ſententia criminali præſeruante iura
fiſci in caſum inobſeruantiæ tranſactionis
ſemper dicitur durare cauſa metus.

Pariter non applicatur reſponſio deciſionis,
quod imputañ ſit negligentiæ Frācifci ſi cre-
21 dita inexigibilia facta ſunt † ſitque attenden-
da æqualitas partium tempore diuiſionis nō
attēto quid poſtea euenerit *Socein. iun. conſ. 119.
in fin. lib. 3. Rolan. conſ. 51. in fin. lib. 4. & in Bonon.
fideicommiſſi 13. Iunij 1652. §. fin. coram me*, quia
non allegātur credita eſſe inexigibilia ob ino-
piam debitorum, quo caſu intraret reſponſio,
22 ſed † ex quo non iuſtificantur, nec vera eſſe
probantur ab initio, vt exaduerſo probandum
eſſet *Bece. conſ. 105. num. 13. Bertrand. d. conſ. 217.
num. 1. lib. 7. Dec. conſ. 102. num. 1. Fabian. de Monte
de empt. q. 6. princ. n. 67.*
23 Tandem non obſtat, quod † requiratur ma-
gna læſio vt diuiſio poſſit impugnari, *Faber.
ſupra cit. error. 2. num. 3. & num. 8. in fin. Ciriac. con-
tron. 325. numer. 28.* vbi quod requiritur læſio
vltra

24 vltrà dimidiam *Rot.deciſ.*182. *num.*6. *par.*4. *rec. Gratian.diſcept.*941. *numer.*18. quia vltrà quod Franciſcus non intendit impugnare, nec retractare diuiſionem, ſed tantum agit pro reintegratione partitarum deficientium, aduertẽ eſt iuxtà relationem periti læſionem eſſe magnam, & Eraſmum teneri reficere Catharinę ſcu.4250, vt in *Summar.* Franciſci *numer.*7. & propterea vt ſupra dictum eſt diuiſio ſit doloſa, neceſſe non eſt quod læſio ſit gra-
25 uis, ſed nè † Eraſmus ex ſuo dolo commodum reportet ſupplere debet id quod deeſt damnum paſſo, reducendo diuiſionem ad æqualitatem *Ciriac.d.controu.*514.*n.*5.

Et ita vtraque &c.

ROMANA OFFICII.

Veneris 2. *Iunij* 1656.

ARGVMENTVM.

Deceretum habens ad ſui fauorem dicitur habere dominium officiorum, & quando officia vendi poſſint quia fuerit conceſſa facultas officium reſignandi etiam irrequiſitis transferentibus, ac etiam ſi creditum pro quo fuit venditum non ſit æquiualens pretio totius officij.

SVMMARIVM.

1 *Reſeruatio decreti operatur dominii reſeruationem.*

2 *Traslationis vis eſt, vt translatarius vtatur in omnibus & per omnia iuribus transferentis, ipſumq; repræſentet.*

3 *Dominus rem ſuam poteſt vendere nemine requiſito.*

4 *Amplia ſi in translatione decreti fuerit conceſſa talis facultas.*

5 *Citatio non requiritur reſpectu illius qui contradicere non poteſt.*

6 *Citatio non eſt neceſſaria, quando fuit data facultas procedendi debitore abſente.*

7 *Conſenſus ſocij requritur in venditione rei communis.*

8 *Limita ſi à principio fuerit data facultas vendendi abſque conſenſu.*

9 *Facultas diſponendi inuito debitore de officio quod in partes ſciendi non poteſt, refertur ad officium.*

10 *Res pignorata ſi nõ patiatur commodam diuiſionem, tota vendi poteſt, licet creditum excedat.*

11 *Officia poſſunt reſignari etiam ſocietate officij non diſdicta quando in translatione decreti fuit data talis facultas.*

12 *Amplia ſi id fuerit factum ne translatarius diſdicta ſocietate, & Papa renuente vel differente reſignationem admittere, fructus medio tempore decurrendos amittat.*

13 *Mandatum ſpeciale cum libera reſultat ex verbis, quod mandatarius poſſet facere ea omnia quæ ipſo mandans facere poſſet.*

14 *Mandatũ ſufficientis defectum nequeunt allegare hæredes illius qui in Procuratorem agnouit.*

15 *Reſignatio officij ex interuallo quando poſſit fieri ex quo antea debitor liberatus non fuerit.*

16 *Exactio exceſſiua non infringit reſignationem vigore translationis decreti factam ſed præſtat debitori actionem repetendi à creditore indebitè exactum quando tamen reſignatio proceſſit pro ſuo credito nulla ſpecificata ſumma.*

17 *Reſignatio officij ſi non ſubſiſteret ex credito non ſubſiſtente ſuſſiſteret pro credito certo pro quo pariter facta eſſet.*

18 *Dominium officiorum Curiæ remanet penes Papam.*

19 *Reſignationes officiorum authoritate Papæ factæ à vero Domino fides publica exigit vt ſuſtineantur ſecus facta à non Domino.*

DECISIO DCCCCLXXXVI.

IVLIVS Marus vigore facultatis liberè diſponẽdi de officio notariatus ſuper qualitatibus promouendorũ ad Eccleſiarũ regimina in illius emptione ſibi ex decreto Sanctiſſimi reſeruatæ, tam ſub die 16. Februar. 1642. ad fauorem R.P.D. Vecchiarelli pro complemẽto ſocietatis officij ſcn.500. quam ſub die 22. Maij eiuſdem anni ad fauorem R.P.D. Gambę occaſione alterius ſocietatis ſc. 1000. tranſlarioni dicti decreti conſenſit, cum facultate illis attributa liberè diſponendi de dicto officio etiam ipſo Iulio irrequęſito, & contradicente; Huius translationis vigore dicti Domini translatarij pro conſecutione ſuorum creditorum ſub die 9. Aprilis 1649. ad fauorem Philippi Montij reſignationi eiuſdem officij conſenſum præſtiterunt in manibus ſan. me. Innocentij X. qui motu proprio dictam reſignationem admiſit, ſed illam nullam eſſe prætendentes Io: Bapriſta, ac Laurentius filij & hæredes Iulij, iudicium ſpolij intentarunt coram A.C. à quo tàm in poſſeſſorio, quàm in petitorio ad fauorem dd. Translatariorum emanauit ſententia, à qua interpoſita appellatione, & cauſa ad Rotam delata propoſui dubium an dicta reſignatio ſuſtineatur, quod fuit affirmatiuè reſolutum ea ratione quia d. officij abſolutum dominium ex reſeruatione
1 dicti decreti reſidebat penes Iulium, *Buratt. deciſ.*850.*num.*2. *Rot.inter rec.deciſ.*305. *num.*1. *in fin.p.*2. *in Romana pecuniaria* 7. *Maij* 1649. *coram R.P.D.meo Celſo, latius in Romana officij Notariatus* 27. *Iunij* 1950. & 4. *Decembris* 1651. *coram R.P.D. meo Veroſpio*, ideoque cum d. Iulius idem decretũ tranſtulerit, in prædictos Vecchiarellum, & Gambam, ſequitur quod in eoſdem abſolutum dominium d. officij fuerit translatum ac ſi idem decretum ad ipſorum fauorem fuiſſet in ipſa emptione reſeruatum,
2 cum † ea ſit vis translationis vt translatarius vtatur in omnibus & per omnia iuribus tranſferentis ipſumque repræſentet, *Rot. deciſ.*107. *num.*3. *deciſ.*303 *num.*7. *par.*1. *recent. deciſ.*146. *n.*9. *apud Statil. de Salu. in Auximana dotium* 6. *Febr.* 1654. *coram R.P.D. meo Bichio.*

Non obſtat, quod in dicta reſignatione nõ
3 fuerit citatus Iulius debitor, quia cum † ex translatione dicti decreti DD. translatarij fue-

ſint effecti veri Domini d. officij, vtque illud
potuerunt vendere nemine requiſito, *l. in re*
mandata C. mandat, Buratt. deciſ. 222, num. 3 Eoque
magis in præſenti ex quo in ipſamet transla-
4 tione expreſsè fuit † conceſſa facultas dictum
officium reſignandi dicto Iulio irrequiſito,
imò etiam ipſo inuito, & contradicente, quæ
proculdubio excludit quamlibet neceſſitatem
citationis nullatenus neceſſariè quando citan-
5 dus contradicere non poteſt *Felin. in cap. cum*
olim ſub num. 10. de re iudic. cum pluribus rela-
tis in *Vrbeuetana Cenſus 23. Febr. 1654. coram R.*
P. Dom. meo Bichio, & in fortioribus terminis
6 quod citatio non ſit neceſſaria quando fuit
data facultas procedendi debitore abſente di-
xit *Rot. in Fanen. prædij 27. Iunij 1639. coram me &*
in eadem 13. Iunij 1640. coram bo. m. Card. Panzir.

Et hinc non obſtat, quod dicatur creditum
DD. reſignatatiorum non eſſe æquiualens
pretio totius officij, illudque propterea remā-
ſiſſe commune inter ipſos, & debitorem, &
propterea neceſſarium fuiſſe ipſius Iulij con-
7 ſenſum non ſecus † ac requiritur ſocij in re
communi, *l. 1. & tot. tit. C. rer. comm. alienat.*
maximè quia decretum reſeruatum fuit pri-
mario ad fauorem creditorum, & ſecundario
ad fauorem debitoris, nam ſatis Iulius vide-
8 tur conſenſiſſe, dum à principio † facultatem
dedit vendendi etiam abſque conſenſu, imò
ipſo inuito, & ſic benè potuerunt DD. reſigna-
tarij habentes rem communem, de ea abſque
nouo condomini conſenſu diſponere, cum
ad hunc effectum res communis eſſet deſtina-
ta, & propter indiuidnitatem officij, quod in
partes ſcindi non poteſt, † facultas diſponen-
di inuito debitore refertur ad totum officium
l. in executione verſ. ſecunda ad opus ff. de verb. oblig.
Bart. in l. & hæc diſtinctio §. cum fundus num. 2. ff.
locat. Dec. in l. ſi ſocius n. 7. ff. ſi cert. petat. Socin. conſ.
58. num. 1. lib. 4. Ruin. conſ. 141. nu. 3. lib. 4. Rot. Iau.
deciſ. 14. numer. 68. & in fortioribus terminis
10 quod † res pignorata, quando non patitur
commodam diuiſionem, tota vendi poſſit li-
cet creditum excedat dictum fuit in *Romana*
nullitatis ſubbaſtationis 27. Iunij 1616. coram b. m.
Pirouano.

Minus obſtat, quod tempore reſignationis
reſpectu R. P. D. Vecchiarelli non fuiſſet ſo-
cietas officij diſdicta, quia ſufficit quod in
translatione decreti expreſsè ipſi fuerit data
11 facultas † reſignandi quandocunque etiam
durante ſocietate vt benè pluribus congeſtis
ponderat *Rot. in Romana officij notariatus 27. Iunij*
1650. §. non vrget coram R. P. D. meo Veroſpio
Bocc. de cenſ. par. 2. num. 94. Seraph. deciſ. 1413.
n. 2. Merlin. deciſ. 650. n. 11. 12. & 13. & in Cameri-
nen. dotis Eccleſia 9. Maij 1653. coram R. P. D. meo
Meltio, & in rec. deciſ. 157. nu. 4. p. 4. Præſertim cu
12 id fuerit † factum ad occurrendum periculo
nè R. P. D. Vecchiarellus, diſdicta ſocietate,
& Papa tenuente, vel differente reſignationē
admittere, fructus medio tempore decurren-
dos, perderet.

Prout multo minus obſtat defectus reſigna
tionis reſpectu R. P. D. Gambæ ex quo non
ipſe ſed Ioannes Baptiſta eius germanus frater
officium reſignauerit abſque ſpeciali manda-
to, quia præterquod verba mandati quo vſus
fuit Ioannes Baptiſta in reſignatione contra-
13 rium demonſtrant, cum in † illo, legatur ex-
preſſa facultas vt Ioannes Baptiſta ea omnia fa
cere poſſet, quæ ipſe mādans facere potuiſſet,
ſi fuiſſet præſens etiam ſi magis ſpeciale man-
datū requireretur, quę verba inducūt ſpeciale
mandatum cum libera *Bart. in l. creditor §. Lu-*
cius ff. mandat. Cephal. conſ. 147. numer. 2. & ſeqq.
ceſſat omnis ſcrupulus cum ipſe nomine fra-
tris ſocietatem contraxerit, & reſeruatarius in
memoria ſocietatis dicatur, & ex abundanti
idem Marus debitor ipſum in Procuratorem
agnouerit recipiendo ab illo pecunias ſocia-
les, & terminum pro illarum reſtitutione poſt
factam diſdictam ſuſcipiendo ex quo infertur
14 quod hodie Iulij hæredes † defectum ſuffi-
cientis mandati minimè allegare valeant *Fe-*
lin. in cap. cum inter ſub num. 11. de except. Bart. in
l. cum mulier num. 5. ff. ſolut. matrim. Menoch. de adi-
piſc. remed. 4. num. 565. Caſſador. deciſ. 3. num. 4. de
procur. Buratt. dec. 785. n. 3.

Nec momenti eſt quod de tempore reſi-
gnationis ſub die 9. Aprilis 1649. iam fuiſſet
idem Gamba ſatisfactus de ſocietate per ſolu-
tionem ſecutam ſub die 31. Martij præceden-
tis, & ſic non potuerit de officio diſponere
quia obiectum ceſſat ex quo dictus Gamba
non fuit ſatisfactus à Iulio debitore vel nomi-
15 ne debitoris pro eiusobligatione † extinguen-
da, ſed à Montio reſignatario ſub ſpe reſigna-
tionis ſibi propediē faciendæ, ac animo repor-
tandi reſignationem, quo caſu ex interuallo
poſſe fieri reſignationem, ex quo antea debi-
tor liberatus non fuit tradit *Bart. in l. modeſtinus*
ſub n. 4. verſ aut ſoluit. ff. de ſolut. Caſan. conſ. 11. ſub
num. 22. Gratian. diſcept. 286. num. 48. Tomat. deciſ.
51. num. 23. Merlin. deciſ. 512. num. 2. & 3.

Denique pro nullitate prædictæ reſignatio-
nis minimè ſuffragatur allegatus exceſſus in
ſcut. 86. occaſione fructuum ſocietatis officij,
tum quia dictus exceſſus tollitur ex facto cū
dicta ſcu. 86. fuerint ſoluta in cauſam alterius
ſocietatis officij. Tum quia nec releuaret in
iure cum non verſemur in terminis ſubhaſta-
tionis factæ pro credito exceſſiuo, ſed reſigna-
tionis extraiudicialis in vim dominij, & fa-
cultatis vendendi pro ſatisfactione ſui crediti,
& ſic cum d. D. Gamba non reſignauerit no-
minatim pro certa ſumma, ſed pro credito
ſuo, vtique reſignatio ſuſtinetur eſto quod
deindè ex pecunijs ex reſignatione retractis
exigiſſet pluſquam ſibi deberetur, cum iſta
16 exactio † exceſſiua non infringat reſignatio-
nem ſed ſolùm præſtet debitori actionem re-
petendi à creditore indebitè exactum ad *text.*
in l. fin. C. iur. domin. impetr. l. 2. C. ſi in cauſ. iudic.
Cartar. deciſ. 39. num. 14. cum alijs allegatis à
Modern. Peruſ. de ſubbaſt. inſpect. 50. num. 60. & plu-
ribus ſeqq. Tum denique quia in omnem euē
17 tum ſemper ſubſiſteret † reſignatio officij
pro parte R. P. D. Vecchiarelli *Carpan. ad ſtat.*
med. lib. 1. cap. 169. num. 5. Aeſin. de exec. cap. 4. §. in
verſ. limitatur, & §. 7. cap. 302. num. 2. Cabal. conſ. 31
num. 2. alijque relati à *Modern. Piſaur. de ſubbaſt.*
q. 76.

Google

q.76. numer.18. & à Modern. Peruſin.d.inſpect.50. num.81.& ſeqq.

Et Domini prædictam reſignationem eo
facilius ſuſtineri etiam reſponderunt nedum
18 quia illa fuit admiſſa à Summo † Pontifice
penes quem remanet dominium horum of-
ficiorum *Seraph.deciſ.978.num.3.deciſ.335.nu.1. apud Modern.de manut.deciſ.615.n.5.par.5. rec. & in d.Romana officij notariatus 4. Decembris 1651. coram R.P.D.meo Veroſpio §.fin.*vbi ad obiectum
exceſſus, & intereſſe burſalis inter creditorē,
& debitorem reſpondetur, ſcilicet non exin-
dè reſultare nullitatem tituli officij, & reſi-
gnationem factam ad fauorem reſignatarij;
Verum etiam quia fides publica exigit vt re-
18 ſignationes authoritate Papæ factæ à vero D.
Tutæ ſint, ſecus factæ à non Domino, vt de-
clarauit *Rota inter impreſſ. apud Modern. Peruſ. de ſubhaſt.deciſ.112.nu.23.& ſeqq.*

Et ita vtraque &c.

AVENIONEN. BONORVM.

Veneris 9. Iunij 1656.

ARGVMENTVM.

Intereſſe ratione Statuti Auenionen. ex bonis donatis dicitur vſurarium, & non debetur: Ratione non reinuertimenti ex quibus non dicatur debitum.

SVMMARIVM.

1 *Filius debet habere legitimam vna cum fructibus à die obitus patris ſeu matris, ex quorum bonis illa debetur.*

2 *Bona omnia ex perſona profeſſi quæruntur ipſi Religioni in qua profeſſionem emiſit.*

3 *Inſtrumentum publicum facit probationem probatam.*

4 *Dictio,* vltrà, *eſt incluſiua, & diſpoſitiua.*

5 *Statutum Auenionen. dans intereſſe pro bonis donatis vti inducens vſuras non eſt attendendum.*

6 *Vſuræ ſunt permiſſæ in debito dotis ob onera Matrimonij.*

7 *Donatio ex mera liberalitate fructus non parit.*

8 *Donatio propter Nuptias tranſit in vxorem prout & dotis augmentum.*

9 *Inueſtire aut eſſe ſollecitus de inueſtimento non debet eſſe is qui fuit tantum promiſſor, nec onus inueſtiendi habebat.*

10 *Creditor vt fructus conſequi valeat requiritur vt nè dum debitorem interpellet, ſed etiam probet alia requiſita* Caſtren. in l.3.§. fin. ff. quod cert. loc. *& quæ ſint d. requiſita num. 11.*

12 *Creditor ſi non declarauit in qua re vellet fieri inueſtimentum non poteſt prætendere fructus, etiam ſi adſint prompta occaſiones.*

DECISIO DCCCCLXXXVII.

IACOBVS Maurellus pro æquali portione inſtitutis hæredibus Floretta vxore, Patre Maurello filio profeſſo in Congregatione Doctrinæ Chriſtianæ, & Iacobo ex fratre nepote ab hac vita emigrauit, & ſucceſſiuè Floretta obijt relictis hæredibus Nicolao Imonier eius nepote, cum conditione conferendi ſcut. 600. ipſi ab eadem Floretta inter viuos donata, & dicto Iacobo iuniore ſimpliciter; Verum tacitè repudiata per dictum Nicolaum hæreditate, cum declaratione, quod nolebat conferre dicta ſcut. 600. vt ſuprà ſibi donata, illam Iacobus acceptauit, qui inſuper prætendens omnia bona ex hæreditate Honorati alterius ſui patrui in Iacobum ſeniorem peruenta ſibi eſſe debita, eo ſub prætextu quod dictus Iacobus eſſet hæres Fiduciarius dicti Honorati, & quod pariter Floretta fuiſſet ab eodem Iacobo grauata confidentialiter tertiam partem hæreditatis ipſi ex teſtamento viri obuentæ Iacobo iuniori reſtituere, & in omnem caſum quod ipſe, ſtante dicta fiducia, fuiſſet poſtmodum donatarius vniuerſalis eiuſdem Florettę, mouit iudicium in partibus tàm contrà Patres dictæ Congregationis quibus ex perſona Patris Maurelli debebatur legitima in bonis Florettæ matris, quam aduerſus eiuſdem Florettę donatarios particulares, legatarios, ac creditores; Sed quia cauſa diù agitata in Rota Auenionen. emanauit ſententia, in qua per capita ſeparata dictæ Congregationi fuit adiudicata prætenſa legitima, nec non conceſſum mandatum executiuum pro annua penſione vitalitia dicti Patris Maurelli ſcutor. 40. & vlterius relaxata alia ſimilia mandata tàm ad fauorem Nicolaij pro ſcut. 600. quam ad fauorem Franciſci Cambaud pro alijs ſc.100. ipſis à Floretta donatis vna cum fructibus à die petitionis, & conceſſa immiſſio Ioan. Baptiſtæ Imonier ſuper vinea ſibi pariter à Floretta legata, & denique, eiuſdem Florettæ hęreditas abſoluta fuit, prout abſoluti etiam fuerunt ſupradicti donatarij, creditores, & legatarij à quibuſcunque prætenſionibus dicti Iacobi iunioris tàm ratione prætenſæ fiducię, quàm aſſertę vniuerſalis donationis, hinc cauſa in gradu appellationis per dictum Iacobum interiectæ ad Rotam delata, ſub die 24. Nouembris 1655. fuit dubitatum, An, & cui, ſeu quibus, & ſuper quibus bonis eſſet dandum mandatum de manutenendo; Sed tunc Domini demandarunt quod videretur de bono iure etiam ad effectum manutentionis; Vndè hodiè deſuper propoſito dubio fuit quoad legitimam, eiuſque fructus, nec non quoad annuam pręſtationem ſcutor. 40. durante vita Patris Maurelli reſolutum conſtare de bono iure Patrum doctrinæ Chriſtianæ, nàm illorum bonum ius reſpectu legitimæ, illiuſque fructuum eſt manifeſtum, quia
1 Pater † Maurellus vti filius Florettæ abſque
dubio conſequi debet legitimam in illius bonis, vna cum fructibus à die obitus matris ad *text. in l. Papinianus §. vndè ſi quis ff. de inoff. teſtam. Peregr.conſ.32. num.2. & 8. lib.3. Rot. dec. 186. num.1. & ſeqq. apud Pacific. de Salu.* & in *Peruſina legati 21. Maij 1655. coram R. P. D. meo Zarate*, cumq; idem Maurellus profeſſionem

emiſerit in dicta Congregatione capace bo-
2 notum in communi, † vtique prædicta legi-
tima cum fructibus, nec non quæcumque
alia eiuſdem Profeſſi ſucceſſio fuit ipſi Con-
gregationi queſita ex clara diſpoſitione text.
in l. Deonobis §. hoc etiam in fine, vbi Bald. num. 5.
& Salicet. num. 3. in fin. verſ. ex hoc vbi Monaſte-
rium C. de Epiſc. & Cleric. Modern. Foroliuien. de
legit. lib. 5. tit, 3. quæſt. 5. num. 1. & ſeq. & in alijs
pluribus relatis in Leodien. hæreditatis 26. Ianuar.
1654. coram me; Prout eorumdem Patrum
bonum ius non minus manifeſtum eſt reſpe-
ctu dictæ annuæ præſtationis ſcut. 40. in vita
dicti Profeſſi, cum de dicto credito conſtet ex
propria eiuſdem Iacobi obligatione per pu-
3 blicum Inſtrumentum, † quod facit probatio-
nem probatam c. cum dilecti vbi Abb. num. 2. de
donat. Bart. in l. 1. in princ. numer. 8. ff. de nou. oper.
nunc. cum releuatis in Romana releuationis inde-
mnitatis 27. Iunij 1636. coram me; cumque præ-
dicta annua præſtatio fuerit promiſſa vltrà le-
4 gitimam, ipſam non minuit, cum † dictio,
vltrà, ſit incluſiua, & diſpoſitiua, vt optime
comprobant Surd. conſ. 471. num. 1. & ſeqq. lib. 4.
& deciſ. 285. num. 9. & ſeq. Mantic. de tacit. lib. 12.
tit. 27. num. 31. & Rot. in Mutinen. dotis 16. Ianua-
rij & 13. Nouembris 1641. coram bo. me. Cardinal.
Panzirolo.

Quouerò ad ſcut. 600. vt ſuprà, à Floretta
inter viuos Nicolao Imonier eius nepoti do-
nata fuit reſponſum conſtare de bono iure
Nicolaij cum illud plenè comprobatum re-
maneat ex prædicta litterali, & valida dona-
rione facta de anno 1638.

Denique quoad Cenſum impoſitum pro
ſoluendis fructibus dd. ſcutor. 600. vt ſuprà à
Floretta donatorum fuit dictum conſtare de
bono iure Iacobi ea ratione, quia vel tale in-
tereſſe prætenditur in vim Statuti Auenioneñ.
& illud nullo modo debetur, cum prædictum
5 Statutum † vti inducens vſuras non ſit at-
tendendum, vt articulo maturè diſcuſſo fuit
dictum in Auenionen Pecun. 10. Febr. 1640. coram
R. P. D. meo Bichio impreſſ. poſt tract. Modern. Fo-
roliuien, de pignor. deciſ. 29. num. 8. quam reſolu-
tionem nunquam reuocauit Rota, ſed ſolum
taxationem ſtatutariam ad rationem ſeptem
pro centenario admiſit in debito dotis, in
6 quo etiam de iure licita eſt perceptio vſura-
rũ ob onera matrimonij, & in his terminis lo-
quuntur deciſiones in Auenionen. Pecun. 5. April.
1647. §. hoc tamen, coram R. P. D. meo Veroſpio
confirmata 4. Decembris eiuſdem annis coram R. P.
D. meo Meltio, & 18. May 1648. coram R. P. D.
meo Cerro.

Nec ſubſiſtit quod in præſenti agatur in
terminis Donationis propter nuptias, aut veri
augmenti dotis, quia dicta donatio non lo-
quitur de augmento dotis, nec facta fuit v-
xori propter nuptias, ſed emanauit tantum ad
fauorem Nicolaij ſponſi, cuius fuit effectum
patrimonium, nec aliquod ius vxori acquiſi-
7 tum; Ideoque tanquam † donatio ex mera
liberalitate fructus non parit l. liberalitatis ff. de
vſur. Roderiq. de ann. reddit. lib. 3. quæſt. 7. numer. 2.
Guidopap. qui optimam reddit rationem s.
quod huiuſmodi donatio non tranſit in vxo-
rem, ſed permanet in viro, ſecus alia quæ fit
8 propter nuptias, quæ † ad ipſam tranſit vxo-
rem, prout etiam dotis augmentum quæſt. 145.
num. 1. & 2. & fuit dictum in Piſaurien. donatio-
nis 31. Ian. 1648. coram Eminentiſſ. D. Card. Ot-
thobono.

Vel prædictum intereſſe prætenditur ex eo
quod dd. ſc. 600. deberent reinueſtiri, & adhuc
9 illud non debetur cùm † onus inueſtiendi non
fuerit iniunctum debitori ſed creditori, quo
caſu cum promiſſor non ſit, niſi ſimplex debi-
tor pecuniarum non tenetur inueſtire, aut eſſe
ſollicitus de inueſtimento, vt diſtinguendo
firmauit Rot. in Bonon. Pecuniaria de Lambertinis
3. Iun. 1647. coram R. P. D. meo Bichio, poſt Zacch.
de obligat. Cam. deciſ. 275. n. 1. cum ſeq. & in Fortiori
contra maritum dotis creditorem in Romana
crediti dotalis 13. Martij 1645. coram R. P. D. meo
Veroſpio, & in Rom. fructuum dotis 21. April. 1651.
§. non obſtat. & ſeq. coram R. P. D. meo Cerro con-
firmata 15. Ian. 1652. §. neque promiſſionem coram
R. P. D. meo Bichio, in quibus firmatur omninò
10 requiri, vt creditor fructus conſequi † va-
leat, quod nedum debitorem interpellet, ſed
etiam probet alia requiſita Caſtr. in l. 3. §. fin. ff.
quod cert. loc.

Et hinc non releuat quod debitor fuerit
pulſatus ad ſoluendum, quia ex ſupradeductis
vltrà interpellationem, ſunt neceſſaria alia re-
requiſita Caſtr. in d. l. 3. ff. quod cert. loc. Debitor
11 enim vt per interpellationem conſtituatur
in mora, & exindè fructus peti valeant duo
copulatiuè requiruntur primum quod credi-
tor interpellet debitorem ad conſignandam
pecuniam debitam, alterum quod doceat de
prompta occaſione inueſtiendi tempore in-
terpellationis; vt dixit Rot. in Rom. crediti dota-
lis 13. Martij 1645. coram R. P. D. meo Veroſpio
impreſſ. penes Merlin. de pignor. deciſ. 94. numer. 11.
verſ. interpellatus quod inueſtimentum fieret quod
idem habebat in promptu in Rom. fructuum dotis 21.
Aprilis 1651. coram R. P. D. meo Cerro confirmata
15. Ian. 1652. §. quatenus, verſ. & creditor, in
12 qua re vellet fieri inueſtimentum non decla-
rauit, vt opportebat ad conſtituendum debi-
torem in mora coram R. P. D. meo Bichio, &
in puncto quod dictis requiſitis ceſſantibus
non obſtet quod in ciuitate Auenioneñ. ſem-
per adeſſe dicantur promptæ occaſiones inue-
ſtiendi pluribus relatis, & Articulo plenè di-
ſcuſſo firmauit Rota in allegata Auenionen. pe-
cuniaria 10. Februarij 1640. coram R. P. D. meo
Bichio.

De reliquis verò Capitulis contentis in
ſententia de partibus ſupranumeratis, Domi-
ni mandarunt particulariter videri.

Et ità vtraque &c.

NVLLIVS SEV MONTIS VIRGINIS IVRISDICTIONIS.

Luna 12. Iunij 1656.

ARGVMENTVM.

Locus omnimodè exemptus ex quibus iudicetur ut non ſubſit Iuriſdictioni Epiſcopi.

SVMMARIVM.

1 *Locus exemptus haberi debet, ac ſi in Diœceſi non exiſteret.*
2 *Iuriſdictio acquiritur ex exercitio ſpatio 40. annorum concurrentibus priuilegijs.*
3 *Priuilegia ex quibus comprehendere dicantur loca poſt priuilegia acquiſita.*
4 *Priuilegia ſuper exercitio iuriſdictionis quando dicantur eſſe in viridi obſeruantia, & comprehendere vtramque legem & iuriſdictionis, & Diœceſis.*
5 *Priuilegia in caſu concurrentiæ operantur quod pro iuriſdictionis acquiſitione ſola quadragenaria ſufficiat.*
6 *Teſtes dicuntur examinati nulliter coram illo qui præcedenter fuerat allegatus ſuſpectus.*
7 *Actus Iuriſdictionales æquiuoci nõ merentur attendi.*
8 *Actus Iuriſdictionales facti ab aliquo vti Deputato ab aliqua Sacra Congregatione non nocent.*
9 *Actus Iuriſdictionales non dicuntur illi præiudicare qui contradixit.*
10 *Actus Iuriſdictionales quoad cauſæ cognitionem non præiudicant quando interuenit deſuper pactum.*
11 *Ordinarij non poſſunt ſe intromittere in cauſa hæreſis, niſi ex cauſa delegata.*
12 *Actor tenetur ſequi forum Rei.*
13 *Locationes non effectuatæ non ſunt attendendæ.*
14 *Abbates exempti, ſeu nullius Iuriſdictionis tenentur etiam contribuere ad conſtituenda Seminaria.*
15 *Actus Iuriſdictionales vt præiudicent requiruntur facti ſciente, & patiente illo ad quem Iuriſdictio ſpectat.*

DECISIO DCCCCXXXVIII.

EX antiquis priuilegijs præſertim Alexandri, & Vrbani IV. Abbas Montis Virginis Ordinis S. Benedicti diù vti Ordinarius in ſuo Monaſterio, & dependentijs omnimodam Iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem exercuit, ſed quia data occaſione collationis Parochialis ſancti Martini, & terræ nouæ Reuerendiſſimus Archiepiſcopus Beneuentanus Iuriſdictionis exercitium ad ſe ſpectare aſſerens adiuit S. Congregationem Concilij, obtentiſque ibidem nonnullis Decretis prouiſionalibus fel. rec. Innocentius X. totam cauſam ad hoc S. Tribunal remiſit; Vndè propoſito à me dubio, ad quem ſpectaret iuriſdictio Caſtrorum S. Martini, & terræ Nouæ, Domini ad fauorem Abbatis reſponderunt hac moti ratione, quia dictus Abbas non ſolùm docet dd. Caſtra ex priuilegijs vſu receptis eſſe om-
1 nimodè exempta, † & conſequenter haberi ac ſi in Beneuentana Diœceſi non exiſterent iuxtà *text. in c. ſi Papa de priuil. in 6. Gemin. in cap. cum Epiſcopus num. 4. de offic. Archid. in 6. Loter. de re benef. lib. 1. quæſt. 24. num. 127. Rot. deciſ. 207. num. 5. par. 2. diuerſ. in fin. coram Martin. Andr. deciſ. 54. num. 2. & 5.* & in *Montis Caſſinen. Iuriſdictionis 27. Maij 1651. coram R. P. D. meo Bichio*, & in *Cauen. collationis ordinum 26. Iunij 1654. coram R. P. D. meo Veroſpio*, ſed etiam probat per te-
2 ſtes formiter examinatos exercitium Iuriſdictionis vltrà 40. annos, quod concurrentibus priuilegijs ſufficit ad Iuriſdictionis acquiſitionem *c. cum olim ibi legitima præſcriptio, & c. auditis ubi gloſ. de præſcr. c. olim 20. §. cum igitur vbi gloſ. verbo nonniſi 36. & Abb. num. 6. de cenſ. Gratian. diſcept. 212. num. 16. & per tot. & Rot. poſt Tambur. de iure Abbat. tom. 3. dec. 40. num. 1.*

Quod autem huiuſmodi priuilegia quæ Abbati Iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem
3 apertè concedunt comprehendant † etiam Caſtra, de quibus agitur, probatur ex quo eximunt quaſcunque Eccleſias, & bona, quæ idem Monaſterium in præſentiarum tenet, & poſſidet, aut in futurum poterit adipiſci *Sum. num. 2.* Subindè enim Ludouicus de Taranto donauit dicto Monaſterio omnia, & ſingula ſita in terra montis Fuſcoli cum omnibus ſuis pertinentiis *Sum. num. 24.* eademque donationem confirmans Carolus V. nèdum expreſſit feudum montis Fuſcoli, ſed etiam ſubdidit conſiſtens in caſalibus Comitiani ſancti Martini, & terræ Nouæ *Sum. num. 25.*

4 Quod verò dicta priuilegia ſint † in viridi obſeruantia, patet quia regula huiſm. Ordinis edita de ordine Papę, & à fel. rec. Clem. VIII. in forma ſpecifica confirmata expreſsè cauetur quod Abbas habeat Iuriſdictionem Spiritualem, & temporalem ſuper vaſallos, in quibus exercet iura Epiſcopalia, & quod propterea debeat viſitare, &c. *Sum. Abbatis num. 8.* concordant litteræ S. Congregationis Inquiſitionis ſcriptæ Abbati tanquam Ordinario *Sum. dicto nu. 9.* confirmant ſententiæ, & res iudicatæ antiquiſſimæ de anno 1328. & 1331. pluresque litteræ Apoſtolicæ directæ Abbatibus pro tempore tanquam Diœceſanis *Sum. num. 5* omnemque dubietatem de medio tollunt collationes Parochialium à dictis Abbatibus factæ, retentio Tribunalis, Vicarij deputatio, cognitio cauſarum ciuilium, matrimonialium, & criminalium, Synodi conuocatio, concurſus indictio, licentia audiendi confeſſiones, abſoluendi, & prædicandi, viſitationes, alijque actus quaſi Epiſcopalis Iuriſdictionis, qui per Abbaets hactenus priuatiuè quoad alios exerciti fuerunt dicto *Sum. num. 10. cum ſeq.* ità ut exemptio utramque legem, & Iuriſdictionis, & Diœceſis proculdubio comprehendat.

Quod denique teſtes † de dictis actibus deponentes concludant, colligitur ex quo deponunt de immemorabili cum requiſitis *gloſ. in c. 1. de præſcript.* & tamen ſufficeret quod de quadragenaria teſtarentur, cum priuilegia in
5 caſu concurrentię operentur quod pro † Iuriſdictionis acquiſitione non niſi quadragenaria poſſeſſio requiratur ex auctoritatibus ſuperius allegatis.

Nec

Nec obſtant teſtes ab Ordinario in contra-
rium adducti, quia non ſolùm patiuntur mul-
6 tas exceptiones, ſed etiam † nulliter fuerunt
examinati coram Epiſcopo Ariani poſtquam
fuerat allegatus ſuſpectus *Rot. dec.277. num.31. part.6. deciſ. 18. numer. 6. & deciſ. 22. numer. 16. part.7.rec.*

7 Minuſque obſtant æquiuoci † actus Iuriſ-
dictionis ab Ordinarijs pro tempore exerciti,
quia tres viſitationes Parochialis Eccleſiæ S.
Angeli de terra Noua de annis 1651. 1587. &
duæ Eccleſię S. Ianuarij de ann. 1565. & 1572.
non probantur factæ in Caſtris, de quibus a-
gitur, dum in Diœceſi Archiepiſcopi adeſt
aliud oppidum terræ Nouæ *Sum. num.21.* in
quo huiuſmodi viſitationes poſſunt verifica-
ri, aliæ verò tres viſitationes Eccleſiæ S. Mar-
tini de annis 1556. 1565. & 1587. nullatenus
8 refragantur, quia † prima facta fuit ab Epiſco-
po viciniori à Sacr. Congregatione Concilij
deputato, nec propterea nocet *Tambur. de iur. Abb, tom.1. diſp.15. quæſt.9. n.28. Rot. poſt eumdem tom.3. deciſ.59. num.5. & ſeqq. deciſ.65. num. 3. & deciſ.67. numer.3.* & in *Barchinonen. Iuriſdictionis 5. Iuly 1644. coram R.P.D. meo Biehio*, & duæ
vltimæ annorum 1565. & 1587. non præiudi-
9 cant Abbati † qui contradixit *Rota deciſ. 59. num.7. & 8. poſt Tambur.*

Cognitio cauſarum ciuilium, & crimina-
lium nullius eſt momenti, quia ſex actus ci-
10 uiles geſti † contra Colonos potuerunt fieri
ex pacto inito *Sum. num.31.* quod vbique poſ-
ſent conueniri *Barboſ. in c. cum eo num.7. de for. compet. Surd. conſ.106. num.16. Couar. pract. cap.10. num.3.* Quatuor verò actuum Criminalium,
11 primus eſt ſuper hæreſi d. *Sum. num.26.* † in
qua Ordinarij non poſſunt ſe intromittere ni-
ſi ex cauſa delegata *c. ad abolendum de hæreſ. in 6. Farin. de hæreſ. q.186. n.128.* alijque duo qui e-
nunciantur facti in loco terræ Nouæ poſſunt
verificari in alio oppido eiuſdem nominis,
quod menſæ Archiepiſcopali ſubijcitur, &
querela à quodam ſubdito data contrà Simo-
nem de Caſal. S. Angeli debuit in dicto loco
12 S. Angeli exerceri, quia actor ſubditus † de-
buit ſequi forum rei, qui Archiepiſcopo ſubij-
ciebatur *c. ſi Clericus de for. comp.*

Locatio facta de anno 1566. cum reſerua-
tione conſenſus Vicarij poteſt intelligi de Vi-
cario Abbatis ex collationibus factis de anno
1529. 1611. & 1647. prima loquitur de Ec-
cleſia terræ Nouæ, quæ de Eccleſia alterius
oppidi terræ Nouæ Archiepiſcopo ſuppoſita
intelligi poteſt, aliæ autem duæ uti non eſte-
13 ctuatæ non ſunt attendendæ *Gonzal. ad reg. gloſ. 25. §.2. num.37. Loter. de re benef. lib.1. quæſt.34. num.42. Rot. coram Duran. deciſ.226. in fin.*

Solutiones pro Seminario, vltrà quod in-
telligi poſſunt de alio loco S. Martini diuerſo
ab iſto, de quo agitur, quatenus etiam de iſto
probarentur iuriſdictionem non conclude-
14 rent, quia † Abbates exempti ſeu nullius Iu-
riſdictionis tenentur etiam contribuere ad
conſtruenda Seminaria ex diſpoſitione *Sacr. Concil. cap.19. ſeſſ.23. de reform. antè fin. verſ. quia contingit.*

Et Conuocationes ad Synodum vel excludun-
tur ex quo perſonæ quæ priores in illis
nominantur nunquam fuerunt tales d. *Sum. num.25.* vel ſaltem requireretur quod fuiſſent
15 factæ ſciente, & patiente Abbate, † ad quem
ſpectat Iuriſdictio *Rot. deciſ.8. num.9. deciſ.101. num.10. tom.2. par.4. rec.* & apud *Tambur. de iur. Abbat. d. dec.85. num.6. & 7.*

Et ità utraque, &c.

HORTANA BONORVM.

Lunæ 19. Iunij 1656.

ARGVMENTVM.

Dominium Eccleſiæ etiam quoad effectum de-uolutionis, quando probetur ex libro eiuſdem Eccleſiæ adminiculato, & nonnulla adminicula recenſentur.

SVMMARIVM.

1 *Dominium Eccleſiæ quando agitur ad effectum deuolutionis plenè probandum eſt, nec illud conuincit liber Eccleſiæ, ſeu reſpectu Religionis Hieroſolymitanæ liber nuncupatus Cabreus.*

2 *Liber Eccleſiæ iunctis adminiculis probat dominium Eccleſiæ, & quoad effectum deuolutionis, & quoad effectum ſolutionis Canonum.*

3 *Amplia in libro ſeu Cabreo confecto vigore ſtatuti 21. de commendis citatis vicinis, & per proclama omnibus intereſſe habentibus, ac per ſententiam approbato.*

4 *Inuentarium probat contrà omnes citatos, & concurrentibus adminiculis etiam contrà non citatos.*

5 *Iſtrumenta præſeferentia veram renouationem inueſtituræ, & non ſimplicem liuelli enunciatiuam, maximum præbent adminiculum reſpectu Dominij Eccleſiæ, etiam ad effectum deuolutionis.*

6 *Dominium Eccleſiæ etiam ad effectum deuolutionis remanet probatum ex pluribus adminiculis ſaltem ſimul iunctis.*

7 *Amplia contra habentes cauſam ab illis, qui bona ab Eccleſia habere recognouerunt.*

8 *Reintegratio ſemper competit pro recuperatione poſſeſſionis naturalis aduerſus detentores.*

9 *Poſſeſſio Ciuilis Eccleſiæ ſuffragatur tam in poſſeſſorio quam in petitorio pro recuperatione naturalis poſſeſſionis.*

10 *Stabilimenta Religionis Hieroſolymitanæ ſuper conceſſione bonorum Eccleſiæ quæ vim habeant, & in quibus terminis procedant declaratur.*

11 *Poſſidens auctore Prætore manuteneri debet non detentor.*

12 *Identitas bonorum in antiquis optimè probatur ex Inſtrumentis quæ conueniant cum libro cenſuali Eccleſiæ.*

13 *Sententia ſeu Decretum iuſtificari non debet ex Inſtrumentis nouiter productis.*

14 *Limita in productione in corroborationem prioris probationis, cum iſta ſemper admittatur.*

DECISIO CMLXXXIX.

POST reportatum per Sacr. Religionem
Hieroſolymitanam,& Commendatarium
Ioannem Baptiſtam Anzideum ab A.C.man-
datum de manutenendo, & quatenus opus ſit
de reintegrando ad poſſeſſionem bonorum
Commendæ S. Mariæ in Carbonaria Viter-
bij, & ſancti Matthæi de Horto exiſtentium
in illius territorio, de anno 1556. ut præten-
ditur per fratrem Marium Azolum tunc
commendæ ſupradictę titularem illis de Va-
lentinis pro annuo Canone Carolenorum 18.
conceſſorum, & poſt captam dicti mandati
vigore eorumdem bonorum poſſeſſionem,
Romulus cauſam appellationis committi ob-
tinuit in Rota cum facultate manutendi
quem de iure; Vndè iuxtà formam reſcripti
ſub die 28. Iunii 1655. propoſito dubio, Do-
minis placuit reſcribere quod videretur de
bono iure etiam ad effectum manutentionis,
quod dubium hodiè propoſitum fuit ad fauo-
rem Religionis, & Commendatarij Anzidei
ad utrumque effectum reſolutum.

Siquidem bonum ius Religionis s. quod
Prædium in contrata S. Marci, ultimo loco
detentum à d. Valentino ſit de membris, ſeu
bonis Commendæ S. Mariæ in Carbonara
Viterbij, & S.Matthæi de Horto, probatur ex
1 libro nuncupato Cabreo, † qui licet de per ſe
in præſenti non ſufficeret cum agatur de pro-
bando Dominio ad effectum deuolutionis
non autem ſolutionis Canonis,& ità requira-
tur plena probatio dominij *ad text. in l. offi-
cium ff. de rei vindic. Speculat. de locat. §. nunc ali-
qua num.7. Gratian.diſcept.912. num.2. Caual.de-
ciſ.269. num.1. & 2. & deciſ.399. num. 4.* & in
Mediolanen. deuolutionis domus 11.February 1650.
& in alia *Mediolanen. domus 5. Iulij* 1655. *coram
R.P.D. meo Meltio.* Attamen concurrentibus
2 adminiculis dubium non eſt, quin plenè ad
utrumque effectum probet dominium Reli-
gionis etiam contrà tertium,ex latè congeſtis
in *Fauentina penſionis 1. Marty 1624.coram Vbal-
do ſeniore,in Rom. annua praſtationis 4.Iuny 1618.
coram bo.me.Card.Fabritio Veroſpio Surd.dec.199.
num. 12.& ſeq.*& magis in puncto de libro Ec-
cleſiæ quod concurrentibus adminiculis pro-
bet dominium tradit *Butr. in c. cum cauſam nu-
mer.10.de probat. Rot. dec.405. num.3. part.1. rec.*
Eoque magis in pręſenti cum dict. liber fue-
9 rit † confectus in vim Staturi 21. de Com-
mendis, citatis omnibus conuicinis, &
per proclama omnibus intereſſe habentibus,
ac fuerit à Iudice per ſententiam approbatus
Ancar.conſ.44. num.5. & in puncto de iſtis Ca-
breis *Altograd. conſ.14.num.49. lib.2.* vt in ſimi-
4 li dicimus de Inuentario † quod probat con-
trà omnes citatos, & concurrentibus admini-
culis etiam contrà non citatos ex allegatis in
*Cornetana Legati 4. Decembris 1620.coram bo. me.
Archiepiſcopo Seleucien: & per Adden.ad Buratt.de-
ciſ.637. num.18.*

Adminicula pro dicti libri comprobatio-
ne adducta ſunt vrgentiſſima, nam præter ſo-
lutiones factas ab ipſomet Romulo de annis
1620. & 1632. pro ſolito Cenſu, ſeu Canone
Caralenor.18. prout enunciatur in Cabreo, &
depoſitiones teſtium formiter examinatorum
atteſtantium Prædium, de quo agitur, eſſe de
membris, & bonis dictæ Commendæ,& con-
cordant confines cum Cabreo, fuerunt exhi-
bita de recenti nonnulla inſtrumenta antiqua,
quorum primum eſt anni 1561. in quo tunc
commendatarius conceſſionem in liuellum
alias factam, vt aſſerebatur q. Valerio Valen-
tino, renouauit Valentino eius filio pro ſe,&
5 fratre Germano,†qui ſolitum liuellum ſolue-
re promiſerunt, & ſic cum contineat † veram
renouationem inueſtituræ, non ſimplicem li-
uelli enunciatiuam, vtique maximum prębet
adminiculum etiam ad effectum deuolutio-
nis, quidquid dicendum eſſet ſi ſolam enun-
ciatiuam contineret, vt declarauit *Rota in rec.
deciſ.400.num.7.par.1.& in Portuen. Stagni 19.Iu-
nij 1637. coram bo.me. Card. Panzirolo Aym.conſ.
157. num.7.* Secundum eſt anni 1573. in quo
prædicti Valentinus & Statius in diuiſione in-
ter ipſos ſecuta aſſeruerunt prædictum Præ-
dium quoad proprietatem ſpectare ad Eccle-
ſiam S.Matthæi. Tertium denique, an. 1607.
continet quod Cecilia mater, tutrix, & cura-
trix filiorum Pacifici Valentini in confectio-
ne Inuentarij faſſa fuit annuam ſolutionem
faciendam huic commendæ occaſione prædi-
cti Prædij in ſumma expreſſa in Cabreo, ex
6 quibus omnibus ſaltem ſimul iunctis vtique
dominium Eccleſiæ reſpectu Prædii contro-
uerſi plenè remanet iuſtificatum etiam ad ef-
fectum deuolutionis *Altogr.conſ.14.per tot.vol. 2
Rot.deciſ.25. num.10. poſt tract. Poſth. de manut.&
deciſ.32. num. 5.& ſeq. part.8. rec.& in Ciuitatis
Caſtelli bonorum 8.Nouembris* 1589. & 12. *Febr.*
1590. *coram Lancellotto,& in Imolen. bonorum 22.
Iuny* 1592. *coram Pamphilio ſeniore*, præſertim
7 cum agatur contrà habentes † cauſam ab iis,
qui bona ab Eccleſia habere recognouerunt
*Aym. conſ.157. num.7. Altograd. conſ.15. num.40.
vol.2.* cum pluribus aliis relatis per *Rot. in rec.
dec.290. num.2. par.1.*

Comprobato igitur ex ſupradeductis dire-
cto dominio Commendæ reſpectu Prædii
controuerſi ſequitur quod conſtet de bono
iure Religionis etiam ad effectum manuten-
tionis, dum d. Prædij poſſeſſio ciuilis reſidet
penes ipſam Commendã, ac illius Cõmenda-
tariũ, quod ſufficit pro iuſtitia mandati A.C.
qui conceſſit manutentionem, & quatenus
8 opus ſit reintegrationem, † quæ ſemper com-
petit pro recuperatione poſſeſſionis naturalis
aduerſus detentores ex congeſtis in *deciſ. 25.
num. 5. & 11. poſt tract. Poſth. de manut. & in Co-
librien. praſtimoniorum 10. Decembris* 1631.& 18.
Iuny 1632.*coram me inter rec.deciſ.38.& dec.139.
par.6.rec.* in quibus firmatur poſſeſſionem ci-
9 uilem † Eccleſiæ ſuffragari tam in poſſeſſorio
quam in petitorio pro recuperatione naturalis
lis poſſeſſionis, quod eo magis debet proce-
dere in præſenti ex quo euidens apparet Va-
lentinos iniuſtè, & ſinè legitimo titulo occu-
pare Prædium cum ſuis membris ſumptis
contrà expreſſam diſpoſitionem *extrauag. Am*

bitioſæ

bitioſa de reb. Eccleſ. non alienan. & ſtabelimen-
10 torum † eiuſdem Religionis Hieroſolymitanæ ſignanter in *c.9.de contract.* vbi ſolum conceditur facultas alienandi bona ad Censũ per annos 29. in c.16. vbi d.tempus reſtringitur ad nouennium, quo elapſo bona omnia cum meliorামentis redire debeant ad Commendam, & in *c.12.eod.tit.* confirmato in *ordine* 5. vbi annullantur, & reuocantur omnes conceſſiones ad longum tempus, quæ ſtabilimenta cum pluries fuerint à Summis Pontificibus confirmata ex certa ſcientia, & cum decreto irritanti, vtique nulla poſſeſſio, nulluſq; titulus poteſt per Valentinos allegari quin ſit irritus ac infectus ex decreto irritanti appoſito in dicta Paulina, ſtabilimentis, & confirmationibus Apoſtolicis, & ſic neceſſariò non ipſi detentores, ſed Commenda, ac illius Com-
11 mendatarius † poſſidentes auctore Prætore manuteneri debent *l. iuſtè poſſidet ff de acq. poſſeſ.* in puncto *Rota in Rom. ſeu Terracinen affictus coram bo.me. Pirouano deciſ.215. per tot. apud Modern. Peruſ. de manut. & in Tiburtina affictus 19. Iunij 1648. coram Em. D. Card. Corrado.*

Identitas Prædij & membrorum prædictorum impugnari non poteſt tanquam com-
12 probata ex dictis Inſtrumentis, † quæ cum libro cenſuali benè conueniunt iuncta teſtium depoſitione, & dum verſamur in antiquis hęc probatio optimè ſuffragatur *Seraph. deciſ. 209. num.3. & deciſ.462. num.8. & 9. Greg. deciſ.172. num.6. vbi Adden.* cum alijs in *Vrbeuetana fideicommiſſi 27. Nouembris 1620. coram bo. me. Coccino, & in Ariminen. fideicommiſſi 27. Iunij 1629. coram bo.me. Merlino.*

13 Non obſtat quod dictum † mandatum A. C. non poſſit hodiè iuſtificari ex dict. Inſtrumentis nouiter deductis, quia cum illa fuerint producta ad coadiuuandam probationem iam factam, non dicitur noua probatio, ſed
14 primæ corroboratio, quæ † ſemper admittitur *Bald. in c.2. de fid. inſtrum. Dec. in auth. ſi quis in aliquo num.3. C. de eden. Cæſar. de Graſſ. dec.20. num.11. de probat. Coccin deciſ.373. num.4. Duran. deciſ.172. num.7.* & fuit dictum in *Romana Saluiani 1. Iulij 1648. §. debito verò coram Em. D.C. Otthobono.*

Et ità vtraque, &c.

LEODIEN. HAEREDITATIS.

Luna 9. Iunij 1656.

ARGVMENTVM.

Declaratoria quibus concurrentibus ſit concedenda, & etiam in mandato de manutenendo.

SVMMARIVM.

1 *Declaratoria de ſtylo venit relaxanda ob contumaciam in non parendo.*
2 *Patientia præſtita ſufficit pro paritione, quando in mandato nullus actus poſitiuus requiritur.*
3 *Requiritur tamen ad effectum paritionis oblatio verbalis de parendo.*
4 *Fructus à die motæ litis percepti etiam abſque explicita condemnatione veniunt in mandato de manutenendo, cum ſint pars poſſeſſionis rei petitæ.*
5 *Paritio non datur reſpectu mandati de manutenendo, niſi reſtitutis fructibus à die motæ litis perceptis.*
6 *Tutores præſumuntur confeciſſe libros tutelares.*
7 *Paritio realis mandato Rotali requiritur ſi fructus ſunt liquidi; ſi illiquidi eſt ſoluenda aliqua ſumma & interim inſtare pro liquidatione, cum alias declaratoria non euititur num.8.*
9 *Hoc dilemma intrat etiam reſpectu expenſarum explicitè in mandato contentarum.*
10 *Expenſæ iudiciales dicuntur certæ nec egent liquidatione.*
11 *Contrà tutorem venit relaxanda declaratoria quando non docet ſe curaſſe vt pupillus obediat.*

DECISIO DCCCCLXXXX.

FVIT reſolutum dandam eſſe declaratoriam contrà Petrum Buttin, quia relaxato præuijs duabus deciſionibus contrà ipſum mandato de manutenendo ad fauorem Monaſterij S. Auguſtini Leodieñ. reſpectu bonorum hæreditatis Theodorici de Iamart, eoque d. Petro legitimè intimato, & in actis reproducto ſeruatiſq; quatuor terminis ad doceñ. de paritione de ſtylo ſeruari ſolitis, de dict. paritione minimè doctum fuit, vndè ſatis con-
1 ſtat de ipſius † contumacia, propterquam venit de ſtylo relaxanda declaratoria *Felin. in c. Rodulphus numer.41. de reſcript. & in c. ad proban. num.6. de ſent. & re iudic. Roman. conſ.482. ſub numer. 5. verſ. quia, Rot. in Burgen. Cappellaniæ 28. Aprilis 1636. coram me, in Toletana Matrimonij 1. Iulij 1647. coram Em. D. Card. Corrado, in Gandauen. exemptionis 22. Iunij 1648. coram R.P.D. meo Celſo,* & alias paſſim.

2 Nec ſubſiſtit quod dicatur nos † verſari in mandato de manutenendo nullum actum poſitiuum requirente, ſufficereque ſolam patientiam Petri in permittendo Monaſterium poſſidere *Rot. coram Buratt. deciſ.52. nu.6. Adden. ad eundem deciſ.17. num.8. coram Merlin. deciſ.20. numer.4.* Tum quia dato etiam quod aliquid
3 poſitiuum non ſit præſtandum, ſaltem† requiritur oblatio verbalis de parendo, vt pluribus congeſtis dictum fuit in *Burgen. Decimarum 11. Februarij 1650. coram R.P.D. meo Cerro, & in Colonien. Cameraria 25. Iunij 1655. coram R. P. D.*
4 *meo Bichio, & in rec. deciſ.303. numer.6.* Tum etiam quia cum in† mandato de manutenendo non ſecus ac in ipſa poſſeſsione rei petitæ veniant fructus à die motæ litis percepti, quamuis ad illos explicita condemnatio in mandato non adſit, cum ſint pars poſſeſsionis rei petitæ, vt declarauit *Rota deciſ.17. numer.3. apud Modern. Peruſin. de manut. in Bonon. bonor. 27. Febr. 1649. §. nec obſtare coram Em. D. Card. Otthobono, & in Alex. Canonicatus 1. Iulij 1652. coram me,* & intimatio mandati afficiat tàm reſpectu poſſeſsionis, quam fructuum, vtique
5 quis nõ dicitur paruiſſe mandato, †niſi huiuſmodi fructibus reſtitutis *Rot. coram ſa. me. Greg. XV. deciſ.36. ſub num.1. verſ. vndè coram Buratt. deciſ.947. num.2.* etiam ad effectum declaratoriæ,

riæ, vt fuit deciſum in *Leodien. Vicaria 4. Iulij
1653. §. 2. quia coram R.P.D. meo Bichio.*
Non obſtat defectus liquidationis fructuũ,
quia cum Petrus vti tutor Guilielmi, & Ioan-
6 ni Iamart confeciſſe † præſumatur libros tu-
telares, in quibus prædicti fructus debent eſſe
deſcripti, vtique illorum liquidatio eſt certa,
vel in omnem euentum intrat dilemma, vel
illi ſunt liquidi, & requiritur vera, & realis
7 paritio † mandato Rotali præuia reali ſolutio-
ne, vt fuit dictum in *Bonon. Pecun. ſeu dotis 10.
Iuny 1648. coram bo.me. Arguelles*, & in alijs re-
latis in *deciſ. 307. numer. 4. & 5. part. 6. rec.* vel
8 ſunt illiquidi, † & ad euitandam declarato-
riam Petrus inſtare debebat pro liquidatione,
imò aliquam ſummam ſoluere cum oblatio-
ne reſidui liquidatione ſecuta iuxtà *doctr. Ang.
in l. 4. §. prætor ait ff. de reb. dub. Rot. cumulatis
concordantibus in Toletana Decimarum 3. Aprilis
1649. coram R.P.D. meo Celſo, & in Leodien. Vi-
caria 4. Iulij 1653. coram R.P.D. meo Bichio* quod
9 dilemma etiam intrat reſpectu † expenſarum
explicitè in mandato contentarum, vt dixit
*Rot. in Ampurien. & Ciuitaten. electionis Vicarij
20. Octobris 1649. coram R.P.D. meo Meltio, in
Leodien. Canonicatus S. Martini 31. Ian. 1653. co-
ram R.P.D. meo Cerro*, in quibus deciſionibus
contrarium firmatur quando in mandato non
adeſt explicita condemnatio ad expenſas, Præ-
10 terquod reſpectu expenſarum † iudicialium
nulla liquidatio requiritur cum dicantur cer-
tæ *Rot. coram ſa. me. Greg. XV. deciſ. 503. numer. 6.*
& latè in *Romana expenſarum 16. Februar. 1654.
coram me.*
Nec à præd. declaratoria Petrus valet excu-
ſari, ex quo vti tutor ad nihilũ proprio nomi-
ne teneatur, quia cũ contrà ipſum vti tutorẽ
fuerit ſemper proſecutum iudicium, & rela-
xatum mandatum, niſi doceat ſe curaſſe vt
pupillus obediat, ipſe non pupillus deliquiſſe
11 cenſetur, & per conſequens contrà † ipſum
declaratoria venit relaxanda per *text. in l. 1. §. ſi
Procurator ff. ſi quis ius dicen. non obtemp. Rota in
terminis noſtris in Papien. bonorum 26. Ian. 1601.
coram Penia poſt Marcheſ. de commiſſ. part. 3. f. 122.
num. 1. & 3.*
Et ità altera huiuſmodi, &c.

ROMANA DOTIS.

Lunæ 19. Iunij 1656.

ARGVMENTVM.

Clauſula Parito Iudicato, ex quibus non effe-
ctuata, ſeu illi non obtemperatum.

SVMMARIVM.

1 *Clauſula Parito Iudicato, tribuit iuriſdictionem quoad iudicati executionem, ſed prohibet Iudici ſe ingerere in meritis cauſa antè effectuatam paritionem mediante integrali ſolutione.*

2 *Solutio ac reſpectiuè exactio cedit prius in extinctionem crediti fructuum.*

3 *Satisfactio de ſorte nequit dari ſi fructus exacti annuatim non aſcendant ad fructus debitos occaſione ſortis crediti.*

4 *Expreſſio valoris per non exceſſum non includit aſcenſum.*

DECISIO DCCCCLXXXXI.

PRAETENDENTE R. P. D. Malateſta
Balleono filio, & hærede q. Iuliæ Balleo-
næ, D. Domitillam Cæſiam creditricem eiuſ-
dem Iuliæ hæredis q. Adriani Balleoni vigo-
re rei iudicatæ Rotalis in ſumma ſcutorum
43. mill. pro qua à bo. me. Pirouano 10. Mar-
tij 1636. obtinuerat mandatum executiuum
ſine præiudicio reſidui, de dicto credito re-
manſiſſe ſatisfactam mediante conſignatione
ſcutor. 14. mil. exiſtentium in depoſito in S.
Monte Pietatis ſibi facta de mandato Rotæ
ſub diebus 8. Iulij anni 1638. & 4. Mart. 1639.
ac perceptione fructuum Caſtri Graffignani
ab ea ex Saluiano poſſeſſi, facta tàm antè
quàm poſt conſignationem d. depoſiti; inſte-
tit in Signatura Gratiæ tempore fel. rec. Inno-
tij X. committi Rotæ cum clauſula, *Parito iu-
dicato*, & poſt obitum R. P. D. Balleoni
ad inſtantiam Procuratoris D. litis effecti cum
dubitatum fuiſſet coram bo. m. Biehio, An
conſtet de ſufficienti paritione, de illa non
conſtare Domini reſoluerunt, & in illius lo-
cum ego ſuffectus, deciſionem extendi.
Fundamentum ſiquidem reſolutionis fuit,
quia cum poſt ſupradictum mandatum D.
Domitilla in diminutionem d. crediti ſcutor.
43. mill. in d. mandato Rotali contenti, ex d.
depoſito habuiſſet dumtaxat ſcuta 14. mil. ad-
huc remanſit creditrix vigore eiuſdem man-
dati in ſumma ſcut. 29. mil.
Nec pro paritione ſuffragari poſſe viſa fuit
Dominis allegata iniuſtitia eiuſdem mandati
ex capite exceſſus eo ſub prætextu, quod poſt
depoſitum dd. ſcut. 14. mil. pro certa rata ceſ-
ſauerint decurrere fructus Dotales, & quod
ex Caſtro tam ante relaxationem d. mandati,
quam poſteà D. Domitilla maiorem fru-
ctuum quantitatem perceperit, quam per Ro-
tam tempore relaxationis eiuſdem mandati,
compenſata fuerit cum fructibus dotis. Quo-
niam cum allegatus exceſſus, & maior quan-
titas fructuum, quæ prætenditur percepta ex
Caſtro antè relaxationem dicti mandati con-
cernant illius iniuſtitiam, ſuper hoc hodiè
nullam cadere poſſe cognitionem Domini
1 cenſuerunt, cum † clauſula, *Parito Iudicato*, tri-
buat quidem iuriſdictionem quoad iudicati
executionem, ſed prohibet Iudici ſe ingerere
in meritis cauſæ antè paritionem effectuatam
mediante integrali ſolutione contenta in
condemnatione *Puth. deciſ. 429. lib. 1. Greg. deciſ.
36. num. 1. & ſeq. Caual. deciſ. 110. num. 2. Andr.
deciſ. 72. num. 8. & ſeq.* etiam cum expenſarum
refectione *Veſtr. in Prax. lib. 8. cap. 3. ſub num. 10.
Lancellot. de attentat. par. 2. cap. 18. n. 142. Mareſ-
cott. var. reſol. cap. 87. num. 3. & 18. lib. 1. Rot. co-
ram bo. me. Coccino deciſ. 155. per tot. & deciſ. 123.
num. 1. par. 4. tom. 2. rec.*

Fru-

Fructuum verò perceptionem factam per D.Domitillam ex eodem Caſtro poſt relaxationem d.mandati bo. me. Pirouani ſimiliter adduci non poſſe dixerunt Domini pro ſufficienti paritione; Non quidem reſpectu crediti ſortis principalis Dotis, & quarti dotalis ſcutorum 28. mill. in d. mandato executiuo contenti, quia iam in hac cauſa reſolutum
2 fuit † illos primo loco cedere debuiſſe in ſatisfactionem crediti fructuum dotium, vt in deciſione 1. Iulij 1630. coram bo. me. Quippo inter *rec.deciſ.403.numer.16. part.5.& 4. Iulij 1635. coram bo.me. Pirouano §. tertiam, & vltim.* Neque reſpectu fructuum eiuſdem Dotis, & quarti; de ſumma enim ſcutor. 1000. reſidui eorumdem fructuum dotium comprehenſorum in d. mandato executiuo bo.me. Pirouani D. Domitilla non poteſt dici ſatisfacta ex fructibus Caſtri, cum illos non perceperit vigore dicti mandati, ſed vigore poſſeſſionis quam retinebat, & retinet ex Saluiano, cuius iudicij iura in commiſſione cauſæ iudicij executiui inrentati contrà bona hæreditaria dicti Adriani viri coram bo. mem. Pirouano fuerunt illi expreſsè præſeruata.

De alijs verò fructibus ſpatio 20.annorum poſt relaxationem d. mandati bo.me. Pirouani decurſis ſimiliter dici non poteſt ſatisfacta ex fructibus Caſtri intrà d. tempus perceptis dum iuxtà iuratam relationem Periti in vim reſcripti Sa. me. Innocentij X. in Signatura Gratiæ emanati à Congregatione contrà Barones electi; fructus Caſtri, computato anno fertili cum ſterili, (& deductis expenſis) ad monetam redacti non traſcendunt annuam ſummam ſcutor.840. D.Domitillæ verò pro fructibus dotium annua ſcut.2100. debentur, vt fuit dictum in d. deciſione bo.me. Pirouani 4. Iulij 1635. § *conſtare igitur*; Vndè cum facta compenſatione fructuum Caſtri cum fructibus dotium, D. Domitilla anno quolibet remanſerit creditrix pro fructibus Dotium in ſumma ſc. 1260. vltrà ſortem principalem ſc.28.mill. in d. mandato bo.me. Pirouani contentam,& aliam ſummam aliorum ſcutorum 1670. fructuum antea decurſorum in dicto mandato in ſuſpenſo relictam, impoſſibile redditur, vt ex fructibus Caſtri ſe-
† quuta † fuerit, & ſequi poſſit integra d. crediti ſatisfactio, vt ſimiliter dictum fuit in alia deciſione bo. me. Pirouani in hac cauſa emanata 30. Ianuarij 1639. §. *quia fructus percepti, & ſucceſſiuè percipiendi*, &c.

Nec ſubſiſtere animaduetterunt Domini quod in deciſione bon. me. Pirouani 4. Iulij 1635. Rota taxauerit annuos fructus dicti Caſtri in ſumma ſcutor.1300. Quia cum in illa ſolummodò dictum fuerit Iuliam Balleonam exhibuiſſe in Rota atteſtationes triutn teſtium affirmantium fructus d. Caſtri computato anno fertili cum ſterili non tranſcendere quantitatem ſcut. 1300. iſta depoſitio facta
4 per non exceſſum, † quæ verificari poteſt in quauis modica ſumma vel quantitate non contradicit d.Periti relationi poſteà factæ nec concludit fructus d. Caſtri ad d. ſummam ſcut.1300. annuatim aſcendiſſe *Garz. de benef. par.1. cap.5.num.477. & dixit Rot. coram Seraph. deciſ.1017. num.5. & in Rauennaten. Penſionis 20. Iunij 1597.coram Litta Lotter.de re ben.lib.1.q.38. num.53.*

Et ità vtraque, &c.

FOROLIVIEN. LVCRI DOTALIS.

Veneris 23. Iunij 1656.

ARGVMENTVM.

Lucrum Dotis an debeatur ex bonis liberis, ſed calculata tota dote conſtituta, & ex liberis ac deicommiſſarijs: Vir quando iſtud fuerit ſuperlueratus quamis dotem liberè reſtituere promiſerit, & an pro lucro competat eidem viro manuteutio.

SVMMARIVM.

1 *Clauſula* Conſtituti, *appoſita in Inſtrumento dotali transfert poſſeſſionem tam ciuilem quam naturalem ad quemcunque effectum etiam manutentionis.*
2 *Poſſeſſio probatur ex confeſſione partis petentis aſſociationem vel immiſſionem.*
3 *Poſſeſſio probatur ex mandato de manutenendo reportato.*
4 *Clauſula*, Conſtituti, *non excludit retentionem lucri dotis occaſione debitam.*
5 *Lucrum dotale non remanet in hæreditate vxoris.*
6 *Lucrum dotale conſideratur vti de patrimonio, & bonis mariti, non vti de bonis, & hæreditate mulieris.*
7 *Statutum de continuanda poſſeſſione in hæredes, debet intelligi reſpectu bonorum hæreditariorum, ſecus reſpectu portionis debitæ occaſione lucri dotis.*
8 *Petens immitti ſeu aſſociari fatetur ſe non poſſidere.*
9 *Statutum de Lucro dotis ferè in tota Italia practicatur.*
10 *Statuto poteſt caueri quod lucrum non poſſit renunciari.*
11 *Verbum liberè adiectum promiſſioni de reſtituenda dotem debet intelligi ſecundùm ſubiectam materiam, & ſecundùm naturam actus, & per illud non inducitur renunciatio.*
12 *Lucro dotis nunquam cenſetur renunciatum,niſi fuerit promiſſa reſtitutio totius ac integræ dotis.*
13 *Lucrum dotis non debetur ex dote quæ cum ſcientia viri fuit conſtituta ex bonis fideicommiſſarijs.*
14 *Hoc procedit quando fuerunt data in dotem bona partim libera partim fideicommiſſaria, & maritus vult etiam ex fideicommiſſarijs lucrum detrahere, forſan quia bona libera non ſufficiebant.*
15 *Lucrum dotis debet detrahi ex bonis liberis illud calculando ſuper tota dote licet partim ex fideicōmiſſarijs conſtituta, licet alij contrarium ſentiant.*
16 *Exceptiones requirentes altiorem indaginem ſunt reijciendæ ad petitorium.*

D E-

DECISIO DCCCCXCII.

MANVTENTIONEM in tertia parte
dotis Portiæ prædefunctæ dandam eſſe
Petro Franciſco Corbiceo eius viro occaſio-
ne lucri dotalis ſibi debiti ex Statuto Foroli-
uij fuit hodiè reſolutum, quia de ipſius poſſeſ-
ſione reſpectu dictæ tertiæ partis conſtat tum
ex clauſula Conſtituti appoſita in Inſtrumen-
1 to dotali, † quæ transfert veram, & realem poſ-
ſeſſionem tàm ciuilem, quàm naturalem ad
quemcunq; effectũ etiã manutentionis *l. qua-*
dam mulier, & ibi gloſ. in verb. poſſeſſion. de rei vind.
l. quod meo ff. de acq. poſſ. ff. Rot. diuerſ. dec. 380. nu. 2.
& 3. par. 1. Buratt. dec. 1 9. n. 5. & in ciuit. Caſtelli
bonorum 11. *Maij* 1637. *coram me*; Tum ex con-
2 feſſione † Antoniæ Aduerſariæ reſultante, ex
quo contrà illum petiit aſſociationem, & im-
miſſionem *Bart. in l. Amelius §. item num. 2. ff. de*
libert. legat. fa. me. Greg. XV. deciſ. 200. num. 2. & 5.
& deciſ. 458. num. 3. & in alijs relatis in *Rauen-*
naten. Saluiani 10. *Iunij* 1639. *coram R. P. D. meo*
Bichio, & in Romana Vinea de Capocephalis 26. *Ian.*
1629. *coram me.* Tum denique ex mandato de
3 manutenendo per ipſum ab † A.C. reportato,
quod pariter probat poſſeſſionem, vt fuit dict.
in *Conchen. Inuitum* 17. *Decembris* 1593. *coram*
Cardinali Blanchett. relat. per Caualer. deciſ. 217.
num. 2.

Non obſtat quod in caſum reſtitutionis do-
tis Petrus illam reſtituere promiſerit cum ſi-
4 mili clauſula *Conſtituti*, † quia prædicta clauſu-
la non excludit retentionem debitam occa-
ſione lucri, vt notat *Curt. in l. precibus num.* 64.
C. de impub. & alijs ſubſtit. Gabr. concluſ. 5. *num.* 3.
Gratian. diſcept. 308. *num.* 7. *Boer. deciſ.* 244. *nu.* 8.
5 & ratio eſt, quia lucrum † verè non remanet
in hæreditate vxoris *l. ſi vir ff. ad l. Falcid. & ibi*
gloſſ. Alex. num. 12. ſubdit lucrum conſiderari
vti de patrimonio, & bonis mariti, non vti de
bonis, & hæreditate mulieris *Iaſ. in l. arrogator*
num. 17. *de adopt. Rolan. de lucr. dot. quæſt.* 90. *Gabr.*
conſ. 101. *num.* 10. *lib.* 1. *Decian. conſ.* 2. *numer.* 102.
lib. 5. *Corn. conſ.* 178. *num.* 3. *vol.* 4. *Capr. conſ.* 143.
num. 12. *Surd. conſ.* 401. *numer.* 35. *& ſeq. Bertaz.*
conſ. ciuil. 34. *num.* 48. Et hac reſponſione tolli-
tur etiam obiectum Statuti continuantis poſ-
ſeſſionem defuncti in hæredes, eum illud de-
7 beat intelligi † reſpectu bonorum hæredita-
riorum ſecus reſpectu portionis debitæ occa-
ſione lucri, quæ nullatenus remanet in hære-
ditate mulieris ex iuribus ſupradeductis, Præ-
terquod tam iſta poſſeſſionis continuatio ex
Statuto, quàm virtus clauſulæ *Conſtituti* in
præſenti nullatenus eſſent attendendæ; eum
8 Antonia eo ipſo quo inſtetit pro immiſſio-
ne, & aſſociatione faſſa fuit ſe non poſſidere
Mantic. deciſ. 20. *num.* 1. *&* 4. *fa. me. Greg. XV. deciſ.*
46. *num.* 3. *in rec. dec.* 561. *num.* 1. *part.* 1. *in Romana*
hæreditatis coram Pirouano poſt Poſth. de manut. de-
ciſ. 179. *numer.* 4. *& ſeq.* in puncto aſſociationis
petitæ *Rot. coram Buratt. deciſ.* 584. *num.* 1. *& penes*
Poſth. de manut. dec. 336. *num.* 1. *&* 2. *& in Iauuen.*
bonorum 15. *Ianuarij* 1646. *coram Em. D. Cardin.*
Corrado.

Non obſtant ea quæ dicuntur de inualidita-
te prædicti Statuti, quia obiectum ceſſat ex
Breui ampliſſimo Iulii II. in quo excipiuntur
ea tantum Statuta quæ ſint illicita, & contrà
9 ſtatum, & libertatem Eccleſiaſticam. † qualc
non valet dici iſtud in tota ferè Italia practi-
catum, vt reſpondit *Rota in Vrbeuetana reſtitu-*
tionis dotis 14. *Decembris* 1540. *coram bo. m. Mer-*
lin. inter eius impreſſ. dec. 853. *n.* 9. *&* 10.

Denique minus releuant alia duo obiecta
exaduerſo adducta, primum, quod prædict. lu-
cro fuerit renunciatum propter verbum libe-
rè appoſitum in promiſſione reſtitutionis do-
tis, alterum, quod quatenus ſit debitum non
poſſit detrahi habito reſpectu ad totam do-
tem, ſed tantum ad tertiam tertiæ, hoc eſt, le-
gitimæ debitæ filiæ in bonis patris fideicom-
mittentis, cum data fuerint in dotem tam
bona libera, quam bona fideicommiſſi benè
cogniti viro; Nam reſpectu primi, præter-
10 quod idem † Statutum diſponit quod lucro
non poſſit renunciari niſi expreſsè, huiuſ mo-
11 di renunciatio non inducitur per dictum ver-
bum liberè; eum ſit ſubintelligendum ſecun-
dùm ſubiectam materiã, & ſecundùm naturã
actus *c. cum nobis olim in fin. cum gloſ. in verſ. li-*
berè de elect. cum alijs pluribus relatis per *Alex.*
conſ. 30. *num.* 12. *lib.* 1. *Card. Seraph. deciſ.* 576. *n.* 4.
& ſi non adſint verba, totam, & integram do-
12 tem nunquam † lucro renunciatum cenſetur
ex latè congeſtis per *Menoch. conſ.* 256. *num.* 13.
& ſeqq. Crauet. conſ. 880. *num.* 8. *poſt med. & ſeqq.*
Reſpectu verò ſecundi fuit ponderatum nos
13 non verſari in † Conſtitutione dotis integra-
liter facta de bonis fideicommiſſarijs cum
ſcientia viri, quo caſu ex illis lucrum non de-
betur, in quibus terminis loquuntur *Caſtr. conſ.*
43. *ſub n.* 3. *lib.* 2. *Comitul dec.* 45. *n.* 23. ac alij ex-
aduerſo adducti, quod idem venit dicendum
14 quando † fuerunt data in dotem bona partim
libera partim fideicommiſſaria, & maritus
vult etiam ex fideicommiſſarijs lucrum de-
trahere, forſan quia bona libera pro lucro non
15 ſufficiebant; ſed in † Conſtit. dotis facta tam
ex bonis liberis quam fideicom & maritus lu-
crum conſequi non prætendit niſi ex liberis,
illud tamen calculando ſuper tota dote quod
non poſſe fieri licet ſentiat *Cephal. conſ.* 365. *nu-*
mer. 57. *in fin. & n.* 67. *in fin.* attamen contrariam
ſententiam tenerunt *Panzirol. conſ.* 17. *nu.* 13. *&*
ſeq. Decian. conſ. 12. *num.* 24. *circ. fin. verſ. tamen*
ex quo, & ſub num. 25. *verſ. reſiduum lib.* 2. *Peregr.*
de fideicom. art. 42. *num.* 306. *vbi in fine ait per duas*
conformes fuiſſe ità iudicatum Fuſar. de ſubſtit. quæſt.
663. *num.* 13. Præterquod tam hæc, quam ſu-
perius deducta circà inualiditatem Statuti Fo-
roliuij deferentis lucrum in tertia parte, vti
requirentia altiorem indaginem non ſunt
præſentis inſpectionis, ſed reijcienda veniunt
ad petitorium *l. natural. §. nihil commune, ff. de acq.*
poſſeſſ. Rot. in Ciuitatis Caſtelli bonor. 11. *May* 1637.
cor. me, nec impediunt manutentionem *Mer-*
lin. dec. 233. *num.* 4. *&* 5. *ac alijs vulgar.*

Et ità vtraque, &c.

ROMANA FIDEICOMMISSI DE CAESIIS.

Mercurij 14. Martij 1657.

ARGVMENTVM.

Agitur de poſſeſſione quæ transfertur per Teſtatorem in hæredem per clauſulam Conſtituti, iuncta clauſula, Ex nunc, & de iſtius ratificatione: Plura de detentatione an iſta transferatur, & de incapacitate teſtatoris acquirendi fideicommiſſum, quod non indè fuerit incapax bonorum acquiſitionis, & ex quibus poſſeſſio anterior comprobetur.

SVMMARIVM.

1 *Poſſeſſio manutenibilis per clauſulam Conſtituti transfertur in hæredem adhuc viuo teſtatore, quando adeſt clauſula, Ex nunc.*

2 *Poſſeſſio in iudicio poſſeſſorio ſufficit probari per vnicum teſtem.*

3 *Poſſeſſio in iudicio poſſeſſorio ſufficit probari per præſumptiones, & famam.*

4 *In indicio poſſeſſorio non admittuntur exceptiones contra teſtes.*

5 *In indicio poſſeſſorio attenduntur etiam teſtes ſingulares, & de actibus ſingularibus deponentibus.*

6 *Teſtes domeſtici quandò ſunt adminiculati benè probant.*

7 *Scientia ex conſanguinitate, & cohabitatione præſumitur.*

8 *Poſſeſſionem quando quis ratam habuit hoc exuberat quando illa ab alio de eo tempore non reperitur occupata.*

9 *Exceptiones requirentes altiorem indaginem reyeiuntur ad petitorium.*

10 *Petitorium quando fuit ſuſpenſum operatur vt non poſſit dici, non conſtare de bono iure in poſſeſſorio illius ad cuius fauorem petitorium fuit ſuſpenſum.*

11 *Incapax ſucceſſionis ſi quis ſit non indè poterit dici, & incapax poſſeſſionis.*

12 *Repetitio non inducitur in orationibus ſeparatis.*

13 *Qualitas in aliquo teſtamento non repetita cenſetur conſulto omiſſa.*

14 *Detentor per conſtitutum quando valeat, & quando non poſſeſſionem transferre.*

15 *Teſtator conſtituens ſe poſſidere nomine hæredis per diem antè, quando id non feciſſe dicatur animo defraudandi fideicommiſſarios, ſed ſua iura conſeruandi.*

16 *Clauſulæ Conſtituti virtus expirat ſi antè adeptam poſſeſſionem naturalem alius illam accepit, & occupauit.*

17 *Poſſeſſio in ſecundum donatarium vel fideicommiſſarium vt tranſire poſſit vigore Conſtituti requiritur vt non ſit amplius poſſeſſio penes donantem, ſed penes primum donatarium qui ſe poſteà conſtituat poſſidere nomine ſecundi.*

18 *Poſſeſſio quæ reſidet penes conſtitutarium ſuffragagatur, & illius hæredi.*

19 *Poſſeſſio ciuilis reſidet penes Dominum directum, quæ propterea mortuo feudatario, vel emphyteuta ad ſe trahit naturalem.*

20 *Poſſeſſio non reuertitur ad donantem ſeu teſtatorem, quando ab iſtis fuit in teſtamento ſeu donatione appoſita clauſula Conſtituti.*

21 *Donans ſiue præſeruans poſſeſſionem naturalem, & vſufructum, ſi primus donatarius ante donantem obierit, tunc ſecundus donatarius dicitur primus vt vigore clauſulæ Conſtituti poſſeſſionem acquirat.*

22 Cutell. de donat. tract. 2. diſcept. 1. ſpec. 17. num. 52. *declaratur.*

23 *Donans ſi amiſerit poſſeſſionem ciuilem, & naturalem ex quo iſta fuerit acquiſita primo donatario, eſt impoſsibile quod poſt illam verè vel fictè potuerit in ſecundum transferre.*

24 *Poſſeſſio acquiſita nulliter alio poſsidente eſt à iure improbata.*

25 *Poſſeſſio quando eſt plena tunc nulla poſſeſſio manutenibilis transfertur per mandatum conditionale cum clauſula, Dummodò poſſeſſio ſit vacans ſine præiudicio poſſidentium, & habentium meliora, & potiora iura, & non alias, &c.*

25 *Clauſula, Dummodò poſſeſſio ſit vacans reddit mandatum conditionale.*

26 *Poſſeſſionis adeptio habens certam horam præſumitur anterior.*

27 *Amplia quando dict. hora fuit anterior ſcientia colligantis quoad poſſeſſionem vacantem.*

28 *Facultas capiendi poſſeſſionem propria auctoritate non ſuffragatur quando hæres grauati iam illam adiuit.*

29 *Facultas capiendi poſſeſſionem propria auctoritate non ſuffragatur, niſi adſit notoria probatio circa legitimationem perſonæ d. facultatem prætendentis.*

30 *Facultas capiendi poſſeſſionem propria auctoritate, non intrat quando competere poſſunt aliquæ detractiones hæredi grauito contrà fideicommiſſarium.*

31 *Hæres grauatus ſeu ab iſto cauſam habens, non eſt æquum vt à fideicommiſſarij manu recuperet melioramenta bona empta exiſtentia penes bona fideicommiſſaria aliaque ſimilia.*

32 *Donatio ſubſequuta quando non dicatur facta contemplatione præcedentis promiſsionis de donando.*

33 *Donatio ſubſequuta quando dubitari poteſt, an ſit facta in executionem præcedentis obligationis de donando tunc poſſeſſio bonorum obligatorum non poteſt auferri à donatario ſine citatione.*

34 *Exceptiones requirentes altiorem indaginem non ſunt examinandæ in iudicio manutentionis.*

35 *Pro ſpoliato habuiſſe ſe quis non poteſt dici ob negligentiam in recuperanda poſſeſſione naturali ſi ſtatim ſibi fuit mota lis.*

36 *Amplia quando monitorij ſpretus vitio ſpolij notari poſſet.*

37 *Poſſeſſionem dimittendi animum quando quis non dicatur habuiſſe ex ſilentio per aliquod tempus ex quo timebat de maiori potentia ſui aduerſarij.*

DECISIO DCCCCXCIII.

CVM defuncto bon. me. Cardinale Petro Donato Cæſio Iuniore, inter Dominum Ducem Ceræ prætendentem, ſe vocatum ad fideicommiſſa Card. Petri Donati Senioris, & Angeli Epiſcopi Tudertini Germanorum fratrum de Cæſijs, & D. Domitillam Cæſiam dicti Cardinalis Iunioris Germanam Sororem, & ex teſtamento hæredem orta eſſet

con-

controuerſia ſuper poſſeſſione Caſtrorum,
aliorumque bonorum per annum, & vltrà
poſt obitum bo. me. Marchionis Iordani, di-
cti Card. Iunioris, & D. Domitillæ commu-
nis fratris poſſeſſorum, fuit ab A. C. ad fauo-
rem d. D.Domitillæ relaxatum mandatum
de manutenendo in poſſeſſione dictorum bo-
uorum, à quo interpoſita appellatione per D.
Ducem, cauſaque mihi commiſſa, cum facul-
tate manutenendi quem de iure; Propoſui
dubium, cui danda eſſet manutentio, & Do-
mini, illam dandam eſſe D.Domitillæ, etiam
ſuper bonis fideicommiſſo ſubiectis; reſolue-
runt, quia, cum D. Cardinalis iunior poſt o-
bitum dicti D.Marchionis dicta Caſtra, cœte-
raque bona pacificè poſſediſſet, eandemque
poſſeſsionem, mediante clauſula Conſtituti,
appoſita in ſuis Codicillis factis ſub die 29. Ia-
nuarij 1656. ex tunc in dictam D.Domitillam,
ab eo in Teſtamento vniuerſalem hæredem
inſtitutam tranſtuliſſet, illius vigore eidem
1 competit † manutentio *Marta de clauſ. part. 1.
clauſ. 20. ſub num. 8. verſ. ſed Rota, & numer. ſeq.
Rota deciſ. 549. num. 3. par. 1. diuerſ. Poſtius obſer-
uat. 20. numer. 7. &* 18. *& in terminis fuit reſolutum
in Romana hæredit. 19. Iuny 1645. coram R. P. D.
meo Meltio.*

Non obſtat, quod teſtes deponentes de poſ-
ſeſſione d. D.Cardinalis ſint familiares dict. D.
2 Domitillę, nam cum in† hoc poſſeſſorio ſum-
marijſſimo, in quo ſufficit probatio facta per
vnicum teſtem, *Seraph. deciſ. 624. in fin. ſa. mem.
Greg. XV. deciſ. 160. & ibi Adden. num. 3. & deciſ.*
3 438. *num. 2.* Er etiam † per præſumptiones, &
per famam, *Boccac. de interdict. vti poſsidet. cap.* 14
num. 24. Giouagnon. conſ. 14. num. 72. lib. 1. non
4 admittantur † exceptiones contrà teſtes *Rota
coram Seraph. deciſ. 392. num. 2.* cum alijs relatis
in dicta *Romana hæreditatis coram R. P. D. meo*
5 *Meltio*, nec attendatur, quod † ſint ſingulares,
ſeu de actibus ſingularibus deponant, *Caualer.
dec. 379. num. 3.* cum alijs allegatis per *Poſtium
obſeruat. 38. num. 24. & ſeqq.* Multò minus ad-
mitti debent exceptiones familiaritatis, & ſin-
gularitatis in hoc caſu in quo depoſitiones te-
ſtium verſantur etiam circa factum propriū,
& ſunt veriſimiles, cum non appareat, d. Ca-
ſtra, aliaque bona poſt obitum Marchionis
ab alio fuiſſe poſſeſſa, & comprobentur ex in-
ſtrumentis, & diuerſis exactionibus tam à D.
Cardinale, quam ab eius Miniſtris, factis à di-
uerſis perſonis, & etiam per medium publi-
corum Bancorum, & ex epiſtolis, & libro
6 Computiſtariæ, quibus † concurrentibus, te-
ſtes Domeſtici plenè probant *Rota deciſ. 323.
ſub num. 2. poſt ſecundum vol. conſ. Farinacc. & dec.*
122 *num. 7. par. 1. rec.* cum alijs relatis per *Poſth.
d. obſeruat. 38. num. 22.*

Prout viſum fuit non obſtare allegatus de-
fectus ſcientiæ dictæ D.Domitillæ Conſtitua-
riæ, & acceptationis poſſeſſionis in eam trans-
latæ, nam vltrà ſcientiam præſumptam, dedu-
7 ctam ex conſanguinitate, † & cohabitatione
cum fratre, quam admiſit *Rota in d. Rom. hæred.
19. Iunij* 1645. *coram R.P.D. meo Meltio*, conſtat
etiam de illius ſcientia, & acceptatione ex-
preſſa; dum 30. Ianuarij ſtatim Dom: Cardi-
nale defuncto, antè horam vigeſimam pri-
mam cum tribus quartis, ipſa ratam habuerat
poſſeſſionem per Cardinalem in eam transla-
8 tam in Codicillis, † quod ſufficit ad acquiſi-
tionem poſſeſſionis, dum nec Dom. Dux, nec
alius, poſt obitum D.Cardinalis, dd. bonorum
poſſeſſionem adhuc acceperat *Barboſ. de clauſ.
clauſ. 14. num. 2. Rota deciſ. 549. num. 10. par. 1. di-
uerſ. Seraph. deciſ. 801. num. 4. cum alijs allegatis per
Poſth. obſeruat. 20. n. 21. & per Gratian. diſcept. 910.
num. 34. cum ſeq.*

Nec allegata excluſio Clericorum à ſuc-
ceſſione bonorum fideicommiſſo ſubiecto-
rum potuit impedire, quominus D. Cardina-
lis dictam poſſeſsionem, mediante conſtituto,
in D.Domitillam validè transferret. Quia,
omiſſo, quod in fideicommiſſo facto à d. An-
gelo Epiſcopo Tudertino in donatione roga-
ta 12. Decemb. 1590. ad fauorem filij ſecun-
dogeniti Federici Patris D. Domitillæ, & in
teſtamento eiuſdem, Clerici à ſucceſsione
non fuerunt excluſi, & prætermiſſo etiam, an
excluſio Clericorum ordinata in alia dona-
tione Caſtri Reſchij facta ab eodem Epiſcopo
Comiti Chiappino fratri D.Cardinalis Iunio-
ris, & in donatione facta à Cardinale Seniore
d. Federico 8. Ianuarij 1583. & in teſtamento
eiuſdem intelligenda ſit in concurſu aliorum
ſecularium eiuſdem lineæ maſculinæ Federi-
ci, dum excluſionem fecerunt ad fauorem
layci natu maioris, & proximioris Clerico ex-
cluſo, non autem, quando per obitum o-
mnium Laycorum eiuſdem lineæ ſucceſsio
deferenda eſt ad aliam lineā non deſcendentē
ab iſta Federici, quo caſu in omnibus iſtis diſ-
poſitionibus Clerici tunc extantes fuerunt
expreſsè vocati. Reſponderunt Dñi, quod
cum iſta exceptio incapacitatis ſuccedendi, ex
qua D. Dux deſumit, defectum poſſeſsionis
Cardinalis Iunioris, dependeat ab interpreta-
tione prædictarum diſpoſitionum, quæ non
ſunt adeò claræ, vt non poſsint in dubium
probabiliter reuocari, ſed altiorem indagi-
nem requirant, & expoſcant maiorem diſcuſ-
9 ſionem, † illa reijcienda eſt ad petitorium, nec
attendi debet in hoc iudicio ſummarijſsimo
manutentionis *Rot. coram Penia deciſ. 865. nu.* 11.
& in ſimilibus terminis fuit dictum in *Piſau-
ren. adminiſtrationis Montis 27. Iunij* 1650. *coram
R.P.D. meo Cerro, impreſſ. poſt Salgad. in laber. cre-
dit. deciſ.* 81. *num. 6. & ſeqq.* & in terminis ma-
nutentionis conceſſæ Religioſo, qui præten-
debatur incapax fideicommiſsi, fuit dictum in
Leodien hæreditatis 16. May 1655. *coram me. & in
Romana fideicom. de Cuppis 2. Martij* 1654. *coram
R.P.D meo Meltio.*

Quod facilius admiſerunt Domini in præ-
ſenti caſu, in quo pro parte D.Domitillæ fue-
10 rat ſuſpenſum petitorium, † quæ ſuſpenſio
operatur, vt dici non poſsit conſtare de nou
iure Cardinalis in ſummarijſsimo poſſeſſorio,
*Giouagnon. conſ. 8. num. 85. & conſ. 10. num. 74. l. 1.
Rota coram Puteo deciſ. 276. num. 4. & ſeq. lib. 2. &
deciſ. 64. nu. 5. par. 2. diuerſ.* Vltra quod, etiam ſi
D.Cardinalis, tanquam Clericus clarè fuiſſet

redditus incapax ſuccesſionis, non ob dici poterat incapax poſſeſsionis. *Natt.conſ.473. nu.7. verſ.poteſt enim & ſeq. Rota coram Verall.dec.345. num.6.par.2. & deciſ.524.numer.15. par.4. tom.3. recent,*

Nec iſta incapacitas poſsidendi deſumi poteſt ex confectione inuentarij bonorum fideicommiſsariorum Cardinalis ſenioris à Cardinale iuniore neglecta, quod Informantes pro D.Duce ex diſpoſitione eiuſdem fideicommittentis contendebant, confici debuiſse à quolibet vocato, antequàm bonorum fideicommiſsariorum poſseſsionem acciperet. Quia obiectum facilè diluitur ponderando, quod Cardinalis ſenior in duabus Orationibus ſeparatis rectis à duobus verbis duo præcepit: In prima enim mandauit, vt quilibet vocatus teneatur præſtare iuramentum de obſeruando contenta in ſuis diſpoſitionibus, antè quam bonorum fideicommiſsariorum poſseſsionem accipiat ſub pœna caducitatis. In ſecunda verò Oratione inuentarium bonorum ſimpliciter, & abſque repetitione pœnę confici mandauit. Ideoq; dum in ea non fuit dictum, vt inuentarium confici deberet antè
12 poſseſsionis adeptionem, iſta † qualitas dici non poteſt tacitè repetita, *Giouagn. conſ.26. numer.10.lib.1. Grat.diſcept.937.num.11.ſan.memor. Gregor.XV.dec.225.n.9.Canal.deciſ.365. numer.4.*
13 Sed potius † cenſetur conſulto omiſsa, *Surd. conſ.200. in fine Giouagn.conſ.82. ſub.n.128. lib.1. Rota dec.299.n.5.par.3.rec.*

Cæterum, quatenus etiam D. Cardinalis iunior habuiſset ſolam dd. bonorum fideicommiſsariorum detentationem, adhuc illam validè transferre potuiſset in D.Domitillam per Conſtitutum, quia concluſio allegata pro D. Duce, quod, ſcilicet, ſola detentatio non poſſit transferri in alium per Conſtitutum, procedit in præiudicium veri poſſeſſoris à Detentore in Dominum recogniti, vt ſunt conductores, & ſimiles; In præiudicium autem alterius, qui non poſsidet, nec pro poſſeſſore fuit recognitus, prout D. Dux, quem D.Cardinalis nunquam in poſſeſſorem recognouit, non im-
14 peditur detentor † transferre poſseſsionem per Conſtitutum, vt docuerunt *Tiraq. de Conſtit.par.3.limit.1.num.26.& limit.14.num.3.& ſeq. Pontan.de ſpel.lib.2. num.109. poſt med. Verall. deciſ.202.incipien.preſenti cauſa Rom.lib.1.in manuſcr.*

Nec ex eo quod Cardinalis d. poſſeſsionem tranſtulit per diem antè obitum cenſeri debet id feciſſe in fraudem fideicommiſſarij, nam cum ipſe in teſtamento reſtitutionem bonorum fideicommiſſariorum fieri mandaſſet, factis tamen prius omnibus detractionibus in beneficium ſuæ hęredis, ſi poſteà, comperto, quod D. Dux poſſeſsionem bonorum fideicommiſſariorum, & liberorum cœperat inuadere, codicillos fecit, & in illis D.Domitillam bonorum per eum poſſeſſorum poſſeſsionem tranſtulit per Conſtitutum, cenſetur id feciſſe,
15 non vt D.Ducem fraudaret, † ſed ut iura ſua, ſuæque hæredis circa detractiones ſibi competentes conſeruaret *Ciarlin.controuerſ.193. numer.14.& ſequen.lib.2. Giouagn.conſ.45.numer.33. verſ. ſi verò actus lib.2.Cancer.variar.reſol. cap.11. num.246.& 247.lib.3. Surd.conſ.300.à n.17.vſque ad fin.lib.2.*

Huic poſſeſsioni D.Domitillę non obſtare, dixerunt Domini, anteriorem poſſeſsionem D. Ducis deſumptam ex clauſula Conſtituti appoſita in fideicommiſſis ab eo prætenſis in fauorem omnium vocatorum; Quia in fideicommiſſo facto in donatione Angeli Epiſcopi 12.Decembris 1590. Secundogenito d.Federici, & in Teſtamento eiuſdem talis clauſula non legitur, & ſic motiuum tollitur ex facto. In donatione verò Caſtri Reſchi ab eod. Epiſcopo facta Comiti Chiappino, & in donatione Cardinalis ſenioris facta 8. Ian. 1583. ac in Teſtamento eiuſdem ad fauorem d.Federici, in quibus legitur appoſita dicta clauſula in beneficium omnium vocatorum, illam D. Duci ſuffragari non poſſe, cenſuerunt Domini, ad effectum, de quo agitur, cum illius
16 virtus expirauerit per poſſeiſionem adeptam per Chiappinum, & Federicum primos Donatarios, & hæredes reſpectiue *Guidopap. deciſ. 512.per totam Bertrand.in conſ.276.numer.4. verſ. tum etiam quia lib.1.part.1. Aret. in l.quod meo numer.11.ff.de acq.poſſeſſ. & ibid. Seiſell. ad fin. verſ. vltim.refert Corneus conſ.173. n.26. verſ.nec etiam hodie lib.2. Siluan.conſ.55.num.19.verſ.nec dicatur Natta conſ.398.num.33. in fine verſ.reſpond.Alciat. conſ.3.num.3. & ſeq.lib.8. Tiraquell. de Conſtitut. par.1.ampliat.5.n.2.& 3. Franc.Veg.conſ.51.n.16. verſ.& ex abbundanti,& nu.21. Ger. Spin.conſ.52. num.2.& ſeq. Cabal.conſ.142.nu.123.& ſeq. lib.1. Giouagn.conſ.34.numer.35.ad medium lib.2. Faber. lib.7.definit.14. gloſ.5. Barbat. de aſſiſtentia gloſ.7. num.90. Rota coram Card.Canaler.deciſ.5.numer.4. & in Ariminen.domus 22. Iunij 1640.coram bo. me. Card.Panzirolo,& in Romana Palatij 3. Dec.1646. coram R.P.D. meo Cerro impreſſa penes Merlin. de Pignor.deciſ.134.num.4.*

Quæ concluſio probatur etiam euidenti ratione, quando enim per Conſtitutum acquiritur poſſeſsio Donatario, poſsidet Donans, & ſic poteſt conſtituere ſe poſsidere ad illius fauorem; quando verò poſſeſsio tranſire debet à primo Donatario in ſecundum, vel vlteriorem vocatum, & tunc cum Donans amplius non poſsideat, ſed poſsideat primus donatarius, Donans non poteſt amplius conſtituere ſe tenere, & poſsidere illa bona, quæ per poſſeſsionem naturalem à primo Donatario ap-
17 prehenſam, † deſierat naturaliter, & ciuiliter poſsidere, vt inquit *Guidop. d. deciſ.512. num. 1. verſ.tum etiam quia, & per totam, & etiam aduerterunt Bertrand.in d.conſ.276.nu.4. poſt med.verſ.tum etiam quia lib.1. par.1. Alciat.d.conſ.3.numer.3. & ſeq.lib.8. Franc.Veg.d. conſ.51. num.16. verſ.& ex abundanti,& n.21. Ger.Spin.d.conſ.61. nu.6. verſ. Bertrand.pariter.* Ideoque in caſu iſto ad hoc, vt poſſeſsio tranſire poſsit in ſecundum Donatarium, vel fideicommiſſarium, opus eſt, vt primus poſtquam poſſeſsionem acquiſiuit, ſe conſtituat poſsidere nomine ſecundi, vt addit *Giouagn.d. conſ.31.verſ. addatur prædictis in fin. lib.2.*

Non obſtant Doctores, & deciſiones ad probau-

bandum contrarium allegati, nam *Tiraq. de Conſtit. ampliat. 12. Menoch. conſ. 139. num. 8. & 30. Poſth. obſeruat. 11. num. 10. & Rota deciſ. 445. num. 1 par. 4. rec.* firmant dumtaxat, quod poſſeſſio,
18 quæ † fuit penes Conſtitutarium, ſuffragatur etiam illius hæredi, quod nihil commune habet cum caſu de quo agitur.

Deciſiones verò 437. num. 1. coram Greg. XV. & in Romana Horti 18. Februarij 1630. coram bo. me. Pirouano, & in Fanen. ſeu Senogallien. bonorum ſuper immiſſione 14. Martij 1646. coram R.P.D. meo Melzio, §. Sereniſsimæ, in fine, loquuntur in materia inueſtiturarum feudalium, & emphyteuticarum, in quibus concurrit diuerſa ratio, cum Dñus Directus ſemper retineat penes ſe poſ-
19 ſeſſionem ciuilem, † quæ Emphyteuta, vel Feudatario defuncto, ipſo iure ad ſe trahit naturalem; Vndè non mirum, ſi Conſtitutum appoſitum in inueſtitura obligans omnes ſucceſſores Domini Directi, operatur ſuum effectum ad fauorem omnium comprehenſorum in illa, cum id fiat virtute veræ poſſeſſionis ad Dñum Directum reuerſę ipſo iure per obitum Emphyteutæ, vel Vaſſalli in inueſtitura comprehenſi, quod non contingit vigore Conſtituti appoſiti in donatione, vel teſtamen-
20 to, cuius vigore poſt † obitum donatarij, vel hæredis poſſeſſio non reuertitur ad Teſtatorē iam defunctum, vel donantem, vt benè diuerſitatem hanc conſiderauit *Ger. Spin, conſ. 49. numer. 34. & d. conſ. 52. num. 7. verſ. reſpondetur primo.*

Eadem ratione patet, non benè applicari in propoſito caſu deciſionem in *Mediolanen. de Porris 12. Febr. 1598. coram Orano,* quia cum in illo caſu donans ſibi pręſeruaſſet poſſeſſionem naturalem, & vſumfructum, & Donatarius, vi-
21 uente Donante, deceſsiſſet, clauſula Conſtituti benè potuit ſuffragari Subſtituto, dum tempore obitus primi Donatarij poſſeſsio adhuc reſidebat penes Donantem, nec vſque tunc in aliam perſonā fuerat translata prout translata fuerat in caſu, de quo agitur; Vndè ſecundus Donatarius ob prędeceſſum primi dici poterat Primus, dum in eo Conſtitutum adhuc non effectuatum prima vice ſuum effectum habebat, vt ſenſit *Corn. d. conſ. 173. ſub n. 26. ante finem verſ. quod d. Rector lib. 2.*

Hinc patet non poſſe fieri fundamentum in
22 auctoritate † *Cutelli de Donat. tract. 2. diſcept. 1. ſpec. 17. num. 52.* cum ipſe ſe fundet in ſola Donantis, vel diſponentis voluntate, & quæſtio, de qua agitur, tota pendet à poteſtate. Poſt-
23 quam enim Donans † poſt adeptam poſſeſsionem per primum Donatarium amiſerat poſſeſsionem ciuilem, & naturalem, impoſſibile eſt, illam verè, vel fictè potuiſſe transferre in ſecundum, vt benè admonet *Guidopap. d. deciſ. 512. verſ. reſtat videre, vſque ad fin.* quem ſecuti fuerunt alij ſuperius allegati.

Nec anteriorem poſſeſsionem D. Ducem acquiſiuiſſe, cenſuerunt Domini de bonis, quorum poſſeſsionem accepit, d. D. Cardinale iuniore viuente, & poſsidente, ſcilicet, 28.
24 Ianuarij; Tum † quia talis poſſeſsio eſt improbata à lege *l. meminerint, & l. ſi quis C. vnde vi, Rota deciſ. 100. num. 2. par. 1. rec.* cum alijs cumulatis per *Gratian. diſcept. 571. num. 1. cum ſequen. & diſcept. 899. num. 2. & ſequen.* Tum etiam quia mandatum, cuius vigore illam apprehenderat, erat conditionale, videlicet, cum clauſula, *Dummodò poſſeſsio ſit vacans, ſine præiudicio poſsidentium, & habentium meliora, & potiora iura, &*
25 *non alias, &c.* Quæ † cum non eſſet vacans, ſed plena apud D. Cardinalem, illius vigore D. Duci nulla poſſeſsio manutenibilis fuit acquiſita, *Rota deciſ. 513. num. 3. par. 1. rec. Greg. XV. deciſ. 332. num. 4. & 5. & ibi Adden. num. 6. & deciſ. 144. n. 5. apud Zacch. de oblig. Cam. Caualer. deciſ.* 629. *num.* 9. cum alijs relatis per *Poſthium obſer. 50. num. 3.*

Eiſdemque rationibus ſuffragari non potuit poſſeſsio per eundem adepta poſt eiuſd. Cardinalis iunioris mortem vigore mandatorum cum eiſdem clauſulis obtentorum; nam illa de maiori parte bonorum adepta ſub diebus 31. Ianuarij, ac 1. 3. & 5. Februar. fuit poſterior poſſeſsione acquiſita D. Domitillæ antè horam vigeſimam primam cum tribus quartis diei 30. Ianuarij, & ſic tunc temporis poſſeſsio non erat vacans. Alia verò capta eadem die 30. Ianuarij de Vinea, Palatio, Domibus, & Hoſpitijs ad S. Mariam Maiorem, & de Caſalibus, cum Animalibus in illis exiſtentibus ſitis extrà Portam Flaminiam, ac de bonis Narniæ ſimiliter erat plena, & apud eandem D. Domitillam, quod patet, tam ex appoſitione certi temporis, quò illa fuit acquiſita videlicet antè horam vigeſimam pri-
26 mam cum tribus quartis, quod † facit præſumi illam fuiſſe anteriorem poſſeſsione D. Ducis carente hora *Rota deciſ. 49. num. 2. impreſſ. poſt tract. de manutent. & coram Merlino deciſ. 14. num. 3.*
27 Quam etiam ex tempore † quo D. Dux notitiam habuit obitus D. Cardinalis iunioris, ſcilicet hora vigeſima ſecunda circiter, vt probant teſtes pro eo examinati: Et cum poſt ſcientiam obitus in d. hora interceſſerit aliud tempus, ſcilicet examinis iſtorum, & aliorum teſtium examinatorum ſuper legitimatione ſuæ perſonæ, & purificatione conditionum fideicommiſsorum, petitionis mandatorum, illorumque confectionis, & expeditionis, ac itineris ab officijs Banchorum, ad S. Mariam Maiorē, ad d. Caſalia exiſtentia vltrà primam Portam, & ciuitatem Narnię, impoſsibile redditur poſseſsionem D. Ducis adeptam de d. bonis poſt Cardinalis obitum, præceſsiſse acquiſitionem poſseſsionis D. Domitillæ.

Nec poſseſsio capta per D. Ducem ſuſtineri valet in vim facultatis capiendi bona fideicommiſsaria propria auctoritate, quia in Teſtamento, & Donatione factis à d. Epiſcopo ad fauorem Federici, & Secundogeniti illius reſpectiuè talis facultas non legitur; illa verò in alijs donationibus conceſsa D. Dux vti non
28 potuit; Tum † quia D. Domitilla hæres grauati iam adiuerat, & in poſseſsione reperiebatur, *Mareſcot. variar. reſol. cap. 1. num. 29. lib. 1. Rot. deciſ. 276. nu. 5. par. 2. rec. & coram Penia deciſ. 800. n. 4. & deciſ. 801. num. 3.*

Tum etiam quia cum ex ſola lectura Donationum, & Teſtamentorum non reſultaret

29 probatio† notoria,circa legitimationem per-
ſonæ D. Duci, & euentum conditionis fidei-
commiſſi ad ſui fauorem, ſed egeret proba-
tione extrinſeca ab illis,talis probatio facienda
erat,citata D. Domitilla hærede, & poſſeditri-
ce, non obſtante d. facultate conceſſa voca-
tis, *Aretin.conſ.32.num.1.& 2.* cum alijs allega-
tis per *bo.me. Argelum de legitim.contradict.quæſt.2.
art.10.n.246.& 267.*

Tum demum, quia D. Dux non probauit
negatiuam, quod ſcilicet D. Domitilla nul-
lum alium titulum haberet in dict. bonis,nul-
læque illi competerent detractiones, ſaltem
occaſione impenſarum, ſeu melioramento-
rum, ſolutionis æris alieni fideicommitten-
tium, impenſarum funerum,& ſimilium,quę
30 ad effectum manutenendi † hęredem grauati
contrà fideicommiſſarium, qui, eo non cita-
to, poſſeſſionem inuaſit,competere, præſu-
muntur *Rot.deciſ.520.num.15.& 16.par.1.diuerſ.
Greg.deciſ.105.n.12. Mareſcott. variar.reſolut.dicto
cap.1.num.33.& ſeq.lib.1. Hodiern.ad deciſ. Surd.
333.num.8.in fin.*

Quinimmò, eum ex pluribus Inſtrumen-
tis,& ex alijs Iuribus oſtenſis pro D. Domitil-
la,datus fuerit magnus fumus de ſolutionibus
æris alieni factis per Federicum hæredem
grauatum in ſumma notabili,de melioramen-
tis,de emptionibus ſtabilium, propè bona,
quæ prætenduntur fideicommiſſaria, de exi-
ſtentia, & introductionibus animalium om-
nium ſpecierum & mobilium, & ſuppellecti-
lium in Caſtris,Tenutis, & Prædijs, de quibus
agitur, factis pro tempore à Grauatis, à qui-
bus D. Domitilla cauſam habet per D. Ducem
31 occupatis,iuſtum, † & æquum non eſt, quod
D. Domitilla hæres illorum teneatur,illa acci-
pere de manu fideicommiſſarij *Pariſ. conſ. 54.
num.50.lib.3. Roland.conſ.78.nu.20. verſ. & eo ma-
gis lib.2. Surd.deciſ.333.ſub n.19.verſ.oblatio item.*

Et vlterius oſtenſa quoque fuit anterior o-
bligatio Cardinalis ſenioris, de donando libe-
rè D. Federico Patri D. Domitillæ, contem-
platione matrimonij celebrandi cum D. Pul-
cheria Vrſina,Caſtrum iuriſdictionale, & tota
alia bona,libera ab omni onere,quę redderent
annua ſcut.3000. & non minus, quæ obliga-
tio, licet pro parte D. Ducis dicatur adimple-
ta, mediante donatione Caſalium ſitorum ex-
trà portam Flaminiam ab eodem Card. ſenio-
re poſteà facta eidem Federico, nihilomi-
nus, cum valdè dubitari poſſit, an d. donatio
poſteà facta,ex diuerſa cauſa,de rebus diuerſis,
cum onere perpetui fideicommiſſi tranſitorij
etiam ad extraneos, & abſque vlla mentione
32 præcedentis promiſſionis de donando, dici
poſſit facta in adimplementum d. obligatio-
nis de donando liberè, vel fuerit noua dona-
tio,ex deductis *in dec.262.nu.1.& 2. in fin. par.2.
diuerſ. & in Rom. Legati ſcutor.50.mill.16. Ianuar.
1640. §. tertia oritur,coram me,* interim poſſeſſio
bonorum per D. Cardinalem Seniorem obli-
gatorum,à D. Domitilla non citata auferi non
poterat *Greg.XV.dec.185.num.1. Mant. dec.194.
n.6. Mareſcott.variar.reſol.c.1. num.35.lib.1.*

Nec releuat quod iura pro iuſtificatione
dd. detractionum non fuerint producta in a-
ctis,illæque prætendantur conſumpta,vel illi-
quidæ, ſtantibus præſertim omiſſione Inuen-
uentarij, & alienationibus allegatis pro parte
D. Ducis.

Quoniam ſatis eſſe,reſponderunt Domini,
quod poſt purgatum ſpolium d. iura poſſint
produci,& de inuentario doceri,aſſertaq; con-
ſumptio contrarijs probationibus elidi, vt
propterea detractionum incompetentia dici
non valeat indubitata,ſed, vti altiorem requi-
34 rens indaginem, † poſt manutentionem di-
ſcuti debeat, vt dictum fuit *in Rom. fideicom. de
Capizucchis 10. April.1606.coram Card. Lancellott.
impreſſa inter rec.dec.115. ſub num.12.par.1. & in
eadem coram eodem 5. Iunij eiuſdem anni,impreſſ.poſt
controuerſ.Ciriac.12.num.2.& in Senegallien.ſucceſ-
ſionis 29. Ianuar.1652. §. penultimo, coram Em. D.
meo Card. Corrado, & in Bonon. fideicomm. de Bar-
bettis 19. Iunij 1654. §. finali,coram b.me. Bichio.*

Denique Dominis non viſum fuit ſubſiſte-
re,quod D. Domitilla ſe habuerit pro ſpoliata,
ex quo per menſem diſtulit recuperare poſ-
ſeſſionem naturalem bonorum quæ à D. Du-
ce fuerunt occupata, Tum quia, ſtante lite
35 contrà eā in †continenti mota,non poteſt ac-
quieſcentia conſiderari *Rot.dec.78.nu.10.in fine.
par.6.recent.& in Romana Domus 6. Februar.& 14.
Iunij 1640.coram Card. Panzirolo*; Tum etiam
quia,dum D. Domitilla, poſt Monitorium ab
eodem D. Duce obtentum,& contra eam exe-
cutum fuerat prohibita, nè ipſum in d. poſſeſ-
ſione moleſtaret; ob reuerentiam,quam erga
Iudicis præceptum habuit, donec, eo addito,
manutentionem obtinuit, de negligentia re-
dargui non debet. Maximè,cum d. Monito-
36 rij ſpretus † de vitio ſpolij notari forſan po-
tuiſſet à D. Duce, vt dixit *Rot.coram Puteo dec.8.
vt lite pendente,incipien.poſt monitorium,& c.in ma-
nuſcrip. Lancellott.de attentat.lit.penden.par.2.cap.4.
n.150.in præfat.*

Vltràquod, eum ſola opinio, quam quis
37 habet † de maiori potentia ſui Aduerſarij,ex-
cludat animum demittendi poſſeſſionem ex
ſilentio per aliquod temporis ſpatium præ-
ſumptum, vt ex *Innocent.in cap.querelam num.4.
de elect.* & alijs dixit *Rot.in Ciuitat. Plebis penſio-
nis 5. Maij 1645.cor.bon.me. Bichio, & in Sipontina
penſionis 8. April.1647.§. non obſtat,circa fin. coram
bo.me. Peutingerio*. Si D. Domitilla vidua,orba-
ta fratribus videns, à proximiori, & ditiori
conſanguineo ſe turbari, maiora damna ti-
mens, vias beneuolas Magnatum opera (vt
etiam Dominis innotuit)pertractatas in d. tem-
poris interuallo fuit amplexa, non ex hoc dici
poteſt geſtis per D. Ducem in ſui pręiudicium
acquieuiſſe,cum non dicatur acquieſcere,qui,
cupiens lites euitare, Amicorum vel Magna-
tum auctoritate,quod ſuum eſt, vel ſibi debe-
tur, abſque lite curat obtinere,quinimmò po-
tius ex his arguitur animus non dimittendi,
ſeu renunciandi,qui nè dum ex quolibet actu,
ſed ex ſola opinione,licet à veritate aliena, e-
licitur,vt dictum fuit in d. *Sipontina penſionis, §.
non obſtat, in fine coram bo.me. Peutingerio.*

Et ità vtraque,&c.

RO-

ROMANA NVLLITATIS MATRIMONII.

Veneris 20. Aprilis 1657.

ARGVMENTVM.

Matrimonium vt ſit validum debet eſſe liberũ Teſtes de metu ineoncurſu prȩferendi ſunt.

SVMMARIVM.

1 *Matrimouium debet eſſe liberum, & voluntarium, & ſine vi, & metu eelebratum.*

2 *Metus reuerentialis inducitur ex minis reſpicientibus amiſſionem opulentæ hæreditatis.*

3 *Spontanea voluntas non deſumitur ex vultu illari, enm multi timore percuſſi ſe ridere fi gant, dnm re vera eornm animus vehementer perturbatur.*

4 *Confeſſio propria mille teſtium aſſertionibus contrarijs eſt præfereuda.*

6 *Teſtes de metu cur magis probent, & in concurſu ſint præferendi.*

7 *Metu probato contraria probatio ferè eſt impoſſibilis.& num.8.*

9 *Metus non dicitur purgatus ſi adhuc duret cauſa illius,& num.10.*

11 *Actus Spontanei quibus concurrentibus in cauſa Matrimoniali nequeant dici.*

DECISIO DCCCCXCIV.

RESOLVTVM fuit de anno præterito
ſententiam Rotalem ſuper inualidate hu-
iuſm. Matrimonij in iudicium tranſiuiſſe. Ho-
diè verò dubio repropoſito DD. ſteterunt in
1 deciſis, † quia Matrimonium debet eſſe libe-
rum,& voluntarium,& ſine vi, & metu cele-
bratum *Abb.in c.2. num.2. de eo qui dux. in matr.*
quam poll.per adult. Gabr.conſ.186,numer.12.lib.2.
Mant.de tacit.lib.3.tit.17.nu.9. Rot.coram Buratt.
dec.205.num.25.& deciſ.213.n.8. quale non fuit
contractum inter Angelã, & Lutium propter
2 minas d. puellæ à parentibus illatas, † quæ vti
reſpicientes amiſſionem opulentæ hæreditatis
eidem reuerentialem metum incuſſeruut, vt
præter allegatos in alia deciſione firmauit *Rot.*
coram Bnratt.d.deciſ.205. num.5.& ſeq. & in Mo-
nopolit.nnllitatis profeſſ.27.Iun.1653.coram me.
Nec d. metum excludunt Teſtes per Lu-
tium nouiter inducti ad probandam Coniu-
gum beneuolentiam, quia teſtimonium de
hilari vultu die Nuptiarum per Angelam ex-
hibito ſpontaneam voluntatem non conclu-
3 dit, cum † multi timore etiam percuſſi fin-
gant ſe ridere,dum re vera eorum animus ve-
hementer perturbatur, vt in ſpiecie probant
Alex.conſ.99.num.10.lib.3. Euerard.conſ.4.num.2.
Rimin.conſ.77.n.34.lib.1. Barboſ. vot. 1. num.105.
cum ſeq. depoſitio verò de acceſſu ad virum ni-
hil petitus releuandum,ſcilicet in contrarium
militat propria ipſius Lutij confeſsio, quæ
4 mille etiam Teſtium † aſſertionibus eſſet prȩ-
ferenda *Gabr.de teſtib.concl.4. num.77. verſ.magis*
Rot.coram Greg.dec.357.num.3.verſ.cum Confeſsio,
vbi Add.lit.B.& apud Vrgell.dec.214.num.4.

Immò dd. Teſtes,vltrà perſonales exceptio-
nes,ſexus fœminini,ruſticitatis,paupertatis, &
intereſse in cauſa, quas ad excludendam Te-
5 ſtium fidem in caſu ſimili admiſit *Rota in Bo-*
non.fideic.de Pepulis 18.Iuny 1655.§.1.& §.quem-
*admodum cor.R.P.D.meo Zarate,*adhuc etiam ſu-
perantur ab alijs de metu deponentibus, non
ſolùm quia ſunt numero inferiores, & parùm
informati, ſed etiam quia deponunt de ſpon-
tanea voluntate,& actu mentali, qui ſoli Deo
6 innoteſcit, deponentes † verò de metu expo-
nunt minas,verba aſpera, tormenta, & alia
huiuſmodi,quæ ſenſu corporeo percipiuntur,
vt benè perpendit *Sanchez de Matrim. diſput.27.*
num.1.lib.4. Gram.deciſ.103. n.60. & alios con-
gerit *Maſcard.de probat. concluſ.1053.num. 1. cum*
ſeqnent.
7 Hinc enim infertur, quod probato † metu
contraria probatio ferè ſit impoſsibilis *Bald.in*
l,ſi quis in hoc num.4.verſ.adde C.de Epiſc.& Cler.
Iaſ.in §. quadruplum inſt.de act. Rot. coram Gregor.
dec.326. num.45. & quod plus credatur Teſti-
8 bus de metu,† quam alijs de libera voluntate
deponentibus, vt per *Innoc.in c.ſuper hoc num.2.*
de renunc. Loffred.conſ.17.num.14. Rota poſt 2.vol.
conſ.Farin.deciſ.242.num.32. coram Gregor.d.deciſ.
326.num.46. & in Meleuit.nullit. profeſſ. 13.Ianu
1653.coram Reu.Tarraconen.
Non obſtat, quod ijdem Teſtes deponant
de acceſsu Angelæ ad manſiones viri, in qui-
bus permanſit pluribus vicibus conuerſando
cum illo,& ſic cenſeatur purgatus omnis me-
tus,quoniam dum conſtat de metu prȩceden-
9 ti non poteſt dici purgatus † ex d. conuerſa-
tione facta viuente adhuc Margarita,quȩ me-
tum intulerat,nam ad hunc effectum requiri-
tur plena libertas, cum actuum frequentia
ſpontè geſtorum per temporis interuallum,
attentis præſertim proteſtationibus, & decla-
rationibus Angelæ in limine Matrimonij ſu-
10 per coacta voluntate,† quȩ remouet conſen-
ſum ab actibus futuris,& impediunt purgatio-
nem metus viuente illatore *Greg. dec. 392. per*
tot. Buratt.deciſ.80,num.31.& ſeq. Cumq; etiam
Angela acceſserit ad cubile viri ſic iubente d.
Margarita ibidem præſente, & nihilominùs
recuſauerit remanere in manſionibus viri, &
cum eo conſumare Matrimonium, ut pro-
bant Teſtes, indè non cenſetur purgatus me-
tus, cum actus iſti non poſsint dici ſpon-
11 tanei, † & cum libertate geſti, ſed potiùs
coacti ad præſentiam matris, quæ metum in-
tulerat,quæ ſic volebat,ut Matrimonium ha-
beret effectum, ſicuti in proprijs terminis tra-
dit *Buratt.d.dec.86.num.27.& 30.verſ.nec ex quod*
& num.31.cum ſeq.
Et ità Angela tantùm informante,&c.

CAESARAVGVSTANA CATHEDRALITATIS.

Veneris 27. Aprilis 1657.

ARGVMENTVM.

Cathedralis Eccleſia quibus ſignis demonſtretur.

SVMMARIVM.

1 *Pro remiſſoria obtinenda qualibet cauſa reputatur prophana quando de titulo beneficij non agitur.*
2 *Remiſſoria in prophanis datur in qualibet inſtantia etiam ſine fumo dummodo materia ſit releuans, & num. 17.*
3 *Adminiſtratio ſimultanea cum Epiſcopo propria, eſt Capituli Cathedralis.*
4 *Iuriſdictionem exercere Sede Epiſcopali vacante ſpectat ad Capitulum Eccleſiæ Cathedralis.*
5 *Cathedralitas probatur ex poſſeſſione quam acquirũt Epiſcopi in Eccleſia.*
6 *Cathedralitatis ſtatus ex quibus dicatur plenè probatus.*
7 *Cathedræ tranſlatio priuatiuè quoad prima; quomodo deducatur.*
8 *Proceſſiones indicere ſpectat ad Epiſcopum.*
9 *Proceſſiones indicere munus eſt Sede Epiſcopale Vacante Capituli Cathedralis.*
10 *Eccleſiæ ſuperioritas propria eſt Eccleſiæ Cathedralis.*
11 *Articuli contra rem iudicatam veniunt reſecandi.*
12 *Cathedralitatis iura longiſſimo tempore fuiſſe exercita ab aliquo Capitulo, præuio vſu priuilegiorum conceſſorum Eccleſiæ, & Capitulo multum deſeruiunt pro concludenda Cathedralitate.*
13 *Remiſſoria pro probenda immemorabili denegatur quando teſtes ad illam probendam deberent eſſe nonagenarij.*
14 *Obſeruantia longi temporis ſufficit ad interpretandã Cathedræ tranſlationem priuatiuam.*
15 *Tranſlationis natura eſt priuare terminum à quo & totum transferre in terminum ad quem.*
16 *Denominatio Eccleſiæ abſque vlteriori expreſſione intelligi debet de Cathedrali.*
18 *Res iudicata nõ comprehendit articulos in ſententijs non diſcurſos neque comprehenſos.*
19 *Actus æquiuoci non concludunt.*
20 *Actus magis ſpecifici & concludentes attendi debent.*
21 *Probatio probationem non excludit in materia remiſſoriæ.*

DECISIO CMXCV.

POSTQVAM Rota præuijs duabus deciſionibus ſub diebus 21. Iunij 1655. & 6. Martij 1656. coram bo. me. Biehio editis, firmauit non conſtare de cauſis reſtitutionis in integrum aduerſus duas ſententias Rotales, alteram à bo: me: Coccino, alteram à bo. m. Card. Vbaldo latas ſuper antiqua Cathedralitate Eccleſiæ Beatiſs. Virginis Mariæ de Pilar in Ciuitate Cæſarauguſtana exiſtentis, fuit per Capitulum S. Saluatoris petita remiſſoria ad effectum probandi d. Cathedram poſt recuperatam Cæſarauguſtam à Mauris anno 1118. ad dictam Eccleſiam S. Saluatoris fuiſſe tranſlatam priuatiuè reſpectu dictæ Eccleſiæ del Pilar, quæ ſe oppoſuit huic petitioni; Vndè propoſito dubio, an dicta Remiſſoria concedenda eſſet, fuit affirmatiuè reſolutum ea ratione, quia ad effectum obtinendi Re-
1 miſſoriam† quælibet cauſa reputatur prophana, quando prout hic de titulo beneficij non agitur *Put. deciſ. 99. par. 1 ſa. me. Gregor. XV. deciſ. 174. num. 1. ibique Add. num. 7. litt. A.* & alijs pluribus relatis in *Hiſpalen. Decimarum 26. Iunij 1647. coram Eminentiſſ. D. Card. Corrado.* & data releuantia materiæ articulatæ in qualibet inſtan-
2 tia etiam ſine fumo † illa venit concedenda *l. Iudices C. de Iud. cum auth. ſeq. C. de fid. inſtr. ſa. me. Greg. XV. deciſ. 124. nu. 1. & d. dec. 174. nu. 4.* etiam ſi releuantia deſumeretur ex vnico tantum articulo ex relatis in *Calaguritana prædicationis de Nazera 21. Februarii 1656. coram me.*

Releuantia ſi quidem in præſenti videtur clara, nam primus, ſecundus, & tertius articuli continentes, quod Eccleſiam S. Saluatoris poſt recuperationem Cæſarauguſtæ è manibus Maurorum fuit ſemper habita pro vnica Cathedra, & ſucceſſiuè Metropolitana, quodque ipſius Capitulum Sede Epiſcopali, & ſucceſſiuè Archiepiſcopali plena ſemper adminiſtrauit ſolum ſinè concurſu Capituli Eccleſiæ del Pilar vnà cum Epiſcopo, & Archiepiſcopo ipſius conſenſum, conſiliumque præſtando in contractibus, arduiſque negocijs, non poſſunt eſſe releuantiores, cum ex illis deſumetur ſimultanea adminiſtratio Capituli
3 cum Prælato, † quæ propria eſt Capituli Cathedralis ad *text. in cap. nouiter de his, quæ fiunt à Prælat, Bellam. conſ. 20. num. 7. Barboſ. de iure vniuerſ. Eccleſ. cap. 32. num. 1. & ſeqq.*

Quartus, quintus, & ſextus perſeſetentes, quod Capitulum S. Saluatoris quoties vacauit Sedes Epiſcopalis, & Archiepiſcopalis ſolum, & ſemper poſt d. Cathedræ tranſlationem exercuit, & exercet ſine concurſu Capituli del Pilar actus iuriſdictionales, Eccleſiam adminiſtrando, Aeconomos, & Vicarium Capitularem deputando, ac totalem iuriſdictionem contentioſam, voluntariam, & mixtam exercendo paritèr ſunt releuantiſſimi, cũ
4 certum ſit, quod † exercere iuriſdictionem Sede Epicopali vacante ſpectet ad Capitulum Eccleſię Cathedralis tàm ex diſpoſitione Sac. Concilij Trident. *ſeſſ. 24. de reform. cap. 16.* quã ex diſpoſit. iuris communis, in *cap. cum olim, vbi Abb. circà fin. verſ. poſſet tamen de maior. & obed. cap. vnico eodem tit. lib. 6. gloſ. in clem. prima §. præter quod verb. Capituli de hæret. Quaranta verb. Capitulum Sede vacante in princ. Rot. in Ampurien. ſeu Ciuitaten. deputationis Vicarij 19. Ianuar. 1646. coram R. P. D. meo Meltio in Elnen. iuriſdictionis 19. Iunij 1646. & 2. Decembris 1650. coram me.*

Septimus in quo continetur Epiſcopos, & Archiepiſcopos per longiſſimum temporis ſpatium in eorũ ingreſſu adeptos fuiſſe poſſeſſionem in Eccleſia S. Saluatoris, non autem

in

in illa del Pilar multum viget, dum ex huiuſ-
5 modi † poſſeſſione probatur Cathedralitas, vt
docet *Innoc. in cap. in litteris num. 10. verſ. credimus
de reſt. ſpoliat. Bald. in l. 2. num. 54. verſ. reſpondeo ad
primum ff. de ſeruit. & aqua Rot. in Vercellen. vnita-
tis Capituli 24. Iunii 1592. coram Penia & in Sul-
monen. Status Cathedralis 18. Maij 1626. coram bo:
me. Manzanedo.*

Octauus, nonus tendentes ad probandum
6 quod † Epiſc. & Archiepiſc. poſt d. Cathedræ
trãslationẽ recognouerint & recognoſcãt pro
ſuo corpore ſolam Eccleſiam S. Saluatoris, &
quod d. Eccleſia ſola vſa fuerit, & vtatur pri-
uilegijs, iuribus, & honoribus, ac reſpectiuè
ſola ſubierit, & ſubeat onera, quę prius in
erectione Eccleſiæ Cęſarauguſtanę in Metro-
polim, & ſucceſſiuè in ipſius ſæcularizatione
conceſſa fuernnt, & adiecta per Sedem Apo-
ſtolicam viſi ſunt magni momenti, cum ex
his probetur plenè ſtatus Cathedr. iuxt. notat.
per *Arebidiac. in cap. ſtatutum nu. 1. verſ. Cathedra-
lium de reſcript. in 6. Mandoſ. conſ. 27. nu. 8. Gonzal.
ad regul. 8. gloſ. 43. num. 192.* Imò ex his deduci-
7 tur † Cathedram ſtetiſſe, & ſtare priuatiuè in
Eccleſia S. Saluatoris, eamqne fuiſſe pror-
sùs abdicatam ab Eccleſia del Pilar, & trans-
latam in Eccleſiam S. Saluatoris, cum propter
incompatibilitatem ſtatuum non potuerit di-
ctam Eccleſiam del Pilar retinere iura ſtatus
antiqui ex ponderat. per *Rot. penes Seraph. deciſ.
1444. num. 10. & ſeqq. & deciſ. 1449. numer. primo,
& ſeqq.*

Releuantia decimi, & trium ſequentium,
in quibus habetur, quod dicto tempore recu-
peratæ Cæſarauguſtæ Decanus Eccleſiæ San-
cti Saluatoris eſt prima dignitas poſt Epiſco-
pũ, & vſus fuit, & vtitur prærogatinis primæ
dignitatis, & quod Epiſcopi, & Archiepiſcopi
pro tempore indixerunt & indicunt dirigunt,
& gubernant proceſſiones generales, & parti-
culares cum conſilio, & gubernio dicti Capi-
tuli Eccleſiæ S. Saluatoris ſolùm ſine Capitu-
lo Eccleſiæ del Pilar eſt euidens, cum proceſ-
8 ſiones † indicere, eaſque faciendi, licentias
impartiri ſpectet ad Epiſcopum ex diſpoſ. Sac.
Concil. Trident. *ſeſſ. 25. cap. 13. in. fin. de regul.
Barboſ. de off. & pot. Epiſc. alleg. 78. num. 3.* & fuit
dictum in *Calaguritana præeminentiarum 4. De-
cembris 1646. coram R.P.D. meo Celſo.* Et Sede
9 Epiſcopali vacante ad Capitulum Cathedra-
lis ex fusè relatis in puncto indicendi pro-
ceſſiones in *Elnen. iuriſdictionis 19. Iuny, & 16.
Decembris 1647. coram me.*

Decimuſquartus, & decimuſquintus con-
tinẽtes acceſſum Capit. Eccleſię S. Saluatoris
ad Eccleſiam del Pilar cum maiori prærroga-
tiua ac præeminentia, quam habeat Capitu-
lum del Pilar accedens ad Eccleſiam S. Salua-
toris, illudque in vtraque Eccleſia admini-
ſtraſſe, & adminiſtrare poſt dictam recupera-
tionem Cæſarauguſtæ aſſiſtente ſolùm pro
Capitulo del Pilar in adminiſtratione in nihi-
lo ſe gerente pariter viſi ſunt releuantes, cùm
ex illis deſumatur Superioritas Eccleſiæ San-
10 cti Saluatoris, † quæ propria eſt Eccleſię Ca-
thedralis, vt ponderat *Lap. allegat. 68. nu. 4.*

Decimumſextum, 17. & 18. articulos
continentes Cœmeterium propè Eccleſia
del Pilar eſſe commune, & Cœmeterium
S. Saluatoris eſſe particolare, & proprium de
præſenti, & fuiſſe antiquitùs, Archiuiumque
Eccleſię S. Saluatoris eſſe Archiuium Archie-
piſcopale, & publicum, ità vt memoria in
contrarium non extet, & ius Cathedralis re-
ſidiſſe ſemper, & reſidere adhuc in Eccleſia
S. Saluatoris in ea parte, in qua percutiunt d.
tempus ante recuperatam Cæſarauguſtam à
11 Mauris † vti de directo impugnantes anti-
quam Cathedralitatem Eccleſiæ del Pilar, ſu-
per qua adeſt res iudicata canonizata in dictis
deciſionibus *21. Iuniј 3655. & 16. Martij* 1656.
coram bo. mem. Biebio editis DD. non eſſe atten-
dendos, immò eſſe reſecandos dixerunt, & ſo-
lum admittendos in alia parte reſpiciente tem
pus poſteriùs à dicta recuperatione Cæſarau-
guſtæ.

Reliquorum verò quinque articulorum,
in quibus habetur, quod ſolùm Eccletia San-
cti Saluatoris, non autem illa del Pilar vſa
fuit pluribus indultis, priuilegijs, & gratijs,
conceſſis per Sedem Apoſtolicam, & Ponti-
fices pro tempore Eccleſiæ, & Capitulo Cæ-
ſarauguſtano, releuantia videtur patens, cum
32 ex his comprobari valcant † iura Cathedrali-
tatis lõgiſſimi temporis ſpatio priuatiuè fuiſ-
ſe exercita à Capitulo S. Saluatoris ex traditis
per *Rip. in cap. cum Eccleſia num. 11. in fin. de cauſ.
poſſeſſ. & propriet. Rot. in recent. deciſ. 251. numer. 4.
par. 4.*

Nec huiuſmodi remiſſoria videtur retar-
danda exceptione impoſſibilitatis probandi
13 immemorabilem, ex quo† teſtes examinan-
di deducto tempore litis deberent eſſe nona-
genarii, quo caſu paſſim remiſſoria denega-
tur, vt in terminis teſtium ætatis 88. dixit *Rot.
deciſ. 266. p. 6. rec. in Calaguritana decimarum Sancti
Aſcentij 26. Iunij 1614. §. propterea excluditur co-
ram R.P.D. meo Zarate*, & alias ſæpè, quia dicta
immemorabilis non fuit articulata, ſed tantũ
obſeruantia interpretatiua dictæ translationis
ſcilicet, quod fuerit priuatiuè facta, quæ ob-
14 ſeruantia † longi temporis ſufficit ad inter-
pretandam dictam translationem priuatiuam
*Decian. conſ. 11. num. 10. Monach. conſ. 21. num. 55.
Surd. conſ. 140. num. 45. Rot. in Recanaten. bonorum
23. Iuny 1642. coram R.P.D. meo Cerro*, præcipuè
in præſenti, vbi, nedum fumus, ſed ferè ple-
na probatio dictæ priuationis deſumitur, tùm
15 ex propria translationis natura, † quæ eſt pri-
uare terminum, à quo, & totum transferre
in terminum ad quem *cap. 1. de translat. Epiſc.
can. ſi quis translatus 21. q. 2. gloſ. vnica in cap. ſi quis
vult 16. q. 7. Seraph. deciſ. 1149. num. 16. Mandoſ. de
Signat. Gratiæ tit. de translationibus verſ. quod Paro-
16 chialis*, tum ex denominatione, ac recognitio-
ne Eccleſiæ S. Saluatoris in Eccleſia Cæſarau-
guſtana poſt dictam translationem, quam in-
telligi de Cathedrali ex *Monach. in cap. quamuis
num. 5. poſt gloſ. ibidem in verb. non extendit de præ-
bend. in 6. vbi Gemin. §. fin. num. 10. poſt med. ſuper 5.
in fin. gloſ.* & alijs pluribus dixit *Rot. in deciſ. 353.
nu. 62. par. 5. rec.* Tum denique ex erectione in
Me-

Digitized by Google

Metropolim eiuſdem Eccleſię Cæſarauguſta-
næ, & ſucceſſiuè ex ſecularizatione Eccleſię
Metropolitanę effectum ſortitis in ſola Eccle-
ſia S. Saluatoris, cum tamen in prophanis,
17 prout hic † Remiſſoria etiam ſine fumo data
materiæ releuantia concedatur *Merlin.dec.455*
& in alijs recenſitis in *Calaguritana prædicationis*
de Nazera 2.Febr.1656.coram me.

Prout, multò minus Pilarenſibus ad prædi-
ctum effectum ſuffragatur allegata res iudi-
cata, quia in hac diſputatione non impugna-
tur Eccleſiam del Pilar fuiſſe antiquitùs Ca-
thedralem, ad quod ſe reſtringunt ſententiæ
bo.me. Coccini, & Vbaldi in iudicatam tran-
ſactæ, ſed tantum dantur articuli continentes
poſt expulſionē Maurorum à Cæſarauguſta
d. Cathedram fuiſſe translatam in Eccleſiam
S. Saluatoris priuatiuè, non autem cumula-
tiuè reſpectu eiuſdem Eccleſiæ del Pilar, qui
18 cum † non fuerint in dictis ſententijs diſcuſſi
& ſint in Rota noui vtque res iudicata illos
non afficit, vt in ſimili reſpondit *Rota in Cala-*
guritana prædicationis de Naxera 21. Febr. 1656.
coram me.

Denique non obſtant actus particulares prę-
cedentiæ ad manum dexteram, alijque plures
congeſti in allegatis deciſionibus in hac cau-
ſa coram bo: me: Bichio editis, ex quibus Ec-
cleſia del Pilar ſuam poſſeſſionem quoad iura
præſentis Cathedralitatis deſumit, quia pręter
quod id procedit ex vrbanitate, & vigore lau-
di Epiſcopi Dalmatij emiſſi de anno 1448.
prædicti actus vti continentes pręeminentias,
quæ poſſunt eſſe diſtinctæ à Cathedralitate ex
relat. per *Rot.dec.85.num.2.& deciſ.101.nu.3.p.6.*
19 *recent.* Cathedralitatem non † concludunt, &
20 & per conſequens dicti † actus exerciti per
Capitulum Metropolitanum vti magis ſpe-
cifici, ac Cathedralitatem indubitatam præ-
ſeferentes attendi debent, vt in propoſito dixit
Rota apud Pen.dec.999.num.1.& per tot. ſed qua-
tenus etiam prædicti actus Eccleſiæ del Pilar
probarent conſortium in moderna Cathedra-
litate adhuc Eccleſiæ S. Saluatoris non eſſet
adimenda facultas contrarium probandi; cum
21 in † materia Remiſſoriæ probatio probatio-
nem non excludat *Rot. deciſ.177. numer.2.& 3.*
par.6.recent.

Et ita vtraque, &c.

ROMANA PRIMOGENITVRAE.

Lunæ 7. Maii 1657.

ARGVMENTVM.

Primogenitura conſtituta ſub onere ducendi vxorem & aſſumendi nomen & arma, & ſi fuerit purificata fauore primogeniti vocati, adhuc iſte effectus Sacerdos primogenituram amittit, & ſecundogenitus illius loco ſuccedit.

SVMMARIVM.

1 *Primogenitus effectus Sacerdos amittit primogenituram quando quis tenetur illius vigore ducere vxorem, cum dictam conditionem implere nequeat.*

2 *Primogenitura dicitur aperta fauore ſecundogeniti habilis adimplere conditionem ob inhabilitatem primogeniti ducendi vxorem.*

3 *Conditio ducendi vxorem appoſita in inſtitutione non cenſetur repetita in ſubſtitutione.*

4 *Limitatur d. concluſio in primogenituris pro decore familiæ & cauſa conſeruandæ agnationis.*

5 *In primogenituris ex coniecturata mente teſtatoris qualitas vni adiecta in aliis repetita cenſetur.*

6 *Conditiones cenſentur repetitæ in ſubſtitutionibus quando adſunt verba* con li medemi oblighi, e la detta perpetua ſucceſſione di primogenito in primogenito.

7 *Qualitas primo inſtituto adiecta in omnibus repetita cenſetur.*

8 *Ampliatur concurrente eadem ratione ex quo alias voluntas teſtatoris ſeruari non poſſet.*

9 *Dictio* Et ſic *eſt præcedentium onerum repetitiua,*

10 *Conditiones ſi plures fuerint expreſſæ & poſtea teſtator quoad ſubſtitutos apponat verba,* con li medeſimi oblighi ſudetti in numero plurali, *omnes conditiones debent impleri.*

11 *Relatio potius cenſetur facta ad proxima quam ad remota.*

12 *In Primogenituris attenditur qualitas de tempore delatæ ſucceſſionis, & ſufficit eo tempore quem conditionem adimplexiſſe.*

13 *Cautio Mutiana debet præſtari, vt quis admittatur ad ſucceſſionem conditionalem.*

14 *Inſtitutus ſub conditione ducendi vxorem; ſuſcepto Sacerdotio remanet excluſus à ſucceſſione ac ſi nũquam fuiſſet admiſſus.*

15 *Datum ſub vna conditione ſub contraria cenſetur ademptum.*

16 *Mulier cui fuit factum legatum, ſi Titio nupſerit, legato primatur ſi illi nubere recuſat.*

17 *Promiſſio ſi matrimonium ſequatur, non ſecutis nuptiis ipſo facto promiſſio corruit.*

18 *Inſtituto in caſu alienationis debetur ſucceſſio non expectata morte alienantis quandoq; teſtator per duos menſes ante alienationem vocauit ſucceſſuros in caſu mortis.*

19 *Filiatio plenè remanet iuſtificata dum vti filius ſit à Patre inſtitutus, baptizatus & ex eius vxore natus.*

20 *Filiorum generatio in ſene robuſto non eſt impoſſibilis.*

DECISIO DCCCCXCVI.

ALEXANDER Sarazanus in ſuo vltimo teſtamento ſibi hæredem vniuerſalem ſcripſit Martium Mileſium ex ſorore nepotem ſub conditione ducendi vxorem, & aſſumendi nomen, & arma domus Sarazanæ abſque alia mixtura, cui in omnibus bonis ſuccedere voluit eiuſdem Martij primogenitum maſculum legitimum, & naturalem, hæreditatemque inter eius deſcendentes maſculos de primogenito in primogenitum ſuc-

ceſ-

teſſiuè deferri mandauit; filijs autem dicti
Martij non exiſtentibus, aut quandocunque
deficientibus vocauit primogenitum ſecundi
fratris dicti Martij, & eo, aut eius deſcenden-
tibus non extantibus primogenitum, aut de-
ſcendentem à tertio fratre; & caſu, quo tota
deſcendentia maſculina dd. trium fratrum
deficeret voluit ſuccedere maſculos ex fœ-
minis, & vltimo loco eiuſd. Teſtatoris proxi-
miorem cum perpetua primogenitura, & cũ
eiſdem obligationibus, & repetito onere aſ-
ſumendi nomen teſtatoris; & inſuper prohi-
buit bonorum alienationem & obligationem
etiam de licentia, aut cum derogatione. In
primis ſub ea lege, quod in caſu controuen-
tionis bona deuoluta cenſeantur per duos
menſes autè ad fauorem ſucceſſuri in caſu
mortis.

Poſt obitum Teſtatoris defunctis Martio, &
ſecundo fratre ſinè filijs & vltimo loco Alexã-
dro tertio fratre poſt ſe relictis Iacobo Anto-
nio primogenito Sacerdote, & Ioſepho Igna-
tio infante per Procuratorẽ hærede inſtituto
fuit ſub die 22. Maij 1656. dubitatum, cui ipſo
rũ dandum eſſet mandatum de manutenendo
ſuper bonis ſuppoſitis d. primogenituræ, ſed
quia reſolutio dubij pendere videbatur à di-
ſcuſſione negocij principalis. DD. manda-
runt, quod videretur de bono iure etiam ad
effectum manutentionis, quo hodie propoſi-
to fuit, reſolutum conſtare de bono iure Io-
ſephi, ratio reſolutionis fuit, quia Iacobus
1 Antonius † per Sacerdotij aſſecutionem am-
plius adimplere nequit onus ducendi vxorem
expreſsè à teſtatore primogenitis iniunctum,
& propterea licet ipſe ſit primò natus, à dicta
primogenitura tamen remanet excluſus, ac ſi
naturaliter obijſſet, nec vnquam in rerum
natura extitiſſet, vt notat *Bart. in l. Deo nobis
num. 1. verſ. item ingreſſus, & num. ſeq. C. de Epiſc. &
Cler. & auth. niſi rogati ſub num. ?. C. ad Sen. Conſ.
Trebell. Marzar. de fideicom q. 31. Melch. Palaz. de
maior. par. 2. cap. 3 per totum, & præſertim num. 23.
37. & ſeqq. Sanchez ad præcepta Decalogi lib. 7.
cap. 15. num. 19. & cap. 16. num. 22. Rot. in Mediola-
nen. bonorum 31. Mai 1649. coram Eminentiſſimo
2 D. Card. Corrado*, † illaque fuit aperta ad fauo-
rem Ioſephi Ignatij licet ſecundo nati vti ha-
bilis ad implendam dictam conditionem iux.
not. *per Palaz. de maior. par. 2. cap. 3. num. 23. Du-
ran. de cond. oppoſ. 2. cap. 3. num. 34. Fontanel. de pact.
nupt. tom. 1. fol. 76. n. 34.*

Non obſtat, quod d. conditio nubendi le-
3 gatur tantùm † appoſita in prima inſtitutione
ideoque repetita non cenſeatur in ſubſtitutio-
ne *l. ſub conditione ff. de hæred. inſtit. Ant. Gomez.
var. tom. 1. cap. 12. num. 37.* & præſertim cum illa
ſit perſonalis, & nominatim appoſita Martio
primo inſtituto, quia regula, quod appoſita
in inſtitutione non cenſeatur repetita in ſub-
4 ſtitutione fallit in † primogeniturijs, quæ (pro-
vt hic) inſtituuntur pro decore familiæ, &
cauſa conſeruandæ agnationis, *Surd. conſ. 241.
num. 14. Ciriac. controu. 312. num. 3. Rota coram Se-
raph. dec. 459. num. 2. & dec. 191. nu. 2. par. 2. diuerſ.*
5 In † iſtis autem ex coniecturata mente teſta-
toris qualitas vni adiecta in alijs repetita cen-
ſetur *Molin. de Hiſp. primogen. lib. 1. cap. 16. nu. 24.
Caſtil. controu. iur. to. 2. cap. 4. n. 149. & ſeqq. & to. 6.
cap 117. per totum,* & ſignanter *num. 29. Dec. ian.
conſ. 61. num. 3. vol. 5. Azeued conſ. 5. num. 38. & 39.
Peregr. conſ. 23. nu. 14. & 15. lib. 3. Fuſar. de ſubſtit.
q. 430. num. 9. Pelaz vbi ſupra p. 2. cap. 3. per totum
cap. 4. illat. 8. n. 10. verſ. & non ſolum, & n. 15. & cap.
26. num. 73. & 75.*

Præter quod prædicta oneris repetitio in
præſenti caſu videtur indubitata, tum ponde-
6 rando, quod in † vltima ſubſtitutione teſtator
vſus fuit verbis *con li medeſimi oblighi ſudetti, e
con la detta perpetua ſucceſſione di primogenito in
primogenito*, ex quibus proculdubio idem in-
fertur ac ſi antecedentes obligationes de ver-
bo ad verbum per teſtatorem fuiſſent in ſe-
quentibus ſubſtitutionibus repetitæ, *l. ſi teſta-
mentum §. ſin autem C. de inſt. & ſubſt. Bart. in l. ta-
lis ſcriptura §. fin. num. 4. de leg. 1. & in l. 1. §. edicto
num. 2. ff. de poſtul. Dec. conſ. 423. nu. 5. Pariſ. conſ. 1.
nu. 134. lib. 3. Rot. deciſ. 713. num. 2. & ſeq. par. 1. &
dec. 505. num. 4. p. 4. rec.* Eoque fortius cum re-
7 gulariter qualitas † primo adiecta in omnibus
repetita cenſeatur *Peregr. de fideicom. art. 16. n. 58.
& art. 25. num. 34. & 48. Fuſar de ſubſt. q. 450. n. 1.
Rot. dec. 453. num. 8. par. 2. dec. 222. num. 4. p. 5. rec.*
cum alijs congeſtis per *Gratian. diſcept. 773. n. 28
& ſeqq.* & id abſque difficultate, quando con-
8 currit eadem ratio, ex quo alias voluntas te-
ſtatoris ſeruari non poſſet *Ruſt. in l. cum auus lib.
3. cap. 7. à num. 45. Molin. de primogenit. lib. 1. c. 6.
numer. 25. Fuſar. conſ. 175. numer. 9. & ſeq.* & in
tractatu de *ſubſt. q. 450. num. 9.* Tum attenta di-
ctione, & ſic immediatè à teſtatore poſt onus
iniunctum Martio, & delatam ſucceſſionem
eius filio appoſita ibi, *e così debba recadere detta
ſua heredità di primogenito in primogenito*, quæ di-
9 ctio, † & ſic pariter eſt præcedentium onerum
repetitiua *Cened. pract. quæſt lib. 1. q. 21. numer. 17.
Honded. conſ. 64. num. 7. & 40. lib. 2. Rot. deciſ. 128.
num. 4. par. 2. diuerſ, & in Placentina bonorum 16.
Martij 1654. coram R. P. D. meo Zarate.* Tum
denique animaduertendo, quod duæ tantum
conditiones fuerunt per Alexandrum Saraza-
num expreſsæ altera de vxore ducenda, alte-
ra de aſſumendo nomen, & arma, & ſic cum
10 verba † *con li medeſimi oblighi ſudetti* ſint in nu-
mero plurali concepta non ſufficit adimple-
mentum vnius ex dictis conditionibus, ſed
debent ambæ ad vnguem adimpleri, vt in
ſpecie tradit *Caſtren. conſ. 189. numero primo,
in fin.*

Nec quidquam facit, quod dicatur dicta
verba poſſe referri ad legata, quia cum eſſent
momentanea non eſt veriſimile, quod de iſtis
teſtator fuerit locutus, imò cum illa facta le-
gantur in principio teſtamenti, deindè verò
fuerit appoſitum d. onus nubendi, vtique re-
latio potius facta cenſetur ad proxima, quam
ad remota *gloſ. in l. 1. ff. de leg. præſtand. Crauett.
conſ. 147. num. 8. Rot. in rec. dec. 277. num. 3. part. 2.
& deciſ. 62. numer. 10. & deciſ. 232. numero 17.
par. 6.*

Prout minus releuat, quod Iacobus Anto-
nius de tempore delatæ ſucceſſionis eſſet ca-
pax,

pax, & ſic per aſſumptionem Sacerdotij hæ-
reditatem iam quæſitam non amiſerit, cum
12 in † primogenituris attendatur qualitas de
tempore delatæ ſucceſſionis, ſufficiatque eo
tempore quem conditionem adimpleuiſſe,
licet poſtea non perſeueret iuxt. doctr. *Bald. in l. in precibus num. 2. C. de impub. & alijs ſubſt. Molin. de primogen. lib. 3. cap. 10. nu. 4. Gramat. deciſ. 27. n. 4.*
13 quia cum † ipſe non præſtiterit cautionem
Mutianam de adimplendo voluntatem te-
ſtatoris, vt tenebatur adhoc, vt poſſet admitti
ad dictam ſucceſſionem, vt expreſsè diſponi-
tur in *l. Mutiana vbi gloſ. & DD. ff. de cond. & demonſtr.* immò per aſſecutionem Sacerdotij
14 declarauerit † de facto ſe nolle nubere, & cō-
ditionem amplius adimplere nequeat, fuit ab
omni iure excluſus, ac ſi nunquam fuiſſet ad-
miſſus *d. l. Mutiana vbi DD. ff. de cond. & dem. auth. cui relictum C. de ind. vid. toll. Molin. de primog. lib. 2. cap. 13. nu. 16. & 17. Peregr. de fideicom. art. 11. num. 127. Ruin. conſ. 170. num. 11. & 12. lib. 3. Rot. coram Seraph. deciſ. 1354. num. 1. diuerſ. par. 4. deciſ. 430. num. 1. rec. deciſ. 241. num. 36. par. 5.* Datum
15 ſub † vna conditione ſub contraria cenſetur
ademptum *l. quod purè ff. quand. dies legat. ced. l. ſi legatur purè ff. de adim. legat. Surd. deciſ. 66. num. 15.*
16 & in ſimili de muliere, † cui ſit factum lega-
tum, ſi Titio nupſerit, ſi illi nubere recuſat
legato priuatur *Surd. d. conſ. 157. num. 19.* & de
17 promiſſione † facta ſi matrimonium ſequa-
tur non ſequutis nuptijs ipſo facto promiſſio
corruit *l. item quia §. huius rei ff. de pact. vbi gloſ. in verb. non ſequutis explicat nec re, nec ſpe.*

Præterea eidem Iacobo Antonio obſtat ca-
ducitas per ipſum incurſa ex cauſa alienatio-
nis nonnullorum bonorum contra expreſſum
perceptum teſtatoris, qui cum eo caſu per
duos menſes ante alienationem vocauerit ſuc
ceſſuros in caſu mortis, ſequitur, quod ex hoc
etiam capite ſit factus locus ſucceſſioni fauo-
18 re Ioſephi Ignatij abſque eo, quod † iſte te-
neatur expectare obitum alienantis *l. cum pater §. ſi liberis ff. de leg. 2. Molin. de primog. lib. 1. cap. 16. num. 32.* cum alijs pluribus congeſtis in *Mediolan. bonorum 31. Maij 1649. coram Eminentiſſ. Card. Corrado.*

Ea verò, quæ fuerunt deducta contra filia-
tionem Ioſephi Ignatij DD. non habuerunt
19 in conſideratione, cum huiuſmodi † filiatio
plenè remaneat iuſtificata, dum vti filius fuit
à patre inſtitutus, baptizatus, & eſt ex eius
vxore natus *l. ſi vicinis ſcientibus C. de nuptiis l. nō epiſtolis C. de probat. Sperell. deciſ. 174. nu. 1. & ſeqq. coram bo. me. Coccino deciſ. 7. num. 1. & in rec. deciſ. 201. num. 1. & 2. & deciſ. 430. num. 1. par. 5.* in ni-
hilo releuante, quod de tempore eius conce-
ptionis pater eſſet ſenex annorum 78. cum
20 generatio filiorum in ſene robuſto nō ſit im-
poſſibilis *Narbon. de ætat. ann. 65. q. 1. nu. 9. Zacch. quæſt. Medic. leg. lib. 1. tit. 1. q. 9. num. 54. & ſeqq. Sinibald. in Geneantiopeia lib. 2. tract. 3. cap. 3. col. 3. & 4. Rot. dec. 20. num. 20. & ſeqq. par. 5. recent. Giouagn. conſ. 6. num. 38.* vbi dicit ex ſola natiuitate filiū
probari mariti, licet ſenis, quando nil proba-
tur, quod vxoris famam denigret.

Et ex hoc cenſuerunt DD. conſtare de bono iure Ioſephi Ignatij etiam ad effectum manutentionis, vtraq; &c.

MELEVITANA COMMENDAE.

Ven. 11. Maij 1657.

ARGVMENTVM.

Ius conferendi Commendas Magnis Prioribus vigore ſtatuti 29. de Commend. vt competit requiritur vt vacatio contingat intra quinquennium à die ipſorum promotionis vt in ſtatuto 27.

SVMMARIVM.

1 *Adiudicatio Commendæ in Religione Hieroſolymitana competit habenti antianitatem iuſtitiæ, & expectatiuam ad Commendam primo vacaturam.*

2 *Amplia accedente ſmutitione linguæ & prouiſione à Capitulo.*

3 *Ius conferendi Commēdas vt magnis prioribus competat neceſſario requiritur vacatio intra quinquennium à die ipſorum promotionis, & ſi poſt vacauerit ſub prierali collatione non dicitur comprehenſa.*

4 *Statut. 27. de Commend. an cenſeatur vel non correctum per aliud ſtatut. 28. declaratur.*

5 *Dictio* Però *eſt modificatiua & reſtrictiua iuris proximè narrati.*

6 *Statuentes ſi aliquid limitare voluiſſent id veriſimiliter feceſſent & præſertim ſi reſpectu alterius Capituli id factum fuit.*

7 *Correctio momentanea non præſumitur.*

8 *Omnis poſſibilis interpretatio facienda eſt ad euitandam contrarietatem.*

9 *Hoc procedit etiam verba lædendo & impropriando.*

10 *Declarationis natura eſt vt illa haberi debeat, ac ſi à principio inſerta fuiſſet.*

11 *Statuta qui condere poteſt eo facilius poteſt declarare,*

12 *Amplia ſi obſeruantia iuxta declarationem concurrat.*

13 *Obſeruantia contraria non admittitur quando ſtatutum ſeu alia diſpoſitio de per ſe eſt clara.*

DECISIO DCCCCXCVII.

CVM per obitum Commiſſarij Caroli de Vayure ſequutum 26. Octobris 1654. vacaſſet Commenda della Neuuille Magnus Prior Campaniæ (intra cuius fines illa extetit) prætendens vigore ſtatuti 29. de Commend. illius collationem ad ſe ſpectare ſub die 29. Nouembris eiuſdem anni de ea prouidit Eq. Antonium Saladinum d'Anglure, Vener. verò lingua Franciç illam pariter ſub eadem die 29. Nouembris ad fauorem Equitis Scipionis de Bourlemont ſmutiuit. Hinc inter hos prouiſos exorta lite in partibus Conſilium Ordinarium pronunciauit ad fauorem Equitis Antonij, completum verò in gradu appel-

appellationis ad fauorem Equitis Scipionis,
cauſa vero poſtmodum per ſpeciale reſcriptũ
manu Sanctiſs. ſignatum mihi commiſſa pro-
poſui dubium, An, & cui d. Commenda eſſet
adiudicanda,& DD. ad fauorem Equitis Sci-
pionis Reſponderunt, ea ſiquidem ratione,
quia cum ipſe habeat antianitatem iuſtitiæ,
& expectatiuam ad commendam primo va-
caturam intra limites prioratus Campaniæ,
& ſic illius vigore ius quæſitum ad Commẽ-
1 dam, de qua agitur, vtique meritò † illa ve-
nit ei adiudicanda *cap. eum cui de elect. in ſexto.*
Sarnen. de iure quæſit. non toll. quæſt. prima Rota in
recent. deciſ. 240. num. 3. par. 7. & deciſ. 609. num. 10.
par. 8. cum alijs in puncto relatis in *Campanien.*
Prioratus 18. Maij 1618. coram bo. me. Reuerendiſſ.
Seleucien. eoque magis etiam, ex quo ad ſui
2 fauorem reportauit † à d. ven. lingua ſmuti-
tionem, & à Conſilio completo prouiſio-
nem, vt per *text. in cap. dilectus, vbi gloſ. verb. plus*
iuris de offic. deleg. Rot. deciſ. 562. in princ. p. 5. & in
Melenitana Commenda 19. Iunij 1652. coram Ve-
roſpio.

Nec ſubſiſtit, quod huiuſmodi collatio
non ſpectaret ad Ven. linguam, ſed ad dictũ
Magnum Priorem vigore ſtatuti 29. de Com-
mend. quia adhoc, vt Magnis Prioribus ius
conferendi competat neceſſario requiritur, vt
3 vacatio contingat † intrà quinquennium à
die ipſorum promotionis ad Prioratus, vt
expreſsè cauetur in ſtatuto 27. de Commend.
ibi, *ogni cinque anni dal giorno della loro promotio-*
4 *ne*, Ideoque cum † Commenda controuerſa
vacauerit poſt dictum quinquennium, ſequi-
tur, quod illa ſub priorali collatione minimè
fuerit comprehenſa *Franc. Leo in theſ. for. eccl.*
q. 2. cap. 3. numer. 29. Rot. in recent. deciſ. 562. poſt
princ. verſ. ex contextu par. 5. tom. 2. & in d. Mele-
nitana Commenda 19. Iunij 1654. coram Reu. P. D.
meo Veroſpio.

Non obſtat quod dicatur dictum ſtatutum
27. eſſe correctum ex ſequenti ſtatuto 29. eo-
dem *tit. de Commend.* attentis illis verbis, *Paſ-*
ſato però il Mortorio, e l' annata del vacante del
Priorato, quia ex illis non inferri debet, quod
quinquennium quo ad ius conferendi initiũ
ſumat poſt annum vacantis, & mortuarij, &
ſic à die perceptionis fructuum; ſed potiùs
ex illis argui poteſt, quod Priores nequeant
exercere facultatem conferendi intrà quin-
quennium, niſi tranſacto vacante, & mor-
tuario. vt clarè conuincitur tùm ponderata
5 illa dictione, † *Però*, quæ eſt modificatiua,
& reſtrictiua iuris conferendi proximè nar-
rati *l. vbi adhuc §. ità tamen C. de iur. dot. Menoch.*
conſ. 146. numer. 8. & conſ. 530. num. 10. Tum ex
6 eo, quod vbi ſtatuentes voluerunt † limitare
tempus à die perceptionis fructuum id ex-
preſſerunt, vt in ſtat. 14. & 19. de Commend.
quod etiam veriſimiliter in d. ſtatut. 29. ex-
preſſiſſent, ſi voluiſſent ad *text. in l. vnica §. ſin*
autem C. de caduc. toll. in terminis *ſtatut. Decian.*
conſ. 17. num. 47. lib. 1. Rimin. iun. conſ. 604. num. 14.
Rot. deciſ. 438. num. 22. & ſeqq. par. 4. tom. 2. recent.
Tum denique quia vtrumque ſtatutum vno,

& eodem tempore fuit editum ſuper modo
conferendi Commendas per Priores; Vndè
7 non † eſt præſumenda correctio in continen-
ti ad *text. in l. non ad ea, §. quod ſi purè ff. de cond.*
& dem. cum alijs adductis per *Ciriac. controu.*
8 *63. num. 33.* & tanto magis iſta † interpretatio
eſt ſumenda ad euitandam contrarietatem in-
ter hæc duo ſtatuta, vt benè per *Caſtil. controu.*
iur. lib. 3. cap. 10. num. 20. Ciriac. controu. 687. nu. 39.
9 *& ſeq.* quod fieri debet etiam † verba lędendo
& impropriando ex *congeſt. per Aldon. conſ. 71.*
num. 22. verſ. idque inſuper.

Et huiuſmodi intellectus fuit apertis verbis
poſtea confirmatus in declaratione facta à
Conſilio completo in vim Capituli generalis
de anno 1631. dum eidem ſtatuto 29. addi-
dit, *ogni cinque anni dalla loro promotione*, quæ
verba cum correſpondeant ſupra relatis ver-
bis dicti Statuti 27. & fuerint addita per viam
10 declarationis, cuius † natura eſt, vt illa ha-
beri debeant, ac ſi à principio in d. ſtatut. 29.
fuiſſent inſerta ad *text. in l. heredes palam, §. ſi*
quid ff. de teſtamentis vbi Caſtr. num. 2. Aret. num. 7.
Imol. num. 5. de teſtam. Ciriac. controu. 210. num. 11.
& ſeq. cum alijs in deciſ. 100. *numer. 3. par. 6. recent.*
vtique aperiiſſimè prę ſeferunt, quod ne dum
ex dicto ſtatuto 27. ſed etiam ex eodem Sta-
tuto 29. initium quinquennij quo ad ius con-
ferendi incipiat à die promotionis, non
autem à die perceptionis fructuum, in nihilo
obſtante, quod dicta verba, *ogni cinque anni*
dalla loro promotione, fuerint addita à Conſilio
completo in vim Capituli generalis, quia
11 cum † iſtud habeat in facultatibus condendi
ſtatuta, eò faciliùs poteſt illa declarare, vt in
tit. de cap. ordin. 13. Rot. deciſ. 219. num. 4. & ſeqq.
part. 7. recent. & in Melenitana penſionis 29. Maij
1648. coram Eminentiſſ. D. Card. Ottobono; Præ-
ſertim cum ex datis in *Summar. num. 7. & 9.*
12 Equitis † Scipionis doceatur dictum Statu-
tum ſecundum dictam declarationem fuiſſe
obſeruatum, vt in *Melenitana Commenda 14.*
Ianuar. 1650. & in alia Melenitana Commenda 19.
Iunij 1654. coram R. P. D. meo Veroſpio

Non obſtat obſeruantia contraria deducta
in binis ſententijs datis pro Equite Antonio,
quia præter quod in illis non fuit allegata,
neque diſcuſſa exceptio d. ſtatut. 27. prædicta
verba, *ogni cinque anni dal giorno della loro pro-*
motione, cum reddant dictum ſtatutum clarũ,
13 proculdubio quælibet † obſeruantia in con-
trarium venit reiicienda, *l. ille, aut ille §. cum in*
verbis ff. delegat. tertio. l. continuus §. cum ita in fin.
ff. de verbor. obligat. Rot. deciſ. 136. num. 9. par. pri-
ma recent.

Et ita vtraque, &c.

NEPESINA BONORVM.

Veneris 25. Maij 1657.

ARGVMENTVM.

Fideicommiſſum cadit ſuper bonis proprijs ſecus pro indiuiſo poſſeſſis. Habens facultatem alienandi bona fideicommiſſaria, ac illorum loco alia ſubrogandi, tunc alienata remanent ſoluta à quocumque nexu fideicommiſſi: Hæres ex quibus conuincatur.

SVMMARIVM.

1 *Portio Patris pro indiuiſo poſſeſſa cum fratre fideicommittente tranſit in proprios filios abſque onere fideicommiſſi.*

2 *Inuentarium erroneum non præiudicat, & ibi de inuentario in quo bona libera fuerant deſcripta tanquam fideicommiſſaria.*

3 *Inuentarium pro ſui validitate requirit quod creditores certi ſint perſonalitèr citandi, incerti per edicta.*

4 *Hæres etiam cum beneficio inuentarij tenetur ſeruare factum defuncti.*

5 *Alienatio bonorum fideicommiſſariorum ex permiſſione fideicommittentis operatur, vt bona remaneant libera à fideicommiſſo.*

6 *Et haberi debent ac ſi ab eodem fideicommittente distracta fuiſſent.*

7 *Et hoc caſu fideicommiſſariis contra alienantem pro reintegratione fideicommiſſi tantummodò competit actio perſonalis.*

8 *Hipothecaria non competit contra grauatum in bonis proprijs pro reintegratione fideicommiſſi niſi quando mala fide alienaſſet.*

9 *Fideicommiſſarius quouſque non docuerit bona fideicommiſſaria alienata excedere libera per ipſum retenta vti alienatorum loco ſubrogata ſemper obſtabit ei exceptio quod bona libera præſumũtur æquare alienata.*

10 *Hæreditario nomine quis poſſidere præſumitur quando alius titulus non deducitur.*

11 *Ampliа in accipiente poſſeſſionem propria authoritate.*

12 *Poſſeſſionis apprehenſio non permittitur fideicommiſſarijs propria authoritate.*

13 *Hæres conuincitur ex aditione bonorum quæ fieri non potuit citrà nomen hæredis.*

14 *Hæreditas cenſetur adita ex poſſeſſione omnium bonorum.*

15 *Retentio non datur pro credito non liquido.*

16 *Bona fideicommiſſaria tranſeunt in fideicommiſſarium cum ſuo onere.*

DECISIO DCCCCXCVIII.

POSTQVAM per binas deciſiones fuerat reſolutum Sororibus de Hortentijs eſſe concedendam manutentionem ſuper bonis, de quibus agitur, placuit Dominis in illarum reuiſione demandare, quod videretur de bono iure etiam ad effectum manutentionis; Vnde hodie deſupèr propoſito dubio fuit ad vtrumque effectum ad fauorem dd. Sororum reſolutum, ſiquidem illarum bonum ius reſpectu medietatis dictorum bonorum eſt manifeſtum, quià fideicommiſſum per Chriſtophorum conditum, cuius vigore Angela Roſa prætendit bona controuerſa ad ſe ſpectare, eidem ſuffragari non valet, niſi reſpectu medietatis dd. bonorum ad illum ſpectantis, nam cum ſingula bona pro indiuiſo poſſiderentur tàm à d. Chriſtophoro, quàm à Felice fratre, eoque defuncto ab eius filijs, ſe-
1 quitur quod d. † mediatas ad Felicem pertinens tranſiuerit libera ad eius filios (& ſic ad Andream, à quo, mediante perſona patris, dd. Sorores cauſam habent) abſque vllo onere fideicommiſſi *l. pater filium ff. ad l. falcid. & l. vnum ex familia §. 1. ff. de leg. 2. Alex. conſ. 20. nu. 9. lib. 3. Aym. conſ. 24. num. 12. Rota in Forolivien. fideicommiſſi 11. Martij 1622. coram bo. me. Manzanedo*, in nihilo releuante, quod omnia prædicta bona fuerint deſcripta pro fideicommiſſarijs in inuentario ad inſtantiam Stephani alterius ex hæredibus grauatis Chriſtophori confecto, quià cum illud detegatur manifeſtiſſimè, erroneum nedùm ex nonnullis Teſtibus formitèr examinatis deponentibus dd. bona nonniſi pro medietate ſpectaſſe ad d. Chriſtophorum, ſed etiam ex ſententia locumtenentis A. C. in criminalibus d. fideicommiſſum canonizante in d. medietate bonorum, pro-
2 culdubio dd. Sororibus † prædictus error nocere non debet *l. error*, & ibi poſt alios *Iaſ. n. 1. verſ. nota ergò C. de iur. & fact. ignor. Bart. in l. ſi aliquam rem 28. num. 9. verſ. quidam nobilis, & ibidem Rip. num. 27. ff. de acq. poſſ.* præſertim cum
3 in † illius confectione non fuerint citatæ, nec aliqua alia ſolemnitas fuerit adhibita, cum tamen ad effectum illius validitatis Creditores certi eſſent perſonalitèr citandi, incerti verò per edicta *Bart. in l. fin. §. cum igitur nu. 3. & ibid. Iaſ. ſub num. 3. C. de iur. delib. Bald. conſ. 383. num. 5. lib. 1. Crauett. conſ. 225. num. 1. lib. 2.* & fuit dictum *in Anconitana Cambiorum 1. Iulij 1643. coram me.*

Prout non minùs illarum bonum ius eſt clarum reſpectu alterius medietatis dd. bonorum, quia dum Angela ex 43. corporibus bonorum pro indiuiſo poſſeſſis, ac reſpectiuè relictis à dd. fratribus poſſidet 29. fruſtrà prętendit partem fideicommiſſariam aſſignatam patri dd. Sororum, niſi priùs relaxet partem liberam, quam in alijs habet, prouenientem à Felice, & tranſlatam in dictum Andream aſſignantem, etiam ſi doceret ſe hæredem eiuſdem Andreæ cum beneficio legis, & inuentarij, nam quouſque docuerit præuia redditione rationis bona libera Andreæ non eſſe æquiualentia fideicommiſſarijs per ipſum di-
4 ſtractis ſemper † erit adſtricta ſeruare factum defuncti *Dec. in l. ex qua perſona nu. 2. verſ. & quod dictum eſt ff. de reg. iur. Rota coram Greg. deciſ. 418. num. 6. & ibi Add. num. 15. & in Nepeſina pecuniaria 27. Aprilis 1646. & in Firmana pecuniaria 1. Iunij 1654. coram R. P. D. meo Veroſpio, & in Romana fideicommiſſi de Rauſanis 27. Iunij 1650. coram R. P. D. meo Celſo.* Quod eo faciliùs procedit in præſenti, dum Andreas ex permiſſione eiuſ-

eiuſdem fideicommittentis poterat bona fi-
deicommiſſaria alienare, & loco illorum alia
ſubrogare, qua facultate cum in aſſignando
prædicta bona Hiacinto patri dd. Sororum
expreſſè declarauerit velle vti ſequitur, quod
5 dd. † bona in vim d. facultatis ſic aſſignata
remanſerint ſoluta à quocumque fideicom-
miſſi nexu, itaut ampliùs à fideicommiſſa-
riis illa vindicari nequeant *l. item eorum §. 1. ff.*
quod cuiuſque vniuſ nomin. Rota deciſ. 446. num. 1.
par. 1. rec. & fuit dictum *in prima deciſione huius*
6 *cauſæ coram Reuerendiſs. Tarraconen.* & † haberi
debeant, ac ſi ab eodem fideicommittente
diſtracta fuiſſent *Tiraq. de leg. connub. gloſ. 8. n. 184.*
Grat. diſcept. 416. num. 2. Rot. deciſ. 440. num. 1. par. 1.
7 *recent.* & hoc † caſu fideicommiſſarijs contrà
alienantem pro reintegratione fideicommiſſi
(quatenùs iſta non ſit ſecuta) tantummodò
competit actio perſonalis, cum hypothecaria
8 non † competat contrà grauatum in bonis
proprijs pro reintegratione fideicommiſſi, niſi
quando mala fide alienaſſet, vt fuit dictum
in Romana fideicommiſſi, ſeù Saluiani 26. Nouem-
bris 1650. coram me, in placentina bonorum 16.
Iunij 1659. coram R. P. D. meo Zarate, & in Ro-
mana Confus, ſeù Saluiani 5. Maii 1655. coram
R. P. D. meo Cerro, & ex his non obſtare di-
gnoſcitur, ſi dicatur bona aſſignata excedere
valorem bonorum liberorum ab Angela poſ-
ſeſſorum, quia donec per ipſam d. exceſſus
9 fuerit † ſer. ſer. concludentiſſimè probatus,
prout tenetur *Grat. in punct. diſcept. 766. num. 22.*
& ſeqq. Rota in Auenionen. Saluiani 10. Febr. 1651.
coram bo. me. Bichio, in Terulen. beneficij 16. Fe-
bruarij 1646. & in Bonon. bonorum 5. Iulii 1649.
coram R. P. D. meo Cerro; ſemper ei obſtabit
exceptio, quod bona libera præſumantur
æquare fideicommiſſaria diſtracta, & quod
ipſa interim teneatur ſeruare factum defuncti
ex iuribus ſupra relatis. Præterquod circa
hoc ceſſabit quælibet difficultas quotiès An-
gela dimiſerit omnia bona libera prouenien-
tia ab hæreditate Felicis; dum prædictæ Soro-
res ſe offerunt paratas dimittere bona fidei-
commiſſaria Chriſtophori.

Non obſtat, quod Angela non ſit hæres
Andreæ, ſed tantum hæres fideicommiſſaria
10 Chriſtophori, quià dum poſſidet † illius bona,
nec alium titulum exhibet, hæreditario no-
mine poſſidere præſumitur *l. pro hærede ff. de*
acq. hæred. Maſc. de conject. lib. 2. tit. 15. nu. 8. Surd.
conſ. 456. nu. 32. Mellin. deciſ. 44. & deciſ. 231. vtro-
bique num. 1. & in Farfen. bonorum. 18. Febr. 1647.
coram Reuerendiſſ. Tarraconen. præſertim dum
11 poſſeſſionem † accepit propria authoritate,
12 qualis † ſibi ex d. fideicommiſſo non compe-
tiſſet *Add. ad ſan. mem. Greg. deciſ. 98. nu. 7. Mellin.*
deciſ. 44. num. 6. & deciſ. 231. num. 2. & 3. in Roma-
na fideicommiſſi de Coſtis 14. Martii præteriti coram
13 *me*, & quod aditio bonorum, † quæ non po-
tuit fieri citrà ius, & nomen hæredis, quem
hæredem conuincat, firmauit *Rota in Neapoli-*
tana pecuniaria 22. Iunii 1639. coram me; & pari-
14 ter quod ex † poſſeſſione omnium bonorum
hæreditas cenſeatur adita, dixit *Bart. in l. genit.*
num. 1. & d. l. pro hærede §. poſſide acq. hæred. vtim

alijs relatis in Romana Caſalis 23. Martii 1637.
coram me.

Denique non obſtat ſi dicatur in hæredita-
te Chriſtophori præter nonnulla mobilia exti-
tiſſe credita aſcendentia ad ſcut. 1700. illaque
fuiſſe diſtracta à filijs Felicis, & hæredibus fi-
deicommittentis, & ſic ſaltem pro medietatè
d. ſummæ ipſi Angelæ competere actionem
dd. bonorum liberorum pro reintegrando d.
fideicommiſſo. Quia vltrà quod nulla pror-
ſùs exhibetur iuſtificatio, quod prædicta cre-
dita aſcendant ad d. ſummam, prout ad effe-
15 ctum † prætenſæ retentionis per Angelam
eſſet probandum *Rota deciſ. 559. num. 3. & 9. de-*
ciſ. 679. num. 5. par. 1. deciſ. 433. num 2. par. 2. & de-
ciſ. 743. num. 11. par. 3 rec. Buratt. deciſ. 100. nu. 14.
Caualer. deciſ. 539. nu. 6. ſa. me. Greg. XV. dec. 254.
in Tuſculana Saluiani penès Merl. de pignor. dec. 151
num 5. & ſeqq. & in Romana, ſeu Iaueñ locorum
Montium 1. Martii 1641. coram Reuerendiſs. Tar-
raconen. dum ex 43. corporibus bonorum per
dd. Chriſtophorum, & Felicem fratres relictis:
Angela 29. retinet, d. reintegratio præſumi-
tur ſaltem quouſque per ipſam contrarium
prælia redditione rationis fuerit iuſtificatum
ex iuribus ſupra relatis. Imò cum d. aſſigna-
tio ab Andrea facta Hiacintho emanauerit ex
cauſa reſidui dotis ſcut. 1000. & illius fructu-
um ſcut. 580. & iſta dos pro rata ſcut. 3000.
fuerit promiſſa ab eodem fideicommittente,
proculdubio pro dicta rata fideicommiſſum
Angelæ non ſuffragaretur, dum non eſt du-
16 bium, quin † bona fideicommiſſaria in ipſam
deuenerint cum d. onere *Bald. in l. fin. C. de dot.*
promiſſ. Honded. conſ. 50. num. 17. & ſeqq. lib. 2. Rota
deciſ. 30. num. 9. & ſeqq. par. 7. rec. cum pluribus
congeſtis *in Anconitana Dotis 24. Aprilis 1653.*
coram R. P. D. meo Cerro.

Comprobato itaque ex ſupra ponderatis
bono iure dd. Sororum de Hortentijs reſpe-
ctu bonorum contrauerſorum Domini dixe-
runt de illo conſtare etiam ad effectum ma-
nutentionis ſtante illarum anteriori poſſeſſio-
ne plenè iuſtificata, ex deductis in præteritis
deciſionibus in articulo manutentionis ad ea-
rum fauorem emanatis.

Et ita vtraq; &c.

FERRARIEN. PENSIONIS.

Mercurij 30. Maij 1657.

ARGVMENTVM.

Penſionarius anterior ad inſtar creditoris ante-
rioris venit præferendus in ſolutione penſio-
nis, & quomodo hoc procedat ſi poſterior ſit
in poſſeſſione exigendi, necnon lis adhuc pen-
deat ſuper validitate translationis penſionis
fauore anteriorum.

SVMMARIVM.

1 *Hypotheca pro penſione competit.*
2 *Creditores priores in tempore potiores in iure;* &

agitur de penſionarijs anterioribus.

3 *Penſio nil aliud eſt quam portio abſtracta à Papa à cæteris fructibus beneficij.*

4 *Hinc poſterioris impoſitio non niſi ſuper fructibus remanentibus, deducta dicta portione, ſubſiſtere valet.*

5 *Penſionarius poſterior exiſtens in poſſeſſione exigendi debet præferri tranſlatarijs anterioribus poſſeſſionem non habentibus.*

6 *Regula* qui Prior de regul. iur. in 6. *quo caſu limitetur.*

7 *Creditor annui redditus venit manutenendus donec de anterioritate concreditoris non poſſidentis diſcutiatur.*

8 *Penſionarij poſterioris quaſi poſſeſſio ſuffragatur contra titularem ſecus contra penſionarios anteriores cum ius exigendi penſionem contra titularem valdè differat à prælatione percipiendi fructus prætenſa per partes.*

9 *Exigens ab vno non poteſt petere manutentionem priuatiuè quoad alium niſi probet poſſeſſionem cum iſta qualitate.*

10 *In indicio manutentionis quæritur de concurrentium anteriori poſſeſſione ad effectum prælationis.*

11 *Penſionis fructus pro prima penſione ſunt prius hypothecati, & ſic illi anterioribus penſionarijs conſignari debent.*

12 *Nec hoc caſu creditor poſterior ſuæ poſſeſſionis ratione poteſt impedire immiſſionem anterioribus creditoribus.*

13 *Manutentionis termini nunquam competunt quando duo creditores inſtant ſibi conſignari.*

14 *Creditor liquidus debet præferri creditori illiquido, & dubio licet anteriori.*

15 *Res iudicata facit rem claram, manifeſtam, & indubitatam.*

16 *Sententia obtenta contra titularem facit ſtatum, & afficit omnes habentes intereſſe ſecundariùm*

17 *Clauſula,* Non retardata ſolutione penſionis, *operatur vt in cauſa validè non poſſit procedi niſi prius ſolutio fuerit ſequuta.*

18 *Hoc procedit etiã lite pendente ſuper illius nullitate*

DECISIO DCCCCXCIX

FVERVNT aliàs nonnullæ penſiones reſeruatæ ſuper fructibus Menſæ Epiſcopalis Ferrarien̄, & ſignantèr de anno 1585. à ſa. me. Siſto V. fuit reſeruata vna ſcut. 3000. auri ad fauorem cl. mem. Card. Alexandri Montalti, qui illam poſtea de anno 1623. tranſtulit in bo: me: Principem Michaelem Perettum, a quo poſteà eadem penſio de anno 1631. fuit iterùm tranſlata pro rata ſcut. 1500. auri ad fauorem rec. me. Card. Franciſci Peretti, & pro rata ſcut. 1000. monetæ ad fauorem Eminentiſſ. D. Card. Vrſini. Deindè de anno 1628. à ſa: me: Vrbano VIII. fuit reſeruata alia ſc. 3000. monetæ ad fauorem Eminentiſſ. D. Cardinalis Antonij Barberini, inter quos penſionarios orta controuerſia ſuper prælatione exigendi dd. penſiones, propoſui dubium quiſnam eorum eſſet perferendus, & DD. ad fauorem Eminentiſſ. D. Card. Vrſini, & D. Abbatis Poretti vti hæredis d. Card. Franciſci Montalti reſponderunt videlicèt illos eſſe

perferendos in conſignatione fructuum dictæ
Menſæ Epiſcopalis ſequeſtratorum, nam ante-
rioritas penſionis dd. translatariorum non
controuertitur, & illa admiſſa, intrat regula,
1 quod ipſi vtj † creditores priores in tempore
cum hypotheca, quæ pro penſione competit
*Rom. conſ. 388. num. 2. Gigaſ. de penſ. qu. 40. numer. 1.
& qu. 51. num. 17. Natt. conſ. 141. num. 6. Rodrig. de
conc. cred. par. 1. art. 1. num. 27. & ſeqq. Lotter. de re
benef. lib. 1. qu. 39. numer. 82. Merlin. de pignor. lib. 2.
qu. 92. num. 1. & ſeq. Rota coram ſa. me. Gregor. XV.
deciſ. 507. num. 2. in rec. deciſ. 99. num. 2. par. 1. in Ca-
narien. penſionis 15. Ianuarij 1597. coram Gipſio,
& in Caſentina coram Orano per Farinac. poſt pri-
2 mum vol. conſiliorum deciſ. 102. ante fin.* † debent
eſſe potiores in iure *ad reg. qui prior de reg. iur.
in 6. l. qui prior ff. qui pot. in pign. hab. l. 2. C. de priuil.
fiſc.* & in puncto de duobus penſionarijs con-
currentibus ad fructus beneficij grauati tradit
Salgad. in labor. cred. par. 1. cap. 42. num. 38. & me-
3 ritò, quia † penſio nihil aliud eſt quam por-
tio abſtracta à Papa à cæteris fructibus benefi-
cij *Gamm. d. l. lib. 6. n. 727. Mellin. dec. 448. n. 8. &
in rec. dec. 123. n. 2. poſt med. par. 2.* & ſic poſterio-
4 ris † impoſitio non niſi ſuper fructibus rema-
nentibus deducta d. portione ſubſiſtere valet.
Non obſtat, quòd Eminentiſſimus Card.
5 Antonius † ſit in quaſi poſſeſſione exigendi,
ideoque ratione ſuæ poſſeſſionis dd. Dominis
Translatarijs d. quaſi poſſeſſionem non haben-
tibus perferri debeat *Caph. conſ. 762. num. 26.* vbi
6 quod iſte eſt caſus, in quo limitatur † regula
*cap. qui prior de reg. iur. in 6. Maur. de retent. nu. 24.
Guit. de credit. cap. 4. quæſit. 8. num. 1468.* & quod
7 creditor † annui reditus ſit manutenendus,
donèc de anterioritate concreditoris non poſ-
ſidentis diſcutiatur *tradit Grat. diſcept. 948. nu. 11.
Rota poſt Cenc. de cenſ. deciſ. 232. num. 6.* quia præ-
ter quod d. quaſi poſſeſſio tantummodò ſuf-
fragatur contra titularem, & ad effectum ab il-
lo exigendi penſionem, ſecus contra com-
penſionarium, & ad effectum exigendi fru-
8 ctus beneficij, cum † ius exigendi pẽſionem
à titulari valdè differat à prælatione perci-
piendi fructus, prætenſa per partes: nec à
poſſeſſione vnius ad poſſeſſionem alteriùs in-
feratur, vt in indiuiduò caſus, de quo agi-
tur, firmauit *Rota in Sipontina penſionis 8. Iu-
nij 1643. §. neque refert coram bo. me. Peutingerio
9 Seraph. deciſ. 7. ad med.* vbi, quod exigens † ab
vno, non poteſt petere manutentionem pri-
uatiuè quo ad alium, niſi probet poſſeſſionem
cum iſta qualitate. Non verſamur in caſu,
quo duo, vel plures concurrunt ad poſſeſſio-
10 nem eiuſdem rei in iudicio † manutentionis,
vbi quæritur de vtriuſque anteriori poſſeſſio-
ne, nec quando debitor excipit de exiſtentia
creditorum anteriorum, nec minus quando
controuerſia eſt inter creditores ſuper ante-
rioritate, in quibus terminis loquuntur iura
ſupra relata. Sed in concurſu duorum penſio-
nariorum ſuper fructibus beneficij grauati,
11 quo caſu cum prædicti † fructus priùs ſint hy-
pothecati pro prima penſione, proculdubio
illi penſionarijs anterioribus conſignari de-
bent *Neguſ. de pignor. membr. 2. par. 5. num. 14. Paul.*

de

*de monte Pico conſ.28.num.7.Mantic.de tacit.lib.*10.
*tit.*20.*numer.*15. *& ſeq. Oſaſc.deciſ.*159. *num.*1. *&*
6.*Franc.Mar.deciſ.*371.*num.*8.*& ſeqq.par.*1. & in
indiuiduo duorum penſionariotum *Salgad. d.*
12 *par.*1. *cap.*42. *num.*38. nec hoc caſu † creditor
poſterior ratione ſuæ poſſeſsionis valet impe-
dire anterioribus creditoribus immiſsionem
*Mantic.deciſ.*42. *num.*3.*& deciſ.*69.*num.*1. & fuit
dictum *in Auximana Cenſus poſt Poſth. deciſ.*643.
13 *n.*26. nam termini manutentionis† nunquam
competunt, quando duo creditores inſtant ſi-
bi conſignari, vt benè admonet *Cenc. de cenſ.
qu.*92.*num.*20.*Poſth.obſeruat.*56.*num.*16.

Minus obſtat, quod lis adhuc pendeat ſu-
per validitate dictę translationis, ideoque D.
14 Cardinalis Antonius vti † habens creditum
liquidum, nec vnquam controuerſum ſit
perferendus DD. Translatarijs creditoribus il-
liquidis, licèt anterioribus ex *Grat.diſcept.*948.
*num.*11.*Barz.deciſ.*82. *num.*25. alijſq; relatis per
*Giurb. deciſ.*67. *num.*5. *& ſeqq.* Tùm quia ſuper
validitate d. translationis, & illius executio-
ne adſunt duæ deciſiones, nec non ſententia,
15 & res iudicata A. C. † quæ facit rem claram,
manifeſtam, & indubitatam *cap. veſtra & cap.
fin.de cohab.cler.Bart.in l.in principio q.*1. *ff.de nou.
oper.nunc.* in nihilo releuante, quod fuerit lata
contra cl. mem. Card. Macchiauellum titu-
16 larem, cum adhuc faciat † ſtatum, & affi-
ciat omnes habentes intereſſe ſecundarium,
vt poſt Cin. & alios tradit *Alex.in l ſæpè num.*60
*ff.de re iud. Peregr.art.*53. *num.*44. *Scacc. de camb.*
§.7.*gloſ.*1.*num.*138.*& ſeqq.Grat.diſcept.*2.*num.*47.
*& ſeqq. Alciat.conſ.*138.*nu.*10.*lib.*5. Tùm etiam
17 quia † cauſa reperitur in Rota commiſſa
cum clauſula, *non retardata ſolutione ad effectum,*
nè ſub prætextu prætenſæ turbiditatis crediti
eiſdem Dominis Translatarijs poſsit impedi-
ri petita ſolutio *Marcheſ.de comm. par.*1. *num.*3.
*fol.*608. *ſa: me: Greg.XV.deciſ.*36. *num.*3. *bo. me.*
18 *Coccin.deciſ.*326.*num.*1. quod procedit † etiam
lite pendente ſuper illius nullitate *Rot.dec.*436
*num.*1.*par.*3.*rec.*

Et ita vtraque &c.

VITERBIEN. SEV PISANA FERRACCI.

Lunæ 4. Iunij 1657.

ARGVMENTVM.

Mandati fines ex quibus non dicantur exceſsi,
& contractus nomine mandantis quando di-
catur initus licet illius nomine non expreſſo.

SVMMARIVM.

1 *Sententiæ validitas probatur ex reuolutione acto-
rum.*

2 *Mandatarius ex pretij mutatione non cenſetur à
mandato recedere voluiſſe.*

3 *Voluntatis mutatio non præſumitur niſi expreſsè di-
catur.*

4 *Venditores quandoque in gratia emptorum augmen-
tum pretij mercium condonant.*

5 *Contractus præſumitur geſtus in executionem præce-
dentis mandati etiam ſi de illo non fuerit facta men-
tio & num.*6.

7 *Exceſſus modici momenti in re difficilis diuiſionis
non ſolet attendi.*

8 *Mandatarys, non poteſt adſcribi ſi non conſignaue-
rint merces in certo loco N. ſi d. N. in certo loco
non exiſtebat.*

9 *Commodum, & incommodum rei æſtimatæ poſt il-
lius exonerationem ſpectat ad mandantes ſecus ad
mandatarios qui ex eorum parte omnia adimple-
runt.*

10 *Sequeſtri appoſitio ſuper re ſpectante ad mandantes
imputari debet ipſis mandantibus ſecus mandata-
rys, & præſertim ſi ſequeſtro non ita de facili po-
tuerit prouideri.*

DECISIO M.

INCONCVSSA remanent fundamenta de-
ciſionis præcedentis inſtântiæ coram R.
P. D. meo Priolo emanatæ 27. Martij 1656.
Ideoque DD. in gradu appellationis dixerunt
ſententiam totalem tanquam validam, & iu-
ſtam eſſe confirmandam.

1 Validitas enim † probatur ex reuolutione
actorum *iuxt. vulg.deciſ.*260. *Caputaq. par.*2. &
exaduerſo non controuertitur.

Iuſtitia liquet ex lectura d. deciſionis, & li-
cèt illa pro parte Brugiotti, & Mancini impu-
gnetur, ex quo Plagij non poſsint dici ſim-
plices mandatarij cum emerint Ferraccium
pro petijs octo, illudque vendiderint man-
dantibus pro petijs octo cum quarto, obie-
ctum benè diluitur *in d. deciſ.§.non obſtat*, nec
2 benè exindè infertur Plagios voluiſſe † à præ-
dicto mandato recedere ob d. pretij mutatio-
nem ex traditis per *Rim.Iun.conſ.*318.*num.*5.*Ca-
pic.latr.deciſ.*200.*num.*58.*cum ſeqq.* nam mutatio
3 voluntatis † non præſumitur niſi expreſsè di-
catur per *tex.in l.fin. C.de nouat.* etiam data ali-
quali diuerſitate *Monoch.conſ.*702.*num.*18.*Capic.
latr.d.deciſ.*200.*num.*62.*& ſeqq.*

Maximè cum inter Brugiottum, & Man-
cinum mandantes, & Plagios Mandatarios
conuentum fuerit, quod ſi totum Ferracium
expediretur, venditum cenſeretur ad rationem
petiarum octo pro quolibet milliario etiam
quoad centum milliaria, ſin verò minus, aut
ſolum centum mill. venditio facta cenſeretur
ad rationem petiarum octo cum 4. Vnde
cum mandantes totum Ferraccium non ac-
ceperint, ſed tantum milliaria centum, &
vnum eorumq; nomine fuerint tranſmiſſa
non poteſt ex hoc inferri, quod ex augmento
quarti proprio nomine emerint, aut quod
exceſſerint fines mandati, fraudemque com-
miſerint, cum euenire poſsit, quod in eo-
4 rum gratia† venditores augumentum condo-
nauerint, vt præter allegatos *in prædicta deciſ.*
§.2. quod probant *Nauarr.in manual.cap.*23.*n.*37
*verſ.quamuis, & congeſt.per Dian.reſol.moral.par.*1.
*tract.*8. *reſol.*26. & ad ſummum nil ampliùs
mandantes prętendere poſſent quam refectio-
nem prædicti quarti, non verò nouationem
5 contractus, † qui nunquam præſumitur ge-

Sſ 3 ſtus,

ctus, niſi in executionem præcedentis manda-
ti . quamuis de illo mentio facta non fuerit,
vt per *Bart. in l. qui alieno §. ſi is qui putabat ff.
de acquir. hæred. Surd. conſ. 19. ſub nu. 34. Rota coram
Greg. deciſ. 427.* vbi *Add. n. 9. cum ſeqq. & dec. 640.
num. 12. par. 1. rec.*

6 Quod autem huiuſmodi † emptio facta
fuerit nomine mandantium apparet ex litte-
ris ſuper huiuſmodi negotio inter ipſos Mer-
catores conſcriptis, & ſic cum tàm ex ante-
cedentibus, quàm ex ſubſequentibus appa-
reat emptionem fuiſſe factam nomine Bru-
giotti, & Mancini, de ea amplius dubitari ne-
quit, cum conſtet de clara voluntate manda-
tariorum, ac de poteſtate, ſiuè facultate à
mandantibus conceſſa, vt præter adductos *in
eadem deciſ. §. 1. & §. ſeqq.* declarauit *Rota deciſ. 64.
num. 3. & ſeqq. par. 6. rec.*

Nihilque refert fuiſſe emptum Ferraccium,
quod ſpectabat ad Principem Ludouiſium,
non autem quod pertinebat ad Sereniſſimum
D. Etruriæ Magnum Ducem, quia mandan-
tes hoc non petierunt, ſed voluerunt ſolum-
modò, vt tranſmitteretur de ea ſpecie, quæ
fuerat tranſmiſſa Zampichetto, empta à Mer-
catore Gallo, qui exiſtebat Liburni; Vnde
fruſtratoria eſt quæſtio, ad quem ſpectaret Fer-
raccium tranſmiſſum, quia quomodocumq;
dicatur ſemper verum ſit dicere tranſmiſſio-
nem Ferracci fuiſſe factam nomine mandan-
tium, dum fuit tranſmiſſum de eodem Fer-
raccio, quod exiſtebat penès mercatorem
Gallum liburni, vt inter contrahentes conuen-
tum fuerat.

Neque poteſt allegari, quod Plagij exceſ-
ſerint fines mandati, dum tranſmiſerunt Fer-
raccium in maiori quantitate ea, quæ illis
ordinata fuerat, quià exceſſus conſiſtit tantum
in vno milliario ſuprà centum, & cum Fer-
7 raccium non ſit ità facilis † diuiſionis, vt poſ-
ſit ad vnguem diuidi, & ſeparari, non eſt ha-
benda ratio huius exceſſus, qui non auget pre-
tium, niſi in octo petijs.

Nec magis vrget, quod Ferraccium non
fuerit cõſignatum in littore Cornetano Fran-
ciſco Raſſio iuxta litteras à mandantibus con-
ſcriptas, quià cum Brugiottus, & Mancinus
non probent d. Raſſium fuiſſe ibi præſentem
8 de tempore, † quo illuc peruenit Ferraccium
imò probetur contrarium ex fide ipſius man-
datarijs imputari non debet, ſi Raſſio Ferrac-
cium non tradiderunt *Affl. deciſ. 316. nu. 2. verſ.
oportet*, quod actor probet *Grat. diſcept. 42. n. 42.
verſ. vndecimo, & num. 43. Duran. deciſ. 346. n. 10.
Merlin. deciſ. 171. num. 10.*

Quapropter cum Plagij mandatarij adim-
pleuerint omne, & totum illud, quod pro
eorum parte adimplere tenebantur, nempè
vt eorum periculo Ferraccium aſſecuratum
perueniret ad litus Cornetanum, prout per-
uenit, ad aliud ipſi non fuerunt obligati, ità
vt ſequeſtrum, quod deindè ſuperuenit non
ſit illis adſcribendum, ſed mandantibus, ad
9 quos † commodum, & incommodum poſt
exonerationem ſpectabat, maximè cum dicti
10 ſequeſtri † periculum præuideri ita de facili
non potuiſſet, vt benè conſiderat *Aegid. Bel-
lam. conſ. 22. num. 8. & ſeqq.*

Et ita vtraq; &c.

NVLLIVS, SEV MONTIS VIRGINIS IVRISDICTIONIS.

Veneris 8. Iunij 1657.

ARGVMENTVM.

Iuriſdictio ex quibus dicatur adempta ab Epiſco-
po ex eo quod Caſtra fuerint totalitèr exem-
pta, necnon ex eo quod reſpectu inferioris
vna cum priuilegijs concurrat exercitium iu-
riſdictionis per 40. annos.

SVMMARIVM.

1 *Caſtra omnimodè exempta habentur acſi in Diœceſi
non exiſterent.*
2 *Iuriſdictionis exercitium vltra 40. annos concurren-
tibus Priuilegijs Apoſtolicis ſufficit ad acquirendam
iuriſdictionem.*
3 *Priuilegium exemptiuum quando comprehendat loca
poſt priuilegium acquiſita.*
4 *Immemorabilis poteſt dari etiam cum priuilegio
Apoſtolico.*
5 *Immemorabilis ſuper omnimoda iuriſdictione non
cenſetur interrupta ex ſubſequuta controuerſia ſu-
per aliqua collatione, & præcipuè ſi beneficium
fuerit collatum habenti immemorabilem & num. 6.*
6 *Iuriſdictionem qui actus concludant declaratur.*
8 *Iuriſdictio ſuper bonis etiam poſtea quæſitis vt di-
catur quæſita ſufficit ſi deſuper adſint priuilegia.*
9 *Priuilegia extenduntur vltra monaſteria, & mona-
chos ſi in illis detur facultas benedicendi Populum
conferendi ordines minores, & cognoſcendi cauſas
matrimoniales inter vaſſallos quæ de regularibus
non poſſunt intelligi.*
10 *Actus iuriſdictionales æquiuoci non attenduntur.*

DECISIO MI.

FVIT confirmata deciſio ędita in hac cau-
ſa ſub die 12. Iunij 1656. in qua fuit fir-
matum Abbatem Montis Virginis habere
ordinariam iuriſdictionem in Caſtris S. Marti-
ni, & Terræ nouæ, licèt ſituatis intrà fines
Diœceſis Beneuentanæ, quandoquidem, vt
ex pluribus antiquis Priuilegijs Apoſtolicis,
præſertim Alexandri, & Vrbani IV. vſu re-
ceptis, non ſolum docet dicta Caſtra eſſe om-
1 nimodè exempta, † & perconſequens perindè
habenda, acſi in Beneuentana Diœceſi non
exiſterẽt, vt præter authoritates relatas in deci-
ſione firmarunt *Mantic. deciſ. 367. nu. 2. b. m. Coc.
deciſ. 346. num. 6. Rota diuerſ. deciſ. 619. num. 1. par. 4.*
& fuit dictum *in S. Angeli Lombardorum 10. Fe-
bruarij 1640. §. quæ omnia coram bo. me. Peutingerio*
ſed etiam per plures Teſtes formitèr examina-
tos probat exercitium iuriſdictionis vltrà qua-
2 draginta annos, † quod de per ſe ſolum con-
currentibus dd. priuilegijs ſufficit ad effectum
acquirendi iuriſdictionem *cap. cum olim* ibi
legi-

legitima perſcriptio, *& cap. auditis, vbi gloſſ. de praſcript. cap. olim* 20. §. *cum igitur, vbi gloſſ. verb. nonniſi* 36. *& Abb. num.* 6. *de cenſ. Modern. de iure Abb. tom.* 1. *diſp.* 15. *par.* 10. *num.* 17. *cum alys in prædicta deciſione relatis.*

Non obſtat, quod huiuſmodi priuilegia non comprehendant Caſtra, de quibus agitur, quia cum priuilegium Vrbani IV. de anno 1263. contineat Eccleſiaſticas poſſeſſiones, & quæcumque bona, quæ Monaſterium in præſentia poſſidet, aut in futurum largitate Regum, vel Principum poterit adipiſci; Et idem Pontifex in altero priuilegio eidem Abbati concedat vſum mitræ, & baculi, benedictionem in Populum, ordinationes, benedictiones, & ius cognoſceñ de matrimonio intèr Vaſſallos, ſequitur, quod feudum Montis Fuſculi conſiſtens in Caſalibus S. Martini, & Terræ nouæ, de quibus agitur eidem Monaſterio poſt dicta priuilegia acquiſit. ex donatione ipſi facta à Ludouico de Taranto, & Ferdinando I. ratificata cum clauſula, *de nouo concedimus* anno 1535. à Carolo V. contineatur ſub dd. priuilegijs, & ſignanter ſub illo anni 1263. vt in his terminis firmauit *Rot. in Squillacen. iuriſdictionis coram Andr. dec.* 54. *num.* 11. *verſ. quo vero ad priuilegia, & num. ſeq.* & firmatur in prima deciſione, §. *quod autem.*

Idque comprobatur, nedum ex obſeruantia ſubſecuta, ex quo Abbates pro tempore in dd. Caſtris ab antiquiſſimo tempore, vſque in præſens ſemper exercuerunt omnimodam iuriſdictionem ſpiritualem priuatiuè quo ad D. Archiepiſcopum, vt deponunt teſtes formiter examinati, quorum aliqui affirmant de
4 immemorabili; † quam cum priuilegio Apoſt. poſſe concurrere, præter auctoritates relatas in deciſione quæ reuidetur firmauit *Rot. in Placentina, ſeu Abulen. Decimarum* 15. *Decembr.* 1650. *coram R. P. D. meo Celſo, & fauore Abbatis montis Virginis in Auellina Iuriſdict.* 4. *Iunij* 1646. *coram*
5 *Em. D. Card. Ottbobouo,* † quæ immemorabilis poſſeſſio ſuper omnimoda iuriſdictione non cenſetur interrupta ex illa controuerſia emergenti anno 1631. ſuper collatione Parochialis S. Martini, & delata ad Sac. Congregat. Concilij iuxta *theor. Bart. in l. de quibus in* 2. *lect. de leg.* quam pluries Rota eſt amplexa, & ſignanter in *Barchinon. Canonicatus* 15. *Decemb.* 1645. §. *nec præfata, &* 26. *Febr.* 1646. §. *deciſiones cor. Reuerend. Tarraconen. & in Barchinon, iuriſdictionis* 8. *Aprilis* 1647. *coram bon. mem. Bichio,* §. *nec refert.*
6 Præſertim quia prouiſus ab Abbate † habuit beneficium, & poſſedit vſque ad obitum *Balb. de præſcript. quæſt.* 6. *princip. quæſt.* 4. *numer.* 37. *verſ. quinto limitatur Seraph. deciſ.* 127. *num.* 14. *verſ. ſicut dicitur ſa. me. Greg. dec.* 467. *num.* 1. *Buratt. deciſ.* 176. *n.* 16. *ibique Add. lit. D.* ſed etiam ex collationibus, viſitationibus, conuocationibus, & Conſtitutionibus Synodi, alijſque actibus iuriſdictionalibus quoad vtramq; legem Diœceſanam, & iuriſdictionis recenſitis in noſtra præterita deciſione huius cauſæ, §. *quod verò*; Nec non ex regula S. Benedicti confirmata in forma ſpecifica per Sedem Apoſtolicam, vbi habetur, quod Abbas habeat iuriſdicti onem ſpiritualem, & temporalem ſuper Vaſſallos; concordant plures litteræ Apoſtolicæ directæ Abbatibus, tanquam Diœceſanis, & conſtituen. in dd. locis proprium, & ſeparatum Territorium, aliæque litteræ Sacr. Congregationis Inquiſitionis ſcriptæ Abbati vti Ordinario, nec non ſententiæ, & res iudi-
7 catæ antiquiſſimæ de anno 1328. ex † quibus iuriſdictionem inferri firmauit *Rot. in Rom. iuriſdictionis* 15. *Decemb.* 1610. *coram Sacrato, & penes Buratt. deciſ.* 944. *num.* 4. cum alijs per *Barboſ. de offic. & pot. Epiſc. alleg.* 27. *num.* 188. *& ſeq.* & in terminis eorumdem priuilegiorum fauore eiuſdem Monaſterij *Rota in S. Angeli Lombardorum iuriſdict.* 6. *Martij* 1637. *coram bo. me. Pirouan.* §. *tertio denique, & ſub die* 10. *Febr.* 1640. *coram b. me. Peutingerio,* §. *quæ omnia, &* §. *ſequen. prout admittitur in noſtra deciſ. quæ reuidetur* §. *quod verò ad dicta priuilegia.*

Minus obſtat, quod Abbas in dd. Caſtris Monaſteria non retineat, quodque eadem alias fuerint per Leonem X. an. 1515. diſmembrata, & vnita Hoſpitali SS. Annuntiatæ Neapolis, quia quicquid ſit de validitate d. diſmembrationis, & vnionis reſpectiuè, ſufficit, quod in tranſactione inita de anno 1567. iuriſdictio ſpiritualis, de qua nunc agitur per idem Hoſpitale Abbati fuit relaxata, prout illam anteà habebat, vt ſuprà, ſcilicet etiam poſt vnionem nomine d. Abbatis per locumtenentem deputatum ab Hoſpitali, iuriſdictio in eiſdem locis exercebatur. In nihilo rele-
8 uante, † quod Abbas in dd. Caſtris non retineat Monaſteria, cum ſufficiat illa vna cum Oppidis, & Terris ſibi fuiſſe donata, adhoc, vt ſuper illis in vim dd. priuilegiorum iuriſdictio acquiſita cenſeatur *l. verbum illud pertinere de verb. ſign. Pariſ. conſ.* 58. *num.* 44. *lib.* 3. *cum alys in punct. relat. in d. deciſ.* 54 *coram Andr. num.* 11. *& ſeq. & ſignanter ſub num.* 14. *in fine.*

Nec ſubſiſtit, quod dd. priuilegia non extandantur vltrà Monaſteria, & perſonas Monachorum, quia illa loquuntur generaliter de quibuſcunque bonis largitione Regum, & Principum acquireñ. & inſuper illud Vrbani IV. eidem Abbati dat facultatem benedicendi Populum, conferendi minores Ordines, cognoſcendi cauſas matrimoniales
9 inter Vaſſallos, † quæ de Regularibus non poſſunt intelligi ex fusè relatis per *Rot. dec.* 41. *num.* 3. *poſt Tambur. de iur. Abb. tom.* 3.

Denique non releuant actus iuriſdictionales, quos hodiè D. Archiepiſcopus repetit ad effectum deducendi in dd. Caſtris ſuam iuriſdictionem, quia ex illis vti æquiuocis, prætenſa iuriſdictio non reſultat, vt prædictis actibus ſingulatim diſcuſſis firmauit deciſio, quæ reuidetur, cuius fundamenta benè ſubſiſtere fuit hodiè reſolutum.

Et ità vtraque, &c.

RO-

ROMANA FIDEICOMMISSI DE CAPOGALLIS.

Veneris 18. Iunij 1657.

ARGVMENTVM.

Fideicommiſſum ex quibus dicatur purificatum fauore poſitorum in conditione vt iſtis debeatur immiſſio, ſiue ex remedio *l.fin.C.de Ed. D.Ad.tol.* ſiue ex *Saluiano*.

SVMMARIVM.

1 *Immiſſio ſiue ex remedio* l.fin.C. de Ed. D.Adr. toll. *ſiue ex* Saluiano, *competit fideicommiſſario quoties conſtat de fideicommiſſo, illius purificatione ac bonorum identitate.*

2 *Poſiti in conditione cenſentur depoſitiuè vocati ex Statuto Vrbis* lib.1. cap. 142. *etiam ſi eſſent fœmina, & num.6.*

3 *Per pupillarem ſubſtitutionem pater dicitur teſtari pro filio, & talis ſubſtitutio capit bona, & patris, & filij.*

4 *Filij in conditione poſiti cenſentur diſpoſitiuè tantùm vocati ad portiones patris ſecus patruorum.*

5 *Limitatur quando patrui prædeceſſerunt, & illorum portio fuit conſolidata in patre, cuius portio & non patruorum hoc caſu appellatur.*

7 *Bona primo loco alienata ſunt imputanda in detractiones legitimæ, & Trebellianicæ.*

8 *Cenſus impoſitus ſuper re fideicommiſſaria non ſubſiſtit.*

9 *Bona fideicommiſſaria nonniſi in ſubſidium ſunt obnoxia pro reſtitutione dotis.*

10 *Dos exceſsiua in præiudicium ſororum, & fratrum non eſt attendenda.*

11 *Pro dotis congruitate quando pater illam filiæ competentem reliquit, debet haberi relatio ad legitimam, & Trebellianicam, quæ eidem filiæ obuenire potuiſſent.*

12 *Dotis congruitas deducitur ex quota bonorum, ad qua ſecluſo fideicommiſſo filia ſuccedere potuiſſet.*

13 *Dotis Congruitas deducitur ex ſolito familiæ.*

14 *Dos conſtituenda arbitrio N. & ſecundum facultates bonorum efficit, vt conſtituens non ſolum teneatur arbitrari ſecundùm leges, & iura.*

15 *Sed amplius æquitatem, & charitatem ſpectare.*

16 *Arbitrium ſemper intelligitur conceſſum prout de iure.*

17 *Decretum Iudicis interpoſitum in contractu mulierum ex cauſa non vera, nec ſubſiſtenti corruit.*

18 *Obligatio mulierum corruit deficiente veritate cauſæ pro qua ſe obligarunt, & pro qua decretum Iudicis fuit interpoſitum.*

19 *In contractu mulierum debent interuenire duo proximiores, nec iſtorum defectum ſupplet Curatoris deputatio.*

20 *Citatio reſpectu Conſanguineorum pro validitate contractus, requiritur legitimè facta cum expreſſione horæ, loci, & qualitatis contractus celebrandi.*

DECISIO MII.

IOANNES Baptiſta Capogallus in ſuo vltimo elogio, inſtituto ſibi hærede Ioan. Baptiſta ex ſorore Nepote, cum conditione aſſumendi cognomen, & inſignia familiæ de Capogallis, eoque quandocumque decedente ſine filijs, voluit ipſius Teſtatoris domum ſitam propè Eccleſiam B. Mariæ ſuper Minerua deuolui ad Societat. Sanctiſſ. Corporis Chriſti, & alteram ad aſcenſum Marforij ad Hoſpitale B. Mariæ de Conſolatione. Defuncto Teſtatore Io. Baptiſta iunior effectus de familia Capogalla iuxta perceptum Teſtatoris ſuſcepit ex Hieronyma vxore quinque filios, conditoque teſtamento Orinthiæ, & Fauſtinæ filiabus iure inſtitutionis reliquit dotes iuxta voluntatem, & declarationem Hieronymæ vxoris, qualitatem temporis, & facultates bonorum taxandas, hæredes verò vniuerſales inſtituit Ioan. Petrum, Iacobum, & Marcum filios, illoſque adinuicem ſubſtituit vulgariter, pupillariter, & per fideicommiſſum, & in caſu obitus alicuius ex eis, vel omnium ſinè filijs legitimis, & naturalibus, tandem ſubſtitutionem repetijt fauore filiarum fœminarum, & in iſtarum defectum fauore ſororum ipſius Teſtatoris; Poſt eius obitum ſucceſſiuè deceſſerunt Marcus in pupillari ætate, Iacobus nullis relictis filijs, & vltimo loco Ioan. Petrus poſt ſe relictis Hortentia, & Alexandra, quæ per obitum patris prætendentes ad ſui fauorem fuiſſe purificatum fideicommiſſum Ioan. Baptiſtæ iunioris earum Aui, tam reſpectu tertiæ partis domus magnæ peruentæ in Marcum patruum ex hæreditate Io. Baptiſtæ ſenioris, quàm reſpectu trium domuncularum ex hæreditate Io: Baptiſtæ iunioris prouenientium, & à Gheſileriis poſſeſſarum coram A. C. iudicium immiſſionis ſuper illis ſuſtentarunt, ſententiamque fauorabilem reportarunt, ſed cauſa vigore appellationis ad Rotam delata, propoſui dubium, An dd. Sororibus ſuper dd. domibus eſſet danda immiſſio, & fuit affirmatiuè reſo-
1 lutum, quia † conſtat de fideicommiſſo, illiuſq; purificatione ad ipſarum fauorem, nec de bonorum identitate controuertitur, quibus concurrentibus eiſdem immiſſio, ſiuè ex *remed. l.fin.C.de Ed.D. Ad. toll.* ſiuè ex *Saluiano* competit, vt firmauit Rota *dec.368. num.1.par.5.rec. coram bo.me.Merlin.Decano dec.312.num.1. & 2. in Fanen. bonorum 19.Iunij 1648. coram bon. me.Arguelles, in Bonon. fideicommiſsi 5. Decembris* 1650. *coram R.P.D.meo Celſo,* & alias ſæpè.

Reſpectu ſiquidem d. tertiæ partis domus magnę clara eſt fideicommiſſi purificatio ad earum fauorem, quandoquidem dict. Teſtator quandocunque decedenti Io. Baptiſtæ iuniori ſine filijs ſubſtituit Societatem SS. Corporis Chriſti. Vndè cum ipſe obijerit poſt ſe relictis Io. Petro, Iacobo, & Marco, vtiq; *iſti*
2 vti poſiti in conditione cenſentur diſpoſitiuè vocati ex *Stat.Vrb.lib.1.cap.142.* & dixit Rota *cor.ſa.me.Greg.XV. dec. 576. num.1. & 10. coram bo.me.Merlin.dec 447.n.10.in rec.deciſ.185.num.1. & ſeq.& deciſ.248. num.1. & 2.par.7.* cum alijs relatis in *Romana fideicomm. de Rodianis 31. Maij 1638.& in Rom.ſeu Sabinen.fideicommiſsi 22. Maij* 1656.*coram me*, & per conſequens tertia pars

domus

domus præfatæ vnicuique illorum fuit quę-
ſita: Quia verò d. Io. Baptiſta iunior dd. ſuos
filios hæredes inſtitutos adinuicem ſubſtituit
vulgariter, pupillariter, & per fideicommiſ-
ſum eandemq; ſubſtitutionem repetijt fauo-
re filiarum fœminarum, caſu quo omnes
filij maſculi decederent ſinè filijs, vtique dum
Marcus deceſſit in pupillari ætate, & Iacobus
ſinè filijs, benè Hortentia, & Alexandra filię
Io. Petri vltimò defuncti inſtant pro immiſ-
ſione in portionem dicti Marci patrui, cum
3 per pupillarem pater dicatur teſtari pro filio,
& talis ſubſtitutio capit non ſolùm bona pa-
tris, ſed etiam bona ipſius filij *l. Papinianus. §. ſed nec impuberis ff. de inoff. teſt. l. ſed & ſi plures, §. ad ſubſtitutos, ff. de vulg. & pupill. Hond. conſ. 73. numer. 10. lib. 1. Surd. conſ. 31. num. 43. & conſ. 48. numer. 1. conſ. 212. num. 19. & conſ. 240. nu. 2. Fuſar. de ſubſt. quaſt. 88. per tot. Rot. deciſ. 172. numer. 3. & deciſ. 198. num. 1. par. 4.* in nihilo releuante,
4 quod filij in † conditione poſiti cenſeantur
5 dumtaxat vocati ad portionem patris, † ſecus
patruorum, quia hoc ceſſat quoties, prout in
præſenti, patrui prædeceſſerunt, illorumque
portio fuit in patre conſolidata, cum eo caſu
non patruorum portio, ſed patris appelletur
ex fusè *Congeſtis per Greg. dec. 337. n. tertio, & in Romana fideicomm. de Maximis 15. Apr. 1644. coram b. m. Peutingerio.*

Reſpectu verò domuncularum, quę proue-
niunt ex hæreditate Io. Baptiſtæ iunioris illa-
rum vocatio redditur incontrouertibilis, dum
6 ipſæ tanquam † poſitæ in conditione habeni
debent, ac ſi fuiſſent diſpoſitiuè vocatæ ex
eodem *Stat. Vrb. cap. 142.* etiam ſi ſint fœminæ
L. 1. C. de cond. inſert. iſ. Giouag. conſ. 11. lib. 2. Seraph. deciſ. 880. num. 1. cum alijs cumulatis *in Fanen. ſubſtitutionis 27. May 1647. coram Reuerend. Terracinen.*

Nec pro impedienda huiuſmodi immiſſio-
ne obſtare videntur detractiones legitimæ, &
Trebellianicæ, quæ ſunt debitæ in bonis fidei-
committentis Io. Petro dd. Sororum Patri,
à quo cauſam habent Ghiſilerii, quia de illis
dictus Ioan. Petrus fuit pluſquam ſatisfactus
ponderando, quod ſtatus hereditatis fideicom-
mittentis à partibus approbatus deducto ære
alieno vix aſcendit ad ſcut. 6197. 65. quantitas
verò legitimæ, & Trebellianicæ debita in dict.
bonis attento numero quinque filiorum non
excedit ſcutor. 934. 26. quibus ſi addantur aliæ
ſcut. 550. pro legitima in bonis maternis, &
medietate quarti dotalis ad ipſum reuerſi, de-
tractiones præfatæ conſtituunt ſummam
ſcut. 1484. 27. Vndè cum antè alienationem
dictarum domuncularum ab eodem Ioanne
Petro fuerint diſtracta bona valoris ſcu. 1618.
50. procul dubiò dd. detractiones remanſe-
runt conſumptæ, cum non ſit dubium,
7 quin † bona primo alienata ſint imputanda
in legitimam, & Trebellianicam *l. Marcellus, §. reſq. ff. ad S. C. Treb. Peregr. de fideic. art. 39. num. 4. Mangill. de imput. in legit. quaſt. 146. num. 50. Rota coram Merlin. dec. 39. nu. 9.* cum pluribus relatis *in Anxim. fideic. 31. Ianuar. 1641. & in Ariminen. Caſtrorum 17. Iunij 1644. coram me, & in Romana fideicommiſſi de Candidis 26. Iunij 1647. cor. R. P. D. meo Veroſpio.*

Nec ſuper dd. domibus Ghiſilerijs compe-
tit aliqua retentio occaſione Cenſus ſcut. 200.
impoſiti à Ioanne Petro cum obligatione
Theodoræ matris dd. ſororum, quia præter-
8 quod Cenſus † impoſitus ſuper re fideicom-
miſſaria non ſubſiſtit *Rot. apud Cenc. de Cenſ. dec. 43. num. 5. dec. 44. num. 5. & ſeq. deciſ. 59. num. 12.*
dum adſunt duæ aliæ partes d. domus magnę,
quæ liberè ſpectabant ad eumdem Ioannem
Petrum, quas hodiè Ghiſilerij poſſident ſu-
per illis dos Theodorę recuperanda veniret,
9 non autem ſuper bonis † fideicommiſſarijs,
quæ nonniſi in ſubſidium ſunt obnoxia dotis
reſtitutioni iuxta communiter notata in *auth. res quæ C. com. de leg. Petra de fideic. quaſt. 8. n. 459. Rot. deciſ. 346. num. 7. par. 5. & dec. 504. n. 5. coram b. me. Merlin. & in Romon. Cenſus 1. Martij 1641. coram Reuer. Terracin. & in Rom. dotis 5. Iun. 1651. coram me.*

Prout minus d. retentio competere poteſt
pro ſumma ſcut. 1500. ſolum pro reſiduo do-
tis 3800. à Ioanne Petro promiſſæ Fauſtinæ
ſorori, & filiæ reſpectiuè fideicommittentis,
quia cum iſte reliquerit quinque filios, duas
ſcilicet fœminas, & tres maſculos, nec non
patrimonium ſcut. 6597. proculdubiò d. dos
in ſcutor. 3800. redditur exceſſiua, ità vt illa
10 nullatenus ſit attendenda in præiudicium al-
terius ſororis, & multò magis maſculorum,
quibus alias nihil remaneret de fideicommiſ-
ſo *Rota coram Mant. deciſ. 329. num. 5. in Rom. hereditatis 14. Decembris 1646. coram bo. me. Arguelles, in Rom. dotis 15. Iunij 1648. coram Reuerend. Tarracon. in Rom. reſciſsionis tranſactionis 29. May 1648. coram Em. D. Card. Corrado*, & in alijs deductis
in *Rom. Caſalis Aguzani 29. Nouembr. 1649. §. præ-*
11 *terea, coram me,* † qui exceſſus, & quidem in
ſumma valdè conſiderabili in præſenti non
poteſt etiam controuerti, tum attenta portio-
ne legitimæ, & Trebellianicæ in ſcutor. 934. d.
Fauſtinæ debitæ, ad quam debet haberi rela-
tio pro congruitate dotis, quando pater filiæ
illam competentem reliquit, vt pluribus con-
geſtis firmauit *Rot. in d. Romana reſciſsionis tranſactionis 29. May 1648. §. quo verò ad aliam partem coram Em. D. Card. Corrado*, tum habito reſ-
12 pectu ad quotam hæreditatis, † in qua ſeclu-
ſo fideicommiſſo ſuccedere potuiſſet, vt pro
conſtitutione congruæ dotis admiſit *Rota in Rom. dotis 15. Iunii 1648. coram Reuer. Tarraconen.*
13 Tum denique inſpecto † ſolito d. familię non
recipiendi, nec dandi maiores dotes ſcu. 1200.
vt ad dictum effectum fuit ponderatum in
Ancon. dotis 5. Iunii 1651. coram me.

Non obſtat, quod præfatæ dotis taxatio
fuerit remiſſa arbitrio Hieronymæ vxoris fi-
deicommittentis, quia d. arbitrium debet re-
ſtringi ad facultates bonorum ipſius Teſtato-
ris, vt expreſsè demandauit in illis verbis, &
facultates bonorum ipſius Teſtatoris; Ideo-
14 que d. Hieronyma † non ſolùm tenebatur
ſecundùm leges, & iura dotem arbitrari ex
Iaſ. in l. ſic legatum num. 22. de leg. 1. Pariſ. conſ. 56. num. 5. lib. 1. Soccin. iun. conſ. 49. num. 16. lib. 2. ſed
am-

15 amplius æquitatem,† & charitatem ſpectare, prout dixerunt *Alex.conſ.33.num.3.lib.1.& conſ.175.n.7.lib.6.Aym.conſ.190.nu.5. Gozad. conſ.54.*
16 *num.*10. & quod arbitrium † intelligitur datum, prout de iure ſemper tenuit *Rota in rec. deciſ.38.num.18.par.6. deciſ.250.num.1.par.7. dec. 742.num.13.par.8.* & alias paſſim.

Quo verò ad ſcut.720. pro quibus prædictæ Sorores fideiuſſerunt ad fauorem Pauli Ghiſilerij pro euictione domus magnæ,& domuncularum ei venditarum per d. Ioannem Petrum, minus retentio competere poteſt, nam cum de tempore d. fideiuſſionis altera illarum eſſet ann. 10. altera verò ann.15. vtique ipſarum obligatio ſubſtineri non valet, non ſolùm ex defectu cauſæ, cum fuerit narratum Iudici dd. domos non eſſe ſuppoſitas fideicommiſſo, & pecunias debere inſeruire pro cultura vineę,quorum neutrum ſubſiſtit,
17 imò de contrario conſtat, & ſic † decretum Iudicis tamquam interpoſitum ex cauſa non vera, nec ſubſiſtenti corruit, & in conſe-
18 quentiam † etiam dd. Sororum obligatio, *l. magis puto, §. ſi æs alienum ff. de reb.cor. Bald.in l. ſi non ſortem; §. qui centum, ff. de cond. indeb. Grat. diſcept.691.num.32. & ſeq. Rota in Rom. domuncularum* 10. *Febr.* 1648. *coram me, in Roman. domus 31.Maij* 1655. *coram R.P.D. meo Beuilacqua, in Romana domus* 19. *Ianuar. &* 12.*Iun.*1656. *coram R.P.D.meo Veroſpio, &* 18. *Maij* 1657. *cor. R. P. D. meo Celſo*; Sed etiam ex defectu interuen-
19 tus duorum proximiorum, † quorum loco licet fuerit adhibitus curator, nihilominus quia aderant conſanguinei, & citatio contrà eos executa eſt ſuſpecta, talis deputatio non fuit ſufficiens, ſed illorum præſentia requirebatur *Rot.dec.203.num.1.& ſeqq.par.4.to.2. rec.* & fuit dictum in *Romana ſucceſſionis de Comitibus 23.Iunij* 1642.*coram me*, vbi firmatur,
20 quod ad d. effectum † citatio requiritur legitimè facta cum expreſſione horæ, loci, & qualitatis contractus celebrandi.

Et ità vtraque, &c.

ROMANA APPALTVS.

Veneris 22. Iunij 1657.

ARGVMENTVM.

Defalco non eſt locus quando prætenſa impedimenta vigebant tempore locationis,& præcipuè quando locatio fuit ad longum tempus,& impedimentum durauit tempore breui, aliaque plura in hac materia traduntur.

SVMMARIVM.

1 *Obligationis Cameralis effectus non retardatur exceptione Defalchi.*

2 *Affictorum ſolutio non retardatur prætextu damni quod concludenter non fuit probatum.*

3 *Conductor nullam poteſt petire remiſſionẽ ſiue Defalcum ratione damni, quando iſtud prouenit ex impedimento quod extabat tempore locationis, & n.4.*

5 *Defalcum conuentum taxatiuè in certis caſibus in aliis diuerſis illud peti nequit.*

6 *Caſus proueniens ex facto Principis non dicitur comprehenſus in renunciatione caſuum fortuitorum:*

7 *Caſus non poteſt dici fortuitus ex aliqua prohibitione Principis, quando dicta prohibitio vigebat tempore locationis, immò caſus debet eſſe inſolitus, & extraordinarius, quando aliqui caſus fuerunt excepti.*

8 *Locatio ad nouennium, & ſi in pluribus diſtributa ſolutionibus vnica cenſetur.*

9 *In locatione ad plures annos pro damno vnius anni circa fructus non fit remiſſio mercedis, ſed annus ſterilis cum fertili compenſatur.*

10 *Pro obtinenda remiſſione requiritur damnum quod ſuperet medietatem penſionis.*

11 *Remiſſio fit conductori quando deficit ſubſtantia rei conducta.*

12 *In contractu Bulli Alearum ſolus vſus licitus dicitur locatus, ac reſpectiuè conductus.*

DECISIO MIII.

CONDVXIT Azeuodus Appaltum Bulli Alearum ad nouennium pro annuis ſcu. 3150. Verùm cum de anno Iubilei 1650. ſuperuenerint bannimenta Gubernatoris Vrbis de ordine Sanctiſſimi emanata prohibentia ludos, cœpit prætendere dict. Appaltator Defalcum; Vnde dato dubio, An eſſet relaxandum mandatum, vel potiùs eſſet locus Defalco quo ad vtramque partem dubij DD. reſoluerunt ad fauorem Hoſpitalis S. Sixti, & Archiconfraternitatis Confalonis pro relaxatione mandati,& Defalchi denegatione.

Quià cum in Inſtrumento fuerint promiſſi affictus ſub obligatione Camerali, in qua continetur renunciatio omnium iurum, & le-
1 gum auxilio, † exceptio Defalchi, ſeu remiſſionis opponi non poteſt, vt in puncto dixit *Rota deciſ.311. num.5.& 8.deciſ.4. numer.1. & 2. penes Zacch.de oblig. Cameral.* & dum à principio locatores tradiderunt poſſeſſionem Bulli, illoque conductor vſus fuit ſub prætextu da-
2 mni † ſolutio affictorum retardari non debet, niſi illud plenè, & concludenter probetur, vt aduertit *Corn.conſil.128.num.27. lib.2.Rota deciſ. 727.numer.1. par.4.diu. & in Romana affictus lacus 25.Febr.1621. coram bo.me.Pirouan.*

Immò Defalcum in præſenti multipliciter excluditur.

Bannimenta enim Gubernatoris non ſunt noua, ſed innouantia præcedentium, & ſolita publicari in anno Iubilei, & potuerunt præuideri ab Appaltatore, nec tangunt immediatè prohibitionem Bulli locati, ſed tantum lu-
3 dos, Ideoque cum † impedimentum vigeret tempore locationis nulla poteſt peti à conductore remiſſio pro damno indè contingente iuxta theoricam *Bald. in l. ex conducto §.1. in princ. ff.locat. Carroc.eod.tract.tit.de remiſſ. merced. quæſt.8. num.119.Capri.latr. conſult.40. numer.29. Rota coram Coccin.deciſ.422.num.2.* Et cum conductor ſciret qualitatem Appaltus, aut ſaltem ſcire deberet nullo modo ſub tali prætextu poteſt remiſſionem prætendere *l. ſi quis domum*

§.1.

§.1.ff.locat.Rimin.iun.conſ.40.num.18.lib.1.Barz.
dec.Bononien.3.n.46.& 47.Caual.dec.618. n.6. &
ſeq. Theſ.In.quæſt.for.lib.2. quæſt.47.num.2. Capic.
Latr.d. conſ.40.n.21.

Excluditur quoque prætenſio Defalchi, ex
quo in eodem Inſtrumento ſpecialiter con-
5 uentum fuit, † quod Defalcum fieret dumta-
xat in caſum belli, peſtis, & abſentię Princi-
pis ab Vrbe, & his exceptis conductor illud
petere non poſſet ex quauis cauſa, vel capite
etiam, ſi haberet ſubſiſtentiam Iuris aſſumen-
do in ſe. ac proprio periculo omnem alium
caſum, quamuis incogitatum; Quare huiuſ-
modi pactum obſtat peritę remiſſioni aſſi-
ctus *l. ſi quis fundum in princip. ff. locat. l. licet C.*
eodem, & probant Ruin. conſil.87. numer.3.lib.1.
Becc.conſ.94.num.34.& 35. Barz. dec.19. num.1.
& ſeq. Rota d.deciſ.727. ſub n.4.verſic. quidquid ſit,
par.4. diuerſ.vetterate impreſſ. penes Zacch. de obl.
Camer.deciſ.151.& ponderat Rota deciſ.24.num.3.
par.6.rec.

6 Nec releuat, quod caſus, † de quo agitur,
proueniat ex facto Principis, ac proindè non
ſit comprehenſus in renunciatione caſuum
fortuitorum ex traditis per *Modern. Neapolit.*
tract.de renunc.cap.15.num.34. Quia cum huiuſ-
modi prohibitio vigeret etiam de tempore
locationis ſaltem in ſubſtantia, caſus non po-
7 teſt dici fortuitus, † qui vlterius debet eſſe in-
ſolitus, & extraordinarius, quando (prout hic)
aliqui caſus fuerunt excepti, vt declarant *Cra-*
uett.conſ.95.num.2. Maſtrill.deciſ.299.numer.34.&
ſeq. Buratt.dec.359.n.3.& ſeq.

Demum inefficax redditur dicta exceptio
Defalchi in caſu noſtro, cum Appaltus ſit ad
8 nouennium, & cenſeatur vnica † locatio licet
pluribus ſolutionibus diuiſa pro maiori com-
moditate contrahentium, vt per *Bart. in l. ſi*
ſerui communis §.fin.nu.7.ff.de ſtipul.ſer. Surd.conſ.
39.num.51. Tunc enim non eſt habenda ratio
damni contingentis in aliquo anno, ſed toto
9 tempore locationis, compenſando † annum
fertilem cum ſterili *iux. text.in cap. propter ſteri-*
litatem de locat.l.ſi vno ff.eod.tit.Bald.in dict.l.licet.
q.10.C.locat. Surd,conſ.34.num.9.Rota reſpondendo
contrarijs d.dec.151.n.7.& 8. Coccin.d.dec.422.n.1.

Cæterum Azeuedus nec etiam in anno Iu-
10 bilei iuſtificauit damnum, † quod ſuperet
medietatem penſionis, vt requiritur ad obti-
nendam remiſſionem *l ſi merces 25. §. vis maior*
ff.locat. cum alijs latè adductis à *Barboſ.in.d.cap.*
propter ſterilitatem numer.3. Coccin. dicta dec.422.
num.17. Imò conſtat in dicto anno fuiſſe ven-
ditas aleas ex partitis extractis ex libris fa-
bricantium, de quibus in *Summ.num.9.* & cō-
ductorem percepiſſe à tribus fabricatoribus
tantum, ex quinque in Vrbe exiſtentibus ſcu.
2523. *Summar.num.11.* quibus ſi addatur ſum-
ma per ipſum exacta ab alijs duobus, nec non
ab ijs, qui extra Vrbem incumbūt huiuſmo-
di miniſterio certè non poteſt dici, quod paſ-
ſus fuerit damnum, ſed potius quod magnū
perceperit lucrum etiam in dicto anno.

Ex quibus patet gratis exaduerſo dici ban-
11 nimenta perciiſſe † ſubſtantiam rei locatæ,
quo caſu eſt facienda remiſſio *Peregr. conſ.98.*
num 5. in fin.lib.5.Coſt.Papien.conſ.10. num.30.&
ſeq.Maſtrill.deciſ.299.num.110.Surd.deciſ.326. nu-
mer.55. Cum nunquam fuerit prohibitum
Bullum Alearum locatū, neque inſtrumen-
ta apta ad illarū fabricationem fuerint aſpor-
tata ad officium Gubernatoris, prout præci-
pitur in iiſdem bannimentis, conſiderando
præcipuè huiuſmodi gabellam fuiſſe impoſi-
tam firmis remanentibus bannimentis in pę-
nam ludere volentium, vt habetur in motu
proprio ſa.me. Sixti V. qui adhoc vt ludentes
poſſent moleſtari illā ad ſcu.7.mil. reduxit ad
6. mil, cum expreſſa declaratione facta in
Chirographo particulari, quod per huiuſmodi
appaltum non intendebat vllo modo permit-
tere vſum; & ludum Alearum; Vndè patet,
12 quod ſolum vſus † licitus, & permiſſus fuit
locatus, ac reſpectiuè conductus in dicto con-
ttactu, qui fuit initus ad formam Motus pro-
prij, & Chirographi ad *text.in l.quoties ff.de reb.*
dub, Mant.de tacit.lib.1.tit.17. à num.1. & præſer-
tim *num.31.* & proptereà concluſio circa per-
emptionem ſubſtantiæ rei locatæ nullatenus
applicatur.

Et ita deciſum vtraque parte &c.

AVENIONEN. TRANSACTIONIS.

Veneris 22. Iunij 1657.

ARGVMENTVM.

Filij in conditione Poſiti ex quibus cenſeantur diſpoſitiuè vocati, Bulla Pij V. reuocatoria legitimationum in præiudicium ſubſtitutorum quando non habeat locum filiatio ex quibus probatur.

SVMMARIVM.

1 *Tranſactio læſiua non ſubſtinetur.*
2 *Etiam ſi in ipſa adeſſent clauſulæ ampliſſimæ.*
3 *Subſtitutio litteralis alia non indiget probatione.*
4 *Poſitus in conditione ſi ſit de deſcendentibus ex quibus cenſeatur diſpoſitiuè vocatus.*
5 *Filius naturalis legitimatus comprehenditur ſub cōditione, ſi ſine filijs naturalibus & legitimis ad excluſionem ſubſtituti.*
6 *Qualitas de legitimo matrimonio adiecta in antecedentibus inſtitutionibus & ſubſtitutionibus non cenſetur repetita immo conſulto ommiſſa in gradu in quo illa non fuit adiecta.*
7 *Qualitas de legitimo matrimonio nunquam cenſetur repetita quoties poteſt aſſignari aliqua diuerſitatis ratio.*
8 *Bulla Pij V. reuocatoria legitimationum in præiudicium ſubſtitutorum non habet locum quando conſtat de vocatione naturalium legitimatorum.*
9 *Filiatio ad effectum ſucceſſionis in bonis Patris probatur ex denominatione, tractatu legitimatione, ac inſtitutione licet ſecus ſit reſpectu tertij.*
10 *Filiatio etiam reſpectu tertij probatur quando concurrunt multa adminicula præter ſupra recenſita.*
11 *Filius vt præſumatur potius Patris quam adulteri duo requiruntur matrimonium, & cohabitatio coniugum de tempore conceptionis.*

DE-

DECISIO MIV.

HENRICVS de anno 1647. coram Emi-
nentiſs. D. Card. Corrado obtinuit ſibi
alimenta, & ſumptus litis adiudicari in bonis
Franciſci Aui, & Henrici ſenioris ſui patris;
& quia ſubindè paupertate oppreſſus renun-
ciauit tam paternæ, quam auitæ ſucceſſioni
ad fauorem Franciſci iunioris mediante tran-
ſactione, qua dictus Franciſcus ſingulis annis
ſcut. 144. eidem ſoluere promiſit pro dictis
alimentis, & tandem in ſe reuerſus præuia
abſolutione à Iuramento intentauit cauſam
reſciſſionis d. tranſactionis, eadem cauſa mi-
hi commiſſa propoſui dubium, quod DD.
pro reſciſſione tranſactionis affirmatiuè re-
ſolnerunt.

Ratio decidendi fuit, quia cum d. Henricus
paternæ hæreditati renunciauerit, ceſſeritque
pinque fideicommiſſum Franciſci ſui Aui,
nec quidquam ex tranſactione receperit præ-
1 ter alimenta iam ſibi conceſſa, † tranſactio eſt
læſiua, nec ideo poteſt vllo modo ſuſtineri,
l. 1. ff. de tranſact. Rot. deciſ. 461. num. 7. par. 1. recent.
coram Penia deciſ. 242. num. 3. aliiſque adductis in
Romana hæreditatis 30. Ianuar. 1654. coram R. P. D.
meo Beuilaqua, & in Romana tranſactionis 21. Iunij
1655. *coram R. P. D. meo Celſo*, Quamuis etiam
2 clauſulæ † ampliſſimæ in ea reperiantur ap-
poſitæ, vt per *Rot. deciſ. 121. numer. 20. verſ. non*
obſtant coram Durano, & in Romana reſciſſionis
tranſactionis 16. Iunii 1651. coram Eminentiſſimo
Corrado.

Quod autem d. Henricus eſſet vocatus tam
ad bona patris, quam aui patet, ex quo Hen-
ricus ſenior eius pater grauauit vxorem hæ-
redem inſtitutam de reſtituenda ſua hæredita-
te Henrico de Labeau ſuo filio naturali, & le-
gitimato; Franciſcus verò ſenior eius auus
Laurentio, & Henrico ſuis filiis decedenti-
bus ſine filiis legitimis, & naturalibus ſubſti-
tuit alios liberos maſculos legitimos, & na-
turales ex ſuo legitimo matrimonio naſcitu-
3 ros, litteralis enim † ſubſtitutio in bonis pa-
tris alia non indiget probatione *l. 1. ff. de reſtit.*
in integr. & licet in teſtamento aui dictus Hē-
ricus reperiatur ſolum in conditione poſitus
4 tamen † quia agitur de deſcendentibus, con-
curruntque plures coniecturæ deſumptę à vo
catione filiorum ex filiabus, à reciproca inter
filios facta ex qualitate legitimitatis, & digreſ-
ſu ad plures gradus, ex his cenſetur diſpoſiti-
uè vocatus, vt pluries firmauit *Rota in Auxi-*
mana fideicommis 22. Martij 1638. §. quod autem,
& in Bonon. fideicommiſſi 26. Nouembr. eiuſdem anni
coram me.

Non obſtat, quod ipſe ſit naturalis, quia
5 cum fuerit legitimatus † comprehenditur ſub
conditione ſi ſinè filiis naturalibus, & legiti-
mis ad excluſionem ſubſtituti, prout de com-
muni teſtatur *Rip. in l. ex facto num. 84. ff. ad Tre-*
bell. Craſſ. §. fideicommiſſum, q. 38. nu. 2. verſ. ſecunda
opinio Rot. deciſ. 600. num. 2. & 3. p. 3. & deciſ. 100.
num. 6. p. 5. recent.

6 Nec valet replicatio, quod † teſtator in
antecedentibus, & ſubſequētibus fecerit men-
tionem filiorum de legitimo matrimonio,
quia cum fuerit omiſſa in gradu d. Henrici
iunioris nullo modo cenſetur repetita, ſed
potius conſulto omiſſa *Becc. Conſ. 189. num. 41.*
lib. 2. Hier. Leo deciſ. 91. num. 23. lib. 1. Rot. dec. 350.
num. 5. poſt 2. vol. conſ. Farnacc. in rec. dec. 388. n. 12.
par. 1. in Bononien. de Maluetijs 23. Martij 1609. co-
ram Card. Sacrato, & coram Eminentiſſ. Card. Ottho-
bono deciſ. 252. num. 6. & 12. Præcipuè, quia in
primo gradu teſtator dictam qualitatem vide-
tur expreſſiſſe, ne legitimatus excluderet altū
filium iam de ſuo legitimo matrimonio na-
tum, & à ſe hæredem inſtitutum, & in gradu
fœminarum ſubſtitutarum, ne vitam dege-
rent impudicam, quotieſcumque enim poteſt
aſſignari aliqua ratio diuerſitatis qualitas de
7 legitimo † matrimonio nunquam cenſetur
repetita *Soccin. iun. conſ. 77. num. 26. lib. 3. Menoch.*
conſ. 266. num. 21. Eugen. conſ. 29. numer. 33. & ſeq.
lib. 2. Fuſar. de ſubſtit. qu. 407. num. 26. & qu. 450.
num. 112.

Nec refragatur Bulla Pij V. reuocatoria
legitimationum factarum in præiudicium
ſubſtitutorum, nō ſecus ac clauſula ſine præ-
iudicio venientium ab inteſtato legitimationi
adiecta, quia vbi, prout in caſu conſtat de vo-
8 catione † ceſſat quodcunque præiudicium
Mareſc. var. reſol. lib. 2. cap. 88. num. 1. & ſeq. Rota
coram Seraph. deciſ. 880. num. 1. & in rec. deciſ. 600.
n. 10. p. 3. & dec. 100. n. 56. p. 5.

Minuſque obſtat, quod filiatio d. Henrici
ſufficienter non probetur ad effectum ſucceſ-
ſionis, quia licet denominationes tractatus †
7 legitimatio, & inſtitutio probaret ſolum filia-
tionem reſpectu patris, & non tertij, vt in *Ro-*
mana alimentorum 1. Febr. 1640. §. adhuc admiſſa,
& 31. Ianuarij 1656. in fin. coram me. Tamen vbi
10 concurrunt † alia adminicula, prout multa
in caſu recenſentur in *deciſ. Eminentiſſimo Card.*
Corradi edita ſub die 28. Ianuar. 1647. tunc ea
omnia ſimul iuncta etiam contra tertium, &
ad effectum ſucceſſionis perfectam probatio-
nem inducunt *Rot. apud Seraph. deciſ. 300. num. 3.*
apud Greg. dec. 247. num. 16. & 17. in rec. deciſ. 439.
num. 13. p. 5. tom. 2. & in Romana fideicommiſſi de
Griffonibus 10. May 1656. §. filiatio in fine coram
me.

Cui reſponderi non poteſt, quod Cathari-
na mater Henrici eſſet coniugata de tempore
11 conceptionis, quia ad hoc, vt † vigeat præ-
ſumptio legis miles *§. defuncto ff. ad l. iul. de adul.*
duo copulatiuè debent probari matrimoniū,
& cohabitatio coniugum de tempore con-
ceptionis, vt pluribus comprobat deciſio hu-
ius cauſæ *§. nam quatenus coram Eminentiſſ. Card.*
Corrado, & in Romana filiationis 27. Iunij 1650.
§. elicitur coram eodem, quæ probatio in præſen-
ti deficit.

Nec demùm obſtat, quod d. Henricus ex
ſubſecuta receptione aliquarum pecuniarum
videatur tranſactioni obtemperaſſe; Quia
vel potuit citra approbationem tranſactionis
pecunias recipere loco alimentorum ſibi ab
hoc S. Tribunali adiudicatorum, vel ſaltem
ſumma eius paupertas in actis probata eum
eximat à quocunque præiudiciali ex rationi-
bus

bus plenè deductis in *deciſ. Eminentiſſ. Card. Corradi* §. *non obſtat*.
Et ita vtraque &c.

ROMANA OFFICII.

Lunæ 25. Iunii 1657.

ARGVMENTVM.

Habens reſeruationem decreti ſuper aliquo officio vacabili dicitur habere illius abſolutum dominium.

SVMMARIVM.

1 *Tranſlatarius repræſentat transferentem, & dicitur habere dominium officij ſibi tranſlati.*
2 *In contractu quando fuerunt adiecta verba importantia dominii tranſlationem, hoc præualere debet & corruit pactum hypothecæ vti debilius.*
3 *Tranſlatio decreti intelligitur in ſua latitudine hoc eſt cum tranſlatione dominij.*
4 *Pignus licet regulariter inuito debitore diſtrahi nequeat, ſecus tamen eſt ſi ex pacto hoc fuerit permiſſum.*
5 *Citatio non eſt neceſſaria quando iſta fuit remiſſa.*
6 *Debitor ſi conſentiat venditioni pignoris ſi ipſe non ſoluat debito tempore, non debet citari in diſtractione ſi deficit in ſolutione.*
7 *Citari non debet is qui contradicere & actum impedire non poteſt.*

DECISIO MV.

NON obſtantibus per Maros deductis, ſeù potius denuò inculcatis DD. confirmarunt deciſionem editam die 2. Iunij 1656. in qua fuit firmatum reſignationẽ officij, de quo agitur ſubſtineri ex rationibus, & fundamentis in deciſione deductis.

Nam ex deductis patet officium non fuiſſe creditoribus Iulij dumtaxat pignoratum, ſed in eorum dominium tranſlatum, quia dictus Iulius in executionem reſeruationis decreti factæ ad ſui fauorem in limine emptionis cũ libera facultate de eodem diſponendi, conſenſit tranſlationi eiuſdem decreti, ſeù facultatis diſponendi ad fauorem creditorum; Quamobrem cum ſibi competeret facultas de eo diſponendi etiam cum tranſlatione do-
1 minij, totumque † ius ſibi competens tranſtulerit in dictos creditores vtique in eoſdem tranſtuliſſe videtur dominium ex allegatis in deciſione.

Non obſtat, quod in inſtrumento ſocietatis initæ cum R. P. D. Vecchiarello legatur in ſpecie promiſſa obligatio, & hypotheca, quoniam cum hoc eidem Iulio non permitteretur ſine licentia Põtificis, inſpici debet actualis ipſa reſeruatio decreti à Papa ſignata, & admiſſa, in qua nulla fit mentio obligationis, & hypothecæ, imò nec habetur relatio ad inſtrumentum ſocietatis, licet etiam vbi facta cenſeretur in illius executionem, imò & repetita fuiſſent verba in ſocietate adiecta, dum vlterius addita fuerunt verba importantia do-
2 minij tranſlationem: hæc † præualerent, & corrueret pactum hypothecæ vti debilius, vt in propoſito de reſeruatione dominij, & ſpecialis hypothecæ latè cõprobat *Cyriac. controu. forenſ. cap. 425. num. 40. & 41.* quem refert, & ſequitur *Merlin. de pignor. lib. 4. tit. 1. q. 41. num. 68.* In ſocietate tamèn inita cum R. P. D. Gamma, nullum verbum legitur, hypothecam præſe-
8 ferens; Vnde tranſlatio decreti ad ipſius fauorem intelligitur in ſua latitudine, hoc eſt cũ tranſlatione dominij. vt ſæpè dixit Rota ſignanter in *Romana pecuniaria 6. Maij 1649. coram R. P. D. meo Celſo, & in Romana officii Notariatus 27. Iunij 1650. & 4. Decembris 1651. coram R. P. D. meo Veroſpio.*

Sed dato etiam quod officium fuiſſet dumtaxat pignoratum creditoribus adhuc reſignatio ſubſtineretur propter explicitam facultatem eiſdem traditam vendendi officium, illudque reſignandi quandocũque ſibi placuerit, inuito etiam, & contradicente Iulio, nam
4 licet regulariter † pignus à creditore diſtrahi non valeat inuito debitore, ſecus tamen eſt ſi ex pacto hoc fuerit eidem indultũ, quod validum eſſe, & ſubſtineri monet *Bart. in l. creditores num. 13. C. de pignor.* & relatis alijs per *Merlin. de pignor. lib. 4. q. 119. num. 1.* & in terminis ſimilium officiorum admiſit *Rot. in Romana Officij Notariatus proximè allegata*; & ſic patet omiſſionem citationis nihil facere, cum ſi illa fuiſſet adhibenda, debuiſſet fieri contra Iulium ad præſtandum cõſenſum reſignationi, alias haberi pro præſtito, nam cum talis requiſitio
5 fuerit † remiſſa ex forma ipſius decreti nullo modo fuit neceſſaria, vt dixit *Rot. in dicta Romana officij Notariatus coram R. P. D. meo Veroſpio*
6 *ſupra alleg.* Hinc ſi debitor † conſentiat venditioni pignoris, ſi ipſe non ſoluat debito tempore, non debet citari in diſtractione illius, ſi defecerit in ſolutione *gloſ. in l. creditor verb. teſtator C. de diſtract. pign. Bald. in l. ordo C. de exec. rei iud. Neguſ. de pignor. par. 6. membr. 1. num. 4. Merlin. eodem tract. lib. 4. q. 106. num. 1.* Imò cum fuerint addita verba ipſo inuito, & contradicente, non erat Iulius vllo modo citandus nam fru-
7 ſtra fieri debet citatio, † quando quis contradicere, & actum impedire non valet *l. qui poteſt 27. ff. de reg. iur. Gabr. de citat. concluſ. 1. numer. 348. Rot. coram Buratt. deciſ. 12. num. 15. & in Vrbeuetana Cenſus 23. Februarij 1654. coram bon. mem. Bichio.*

Ex quibus cum alijs in deciſione deductis DD. vtraque parte informante iterum reſpõderunt reſignationem ſubſtineri.

BONONIEN. FIDEICOMMISSI DE MONTERENTIIS.

Mercurii 27. Iunij 1657.

ARGVMENTVM.

Aegidianæ quando ſit locus: Dotes congruæ quibus concurrentibus reputentur; Electio perſonæ in alterius arbitrio an poſſit remitti declaratur.

SVMMARIVM.

1 *Aegidianæ excludenti appellationem in poſſeſſorio, eſt locus quando ſententia lata eſt in poſſeſſorio inter perſonas laycas ſuper bonis merè laycalibus, & apparet valida & iuſta.*

2 *Immiſſio fideicommiſſario quibus concurrentibus ſit concedenda, & num. 3.*

4 *Statutum Bononiæ permittit ſemel appellare in quolibet poſſeſſorio etiam ad effectum ſuſpenſiuum.*

5 *Statutum ordinatorium non extenditur extra territorium.*

6 *Aegidiana intrat in quacunque inſtantia, & ſic etiam in ſecunda ſententia, quæ non ſit prima reuocatoria.*

7 *Statutum Bononiæ permittens appellationem in quolibet poſſeſſorio non poteſt habere locum niſi ad effectum deuolutiuum quando agitur in iudicio immiſſionis vigore teſtamenti.*

8 *Appellatio non eſt deneganda quando ſententia continet mixturam.*

9 *Mixtura vt reddat ſententiam appellabilem & excludat Aegidianam, debet continere complicationem proprietatis & poſſeſſorij.*

10 *Immiſſio ſemper datur ſuper certis corporibus pro certa & determinata rata, habita ratione ad exceptionem partis.*

11 *Tituli fideicommiſſi canonizatio quando fit ad effectum poſſeſſorij nunquam dicitur continere mixturam.*

12 *Sententia concepta per Capitula ſeparata non excludit Aegidianam in Capitulis poſſeſſoriis, ſed tantum datur appellatio ab illis Capitulis à poſſeſſione diſtinctis.*

13 *Aegidiana non excluditur ex capite iniuſtitiæ ſententiæ niſi iſta ſit patens & ex eiſdem actis.*

14 *Dos à Patre filiæ conſtituta congrua cenſeri debet adeo vt filia conqueri non debeat.*

15 *Paterna pietas optimum conſilium pro filia capere præſumitur.*

16 *Nullus Amor paternum vincit.*

17 *Filia debet eſſe contenta dote ſibi à Patre conſtituta vigore ſtatuti Bononiæ.*

18 *Pro dotibus taxandis inſpici debet quantitas patrimonij & qualitas perſonarum.*

19 *Neptes ex filio naturali & ſic ex radice infecta Aui nobilitate gaudere non debent.*

20 *Electio iuuenis ſubſtituti omnino dependens ab arbitrio tertij non ſuſtinetur.*

21 *Hoc procedit in electione incerti, de penitus incertis, ſecus incerti de certo genere perſonarum & ad quã electionem executores poſſunt adſtringi.*

22 *Perſonæ electio alieno arbitrio de iure permittitur dummodo non ſit commiſſa voluntatis ſubſtantia.*

Diſpoſitio remittens alterius arbitrio electionem incerti de certo genere perſonarum eo magis ſuſtinetur ſi iam electio fuerit ſequuta, & aſſignatur ratio, & num. 24.

DECISIO MVI.

PER ſententiam Auditoris generalis Legationis Bononiæ fuit conceſſa immiſſio Ioſepho Bolognetto in bonis à q. Sebaſtiano de Monterẽtiis fideicõmiſſo ſubiectis, & ſignãter in prædio tornatur. 14. & ſito in loco nũcupato Capella Alemannorũ poſſeſſo à Paula, & Cecilia filiabus Hieronymi primi grauati; hæc ſententia in gradu appellationis fuit confirmata ab A. C. exceptis tantum tornaturis duabus cum dimidia, pro quibus conceſſit d. Ceciliæ retentionem: ab hac vltima ſententia interpoſita fuit appellatio pro parte dictarum ſororum, & cauſa fuit commiſſa in Rota cum clauſula conſtito quod ſit locus Aegidianæ; Quapropter ad formam dicti reſcripti propoſito dubio fuit reſponſum eſſe locum Aegidianæ; ea ratione, quia ſententia eſt lata in poſſeſſorio inter perſonas laycas, & ſuper bonis merè laycalibus, & apparet va-
1 lida, & iuſta, † quibus concurrentibus intrat Aegidiana, vt in ſimilibus terminis fuit dictũ *coram ſanc. Gregor. XV. deciſ. 491. num. 5. vbi Adden. coram bon. me. Merl. deciſ. 11. num. 1. in Romana hæreditatis de Scarſellis 27. Iuny 1646. coram R.P. D. meo Celſo, in Romana domuncularum 10. Febr. 1648. coram me, & in Bonon. hæreditatis 30. May 1653. coram* R.P.D. *meo Meltio.*

Validitas ſiquidem ſententiæ nõ impugnatur, & illius iuſtitia eſt patens, dum de fideicommiſſo, illiuſque purificatione ad fauorem d. Ioſephi hodie Sebaſtiani cõſtat ex electione facta per Prẹſides Montis Pietatis Ciuitatis Bonon. de perſona dicti Ioſephi vigore facultatis eis tributæ in teſtamento d. Sebaſtiani ſenioris, identitas verò bonorum non controuer-
2 titur; quibus ita ſe habentibus † immiſſio rectè fuit cõceſſa ſiue in vim *l. fin. C. de Ed. D. Ad. toll. Bald. conſ. 89. lib. 1. Peregr. de fideicomm. art. 44. nu. 1. & ſeq. Fuſar. de ſubſt. q. 616. num. 1.* & in alijs pluribus relatis in *Fanen. Bonorum 19. Iunij 1648. coram bon. mem. Arguell. & in Interamnen. fideicommiſſi 11. Martij 1654. coram R. P. D. meo Celſo,*
3 ſiue † vigore vtilis Saluiani interdicti, quod æquè competit pro adipiſcenda bonorum fideicommiſſariorum poſſeſſione *Rot. penes Seraph. deciſ. 828. num. 1. Merlin. dec. 244. num. 14. deciſ. 454. & deciſ. 613. vtrobique num. 2. & dec. 644. num. 1. & in recent. deciſ. 88. num. 1. & 2. par. 7.* & fuit nuper dictum in *Romana fideicom. de Capogallis 18. huius menſis coram me.*

4 Non obſtat ſtatutum † Bononiæ permittens ſemel appellare in quolibet poſſeſſorio etiam ad effectum ſuſpenſiuum, quia dum vltima ſententia eſt lata in Curia dictum ſta-
5 tutum † non intrat, cum vti ordinatorium extrà territorium non extendatur, & fuit dictum in *Bononien. Legati de Mareſcott. 24. Nouembris*

bris 1627. coram me; & in pluribus congeſtis in
Bonon. fideicommiſſi de Amorinis 21. Iunij 1649. co-
6 ram R.P.D. meo Meltio, & quod † Aegidiana
ſibi vendicet locum in quacunque inſtantia,
& ſic etiam in ſecunda ſententia, quæ non ſit
primę reuocatoriæ dixit Rot. coram Card. Caual.
deciſ. 42. num. 3. deciſ. 69. num. 2. inter rec. deciſ. 173.
num. 3. par. 1. & in Bononien. fideicommiſſi de Rubeis
16. Martij 1648. coram me. Præter quod cum
7 hodie agatur † in iudicio immiſſionis vigore
teſtamenti dictum ſtatutum non poſſet habe-
re locum, niſi ad effectum deuolutiuum ex
fusè relatis in proximè allegata Bononien. fi-
deicommiſſi de Amorinis coram Reu. P. Domino meo
Meltio.

Minus pro excluſione dictę Aegidianæ ob-
ſtat prætenſa mixtura ſententiæ A. C. dum
reſeruat fauore Ceciliæ duas tornaturas cum
dimidia, & dum concedit immiſſionem in
reſiduo prædij, quæ videtur eſſe quædam ſpe-
cies liquidationis, & maximè dum virtuali-
8 ter canonizat fideicommiſſum, † quapropter
appellatio non ſit deneganda, quia mixtura,
9 vt † reddat ſententiam appellabilem, exclu-
datque Aegidianam, debet continere com-
plicationem proprietatis, & poſſeſſorij, vt ex-
plicat Contard. ad l. vnic. limit. 2. num. 10. Rot. in
Calagnritana decimarum 27. Iunij 1653. §. nec in-
tereſt coram R.P.D. meo Zarate. Vnde cum in
præſenti prædicta diuiſio ratæ prædij fuerit fa-
cta ad effectū poſſeſſorij ceſſat allegata cōpli-
10 catio, cū ſemper immiſſio † detur ſuper certis
corporibus pro certa, & determinata rata, ha-
bita ratione ad exceptionem partis, vt benè
reſpondet Rot. coram Seraph. deciſ. 64. num. 3. &
ſeqq. & in Romana fideicommiſſi de Spiritibus 14.
Iunij 1645. §. fin. coram R.P.D. meo Cerro. Ca-
11 nonizatio enim tituli, nempè fideicommiſſi,
quando fit ad effectum poſſeſſorij nunquam
dicitur continere mixturam, vt fuit firmatū
in Auenionen. ſeu Carpentoraten. Iuriſpaſcendi
7. Iunij 1627. coram bo. me. Virili, & in Bononien.
fideicommiſſi de Rubeis 16. Martij 1648. §. fin. co-
ram me. Vltrà quod cum dicta ſententia A.
C. fuerit concepta per capitula ſeparata, pro-
cul dubio non excluditur Aegidiana, cum eo
12 caſu † appellatio tantummodo detur ab illis
capitulis diſtinctis à poſſeſſione, vt tradit Veſtr.
lib. 7. cap. 3. ſub num. 8. verſ. idem denique Marcheſ.
de commiſſ. par. 1. num. 57. & 58. fol. 1003. vbi te-
ſtatur de ſtylo Rotæ, & ampliat in iudicio vi-
gore l. fin. C. de Ed. Diu. Adr. toll. & idem firmat
Scacc. de appell. q. 17. lim. 6. membr. 9.

Nec dicta ſententia poteſt redargui de iniu-
ſtitia, ex quo attento teſtamento aui dictarum
ſororum dotes per patrem in libris 1000. ipſis
aſſignatę prætendantur incongruæ, ità vt
pro illis augendis eis competeret retentio ſu-
per toto prædio cōtrouerſo, quia præterquod
ad effectum excludendi Aegidianam iniuſti-
tia ſententiæ debet eſſe patens, & ex eiſdem
13 actis manifeſtè probata, Gabr. conſ. 36. numer. 1.
lib. 2. & deciſ. 445. num. 8. par. 1. diuerſ. dictus te-
ſtator non deſtinauit certas, ac determinatas
dotes fœminis deſcendentibus, ſed illarum
taxationem reliquit arbitrio boni viri, & iux-
ta vires hæreditarias; & propterea cum illa-
rum pater ſtatus hæreditatis benè conſcius
dictas dotes fuerit arbitratus in lib. 1000. pro-
cul dubio congruæ reputari debent. cum re-
14 gulariter † dos à Patre filiæ conſtituta con-
grua cenſeatur, adeò vt filia conqueri non
valeat Ruin. conſ. 27. ſub num. 13. verſ. & in caſu no-
ſtro lib. 3. Iaſ. conſ. 231. num. 4. lib. 2. & conſ. 133. eo-
dem num. 4. vol. 4. Hond. conſ. 63. num. 85. lib. 2. Maſ-
card. de prob. qui plures cumulat concl. 570. n. 1.
Ioſeph Ludon. deciſ. Peruſ. 21. num. 52. Mant. deciſ.
329. num. 2. Rot. deciſ. 581. n. 3. in fin. par. 1. & deciſ.
195. n. 3. & 9. p. 2. recent. & coram bo. me. Burat. dec.
894. n. 2. & merito, quia paterna † pietas opti-
15 mum conſilium pro filia capere præſumitur
l. nec in ea de adult. ita vt nō videatur poſſe alteri
videri incompetens. quod patri cōpetens viſū
16 fuit, cum nullus † amor paternum vincat,
l. fin. C. de curat. furioſ. & in puncto de dote à
patre conſtitura pluribus cumulatis compro-
bauit Maſcard. de prob. d. concl. 570. num. 1. & ſeqq.

Quæ dotis conſtitutio eò magis in præſenti
17 attendi debet, † ne dum inſpecta diſpoſitio-
ne ſtatuti Bononiæ, quod filia debeat eſſe cō-
tenta dote à Patre ſibi conſtituta, vt per Fu-
ſar. de ſubſtit. q. 531. num. 117. in fin. Rot. deciſ. 195.
num. 5. par. 2. recent. Sed etiam àttentis viribus
patrimonij ad nihilum ferè redacti, ad cuius
vires teſtator voluit haberi relationem in do-
tibus conſtituendis, qualitate tam ipſarū mu-
lierum vti prouenientium à dicto Hierony-
mo filio naturali, quam etiam virorum, qui-
bus fuerunt nuptæ, cum alter illorum eſſet
Tabernarius, alter verò Molinarius, & ſic per-
18 ſonæ viles quas † qualitates ad effectum ta-
xandi dotes omninò eſſe attendendas diſpo-
ſuit tex. in l. quæro 60. & l. cum poſt 69. §. gener. ff.
de iur. dot. dixerunt Gabr. conſ. 20. num. 76. & ſeqq.
vol. 2. Honded. conſ. 64. num. 12. & ſeqq. vol. 2. Ho-
diern. ad l. hac edictali q. 23. numer. 33. & firmauit
Rot. coram bo. mem. Buratt. deciſ. 108. num. 8. & in
alijs pluribus congeſtis in Romana taxationis
dotis 28. Martij 1631. coram me. In nihilo rele-
uante, quod ipſæ mulieres reſpectu aui ſint de
19 conſpicua, ac nobili familia, quia † vti pro-
uenientes ab illius filio naturali, & ſic à radi-
ce infecta, aui nobilitate gaudere non debent
iuxt. tradit. per Bald. in l. cum antiquioribus n. 12.
C. de iur. delib. Tiraq. de nobilit. cap. 15. nu. 10. Pa-
leott. de not. & ſpur. cap. 61. num. 7. & ex his non
obſtare dignoſcitur, quod filiabus idem Auus
reliquerit libr. 12000. pro earum dotibus, quia
illæ vti legitimæ, & naturales Patris nobilita-
te gaudebant, nec fuerunt nuptæ viris abie-
ctis, & vlterius patrimonium non erat dimi-
nutum, imò valdè pingue exiſtebat.

Denique non releuat, quod dicta ſubſtitu-
20 tio iuuenis vti † collata in liberam collatio-
nem dd. Præſidentium ſit omninò dependens
ab arbitrio tertij, & per conſequens non ſub-
ſtineatur Menoch. conſ. 408. num. 22. & ſeq. Peregr.
de fideicom. art. 33. num. 57. cum concordantibus
relatis per Rot. coram Seraph. deciſ. 359. numer. 12.
21 nedum quia in præſenti non † fuit commiſſa
electio incerti pœnitùs de incertis, ſed reſtri-
cta ad certum genus perſonarum, nempè ad

adoleſcentem annorum 15.& bonæ indolis,&
ſic ceſſat periculum deceptionis, & fraudis,
ex quo eſt præſcripta lex, quam executores
ſeruare debent, & ad cuius formam dd. Præ-
ſidentes cogi potuiſſent *Mobed. deciſ.6.num.1.
ad med. verſ. cum poſſit agi illam facere de teſtam.
Ruin.conſ.19.nu.6.Peregr.de fideicom. alleg. art.33.
num.57.Cancer.var.p.3.cap.20.nu.93.* reſtringens
ſolum cum *Peregrin.vbi ſupra* quando numerus
certorum eſſet valdè effrenatus, vt ſi relictum
eſſet vni Barchinonenſi, & ſequitur *Hod. ad
Surd.dec.98.num.16.& 21.* Sed etiam quia non
22 ſubſtantia † voluntatis, ſed ſola perſonæ ele-
ctio alieno arbitrio fuit commiſſa, quod de
iurè permittitur iuxta diſtinctionem *text. in l.
verum §.cum quidem ff.de reb.dub.* quem ſequitur
*Bart. in l.illa inſtitutio num.2.ff.de hared. inſt.Ruin.
conſ.19.nu.7.lib.2.Mart.de ſucceſſ.legal.par.4.q.11.
art.2. num.7.Cancer.var.lib.3.cap.20.num.91.Ma-
ranta reſponſ.9.num.49. & ſeqq.par.4.* & melius
Rot.penes Mobed.dicta dec.6.de teſtam. vbi in pun-
cto de ſimili ſubſtitutione pueri per alium
22 eligendi,imò cum iam fuerit † ſecuta electio
eò magis dicta diſpoſitio valida dici debet,
cum hoc caſu ceſſet principalis ratio, ob quã
huiuſmodi diſpoſitiones improbantur,ſcilicet
quod non ſecuta electione diſpoſitio redde-
retur fruſtratoria, & ſic deceptoria, ex quo
24 nulla ſupereſſet perſona, † quæ poſſet ad-
mitti, vt notant *DD. in l. quidam relegatus,
& in l. verum §. cum quidam ff. de reb. dub.* &
benè conſiderat *Berou. conſ.23.num.31. verſ.ſe-
cundo videtur vol. 2.& Cancer. var. par. 3.cap.20.
num.92.*

Et ita vtraque &c.

FAVENTINA IVRISPATRONATVS.

Mercur. 4. Iulij 1657.

ARGVMENTVM.

Clauſula verificato prius iurepatronatus ex fun-
datione, vel dotatione operatur quod abſque
dicta iuſtificatione litteræ Apoſtolicæ execu-
tioni nõ poſſint demandari; Et quę requiran-
tur pro d.clauſulæ iuſtificatione.

SVMMARIVM.

1 *Litteræ Apoſtolicæ non debent exequi abſque iuſtifi-
catione narratorum.*
2 *Probatio Iuriſpatronatus ex fundatione deficit dum
non exhibetur fundationis inſtrumentum.*
3 *Gratia abſque iuſtificatione iuriſpatronatus ex fun-
datione nullatenus impetranti ſub dicta narratiua
ſuffragatur.*
4 *Clauſula verificato prius patronatu ex fundatione
importat formam & conditionem, qua non verifi-
cata nihil dicitur in eſſe deductum.*
5 *Quaſi poſſeſſio præſentandi in verificatione narra-
tiuæ medietatis vocum eſt attendenda.*
6 *Valor narratus vti pars gratiæ coram executore iu-
ſtificari debet.*
7 *Clauſula dummodo alteri non ſit ius quæſitum,
præſeruat gratiam collitigantis cui iam fuerat ius
quæſitum.*

DECISIO MVII.

VACATA de menſe Octobris 1655. Pa-
rochiali S. Potiti per obitum Camilli
extra Romanam Curiam defuncti ad bene-
ficium præſentati fuerunt Hieronymus Van-
dinus, qui præuia inſtitutione poſſeſſionem
fuit adeptus, & Balthaſar Taronus, qui aſſerẽs
ſe habere medietatem vocum obtinuit à Pa-
pa derogationem alterius medietatis directã
Vicario Fauentino cum clauſula, verificato
prius iurepatronatus ex fundatione, vel do-
tatione; quia vero dictus Taronus ſuccubuit
in partibus: cauſa appellationis mihi com-
miſſa, propoſui dubium, an ei danda eſſet im-
miſſio, quod DD. negatiuè reſoluerunt pro-
1 pter † litteras non iuſtificatas *iuxt.text.in cap.1.
delit.conteſt.in 6. Caſ. de Graſſ. deciſ. 2. de probat.
Rot. in recent. deciſ. 251. numer.2. par. 2. & alibi
ſæpè.*

Etenim non probat, prout ipſe tenetur be-
neficium eſſe de iurepatronatus ex fundatio-
ne, vel dotatione habere medietatem vocum
Patronorum, & fructus beneficij non aſcen-
dere ad ducatos 80. auri de Camera.

2 Primo probatio † Iuriſpatronatus ex fun-
datione deficit,dum non exhibetur fundatio-
nis inſtrumentum *Rot.deciſ.218. num.22. par.6.
recent. & in Gerunden.beneficij 4. Iuly 1642. coram
3 bon.mem.Bichio*; Nec propterea † poteſt gratia
vllo modo Tarono ſuffragari, *Rot. deciſ. 531.
num.1.par.1.diuerſ. & coram Duran.deciſ.87.n.17.*
4 præcipuè quia † clauſula verificato priùs pa-
tronatu ex fundatione importat formam &
conditionem, qua non verificata nihil dicitur
in eſſe deductum, vt per *Garz. de benef. par.6.
cap.2.num.63.Viuian.de iurepatr.par.2. lib. 13. c.8.
num.496.in fin.p.2.Caual.deciſ.560.num.1.verſ.ſed
etiam coram Duran.d.deciſ.87.num.18.in recent.de-
ciſ.251.num.2. par.2.coram Buratto deciſ.178.n.1.
in Aprutina, ſeù Aſculana Iuriſpatronatus 19. Ia-
nuarii 1618. coram bon. mem. Sacrato, & in Piſto-
rien. ſeù Nullius beneficij 18. Decembris 1634. co-
ram me.*

Secundo deficit medietas vocum, quia
cum ſint quinque familiæ in quaſi poſſeſſio-
ne præſentandi, vt conſtat ex vltima præſen-
tatione Camilli per cuius obitum beneficium
vacauit, & ex his tres Vandinum, duæ verò
Taronum præſentauerint: iſte minorem par-
5 tem reportauit, & huiuſmodi † quaſi poſſeſ-
ſio præſentandi in verificatione narratiuæ
medietatis vocum apprimè eſt attendenda,
*cap. Conſultationibus 19. de iurepatron. Lambert. de
iurepatron.art.1.q.3.par.1.lib.2.numer.8. & art.23.
q.9.par.3.lib.2.Rot,coram Merlin.deciſ.450. n.1.&
in Beneuentana iuriſpatronatus 26. Iunii 1647. co-
ram me.*

Hinc verò parum refert, quod dictus Ta-
ronus fuerit etiam præſentatus ab hominibus
Villæ S. Potiti, quia nullibi docetur, quod
iuſpatronatus ad eos ſpectet, vel quod ſint in

Digitized by Google

quaſi poſſeſſione præſentandi; prout requireretur ex authoritatibus proximè allegatis.

6 Tertiò demùm non iuſtificatur † valor
narratus, qui vti pars gratiæ coram executore erat iuſtificandus. *Rota coram Greg. deciſ. 13. num. 1. & coram Buratt. deciſ. 18. num. 9.* & ex his
Tarano ſuam gratiam non iuſtificante, gratia
Vandini remanet in ſuo roborè ex ipſa etiam
7 clauſula, † dummodò alteri non ſit ius quæ-
ſitum, quæ in litteris Taroni reperitur adiecta *Rot. deciſ. 97. per tot. par. 3. rec. & coram Buratt. deciſ. 316. num. 17.*

Et ita vtraq; &c.

ROMANA VINEAE.

Merc. 4. Iulij 1655.

ARGVMENTVM.

Obligatio facti alieni quando ſuſtineatur, & obligatus inualidè poſſit conueniri.

SVMMARIVM.

1 *Contra obligatum in forma Cameræ ad factum relaxatur mandatum perſonale.*

2 *Obligatio facti alieni non ſuſtinetur.*

3 *Obligatio de faciendo ratificare N. non dicitur verè obligatio facti alieni, ſed proprij licet ſit ordinata ad executionem facti alieni.*

4 *Amplia accedentibus tùm clauſula quod faciendo poſſibilia non excuſetur quo caſu nec diligentiæ adhibitæ obligato ſuffragantur: Tùm iuramento promittentis num. 5.*

6 *Conductor de iure tenetur curare ne res conducta efficiatur deterior.*

7 *Deterioratio reſultat eoipſo quo arbores non cæduæ fuerunt inciſæ.*

8 *Conductor tenetur reficere deteriorationes.*

9 *Deterioratio procedit tàm in arboribus fructiferis, quàm infructiferis, & recenſentur multæ ſpecies arborum.*

10 *Extirpantes vites æquiparantur latronibus.*

11 *Conductor ad tempus nunquam à præſtatione damnorum, & intereſſe excuſatur quoties re conducta arbitrio boni viri vſus non fuit nec curauit, vt opera ruſtica benè, & ſuis debitis temporibus præſtarentur.*

12 *Amplia accedente pacto ſpeciali appoſito in Inſtrumento.*

13 *Probatio per aſpectum, & euidentiam rei ſuperat omnes alias probationes.*

14 *Liquidatio damnorum remanet iuſtificata ex relatione peritorum, & ſignantèr tertij electi de ordine Iudicis.*

15 *Relatio à qua non fuit appellatum, ampliùs impugnari nequit.*

16 *Liquidatio damnorum in re conducta admittit iuramentum locatorum.*

17 *Damnum datum in arboribus caſis poteſt de iure probari iuramento locatoris.*

18 *Suſpicionis allegatio de tertio Perito debet ſperni quando præcedentèr alij duo Periti paritèr fuerunt ſuſpecti allegati.*

DECISIO MVIII.

REVERENDVS Pater Dominus Iulius Cincius, & Petrus Lilius poſt emptionem vineæ, de qua agitur, & poſt reportatam à Petro de Maximis illius venditore, ceſſionem omnium iurium ipſi competentium aduerſus conductores tàm ratione deteriorationis dictæ Vineæ, quàm rerum in illa deficientium, vti in venditione comprehenſarum, illius poſſeſſionem fuerunt adepti, nec non in Dominos recogniti à Laurentio Piccione, vti aſſerto Procuratore Chirografario R. P. D. Ripæ, Chirografum penes ſe habere aſſerente, cum promiſſione de rato, cum clauſula, *Ita quod &c.* & cum obligatione de dimittendo d. Vineam finitis Vindemijs, & de obſeruando omnia pacta cõtenta in Inſtrumento affictus inter dictum venditorem, & affictuarios de anno 1652. celebrato, quæ pacta cum emptores poſtmodum adinuenerint non fuiſſe adimpleta, imò contrà formam d. Inſtrumenti fuiſſe cæſas nonnullas cupreſſus, vites, aliaſque arbores de ſui natura non cæduas, & factas alias deteriorationes, d. Laurentium conuenerunt coram R. P. D. Manfronio Iudice S. Spiritus ad facieñ ratificare dictum R. P. D. Ripam iuxtà formam ſuæ obligationis, contrà quem, vti nihil opponentem, fuit relaxatum mandatum executiuum ad factum, & ſucceſſiuè contrà eumdem dd. emptores proceſſerunt ad liquidationem damnorum, & intereſſe, obtinueruntq; eligi peritos, & fieri acceſſum pro oculari inſpectione dd. damnorum, & dictus R. P. D. Manfronus pro nonnullis illorum partitis decreuit mandata executiua, à quibus mandato, & decretis cum fuerit appellatum, in gradu recurſus fui ab Eminentiſs. Vrbis Vicario Protectore S. Spiritus deputatus. Vndè dedi dubium, An dd. mandatum, & decreta ſint exequenda, fuit affirmatiuè reſolutum, quandoquidem illorum validitas non reuocatur in dubium, & iuſtitia reſpectu d. mandati ad factum eſt manifeſta, cum fuerit relaxatum
1 vigore obligationis Cameralis factæ per Laurentium de faciendo ratificare R. P. D. Ripam qui cum promiſſionem non adimpleuerit, imò nullas fecerit diligentias, meritò contrà ipſum fuit relaxatum d. mandatum *l. 4. §. ſi intrà diem ff. de damn. infect. Rota in Peruſina Dotis coram Otthembergo apud Marcheſ. par. 2. fol. 538. n. 2. & poſt Zacch. de oblig. Camer. deciſ. 262. num. 9. & ſeq. & latè in Aſculana renunciationis 22. Maij 1651 & 1. Iulij 1652. coram R. P. D. meo Cerro.*

2 Non obſtat, quod obligatio † facti alieni
non ſubſtineatur *Bart. in l. ſtipulatio iſta ante. n. 1.*
3 *verſ. teneo ergo ff. de verb. oblig.* quia iſta † non
dicitur verè obligatio facti alieni, ſed proprij, licet ſit ordinata ad executionem facti alieni, *§. ſi quis alium inſtit. de inut. ſtip. l. quoties ff. de verb. oblig. Pariſ. conſ. 109. ſub nu. 7. verſ. prædictis tamen non obſtantibus, & num. ſeqq. & conſ. 110. num. 2. lib. 1. Mantic. de tacit. lib. 14. tit. 33. num. 7. & tit. 34. nu. 1. & in d. Aſculana renunciationis 22. Maij 1651. & 1. Iulij 1652. coram R. P. D. meo Cerro;* quæ

faci-

facilius procedunt in præſenti, nè dum atten-
4 ta † clauſula, ita quod faciendo poſſibilia non
excuſetur, vt aduertit *Ioſeph Ludou. comm. op.*
concluſ. 14. illat. 87. verſ. ſi tamen Vinc. de Franc. de-
ciſ. 624. num. 1. & per tot. nam tali caſu diligen-
tiæ, quatenus fuiſſent adhibitæ, non ſuffra-
garentur ex voluntate, & conuentione par-
tium, *vt in d. Aſculana renunciationis coram R. P.*
D. meo Cerro, & in alijs relatis per adden. ad ſan.
mem. Greg. XV. deciſ. 241. num. 8. verſ. hac concluſio.
5 Verum etiam concurrente † iuramento eiuſ-
dem promittentis *Mant. de tacit. d. lib. 14. tit. 33.*
num. 3. verſ. ſed contraria, Bertazz. de clauſ. clauſ. 4.
gloſ. 1. in fin. Sanchez. de matrim. lib. 1. tit. de ſponſ.
diſput. 14. num. 7.

Prout non minus iuſtitia eſt certa reſpectu
dd. decretorum pro damnis, & intereſſe, cum
nulli dubium ſit, quod d. Laurentius, vti
6 conductor † de iure tenebatur curare, ne di-
cta vinea efficeretur deterior *l. videamus 12. §. ſi*
hoc in locatione in fin. ff. locati. Quod cum non
fecerit, imò multas cupreſſus, vites, aliaſque
arbores non cæduas incidendo vineam nota-
7 biliter † deteriorauerit, vt ex *l. ſed, & ſi glan-*
des, & l. arboribus in princ. ff. de vſufruct. alijsque
pluribus authoritatibus in puncto ponderauit
Rota coram Durano deciſ. 345. nu. 6. Proculdubio
8 præfatas deteriorationes † reficere tenetur *l.*
cum conductorem C. locati l. praeſes, & l. in duobus §.
colonus ff de iur. iuran. leg. in fraudem §. conductor.
ff. de iur. fiſc. leg. ſi merces § culpæ ff. locati. Et de
9 arboribus ſucciſſis † *dicta leg. in duobus §. colonus*
ff. de iur. iuran. ſiuè ſint fructiferæ, ſiuè non,
ſed magnæ, & non germinales *l. ſi vſusfructus*
§. ſi inter duos ff. de vſufruct. Cepoll. in tract. de ſer-
uit. ruſtic. præd. cap. 81. nu. 16. fol. 74. Bald. conſ. 290.
num. 2. & 3. vol. 2. vbi reddit rationem, quia
non ſunt in fructu, ſed in proprietate *Barboſ.*
in l. diuortio §. ſi fundum nu. 7. verſ. ſed quæſtionis eſt,
& num. 8. vbi de platanis, & ſimilibus, *ff. ſol.*
matrim. & ſequitur *Gutier. de tutel. par. 3. cap. 27.*
num. 18. & 19. & in indiuiduo de cupreſſis eſt
textus in *leg. competit. & ibi gloſ. in caſu, & in verſ.*
amenitas ff. quod vi, aut clàm, & in leg. in fraudem
§. colonus ff. de iur. fiſc. & de vitibus in *leg. ſcien-*
dum ff. de arbor. furt. caſ. & ibi gloſ. vbi extirpan-
10 tes † vites æquiparantur latronibus, Condu-
11 ctor † enim ad tempus (quidquid ſit in
Emphiteuta, & conductore perpetuo) nun-
quam à præſtatione damnorum, & intereſſe
excuſatur, quoties re conducta arbitrio boni
viri non fuit vſus, nec curauit, vt opera ruſti-
ca benè, & ſuis debitis temporibus præſta-
rentur *dicta l. ſi merces §. conductor ff. locati, latè*
Burſatt. conſ. 53. n. 13. & ſeq. lib. 1. Ciriac. contr. 229.
num. 18. & ſeqq. Rota deciſ. 241. num. 2. par. 2. diuerſ.
Quod etiam abſque aliqua hæſitatione proce-
dit in præſenti, ex quo ad id tenebatur ex pa-
12 cto, † & conuentionibus in inſtrumento af-
fictus appoſitis *Burſatt. d. conſ. 53. num. 13. & ſeq.*
cum alijs iuribus proximè relatis, *& Portuen.*
Affictus 2. May 1652. coram bon. mem Bichio.

Nec de damnis videtur ambigendum, cum
13 de illis ſatis conſtet ex deſcriptione † facta à
Notario coram Iudice, & teſtibus, per aſpe-
ctum, & euidentiam rei, quæ ſuperat omnes
alias probationes *Calcan. conſ. 83. num. 7. Gabr.*
conſ. 192. num. 5. lib. 2. Mantic. de tacit. lib. 8. tit. 14.
num. 1. & fuit dictum *in Bononien. Molendini 11.*
Ianuarij 1621. coram bon. mem. Reuerendiſſimo
Seleucien. nec minus de illorum quantitate;
cum illa paritèr plenè remaneat iuſtificata ex
14 relatione † peritorum, & præſertim tertij ele-
cti de ordine Iudicis iuxtà doctrinã, *Bart. in l.*
vnus §. principalitèr ſub num. 8. verſ. dicit tamen ff.
de recept. arbitr. Rota in Romana Saluiani interdicti
poſt Marcheſ. tom. 1. fol. 1059. num. 2. & in recent. de-
ciſ. 18. eodem num. 2. & in Romana Vinea 24. Fe-
bruarij 1644. coram bo. me. Peutingerio; Eoque
15 magis cum dicta relatio † per Laurentium
amplius impugnari nequeat, dùm ab illa non
appellauit *leg. ad ſolutionem C. de re iudic. Aymon.*
conſ. 108. num. 3. Rota in Romana pretij viridarij 1.
Iuly 1622. coram Vbaldo, in recent. deciſ. 393. n. 2.
par. 4. in Firmana Prædij 26. Iunij 1643. coram
Reuerendiſſimo Carillo, & coram Eminentiſſimo
Otthobono deciſ. 7. numer. 5. Præterquod ad effe-
16 ctum † liquidandi d. damna ſufficiebat iura-
mentum locatorum *gloſ. in l. actionem ff. in lit.*
iuran. Plot. in l. ſi quando num. 774. C. vnde vi, Ca-
put. deciſ. 119. n. 8. par. 2. Menoch. de arbitr. caſ. 543.
17 *num. 8.* & in indiuiduo quod damnum † da-
rum in arboribus cæſis ſoleat, & poſſit de iu-
re probari iuramento ipſius locatoris tradit
Burſatt. conſil. 70. num. 33. & Plot. vbi ſupra n. 872.

Nõ obſtat quod tertius peritus adhuc fuerit
per Laurentium allegatus ſuſpectus, quia cum
prius alios duos ſuſpectos iurauerit, benè po-
18 tuit hæc vltima † allegatio ſuſpicionis, tan-
quam calumnioſa ſperni; vt dixit *Rota coram*
Eminentiſs. Domino Card. Otthobono deciſ. 245. n. 4.
& 5. & coram bo. me. Bichio in Romana meliora-
mentorum 16. Iuny 1653.

Et ità altera &c.

BONONIEN. SEPARATIONIS BONORVM.

Veneris 26. Ianuarij 1652.

Per errorem ſuo loco non repoſita.

ARGVMENTVM.

Manutentio debetur habenti poſſeſſionem ex
pacto præcarij ad ſui fauorem appoſito in ali-
quo Inſtrumento.

SVMMARIVM.

1 *Solutio crediti probanda eſt concludentèr.*
2 *Mulier prædium in dotem aſſignatum in illius reſti-*
tutione tenetur recipere ex Statut. Bon. libr. 4.
ſub rubr. de dotib. reſtit. §. item dicimus.
3 *Identitas rei probari debet.*
4 *Poſſeſſor anterior manuteneri debet, etſi ſit mulier*
quæ teneatur recipere prædium in dotem aſſigna-
tum donec de identitate diſcutiatur manuteneri
debet.
5 *Solutio facta in vnam cauſam, in aliam referri non*
debet.

DECI-

Digitized by Google

DECISIO MIX.

ADHVC Dominis viſa ſunt ſubſiſtere fundamenta deciſionis editæ ſub die 27. Maij 1650. in qua fuit reſolutum eſſe dandum Diamanti Sighigellæ mandatum de manutenendo, nàm illius poſſeſſio probatur ex pacto præcarij ad illius fauorem appoſito per Paulum virum, & Iacobum Socerum in Inſtrumento dotali ſub die 2. Ianuarij 1627. celebrato, & obiectum ſolutionis dotis illius, per quam excluderetur illius manutentio ſuper prædio de quo agitur, non ſubſiſtit, cum
1 huiuſmodi ſolutio† non probetur concludentèr, prout omninò neceſſarium eſſet, cum de illius credito dotali plenè conſtet ex d. publico Inſtrumento, & apocha propria Mariti manu conſcripta *l. 1. Cod. de probat. gloſſ. in l. 2. in verbo repellere &c. C. de iur. Emphit. Natt. conſ. 226. num. 3. Rot. penes Seraph. deciſ. 372. num. 1. ſan. mem. Gregor. deciſ. 139. per tot. & Buratt. deciſ. 199. n. 12. & ſepè in alijs.*

Non enim releuat quod ipſa Diamantes te-
2 neatur † recipere pro reſtitutione d. eius dotis prædium, in eam cauſam Marito aſſignatum pro ſumma librarum 25000. vt ſpecialitèr diſponit *Stat. Bonon. lib. 4. ſub rubr. de dotibus reſtituen. §. item dicimus*, quod ſi dos data fuerit, vel confeſſata in totũ, vel pro parte aliqua in rebus immobilibus æſtimatis fol. 239. Tùm quia non ſatis conſtat, quod idem prædium remanſerit in hæreditate viri. Nam Inſtrumentum diuiſionis relatum *in Sum. Hi-*
3 *politi ſub num. 7.* † non demonſtrat identitatem, vt neceſſarium eſſet *l. ſi in rem 6. in fin. ff. de rei vendicat. l. 1. §. ſi quis argentum ff. de poſ. l. in actione 19. ff. de furt. Rota penes Seraph. deciſ. 1137. num. 1. & deciſ. 441. num. 1. cum ſeqq. par. 1. diuerſ. ac penes ſa. me. Greg. XV. deciſ. 195. n. 5. & Buratt. dec. 189. num. 2. & deciſ. 191. num. 17.* Tùm etiam quia Statutum prædictum non ſimplicitèr adſtringit mulierem ad recipiendum, ſed ad electionem eius, qui dotem reſtituere debet, & habita ratione meliorationis, vel deteriorationis ipſius rei, inſpecto vtroque tempore, ſcilicèt, dotis traditæ, vel confeſſatæ, ac reſtituendæ, vt in eo legitur *fol. 241. verſ. habita*
4 *ratione &c.* Ideoque donec fiat † declaratio, & liquidatio prædicta non decet Diamantem creditricem, ac poſſiditricem anteriorem Hipolito, eius poſſeſſione priuari *Rota penes Buratt. deciſ. 179. num. 6. in rec. deciſ. 150. ſub nu. 7. cum ſeqq. par. 7.* ac alijs cumulatis probat deciſ. quę reuidetur *in §. nõ obſtat prætenſa poſſeſſio &c.*

Prout minus obſtat quod d. Diamantes in eandem cauſam dotis poſt mortem viri, ex hæreditate eius receperit libras 8000. Quia contrarium probatur ex ipſo inuentario, relato *in Summ. Hipoliti ſub num. 3.* in quo legitur
5 eam recepiſſe † ſummam prædictam in aliam cauſam, ſcilicèt, *A conto di quello, che il detto Sig. Paolo le deue dare per l'hæredità Sighicella &c.* cuius ſanè electioni, ac declarationi, cum non fuerit in ipſo actu receptionis dd. pecuniarum à debitore, vel eius hæredibus oppoſitum, ſeù contradictum, non poſſunt vtiq; in aliam cauſam referri, ſeù imputari, donec ſaltem fuerit à Iudice aliter diſcretum *l. 1. §. quoties verò ff. de ſolut. l. ſi vſuras Cod. de vſur. Rota penes Buratt. deciſ. 284. ſub num. 2.* & propterea cum ex prædictis appareat allegatam pro parte Hipoliti ſolutionem dotis Diamantis liquidè, ac clarè non iuſtificari, meritò ipſa eſt intereà manutenenda in poſſeſſione bonorum, de quibus agitur, ex allegatis *in deciſione, quæ confirmatur.*

Et ita vtraque &c.

bus plenè deductis in *deciſ. Eminentiſſ. Card. Corradi §. non obſtat*.

Et ita vtraque &c.

ROMANA OFFICII.

Lunæ 25. Iunii 1657.

ARGVMENTVM.

Habens reſeruationem decreti ſuper aliquo officio vacabili dicitur habere illius abſolutum dominium.

SVMMARIVM.

1 *Translatarius repræſentat transferentem, & dicitur habere dominium officij ſibi translati.*

2 *In contractu quando fuerunt adiecta verba importantia dominii translationem, hoc præualere debet & corruit pactum hypothecæ vti debilius.*

3 *Translatio decreti intelligitur in ſua latitudine hoc eſt cum translatione dominij.*

4 *Pignus licet regulariter inuito debitore diſtrahi nequeat, ſecus tamen eſt ſi ex pacto hoc fuerit permiſſum.*

5 *Citatio non eſt neceſſaria quando iſta fuit remiſſa.*

6 *Debitor ſi conſentiat venditioni pignoris ſi ipſe non ſoluat debito tempore, non debet citari in diſtractione ſi deficit in ſolutione.*

7 *Citari non debet is qui contradicere & actum impedire non poteſt.*

DECISIO MV.

NON obſtantibus per Maros deductis, ſeu potius denuò inculcatis DD. confirmarunt deciſionem editam die 2. Iunij 1656. in qua fuit firmatum reſignationē officij, de quo agitur ſubſtineri ex rationibus, & fundamentis in deciſione deductis.

Nam ex deductis patet officium non fuiſſe creditoribus Iulij dumtaxat pignoratum, ſed in eorum dominium translatum, quia dictus Iulius in executionem reſeruationis decreti factæ ad ſui fauorem in limine emptionis cū libera facultate de eodem diſponendi, conſenſit translationi eiuſdem decreti, ſeu facultatis diſponendi ad fauorem creditorum; Quamobrem cum ſibi competeret facultas de eo diſponendi etiam cum translatione do-
1 minij, totumque† ius ſibi competens tranſtulerit in dictos creditores vtique in eoſdem tranſtuliſſe videtur dominium ex allegatis in deciſione.

Non obſtat, quod in inſtrumento ſocietatis initæ cum R. P. D. Vecchiarello legatur in ſpecie promiſſa obligatio, & hypotheca, quoniam cum hoc eidem Iulio non permitteretur ſine licentia Pōtificis, inſpici debet actualis ipſa reſeruatio decreti à Papa ſignata, & admiſſa, in qua nulla fit mentio obligationis, & hypothecæ, imò nec habetur relatio ad inſtrumentum ſocietatis, licet etiam vbi facta cenſeretur in illius executionem, imò & repetita fuiſſent verba in ſocietate adiecta, dum vlterius addita fuerunt verba importantia do-
2 minij translationem: hæc † præualerent, & corrueret pactum hypothecæ vti debilius, vt in propoſito de reſeruatione dominij, & ſpecialis hypothecæ latè cōprobat *Cyriac. controu. forenſ. cap. 425. num. 40. & 41.* quem refert, & ſequitur *Merlin. de pignor. lib. 4. tit. 1. q. 41. num. 68.* In ſocietate tamen inita cum R.P.D. Gamma, nullum verbum legitur, hypothecam præſe-
3 ferens; Vnde translatio decreti ad ipſius fauorem intelligitur in ſua latitudine, hoc eſt cū translatione dominij. vt ſæpè dixit Rota ſignanter in *Romana pecuniaria 6. Maij 1649. coram R.P.D. meo Celſo, & in Romana officii Notariatus 27. Iunij 1650. & 4. Decembris 1651. coram R. P. D. meo Veroſpio.*

Sed dato etiam quod officium fuiſſet dumtaxat pignoratum creditoribus adhuc reſignatio ſubſtineretur propter explicitam facultatem eiſdem traditam vendendi officium, illudque reſignandi quandocūque ſibi placuerit, inuito etiam, & contradicente Iulio, nam
4 licet regulariter † pignus à creditore diſtrahi non valeat inuito debitore, ſecus tamen eſt ſi ex pacto hoc fuerit eidem indultū, quod validum eſſe, & ſubſtineri monet *Bart. in l. creditores num. 13. C. de pignor.* & relatis alijs per *Merlin. de pignor. lib. 4. q. 119. num. 1.* & in terminis ſimilium officiorum admiſit *Rot. in Romana Officij Notariatus proximè allegata*; & ſic patet omiſſionem citationis nihil facere, cum ſi illa fuiſſet adhibenda, debuiſſet fieri contra Iulium ad præſtandum cōſenſum reſignationi, alias haberi pro præſtito, nam cum talis requiſitio
5 fuerit† remiſſa ex forma ipſius decreti nullo modo fuit neceſſaria, vt dixit *Rot. in dicta Romana officij Notariatus coram R. P. D. meo Veroſpio*
6 *ſupra alleg.* Hinc ſi debitor † conſentiat venditioni pignoris, ſi ipſe non ſoluat debito tempore, non debet citari in diſtractione illius, ſi defecerit in ſolutione *gloſ. in l. creditor verb. teſtator C. de diſtract. pign. Bald. in l. ordo C. de exec. rei iud. Neguſ. de pignor. par. 6. membr. 1. num. 4. Merlin. eodem tract. lib. 4. q. 106. num. 1.* Imò cum fuerint addita verba ipſo inuito, & contradicente, non erat Iulius vllo modo citandus nam fru-
7 ſtra fieri debet citatio, † quando quis contradicere, & actum impedire non valet *l. qui poteſt 27. ff. de reg. iur. Gabr. de citat. concluſ. 1. numer. 348. Rot. coram Buratt. deciſ. 12. num. 15. & in Vrbeuetana Cenſus 23. Februarij 1654. coram bon. mem. Bichio.*

Ex quibus cum alijs in deciſione deductis DD. vtraque parte informante iterum reſpōderunt reſignationem ſubſtineri.

BONONIEN. FIDEICOMMISSI DE MONTERENTIIS.

Mercurii 27. Iunij 1657.

ARGVMENTVM.

Aegidianæ quando ſit locus: Dotes congruæ quibus concurrentibus reputentur; Electio perſonæ in alterius arbitrio an poſſit remitti declaratur.

SVMMARIVM.

1 *Aegidianæ excludenti appellationem in poſſeſſorio, eſt locus quando ſententia lata eſt in poſſeſſorio inter perſonas laycas ſuper bonis merè laycalibus, & apparet valida & iuſta.*

2 *Immiſſio fideicommiſſario quibus concurrentibus ſit concedenda, & num. 3.*

4 *Statutum Bononiæ permittit ſemel appellare in quolibet poſſeſſorio etiam ad effectum ſuſpenſiuum.*

5 *Statutum ordinatorium non extenditur extra territorium.*

6 *Aegidiana intrat in quacunque inſtantia, & ſic etiam in ſecunda ſententia, quæ non ſit prima reuocatoria.*

7 *Statutum Bononiæ permittens appellationem in quolibet poſſeſſorio non poteſt habere locum niſi ad effectum deuolutiuum quando agitur in iudicio immiſſionis vigore teſtamenti.*

8 *Appellatio non eſt deneganda quando ſententia continet mixturam.*

9 *Mixtura vt reddat ſententiam appellabilem & excludat Aegidianam, debet continere complicationem proprietatis & poſſeſſorij.*

10 *Immiſſio ſemper datur ſuper certis corporibus pro certa & determinata rata, habita ratione ad exceptionem partis.*

11 *Tituli fideicommiſſi canonizatio quando ſit ad effectum poſſeſſorij nunquam dicitur continere mixturam.*

12 *Sententia concepta per Capitula ſeparata non excludit Aegidianam in Capitulis poſſeſſoriis, ſed tantum datur appellatio ab illis Capitulis à poſſeſſione diſtinctis.*

13 *Aegidiana non excluditur ex capite iniuſtitiæ ſententiæ niſi iſta ſit patens & ex eiſdem actis.*

14 *Dos à Patre filiæ conſtituta congrua cenſeri debet adeo vt filia conqueri non debeat.*

15 *Paterna pietas optimum conſilium pro filia capere præſumitur.*

16 *Nullus Amor paternum vincit.*

17 *Filia debet eſſe contenta dote ſibi à Patre conſtituta vigore ſtatuti Bononiæ.*

18 *Pro dotibus taxandis inſpici debet quantitas patrimonij & qualitas perſonarum.*

19 *Neptes ex filio naturali & ſic ex radice infecta Aui nobilitate gaudere non debent.*

20 *Electio iuuenis ſubſtituti omnino dependens ab arbitrio tertij non ſuſtinetur.*

21 *Hoc procedit in electione incerti, de penitus incertis, ſecus incerti de certo genere perſonarum & ad quā electionem executores poſſunt adſtringi.*

22 *Perſonæ electio alieno arbitrio de iure permittitur dummodo non ſit commiſſa voluntatis ſubſtantia.*

Diſpoſitio remittens alterius arbitrio electionem incerti de certo genere perſonarum eo magis ſuſtinetur ſi iam electio fuerit ſequuta, & aſſignatur ratio, & num. 24.

DECISIO MVI.

PER ſententiam Auditoris generalis Legationis Bononiæ fuit conceſſa immiſſio Ioſepho Bolognetto in bonis à q. Sebaſtiano de Monterētijs fideicōmiſſo ſubiectis, & ſignāter in prædio tornatur. 14. & ſito in loco nūcupato Capella Alemannorū poſſeſſo à Paula, & Cecilia filiabus Hieronymi primi grauati; hæc ſententia in gradu appellationis fuit confirmata ab A. C. exceptis tantum tornaturis duabus cum dimidia, pro quibus conceſſit d. Ceciliæ retentionem: ab hac vltima ſententia interpoſita fuit appellatio pro parte dictarum ſororum, & cauſa fuit commiſſa in Rota cum clauſula conſtito quod ſit locus Aegidianæ; Quapropter ad formam dicti reſcripti propoſito dubio fuit reſponſum eſſe locum Aegidianæ; ea ratione, quia ſententia eſt lata in poſſeſſorio inter perſonas laycas, & ſuper bonis merè laycalibus, & apparet va-
1 lida, & iuſta, † quibus concurrentibus intrat Aegidiana, vt in ſimilibus terminis fuit dictū *coram ſame. Gregor. XV. deciſ. 491. num. 5. vbi Adden. coram bon. me. Merl. deciſ. 11. num. 1. in Romana hæreditatis de Scarſellis 27. Iunij 1646. coram R.P. D. meo Celſo, in Romana domuncularum 10. Febr. 1648. coram me, & in Bonon. hæreditatis 30. Maij 1653. coram* R. *P. D. meo Meltio.*

Validitas ſiquidem ſententiæ nō impugnatur, & illius iuſtitia eſt patens, dum de fideicommiſſo, illiuſque purificatione ad fauorem d. Ioſephi hodie Sebaſtiani cōſtat ex electione facta per Præſides Montis Pietatis Ciuitatis Bonon. de perſona dicti Ioſephi vigore facultatis eis tributæ in teſtamento d. Sebaſtiani ſenioris, identitas verò bonorum non controuer-
2 titur; quibus ita ſe habentibus † immiſſio rectè fuit cōceſſa ſiue in vim *l. fin. C. de Ed. D. Adrian. toll. Bald. conſ. 89. lib. 1. Peregr. de fideicomm. art. 44. nu. 1. & ſeq. Fuſar. de ſubſt. q. 616. num. 1.* & in alijs pluribus relatis in *Fanen. bonorum 19. Iunij 1648. coram bon. mem. Arguell. & in Interamnen. fideicommiſſi 11. Martij 1654. coram R. P. D. meo Celſo,*
3 ſiue † vigore vtilis Saluiani interdicti, quod æquè competit pro adipiſcenda bonorum fideicommiſſariorum poſſeſſione *Rot. penes Seraph. deciſ. 828. num. 1. Merlin. dec. 244. num. 14. deciſ. 454. & deciſ. 613. vtrobique num. 2. & dec. 644. num. 1. & in recent. deciſ. 88. num. 1. & 2. par. 7.* & fuit nuper dictum in *Romana fideicom. de Capogallis 18. huius menſis coram me.*

4 Non obſtat ſtatutum † Bononiæ permittens ſemel appellare in quolibet poſſeſſorio etiam ad effectum ſuſpenſiuum, quia dum vltima ſententia eſt lata in Curia dictum ſta-
5 tutum † non intrat, cum vti ordinatorium extrà territorium non extendatur, & fuit dictum in *Bononien. Legati de Mareſcott. 24. Nouem-*

bris

bris 1627. *coram me*, & in pluribus congeſtis in
Bonon.fideicommiſſi de Amorinis 21. *Iunij* 1649. *co-*
6 *ram R.P.D.mea Meltio*, & quod † Aegidiana
ſibi vendicet locum in quacunque inſtantia,
& ſic etiam in ſecunda ſententia, quæ non ſit
primę reuocatoriæ dixit *Rot.coram Card.Caual.*
*deciſ.*42.*num.*3.*deciſ.*69.*num.*2.*inter rec.deciſ.*173.
*num.*3.*par.*1.*& in Bononien.fideicommiſſi de Rubeis*
16. *Martij* 1648. *coram me*. Præter quod cum
7 hodie agatur † in iudicio immiſſionis vigore
teſtamenti dictum ſtatutum non poſſet habe-
re locum, niſi ad effectum deuolutiuum ex
fusè relatis in proximè allegata *Bononien. fi-*
deicommiſſi de Amorinis coram Reu. P. Domino meo
Meltio.

Minus pro excluſione dictę Aegidianæ ob-
ſtat prætenſa mixtura ſententiæ A. C. dum
reſeruat fauore Ceciliæ duas tornaturas cum
dimidia, & dum concedit immiſſionem in
reſiduo prædij, quæ videtur eſſe quædam ſpe-
cies liquidationis, & maximè dum virtuali-
8 ter canonizat fideicommiſſum, † quapropter
appellatio non ſit deneganda, quia mixtura,
9 vt † reddat ſententiam appellabilem, exclu-
datque Aegidianam, debet continere com-
plicationem proprietatis, & poſſeſſorij, vt ex-
plicat *Contard. ad l. vnic. limit.*2.*num.*10. *Rot. in*
Calaguritana decimarum 27.*Iunij* 1653. §.nec in-
tereſt *coram R.P.D. meo Zarate*. Vnde cum in
præſenti prædicta diuiſio ratæ prædij fuerit fa-
cta ad effectũ poſſeſſorij ceſſat allegata cõpli-
10 catio, cũ ſemper immiſſio† detur ſuper certis
corporibus pro certa, & determinata rata, ha-
bita ratione ad exceptionem partis, vt benè
reſpondet *Rot. coram Seraph. deciſ.*64. *num.*3. *&*
ſeqq. & in Romana fideicommiſſi de Spiritibus 14.
Iunij 1645. §.*fin. coram R.P.D. meo Cerro*. Ca-
11 nonizatio enim tituli, nempè fideicommiſſi,
quando fit ad effectum poſſeſſorij nunquam
dicitur continere mixturam, vt fuit firmatũ
in *Auenionen. ſeu Carpentoraten. Iuriſpaſcendi*
7. *Iunij* 1627. *coram bo.me. Virili, & in Bononien.*
fideicommiſſi de Rubeis 16. *Martij* 1648. §. *fin. co-*
ram me. Vltrà quod cum dicta ſententia A.
C. fuerit concepta per capitula ſeparata, pro-
cul dubio non excluditur Aegidiana, cum eo
12 caſu † appellatio tantummodo detur ab illis
capitulis diſtinctis à poſſeſſione, vt tradit *Veſtr.*
*lib.*7.*cap.*3.*ſub num.*8. *verſ. idem denique Marcheſ.*
*de commiſſ.par.*1. *num.*57. *&* 58. *fol.*1003. vbi te-
ſtatur de ſtylo Rotæ, & ampliat in iudicio vi-
gore *l.fin.C.de Ed.Diu.Adr. toll.* & idem firmat
*Scacc.de appell.q.*17.*lim.*6. *membr.*9.

Nec dicta ſententia poteſt redargui de iniu-
ſtitia, ex quo attento teſtamento aui dictarum
ſororum dotes per patrem in libris 1000. ipſis
aſſignatę prætendantur incongruæ, ità vt
pro illis augendis eis competeret retentio ſu-
per toto prædio cõtrouerſo, quia præterquod
ad effectum excludendi Aegidianam iniuſti-
tia ſententiæ debet eſſe patens, & ex eiſdem
13 actis manifeſtè probata, *Gabr. conſ.*36.*numer.*1.
*lib.*2.*& deciſ.*445. *num.*8.*par.*1. *diuerſ.* dictus te-
ſtator non deſtinauit certas, ac determinatas
dotes fœminis deſcendentibus, ſed illarum
taxationem reliquit arbitrio boni viri, & iux-
ta vires hæreditarias, & propterea cum illa-
rum pater ſtatus hæreditatis benè conſcius
dictas dotes fuerit arbitratus in lib.1000. pro-
cul dubio congruæ reputari debent. cum re-
14 gulariter † dos à Patre filiæ conſtituta con-
grua cenſeatur, adeò vt filia conqueri non
valeat *Ruin.conſ.*27.*ſub num.*13.*verſ.& in caſu no-*
*ſtro lib.*3.*Iaſ.conſ.*231.*num.*4.*lib.*2.*& conſ.*133.*eo-*
*dem num.*4.*vol.*4.*Hond.conſ.*63.*num.*85.*lib.*2.*Maſ-*
card.de prob. qui plures cumulat *concl.*570. *n.*1.
Ioſeph Ludon.deciſ. Peruſ. 21. *num.*52.*Mant.deciſ.*
329.*num.*2.*Rot.deciſ.*581.*n.*3.*in fin.par.*1. *& deciſ.*
195.*n.*3.*&* 9.*p*2.*recent. & coram bo.me. Burat.dec.*
894.*n.*2. & merito, quia paterna † pietas opti-
15 mum conſilium pro filia capere præſumitur
l.nec in ea de adult. ita vt nõ videatur poſſe alteri
videri incompetens. quod patri cõpetens viſũ
16 fuit, cum nullus † amor paternum vincat,
l.fin. C. de curat. furioſ. & in puncto de dote à
patre conſtituta pluribus cumulatis compro-
bauit *Maſcard.de prob d.concl.* 570.*num.*1.*& ſeqq.*
Quæ dotis conſtitutio eò magis in præſenti
17 attendi debet, † ne dum inſpecta diſpoſitio-
ne ſtatuti Bononiæ, quod filia debeat eſſe cõ-
tenta dote à Patre ſibi conſtituta, vt per *Fu-*
*ſar.de ſubſtit.q.*531.*num.*117.*in fin. Rot. deciſ.*195.
*num.*5. *par.*2. *recent.* Sed etiam attentis viribus
patrimonij ad nihilum ferè redacti, ad cuius
vires teſtator voluit haberi relationem in do-
tibus conſtituendis, qualitate tam ipſarũ mu-
lierum vti prouenientium à dicto Hierony-
mo filio naturali, quam etiam virorum, qui-
bus fuerunt nuptæ, cum alter illorum eſſet
Tabernarius, alter verò Molinarius, & ſic per-
18 ſonæ viles quas † qualitates ad effectum ta-
xandi dotes omninò eſſe attendendas diſpo-
ſuit *tex.in l.quæro* 60. *& l.cum poſt* 69. §.*gener. ff.*
*de iur.dot.dixerunt Gabr. conſ.*20. *num.*76. *& ſeqq.*
*vol.*2.*Honded.conſ.*64. *num.*12. *& ſeqq. vol.*2. *Ho-*
*diern.ad l.hac edictali q.*23.*numer.* 33. & firmauit
*Rot.coram bo.mem. Buratt.deciſ.*108. *num.*8. & in
alijs pluribus congeſtis in *Romana taxationis*
dotis 28. *Martij* 1631. *coram me*. In nihilo rele-
uante, quod ipſæ mulieres reſpectu aui ſint de
19 conſpicua, ac nobili familia, quia † vti pro-
uenientes ab illius filio naturali, & ſic à radi-
ce infecta, aui nobilitate gaudere non debent
iuxt. tradit. per *Bald.in l.cum antiquioribus n.*12.
*C.de iur. delib. Tiraq. de nobilit.cap.*15. *nu.*10.*Pa-*
*leott.de not.& ſpur. cap.*61. *num.*7. & ex his non
obſtare dignoſcitur, quod filiabus idem Auus
reliquerit libr.12000. pro earum dotibus, quia
illæ vti legitimæ, & naturales Patris nobilita-
te gaudebant, nec fuerunt nuptæ viris abie-
ctis, & vlterius patrimonium non erat dimi-
nutum, imò valdè pingue exiſtebat.

Denique non releuat, quod dicta ſubſtitu-
20 tio iuuenis vti † collata in liberam collatio-
nem dd. Præſidentium ſit omninò dependens
ab arbitrio tertij, & per conſequens non ſub-
ſtineatur *Menoch.conſ.*408.*num.*22.*& ſeq. Peregr.*
*de fideicom.art.*33.*num.*57. cum concordantibus
relatis per *Rot.coram Seraph deciſ.*359.*numer.*12.
21 nedum quia in præſenti non † fuit commiſſa
electio incerti penitùs de incertis, ſed reſtri-
cta ad certum genus perſonarum, nempè ad

adoleſcentem annorum 15. & bonæ indolis, & ſic ceſſat periculum deceptionis, & fraudis, ex quo eſt præſcripta lex, quam executores ſeruare debent, & ad cuius formam dd. Præſidentes cogi potuiſſent *Mohed. deciſ. 6. num. 1. ad med. verſ. cum poſſit agi illam facere de teſtam. Ruin. conſ. 19. nu. 6. Peregr. de fideicom. alleg. art. 33. num. 57. Caocer. var. p. 3. cap. 20. nu. 93.* reſtringens ſolum cum *Peregrin. vbi ſupra* quando numerus certorum eſſet valdè effrenatus, vt ſi relictum eſſet vni Barchinonenſi, & ſequitur *Hod. ad Surd. dec. 98. num. 16. & 21.* Sed etiam quia non
22 ſubſtantia † voluntatis, ſed ſola perſonæ electio alieno arbitrio fuit commiſſa, quod de iure permittitur iuxta diſtinctionem *text. in l. vtrum §. cum quidem ff. de reb. dub.* quem ſequitur *Bart. in l. illa institutio num. 2. ff. de hæred. inſt. Ruin. conſ. 19. nu. 7. lib. 2. Mart. de ſucceſſ. legal. par. 4. q. 11. art. 2. num. 7. Cancer. var. lib. 3. cap. 20. num. 91. Maranta reſpouſ. 9. num. 49. & ſeqq. par. 4.* & melius *Rot. penes Mohed. dicta dec. 6. de teſtam.* vbi in puncto de ſimili ſubſtitutione pueri per alium
22 eligendi, imò cum iam fuerit † ſecuta electio eò magis dicta diſpoſitio valida dici debet, cum hoc caſu ceſſet principalis ratio, ob quā huiuſmodi diſpoſitiones improbantur, ſcilicet quod non ſecuta electione diſpoſitio redderetur fruſtratoria, & ſic deceptoria, ex quo
24 nulla ſupereſſet perſona, † quæ poſſet admitti, vt notant *DD. in l. quidam relegatus, & in l. vtrum §. cum quidam ff. de reb. dub.* & benè conſiderat *Beron. conſ. 23. num. 31. verſ. ſecundo videtur vol. 2. & Cancer. var. par. 3. cap. 20. num. 92.*

Et ita vtraque &c.

FAVENTINA IVRISPATRONATVS.

Mercur. 4. Iulij 1657.

ARGVMENTVM.

Clauſula verificato prius iurepatronatus ex fundatione, vel dotatione operatur quod abſque dicta iuſtificatione litteræ Apoſtolicæ executioni nō poſſint demandari; Et quę requirantur pro d. clauſulæ iuſtificatione.

SVMMARIVM.

1 *Litteræ Apoſtolicæ non debent exequi abſque iuſtificatione narratorum.*
2 *Probatio Iuriſpatronatus ex fundatione deficit dum non exhibetur fundationis inſtrumentum.*
3 *Gratia abſque iuſtificatione iuriſpatronatus ex fundatione nullatenus impetranti ſub dicta narratiua ſuffragatur.*
4 *Clauſula verificato prius patronatu ex fundatione importat formam & conditionem, qua non verificata nihil dicitur in eſſe deductum.*
5 *Quaſi poſſeſſio præſentandi in verificatione narratiuæ medietatis vocum eſt attendenda.*
6 *Valor narratus vti pars gratiæ coram executore iuſtificari debet.*
7 *Clauſula dummodo alteri non ſit ius quæſitum, præſeruat gratiam collitigantis cui iam fuerat ius quæſitum.*

DECISIO MVII.

VACATA de menſe Octobris 1655. Parochiali S. Potiti per obitum Camilli extra Romanam Curiam defuncti ad beneficium præſentati fuerunt Hieronymus Vandinus, qui præuia inſtitutione poſſeſſionem fuit adeptus, & Balthaſar Taronus, qui aſſerēs ſe habere medietatem vocum obtinuit à Papa derogationem alterius medietatis directā Vicario Fauentino cum clauſula, verificato prius iurepatronatus ex fundatione, vel dotatione; quia vero dictus Taronus ſuccubuit in partibus: cauſa appellationis mihi commiſſa, propoſui dubium, an ei danda eſſet immiſſio, quod DD. negatiuè reſoluerunt pro-
1 pter † litteras non iuſtificatas *iuxt. text. in cap. 1. delit. conteſt. in 6. Cæſ. de Graſſ. deciſ. 2. de probat. Rot. in recent. deciſ. 251. numer. 2. par. 2. & alibi ſæpè.*

Etenim non probat, prout ipſe tenetur beneficium eſſe de iurepatronatus ex fundatione, vel dotatione habere medietatem vocum Patronorum, & fructus beneficij non aſcendere ad ducatos 80. auri de Camera.

2 Primo probatio † Iuriſpatronatus ex fundatione deficit, dum non exhibetur fundationis inſtrumentum *Rot. deciſ. 218. num. 22. par. 6. recent. & in Gerunden. beneficij 4. Iuly 1642. coram*
3 *bon. mem. Bichio*; Nec propterea † poteſt gratiā vllo modo Tarono ſuffragari, *Rot. deciſ. 531. num. 1. par. 1. diuerſ. & coram Duran. deciſ. 87. n. 17.*
4 præcipuè quia † clauſula verificato priùs patronatu ex fundatione importat formam & conditionem, qua non verificata nihil dicitur in eſſe deductum, vt per *Garz. de benef. par. 6. cap. 2. num. 63. Viuian. de iurepatr. par. 2. lib. 13. c. 8. num. 496. in fin. p. 2. Caual. deciſ. 560. num. 1. verſ. ſed etiam coram Duran. d. deciſ. 87. num. 18. in recent. deciſ. 251. num. 2. par. 2. coram Buratto deciſ. 178. n. 1. in Aprutina, ſeù Aſculana Iuriſpatronatus 19. Ianuarii 1618. coram bon. mem. Sacrato, & in Piſtorien. ſeù Nullius beneficij 18. Decembris 1634. coram me.*

Secundo deficit medietas vocum, quia cum ſint quinque familiæ in quaſi poſſeſſione præſentandi, vt conſtat ex vltima præſentatione Camilli per cuius obitum beneficium vacauit, & ex his tres Vandinum, duæ verò Taronum præſentauerint: iſte minorem par-
5 tem reportauit, & huiuſmodi † quaſi poſſeſſio pręſentandi in verificatione narratiuæ medietatis vocum apprimè eſt attendenda, *cap. Conſultationibus 19. de iurepatron. Lambert. de iurepatron. art. 1. q. 3. par. 1. lib. 2. numer. 8. & art. 23. q. 9. par. 3. lib. 2. Rot, coram Merlin. deciſ. 450. n. 1. & in Beneuentana iuriſpatronatus 26. Iunii 1647. coram me.*

Hinc verò parum refert, quod dictus Taronus fuerit etiam præſentatus ab hominibus Villæ S. Potiti, quia nullibi docetur, quod iuſpatronatus ad eos ſpectet, vel quod ſint in

quaſi

Digitized by Google

quaſi poſſeſſione præſentandi; prout requireretur ex authoritatibus proximè allegatis.

6 Tertiò demùm non iuſtificatur † valor narratus, qui vti pars gratiæ coram executore erat iuſtificandus *Rota coram Greg. deciſ.13. num.1. & coram Buratt.deciſ.15.num.9.* & ex his Tarano ſuam gratiam non iuſtificante, gratia Vandini remanet in ſuo robore ex ipſa etiam
7 clauſula, † dummodò alteri non ſit ius quæſitum, quæ in litteris Taroni reperitur adiecta *Rot.deciſ.97.per tot.par.3.rec. & coram Buratt. deciſ.316.num.17.*

Et ita vtraq; &c.

ROMANA VINEAE.

Merc. 4. Iulij 1657.

ARGVMENTVM.

Obligatio facti alieni quando ſuſtineatur, & obligatus inualidè poſſit conueniri.

SVMMARIVM.

1 *Contra obligatum in forma Cameræ ad factum relaxatur mandatum perſonale.*
2 *Obligatio facti alieni non ſuſtinetur.*
3 *Obligatio de faciendo ratificare N. non dicitur verè obligatio facti alieni, ſed proprij licet ſit ordinata ad executionem facti alieni.*
4 *Amplia accedentibus tum clauſula quod faciendo poſſibilia non excuſetur quo caſu nec diligentiæ adhibitæ obligato ſuffragantur: Tùm iuramento promittentis num.5.*
6 *Conductor de iure tenetur curare ne res conducta efficiatur deterior.*
7 *Deterioratio reſultat eoipſo quo arbores non caduæ fuerunt inciſæ.*
8 *Conductor tenetur reficere deteriorationes.*
9 *Deterioratio procedit tam in arboribus fructiferis, quàm infructiferis, & recenſentur multæ ſpecies arborum.*
10 *Extirpantes vites æquiparantur latronibus.*
11 *Conductor ad tempus nunquam à præſtatione damnorum, & intereſſe excuſatur quoties re conducta arbitrio boni viri vſus non fuit nec curauit, vt opera ruſtica bene, & ſuis debitis temporibus præſtarentur.*
12 *Amplia accedente pacto ſpeciali appoſito in Inſtrumento.*
13 *Probatio per aſpectum, & euidentiam rei ſuperat omnes alias probationes.*
14 *Liquidatio damnorum remanet iuſtificata ex relatione peritorum, & ſignanter tertij electi de ordine Iudicis.*
15 *Relatio à qua non fuit appellatum, ampliùs impugnari nequit.*
16 *Liquidatio damnorum in re conducta admittit iuramentum locatorum.*
17 *Damnum datum in arboribus cæſis poteſt de iure probari iuramento locatoris.*
18 *Suſpicionis allegatio de tertio Perito debet ſperni quando præcedentèr alij duo Periti paritèr fuerant ſuſpecti allegati.*

DECISIO MVIII.

REVERENDVS Pater Dominus Iulius Cincius, & Petrus Lilius poſt emptionem vineæ, de qua agitur, & poſt reportatam à Petro de Maximis illius venditore, ceſſionem omnium iurium ipſi competentium aduerſus conductores tàm ratione deteriorationis dictæ Vineæ, quàm rerum in illa deficentium, vti in venditione comprehenſarum, illius poſſeſſionem fuerunt adepti, nec non in Dominos recogniti à Laurentio Picciono, vti aſſerto Procuratore Chirografario R. P. D. Ripæ, Chirografum penes ſe habere aſſerente, cum promiſſione de rato, cum clauſula; *Ita quod &c.* & cum obligatione de dimittendo d. Vineam finitis Vindemijs, & de obſeruando omnia pacta cõtenta in Inſtrumento affictus inter dictum venditorem, & affictuarios de anno 1652. celebrato, quæ pacta cum emptores poſtmodum adinuenerint non fuiſſe adimpleta, imò contrà formam d. Inſtrumenti fuiſſe cæſas nonnullas cupreſſus, vites, aliaſque arbores de ſui natura non caduas, & factas alias deteriorationes, d. Laurentium conuenerunt coram R. P. D. Manfronio Iudice S. Spiritus ad faciẽ ratificare dictum R. P. D. Ripam iuxtà formam ſuæ obligationis, contrà quem, vti nihil opponentem, fuit relaxatum mandatum executiuum ad factum, & ſucceſſiuè contrà eumdem dd. emptores proceſſerunt ad liquidationem damnorum, & intereſſe, obtinueruntq; eligi peritos, & fieri acceſſum pro oculari inſpectione dd. damnorum, & dictus R.P.D. Manfronus pro nonnullis illorum partitis decreuit mandata executiua, à quibus mandato, & decretis cum fuerit appellatum, in gradu recurſus fui ab Eminentiſs. Vrbis Vicario Protectore S. Spiritus deputatus. Vndè dedi dubium, An dd. mandatum, & decreta ſint exequenda, fuit affirmatiuè reſolutum, quandoquidem illorum validitas non reuocatur in dubium, & iuſtitia reſpectu d. mandati ad factum eſt manifeſta, cum fuerit relaxatum
1 vigore † obligationis Cameralis factæ per Laurentium de faciendo ratificare R.P.D. Ripam qui cum promiſſionem non adimpleuerit, imò nullas fecerit diligentias, merito contrà ipſum fuit relaxatum d. mandatum *l.4.§.ſi intrà diem ff.de damn.infect. Rota in Peruſina Dotis coram Otthembergo apud Marcheſ.par.2.fol.538.n.2. & poſt Zacch.de oblig. Camer.deciſ.262. num.9. & ſeq. & latè in Aſculana renunciationis 22. May 1651 & 1. Iuly 1652. coram R.P.D. meo Cerro.*

2 Non obſtat, quod obligatio † facti alieni non ſubſtineatur *Bart.in l.ſtipulatio iſta ante n.1.*
3 *verſ.teneo ergo ff. de verb. oblig.* quia iſta † non dicitur verè obligatio facti alieni, ſed proprij, licet ſit ordinata ad executionem facti alieni, *§.ſi quis alium inſtit.de inut.ſtip.l.quoties ff. de verb. oblig. Pariſ.conſ.109. ſub nu.7. verſ.prædictis tamen non obſtantibus, & num.ſeqq. & conſ.110. num.2. lib.1. Mantic.de tacit.lib.14.tit.33.num.7.& tit.34. nu.1. & in d. Aſculana renunciationis 22. May 1651. & 1. Iuly 1652. coram R.P.D. meo Cerro;* quæ faci-

facilius procedunt in præſenti, nè dum atten-
4 ta † clauſula, ita quod faciendo poſſibilia non
excuſetur, vt aduertit *Ioſeph Ludou.comm.opin.
concluſ.14.illat.87.verſ.ſi tamen Vinc.de Franc.de-
ciſ.624.num.1.& per tot.* nàm tali caſu diligen-
tiæ, quatenus fuiſſent adhibitæ, non ſuffra-
garentur ex voluntate, & conuentione par-
tium, *vt in d. Aſculana renunciationis coram R.P.
D. meo Cerro, & in alijs relatis per adden. ad ſan.
mem.Greg.XV.deciſ.241.num.8.verſ.hac concluſio.*
5 Verum etiam concurrente † iuramento eiuſ-
dem promittentis *Mant. de tacit.d.lib.14.tit.33.
num.3.verſ.ſed contraria, Bertazz.de clauſ.clauſ.4.
gloſ.1.in fin. Sanchez. de matrim.lib.1. tit.de ſponſ.
diſput.14.num.7.*

Prout non minus iuſtitia eſt certa reſpectu
dd.decretorum pro damnis, & intereſſe, cum
nulli dubium ſit, quod d. Laurentius, vti
6 conductor † de iure tenebatur curare, ne di-
cta vinea efficeretur deterior *l.videamus 12.§.ſi
hoc in locatione in fin.ff.locati.* Quod cum non
fecerit, imò multas cupreſſus, vites, aliaſque
arbores non cæduas incidendo vineam nota-
7 bilitèr † deteriorauerit, vt ex *l. ſed, & ſi glan-
des, & l.arboribus in princ.ff.de vſufruct.* alijſque
pluribus authoritatibus in puncto ponderauit
Rota coram Durano deciſ.245.nu.6. Proculdubio
8 præfatas deteriorationes † reficere tenetur *l.
cum conductorem C.locati l. præſes, & l.in duobus §.
colonus ff de iur. iuran. leg.in fraudem §. conductor.
ff.de iur. fiſc.leg.ſi merces §.culpæ ff.locati.* Et de
9 arboribus ſucciſis † *dicta leg. in duobus §.colonus
ff.de iur.iuran.* ſiuè ſint fructiferæ, ſiuè non,
ſed magnæ, & non germinales *l. ſi vſusfructus
§.ſi inter duos ff.de vſufruct. Cepoll.in tract. de ſer-
uit.ruſtic.præd.cap.31.nu.16.fol.74. Bald.conſ.290.
Mulieris initus ex cauſa inepta corruit deciſ. 805. num.3.Ob non ſeruatas ſolemnitates ſtatuti corruit deciſ.608.num.1. Quamuis iuxtà diſpoſitionem Iuris communis mulier poſſit inire quemcunque contractum etiam donationis abſque ſolemnitatibus deciſ. 608. nu. 7. Statutum enim Vrbis in contractu minoris, & mulieris requirit decretum Iudicis & cauſam ſufficiẽtem dec.805. nu. 1. Necnon interuentum duorum proximiorum quorum defectum non ſupplet Curatoris deputatio deciſ. 1002. num.19. Cauſa contractus mulieris debet exprimi Iudici nec ſufficit expreſſio cauſæ generalis aut voluntariæ deciſ.792. numer.18. Nec cauſa beneuolentiæ, aut liberi arbitrij ſi non ſit cauſa finalis nam cenſetur coloratè appoſita deciſ.792.num.19. Cum cauſa finalis ſit ſolum attendenda, ibidem num. 20. Et ex falſitate vnius ex cauſis eam ad contrahendum mo-

mouentibus corruit contractus deciſ.792. nu.21. Niſi conſtet ſingulas cauſas mouiſſe ad contrahendum deciſ.792.n.21.

Nullus vt ex taciturnitate plurium annorum ratificatus dicatur, requiritur ſcientia nullitatis deciſ.805. num. 6. Et vt ratificatus dicatur contractus ipſo iure ab initio nullus requiruntur eædē ſolemnitates quæ erant neceſſariæ in ipſo contractu deciſ.81.nu.12. Et ratificatio de ſui eſſentia requirit ſcientiam explicitam nullitatis contractus, cum alias illa non præſumatur deciſ. 81. num.13.

Plurium rerum pro ea re ſuſtinetur pro qua fuit ſoluta gabella modo pretium fuerit in ſingulas res diſtributum deciſ.543.n.18.

Prohibitus non eſt factus cauſa honeſtatis per ſuppoſitam perſonam deciſ.427.n.7.

Reſcinditur ex iniuſtitia pretij vltra tertiam partē ſecundum Statutum Vrbis deciſ.179.n.1.

Simulatus dicitur ſtante paucitate pretij, & pacto de retrouendendo deciſ.196.n.3.

Simulatus eſt nullus deciſ.427.num.6.

Simulatus non meretur executionem etiam ſi ſit obligatione Camerali vallatus deciſ.703.n.5.

Simulatus vt dicatur plures debent concurrere coniecturæ deciſ.703.num.7.

Stipulatus pro ſe, & eius hæredibus, eo mortuo durat ad fauorem hæredum deciſ.346.nu.40. Declara num.41.& 42.

Venditionis non dicitur ipſo iure reſolutus etiam pretio non ſoluto ſtatutis temporibus ſi ad pretij ſolutionem actum fuit deciſ.537.n.14.

Vnicus reputatur quando talis probabiliter fuit mens contrahentium deciſ.53.n.9.

CONTRACTVS

Appellatione in ſtatutis ſaltem largo modo venit, quaſi contractus, & præcipuè quando loquitur cum dictione vniuerſali cuiuſcunque &c.& concurrit eadem ratio deciſ.597.n.5.

Approbatio inducta ex receptione fructuum magis declarat mentem contrahentis, quam verba deciſ.498.num.7.

Concluſio non tractatus attenditur deciſ. 287. n.4. Et ſic Teſtes ante celebrationem Inſtrumenti nō veniunt attendendi, ſed Inſtrumentum poſtea celebratum deciſ. 297.n.6.

Conſuetudo loci attenditur, non autem conſuetudo, ſeu ſtatutum loci in quo nati ſunt contrahentes deciſ.162.n.4.

Eſſentia ſicuti non poteſt poni in alterius contrahentis voluntate, ità nec eſſentia diſtractus, vel reſolutionis propter identitatem rationis deciſ. 453.num.5.

Ex natura debetur releuatio fideiuſſori licet non promiſſa deciſ.477.n.9.

Faciendi notitia vt dicatur habita per proximiores debet aliundè conſtare quam per aſſertionem contrahentium deciſ.676.n.45.

Irreuocabilis naturam non inducit conſenſus ſeruandi ſtatuta, ſed naturam ſimplicis acceptationis deciſ.775.n.20.

Nullitas cum minoribus non adhibitis ſolemnitatibus ſtatutarijs, dicitur inducta ipſo iure deciſ.595.num.5.

Reſciſſioni non eſt locus qvando quis prius pleniſſimè informatus contraxit, & hoc magis procedit quando perſonæ quæ contraxerunt fuerunt plures & cautæ deciſ.400.n.13.& 14.

Tempus attendi debet ad effectum dignoſcendi, an ille fuerit Eccleſiæ vtilis vel damnoſus deciſ. 18. nu.2. Et in alienatione rei Eccleſiæ ſufficit contractum à principio fuiſſe vtilem deciſ.713.nu.8. Et Eccleſia volens à contractu recedere ob non adhibitas ſolemnitates tenetur reſtituere pretiū, & quidquid ex contractu recepit deciſ. 18. nu.2. Etiam non probata verſione pecuniarum in vtilitatem Eccleſiæ, quando pecuniæ fuerunt receptæ in cauſam voluntariam deciſ.18.n.2.

Tempus inſpicitur vel paulo ante, vel poſt ad effectum læſionis deciſ.686.n.16.

Tempus inſpicitur ad effectum læſionis, quamuis agatur de re habente tractum ſucceſſiuum deciſ. 713.num.9.

Tempore celebrati ſufficit inueſtimentum fuiſſe tutum etiamſi contractus habeat tractum ſucceſſiuum deciſ.869.n.21.

Tempore geſta veniunt attendenda deciſ. 287. numer.6.

Verba diſpoſitiua, & non clauſulæ acceſſoriæ, & generales releuant deciſ.517.n.6.

CONTRACTVI

Abſolutus à iuramento poteſt contrauenire deciſ. 805.num.1.

Ratificatio expreſſa non ſuffragatur ſi à Statuto præſumitur in contractu dolus deciſ. 805. numer.3.

CONTRACTVM

Celebrans Prælatus pro Eccleſia tunc ex pactis inſolitis in illo appoſitis ceſſat omnis ſuſpicio ſimulationis ſi illa vtilitatem Eccleſiæ reſpiciant & conueniant iuris diſpoſitioni deciſ. 453. numer.4.

Iuratum non afficit præſcriptio 30. annorum, ſed requiritur quadragenaria deciſ.725.n.2.

Maioris 18. annis cum iuramento non afficiunt Conſtitutiones Regni deciſ.477.n.6.

Principalem verba conſecutiua non alterant deciſ.869.num.18.

Secundum iuſtitiam & æquitatem ad intelligendam pluralitas reſoluitur in ſingularitatem deciſ.879.num.4.

Specificandum ad quando quid exprimitur, illud attenditur etiam quod illa ſpecificatio eſſet in cauſa quod contractus non valeret deciſ.208.numer.17.

EX CONTRACTV

Eodem conuenitur hæres qui cum defuncto fuit initus deciſ.795.n.4.

Eodem duplex contrarius effectus oriri non poteſt deciſ.779.n.5.

Priori independenter ab alijs ſequentibus celebrato, quis poſſit agere deciſ.566.n.10.

Vel quaſi ciuilis naſcitur obligatio, quæ habet vim naturalis deciſ.409.n.2.

IN CONTRACTV

Bulli alearum ſolus vſus licitus dicitur locatus, ac reſpectiuè conductus deciſ.1003.n.12.

Falſa cauſa emiſſa quod ſit talis probari debet ab illo qui eam allegat deciſ.700.n.9.

Mulieris preſentia Curatoris non ſupplet defectum intereſſentiæ proximioris, qui non fuit vocatus deciſ.568.n.4.

Principalis dicitur is ad quem commodum ſpectat deciſ.377.n.10.

Quando fuerunt adiecta verba importantia dominij translationem, hæc præualere debent, & co-

rnir

ruit pactum hypothecæ vti debilius deciſ. 1005. num.2.
Verba mandati procuræ ſufficit non excludere interpretationem illi datam pro ſuſtinendo contractu inito à Procuratore deciſ.543.n.27.

CONTRACTVS

Emphyteutici nullam habent à iure præſcriptam formam deciſ.453.n.29. Et ſic formam recipiunt à partium conuentione deciſ.453.n. 21. Etiamſi pacta ſint inſolita ac exorbitantia à natura ſimilium conceſſionū deciſ.762.nu.3. Nec iſti contractus conficiuntur ſine ſcriptura deciſ.799.n.23.
Et libri publicæ negotiationis, ſecus capitula ſocialia non exhibita debent attendi deciſ.734. num.9.
Plures in eodem inſtrumento celebrati de iure ſuſſiſtunt,& de iure fieri valent dec.543.n.12. Et iudicantur iuxtà multiplicitatem rerum, etſi in vno Inſtrumento fuerint celebrati deciſ.543.nu.17.18. & 20.vbi vide.
Plures in eodem Inſtrumento celebrati, quando correſpectiuè & correlatiuè dicantur deciſ. 543. num.19.& 20.
Plures vnico contextu celebrati coram eiſdem notario & Teſtibus, cenſentur correſpectiui, vnuſque reſpectu alterius confectus deciſ.566.n.14.
Plures quando fuerunt celebrati non ſimpliciter à partibus, ſed cum rogitu Notarij perfectionem inſimul recipiunt ex vnica ſtipulatione concluſa per clauſulam *Actum* deciſ.566.n.16.

IN CONTRACTIBVS

Attendendum venit id de quo principaliter actum fuit deciſ.552.n.13.
Bonę fidei promiſſio licet concepta per verba futuri temporis reſoluitur in præſens deciſ. 844. numer.8.
Et proceditur de bono & æquo deciſ. 844. numer.7.
Extentio non fit de caſu ad caſum deciſ. 960. nu. 3. quod procedit etiamſi in caſu ommiſſo maior militaret ratio quam in expreſſo deciſ. 960. numer.4.& 9.
Nec etiam ſillaba debet eſſe fruſtatoria deciſ. 453. num.56.
Stricti iuris maſculinum non concipit fœmininum deciſ.607.n.4.
Verba interpretantur contrà ſtipulantem qui legem apertius potuit dicere deciſ.503.n.9.

CONTRADICTIO

Et pœnitentia in litteris Papæ in inſtanti non eſt admittenda deciſ.651.n.25.
Vnius ſufficit in iure ſingulari deciſ.616.n.17.

CONTRADICTOR

Legitimus Capitulum vt dicatur ad impediendam immiſſionem ſufficit quod alleget impedimenta reſpicientia obſeruantiam ſtatutorum Eccleſiæ deciſ.202.n.16.
Legitimus ad impediendam immiſſionem prouiſo Apoſtolico dicitur qui fuit immiſſus in poſſeſſionem vigore aliarum litterarum Apoſtolicarum deciſ.596.n.9.
Hæc concluſio procedit quando immiſſus vltrà legitimam poſſeſſionem exhibet vel conſimilem, vel alium titulum validum qui procedat ex eodem fonte deciſ.596.n.10.
Legitimus ad impediendam immiſſionem venientibus ex poſteriori fideicomniſſo eſt poſſeſſor ex antiquiori fideicommiſſo dec. 468.n.1.
Item poſſeſſor titulo emptionis ab hæredibus grauatis quibus competebant detractiones dec. 550. numer.1.
Non eſt legitimus ad immiſſionem fideicommiſſario impediendam allegans titulum nullum, & inualidum dec.793.n.9.
Nec poſſidens & excipiens niſi doceat de iure incontinenti deciſ.256.n.1.
Legitimus vt ſit fideicommiſſarius tria copulatiuè requiruntur quod doceat incontinenti de ſuo iure, nihil ſit detrahendum, & ſine vitio poſſideat dec.767.n.3.4.5.& 6.

CONTRAHENS

Cum minore vel alia perſona priuilegiata regulariter non tenetur curare quod pecuniæ vertantur in cauſam expreſſam, ſed ſufficit illam eſſe veram in alienatione voluntaria, ſecus in neceſſaria dec.561.n.7.

CONTRAHENTIS

Ex tacita voluntate ſtatutum, etſi ſtatutum forenſem non comprehendens, illum comprehendit deciſ.757.n.11. Et ſtatutum vbique locorum ſuū effectum ſortitur in ijs, quę à conſenſu contrahentis pendent dec.757.n.12.

CONTRAHENTES

Quando conuenerunt de eo quod eſt conſequens intellexerunt etiam de neceſſario antecedenti deciſ.921.num.7. Recedere à primo contractu non cenſentur voluiſſe niſi appareat de ipſorum voluntate faciendi nouationem dec.97.n.6.

CONTRAHENTIVM

Iuxtà mentem & poteſtatem verba ſunt intelligenda etiam recedendo ab eorum propria natura dec.869.n.2.
Opinio magis quam veritas præualet deciſ. 960. num.10.

CONTRADICTIO

Et pęnitentia in litteris Papæ in inſtanti non præſumitur dec.651.n.25.

CONTRARIA

Mutuo ſe expellunt deciſ.875. num.11.

CONTRARIETAS

Effugienda eſt deciſ.233.num.4.
Vt euitetur quælibet interpretatio ſumi debet deciſ.640.n.24.& deciſ.997. num.8. Quod procedit etiam verba impropriando & lędendo dec. 997. num.9. Et præſertim ad euitandam contrarietatem in litteris Apoſtolicis dec.578.n.3.

CONTRAVENTIO

Quælibet non inducit contrarium vſum indulti Apoſtolici, ſed actus eidem de directo contrarius dec.644.num.21.

DE CONTRAVENTIONE

Dicitur eo ipſo conſtare quo non docetur de poſitiua obedientia quando poſitiuus actus debet expleri dec.588.n.7.

CONTVMACIA

In non parendo operatur vt cenſuræ ſuſtineantur, donec fuerit paritum dec.638.n.3.
Nihil aliud eſt, quam voluntaria inobedientia deciſ.425.num.1.

A CONTVMACIA

Non excuſat exceptio liquidationis quando res, quę præſtari debet eſt certa in aliqua quantitate ex confeſſione partis dec.638. nu.4.dec.563.nu.4. Paritio enim realis & non verbalis requiritur vbi facto opus eſt dec.638.n.5.
Non excuſat Proteſtatio cum petitione liquidationis

Digitized by Google

nis ſine oblatione & obligatione ſoluendi deciſ.532.num.6.

CONTVMACI

Ficto currit tempus ad appellandum à die habitæ ſcientiæ dec.794.n.3.

CONVENTIO

Conditionalis conditione deficiente habetur pro non facta dec.762.n.10.

Concedentis quę voluntatem reſpicit, eo ipſo poteſt reuocari dec.453.n.16.

De intereſſe ratione lucri ceſſantis eſt à iure improbata dec.978.n.8.

Facta in vno caſu non extenditur ad alium dec.883 numer.3.

Nouatiuam nouans, aut alterans dominium Capituli ſuper rebus non oritur ex obligatione ſoluẽdi ſummam capitulo à ſtatuto taxatam dec.775. numer.19.

CONVENTVS

Etiam in duobus conſiſtere poteſt deciſ.731.nu.5.

CONVENTVS

Appellatione non venit Abbas, ſeù Prælatus deciſion.731.num.9.

Conſenſus, vel ſaltem maioris partis quæ capitulum repreſentet, requiritur in alienatione rei Eccleſiaſticæ deciſ.731.nu.2.

Ius, aut Collegij ſemel conſtituti in pluribus, poteſt alijs deficientibus etiam in vno conſeruari deciſ.731.num.6.

Nomen, vt conueniat ſaltem duo Monaci requiruntur deciſ.731.num.1.

COPVLA *Et*

Apponi ſolet inter diuerſa deciſ.650.num.26.

Augmentatiuè ſtat deciſ.650.num.27.

Copulat, & coniungit deciſ.254.num.2.

Deſignat continuationem, & facit vt vna, & eadem oratio cenſeatur deciſ.331.num.3. & diſpoſitum in vno ex copulatis, & in alio quoque diſpoſitum cenſeatur deciſ.502.num.15.

Poſita inter genus, & ſpeciem, ſeù cauſam, & cauſatum exponitur pro, *Ideſt*, deciſ.208.n.12.

Poſita inter filios, & deſcendentes auget extenditque vocationem ad alios gradus vltra filios deciſ.984.num.2.

Poſita inter illas duas dictiones, *maior, & ſenior pars* exponitur pro *ideſt* deciſ.208.num.13.

Poſita inter verba, lis, quæſtio, & differentia, ſtat declaratiuè deciſ.208.num.14.

Præponitur, vel ſingulis adiectiuis, vel dumtaxat vltimo deciſ.760.num.2.

CORRECTIO

In continenti, ac momentanea in Pontifice non præſumitur deciſ.352. num.10. nec in alijs deciſion.190.num.11.deciſ. 997. nu. 7. Nec in eadem diſpoſitione deciſ.54.num.5.deciſ.651. num. 22. Et ne ſequatur in litteris Papæ ea interpretatio ſumenda eſt deciſ.715.num.4.

CORRESPECTIVA

Inter ſe dicuntur ea quæ in eodem Inſtrumento continentur deciſ.703.num.9.

CORRESPECTIVI

Actus habentur pro vnico, itaut vno deficiente alter corruat deciſ. 169.nu.2.deciſ.564.nu.16.

Illi dicuntur quorum vnus fit contemplatione alterius, & vno ceſſante, alter etiam deficit deciſion.652.num.2.

Vnico inſtanti geſti coram eiſdem teſtibus, & notario dicuntur, & pro vnico habentur deciſ.612. num.16. & idem procedit reſpectu plurium cõtractuum vnico contextu celebratorum coram eiſdem notario, & teſtibus deciſ.566. nu.14. Limita quando vnus non habet dependentiam ab altero etiam ſi in eodem Inſtrumento, ac vnica ſtipulatione celebrentur deciſ. 566. num. 15. Et quando plures contractus in eodem Inſtrumento celebrati correſpectiuè, & correlatiuè dicantur deciſ.543.num.19.& 20.

IN CORRESPECTIVIS

Vnum cenſetur ineſſe alteri deciſ.761.nu.6.

CORRESPECTIVITAS

Ceſſat quando actus præceſſerunt ex cauſis omninò diuerſis, nec vnus apparet factus contemplatione alterius deciſ.881.num.12.

Excluditur quando adeſt expreſſio cauſæ, & diuerſitas perſonarum etiam in actu facto eodem tempore deciſ.796.num.17.

De iure non præſumitur deciſ.649.num.4.

Operatur, vt vnus contractus alteri ineſſe dicatur, & ſit eiuſdem naturæ, & prò vno contractu habeatur deciſ.460. num.38.

CORRESPECTIVITATIS

Pro excluſione inuериſimilitudo maximam facit præſumptionem deciſ.649.num.9.

Ratio non habet locum in vltima voluntate deciſion.756.num.7.

CORRESPECTIVITATEM

Actuum ad probandam non debent attendi teſtes deponentes de præcedenti tractatu deciſion. 649. num.6.

A CORRESPECTIVITATE

Actuum intuitu alicuius factum elicitur, ſiuè illi acti geſti fuerint inter eaſdem ſiue diuerſas perſonas deciſ.761.n.5

CORRVPTELA

Non eſt attendenda deciſ.565.num.8.

CREDITOR

Adeundo hæreditatem ſui debitoris abſque beneficio l. & inuent. dicitur per huiuſmodi aditionem ſuas actiones confundiſſe deciſ.654.nu.7.

Agens contra tertium poſſeſſorem bonorum debitoris ex titulo emptionis non poteſt contra ipſum exequi, ſed conuenire debet illum iudicio ordinario deciſ.355.num.7.

Agere poteſt contra debitorem ſui debitoris vtili actione, quæ penes ipſum debitorem eſt directa deciſ.658. num. 1. deciſ. 729. num.11. quod procedit dummodo habeat nomen ſui debitores obligatum alias ſecus deciſ.658.nu.9.

Agere executiuè, vt poſſit contra debitorem debitoris tria requiruntur primo quod principalis debitor fuerit condemnatus; ſecundo quod facta ſit executio eiuſdem debitoris, tertio quod debitor fateatur debitum deciſ.539.num.4.

Annui redditus venit manutenendus donec de anterioritate concreditoris non poſſidentis diſcutiatur deciſ.999.num.7.

Anterior quando dicatur deciſ.169.num.3.

Anterioritate ſui debitoris poteſt vti deciſ. 123. num.3.

Impediri non poteſt per poſteriores quin ſuum creditum conſequi valeat ex bonis communis debitoris deciſ.844.num.2.deciſ.891.nu.13.

Vigore apochæ priuatæ eſt præferendus poſteriori creditori inſtrumentario deciſ.169. num.1.

Conſenſiens expreſsè venditioni pignoris facti à ſuo debitore illud amittit deciſ.699.nu.3.

Egens pecuniis non eſt veriſimile quod diu diſtulerit ſuum creditum petere deciſ.962.nu.6.
Fieri non poteſt eius cuius bona adminiſtrat ante redditam rationem de adminiſtratis deciſ. 351. nu. 17. & quod interim non poſſit dici creditor liquidus deciſ.943.num.5.
Fructus, vt conſequi valeat requiritur, ne dum debitorem interpellet, ſed etiam probet alia requiſita Pauli Caſtren. & quę ſint dicta requiſita deciſ.987.num.10.& 11.
Hypothecam ſpecialem habens non poteſt agere ad bona ſibi obligata generaliter niſi prius facta excuſſione bonorum in ſpecie obligatorum deciſ.819.num.6.
Hypothecarius ſuum ius valet experiri ſuper qualibet re ſibi bene viſa deciſ.550.num.13.
Impeditur detrahere proprium creditum ex proprietate quando teſtator voluit creditum compenſari cum fructibus deciſ.910.num.18.
In dubio qui adminiſtrauit bona ſui debitoris præſumitur ex eiſdem bonis proprium creditum ſibi ſoluiſſe deciſ.681 num.6.
Liquidus debet præferri creditori illiquido,& dubio licet anteriori deciſ.999.num.14.
Poſterior obtinens aſſenſum domini directi præfertur priori non habenti aſſenſum deciſ.16. n.2.
Poſterior ſuæ poſſeſſionis ratione poteſt impedire immiſſionem anterioribus creditoribus dec.999. num.12.
Poteſt vti iuribus ſui debitoris ſibi obligati eo modo quo poſſet ipſe debitor dec.844.nu.1.
Probare tenetur bona executata eſſe ſui debitoris quando penes tertios poſſeſſores reperiebantur deciſ.366.num.3.& 15.
Referuando ſibi expreſſe iura in liberatione contra alios, cenſetur etiam ſibi reſeruaſſe faciendi ceſſionem contra alios debitores liberatos deciſion.949.num.16.
Satisfactus de ſuo credito cenſetur ſi bona debitoris adminiſtrauit deciſ.630. num. 20. deciſ. 790. num.9. Vel ſibi imputare debet ſi ſibi non ſatisfecerit deciſ.790.num. 10.
Si bona hæreditaria debitoris retineat pro debito adæquante illorum valorem facit fructus ſuos deciſ.217.num.7.
Si non declarauit in qua re vellet fieri reinueſtimentum non poteſt prætendere fructus etiamſi adſint promptæ occaſiones deciſ.987.num.12.
Soluens ex vna cauſa non tollitur quin poſſit eſſe creditor ex altera deciſ.706.num.19.
Solutus etiam contra ſe tenetur cedere iura deciſ.972.num.9.
Veriſimile non eſt quod diu differat exigere deciſ.323.num.8.

CREDITORIS

Ad manus ſi non probetur deueniſſe mobilia ſatisfactio ex illis non probatur deciſ.910.nu.19.
Taciturnitas veræ ſolutionis coniecturam præbet deciſ.974 num.12.
Amplia in hæbreis, & ſimilibus qui non ſolent retinere pecunias otioſas deciſ.974.nu.13.
Taciturnitas prouenit, vel ex negligentia, vel ex vrbanitate, & iſtarum neutra cadit in hæbreis deciſ.974.nu.14.

CREDITORI

Competit vtilis hypotheca in bonis debitorum ſui debitoris ſi generaliter omnia eius bona fuerunt obligata, & ſe tueri poteſt iurium anterioritate dd. debitorum deciſ.845.num.5.
Incumbit onus probandi emphiteutam habuiſſe alia bona de tempore obligationis vltra bona emphiteutica deciſ.423.num.5.
Licitum eſt retinere pecunias ſui debitoris in cõputum ſui crediti deciſ.947.num.5.
Poſteriori poteſt concedi immiſſio in Saluiano cõtra anteriorem pro eo quod ſupereſt deducto credito anterioris dec.845.nu.7.

CREDITORES

Cauti debent eſſe, ne debitor in centum ſoluat 25. pro reſiduo, cum iſta dictio Reſiduum probet ſolutionem totius deciſ.430.num.8.
Certi ſunt in confectione Inuentarij citandi perſonaliter deciſ.998.num.3.
Defuncti in bonis illius præferuntur creditoribus hæredis ex beneficio ſeparationis deciſ.654.nu.8. & deciſ.721.num.6.& 12.
Incerti ſunt citandi in confectione Inuentarij per ædicta dec.998.num.3.
Priores in tempore potiores in iure deciſion. 999. num.2.

CREDITORVM

Abſentium ad effectum ſubintrandi in locum non ſufficit accollatio ſimplex etiamſi iſti poſtea receperint fructus ab accollatario cùm adhuc non diceretur facta nouatio dec.845.nu.6.
Habentium anteriorem expreſſam hypothecam ſuper certa re in præiudicium Aſſicuratio dotis fieri non poteſt ſuper eadem re deciſion.650.numer.25.

CREDITORIBVS

Non citatis non poteſt præiudicare æſtimatio facta à Peritis certorum bonorum deciſ. 892. numer.4.
Poſterioribus immiſsio non poteſt impediri quādo bona retenta per anteriorem excedunt proprium creditum deciſ.949.nu.11.

CREDITVM

Conditionale incipit deberi à die purificatæ conditionis deciſ.526.num.2,
Extinctum non transfertur in hæredes, ſub quorum propterea hypotheca contracta ad fauorem aliorum non comprehenditur dec.895.nu.4.
Hęredis cum teſtamento, ex quibus dicatur, vel non ſatisfactum per imputationem fructuum, & mobilium hæreditatis deciſ.902.nu.10.
Hypothecarium probatur ex Inſtrumento deciſ. 221. num.2.& eſt primum extremum in Saluiano deciſ.298. num.4.& præualere debet credito chirografario deciſ.721.num.11.
Illiquidum redditur ex fructibus perceptis ex aliquo ſtabili poſt motam litem deciſ.711.nu.15.

CREDITI

Anterioritas reſultat ex origine, & cauſa obligationis, quæ prouenit ex teſtamento deciſ. 654. num.9.
Non reſultat ex ceſsione iurium extinctiuè facta à creditore anteriori fauore creditoris poſterioris in præiudicium illius qui fuit ſubingreſſus locum d. primi creditoris per d. ceſsionem deciſ.15.num.9.
Detractio facienda à fideicommiſſo impedit immiſsionem decis.910.nu.5.
Inexigibilitas reſpectu certæ perſonæ probatur ex decreto abſolutorio Iudicis reſpectu eiuſdem perſonæ deciſ.985.num.9.
Quantitas venit concludenter probanda ab eo, qui
agit

agit in iudicio Saluiani deciſ.576.nu.8.
Solutio probanda eſt concludenter deciſion. 1009. num. 1.
Sui detractionem Inuentarij ommiſsio non impedit hæredi quando agitur de fideicommiſſo vniuerſali, ac etiam particulari dec.910.nu.21.

CREDITVM

Sine ſolutione quis remittere non præſumitur, & ſic caſſatio Inſtrumenti illud continentis dicitur nulla deciſ.357.num.6.

CREDITA.

Liquida, & certa ſunt quæ efficaciter ab inuitis extorqueri poſſunt deciſ.376.num.6.
Quæcunque comprehenduntur ſub quietantia habente verba, *Per tutto quello pol pretendere*, deciſion.709.num.4.
Turbida non ſunt apta impedire immiſsionem fideicommiſſario dec.615.num.14. Et turbida ad dictum effectum ſunt ſi non fuerit confectum Inuentarium deciſ.910.num.22.

CREDITORVM

Aſsignatorum in diuiſione pro verificatione iura ſunt exhibenda ab eo qui illa aſsignauit deciſion.955.num.7.
Inexigibilitas tunc imputanda eſt negligentiæ non exigentis quando inexigibilitas allegatur ob inopiam debitorum ſecus ſi à principio in aſsignatione non iuſtificatur eſſe vera deciſ.985 num.22.

CRIMEN

Adulterij præſcribitur per quinquennium deciſion.632.num.13.
Limita ſi habeat coniunctum crimen inceſtus deciſ.632.num.14.

CRIMINALIS

Actio omnis tendens ad vindictam morte delinquentis extinguitur, nec amplius poteſt ſuſcitari deciſ.419.num.4.

CVLPA

Adminiſtratoris, qui emit frumentum cariori pretio probatur ſi oſtendatur quod frumenta erant venalia viliori pretio deciſ.826.nu.4.
Alterius alijs præiudicare non debet deciſ. 677. num.13.
Excluditur ab vtilitate deciſ.936.nu.13.
Filij profuſè erogantis non debet patri, nec fratribus, ſeù cohæredibus præiudicare deciſion. 584. la 2.num.10.
Ordinata dicitur ad caſum quando caſus ſine illa non eueniſſet deciſ.478.num.10.
Ordinata etſi non ſit adhuc obligat ad caſum quando culpoſus dedit operam rei illicitæ deciſion.478.num.12.
Quando præceſsit præſumitur quod ea ceſſante res non periiſſet dec.478.num.11.
Vnius alteri præiudicare non debet, ſed ipſimet quiactum minus legitimè fecit deciſ.881.n.13.

CVLPA

Ex propria quis commodum reportare non debet dec.881.num.11.
Pro non tenetur Procurator qui habet mandatum cum clauſula, Prout eidem Procuratori magis expedire videbitur dec.826.num.5.

CVRA

Animarum quando cenſeatur expreſsa in donatione parochialis dec.61.nu.11.
Tanto eſt prætioſior quanto periculoſior dec.584. num.10.

CVRAE

Animarum Exercitium continet in ſe magnum periculum cum ſit ars artium deciſion.584. numer. 9.
Animarum in præiudicium redundans, ac illius exercitij concordia ſuſtineri non debet dec. 472. num. 8.

CVRATOR

Conſtituens Procuratorem finita cura expirat mādatum etiam re non integra dec.208.nu.67.
Non datur ad donandum dec.81.nu.6.

CVRATORIS

Hæredes tenentur reddere rationem de bonis minorum ſicut teneretur ipſe curator deciſion. 36. num.3.
Præſentia non ſupplet defectum intereſsentię proximioris in contractu mulieris, qui non fuit vocatus dec.568.nu.4.

IN CVRATRICEM

Matris confirmatio per Iudicem in praxi non ſeruatur dec.38.num.1.
Cum Matre deputata in Tutricem,& pro tempore Curatricem lis inchoata ante pubertatem, poteſt etiam cum illa terminari deciſ.381.num.2. Amplia ſi mater citata ſemper ſe geſsit pro tali, ac etiam finita tutela adſtitit liti, & acriter defendit filium prout melius potuit, quidqnid dicendum eſset ſi lis fuiſset inchoata poſt pubertatem deciſ.381.num.3.& 4.

IN CVRATOREM

Minor dari non poteſt deciſ.676.num.48. & Iudex debet aduertire, vt det curatorem maiorem 25. annorum deciſ.676.num.49.

CVRATORE

Hæreditatis iacentis non citato poſseſsio capta Iudicis authoritate eſt vitioſa, & non manutenibilis deciſ.740.num.5.

D

DAMNVM

Caſus fortuiti ad Dominum ſpectat deciſ.478. num.3.
Cenſetur Donatiuorum amiſſio reſultans ex voluntario receſſu à matrimonio deciſ.978.num.9.
Datum in arboribus cæſis poteſt de iure probari iuramento locatoris deciſ.1003.n.17.
Pro obtinenda remiſſione, ſeù defalco requiritur, quod ſuperet medietatem penſionis deciſ. 1003. num.10.

DAMNI

Cauſam dans tenetur ad illius emendationem deciſ.478.num.5.
Cauſam, qui dat, damnum dediſſe videtur, quod declara in cauſa proxima deciſ.478.num.7. & 8.
Prætextu, quod non fuit concludenter probatum non retardatur affictorum ſolutio deciſ.1003.n.2

DE DAMNO

Euitando quoties agitur ignorantia Iuris excuſat dec. 172.num.3.
Euitando qui agit potius contra eum iudicandū eſt, quam qui agit de lucro captando deciſ. 561. num.12.

DAMNA ET INTERESSE

Ante mandati relaxationem debent eſſe liquida deciſ.35.num.2.
Quando ſpecialiter fuerunt promiſſa dicuntur debita

bita non acceſſoriè, ſed principaliter tanquam ſors deciſ.104.num.2.
Veniunt liquidanda ad eamdem rationem fructuū deciſ.461.num. 2.

DAMNORVM ET INTERESSE

Liquidatio in re conducta admittit iuramentum Locatoris deciſ.1008.num.16
Loco ſuccedit pretii reſtitutio deciſ.506.num.2.
Tenetur ad ſolutionem principalis ſi promiſsum faciendum alias ad damna non adimpleat deciſ. 28. num.1.
Venditori, qui ex parte ſua impleuit debetur pretium, & loco pretij extinctio cenſus, & refectio damnorū paſſorum ob illius non extinctionem ad formam obligationis emptoris deciſ.211.numer.1.

AD DAMNA ET INTERESSE

Bene proceditur contra non adimplentem promiſſa ex natura contractus non impleti dec.184. num. 2. Et hoc caſu debet reſtitui pretium ſolutum, cum iſtud ſuccedat loco damnorum & intereſſe promiſſorum deciſ.84.num.3.
Tenetur Promittens ponere in tuto aliquam pecuniarum ſummam, ſi non adimpleat deciſ. 576. num.2.
Tenetur Venditor emptori ſecuta euictione rei venditæ deciſ.104.num.1.

DATARIA

Eſt organum vocis, & mentis Papæ deciſion. 632. num.21.deciſ.644.num.27.
Non ſolet confirmare concordias initas ſuper beneficiis abſque noua illorum prouiſione deciſ. 623. num.7.

DATARIAE

Libri expeditionum litterarum faciunt adminiculum deciſ.761. numer.9.
Officialis non deſcribens in libris Datariæ penſionem confidentialem non nocet deciſ. 761. numer.13.

DATARIVS

Dicitur organum Papæ, & ex illius ſcientia de ipſiuſmet Principis ſcientia certioramur dec. 761. num. 11.
Repræſentat perſonam Pontificis deciſ. 276. numer.3.

DATIO IN SOLVTVM

Facta à Iudice comprobat valorem deciſ. 778. numer.4.

DATVM

Sub vna conditione ſub contraria cenſetur ademptum dec.996.num.15.

DEBITOR

Conſtitutus in mora ſoluendi terminos dotis pro eis tenetur ad interuſuria deciſ.162. numer. 2.
Conueniri non poteſt ad reſtitutionem ſortis principalis ſi per obitum alterius ex officialibus ſocietas officii continuare debebat ſuper officio remanente deciſ.960.num.6.
Dici nequit; qui iam fuit liberatus deciſ. 291. numer.10.
Executionem ad effectum reuocandi prout, & indebite ſolutum, habet neceſſe, vt obtineat tres ſententias conformes deciſ.357. num. 2.
In aliqua quantitate reddit illiquidum detractionem legitimæ, & Trebellianicæ deciſ.910.n.20.
Liberatur per quietantiam etiam ſi iſta habeatur in libro debitoris, quando à creditore fuit productus deciſ.974. numer.15.
Penſionis ad euitandam ſolutionem tenetur concludenter probare alterum fructus percipiſſe deciſ.515.num.6.
Principalis efficitur ſi aſſumat in ſe debita ſocietatis deciſ.500.numer.8. & 12.
Quantitatis non habens vndè ſoluat, poteſt remdare in ſolutum pro æſtimatione facienda deciſ. 12.num.1.
Suſcipiens terminum videtur debitum agnouiſſe deciſ.38. numer.4.
Venditioni ſi conſentiat pignoris, ſi ipſe non ſoluat debito tempore, non debet citari in diſtractione, ſi deficit in ſolutione deciſ.1005.n.6.

DEBITORIS

Bona in executionem capta præſumuntur propria deciſ.332.num.1.deciſ.366.numer.1.
Obligatio ceſſat, quando conditiones non fuerunt impletæ deciſ.169.nu.5.

DEBITOREM

Contra poſſeſſio acquiſita exigendi cenſum, tranſit paſſiuè in eius ſucceſſores, præſertim poſſidentes rem cenſui ſubiectam deciſ.744. nu.1.
Liberat, quidem ſolutio cantans pro complemento, ſeù pro reſiduo; ſed non inde operatur, quod recipiens remaneat obligatus ad reſtitutionem indebiti quatenus indebitè acceperit ſine alia probatione circa realem ſolutionem deciſ. 688. num.7.
Sui debitoris agens contra plus iuris habere non poteſt, quam habeat principalis debitor deciſ. 688.n.10.

A DEBITORE

Facta ſolutio creditori ſui crediroris importat liberationem ſuam, & ſui creditoris deciſ.87.n.7
Solutio facta ab alio, quam à Debitore non inducit ratificationem, nec præiudicium infert ipſi debitori, deciſ.147.num.6.

DEBITVM

Comprobatur ex partitis legitimè extractis à libris eiuſdem debitoris, & habitis pro recognitis deciſ.863.num.3.
Contractum ſub obligatione Camerali dicitur grauius, & durius deciſ.500. nu. 4.
Extinguitur per compenſationem deciſ.291. nu.9.
Extinguitur per ſolutionem illius, quod debetur deciſ.858.numer.3.deciſ.895.num.3.
Extinctum cenſetur per adæquationem debiti deciſ. 465. num.11.
Ex vna cauſa poteſt voluntate partium trensfundi in aliam deciſ. 829. num.15. Maximè ſi debitor eſt mercator, qui præſumitur habere pecunias ſolutioni paratas deciſ.829.n.16.
In certa ſpecie ſolui poteſt in alia ratione difficilis præſtationis illius deciſ.689.n.1.
Et ſic Debitor vini poteſt illud præſtare in alia ſpecie, vel ſoluere æſtimationem ex aliqua iuſta cauſa deciſ. 689.num.2. Et mutatio præſtationis de vna ſpecie ad aliam etiam coniecturis ac præſumptionibus vrgentibus probari poteſt deciſ.689.nu.3.
In certa ſpecie contractum etiam inuito creditore poteſt ex iuſta, vel rationabili cauſa præſtari in alia ſpecie deciſ.713.n.1.
Litigioſum non eſt debitum maximè ad inducenda pœnam caducitatis deciſ.376. num. 7.
Naturale ſub ſpecie liberalitatis, quando dicatur ſolui deciſ. 651.num.59.

Ne-

Negatum ſi ſemper fuerit non habebit locum Statut Vrbis lib. 1. cap. 159. deciſ. 549. n. 15.
Pupillorum] præſumitur ſolutum ex pecunijs eorum quas retinebant Tutores, ſeu adminiſtratores deciſ. 685. num. 6.
Sociale poteſt, & debet compenſari cum credito ſociali deciſ. 934. n. 5.
Solutum præſumi non poteſt, quod debitor ignorauit, vel credidit ſe non habere deciſ. 549. n. 16.

DEBITI

Extinctio non reſultat niſi pecunia penes creditorem remaneat irreuocabiliter deciſ. 719. n. 5.
In extinctionem eius cui nomini adſcripſit creditor præſumitur acceptaſſe ſolutionem deciſ. 500 num. 13.
Petitio poſt obitum illorum, qui de ſolutione potuerunt, eſſe informati, non caret ſuſpicione calumniæ deciſ. 612. nu. 18.
Probatio debet concludere deciſ. 891. n. 15.

DEBITVM

Animo ſoluendi, Dos à matre, quando dicatur prælegata filiæ dec. 709. n. 5. & ſeq. & agitur de matre hærede mariti, & de dote conſtituta non de bonis matris, ac vlterius de debito neceſſario Patris.
Solutio ſupponit, prout & eius agnitionem deciſ. 552. num. 7.

DEBITA

Fideicommittentium debent ſolui ex mobilibus deciſ. 910. n. 2.
Soluenda ex fructibus de præcepto Teſtatoris d. præceptum dicitur datū per modum conſilij ad commodum hæredis deciſ. 910. num. 15. cum teſtator ſemper cenſeatur voluiſſe debitorum ſolutionem ſine grauamine hæredis deciſ. 910. num. 17. Et Verba de fructibus intelligenda veniunt de fructibus reperiendis de tempore obitus teſtatoris iam ſeparatis à ſolo, qui cadunt ſub fideicommiſſo deciſ. 910. n. 16.

DEBITORVM

Et cauſarum multiplicitas non præſumitur deciſ. 846. n. 16.

DECESSISSE

Quem ſine filijs præſumitur deciſ. 19. num. 1.

DECIMA

De iure ſicuti debetur Parocho ex prædijs ſitis intra fines ſuæ parochiæ deciſ. 61. num. 13. deciſ. 135. num. 6. dec. 959. n. 4. dec. 964. nu. 9. Et cui ad dictum effectum ſufficit prædia eſſe pro maiori parte intrà fines ſuæ parochiæ, & præſertim ſi non agatur contra alium Parochum deciſ. 959. nu. 6. Ita pariter debetur ei penes, quem reſidet cura Parochi in tantum, vt is dicatur habere intentionem fundatam de iure ad inſtar Parochi dec. 135. nu. 7. dec. 472. n. 10. dec. 964. n. 7. Etiam adhoc, vt valeat vti iure reali coæquali cum Parocho ſtante, quod decimæ deſeruiunt pro dote dec. 135. nu. 8. Et quod exercenti Curam animarum eo magis debeatur Decima ſi vlterius concurrat fumus parochialitatis deciſ. 964. numer. 10.
Eſt ſoluenda ex omnibus fructibus Terræ dec. 647 num. 15.

DECIMANDI

Iure probato in genere, Decima debetur de omnibus fructibus dec. 135. num. 9. Tum decimatio non immutatur ex mutatione ſeminis, & plantationis deciſ. 135. n. 10.
Sola poſſeſſio ſufficit, quando non agitur contra habentes iuris aſſiſtentiam deciſ. 61. num. 9.

DECIMAE

Impoſitæ à Papa pro ſubuentione Imperatoris nō dicuntur Papales in effectu dec. 100. n. 8. declarat num. 10.
Quando impugnantur proceditur executiuè deciſ. 890. n. 1.

DECIMARVM

A præſtatione, vt dicatur acquiſita libertas, quæ requirantur dec. 964. numer. 7.
Cauſa ad effectum remiſſoriæ cenſetur prophana deciſ. 631. n. 1. deciſ. 964. n. 1.
In materia conſuetudo locorum vicinorum plurimum attenditur dec. 581. n. 3.
Pro exactione Epiſcopus habet intentionem fundatam in iure deciſ. 44. num. 1. deciſ. 842. nu. 1. Et Epiſcopo pro exactione quartæ partis Decimarum in tot tumulis frumenti ſtante illius poſſeſſione deciſ. 842. num. 2. Cum conſuetudine, ſeu præſcriptione poſſit introduci, quod loco quartæ aſſignetur certa quantitas frumenti deciſ. 842 numer. 3. deciſ. 890. nu. 3.
Prò exemptione requiritur, vel immemorabilis, vel quadragenaria cum titulo deciſ. 959. nu. 7.
Prò exemptione ſufficit quilibet titulus, quando fuit probata immemorabilis dec. 964. n. 3.
Quoad exactionem Relatio Vicarij ſi fuerit ex aliquo titulo extraiudicialiter facta non vocato Epiſcopo, ipſi non præiudicat dec. 842. n. 9.
Reſpectu cui ſint debitæ, plenè creditur viſitationis libro deciſ. 61. num. 7.
Solutiones præſumuntur factæ in vim ſtatus antiqui præſcriptionis, vel conſuetudinis immemorabilis deciſ. 842. n. 7.

DECIMAS

Conſuetudo non ſoluendi non intrat niſi cùm cōtradictione ſoluere debentis, & acquieſcentia recipere debentis deciſ. 135. nu. 15.
Quod alius exigat, ſcientia & patientia capitali præſumitur ex lapſu temporis, & multiplicitate actuum deciſ. 13. num. 4. Amplia in his, quæ fiunt ſingulis annis dec. 13. n. 5.

A DECIMIS

Exemptio dicitur reſtricta ad certum territorium quando d. exemptio loquitur de incolis, cùm reſtrictiua (occaſione d. tertiæ partis Decimarum) quæ referuntur ad locum determinatum deciſ. 44. num. 3.
Exemptio in præiudicium Epiſcopi venit ſtrictè interpretanda deciſ. 44. num. 4.

DECISIONES

Declaratæ habentur in fine voluminis.
In quibus articulus ex profeſſo non fuit diſcuſſus; ſed tantum incidenter parum attendi debent deciſ. 498. nu. 30.
Intelligendæ ſunt iuxta terminos authoritatum quas allegant dec. 252 nu. 47.
Nullius efficaciæ ſunt ſi ſint fundatę in aliqua conſtitutione per reſcriptum Principis abrogata deciſ. 768. n. 22.
Supponendæ ſunt in alijs diſputationibus deciſ. 324. num. 2. deciſ. 778. num. 1. deciſ. 897. num. 4. dec. 929. num. 11. deciſ. 955. n. 1. deciſ. 966. n. 2.

DECLARANDI

Facultas cui competit, declaratione facta variare non permittitur in præiudicium alterius deciſ. 498. num. 4.

DECLARARE

Velle pro ſe retinere poſtea poteſt Eccleſia, quæ extraneum inueſtiuit ſub conditione, aut pacto reuerſiuo deciſ.498.n.5.
Præcedentia ſolent ſequentia deciſ.836, num.22, & deciſ.560.n.28.

DECLARATIO

Emptoris quod in venditione certa bona,etſi enunciata in Inſtrumento, non fuerint comprehenſa in venditione facit adminiculum quamuis emanata lite pendente deciſ.958.n.10.
Eronea non meretur attendi dec.596.num.5,
E iam ex interuallo facta deſeruit ad demonſtrandum qualis fuerit intentio contrahentis dec.768. num.18,
Etiam ex interuallo in materijs extraiudicialibus admittitur dec.944.n.18.
Facta à lingua Equitum Religionis Hieroſolimitanæ non præiudicat non citatis deciſ.549.n.7.
Noui iuris inductiua habet vim nouæ legis, & particularis priuilegij, nec ad non comprehenſos extendi valet dec.982.n.4.
Papæ facit ius generale quamuis emanauerit in gratia particulari deciſ.830.n.11.& 12.
Partium præferenda eſt depoſitionibus teſtium dec.829.n.13.
Patris facta in Teſtamento plurimum facit vt ſolutum pro filio ſit in illius legitimam imputandum etiamſi declaratio ſit facta ex interuallo deciſ.584.la 2. num.21, declara n.22,
Procuratoris ſi ſit veriſimilis attenditur deciſ. 543. num.10. Et Procurator contrahens vigore mandati obligat Dominum quamuis poſtea declarauerit ad ſui commodum contraxiſſe deciſ. 543. num.13.& 14.
Quoad præterita poteſt fieri abſq; inductione noui iuris quamuis effectus diſpoſitionis declaratæ reſpiciat futurum deciſ.830.n.17.
Vnius ex fideicommiſſarijs non debet attendi maximè quando eſt contraria verbis fideicommiſſi deciſ.153.n.12.

DECLARATIONIS

Natura eſt vt illa haberi debeat ac ſi à principio inſerta fuiſſet dec.997.n.10.
Natura eſt mentem concedentis patefacere deciſ. 768.num.12.

DECLARATIONI

Quæ concernit ea quæ in animo conſiſtunt ſtandum eſt dec.793.n.7.

DECLARATIONES

Sac.Congr.Concil. intelliguntur emanare iuxtà ea, quæ in facto proponuntur, & ſic enunciatiuæ circa factum, de quo principaliter dubitatur,non probat dec.842.n.10.
Sac. Concil. Trid. Rota reuerenter ſequitur deciſ. 875.num.10.

DECLARATORIA

Concedi vt valeat, ſeruari ſolent quatuor termini ad docendum de paritione deciſ.713. n. 11. Quibus elapſis & non docto de paritione, illa relaxatur deciſ.71.n.1.deciſ.290.nu.1.deciſ.302.num. 2. deciſ.348. n.1.deciſ.358.nu.1.deciſ.733.nu.12.deciſ.750.n.1.Cum declaratoria de ſtylo Rotæ relaxetur contra obedire renuentes mandatis Rotalibus ac litteris Apoſtolicis deciſ.161. num.1.deciſ.58.n.2.deciſ.429.n.1.deciſ.425.nu.1.& 2.deciſ. 589.n.1.deciſ.712.la t.n.1.deciſ.990.n.1.
Declaratoria datur etiam in terminis mandati de manutenendo deciſ.588. num. 2. deciſ.712. la t. numer.2,
Ex quo ligat animam requirit certam notitiam, & perſonalem litterarum intimationem deciſ. 369. numer.5.
Niſi infra menſem ex benignitate ſolet paſſim à Rota concedi deciſ.712.la 1.n.8.
Seu interdictum ſeruatis ſolitis terminis datur ob non paritionem mandato de reintegrando deciſ.530.num.1,
Tutorem contra venit relaxanda, quando non docet ſe curaſſe vt Pupillus obediat deciſ. 990. numer.11.
Vt euitetur ratione incertitudinis fructuum, quæ peragi debeant deciſ. 617, num.2. Paritio enim realis requiritur ſi fructus ſint liquidi, ſi vero illiquidi eſt ſoluenda aliqua ſumma, & interim inſtare pro liquidatione, aliàs declaratoria non euitatur deciſ.990.nu.7.& 8.
Quod dilemma intrat etiam reſpectu expenſarum explicitè in mandato contentarum deciſ. 990.n.9.
Vt euitetur ante liquidationem debitor tenetur offerre iulium vnum cum obligatione ſoluendi reſiduum, & ſic non relaxabitur ante liquidationem deciſ.532.n.4.& 5.
Vt euitetur non ſufficit ſola patientia, ſed requiritur mandatum impleri præciſè quando requiritur factum poſitiuum deciſ.348. nu.2. Si verò factum poſitiuum non requiratur paruiſſe ſufficienter dicitur ſi quis præſtet patientiam, & non contradicat deciſ.588.n.4.Sed adhuc iſto caſu requiritur paritio verbalis deciſ.588.n.3.
Et non paritio mandatis Rotalibus reſultat ex proteſtatione illorum contra quos fuerunt decreta deciſ.588.n.5.

DECLARATORIAE

In articulo non attenduntur exceptiones circa iuſtitiam deciſ.588.n.8.

DECOCTIO

Socij cedit damno ſociorum deciſ.456.n.8.

DECOCTIONIS

Solus rumor ac imminentia ſufficit pro mandati reuocatione deciſ.940.n.4.

DECOCTIONI

Proximi geſta ſolent eſſe ſimulata, & plena fraudibus deciſ.940.n.14.

DECREPITI

Regulariter mente laborant deciſ.701.n.13. Cætera ſupple in verbo ſenes,& ſanæ mentis.

DECRETVM IRRITANS

Afficit omnia quæ ſequuntur deciſ.157.nu.5.
Appoſitum in litteris Apoſtolicis inficit actus contrarios deciſ.92.n.3.
Appoſitum in lege generali non iuſtificatum non inficit poſſeſſionem deciſ.764.n.4.
Appoſitum in Regulis Cancellariæ non intrat, niſi in caſibus in quibus ipſis regulis eſt locus deciſ.769.n.1,
Contentum in extrauaganti execrabilis inficit titulum & poſſeſſionem deciſ.811.n.19. Et intrat docto de pacifica poſſeſſione incompatibilis ſi ex aduerſo non doceatur de valida diſpenſatione deciſ.811.n.21,
Continetur in quolibet Decreto Sacr.Concil.Trid. deciſ.899.num.6.
Inficit omnem poſſeſſionem, & manutentionem impedit deciſ.697.n.27.deciſ.811. n.21.deciſ.899. num.10.

num. 10. Prout & quemlibet titulum deciſ. 812. numer. 22.

Non impedit manutentionem poſſeſſori, quando dubitatur de reſeruatione deciſ. 388. n. 7.

Irritat omnem obſeruantiam contrariam dec. 125. num. 5.

Non minus tollit exceptionem quam actionem, & operatur vt impugnanti denegetur audientia decíſ. 812. num. 24.

Tanquam acceſſorium ſimul cum regula mētium expirat per obitum Pontificis deciſ. 771. n. 5.

DECRETVM IVDICIS

In contractibus mulierum vel minorum, vna cum cauſa ſufficienti requiritur deciſ. 805. n. 5.

Habet præſumptionem pro ſe deciſ. 593. num. 8. deciſ. 699. n. 9. Et quod non adſit læſio deciſ. 686. num. 8.

Interpoſitum ex falſa cauſa eſt nullum deciſ. 554. num. 5. deciſ. 1002. num. 17. Nec eo caſu pro decreto Iudicis pręſumitur deciſ. 805. n. 4.

Interpoſitum ſuper ſecunda obligatione minoris, non validat primam alioquin nullam deciſ. 703. num. 18.

DECRETVM IVDICIS IN ALIIS MATERIIS

Conditionale non purificata conditione euaneſcit deciſ. 710. n. 10.

Debet tantum relaxari pro ſumma proportionata moleſtijs deciſ. 736. n. 7.

Diſcretiuè conceptum inducit ſeparationem deciſ. 736. num. 5.

Factum Procuratore præſente, & conſentiente cenſetur acceptatum à principali deciſ. 736. num. 2. Et habet vim tranſactionis & rei iudicatæ deciſ. 736. n. 3.

Iniuſtum non opitulatur deciſ. 252. n. 18.

Nullum non priuat quem ſua poſſeſſione dec. 874. numer. 4.

Obtentum pro alimentis probat paupertatem præſertim in muliere vidua deciſ. 745. n. 13.

Prouiſionale, & ſine præiudicio iurium partium illa præſeruat tàm in poſſeſſorio quàm in petitorio, & perindè habetur ac ſi factum non fuiſſet deciſ. 842. n. 11. Et poteſt fieri citra vitium attentatorum deciſ. 610. n. 10.

Refertur ad petitionem deciſ. 471. n. 4.

Tranſit in rem iudicatam ob non interpoſitam à parte appellationem deciſ. 102. n. 7.

DECRETI IVDICIALIS

Validitas reſultat ex reuolutione actorum dec. 543. numer. 1.

DECRETI

Reſeruatio operatur dominij reſeruationem deciſ. 986. n. 1.

Tranſlatio Decreti intelligitur in ſua latitudine cum tranſlatione dominij deciſ. 1005. n. 3.

DECRETO IVDICIS

Contra ſe lato videtur quis acquieuiſſe ſi non appellauit deciſ. 102. n. 8.

DECRETVM

Per diffinitiuum pronunciatio facit numerum ad effectum conformium deciſ. 188. nu. 5. Amplia vt num. 6.

Procurator acceptando non poteſt præiudicare principali ſi non habeat mandatum ſpeciale ad ſententias deciſ. 736. n. 6.

A DECRETO

Rotali ante omnia reficiendi expenſas prioris Iudicij cenſetur receſſum ſi fuerit proceſſum ad vlteriora in diſputatione meritorum cauſæ abſque partis oppoſitione deciſ. 876. n. 12.

Ex Decreto clauſo in litteris. Quod ſi quandiù &c. Ne penſio ſit nulla, debet integraliter probari perſoluta in vita Titularis, qui penſioni conſenſit deciſ. 58. n. 2.

DECRETA

Sacræ Congregationis ſuper negocijs Regularium poſſunt allegari ad inſtar legis communis deciſ. 73. num. 3.

Sacrę Congregationis Rituum confirmata à Papa ex defectu ſubreptionis, & intentionis eiuſdem Congregationis redduntur ineſſicacia ad tollendum ius acquiſitum, & alteri præiudicare deciſ. 855. n. 15.

DEFALCVM

Conuentum taxatiuè in certis caſibus, in alijs diuerſis illud peti nequit deciſ. 1003. n. 5.

DEFALCI

Exceptione non retardatur obligationis Cameralis effectus deciſ. 1003. n. 1.

DEFALCVM

Conductor petere non poteſt ratione damni quando prouenit ex impedimento quod extabat tempore locationis deciſ. 1003. n. 3. & 4.

DEFENSIO

Cuilibet eſt de iure permiſſa, & tanquam talis nemini denegatur deciſ. 697. n. 13.

DEFICIENTIA

Comprehenſorum in inueſtitura præſumitur, ſi nullus compareat, allegando ſe de comprehenſis deciſ. 741. n. 11. & deciſ. 939. n. 8.

DEFVNCTI

Confeſſio ſi non contineat magnam quantitatem probat æs alienum etiam in præiudicium legitimæ deciſ. 757. nu. 14. Et quando dicatur magna quantitas relinquitur arbitrio Iudicis deciſ. 757. num. 15.

DELEGARI

Poteſt ſolum nudum factum deciſ. 208. n. 21.

DELEGATIO

Cauſæ facta duobus efficit, vt vnus alterum poſſit ſubdelegare, & ſic vnicus pronunciare dec. 119. nu. 3. Limita in delegatione facta cum clauſulis, *authoritate noſtra diſcretioni veſtræ, & quod procedant coniunctim.* Cum eo caſu ſit electa induſtria perſonæ, & ſic non ſit locus ſubdelegationi deciſ. 119. num. 4. Perſonalis non dicitur quando ſola dignitas fuit expreſſa deciſ. 508. n. 6.

DELEGATIO

Solutionis vim habet deciſ. 850. n. 1. Quod procedit etiamſi delegatus non probetur debitor delegantis deciſ. 850. n. 2.

DELEGATVS

Cognoſcere illa non poteſt quorum iuriſdictio nō fuit demandata deciſ. 478. n. 1.

Commiſſionis ſine præſentatione nullam habet iuriſdictionem deciſ. 428. n. 8.

A Sede Apoſtolica quando poſſit recuſari dec. 867. numer. 3.

Subdelegare non poteſt extra locum ſibi delegatum deciſ. 471. n. 2. Ac vltrà vnam vel duas dietas deciſ. 508. num. 7. Et ad dictum effectum requiritur ſpecialis facultas alias non poteſt deciſ. 81. num. 2.

Ex rationabili vero cauſa poteſt deciſ. 518. n. 8.

DE-

Index Materiarum.

DELEGATI IVDICIS

Iuriſdictio non expirat mortuo mandante re non integra deciſ.208.n.71.& ſub n.72. declaratur deciſ.374.Caual.

Iuriſdictio prorogari non poteſt de conſenſu partium quidquid ſit in ordinario deciſ.364.n.4.

DELIBERATIO

De ſolo vſuſfructu nõ comprehendit poſſeſſionem ciuilem quæ remanſit penes proprietarium deciſ.941.n.3.

Et adiudicatio in ſatisfactionem crediti extinguit ipſo iure præcedens pignus mutando cauſam poſſeſſionis in titulum dominii, & facit ceſſare reintegrationem deciſ.907.n.5.6.& 7.

Exceſſiua nullum ius nec quoad poſſeſſionem, nec quoad dominium tribuit deciſ.952.n.1.

Facta contra formam mandati, executionis, & Edictorum eſt nulla deciſ.808.n.3.

Facta de parte rei in executionem captæ tenet deciſ.808.n.6.

Facta de tempore quo ſunt elapſæ omnes dilationes dicitur carere decreto, & ſic ſine noua citatione non ſuſtinetur deciſ.764.n.5.

Facta maiori oblatori etiam poſt terminum ad offerendum tenet deciſ.808.n.9.

Non interuenientibus tribus oblatoribus iuxtà ſtylum Tribunalis A.C. eſt nulla deciſ.808.n.7.

Nulla eſt non intimato penultimo oblatore deciſ. 808. num. 10. Declara reſpectu ſolius penultimi oblatoris non debitoris deciſ.808 n.11.

Limita in deliberationibus quæ fiunt in depoſitaria deciſ.808.n.12.

Præſumitur ex longo temporis ſpatio, præcipuè cùm crediti ſumma excedat rem deliberatam deciſ.907.n.9.& 10.

DELIBERATIONIS

Iniuſtitia poteſt opponi ab hærede illius, pro cuius debito illa facta fuit deciſ.952.n.16.

DELICTVM

Confidentiæ vti difficilis probationis probatur, etiam præſumptionibus & coniecturis deciſ. 1. num.7. vide in verbo Confidentia.

Probari debet ab allegante deciſ. 365. num. 8. Nec iſtud præſumitur ſine concludenti probatione deciſ.205.n.10.

Vt excludatur ſemper interpretatio ſumi debet deciſ.543.n.45.

PER DELICTVM

Commiſſum à Patre bona feudalia tranſeunt in fiſcum durante ſolum vita Patris, & donec durat viuſfructus, itaut poſt illius obitum reuertatur ad filios deciſ.419.n.31.

Amplia in Prælato, & in Imperatore aduerſus vaſſallos Imperij Romani deciſ. 419. numer. 32. 33. & 34.

DELICTIS

Ex duobus in dubio præſumitur quod eſt minus deciſ.601.n.10.

DEMONSTRATIO

Alia fruſtra adijcitur rei demonſtratæ deciſ. 520. numer.16.

Falſa non vitiat dum veritas aliundè habetur deciſ.647.n.19.

DENOMINATIO

Deſumitur à Titulo deciſ.764.num.7.

Nominis facta in renunciatione demonſtrat qualis de eo tempore filia fuerit, an ſæcularis, ſeu potius Religioſa deciſ.676.n.35.

DEPONERE

Non eſt ſoluere deciſ.546.num.8.

DEPOSITARIVS

Contra legem depoſiti ſoluens perindè eſt ac ſi non ſoluiſſet deciſ.634.n.1.

Ex natura depoſiti ſtatim pecunias reſtituere tenetur deciſ.543. num.25.

Negociari nomine proprio, cum pecuniis alienis abſque præiudicio mandantis, ſeu deponentis non eſt prohibitus deciſ.947.n.6.

Non liberatur ſi depoſitum reſtituat non ſeruata forma in eo præſcripta deciſ.604.nu.1. Immò & dicitur ſpoliare deciſ. 604. num. 2. Ac ipſe indiſtinctè tenetur ac ſi non reſtituiſſet deciſ.604. numer.17.

Non tenetur niſi de dolo & lata culpa, quando depoſitum ſit gratia ſolius deponentis deciſ.604. num.16.

DEPOSITIO

Indefinita in Teſtibus non æquipollet vniuerſali deciſ.61.n.6.

DEPOSITVM

Sicuti non extantibus hæredibus, ſeu proximioribus venientibus ab inteſtato ſuccedit excluſo fiſco, ità exiſtentibus dd. proximioribus ipſe renuncians excluditur deciſ.676.n.32.

NON RENVNCIANS

Attentatis habens eorum notitiam, ratificare cenſetur deciſ.478.num.24.

RENVNCIANTIS

Ius quando habet aliquam mixturam cum honore & voluntate Teſtatoris, tunc d. iuri renunciari non poteſt deciſ.417.n.13.

RENVNCIANTI

Sub conditione debetur regreſſus ad iura renunciata quando inter partes fuit ſtipulatum, quod tali caſu renuncians de facto redeat ad ſua primæua iura deciſ.879.n.1.
Sua iura amplius de illa non datur regreſſus deciſ.117.num.2.deciſ.935.num.1.

RENVNCIARE

Beneficio abſque authoritate Superioris quis poteſt ſi tantum habeat ius ad rem ſuper illo deciſ. 623. num.11.
Fauori proprio ſeu beneficio quilibet renunciare poteſt deciſ.417.n.12.deciſ.732.n.4.
Hæreditati non poteſt hæres poſtquam illam acceptauit deciſ.417.n.14.
Nemo præſumitur iuri quod ignorat deciſ.558.n.7. deciſ.618.num.5.
Non poteſt filia iuri ſibi competenti ſuper repetitione dotis tacitè vel expreſsè in præiudicium ſecundarum nuptiarum deciſ.151.n.5.
Poſſeſſioni à ſe legitimè captæ non cenſetur vtens commiſſione deciſ.787.n.10.

RENVNCIATIO

Ampliſſima ex quibus dicatur non comprehendere extraneos, fuſiſſimè tractatur cum pluribus adminiculis tàm pro illorum comprehenſione, quam excluſione reſpectiuè deciſ. 641. num. 16. & tribus ſeqq.
Bonorum debet tantum referri ab bona, & perſonas ſpecificatas deciſ.253.n.9.
Corruit ſi corruat ſuppoſitum ob quod fuit renunciatum deciſ.612.n.20.
Cui annectitur aliqua ratio non extenditur ad alias perſonas quam eas in quibus viget eadem ratio deciſ.200.num.3.
Cum iuramento omni iuris & legum auxilio inducit renunciationem etiam *l. de his ff. de Tranſact.* deciſ.335.num.8.
Dotis facta à muliere remanet nulla ſi non fuerit inſinuata deciſ.134.n.6.
Quod intellige etiam in renunciatione facta cum iuramento deciſ. 134 n.7.
Dotis facta à muliere per acceptationem legati Paterni remanet nulla ſi non fuerit certiorata de præiudicio, quod eidem mulieri inferebatur per d.legati acceptationem circa reſiduum dotis deciſ.134.num.8.
Dotis fieri non poteſt per mulierem in præiudiciũ ſecundi matrimonij per acceptationem legati Paterni deciſ.134.n.5.deciſ.274.n.4.
Dotis mulieris vti generalis remanet nulla, tam ex diſpoſitione *auth.ſi qua mulier C.ad velle* deciſ.235. num.2.
Quam ex diſpoſitione *Statuti Bononiæ* deciſ. 235. num.3.
Sed renunciatio vt dicatur nulla ex diſpoſitione *d.auth.ſi qua mulier* requiritur, quod ſit facta fauore mariti, & quod vxor remanſerit indotata, ex quo non adſint bona mariti ex quibus poſſit ſatisfieri de ſua dote deciſ.235.n.4.
Dotem ſi comprehendit multo magis comprehendet alia credita, non adeo priuilegiata deciſ. 700. num.14.
Emphyteuſis quamuis ampliſſima non ſuffragatur niſi paciſcentibus eorumque hæredibus, & ſucceſſoribus pro quibus illa facta reperitur dec.676. num.20.
Eſt ſtricti iuris, & tanquam materia odioſa ſtrictiſſimam recipit interpretationem deciſ. 346. numer.10.& 29.
Facta ab ingrediente monaſterium præſumitur facta de omnibus & ſingulis hæreditatibus ſibi deuoluendis deciſ.346.n.9.
Facta cum expreſſa declaratione vt cẽſeatur diſpoſitum ab inteſtato ad fauorem quarumcunque

perſo-

perſonarum ac ſi ipſe renuncians, nunquam fuiſſet in rerum natura dicitur realis, & indiſtinctè excludit renunciantem, perindè ac ſi ipſe in rerum natura nunquam fuiſſet deciſ.676.n.25.

Facta de hæreditate paterna non comprehendit fraternam, ſi ea non legatur deciſ.346.n.12.

Fauore primogenituræ facta dicitur ſi fuerit concepta per verba *Item declarauit che non oſtante che habbia inſtituiti tutti li ſuoi figlioli, il primogenito reſti Padrone*. Et cum prohibitione legitimæ, & Trebellianicæ deciſ.200.n.1.

Fideicommiſſi non inducitur abſque explicita ſciẽtia, & mentione expreſſa verborum eiuſdem fideicommiſſi deciſ.558.n.8.

Fideicommiſſi in præiudicium ſubſtitutorum non ſuſtinetur deciſ.837.n.13.

Generalis ac generalibus verbis concepta nũquam trahitur ad ignorata deciſ.612.num.20.deciſ.618.num.5.

Generales ſemper reſtringitur ad cauſam pro qua fuit facta deciſ.235.n.6.

Hæreditati Paternæ facta à filia ingrediendo Monaſterium ſi contineat verba *omnem & quamcunque hæreditatem* comprehendit hęreditatem cuiuſcunque perſonæ deciſ. 346. num. 1. Amplia num.2. Dicta renunciatio ſi continent renunciationem cuicunque hæreditati ab inteſtato deferẽ comprehendit quamcunque hæreditatem deuoluendam etiam ex cauſa de futuro deciſion. 346. n.3.

De hæreditate Paterna ex cauſa dotis a fratre promiſſa comprehendit etiam hæreditatem fraternam deciſ.346.num.7.

Hæreditati vel iuri de futuro intelligitur de illo iure quod habet vel habuit cauſam de pręterito, vel de præſenti ſecus de futuro deciſ.346.n.27.

Ingreſſus ex cauſa etiamſi eſſet realis, talis deſineret eſſe eo ipſo quo nõ extarent perſonæ ad quarum fauorem renunciatio fuit facta deciſ. 641. num.36.

Ingreſſus ex cauſa quando ſuſtineatur etiam ſine ſolemnitatibus ex quo renuncians iam ſit Nouitius & alia in hac materia deciſ. 641. num. 7. & ſeptem ſeqq.

Legitimæ in Teſtamento prohibitæ requiritur in acceptatione verbis indiuiduis, ac ſpecificis aliàs quoad legitimam, quis non ſibi præiudicat deciſ.726.num.7. Et iſta ſpecifica renunciatio oritur ex acceptatione facta diſpoſitionis per omnia, & ſingula in diſpoſitione contenta deciſ. 726. numer.8.

Mixta reputatur quæ fit per abdicationem bonorum contemplatione certarum perſonarum deciſ.641.num.32.

Mulieris corruit ex falſitate vnius ex cauſis coniunctim eam ad renunciandum mouentibus deciſ.792.num.21.

Limita quando conſtat ſingulas cauſas mouiſſe renunciantem deciſ.792.n.21.

Mulieris ex falſa cauſa vel damnoſa eſt nulla deciſ.792.num.13.

Mulieris facta non ſolum cum ſolemnitatibus, ſed etiam cum iuramento operatur, vt illa ſaltem de iure canonico ſuſtineatur, itaut neque ipſa mulier, neque ipſius hæredes contrauenire poſſint deciſ.699.num.4.

Penſioni dicitur facta cum cauſa ſi facta fuerit ad inſtantiam conſanguineorum, & Canonicorum deciſ.385.num.21.

Perſonalis non realis in dubio præſumitur deciſ. 641.num.31.

Perſonalis perſonam non egreditur deciſ.107.n.13. Et facta ad fauorem vnius non ſuffragatur alteri deciſ. 107. nu.14. Et amplia quando non militat eadem ratio deciſ.107.n.5.

Pro hæredibus & ſucceſſoribus quibuſcunque non poteſt dici facta contemplatione agnationis deciſ.676.num.27.

Proprij Iuris non præſumitur niſi de neceſſitate inferatur deciſ.141.n.8.deciſ.322.n.3.

Realis perpetuo excludit renunciantem à bonis renunciatis omnibus modis quibus ſuccedere poſſet deciſ.641.num.30.

Realis quod non efficiatur ex cauſa ingreſſus, etiamſi adſit ſtipulatio æquiliana cum pacto de non ſuccedendo deciſ.641.n.33.34.& 35.

Sine ſolemnitatibus ſtatutarijs in perſonis prohibitis contrahere non ſuſtinetur deciſ. 676. numer.33.

Si ſine filijs cum pacto reuerſiuo pluribus facta in numero plurali non afficit quia renuncians admittatur ad portionem cuiuslibet defuncti ſine filijs ob reſolutionem pluralitatis in ſuas ſingularitates deciſ.879.num.3.

Sororis de bonis fratrum nominatorum non extenditur ad non nominatos deciſ.253.n.7.

Stipulata pro hæredibus & ſucceſſoribus quibuſcũque comprehendit indiſtinctè omnes extraneos deciſ.676.nu.16.& ſub num.17. Declarantur Deciſiones in Bononieñ de Amarinis coram Merlino & Romana Renunciationis de Perottis.

Stipulata pro ſe & hæredibus ſuis abſque adiectiuo, quibuſcunque quandoque excludit ipſum renũciantem ex cauſa hæredum extraneorum deciſ. 676.num.15.

Tanquam odioſa non extenditur vltrà perſonas in ea expreſſe comprehenſas deciſ.676.n.14.

Tantum capit quantum fuit expreſſum deciſ. 523. num.2.deciſ.346.n.11.26.44.& ſeqq.

RENVNCIATIONIS

Cauſa ceſſante ceſſat & renunciatio deciſ. 346. numer.39.

Cauſa finalis in profeſſis potius dicitur ingreſſus in Religionem quam agnationis conſeruatio deciſ.676.num.31.

Materia ſiue realis; ſiue perſonalis plurimum pendet ex præſumpta mente contrahentium dec.641. num.37.

Materia ſtrictè venit interpretanda deciſ. 253. numer.1.

Verba recipiunt omnem fauorabilem interpretationem ad fauorem renunciantis deciſ. 879. numer.2.

RENVNCIATIONI

Faciendæ per mulierem dicitur facta remiſſio ſi nũquam fuerit in ſtatum pro tali renunciatione, & pro dote plures pecuniarum ſummæ fuerint ſolutæ deciſ.928.num.10.

POST RENVNCIATIONEM

Non poteſt agi de ſpolio, nec peti reintegrato per ſucceſſores renunciantis deciſ.907.num.1.

IN RENVNCIATIONE

Attenditur veriſimilitudo deciſ.346.n.17.

Ex quibus verbis comprehenſi dicantur hæredes, & ſucceſſores quicunque deciſ.676.n.21.

Verba *Quibuſcunque hæredibus, & tàm ab inteſtato, quàm ex Teſtamento &c.* ſucceſſoribus, inducunt

Digitized by Google

æquiparationem & æqualitatem, itaut illa ſicuti comprehendunt hæredes extraneos ex Teſtamẽto ità pariter hæredés extraneos ab inteſtato includere debeant deciſ.676.n.22.

Filiarum de bonis Paternis & Maternis non veniũt ea, quæ per aditionem ſunt effectum proprium patrimonium fratrum deciſ.253.n.4.

Mulieris inſinuatio omninò requiritur prout etiam ſubſcripta deciſ.274.n.5.

Etiam in renunciatione cum iuramento dec.274. num.6.

Et mulier debet eſſe certiorata de præiudicio, quod ex renunciatione prouenire poteſt deciſ. 274.num.7.

Quid fuerit comprehenſum debet attendi mens vtriuſque contrahentis deciſ.346.n.13.

RENVNCIATIONES

Contemplatione aliarum renunciationum factę ad inuicem ſunt correſpectiuè deciſ.346.n.37.

Filiarum ad fauorem fratrum cenſentur ſemper factæ in beneficium maſculorum de familia, vel vt fratres de bonis liberè diſponere poſſint deciſ.346.num.31.

Filiarum ad fauorem fratrum tacitam de iure habent conditionem, dummodò aliquis maſculus vel deſcendens ex fratribus ſuperuiuat, vel ipſi de bonis renunciatis aliquo modo diſponant, & his ceſſantibus renunciatio habetur ac ſi facta non fuiſſet deciſ.346.n.32.& 33.

Iſta ſententia dicitur communis, æqua itaut tam in iudicando quàm in conſulendo ſit ſequenda deciſ.346.num.33.

Procedit nedum quando renuncians recipit dotem, ſed etiam quando renunciatur ex cauſa ingreſſus monaſterij deciſ.346.n.34.

RENVNCIATVM

Beneficio prius obtento ex quibus non dicatur per aſſecutionem incompatibilis, etiam ſi in illius adeptione proceſſerit proteſtatio quod intelligatur primæ gratiæ renunciatum deciſ.874.n.5.

Non intelligitur niſi illi iuri quod quis habet tempore contractus deciſ.346.n.30.

Proprietati quando non cenſeatur deciſ.107.nu.16.

RENVNCIATA

Bona excluſis hæredibus extraneis deuoluuntur ad Monaſterium, & non ad Monachum deciſ. 676. num.29.

REPETITIO

Non inducitur in orationibus ſeparatis deciſ.993. num.12.

AD REPRAESENTANDVM

Talem carceratum obligans ſe in forma Cameræ ad omne mandatum Domini, ſecuta re iudicata, interpellatus ſi non repræſentauerit tenetur ad ſolutionem pœnæ conuentæ deciſ. 350. nu.2. deciſ.363.num.2.

Limita ſi alibi reperiatur carceratus deciſ.350. numer.3.

Et dictæ obligationi dicitur factus locus, quando obligatus non repræſentauit intrà terminum præfixum deciſ. 363.n.1.

Fideiuſſor non excuſabitur à pœna ſi debitorem repræſentare nequeat ex quo ob æs alienum cõtractum poſt obligationem de repræſentando fuit alibi Carceratus deciſ.350.n.7.

Fideiuſſoris culpæ eſt imputandum ſi debitor ſub eius cautione relaxatus extrà iuriſdictionẽ abierit, cum iudex eo caſu eius cuſtodię illum commiſiſſe cenſeatur deciſ.150.n.8.& 9.

REPROBATVS

In partibus ac deindè approbatus in Curia non citato coppoſitore non cenſetur dignior dec.946. num.12.

Cætera in verbo Examen.

REPRODVCTIO.

Facta in vno iudicio non operatur effectum in alio iudicio ad hoc vt ſine noua reproductione iura dicantur de actis deciſ.189.numer.5.

REPVDIATA.

Hæreditas non poteſt dici durante termino 30. annorum dato ad deliberañ deciſ.167.n.8.

REPVDIATIO.

Hæreditas facta per minorem cenſetur reuocata, ſi factus maior immiſcuerit ſe hæreditati dec.819. num.3.

Non inducitur ex patientia quando per longum tempus poſſideat deciſ.120.num.7.

Non inducitur ex taciturnitate, ſed imò ex illa colligitur animus deliberandi in tempore 30. annorum deciſ.167.num.10.

Tanquam ſtricti iuris non debet extendi ad non expreſſa deciſ.167.num.9.

RES.

Aliqua diuerſo iure cenſeri non debet deciſ.135. num.11.

Fideicommiſſo te multiplico, & euictioni ſubiecta viliori quæritur pretio deciſ.858.n.6.

Inter alios acta alijs non præiudicat deciſ.108.nu.1. deciſ.418.num.15.

Liberè vt tradita dicatur quid requiratur dec.418. numer.2.

Non ſuccedit loco pretij deciſ. 937.n.10.

Non ſuſtinetur quando venit ad caſum à quo incipere non poteſt deciſ.208.n.72.

Pignorata ſi non patiatur commodam diuiſionem tota vendi poteſt, licet creditum excedat deciſ. 986. num.10.

Poſſeſſa per hæredem præſumitur quod ſit eadem quæ fuit poſſeſſa à teſtatore quando conſtat in eodem loco iſtum poſſediſſe deciſ.598. n.8.

Hoc fortius procedit quando præter ſucceſſiuam poſſeſſionem hæredis in eodem loco, in quo teſtator poſſidebat, concurrunt aliæ demonſtrationes deciſ.598.num.9.

Pro dote ſemel à fideicommiſſo detracta, ſemper remanet libera ab illius nexu deciſ.667. num.3. deciſ.710. num.4.

Procedit in alienatione irreuocabili dec. 710.n.5.

Quæritur ementi proprio nomine, licet pecunia ſit aliena dec.937.num.5.

Redempta vigore pacti redimendi, redijt obnoxia obligationibus, quibus perantea ſuppoſita erat deciſ.719.num.7.

Vna eademque diuerſis titulis poteſt alicui deberi deciſ.696.num.11.

REI.

Communis in qualibet gleba compoſſeſſor ratione conſortij dicitur habere partem dec.327. n.1.

REM.

Emphyteuticam denotat laudemij ſolutio dec. 28. numer.7.

Melius eſt habere quam fideiuſſores dec.450.n.19.

RES.

Plures quando ſub eadem oratione, & ſub vnica verborum ſtructura comprehenduntur, non poſſunt diuerſo iure cenſeri deciſ.432.n.16.

RES

RES IVDICATA.

Conuincit non ius collitigantis, & facit quod non ſit locns reuocationi attentatorum deciſ.618. numer.2.

Eſt clara ſi infra decem dies à ſententia non fuerit appellatum deciſ.28. num.1.

Exequi debet in cauſa priuilegiata, vt puta alimentorum deciſ.439. numer.5.

Facit rem claram manifeſtam, & indubitatam deciſ.999. num.15.

Non extinguit litem ſi non fuerit executioni demandata deciſ.963. num.4.

Requirit tria copulatiuè, nempe validitatem, & iuſtitiam ſententiarum, & lapſum temporis de iure dati ad appellandum, & proſequendum deciſ.373.num.1. Defectus enim lapſus temporis impedit tranſitum in iudicatum deciſ.373. num.2.

Deſertio non attenditur, ſed iuſtitia ſententiarum ex ſtylo Rotæ Romanæ deciſ.373.num.7.

Tollit omnia alia retroacta, adeout ipſa ſola veniat attendenda deciſ.490. num.13.

Vti ſtricti iuris non extenditur ad ea quæ verbis in ſententijs non cottinentur deciſ.979.n.9.

REI IVDICATAE.

Poſt petitam executionem commiſſio reſtitutionis in integrum obtenta ipſam executionem impedire non poteſt deciſ.439.num.6.

Vim habet confeſſio debiti in certa quantitate deciſ.576. num.27.

REI IVDICATAE.

Dicitur factus locus ſi infrà decendium non fuerit appellatum deciſ.794. num.2. deciſ.816. num.1.

Nec factæ diligentiæ pro illa committenda, concurrente validitate, & iuſtitia ſententiæ deciſ. 973. num.1.

Dicitur factus locus quando à ſententia non fuit appellatum in tempore, vel infra annum non fuit executa, & reproducta citatio ad dicendum contra commiſſionem, vel ſi non fuerit proſequuta appellatio infra biennium, & emiſſa prorogatio fatalium deciſ.606.num.1.deciſ.745.n.2. deciſ.812. num.1.

Dicitur factus locus ob lapſum fatalium, illorumque non prorogationem deciſ.602. num.1.

Dicitur factus locus ob omiſſam appellationem, etiamſi infra decem dies pars expediuerit mandatum deciſ.745.num.15.

POST REM IVDICATAM.

De attentatis non agitur licet cauſa appellationis ſit commiſſa ſimpliciter deciſ.743. num.20.

RES IVDICATAS.

Rota ſolet etiam ſuſpendere, & appoſito ſequeſtro cognoſcere de bono iure quoties illæ non habēt bonum odorem deciſ.574.num.24.

RESCISSIONI

Contractus non eſt locus quando quis prius pleniſſimè informatus contraxit, quodque multo magis procedit quando perſonæ quæ contraxerunt fuerunt plures, & cautæ deciſ. 400.num.13.

Vt ſit locus iniuſtitia pretij vltra tertiam partem ſufficit, & hoc ſecundum ſtatutum Vrbis deciſ. 179. num.1.

Vt ſit locus in venditione propter læſionem à iuſto pretio detrahenda non eſt tertia, ſed ſuperaddenda peciſ.325.num.5.

Tertia enim, aut dimidia iuſti pretij, vt reſcindat venditionem menſurari debet à re petita, ſeù data deciſ.325. numer.6.& 7.

Et in venditione ſi læſio vltra dimidiam eſſet in duplo nihil ſupereſſet, aut remaneret deciſ.325. numer.8.

Nec venditori magis quam emptori quando læſus eſt vltra dimidiam ſuccurrendum eſt deciſ. 325. num.9. & 12.

Cætera in verbo Contractus.

RESCRIPTVM.

Declaratur à ſupplicatione deciſ.604.num.7.

Papæ non capit perſonam non expreſſam dec.295. num.5.

Primum dicitur deletum per vltimum illi contrarium deciſ.659..num.7.

Signaturæ committens cauſam appellationis ſimpliciter intelligitur ad vtrunque effectum ſuſpenſiuum, & deuolutiuum deciſ.94.num.5.

Signaturæ debet intelligi prout de iure deciſ.94. numer.4.

Signaturæ eſt conditionatum ſi adſint verba (Conſtito de paupertate deciſ.9.num.3.

Vltimæ commiſſionis facta mentione alterius attendi debet deciſ.659. num.6.

RESCRIPTVM.

Vitiat, & ſubreptitiuui reddit taciturnitas iuris tertij deciſ.375. num.26.

RESCRIPTA.

Iuſtitiæ licet ſubreptitia non ſunt ipſo iure nulla, ſed ope exceptionis irritantur deciſ.657.n.3.

Principum recipiunt interpretationem à iure cōmuni, cum quo illa ſe conformare cenſentur deciſ.574.num.19.

RESERVANS.

Creditor expreſsè ſibi iura in liberatione cōtra alios cenſetur etiam ſibi reſeruaſſe faciendi ceſſionem contra alios debitores liberatos deciſ.949. n.16.

RESERVARE.

Penſionem ſuper Commenda non poteſt Eques Hieroſolymitanus debitor communis ærarij deciſ.961.num.5.

RESERVATA.

Sunt beneficia Collectorum, & Subcollectorum fructuum, & prouentuum Cameræ Apoſtolicæ debitorum deciſ.88.num.3.deciſ.111. numer.1. deciſ.632.num.5.

Hoc procedit etiam in Subcollectoribus decimarum quæ imponuntur pro ſubſidio aduerſus Infideles, vel ob publicam cauſam deciſ.100. n.9.

Hoc procedit etiam abſque ſubcollectoriæ exercitio cum ſufficiat Subcollectorem fuiſſe paratum deciſ.632.num.6.

Vt intret reſeruatio requiritur vnicitas Collectoris, ſeù Subcollectoris deciſ.111.num.10. & vnicitas ſufficit etiam per aliquod temporis ſpatiū deciſ.100.num.6.

Limita ſuperius dicta in Exactore Capituli, cuius beneficia non dicuntur reſeruata deciſ.111.n.12.

Limita in nudo miniſtro deputato ad exigendum ſine iuriſdictione dec. 5. num.6.

Sunt beneficia quæ ſunt primæ dignitatis poſt Pōtificalem in Cathedralibus deciſ.606. num.1.

Sunt beneficia Protonotariorum deciſ.632.num.2

Habet locum ſiue fuerint creati ab ipſo Papa immediatè, ſiue ab alio etiamſi non conſtet de præſtatione iuramenti, & traditione inſignium deciſ.632.num.3.

Sunt beneficia ratione regulæ menſium : ſed quæ nam beneficia non veniant ſub d. reſeruatione. Vide in verbo regul. 8. hodie 9.
Non ſunt beneficia vnita, nec vti reſeruata impetrari valent dec.525. num.1.
Cætera vide in verbo Beneficia, & in verbo Regulæ Cancellariæ.

RESERVATA.

Vero conferendi aperiunt viam indulta conferendi reſeructa Ordinarijs collatoribus conceſſa cum iſta tollant obſtacula reſeruationum deciſ.632. num.18.
Huiuſmodi indulta non comprehendunt beneficia duplici reſeruatione reſeruata deciſ.632. num.1. & 18.
Non comprehendunt beneficia apud Sedem Apoſtolicam ſiue in Curia vacantia de quibus non fuit facta expreſſa mentio deciſ.848. num.12.
Sed vt comprehendant dd. indulta beneficia duplici reſeruatione reſeruata quæ ſint neceſſaria deciſ.632.num.9. & ſeqq.
Cætera in verbo Indultum.

RESERVATIS.

In beneficijs quacunque reſeruatione ſine generali ſiue ſpeciali optio non habet locum deciſ.616. numer.2.

RESERVATARIVS.

Debet eſſe Clericus, & moribus honeſtus deciſ.761 numer.19.

RESERVATARII.

Per mortem Confidentiarius non priuatur commodo penſionis deciſ.761.numer.14.

RESERVATIO.

Beneficiorum generalis contenta in regula 8. Cancellariæ non tollit ſpeciale indultum optandi, abſque expreſſa illius derogatione deciſ.599.n.2. deciſ.644.num.1. dec.678.num.1.
Beneficiorum eo ipſo inducitur quo illorum poſſeſſor promouetur ad Epiſcopatum deciſ.219. num.1. & 2.
Beneficiorum fauore menſis eſt fauorabilis deciſ. 804. num.16.
Beneficiorum inducta per regulam menſium per mortem Papæ extinguitur deciſ.771. num.4.
Beneficiorum probatur ex vacatione ſequuta de menſe Octobris, & ſede Epiſcopali vacante deciſ.495.num.6.
Reſultat per vacationem apud Sedem Apoſtolicam deciſ.495.num.7.& 8.
Vt inducatur requiritur probatio clara, & concludens deciſ.804.numer.18.
Cætera habes in verbis Beneficium,Regulæ Cancellariæ, & Indultum.
Decreti operatur dominij reſeruationem deciſ.986 numer.1.
Fructuum concedi non ſolet niſi dempta aliqua portione pro titulari dec.712. la 2. num.6.
Diuerſa eſt à reſeruatione penſionis deciſ.712. la 2. num.3.
Et magis odioſa quam reſeruatio penſionis deciſ. 712. la 2. num.5.
Iurium conſeruat ius quod quis habet deciſ.630. numer.11.
Talium qualium non operatur ſi hæc plenè renunciata ſint deciſ.907.num.4.
Penſionis,alimentorum cauſa fieri ſolet deciſ.473. num.7.
Fraudolenta ad ſupplantandum ſucceſſorem eſt ab initio inualida deciſ.961.num.1.
Quando dicatur facta ad commodum alicuius dec.761.num.3.
Quando fuit appoſitum decretum (Voluit autem quod ſi N. in eius vita, & quandiù d. beneficiū obtinebit, penſionem verè, realiter, & cum effectu perſoluerit d. reſeruatio nulla ſit ipſo iure &c.) Corruit ſi aliqua ex parte non docetur penſionem integrè non fuiſſe ſolutam deciſ.58. num.2. deciſ.880.num.12.
Quando non efficiatur, ſeù efficiatur conditionalis per clauſulas (etiamſi ſuper eis aliæ penſiones exiſtant: Dummodo duas ex tribus partibus fructuum non excedant &c. deciſ.290.num.2.
Quando regitur ab vnico verbo (Reſeruamus) eſt conditionalis, cùm conditio debeat cenſeri repetita in qualibet parte gratiæ, & quando dicta conditio non cenſeatur repetita dec.298.num.3.
Valida operatur vt ſolutio penſionis denegari non poſſit deciſ.470. num.2.
Vnita ad effectum conſtituendi dotem Collegiatæ, non cadit ſub reg. Cancell. dec.161.num.2.

RESERVATIONIS.

Ex familiaritate quando non agitur familiaritas, probatur ex rotulo familiarium deciſ.239. nu.5.
Litteræ ſunt exequendæ abſque aliqua illarum iuſtificatione contra illum qui ſe obligauit in forma Cameræ ad ſolutionem penſionis deciſ.712. la 2. num.1.

RESERVATIONEM.

Non reſpicit ſed tantum exercitium officij, iuramentum per Collectores præſtari ſolitum deciſ. 100. num.11.

SVB RESERVATIONE.

An beneficium cadat, inſpicitur vltimus ſtatus deciſ.766.num.18.
Non cadit Præbenda temporalis, & à titulo ſeparabilis deciſ.483.num.2.
Non cadunt Præpoſituræ ſi ſint ſimplices adminiſtrationes temporales nihil ſpiritualitatis habentes dec.776.num.15.
Limita ſi ſint vnitæ beneficio deciſ.776. num.16.

RESERVATIONES.

Plures vbi concurrunt de omnibus eſt facienda mentio deciſ.632. num.19.

RESERVATIONVM.

Plurium in concurſu vnam exprimere ſolet Cancellaria Apoſtolica, & dum vnam exprimit aliā non excludit deciſ.644.num.23. & 24.

RESIDENTIA.

Attendenda quando ſit tempore executionis, & aſſecutionis nouæ Commendæ non autem de tempore gratiæ deciſ.675.num.6.
Clerici de iure præſumitur in Eccleſia cui inſeruire tenetur deciſ.712.la 1.num.3.
Et iſtius præcedens reſidentia, comprobatur ſi poſtea fuerit expulſus deciſ.712.la 1. n.4.
Sed concurrente legitimo impedimento cur non reſederit debet conſequi totum illud quod conſecutus fuiſſet reſidendo deciſ.712. la 1. num.5. & onus beneficijs iniunctum reſidendi explere tenetur alias illa dimittere deciſ.510.num.2.
Coadiuti cum diſcrimine vitæ reſultat ab eundo, ſi poſt non multum tempus à data gratiæ deceſſerit deciſ.776. num.13.
Conuentualis non computatur pro reſidentia in

Com-

Index Materiarum.

Commenda niſi concurrunt licentia Magni Magiſtri, & Concilij deciſ.675.num.7.

Decennalis in concurſu omnino requiritur pro aſſecutione dignitatum in Religione Hieroſolymitana deciſ.662.numer.4.

NON RESIDENTIAE.

Seù abſentiæ ex cauſa Beneficiatus beneficio vt priuati poſſit, requiritur citatio perſonalis, & quod ſeruetur forma S. Conc. Trid. dec.878. n.6.& 8.

A RESIDENTIA.

Excuſatur Beneficiatus ſi ſit abſolutè impotens, vel non poſſit niſi cum diſcrimine vitæ inſeruire deciſ.776.num.8.

RESIDVI.

Appellatione etiam totum continetur quando totum ſupereſt deciſ.357.num.9.

RESIGNANS.

Ad fauorem &c. ſi non acquiratur beneficium perſonæ cuius contemplatione fuit facta reſignatio, ius à reſignante non abdicatur deciſ.33. num.1. deciſ.323.num.2. Nam reſignatio ad fauorem continet conditionem, quatenus ſcilicet reſignatarius ſit habilis, eique beneficium quæratur, & ſub iſta conditione à Papa reſignatio admiſſa cenſetur deciſ.881. num.4. & reſignatarij habilitas requiritur de tempore præſtiti conſenſus deciſ.952.num.2.

Eſt manutenendus donec diſputetur ſuper immiſſione ex gratioſa ſubrogatione, & ſic an intret vel ne reſeruatio deciſ.30. num.4.

Non poteſt cogi ad ſolutionem penſionis beneficij reſignati deciſ.822.num.4.

RESIGNANTIS.

Mandatum procuræ ad reſignañ dicitur expletum per præſtationem primi conſenſus deciſ. 881. num.7.

Expirat per illius expreſſam reuocationem deciſ. 881.num.7.

Sufficit ſi reuocatio (quando fuit datum fauore certæ perſonæ) fuerit notificata ipſi reſignatario, adhoc vt illius vigore procurator alium conſenſum præſtare nequeat, quidquid ſit in alijs gratijs, in quibus mandati reuocatio omninò requiritur ipſi procuratori deciſ.881.num.9. & 10.

Et procedit tàm in mandato dato ad reſignandum ex cauſa permutationis, quàm ad fauorem deciſ. 93. num.6.

Mandatum ſecundum operatur, vt procurator nõ poſſit ſe reſtringere ad contenta in primo, ſi de ſecundo habuerit notitiam deciſ.203. num.8.

A RESIGNANTE.

Ius non abdicatur per gratiam in forma dignum, donec litteræ ſint expeditæ, & beneficium reſignatario acquiſitum deciſ.367.num.28.

Ius non abdicatur per reſignationem ſub conditione non purificata dec.203.n.1.dec.33.n.3.

Amplia ſi per reſignatarium nunquam fuerit capta poſſeſſio deciſ.33.num.5.

CVM RESIGNANTE.

Lis afficit reſignatarium etiam reſpectu actorum deciſ.444.num.2. deciſ.464.num.1.

Amplia nedum in caſu litis ſuper titulo beneficij ſed etiam ſuper eius penſione deciſ.444.n.3.

Declara vt numer.5. deciſ.464.

RESIGNATARIVS.

Non poteſt contrauenire conſenſui à Reſignante præſtito, quando fuit correſpectiuus deciſ.269 numer.5.

Si infra nouem menſes non fecerit publicare reſignationem, ex hoc capite beneficiũ vacat apud Sedem deciſ.848.numer.10.

RESIGNATARII.

Habilitas eſt neceſſaria de tempore præſtiti conſenſus reſignationi deciſ.952.num.2.

RESIGNATARIO.

Beneficium ſi non acquiratur, non abdicatur ius à reſignante, nec intrat vacatio deciſ.203.n.2.

RESIGNATIO.

Ad fauorem cum clauſula, Non alias &c. ſi beneficium non quæratur reſignatario, ius à reſignãte non abdicatur deciſ.88.num.5.

Beneficij de iurepatronatus abſque conſenſu patroni eſt nulla, nec abdicat ius à reſignante deciſ. 766. num.9.

Beneficij non narrato quod ad d. beneficium fuerat reſignans ordinatus ad titulum remanet nulla deciſ.733.num.9.

Cum pacto retentionis fructuum fauore reſignantis donec vixerit eſt nulla deciſ.961. num.2.

Debet iuſtificari valida, & effectuata ab eo qui beneficium per obitum reſignatarij prætendit deciſ.33.num.1.

Facta non tonſurato eſt nulla deciſ.881.n.1.

Nec cõualidatur ſi poſt Clericatus fuerit ſuſceptus, cum requireretur nouus conſenſus reſignantis, & noua gratia Papæ deciſ.881.n. 2.

Fieri non poteſt in Eccleſia receptitia deciſ. 202. num.5. Et quando facta in manibus Papæ ſuſtineatur deciſ.202.num.6.

Nulla dicitur ſi procurator ad formam mandati non reſignauit deciſ.866.nu.6.

Procedit licet reſignatio fuerit admiſſa, nam conceſſio gratiæ eſt fundata ſuper conſenſu præſtito à legitimo procuratore, ac implicitam conditionem habet ſi mandatum fuerit obſeruatum deciſ.866.num.7. Et ſic nullam vacationem dicitur induxiſſe deciſ.866.num.8.

Nulla ſi incontinenti probetur eſt apta impedire immiſſionem deciſ.202.numer.8.

Recipi non poteſt à Vicario Epiſcopi deciſ.822. numer.6.

RESIGNATIO.

Officiorum authoritate Papæ à verò Domino facta fides publica exigit vt ſuſtineatur, ſecus facta a non Domino deciſ.986.num.19.

Ex interuallo quando poſſit fieri ex quo antea debitor liberatus non fuerit deciſ.986.num.15.

Fieri poteſt etiam ſocietate officij non diſdicta, quando in tranſlatione decreti fuit data talis facultas deciſ.986.nu.11.

Amplia ſi fuerit factum nè translatarius diſdicta ſocietate, & Papa rennente, ſeù differente reſignationem admittere fructus medio tempore decurrendos amittat deciſ.986.num.12.

Si nõ ſubſiſtit ex credito non ſubſiſtente ſubſiſtere debet pro credito certo pro quo pariter facta fuiſſet deciſ.986.num 37.

RESTITVTIO.

Dotis impropriè dicitur quando mulieri ob vergentiam viri ad inopiam aſſignatur aliquod prædium pro aſſeruanda ſua dote dec.710.n.1.

Impropriè dicitur dos aſſicurata ratione pignoris, & hypothecæ deciſ.710.num.3.

PRO RESTITVTIONE.

Dotis bona fideiconmiſſaria ſemel alienata, ſemper remanent libera à fideicommiſſo deciſ.710. num.4. Habet locum in alienatione irreuocabili deciſ.710. num.5.

RESTITVTIO IN INTEGRVM

Datur aduerſus rem iudicatam, quando conſtat de bono iure illam petentis deciſ.291.num.1.

Concurrente nullitate, ſeù iniuſtitia ſententiæ deciſ.686.num.1. deciſ.748.num. 1. deciſ.768.nu.1. deciſ.776.num.2.dec.802.nu.2. deciſ.892.num.2. deciſ.972.n.2. vbi quod læſo nunquam denegatur, læſio reſultat ex iniuſtitia deciſ.968.nu.1.Et ſufficit quælibet iniuſtitia etiam non notoria, præſertim in ſupremis Tribunalibus deciſ.686. num.2.

Ex capite iuſtæ, ac probabilis ignorantiæ dec.221. num.9.& quod ex d. capite ignorantiæ detur fideicõmiſſario vindicare volenti boua fideicommiſſaria deciſ.487.nu.41. & 42. vbi quod ignorantia præſumitur etiam in vocatis niſi ſcientia probetur

Prælato nomine Eccleſiæ dec.23t.num.7.

Non datur aduerſus rem iudicatam ſine læſione deciſ.84.num.1.

Sine grauamine deciſ.108.num.1. deciſ.439.nu.7. deciſ.475.num.1.deciſ.590.num.5. deciſ.645.numer.25.

Sine læſione deciſ.239.num.1.deciſ.438.numer.8. deciſ.745. num.14. deciſ.794. num.7. deciſ.804. num.1.deciſ.971.num.11.deciſ.975.num.3.

Sine nullitate, vel iniuſtitia deciſ.2t5.n.1.

Operatur ante non poteſt ceptam executionem deciſ.183.n.9.

Pupllis, & minoribus, quæ conceditur ob omiſſionem Inuentarij non incipit currere niſi intrà quadriennium à die ſcientiæ talis omiſſionis, & huiuſmodi reſtitutio competit ne dum Pupillis, & minoribus, ſed etiam illorum hæredibus deciſ.645.num.3.

Obtineri debet intra quadriennium à pupillis, & minoribus deciſ.709.num.17.

Procedit quando Pupillus, ſeù minor petit reſtitutionem aduerſus Inſtrumentum deciſ.799.numer.17. Limita ſi ignorauerint illud, quod continebat ſuum præiudicium deciſ.799.num.19.

RESTITVTIONIS IN INTEGRVM

Cauſa, eſt læſio, quæ reſultat ex ſententiæ iniuſtitia deciſ.232.numer.1.deciſ.258.num.1.

Quod multo magis procedit, quando conſtat de notoria iniuſtitia licet ſufficiat valdè concludens etiamſi non ſit notoria deciſ.252.num.2.

Amplia in Supremis Tribunalibus dec.252. nu.3.

Commiſſio obtenta poſt petitam executionem rei iudicatæ ipſam executionem retardare non poteſt deciſ.439.num.6.

In cauſa remiſſoria datur deciſ.556.num.10.

Remedio extraordinario locus non eſt, vbi poteſt procedi ordinariè dec.84num.6.

RESTITVTIONEM IN INTEGRVM

Eccleſia inſtituta ſub conditione, vt infrà certum tempus capellam ædificet, poſt d. tempus obtinere poteſt deciſ.516.nu.4.

RESTITVTIONE IN INTEGRVM

Eccleſia abſque dolo contraueniens iuuari poteſt deciſ.516.num.3.

RESTITVTIO

Prioribus creditoribus, & ad omne mandatum Domini ex obligatione facienda efficit quod rem creditori anteriori poſterior reſtituat deciſ. 97.num.1.

RETENTIO

Competere non poteſt ſine poſſeſſione deciſ.667. num.4.

Competit habenti iura anteriora ſecus immiſſio deciſ.845.num.3.

Hæredi pro ſuo credito etiam non confecto inuentario ſuper bonis defuncti debitoris, quamuis pro illo agere non poſſit deciſ.721. numer.4. Quod procedit reſpectu fideicommiſſariorum ſecus quoad alios creditòres hæreditatis dec.721. num.5.

Pro pretio ſoluto illi qui bona redemit vigore pacti redimendi initi cum fideicommittente deciſ.711.n.14.

Non competit pro credito illiquido deciſ.998.numer.15.

Pro melioramentis factis mala fide, ſed tantum permittitur illorum ablatio, & ſeparatio, ſine tamen læſiòne prioris ſtatus deciſ.259.num.3.

Pro melioramentis enim retentionis exceptio non admittitur quando non probatur, quod melioramenta fuerint neceſſaria, vel talitèr vtilia vt fuerint aucti fructus deciſ.351.num.2. & 21.

Pecuniæ exactæ inducit præſumptionem mandati, vel ratificationis deciſ.786.num.12.

RETINENDAE REMEDIVM

Antiquitus raró practicabatur, & ex quibus probetur deciſ.257.num.12.

Caducitatis diſcuſſionem reijcit deciſ.939.n.15.

Domino directo quibus concurrentibus competat deciſ.939.num.1.

RETRAHENS

Vigore Conſtitutionis Gregorianæ perindè habetur acſi ipſi venditio facta fuiſſet in tantum quod ſicuti contra primum emptorem poi:it executiuè agi vigore obligationis Cameralis, i:a, & paritèr contra retrahentem deci.849.n.5.

RETROTRACTIO

In conditione intrat à tempore primi actus, & habetur acſi actus conditionalis nunquam celebratus fuiſſet deciſ.818.n.6.

Non habet locum quando conditiones ſunt poteſtatiuè, & dependentes ex facto debitoris deciſ. 169. nu.4.

DE RETROVENDENDO

In pacto, tempore quo res vendita redimi non poteſt, nullum poteſt conſiderari onus, & perconſequens nulla poteſt fieri diminutio veri valoris deciſ.196.num.9.

REVELATIONES

Vigore excommunicationis nullum probationis gradum conſtituunt niſi formitèr repetantur reuelantes deciſ.364.num.12.

REVOCATIO

Beneplaciti fieri non poteſt, quàm præuia declaratione contraria, & diſdicta deciſ.960.num.14.

Fideicommiſſi conuentionalis non reſultat ex hæredis inſtitutione, & confectione teſtamenti in eodem fideicommiſſo reſeruata, & quo caſu reuocatio poſſit habere locum declaratur dec.9t5. num.10.

REVS
Abſoluitur actore non probante deciſ.213. num.3.
Abſq; ſui iuris detrimento ante mandati executionem poteſt ſoluere ſummam debitam, & ſic ab executione, ac liberare deciſ.725.num.24.
Debet ſuam exceptionem probare deciſ.766.nu.12.
Et poſſeſſor poteſt deducere obiectum per viam exceptionis dec.691.num.8.
Et poſſeſſor pro defenſione ſuæ poſſeſſionis poteſt date de iure tertij deciſ.591.n.1.
In ſua exceptione eſt actor deciſ.354.n.6. deciſ.670. num.3.
Factus clericus gaudet exemptione, & priuilegio ſuæ religionis, & non debet amplius conueniri in foro ſeculari licet li; pendeat deciſ.420.n.5.
Quoties actor probauit ſuam intentionem, tenetur probare fundamentum ſuæ exceptionis dec.670. num.2.
REI
Forum actor ſequi debet deciſ.245.num.1.
REO
Et poſſeſſori ſufficit poſſibilitas alterius tituli, ſeù quod potuerit eſſe diſpenſatus ſuper aliquo defectu vt pars reijciatur deciſ.88.n.4.
AD REGES
Primitiæ non ſpectat deciſ.494.num.8.
Limita in conceſſione facta à Papa eum facultate diſponendi pleno iure dec.494.n.9.
ROTA
Ab attentatorum reuocatione ſolet abſtinere quoties viget iuſta cauſa eidem beneuiſa deciſ.574. num.23. & demandare diſcuſſionem boni iuris deciſ.982.num.1.
Adhibere quandoque ſolet fidem ſcripturis cum ſuppoſito quod ſint in forma probanti ad euitandas inutiles diſputationes dec.729.n.7.
Habet poteſtatem conferendi deneficia litigioſa deciſ.662.num.2.
Non admittit illam qualitatem de repetita qualitate maſculinitatis ad remouendas fœminas deciſ. 46.num.19.
Non admittit recognitioonem ſcripturæ factam per teſtes qui habeant notam manum niſi concurrentibus adminiculis deciſ.7.n.4.
Non attendit, nec exequitur ſententias aliorum Tribunalium nō conſtito de illarumIiuſtitia dec. 275.n.5. deciſ.964.n.15.deciſ.864.n.7. etiam ſub prætextu rei iudicatæ deciſ.964.num.15.
Non ſolet multiplicare in ſententijs quando articuli ſunt connexi, ſecus ſi connexio deficiat deciſ.52.n.6.
Plurimum defert concordię initę inter emphiteutam, & Dominum directum deciſ.741.nu.4.
Solet ſuſpendere etiam res iudicatas, & appoſito ſequeſtro cognoſcere de bono iure quoties illæ nō habent bonum odorem deciſ.574.n.24.
Taxationi expenſarum de partibus Rota deferre ſolet donec exaduerſo doceatur de exceſſu dec.674. num.8.deciſ.723.num.8.
ROTAE
Decreta recipiunt interpretationem à deciſionibus deciſ.670.nu.11.
Stylus eſt in materia mercantili non recedere à iudicio mercatorum deciſ.432.nu.13.
In opinionum conflictu æquiorem amplecti deciſ. 449.nu.7.
In Summarum diſcrepantia amplecti minorem deciſ.868.nu.6.
Non dare dubia, an ſententiæ extrà Rotam latæ ſint confirmandæ, ſed alia continentia merita cauſæ deciſ.937.n.1.
Quod executoriales debeant intimari, & reproduci, & poſtea ſeruatis quatuor terminis, & non docto de paritione procedere ad declarationem cenſurarum ſucceſſiuè ad aggrauatoriam vſque ad implorationem brachij ſecularis, qui ſtylus procedit etſi executoriales fuerint relaxatæ in vim rei iudicatæ decil. 541.num.2. & 3.
Sequeſtrare poſſeſſionem attentatam deciſ.2. numer.6.
IN ROTA
Inſtrumentum obligatione Camerali vallatum habet executionem paratam, quando eidem per ſignaturā fuerunt communicatæ facultates A.C. deciſ.990.n.1.
RVBRICA
Non debet attendi, ſed nigrum vti generalius deciſ.689.n.11.
Solet nigrum declarare deciſ.651.n.28.
RVBRICELLA
Inſtrumentorum non probat exiſtentiam inſtrumenti in præiudicium tertij deciſ.455.n.3.

S

SACERDOS
Quod ſit omninò requiritur de tempore præſentationis, quando expreſsè in fundatione cauetur, vt præſentetur Sacerdos, licet ſecus ſit quando ſimpliciter fuiſſet demandatum vt præſentatus celebret in Altari conſtructo deciſ.956. num.10.11. & 12.
SACERDOTIVM
Ex quibus dicatur neceſſarium de tempore electionis, ſeù præſentationis deciſ.956.n.9.
Probatur ex litteris ordinatij deciſ.101.n.7.
Si ex lege fundationis requiratur, ius quæſitum dici nequit præſentato, qui talis non ſit deciſ. 956.n.13.
SACRILEGIVM
Eſt diſputare de authoritate Pontificis in beneficialibus deciſ.482.n.1.
IN SACRIS
Conſtitutus quis non præſumitur niſi probetur deciſ.202.num.12.
SALARII
Quando inter partes non fuit determinata quantitas remittitur arbitrio Iudicis deciſ.863. numer.4.
PRO SALARIIS
Famulorum maximè in teſtamento relictis competit hypotheca ſuper bonis defuncti, & ſunt ante omnia deducenda deciſ.576.num.39.
SATISFACTIO
De ſorte nequit dari ſi fructus exacti annuatim non aſcendant ad fructus debitos occaſione ſortis crediti deciſ.992.num.3.
Ex fructibus, & mobilibus non probatur, ſi non probetur illa deueniſſe ad manus creditoris de ciſ.910.nu.19.
SALVIANVM
Competit quoties conſtat de credito cum hypotheca, de poſſeſſione anterioris debitoris, & poſterioris rei conuenti, necnon de identitate bonorum deciſ.4.n.1.deciſ.221.nu.1. deciſ.230.num.1.
deciſ.

deciſ.298.numer.1. deciſ.576.num.1.
Competit creditori poſteriori contrà anteriorem, pro eo quod ſupereſt deducto credito anteriori deciſ.845.nu.7.
Competit contra coheredem, & principalem debitorem deciſ.145.num.1.
Competit, & eius vigore conceditur immiſſio fideicommiſſario quando euenit caſus ſuæ vocationis deciſ.577.num.1.
Competit mediante hypotheca deciſ.160. numer.2. deciſ.792.num.11. Et ſine hypotheca non intrat deciſ.105.num.2.deciſ.172.num.3. deciſ.746.n.1. deciſ.799.num.2.deciſ.700.num.1.
Creditum cum hypotheca quod eſt primum extremum Saluiani deciſ.160.num.3.deciſ.298.n.1.
Probatur ex Inſtrumento deciſ.221.num.2. deciſ.298.num.3.
Poſſeſſio quæ eſt ſecundùm extremum probatur per ſuſtentationem litis deciſ.298.num.4. & deciſ.973.num.7.
Identitas tertium requiſitum pariter omninò requiritur ad hoc, vt intret Saluianam deciſ.39. num.1.
Non competit contra creditorem anteriorem deciſ.576.num.9. deciſ.815.num.5. deciſ.323.nu.5. deciſ. 895.numer.1.
Non datur ſuper re cuius dominium venditor ſibi reſeruauit deciſ.537.num.18.
Non datur pro ſorte cenſus deciſ.858.num.2.
Poteſt excludi per ius offerendi deciſ.247.nu.1.
Ad d. effectum requiritur quod depoſitum ſit integrum, tàm reſpectu ſortis, quàm fructum, & quod nullas contineat conditiones deciſ.247.nmer.2.
Et quod ſit factum in continenti, & non longè poſt immiſſionem dec.247.num.3.
Præſcribitur ſpatio decem annorum deciſ.221.numer.6.
Hoc non procedit contrà non valentem agere deciſ.221.num.7.
Nec quando competit reſtitutio in integrum, ex capite ignorantiæ dec.221.num.8.
Vt impediri valeat exceptione fideicommiſſi, iſtud requiritur indubitatum deciſ.39.nu.6.
Vt retardari, ſeù non valeat exceptione melioramentorum deciſ.357.num.18.

SALVTIS

Aeternæ nemo præſumitur immemor in articulo mortis deciſ.370.num.9. deciſ.566.nu.2.
Aeternæ morti proximus comagis præſumitur memor deciſ.357.num.12.

SANAE MENTIS

Præſumptio viget in quantumuis ſenes etiamſi eſſet centum annorum dec.107.num.14.
Vnuſquiſque de iure præſumitur deciſ.701. nu.11.

DE SANA MENTE

Teſtibus in concurſu deponentibus deferendum venit etiam numero paucioribus deciſ.701. numer.9.
Cætera vide in verbo Teſtamentum dementia mentis ſanæ.

SCIENTIA

Alterius, & patientia non requiritur in acquirenda poſſeſſione ſtante titulo illius qui gerit actus poſſeſſorios deciſ.96.nu.3.
Capituli, & patientia quod alius exigat decimas præſumitur ex lapſu temporis, & multiplicitate actum deciſ.13.num.4.
Amplia in his, quæ fiunt ſingulis annis deciſ.13. num.5.
Contentorum in teſtamento arguitur ex illius mentione cum die, anno Notario, & ſubſtantia deciſ.235.nu.5.
Contentorum in Teſtamento comagis reſultat in hærede extraneo tranſigente deciſ.335.num.6.
Facti alieni non præſumitur deciſ.917.num.6.
Limita quando illud eſt ſæpè tractatum, & diſcuſſum deciſ.647.num.14.
In præiudicialibus non ſufficit præſumpta dec.917. num.7.deciſ.881.n.6. vbi quod requiritur clara, & indubitata.
Non admittit retrotractionem quando illa certo tempore requiritur deciſ.574.n.7.
Non præſumitur deciſ.881.n.5.
Papæ reſultat ex actuum correſpectiuitate, ex verbis ſupplicationis, & ex tenore conceſſionis deciſ.761.n.10.
Præſumitur ex conſanguinitate, & cohabitatione deciſ.993.num.7. & ex cohabitatione deciſ.786. num.14.
Præſumitur ex multiplicitate actuum, & diuturnitate temporis deciſ.96.num.4.
Præſumitur ex diuturnitate temporis deciſ.645.numer.27.
Præſumitur qualitatum rei ex ſcientia illius in ſubſtantia deciſ.645.n.23.
Præſumpta ſufficit pro ſuſtinenda tranſactione deciſ.335.n.7.
Probanda eſt ab eo qui in ea ſe fundat deciſ. 541. num.5.
Probatur etiam coniecturis quamuis de materia præiudiciali agatur deciſ.618.num.8.
Requiritur clara, & certa pro incurrenda pœna caducitatis deciſ.799.n.14. imò & quod debeat conſtare per decretum Iudicis deciſ.799.n.10.
Teſtamenti inducitur ex actu iudiciali facto à tanquam vocato in teſtamento deciſ.925.nu.11.
Tractatus confidentiæ ad effectum amittendi beneficium requiritur indubitata deciſ.1.n.6.
Tractatus præſumitur ex familiaritate, & eo habitatione cum tractante deciſ.1.n.5.

SCIENTIAE

A' die habitæ currit tempus ad appellandum contumaci ficto deciſ.794.n.3.

SCIENTIAM

In producente inducit productio quoad contenta in ſcriptura producta deciſ.345.n.4.

SCIENTIA PRO LITTERATVRA

Probatur per relationem examinatorum Vrbis deciſ.128.num.4.
Quando requiritur pro conſecutione alicuius beneficij requiritur de tempore primi examinis cum ſcientia ſuperueniens non ſuffragetur, & quando dicta ſcientia præſumatur etiam de tempore primi examinis deciſ.128.n.5.
Cætera ſupple in verbis Litteratura, Idoneitas, & examen.

SCIRE

Et ſcire debere paria ſunt deciſ.645.n.24.

SCRIBENDI

Forma multis ex cauſis quotidie mutatur deciſ.7. num.6.

SCRIPTVRA

Cenſetur in omnibus approbata à producente deciſ.546.n.6.deciſ.676.n.43.deciſ.074.num.19.
Contra producentem plenè probat deciſ.34. nu.4. dec.609.n.4.

Index Materiarum.

Exhibita poſt relaxationem mandati admittitur ad corroborationem probationis antea factæ deciſ. 545.num.7.

Informis contra illam approbantem probat deciſ. 122.num.4.

Informis facit præſumptionem prout etiam facit quælibet probatio per Teſtes minus legitimos deciſ.328.n.3.& 4.

Informis iunctis adminiculis plenam fidem facit præſertim iuncta obſeruantia deciſ.708. num.14. 15. & 16.

In forma probanti non eſt ſi ſit extracta à Notario de illa non rogato deciſ.122.n.2.

In forma probanti quod non ſit non poteſt allegari poſtquam contra illam nihil fuit oppoſitum in illius productione deciſ.708.n.4.

In forma probanti ſi non ſit non probat, & maximè ſi ſit ſuſpecta de falſo deciſ.156.n.6.

Non dicitur de actis ſi fuerit producta parte non citata ad dicendum contra deciſ.708.n.2.

Non exhibita in actis, cancellata, & extracta non ſeruata forma *cap. fin. de fid. inſtrum.* non meretur attendi deciſ.598.n.21.

Poſterior priorem abrogare videtur deciſ. 432. numer.12.

Priuata & informis probat iunctis adminiculis deciſ.548.num.4.

Priuata non probat pro ſcribente deciſ.465. num.1. deciſ.780.num.8.

Priuata tempore non ſuſpecto confecta legitimè recognita probat præſertim adminiculis roborata deciſ.542.num.2.

Priuata vt recognita dicatur à Teſtibus, quid ad dictum effectum ſit neceſſarium deciſ.7.n.4.& 5.

Vna alteri prò adminiculo inſeruit deciſ.974.n.9.

SCRIPTVRAE

Falſitas non præſumitur deciſ.366.num.7.

Ordo non attenditur, ſed potius qui ex iure ſumitur deciſ.620.nu.4.

Probat in electione potioritatem cæteris paribus deciſ.739.num.6. Et quod potius ordo dilectionis magis quam Scripturæ attendatur deciſ. 739. num.7.

Probatio præualet probatione Teſtium deciſ. 775. num.26.

Recognitio in prima inſtantia non oppoſita non poteſt opponi in ſecunda deciſ.643.n.3.

Recognitio in Tribunali A.C.admittitur facta per Teſtes qui habeant notam manum deciſ. 7. n.7. Sed Rota hanc recognitionem non admittit, niſi iunctis adminiculis deciſ.7.n.8.

Cætera vide in verbo Recognitio.

Productio inducit ſcientiam in producente contentorum in illa deciſ.335.n.4.

SCRIPTVRAE

Informi fides præſtanda venit ſtante illius obſeruantia deciſ.244.n.8.

Librorum deferendum eſt ratione ſoliti deciſ. 742. num.13.

Multo magis quam Teſtibus deferendum eſt deciſ. 734.n.8.deciſ.886.n.9.

SCRIPTVRAM

Exhibere recuſans redditur ſuſpectus, & præſumitur contra ipſum deciſ.742.n.11.

IN SCRIPTVRA

Contenta cenſetur approbare ſcribens deciſ. 122. num.6.Subſcribens deciſ.291.n.3.

Eadem non datur prius vel poſterius deciſ.453. numer.38.

SCRIPTVRAE

In actis non productæ habentur ac ſi non eſſent in rerum natura deciſ.465.n.13.

Non recognitæ non probant deciſ.366.n.11.

Non recognitæ faciunt præſumptionem deciſ. 366. num.12.

SCRIPTVRARVM

Et voluntatis ambiguitas interpretationem recipit ex verbis præcedentibus & ſequentibus dec.451. num.13.

Pluralitas plurimum confert ad probationem earum legalitatis deciſ.708.n.22.

SCRIPTVRIS

Cùm ſuppoſito quod ſint in forma probanti Rota quandoque ſolet fidem adhibere ad euitandas inutiles diſputationes deciſ.729.n.7.

SCVTRINIO

Publicato variare non licet in electione deciſ. 62. num.2.

SECVLARES

Et Regulares adeſſe in eadem Eccleſia non repugnat deciſ.640.n.23.

SEMINARIVM

Non conſtituitur ex muris, ſed ex perſonis deciſ. 982.num.9.

SEMINARII

Approbatio, ac cætera neceſſaria præſumuntur interueniſſe ex curſu temporis deciſ.982.n.7.

Subſtantia reſidet in introductione perſonarum, & alumnorum deciſ.892.n.8.

SEMINARIA

Secularia quæ non habent Eccleſiam publicam, cãpanas, conciones, ſepulturas, nec pro miſſis eleemoſinas recipiunt non comprehenduntur ſub Conſtitutionibus Clem. VIII. Greg. XV. ac Vrbani VIII.aliiſque prohibentibus nouorum conuentuum erectionem infra certam diſtantiam deciſ.982.num.2.

SENES

Ac decrepiti regulariter mente laborant deciſ. 701. num.13.

Contrarium eſt verius deciſ.701.num.14.

Cætera vide in verbo Mentis ſanæ.

SENTENTIA

Approbata non poteſt impugnari deciſ. 758. numer.6.

Abſque legitima citatione eſt nulla deciſ.420.nu.1. deciſ. 742. num. 1. Et nulla quoad non legitimè citatos nulla quoque eſt, quoad legitimè citatos ratione indiuiduitatis deciſ.742.n.2.

Concedens alieni immiſſionem pro maiori parte quam debeatur eſt iniuſta deciſ.839.n.4.

Concepta per Capitula ſeparata nõ excludit Aegidianam in Capitulis poſſeſſorijs, ſed tantum datur appellatio ab illis capitulis à poſſeſſione diſtinctis deciſ.1006.n.12.

Conditionalis non eſt executioni demandanda non purificata conditione deciſ.751.num.4.deciſ.758. num.1.

Contra ſententiam non ſuſtinetur prima non reuocata deciſ.326.nu.1.deciſ.376.nu.2. Limita ſi in commiſſione adſit clauſula *Quam & quas &c.* deciſ.376.num.3.

Contra ſententiam lata ſuſtinetur, quando prima apparet ex actis iniuſta deciſ.326.n.2.

Con-

Contra tenorem petitionis, & probationum ſubſtantiam eſt exceſſiua deciſ.793.n.5.
Contra vnum lata alijs non nocet deciſion.362.numer.10.
Declaratoria facti precedere debet quamuis pœna priuationis beneficiorum contrà malè alienantes bona Eccleſiæ incurratur ipſo iure deciſ.705.numer.8.
Et executoriales emanatæ contrà principalem afficiunt ſucceſſorem in beneficio deciſ. 750. numer.2.
Excedens metam centum annorum probat ſine actis deciſ.770.n.2.
Exceſſiua eſt iniuſta deciſ.892.num.1.
Exceſſiua corruit in totum ſi fuerit executioni demandata deciſ.937.n.13.
Habet pro ſe præſumptionem validitatis, & iuſtitiæ donec contrarium probetur deciſ. 581. numer.2.
Iniuſta dicitur ſpoliatiua deciſ.31.num.1.
Iniuſta dicitur quæ non iuſtificatur ex actis deciſ. 583.num.6.
Iniuſta nunquam tranſit in iudicatum deciſ. 776. num.1.
Iudicis delegati remanet nulla ſi proceſſit extra Diœceſim in qua eſt directa delegatio Apoſtolica partibus non conſentientibus deciſ. 135. numer.3.& 5.
Iuſta ex eo dicitur ex quo decernit actus iuſtitiæ deciſ.886.num.5.
Iuſta eſt exequenda ſi ſit etiam valida deciſ. 439. n.5.deciſ.815.n.10.deciſ.823.n.1.
Iuſtificari debet ex proceſſu deciſ.864.n.6.
Iuſtificari non debet ex Inſtrumentis nouiter productis deciſ.989.num.13.
Limita in productione in corroborationem prioris probationis cum iſta ſemper admittatur deciſ.989.num.14.
Iuſtificari debet ex eiſdem actis, quando cauſa fuit commiſſa cum clauſula *Si quid exequendum* deciſ.381.num.8.
Debet tamen imputari in legitimam ſi fuerit ſolutum

Digitized by Google

lut um à patre cauſa condemnationis, fideiuſſionis, aut obligationis ſactæ in vtilitatem filij, q u od procedit quãdo ſoluit ex neceſſitate ſecus ſi ex voluntate & ſpontè deciſ.584. la 2. nu.2. & 3.ſed iſta diſtinctio non firmatur dec.584.la 2. num.4.

Sed an ſolutum à patre debeat necne imputari in legitimam filij, plurimum deſeruit declaratio patris facta in teſtamento dec. 584. la 2. nu.22. & 23.

A patre creditoribus filij non præſumitur donatũ, ſi pater à creditoribus reportanit ceſſionem cõtra eundem filium, & ſic eo caſu eſt locus imputationi in legitimam deciſ.584. la 2. num.18. & 19.

Debitum pupillorum præſumitur ex pecunijs eorum quas retinebant tutores, ſeù adminiſtratores deciſ.685. num.6.

IN SOLVTVM.

Datio potius quam in pignus præſumitur quando aliquid datur mulieri ob vergentiam viri ad inopiam deciſ.236. num.4.

SOROR.

Etiam dicitur quæ eſt filia fratris dec.449.n.42.

Et mater ſuperſtites, ſuccedunt pro æquis portionibus fratri deſuncto ab inteſtato ſine liberis deciſ.709.num.3.

Excluſa à ſtatuto propter exiſtentiam maſculorũ; ſi ei relinquatur, non tamen admittitur, vt faciat partem in legitima matris, ſecus autem ſi maſculi non extarent dec.308.num.19.

Et frater vt faciant partem in legitima matris, ſufficit, quod ipſis fuerit relictum ſiue titulo inſtitutionis, ſiue titulo legati deciſ.308.numer.7.

Non eſt veriſimile, quod in caſu obitus fratris ab inteſtato nullo exiſtente proximiore, voluerit eius hæreditati renunciare deciſ.346.num.14.

Quod habitura ſit ius in hæreditate fratris, non poteſt dari, niſi eo mortuo dec.346.num.25.

Vtrinque coniuncta excludit fratrem vterinum in bonis alterius ſororis prouenientibus ex parte matris deciſ.168.numer.1.

Vtrinque coniuncta eſt de agnatione, vterina verò extranea reputatur dec.299.n.6.

SOROREM.

Alicuius probatur aliquam eſſe, ſi in teſtamento ſororem eam nominauit, & vti talem legatum reliquit deciſ.417.numer.5.

Dotare iuri ſanguinis congruit deciſ.819. num.5.

SORORES.

Aequaliter ſuccedunt cum fratribus in bonis maternis deciſ.326.num.4.

Excluſæ fauore fratrum ab aliqua conſtitutione, tunc tantum cenſentur, quando fratres volunt, ſecus illis nolentibus deciſ.575. num.13.

SORS.

Principalis extincta, præſumi non poteſt, ſi fructus exacti annuatim non aſcendant ad fructus debitos, occaſione ſortis crediti deciſ.991. num.3.

SPECIFICATIO.

Aliqua non dicitur ſuperflua etiam ſi tacitè inſit deciſ.326.num.26.

SPES.

Seù conditio quæ oritur ex diſpoſitione iuris, non impedit tranſmiſſionem, ſecus quæ prouenit ex diſpoſitione teſtatoris deciſ.707.num.25.

Ius in ſpe à iure approbatum tranſmittitur ad hæredes deciſ.707.num.18.

Hoc procedit in ſpe, quæ oritur ex contractu, ſecus quæ ex vltima voluntate deciſ.707.num.19. & 20. Et ratio differentiæ aſſignatur deciſ.707. num.21. & 22. & ſub num.23. declaratur textus in l. ſeruum filij 26. ff. de leg. 1.

Succedendi dicitur æſtimabilis, etiam viuente hærede grauato, cui ſuccedi debet deciſ.528. numer.28.

Succedendi, quæ ex fideicommiſſo oritur, ſi fuerit ad actum perducta dicitur probabilis, & ad hæredes tranſmiſſibilis deciſ.707.num.26.

Succedendi vendi poteſt, & in contractum deduci deciſ.528..num.29.

PRO SPOLIATO.

Se habuiſſe non dicitur non citatus appellans à die ſcientiæ deciſ.787.num.7.

Se habuiſſe non videtur petens mandatum de manutenendo, & quatenus opus ſit de reintegrando ex quo dicta petitio dici debet euentualis deciſ.138.num.7. deciſ.799.numer.8.

Se habuiſſe quis non poteſt dici ob negligentiam in recuperanda poſſeſſione naturali, ſi ſtatim ſibi fuit mota lis deciſ.993.numer.35.

Amplia quando monitorij ſpretus vitio ſpolij notari poſſet deciſ.993.num.36.

Si quis ſe habuerit, veluti ſi acquieſcat poſſeſſioni captæ à parte, non poteſt petere manutentionẽ deciſ.138.num.16.

SPOLII

Actio nunquam datur illi, qui facto proprio ceccidit à poſſeſſione deciſ.935.num.2.

SPOLIVM

Nullo modo cadit in diſtributionibus quotidianis deciſ.336.num.13.

SPONSALIA

Sunt probanda ab eo, qui in illis ſe fundat deciſ. 296.num.1.

Sunt probanda per teſtes bonæ famæ, & vitæ, adeò probatæ, vt veriſimile non ſit eos velle falſum pro alio deponere deciſ.296.n.5.

INSPONSALIBVS

Non iuratis mitius, eſt agendum deciſ.296. num.12

SPONSO

Irreuocabiliter quæruntur dos, & donatio propter nuptias deciſ.978.num.11.

SPVRII

Filij Sacerdotis non comprehenduntur in feudo conceſſo pro hæredibus quibuſcunque dec.748. num.9.

STABILIA

Præſumuntur reddere quinque pro centenario deciſ.672.num.9.

Quando alienantur tranſeunt cum ſuo onere deciſ. 440. num.2.

STABILIMENTVM

Religionis Hieroſolomytanæ 25.de recepti fratrib. mandat nulli Equitum elapſo quinquennio à die receptionis non poſſe moueri quæſtionem ſuper ſuo gradu deciſ.573.num.4.

STABVLVM

Fœnile, & Remiſſa reſpectu Palatij dicuntur neceſſaria deciſ.665.num.5.

STATVERE

Quis non poteſt ſuper bonis ſuper quibus non habet dominium deciſ.966.num.18.

STATVS

Beneficij anterior non immutatur per prouiſiones etiam ſi fuerint effectuatæ deciſ.195. num.11.

Bene-

Beneficii anterior, vt præſcribatur, requiritur ex neceſſitate voluntas Pontificis, & iſtam abeſſe deprehenditur ex litteris. ſi ex illis appareat collatores non intellexiſſe mutare præcedentem ſtatum deciſ.387.n.5. & 6.

Manualitatis beneficii non immutatur per illius non vſum deciſ.887.num.1. Et de ſtatu manuali quoties conſtat aſſertio Epiſcopi quoad titulum collatiuum non præiudicat deciſ.887.n.11.

Vltimus beneficii niſi fuerit legitimè præſcriptus non attenditur neque ad effectū ſuſtinendi collationem, quando de ſtatu primordiali conſtat ex re iudicata, confeſſione partis, ſeù inſtrumento fundationis deciſ.861.n.2.

Vltimus collatiuus ſi non fuerit legitimè præſcriptus non venit attendendus in caſu, quo conſtat de ſtatu antecedenti contrario per publicum inſtrumentum fundationis deciſ.887.n.2.

Hoc procedit ſiuè agatur inter collatores ſuper pertinentia iuris conferendi, ſiuè incidenter inter prouiſos ſuper validitate collationis dec. 887. num.3.

Vltimus Inſpicitur ad effectum, vt videatur an beneficium cadat ſub reſeruatione deciſ.776.numer.18.

Vltimus probari ſufficit ad effectum iuſtificationis gratiæ quoad qualitatem beneficij deciſ.344.n.5. deciſ.776.num.17.

STATVM

Beneficij Epiſcopus non habet authoritatem mutandi deciſ.861.num.3.deciſ.887.num.4.

Eccleſiæ Primordialem Epiſcopus ex ſe non poteſt immutare deciſ.202.n.10.deciſ.250.n.5.

Non expreſſum Præpoſiturarum Papa per vnionem illis factam de Parochialibus immutaſſe non cenſetur deciſ.841.n.22.

DE STATV

Eccleſiæ quoties non agitur de firmando principaliter, ſed tantum incidenter probationes leuiores ſufficiunt deciſ.336.num.15.

IN STATV

Collatiuo Canonicatus ſi fuerit, & ſit collatus in titulum, non poteſt dici vnitus alicui dignitati deciſ.388.num.6.

STATVS IVRISDICTIONALIS

Venditus, ac reſpectiuè emptus non vti quid iuris, ſed vti quid facti, ac in pluribus corporibus conſiſtens, efficit vt vnumquodque corpus de per ſe ſeparatim iudicandum, & conſiderandum ſit deciſ.944.num.2.

STATVS

Singula corpora vendita cenſentur, & ſingulorum euictio debetur, quando apparet contrahentes cogitaſſe de ſpecificatione corporum deciſ. 944. num 4.

Valor, quando æſtimatur, attendi debet nedùm quantitas fructuum, ſed etiam rei qualitas, quæ vnionem caſtrorum, & corporum percutit deciſ.944.num.7.

STATVS MERCATORIS

Mutatio indeterius, ſeù diſcreditum probatur etiā per teſtes de auditu, cùm ſit actus auditui proportionabilis deciſ. 940.nu. 5. & ex quibus probetur deciſ.950.num.6. 7. & 8.

Quælibet mutatio in deterius ſufficit prò legali mandati reuocatione deciſ.940.n.3.

Imo ſufficit rumor, & imminentia decoctionis deciſ.940.n.4.

Mutationem in deterius non excludunt partitæ realiter non numeratæ, & quæ fuerunt tantum aptæ; vt dicitur (per paſſaggio di ſcritture) deciſ.940.num.12.

Alia ſupple in verbo Mercator.

STATVTA PARTICVLARIA

Anconitanum dat debitori terminum ſex menſiū ad reluendum pignus ſubhaſtatum facto depoſito deciſ.265.num.1.

Arimini circa ſolemnitates in contractibus minorum non eſt aptum comprehendere donationes iuramento vallatas deciſ.953.n.11.

Sub rubr. de contract. & quaſi contract. minorum diſponit contractus minorum fauore coniunctorum vſque ad ſecundum, & tertium gradum ſuſtineri omni dolo, fraude, & metu caſſantibus deciſ. 953.n.12.

Auenionen. dans intereſſe prò bonis donatis, vti inducens vſuras non eſt attendendum deciſ. 987. num.5.

Auximi lib. 3. rubr. 14. de ſubſtit. in fideicommiſſis. aſcendentis facta per ſubſtitutionem directam, nullam admittit detractionem legitimæ deciſ. 558. num.29.

Bononia Appellare ſemel permittit in quolibet poſſeſſorio etiam ad effectum ſuſpenſiuum. deciſ. 527. num.2.deciſ.728.n.11.deciſ.1006.n.5.

Non eſt tamen attendendum in foro Eccleſiaſtico deciſ.527.num.3.

Non habet locum niſi ad effectum deuolutiuum quando agitur in iudicio immiſſionis vigore teſtamenti deciſ. 1006.n.7.

Bononia dans fidem libris mercatorum contrà tertios an afficiat eos, qui non ſunt mercatores deciſ.790.num.14.

Mandat mulierem dotatam debere eſſe contentā ſua dote *in tit. de ſucceſſ. libr. patr. vel matr. mor. ab inteſt. in princ. §. ille vero, qua dotata* deciſ. 117. num.1.

Mandat *lib. 1. ſub rubr. de dot. reſtit. §. item dicimus* mulierem teneri recipere prò ſatisfactione ſuæ dotis bona ſtabilia viro in cauſam dotis aſſignata deciſ.872.num.1. deciſ.1009.n.2. Quod eo magis procedit ſtante ſpeciali eorum hypotheca deciſ. 872.num.2.

Mandat excluſionem Auiæ maternę exiſtente hærede fratre defuncti deciſ.113.n.10.

Mandat non requiri ſolemnitates in maioribus 18. annorum deciſ.117.n.4.

Mandat pactum præcarij habere viam executiuam in remedio poſſeſſorio ſecus autē in actione perſonali deciſ.795.n.7.

Non comprehendit donationes cauſa conſeruandi bona in familia deciſ.793.n.7.deciſ.794.n.18.

Præfereus maſculos fœminis ſub *rubic. de ſucceſſ. ab inteſt. aſcenden. & collater* excipit bona prouenientia ex dote matris deciſ.299.nu.2. Et Monterent. eiuſdem ſtatuti gloſſator reprobatur dùm dicit d. ſtatutum eſſe referendum quoad ſorores vterinas deciſ.299.n.3.

Præſupponit renouationem, & continuationem locationum prout facit, & ius commune deciſ. 831.num.12.

Renunciationem mulieris doti vti generalem annullat in *§. prohibentes tit. de dot. reſtit.* deciſ. 235. num.3.

Taxat interuſuria dotalia ad rationem ſeptem pro centenario deciſ.796.n.3.

En-

Eugubinum ſuper excluſione fœminarum ob maſculos non loquitur de hæreditate patrui, ſed ſolum de hæreditatibus Patris, Matris Aui, & fratris deciſ.853.num.6.

Florentinum antiquum mandat, vt Mundualdus adhibeatur loco Curatoris deciſ.81.n.5.

Genuæ prohibens filios contrahere ſinè certis ſolemnitatibus excipit filios familias publicè negotiantes, quorum propterea obligatio ſuſtinetur deciſ.659.n.4.

Peruſinum 45. de mulier. dotat. excludit filias dotatas propter dotem deciſ.351.n.6. & 9.

Peruſinum ſub rubr. 45. de dotat. mulier. §. item ſi quis declaratur deciſ.326.num.15.

Peruſin. ſub rubr. 45. de dotat. mulier §. item aliquis declaratur deciſ.326. n.17. 22.23. & 24.

Peruſinum excluſiuum fœminarum debet intelligi in ſucceſſione aſcendentis, & quando concurrit dotatio facta ab eo à cuius hæreditate prætenditur excluſio deciſ.454.n.9.

Religionis Hieroſolimytanæ *c.13. de recept. fratr.* prohibet minorem 18. annorum habitu militati decorari deciſ.540.n.4.

C.25. de receptis fratr. mandat nulli Equitum elapſo quinquennio à die receptionis poſſe moueri quæſtionem ſuper ſuo gradu deciſ.573.n.4.

Cap. 25. de recept. fratr. & ordinatio Capitularis 11. *eodem tit.* declarantur deciſ.540.n.14. & 16.

Cap. 15, de commun. ærario plenè diſcutitur dec.540 num.16.

Cap. 25. eod. tit. dicit incapaces debitores communis ærarij reſeruandi penſiones deciſ.571.n.3.

Ordinatio 37. de commun. ærar. reddit incapaces Equites debitores deſcriptos in libris conſeruatoriæ deciſ.571.num.9.

Cap.1. tit.7. de Concil. diſponit in litigijs agitatis inter Equites nullas iuris ſolemnitates eſſe ſeruandas deciſ.812.num.9.

Cap.2. eod. tit. diſponit circa Commiſſariorum deputationem deciſ.812.n.8.

Cap.23. eod. tit. diſponit cauſas appellationum interpoſitarum à ſententij Concilij Completi terminandas fore in primo Capitulo Generali deciſ.812.num.4.

Intellige d. c. 23. habere locum in appellationibus quæ deuoluuntur ad dictum Capitulum Generale, ſecus in appellationibus, quæ interponuntur ad Sedem Apoſtolicam deciſ.812.n.5.

Cap.13. tit. de Commend. annullat penſiones excedentes 5. partem Commendæ deciſ.961.n.4.

Cap.16. tit. de Commend. / *Cap.20. de Concil. & Stat.* / *Cap.8. & 10. de Elect.* } in quibus caſibus habeant locum deciſ. 673.n.10. & 11.

Cap. 27. de Commend. an cenſeatur correctum per aliud 28. declaratur deciſ.997.n.4.

Cap.29. de Commend. diſponit reſidentiam conuentualem non computari prò reſidentia in commenda niſi concurrat licentia magni magiſtri, & concilij, ſed iſta ordinatio non eſt à Papa confirmata deciſ.675.n.7.

20. *de Concil. Reg. Hieroſolimytanæ* ad quid fuerit conditum deciſ.690.n.15.

Super conceſſione bonorum Eccleſiæ ſtabilimenta Religionis, quam vim, habeant, & in quibus terminis procedant declaratur deciſ.989.numer.10.

Cap.17. tit. de pœnis prohibet ne officiales Religionis poſſint quoquo modo participare de aliquo armamento deciſ.198. n.2.

Cap.10. de verborum ſignific. de quibus debitis loquatur deciſ.376. n.21. & 22.

Cap. 20. & 21. de verborum ſignific. tit. 19. priuat debitores communis ærarij commendis; & adminiſtrationibus abſque ſpe alias conſequendi deciſ.571.num.4.

20. & 21. *eod. tit.* comprehendit debitum occaſione reſponſionis, ſeù annatæ deciſ.571.n.5.

20. & 21. *eod. tit.* ad effectum Incapacitatis requirit, quod quis ſit debitor quamuis vti talis non ſit diſcriptus in libris deciſ.571.n.7.

20. & 21. *eod. tit.* ad effectum incapacitatis expreſſe comprehendit debita ex cauſa ſpoliorum deciſ.571.num.8.

20. & 21. *eod. tit.* non comprehendit debitum ex aliqua cauſa particulari inter eoſdem Equites contractum deciſ.571. nu.10. & ſub n.11. declarantur deciſiones in cauſa Meleuitana coram Motmanno.

Statuta Religionis Hieroſolimytanæ cùm ſint confirmata à Papa, non admittunt derogationem ab inferiori factam deciſ.540.n.5.

Statut. Regni Neapolis, ſeù Conſtitutiones non requirunt ſolemnitates in contractibus iuratis maiorum annorum 18. deciſ.477.n.6.

Annullāt contractus minoris ſine ſolemnitatibus deciſ.477.num.4.

Excludentes fœminas ab hæreditate videntur loqui de hæreditatibus Comitum, & Baronum, ac vlterius requirunt, quod fuerit congruè dotatæ deciſ.76.n.5. deciſ.573.n.11.

*Statutum Vrbis lib.1. cap.*45. eſt deciſorium, & eſt obſeruandum in omnibus Curijs deciſ.650.n.3.

*Lib.1. cap.*47. diſponit, vt maior in Vrbe ſit, qui compleuit annos 20. deciſ.246.n.7.

Lib. 1. cap. 85. dat viam executiuam prò recuperatione dotis etiam contra tertios poſſeſſores bonorum tacitè, vel expreſsè obligatorum deciſ. 650. num.1. Quod procedit non ſolum ad fauorem mulieris repetentis dotem, ſed etiam illius hæredis deciſ.650.n.2.

Eſt deciſorium, & eſt obſeruandum in omnibus Curijs deciſ. 650.n.3.

Poteſt executiuè agi contra tertios poſſeſſores rei ſubrogatæ in locum illius obligatæ prò reſtitutione dotis deciſ.650.nu.12.

*Lib.1. cap.*113. annullat contractus initos cum minoribus, & pupillis non adhibitis ſolemnitatibus ibidem deſcriptis deciſ.595.n.1.

Habet locum etiam in cenſuum diſpoſitione deciſ.561.num.1.

*Lib.1. cap.*122. permittit dari in dotem bona emphiteutica pacto etiam incontrarium non obſtante deciſ.423.num.8.

Limita in bonis emphyteuticis Eccleſiaſticis deciſ.423.num.9.

*Lib.1. cap.*130. *De dote à fratribus profecta* procedit in dote de proprio à fratre conſtituta deciſ.528.numer.17.

Frater prætendens d. ſtatuti vigore dotem ad ſe reuerti debere probare debet de proprio dotem illi conſtituiſſe deciſ.528.n.20. & 21.

Cætera ſupple in verbo Dos.

*Lib.1. cap.*131. Defert Lucrum dotis poſt conſumatum matrimonium deciſ.320.n.2. deciſ.361.n.1. & 3. deciſ.399.n.1.

Defert Lucrum Dotis vxori ſi per ipſam non ſteterit,

terit, quo minus matrimonium conſumaretur deciſ.361.num.9.
Defuncto marito d. ſtatuti vigore vxor poteſt prætendere Lucrum dotale deciſ. 120. nu.1. Sed pro iſto conſequendo tenetur probare matrimonium fuiſſe conſumatum deciſ.120.n.3.
Lib.1.cap.131. de Lucro dotali non habet locum in oppidis, ſeu Terris in quibus vigent particularia ſtatuta ſuper reſtitutione dotis deciſ. 937. num.18.
Statuta diſponentia de dote etiam de Lucro diſponere videntur deciſ.937. n.21.
Cætera in verbo Lucrum Dotale.
Lib. 1. *cap.*142. diſponit, quod filij in conditione poſiti cenſeantur diſpoſitiuè vocati deciſ. 1002. num.2.deciſ.331.n.6.deciſ.499.n.8.deciſ.707. numer.6.
Habet locum Affinibus Conſanguineis Agnatis, & cognatis deciſ.707.n.3.
Habet locum in filiabus fœminis deciſ.499.numer.9.deciſ.630.n.6.deciſ. 1002.n.3.
Habet locum etiam in tranſuerſalibus deciſ. 331. num.7.
Poſita in conditione fœmina, & deſcendentia, omnes tàm maſculi, quàm fœminæ eiuſdem lineæ, & deſcendentiæ cenſentur diſpoſitiuè vocati ex diſpoſitione d. Statuti deciſ.984.n.4.
*Lib.*1. *cap.*145. Excluſiuum fœminarum fauore agnationis non eſt trahendum ad caſus in eo formaliter non expreſſos deciſ.557.n.22.
Non excludit fœminas dotatas ab alijs perſonis in eo non nominatis deciſ.557. n.12.
Non Excludit filiam dotatam cum qualitate ſucceſſionis deciſ.557.n.8.
Non excludit niſi concurrat vtraque qualitas, quæ militet prò illius excluſione deciſ. 557. numer. 16. Et vt excluſa dicatur oblatio dotandi qualis debeat eſſe deciſ.557.n.14.
Non impedit, quin appellatione filiorum facta in fideicommiſſo etiam filiæ contineantur deciſ. 630.num.6.
Non intrat, quando agitur de ſucceſſione vterinorum inter ſe, ſed tantum vtrinque coniunctorum deciſ.168.nu.2.deciſ.322.n.4.d.Statutum plene declaratur in deciſ.577. per tot.
Procedit ab inteſtato non ex teſtamento deciſ.74. num.22.
*Lib.*1. *cap.*145. de quibus loquatur deciſ.168.n.3.
*Lib.*1. *cap.*147. Continuat poſſeſſionem patris in filio ſine apprehenſione deciſ.167.n.3.
Filiationis probationem requirit deciſ.920.n.6.
Intelligi debet reſpectu bonorum hæreditariorum ſecus reſpectu portionis debitæ occaſione Lucri dotis deciſ.992.n.7.
Non ſuffragatur filio legitimato poſt obitum Patris cum illa legitimatio non reintegret filium ad ſtatum ſuitatis ad effectum fruendi ſtatuto de continuanda poſſeſſione nec præiudicat poſſidentibus deciſ.920.n.8.
Non habet locum in filio nato ex adulterio deciſ. 920.num.7.
Non habet locum in bonis in quibus Pater habet tantum vſufructum deciſ.559.nu.5. Nec in perſonalibus ad vitam defuncti deciſ.939.n.10.
Non habet locum in Emphiteuſi Eccleſiaſtica, & ſignanter illa finita deciſ.939.n.11.
*Lib.*1. *cap.*149. procedit quoad ſolemnitates etiam in donatione facta à matre filiæ, & hoc ad euitandas fraudes deciſ.238.n.9.
Contrarium eſt verius, quando fraus non poteſt conſiderari,& ceſſat præiudicium tertij deciſ.23 num. 10.
Lib.1. cap.150. Inſinuationem requirit in donatione alias corruit deciſ.560.n.5.
Limita in donatione cauſa mortis deciſ. 560. numer.20.
Limita in donatione etiam inter viuos, quando eſt multiplicata, vel reſpectu temporum, vel partitarum, cum ceſſet ſuſpicio fraudis ob durationem animi donantis deciſ.560. n.21. & 22.
Limita in donationibus factis Eccleſiæ deciſ.773. num.11.
Limita in donationibus ex cauſa ingreſſus in Religionem deciſ.953.n.1.
Limita in donationibus prò maritandis puellis pauperrimis cum dicantur factæ ex cauſa verè pia deciſ.919.n.6.
Lib. 1. *cap.* 151. annullat contractus minorum, & mulierum non ſeruatis ſolemnitatibus ibidem deſcriptis deciſ.477.n.4.deciſ.608.n.1. deciſ.844. num.13.
Habet locum in Cenſuum diſpoſitione deciſ.561. num.1.
Habet locum in quocunque contractu, in quo mulier lædi poſſit ſiuè maior ſiuè minor ſit deciſ.568.num.3.
Limita in muliere ſe obligante contemplatione matrimonij ſiue ex cauſa dotis, ſiue contrahat prò ſe ipſa, ſeù prò altera dotanda deciſ.568.numer.1. Mulier enim maior ex cauſa dotis validè contrahere donare, & obligari poteſt abſque ſolemnitatibus deciſ.421. nu. 10. Et habet locum non ſolum prò dote,ſed etiam prò illius augmẽto & ex cauſa mere voluntaria deciſ. 919. nu.4. Quod tamen limita ſi fuerit aſſignatum poſt cõtractum matrimonium, & ſic quaſi ad defraudandum ſtatutum deciſ.919.n.5.
Hæc procedunt reſpectu mulieris maioris, ſecus reſpectu pupillorum, & minorum, cum horum reſpectu ſolemnitates requirantur deciſ.561.n.3. & 4. Et quando etiam minorum obligatio ſuſtineatur deciſ.844.n.14.
Non comprehendit contractus ex cauſa priuilegiata deciſ.561.n.2.
Non comprehendit contractus non completos in Vrbe, ſeù eius diſtrictu præſertim à foreaſe deciſ.477.num.5.
Non comprehendit forenſes contrahentes in vrbe deciſ.576.num.50.
Requirit præter Decretum Iudicis interuentum conſanguineorum proximiorum deciſ.554. n.3. deciſ. 676. num. 36. Quorum defectus non ſuppletur ex deputatione Curatoris, quando illi ſi vocati fuiſſent interuenire potuiſſent deciſ. 554. num.4. deciſ.676. nu.47. Et quomodo probetur proximiores adeſſe ad effectum, vt intereſſe potuiſſent contractui, & quomodo concipi debeat citatio habetur deciſ.676.n.48. & ſeqq.
Non habet locum nec illius ſolemnitates requiruntur, quando mulier conſequitur, quod ſibi debetur deciſ.117.n.3.
*Lib.*1. *cap.* 154. prò reſcindendo contractu ex pretij iniuſtitia diſponit læſionem vltra tertiam partem ſufficere deciſ.179.n.1.deciſ.312.n.1. Etiam ſi ſit in obulo deciſ.312.nu.5. & 6. In his deciſionibus habes modum ſecundum, quem fieri debeat com-

Digitized by Google

computus, vt emptor, ſeù venditor dicatur deceptus, & vltra dimidiam ſecundum ius Commune, & vltra tertiam ſecundùm d. ſtatutum.
Lib. 1. cap. 158. inducens præſcriptionem 16. annorum, afficit etiam legatarium decif.597.n.2.
Contrarium eſt verius ea ratione, quia d. præſcriptio non poteſt comprehendere actionem realem quæ competit prò legato decif. 597.n.9. & 10.
Procedit etiam inter forenſes, quando Iudicium fit in Vrbe decif.596.n.3.
Lib. 1. cap. 59. non procedit, quando debitum fuit ſemper negatum decif.849.n.15.
Lib. 1. cap. 180. diſponit, quod inter ciues, & iuculas duæ ſententiæ conformes habeant vim triũ 980.num.1.
Comprehendit Clericos, perſonas Eccleſiaſticas, Collegia, & loca pia decif.980.n.2.
Comprehendit omnes cauſas etiam ſpirituales nulla habita diſtinctione an cauſæ ſint inter particulares perſonas, ſiuè cum collegijs, vel communitatibus decif.980.n.3. & 5.
Habet locum etiam in hębreis ſi ſententiæ ſint validæ, & iuſtæ decif.188.n.2.
Requirit ſententias validas, & iuſtas dec.188. numer.2.
Vt d. ſtatuto ſit locus ſufficit conformitas in ſubſtantia licet in cortice, & figura verborum diſcordent decif.980.n.9.
Statutum Vrbis non comprehendit perſonas Eccleſiaſticas, quando de huiuſmodi perſonis in illo non fit mentio dec.741.n.15.
Comprehendit loca exiſtentia in diſtrictu dec.246. num.8.
Limita exiſtente particulari ſtatuto, cum in huius deficientiam ſubintret ſtatutum Vrbis dec. 246.num.9. & 10.

STATVTA IN CONFVSO

A iure Communi interpretationem paſſiuam recipiunt decif.757.n.5.
Appellationem, quæ interponitur ad Papam, non poſſunt tollere decif.643.n.8.
Capituli, conditum Sede Vacante, & ſi ſit contrarium alteri per antea condito ab Epiſcopo, adhuc ſuſtinetur dec.870.n.6.
Limita, quando primum conditum ab Epiſcopo fuit confirmatum à Papa decif.870.n.7.
Limita pariter, quando primum vltra intereſſe Capituli continet etiam intereſſe beneficiatorũ dec.870.num.7.
Capituli ſuper bonis exiſtentibus in eius dominio ſuſtinentur, & illis obtemperare tenentur adminiſtratores dec.841.n.1.
Ciuitatis prædominantis, vel generalia totius prouinciæ attenduntur ſolum in defectum particularium ſtatutorum in locis ſubditis dec.937.numer.18.
Hoc procedit ſiue ſtatuta loci particularis, & ciuitatis Prædominantis in ſenſu directo ſint adinuicem incompatibilia; ſiue diſpoſitio incompatibilis reſultet à contrario ſenſu decif.937.n.19.
Non extendi ad locum particularem poteſt declarari per contrarium caſum dum ibi viget ſtatutum contrarium dec.437. num.25. ſed vide numer.26. & 27.
Condita ab Epiſcopo in actu viſitationis habent vim legis dec.855.n.1. Et in concurſu præualent iuri communi dec.855.n.2.
Et præcipuè ſi fuerint acceptata, ac illorũ obſeruantia iureiurando promiſſa dec.855.n.3.
Condita ab Epiſcopo contra ius non ſuſtinentur ſi à Papa non fuerint confirmata dec.855.n.4.
Condita ab Epiſcopo præter ius ſuſtinentur decif. 855.num.5.
Condita in præiudicium particularium admittunt appellationem dec.482.n.17.
Confirmata à Sede Apoſtolica à Legato abrogari non valent dec.527.n.4.
Confirmata à Papa cum clauſulis ampliſſimis dicuntur ſtatuta Papalia dec.690.n.8.
Correctoria Iuris Communis non extenduntur vltra caſus in illis expreſſos dec.643.n.7.
De Lucro dotis fere in tota Italia practicantur decif. 992. num. 9. Et ſtatuto poteſt caueri, quod lucrum non poſſit renunciari dec.992.n.10.
In hac materia lucri ſtatuta domicilij viri attenduntur dec.528.nu.8. Et præcipuè concurrente partium conuentione dec.732.n.10.
Domicilij viri debent attendi; quando mater cõſtituit dotem forenſi, & poſtea ob obitum filiæ ipſi debetur legitima dec.757.n.10.
Imò, quod ſtatuta domicilij viri non præiudicent filijs forenſibus ex primo matrimonio natis quoad effectum l. hac ædict. C. de 2. nupt. dec. 732.num.10.
Sed dictæ l. hac ædictali poteſt derogare ſtatutum dec.528.num.3.
Vt operentur etiam in lucro dotis debito in vim ſtatuti requiritur ſubiectio rerum, & perſonarum dec.528.n.10.
De Lucro quoque diſponere videntur ſi de dote diſponant dec.937.n.21.
Diſponentia, vt ſi quis velit aliquid probare per teſtes intelliguntur vbi quis vult fundare ſuam intentionem in ſolis teſtibus dec.654.n.3.
Domicilij alterius veniunt attendenda, quando quis, vt potuit, ſe ſubiecit illis decif.757.n.13.
Excluſiua fœminarum ab hæreditate patris, & fratris, ſi ſint concepta cum alternatiua, *non poſſa venire all'heredità del Padre ò del fratello*; & eadem alternatiua legatur in dotatione; *Dotata dal Padre, e dal fratello* non excludunt fœminas dotatas ab vno ab hæreditate vtriuſque, ſed tantum ab hæreditate dotantis, iuxtà opinionem magis approbatam decif.929.n.9.
Excluſiua fœminarum ab hæreditate Aſcendentium, non excludunt ab hæreditate tranſuerſalium decif.970.n.12. Et ſucceſſio debet metiri eo caſu à perſona vltimi grauati decif.970.n.13.
Excluſiua fauore agnationis ſunt trahenda ad caſus in eis formaliter non expreſſos decif.557. numer.22.
Excluſiua fauore fratruum non procedunt, quando fratres ſorores admittere voluiſſe apparet eſſi illis contrahendo decif.246.num.6.
Excluſiua fauore maſculorum ab hæreditate parentum non debent extendi decif.326.n.19. Nec ſufficit ad dictum effectum identitas, ſed requiritur maioritas rationis decif.326.n.20.
Excluſiua fauore maſculorum militant quatenus iſti illas excludere velint decif.76.n.5.
Excluſiua fauore maſculorum excludere etiam dicuntur fœminas à legitima decif.113.n.10.
Quod procedit etiamſi defunctus deceſſerit cum teſtamento decif.113.n.11.
Excluſiua fœminarum propter maſculos procedunt

Digitized by Google

dunt ab inteſtato non ex teſtamento, & fœminæ de iure communi non excluduntur propter maſculos deciſ.74.n.22.
Excluſiua propter dotes non excludunt fœminas dotatas ab alijs perſonis in illis non nominatis deciſ.557.num.12.
Excluſiua fœminarum dotatarum à ſucceſſione parentum cenſentur illas excludere ob habitam dotem antè delatam hæreditatem deciſ.326. numer.5.6. & 7.
Excluſiua filiarum dotatarum non verificantur in filiabus dotatis cum qualitate ſucceſſionis deciſ.557.num.8.
Excluſiua ſub duplici qualitate, fœminas non excludunt ſi vna tantum qualitas concurrat deciſ. 557.num.16.
Teſtator non præſumitur ſe voluiſſe conformare cum ſtatuto Excluſiuo fœminarum ratione conſeruandæ agnationis quando fœminas nominatim vocauit ad excluſionem maſculorum, de agnatione deciſ.853.n.7.
Prout nec in huiuſmodi ſtatutis excluſiuis fœminarum extenſio fit ex identitate, ſed ex maioritate rationis deciſ.351.n.5.
Alia vide in verbo Statut. Peruſin. & ſtatut. Vrb. lib.1. cap. 145. & in deciſ.557. per tot.
Forenſes non comprehendunt ex defectu poteſtatis deciſ.528.n.4. & ſeqq. deciſ.757.n.9.
Siue loquantur in perſonam ſiuè in rem dec. 528. num.5.
Quibuſcunque verbis fuerint concepta deciſ.528. num.7.
Forenſes licet non comprehendant, attamen illa ex tacita voluntate contrahentium illos comprehendunt deciſ.757.n.11.
Statuta enim vbique locorum ſuum ſortiuntur effectum in his, quæ pendent à conſenſu contrahentium deciſ.757.n.12.
Impedientia actionem non impediunt exceptionẽ deciſ.914.num.11.
Indiſtinctè loquentia comprehendunt cauſam dotis quoad obligationes mulierum deciſ. 561. numer.3.
In Verbis non comprehendentia bona materna, ad illa excluſio trahi non debet deciſ.929.n.8.
Laycalia nõ ligant Eccleſiaſticas perſonas ex defectu poteſtatis deciſ.676.n.34. deciſ.728.n.13.
Hoc procedit etiam ſi ſit confirmatum à Papa in forma Communi licet ſecus ſi eſſet confirmatum in forma ſpecifica deciſ.728.n.14.
Laycalia de duabus conformibus non ligant perſonas Eccleſiaſticas deciſ.745.n.1.
Laycalia non ligant loca Pia ſi tamen ſint fauorabilia, poſſunt illis vti deciſ.312.n.3.
Laycalia, ſeù ægidiana non ſunt apta comprehendere donationes factas ex cauſa ingreſſus in Religionem deciſ.953.n.10.
Laycalia non poſſunt directè, vel indirectè lædere religionem iuriſiurandi ſuper eo expreſsè diſponendo deciſ.81.n.7.
Poſſunt tamen adimere fidem ſcripturæ, qua adempta iuramentum non conſiſtat dec.81.nu.8.
Et ex quibus colligatur ſtatuentes voluiſſe lædere iuramentum deciſ.81.n.9.
Loci in quo fuit deſtinata ſolutio non autem loci celebrati contractus veniunt attendenda dec.543 num.11.deciſ.552.n.5.
Loci contractus attenduntur ſecus loci in quo nati ſunt contrahentes deciſ.162.n.4.
Loci mulieris circa ſolemnitates etiam in mandato Procuræ veniunt attendenda itaut iſta ſolemnitates fuiſſe adhibitas ſufficiat deciſ.608. n.9.
Loquentia de contractibus comprehendunt etiam quaſi contractus deciſ.597.n.5.
Loquentia de datione in ſolutum facta creditori an comprehendant adiudicationem factam tertio deciſ.265.n.3.
Mandantia ſeruari ius commune potius æquitati, & æqualitati ſeruandæ inter fratres, quàm conſeruationi familiæ prouident deciſ.299.n.7.
Mandantia, quid ſeueriſſimè obſeruari, non inde tollunt interpretationem legalem deciſ. 376. num.10.
Non egrediuntur territorium ſtatuentium dec.795 num.9.
Non eſt dicendum, quod fruſtra occupet membranam deciſ.351.n.7.
Non extenduntur ad bona exiſtentia in alio territorio deciſ.730.n.5.deciſ.743.num.14.
Ordinatoria non extenduntur extrà territorium deciſ.29.num.2.deciſ.1006.n.5.
Papalia non poſſunt abrogari à contrario vſu cum ad dictum effectum ſit neceſſaria poſitiua ſcientia Papæ deciſ.937.n.23.
Amplia accedente decreto irritanti deciſ.937.numer.24.
Poſſunt tamen contrarij vſus declarare ſtatuta Ciuitatis Prædominantis non extendi ad locum particularem, dum ibi vigent ſtatuta particularia deciſ.937.n.25.
Particularia non comprehendunt appellationes interpoſitas ad Sedem Apoſtolicam deciſ. 812. numer.5.
Pœnalia veniunt ſtrictiſſimè interpretanda, & ad limites verborum reſtringenda deciſ.675.n.1.
Priuationis pœnam ſi expreſsè non habeant, ea ſubintelligi nequit deciſ.617.n.5.
Quando ſunt de per ſe clara non admittunt obſeruantiam contrariam deciſ.997.n.13.
Qui condere poteſt eo facilius poteſt declarare deciſ.997.num.11.
Amplia ſi obſeruantia iuxta declarationem concurrat deciſ.997.n.12.
Condere, & tollere poſſunt Domini earum rerum ſuper quibus ſtatuta diſponunt deciſ. 775. num.18.
Rationabilius immutantur permutato rerum ſtatu deciſ.775.n.26.
Si aliqua obſeruari à Principe demandentur, id intelligitur præterquam in his quorum contrarium fuit ſpecificè expreſſum deciſ.190.n.10.
Si dolum præſumant, ratificatio expreſſa non ſuffragatur contractui deciſ.805.n.7.
Vt operentur vtraque ſubiectio requiritur, rerum ſcilicet, & perſonarum copulatiuè deciſ. 528. num.9.

STATVTORVM

Beneficio gaudere, quem facit onerum agnitio non ſimplex incolatus deciſ. 743.n.7.
Originarius non ſuſtinens onera ſtatutorum habetur prò forenſi deciſ.743.n.9.
Diſpoſitione, quis iuuari non poteſt niſi iuſtificatis requiſitis à ſtatuto deciſ.743.n.4.
Diſpoſitionem habentes dicuntur habere caſum legis deciſ.265.n.2.
Eccleſiæ obſeruantiam impedimenta aſpicientia ſuſ-

Google

ſufficit quod alleget Capitulum, vt dicatur legitimus contradictor ad impediendam immiſſionem deciſ.202.nu.6.

Ex diſpoſitione qui vocantur ab inteſtato, eos reſpectu ſuæ ſucceſſionis voluiſſe admitti Teſtator præſumitur deciſ.74.num.23.

Extenſio eo facilius fit, quando non agitur de materia odioſa ? ſed tantum de occurrendo fraudibus, & de lucro captando deciſ.198.num.6.

Obſeruantia, ex quibus non dicatur vigere deciſ. 181.num.5.

Obſeruantia interpretatiua non poteſt cenſeri inducta ex actibus merè facultatiuis, cum ad d. effectum requiratur inſtantia in iudicio reiectio, & ſubſequuta acquientia deciſ.345.num.8.

Obſeruantia declarat verba dubia, cum idem intellectus dicatur ineſſe in verbis ſtatutorum, quę demonſtrant effectus deciſ.937.num.27.

Prohibitio, & Teſtatoris ſi concurrat filiá ad ſupplementum legitimæ agere non poterit dec.632. num.17.

Qualitates ſub probandæ ab eo, qui in illis ſe fundant deciſ.361.n.10. deciſ.557.num.2. deciſ.730. num.6.

Solemnitates loci, in quo mulier degit, & dedit mandatum ſufficit fuiſſe adhibitas prò ſuſtinendo contractu deciſ.608.num.9.

Vigore, etſi requiretur probatio Inſtrumentalis adhuc admitteretur præſumptio ſolutionis elicitæ ex ſolutionibus poſteriorum terminorum, quoad præcedentes deciſ.962.n.5.

STATVTIS

Cenſetur quis ſe conformaſſe deciſ.326.num.13.

STATVTA

Conſenſus ſeruandi inducit naturam ſimplicis acceptationis, ſecus contractus irreuocabilis deciſ. 775. num.20.

ADVERSVS STATVTA

Clara probatio non debet admitti deciſ.573. nu.9.

IN STATVTIS

Contractus appellatione ſaltem largo modo venit quaſi contractus, & præcipuè quando loquitur cum dictione vniuerſali, *cuiuſcunque*, & concurrit eadem ratio deciſ.597.num.5.

Perſona excludens, non excluſa attenditur deciſ. 743.num.12.

Si aliquid ſtatuentes limitare voluiſſent, id veriſimiliter feciſſent, & præſertim ſi reſpectu alterius Capituli id factum fuit deciſ.997.num.6.

STIPVLATIO

Ad duplum refertur ad pretium ſolutum, ſecus ad valorem rei euictæ deciſ.944.num.16.

Ad quantitatem pretij perſoluti, ſecus ad valorem rei euictæ deciſ.921.nu.10.

Donatariorum in fideicommiſſo conuentionali reciproco ſuffragatur etiam ſucceſſiuè vocatis, quamuis non natis deciſ.915.num.9.

Elici poteſt ex verbis illam inducentibus deciſ.756. num.10.

Fauore dotis etiam inter diuerſas perſonas committitur ſtipulatio ſufficiens ad agendum deciſ.152. nu.2. & eo caſu limitatur regula alter alteri ſtipulari non poſſit deciſ.152.nu.2.

Notarij *Pro abſentibus, & intereſſe habentibus, & clauſula quorum intereſt*, contenta in obligatione Camerali ſuffragatur, & extenditur ad omnes tunc temporis intereſſe habentes deciſ.349.n.3.

Notarij ſubintelligitur in donatione quando adeſt verbum, *promiſit*, licet non ſit ſcriptum fuiſſe promiſſum ſibi ſtipulanti pro abſentibus deciſ. 387. num.8.

Reſtitutionis dotis facta cum clauſula, *Aut Cui, vel quibus de iure*, perinde habetur ac ſi facta non fuiſſet deciſ.528.numer.33.

STIPVLATIONES

Tot ſunt quot ſunt res, vel ſummæ in obligatione deductæ deciſ.226.num.8.

STVLTITIA

Teſtatoris vitiat illius inſtitutionem dec.491.numer.22.

Inſtitutio tamen, vt valeat Interpretatio fieri debet donec doceatur de errore qui ſtultitiam veram teſtatoris demonſtret deciſ.491.nu.21.

SVBCOLLECTOR

Deputatus nudus miniſter ad exigendum abſque iuriſdictione non dicitur ſubcollector ad effectũ, vt regula reſeruans ſubcollectorum beneficia locum habeat deciſ.5.num.6.

Cætera vide in verbo reſeruatio, & regula ſubcollectorum, quos facit iuriſdictio, non autem latitudo ipſius iuriſdictionis deciſ.5.num.7.

Sufficit quod per momentum fuerit vnicus, vt beneficium dicatur reſeruatum deciſ.100.n.6. deciſ. 876.num.6.

Vnicus eſſe debet vt intret reſeruatio deciſ.5. nu.7.

SVBCOLLECTORIS

Deputatio probanda eſt per litteras deputationis deciſ.876.n.6.

SVBCOLLECTORES

Plures à diuerſis ad diuerſa negocia penitus diſtincta deputati, vnuſquiſque illorum dicitur vnicus in munere ſuo, ita vt ipſorum beneficia cadant ſub regula reſeruatoria deciſ.876.n.9.

Priores per aliorum ſubſequentem deputationem cenſentur reuocati deciſ. 876.num.7.

SVBCOLLECTORVM

Beneficia cadunt ſub reg.4. hodie 5. Cancellariæ deciſ.111.num.9.deciſ.632.num.5.

Beneficia ſunt reſeruata etiam abſque ſubcollectoriæ exercitio deciſ.632.n.6.

Beneficia, & collectorum decimarum, quæ imponuntur pro ſubſidio aduerſus infideles, vel ob publicam cauſam deciſ.100.num.9.

Pluralitas tunc tollit reſeruationem, quando illa pronenit ab eodem fonte, & quilibet ex deputatis habet omnimodam iuriſdictionem circa idem officium in eadem Diœceſi deciſ.876.n.8.

SVBDELEGANDI

Poteſtas pendet à iuriſdictione deciſ208.n.26.

Poteſtas quando prætenditur à lege non intrat, quando ab homine requirit induſtriam dec.208. num.29.

SVBDELEGARE

Non poteſt miniſterium nudum habens deciſ.208 num.27.

Non poteſt nudus miniſter indiſtinctè, poteſtatem ſibi competentem deciſ.208.n.32.

Poteſt aliquis cui Papa committit, vt conferat beneficium N. cum perſona ſit certa deciſ.208.numer.41. & 42.

Quis poteſt negocium ſibi commiſſum, ſi partes conſentiant deciſ.208.num.45.

SVBDITVS

Si rogatus fuerit de Inſtrumento pro Domino redditur Inſtrumentum nullius releuantiæ in Regno Neapolis deciſ.343.n.3.

Idem

Idem procedit reſpectu Inſtrumenti rogati ad fauorem vxoris Domini deciſ.843.n.6.

SVBHASTATIO

Abſque pecuniarum interuentu eſt nulla deciſ.612. num.8.

Facta pro maiori ſumma, quam ſit debitum corruit in totum deciſ.612.n.14.

Secunda non debet permitti, non præcedente liquidatione,& non conſtito quod fuerit habitum ex bonis primo loco ſubhaſtatis deciſ.364. nu.8.

SVBIECTA

Talia ſunt, qualia ſunt prædicata deciſ.620.n.10.

SVBLOCATIONIS

In Inſtrumento pacta expreſſa non poſſunt capere extentionem à transiatione actionum, & iurium ad pacta, quæ ſunt expreſſa in Inſtrumento locationis deciſ.401.nu.5.

SVBORNATIO

Arbiter non poteſt cogi ad teſtificandum niſi vtraque pars cōſentiat cum in eo intret ſuſpicio ſubornationis deciſ.921.n.22.

Limita in arbitro ab vtroque electo num.23.

Et eo minus ſi ante relationem fuerit adhoc requiſitus nu.24.

Item limita in materia, quæ alijs non poteſt eſſe nota num.25.

SVBREPTIO

Eo ipſo intrat quo Papa neſciuit certas qualitates, quas ſi ſciuiſſet ob illarum expreſſionem gratiam, vel nullatenus conceſſiſſet, vel ſaltem maiori cum difficultate deciſ.108.numer.4.deciſ. 367. numer.16. deciſ.584.numer.7. deciſ.731.numer.45.

In confirmatione Apoſtolica reſultat ex taciturnitate litis deciſ.108.n.2.

Intellige quod non ſufficit fuiſſe factam mentionem litis in partibus ſi res pendeat in Rota deciſ.108.n.3.

Non cauſatur ex taciturnitate eorum, quæ non retraxiſſent Papam à gratia deciſ.640.num.27.

Oppoſita contra impetrantem concludentèr probari debet ab eo, qui de illa excepit deciſ.725. num.17.

Reſultat ſi non fuerit facta mentio iuris alterius etiam ad rem deciſ.108.num.4.

Vel obreptio vitiat beneplacitum Apoſtolicum deciſ.731.n.45.

Vt euitetur ſufficit Papam potuiſſe habere ſcientiam etiam in genere de ijs,quæ non fuerunt narrata deciſ.115.n.5.

DE SVBREPTIONE

Commiſſio redargui nequit ob facilem aditum ad Principem pro illius moderatione deciſ.911. numer.3.

SVBREPTITIA

Gratia eoipſo dicitur, quod non fuit Papæ narratum id, quod ſi fuiſſet expoſitum, difficiliorem Papa reddidiſſet ad gratiam concedendam deciſ. 301.num.3.

Gratia non meretur attendi deciſ.957.n.5.

SVBROGATIO

Ad ius, & poſſeſſionem collitigantis, operatur quod poſſeſſio, quæ erat penes collitigantem in ſubrogatum cenſeatur translata authoritate Papę abſque alterius miniſterio deciſ.697.num.30.

Bonorum pro fundo dotali, quando veniat intelligenda pro hypotheca dotali, ita vt d. ſubrogatione non obſtante mulieri liceat aſſecurationem ſuæ dotis petere in alijs bonis viri per poſteriores creditores detentis deciſ.892.num.5. & 6.

Datur etiam in lite ſuper iurepatronatus laycorum deciſ.467.num.4.

De aliquo facta à Papa in poſſeſſionem defuncti, continuat poſſeſſionem defuncti in ſubrogatum deciſ.495.n.12.

Gratioſa ad ius, & poſſeſſionem defuncti, operatur quod poſſeſſio, quæ erat penes collitigantem defunctum dicatur translata authoritate Papæ ſubrogantis in ſubrogatum deciſ.666.num.11.

Gratioſa ex lite calumnioſa obtineri non valet deciſ.666.n.6.

Et vt lis non dicatur calumnioſa ad effectum impetrandi ſubrogationem gratioſam, ſufficit quelibet cauſa litigandi colorata deciſ.666.n.8.

Gratioſa litteris non expeditis; effectum gratioſæ ſubrogationis operari non poteſt deciſ.514. numer.4.

Gratioſa; non impeditur per exceptiones requirentes petitorium, ſi ſubrogatus probauerit litem, clericatum, & obitum defuncti in poſſeſſione deciſ.352.num.22.

Gratioſa; vt intret requiritur lis ſuper titulo; & quando dicatur iſta concurrere deciſ.666. numer.4.

Sufficit tamen ſi probetur eo modo, quo fuit Papæ narrata deciſ.666.num.5.

In beneficio obtenta in forma dignium ſi non fuerit executioni demandata non conſumitur vacatio per ſolam prouiſionem dec.367.n.22.

In ius defuncti debetur collitiganti ſuperſtiti, ſi lis fuerit ſuper titulo beneficij deciſ.467.nu.1.

Lis dicitur eſſe ſuper titulo quando Iudex adiudicauit collitiganti beneficium tamquam ſuum deciſ.467.nu.2.

Vel in commiſſione adeſt clauſula vna cum incidentibus, & dependentibus deciſ.467.n.3.

Non datur in lite improba; vel calumnioſa deciſ. 467. num.9.

Non datur vbi non datur vacatio deciſ.367.nu.21.

Regulæ de ſubrogando eſt locus quando adeſt probabilis, & colorata cauſa litigandi deciſ.467. num.10.

Non facit conſumere vacationem beneficij, ſi gratia non iuſtificetur deciſ.377.n.32.

Non inducitur ex taciturnitate eius, quod in iure conſiſtit deciſ.367.n.15.

Operatur vt res ſubrogata dicatur poſſideri, acſi poſſideretur res ipſa, cui fuit facta ſubrogatio deciſ.650.nu.13.

Pretij loco rei non intrat in particularibus iudicijs deciſ.937.num.8.

SVBROGATIONIS

Apoſtolicæ vigore; immiſſio non debet retardari ex exceptionibus extrinſecis requirentibus altiorem indaginem deciſ.495.n.23.

Litteræ conceſſæ, etiam quoad executionem litterarum defuncti iuſtificari non debent dec.886. num.3.

Natura eſt vt in ſubrogatum tranſeant omnia iura actiua, & paſſiua illius, in cuius locum ſubrogatur dec.84.num.4.

Vigore conceditur immiſſio quoties concurrunt illa tria, nempè lis cum defuncto clericatus; &

Google

obitus in poſſeſſione collitigantis deciſ.666. numer.3.

Vigore; immiſſio non poteſt denegari ſtante clericatu, lite ſuper titulo beneficij, & obitu defuncti in poſſeſſione deciſ.352.num.13.

AD SVBROGATIONEM

Obtinendam, lis eſt omninò neceſſaria ſuper titulo beneficij, ſeù canonicatus, alias ſubrogatio eſt nulla ex diſpoſitione regulæ de annali, quæ in recentioribus Cancellariæ eſt in ordine 35. deciſ.971.n.1. & 8.

Lis eſt baſis, & fundamentum ſubrogationis gratioſę deciſ.971.n.2.

IN SVBROGATIONE

Bona empta ex pecunijs retractis ex bonis fideicommiſſarijs loco alienatorum ſubrogantur deciſ.937.n.6.

Hoc procedit quando ſuper ſubrogatione fuit initum pactum expreſſum, vel ex alijs coniecturis deprehenditur deciſ.937.num.7.

Res aſſumit naturam, & qualitatem eius, cui fuit facta ſubrogatio etiam in materia ſtricta, & correctoria deciſ.650.nu.14.

IN SVBROGATIONIBVS

Quæ fiunt in iuribus defuncti tot gratiæ eſſe dicuntur, quot ſunt clauſulæ in eis appoſitæ dec.514. numer.22.

SVBROGATVS

Acquirit omnia iura illius, in cuius locum fuit ſubrogatus deciſ.651.num.20.

Fallit quando vrget diuerſa qualitas deciſ.2.nu.4.

Ad ius, & poſſeſſionem duorum poteſt deſumere ius ex perſona vnius, & poſſeſſionem ex perſona alterius deciſ.495.numer.10. & 20.

Ad ius, & poſſeſſionem duorum alternatiuè ſufficit quod probet poſſeſſionem vnius tantum deciſ.514.num.7.

Amplia quod poteſt deſumere ius ex perſona vnius, & poſſeſſionem ex perſona alterius deciſ. 514.num.1. 18.& ſeqq. deciſ.342. num.18.

Amplia quod poteſt venire independenter ex vacatione vnius, vel alterius deciſ.495.num.20.

Ad ius, & poſſeſſionem defuncti ad effectum habendi immiſſionem valet allegare continuationem pręſumptam poſſeſſionis defuncti deciſ.495 num.4.

Ad poſſeſſionem defuncti per Papam, eamdem poſſeſſionem habet, quam defunctus habebat deciſ.495.n.13.

Alternatiuè ad ius, & poſſeſſionem duorum, poteſt totum ius ex perſona vnius tantum deſumere deciſ.514. n.25. & ſeqq.

Aſſumit naturam illius in cuius locum ſubrogatur deciſ 495 nu.16.deciſ.514.nu.8. & 9. 10. & 12.

Itę poteſt agere ad ea omnia, quæ competebant ei, in cuius locum ſubrogatus fuit dec.495.numer.17. & 18.

Gratioſæ ad actionem, & proſequtionem ſpolij in perſonam anteceſſoris commiſſi, ſolum ſpolium probare tenetur deciſ.514.nu.17.

Gratioſè in iuribus defuncti in iudicio poſſeſſorio ius auctoris iuſtificare non tenetur deciſ.514.numer.18.

Gratioſè ad ius, & poſſeſſionem collitigantis non tenetur citare intruſum lite pendente prouiſum ab ordinario deciſ.607.n.28.

In iuribus defuncti, ac etiam in executione breuis per eumdem obtenti ſolam clauſulam conſtito iuſtificare debet deciſ.514.num.16. & ſeqq.

Subintrat in iuribus illius, in cuius locum ſubrogatur deciſ.608.num.6.

Totam gratiam iuſtificare tenetur, & ſic via ordinaria, non executiua immiſſionem conſequi poteſt ſi fuit ſubrogatus in iuribus defuncti non poſſidentis deciſ.714.num.14. 21. & 23.

SVBROGATI

Regula non militat vbi eſt diuerſa ratio in eo, cui fit ſubrogatio deciſ.502.num.5.

SVBROGATO

Datur immiſſio probato clericatu, poſſeſſione defuncti, & reſeruatione beneficij deciſ.219. numer.1.& dec.495.nu.1.

SVBROGATVM

Non aſſumit naturam eius, in cuius locum ſubrogatur, quando in illo vrget diuerſa qualitas deciſ.2.num.4.

SVBSTANTIA

Non autem verborum cortex attendi debet deciſ. 482. num.10.

SVBSTANTIVI.

Ex vi *homo*, cui adijcitur adiectiuum quicumque, licet maſculini generis comprehendit etiam fœminam deciſ. 607. nu.12.

SVBSTITVISSE.

Teſtator præſumitur filio infanti pupillaritèr, ſi non vxorem ſed alterum ei ſubſtituit deciſ.424. num.22. & 25.

SVBSTITVTIO

Alternatiuè concepta in caſu ſcilicet quo vtraquè Soror, vel altera ex eis non effecta monialis, aut innupta, aut ſine filijs decederet excludit reciprocam inter dd. Sorores inſtitutas per obitum vnius, vel alterius deciſ.562.num.11.

Compendioſa continet pupillarem etiam matre exiſtente in medio, ſi ſit facta per verba ciuilia directa dec.424.num.6. & 7.

Quando dicatur compendioſa licet non ſit adiecta dictio quandocunque deciſ.424. num.5.

Compendioſa, non comprehendit pupillarem, quando verba ſubſtitutionis referuntur ad teſtatorem eiuſque bona deciſ.448.n.1.

Limita non procedere quando teſtator, vel fecit mentionem pupillaris ætatis, vel ſubſtituit per verba directa ciuilia, quæ ſunt apta comprehendere pupillarem deciſ.448.n. 2. 8. & 9.

Compendioſa non continet pupillarem, quando verba non ſunt directa deciſ.424.n.10.

Per pupillarem ſubſtitutionem ſucceditur pupillo & non teſtatori deciſ.424.num.10. & 11.

Et idem eſt, ac ſi dicta ſubſtitutio facta eſſet vltimo in toto eo quod eis fuit relictum deciſ.288. num.10. 11. & 12.

Concepta, *à miei heredi, & ſucceſſori*, ſucceſſores non cenſentur ſubſtituti hæredibus deciſ.792.numer.7.

Concepta, *e mancando la ſucceſſione de figli, e deſcenti*, comprehendit tàm caſum, quo hæres decedit cum filijs, qui poſtea moriuntur, quàm ſi decedat ſine filijs deciſ.810.num.3.

Concepta, *e mancando la ſucceſſione de figlioli, e deſcendenti*, intelligitur purificata per obitum hæredis ſine filijs, quamuis illi nunquam nati fuerint deciſ.14.num.1.

Concepta ſub duplici conditione, ſi in pupillari

ętate,

Digitized by Google

etate; & ſine teſtamento deceſſerit corruit ſi pubes quis deceſſerit, ac teſtamentum condiderit dec.953.numer.14.

Emanata ſub conditione nominationis faciendæ, illa non ſequuta dicitur euanuiſſe deciſ.234.nn.4.

Etiam ſine ſtipulatione poteſt fieri in donatione causa mortis deciſ.238.n.6.

Ex clauſula (vulgaritèr, pupillaritèr, & per fideicommiſſum deciſ.501.num.16.

Excludit ius accreſcendi quando deficienti eſt datus ſubſtitutus deciſ.792.nu.6.

Exemplaris eſt nulla ob præteritionem filiorum deciſ.450.n.1. & 6.

Facta alicui ſi ſine filijs deceſſerit, expirat deficiente conditione, & quando hoc ceſſant deciſ.74. num.3. & 4.

Facta cenſetur in tota hæreditate, quando hæredes in omnibus bonis, quamuis inęqualitèi inſtituti fuerunt deciſ.501.num.7.

Facta decedente aliquo ex filijs hęredibus vniuerſalibus deſuper viuentibus, intelligitur de hęredibus vniuerſalibus, & non de alijs deciſ.202. num.1.

Facta de filijs, intelligitur de maſculis, & fœminis deciſ.107.n.1.

Facta de proximiore, expirat in primo proximiore, niſi appoſitum ſit verbum habens tractum ſucceſſiuum deciſ.777.n.12.

Facta hæredi ſi deceſſerit ſine filiis expirat relictis filijs deciſ.777.n.1.

Facta per verba (quandocunque) dicitur compendioſa deciſ.487.num.12.

Facta per verbum (mancaſſero) propriè verificatur in caſu natiuitatis deciſ.201.num.9.

Facta poſthumo naſcituro ſi ſine filijs deceſſerit habet locum etiam poſthumo non nato deciſ.340. num.1. deciſ.280.num.1.

Facta ſimplicitèr refertur ad primum ſubordinatè deciſ.201.n.7.

Fidicommiſſaria quando reſoluatur in ſingularitatem deciſ.107.n.10. 11. & 12.

Fideicommiſſaria alicui facta, arguit illum hęredem inſtitutum deciſ.491.num.4.

Fideicommiſſaria ſimpliciter facta poſt mortem plurium honoratorum, non inducit inter eoſdem reciprocam, ſed reſoluitur in ſuas ſingularitates, perinde aeſi cuilibet ex honoratis illa facta fuiſſet quod ampliatur, quando agitur inter extraneos deciſ.562.num.9. & 10.

Habens tractum temporis ſucceſſiuum non excedit caſum, & perſonas vocatas deciſ.777. n.7.

In caſum defectus filiorum hæredis inſtituti non cenſetur purificata ſi filij nunquam extiterunt cum defeciſſe dici non poſſint decis.814. num.2. contra n. ſeqq.

In tota hęreditate facta cenſetur quando hæredes in omnibus bonis quamuis inęqualitèr inſtituti fuerunt deciſ.501.num.7.

Litteralis alia non indiget probatione dec.1004.n.3

Non debet egredi gradus à Teſtatore pręſcriptos deciſ.74.n.6.

Non ſuffragatur vocato poſt obitum alicuius, ſi caſus nondum venit dec.294.n.3.

Penitus euaneſcit, ſi vocatis proximiotibus de familia ſimplicitèr abſque verbis denotantibus tractum temporis ſucceſſiuum vnus ſemel admittitur deciſ.136.n.6.

Plurium deſcendentium, in dubio intelligitur facta diſcretiuè, ita vt ſingulis inſtitutis ſubſtituti ſuccedant, non autem vt omnium inſtitutorum mors expectari debeat deciſ.648.num.10.

Plurium deſcendentium regularitèr intelligitur facta diſcretiuè de deſcendentibus vniuſcuiuſque ſubſtituti deciſ.293.num.1.

Pupillaris continetur ſub compendioſa, quando Teſtator ſubſtituit verbis vniuerſalihus, *in tutti li detti beni, & in tutta l'heredità di eſſo teſtatore*, deciſ. 201. num.1.

Pupillaris continet vulgarem tacitam deciſ. 646. num.9.

Pupillaris cum illa conditione, (ſi in pupillari etate deceſſerit) importat vulgarem non omninò tacitam, & eo caſu abſque controuerſia ſuſtinetur teſtamentum mortuo pupillo viuo Patre deciſ. 646 .num.14.

Pupillaris excludit matrem, ſi ſit facta per verba directa, vel ciuilia, vel non deciſ.424. n.8.

Pupillaris excludit matrem à legittima deciſ.424. num.1.4. & 16.

Pupillaris dicitur teſtamentum filij pupilli deciſ. 201. num.5.

Pupillaris non continet tacitam vulgarem, quando eſt expreſſa vulgaris dec.646.n.15.

Pupillaris non deficit per aditionem pupilli, imò requiritur, & facit illi locum dec.201.n.21.

Pupillaris non dicitur, ſi reſpicit, tàm vltimum ex filijs, quàm vltimum ex deſcendentibus tamquam facta recaſuris ſub alterius poteſtate, vel vbi eſt facta vltimo ex filijs dec.201.nu.12.

Reciproca facta inter filios ſub conditione poſitos, facit vt illi cenſeantur vocati ad portionẽ patrui, quæ vt inducatur tria copulatiuè requiruntur; Primò quod omnes ſint reuocati; Secundò quod ſubſtitutio ſit facta in tota hęreditate; Tertiò quod illa ſit facta vltimo morienti deciſ.501.numer.5.

Reciproca facta inter inſtitutos arguit filios in conditione poſitos fuiſſe vocatos dec.518.n.6.

Reciproca fideicommiſſaria cenſetur inducta ex ſolis coniecturis neceſſarijs, etiamſi tria requiſita expreſsè non concurrant dec.501.n.6.

Reciproca fideicommiſſaria, nunquam reſultat, niſi fuerit expreſſa verbis, vel coniecturis neceſſarijs illa tacitè inducatur dec.562.n.1.

Reciproca inducta inter inſtitutos quo caſu cenſeatur repetita inter poſitos in conditione non ſolum in caſu alienationis, ſed etiam in caſu mortis dec.862.n.4. & 5.

Reciproca non cenſetur inducta de linea vnius ad lineam alterius, etiamſi iſta adeſſet in qualibet linea filiarum diſcretiuè ſubſtitutarum dec.630. num.8.

Reciproca non cenſetur inducta inter poſitos in conditione dec. 50.n.14.

Reciproca non inducitur ex qualibet prædilectione, ſed illa ſolum, quæ conſideratur in liberis, vel deſcendentibus à teſtatore dec.562.n.20.

Reciproca non inducitur inter Sorores inſtitutas, per reciprocam inter fratres ſubſtitutos dec.562. num.19.

Reciproca non inducitur inter inęqualitèr inſtitutos, niſi hæres vniuerſalis prædeceſſerit hæredi particulari dec.501.n.13.

Reciproca inducitur inter illos de familia ex ſtrictiſſima prohibitionis alienatione dec.491.n.30.

Reciproca poteſt induci etiamſi ſubſtitutio vltimo mo-

morienti non ſit facta verbis expreſſis deciſ.562. num.5.

Reciproca reſultat inter maſculos ſi Teſtator diſpoſuerit, quod filiæ fœminæ ſuccederent deficientibus maſculis dec.186.num.9.

Reciproca tacita, inducitur inter plures honoratos quando concurrunt illa tria requiſita, nempè quod omnes ſint honorati, quod ſubſtitutio ſit facta in tota, & quod illa ſit facta vltimo morienti dec.562.n.3.

Reciproca tacita, etiam reſultat ex coniecturis, licet deficiant tria ſolita requiſita dec.562.n.16.

Et vt inducatur ex coniecturis iſtæ debent eſſe vrgentiſſimæ, ac neceſſariæ deciſ.562.n.17.

Et iſtæ nedum requiruntur neceſſariæ; ſed etiam, quod quælibet de per ſe ſit apta ad illam inducendam dec.562.n.18.

Reciproca tacita inducitur ſi tàm conſtitutis, quàm ſubſtitutis ſubſtituerit cippum domus deciſ.501. num.14.

Si reciproca adſit interuocatos dec.501.n.15.

Secunda, facta in Codicillis ſuſtinetur in vim fideicommiſſi, quando præceſſit hæredis inſtitutio in teſtamento dec.458.n.10.

Si fuerit facta per nomen collectiuum, tunc cenſetur teſtatorem habuiſſe animum conſeruandi agnationem dec.74.n.8.

Si quis ſine filijs decedat expirat per exiſtentiam filij licet iſte poſtea ſine filijs decedat deciſ.851. num.1.

Si ſine filijs, euaneſcit relictis filijs, qui poſtea obierint licet agnati ſint vocati deciſ.777. nu.8.

Si ſine filijs quis moriatur, expirat ſi decedat cum filiis deciſ.212.num.2.

Si ſit ſubordinata, & ab altera pendens tunc prioris defectus influit in ſequentem ab ea dependentem deciſ.234.num.1.

Tacita quædam, reciprocè ſimilis; eſt ius accreſcendi deciſ.562.n.5.

Vt ſit facta vltimo morienti verbis expreſſis non eſt opus cum ſufficiat, vt illa ſit facta omnibus dependentibus ad fauorem cippi domus deciſ. 501. num.8.

Vulgaris concepta in caſu mortis extenditur ad omnem alium caſum impotentiæ, & voluntatis deciſ.340.num.3.deciſ.280.num.9.

Et dicta ſubſtitutio operatur, vt ſubſtitutus capiat bona iure proprio non conſiderata perſona primi ſubſtituti deciſ.340.n.4.

Limita etiam ſi impotentia proueniat ex facto teſtatoris deciſ.280.num.10.

Vulgaris directa operatur, vt ſub nomine filiorum comprehendantur nepotes deciſ.454. num.10.

Contrarium num.6.

Declara num.7.

Vulgaris in ſua formula habet conditionem impotentiæ, quæ comprehendit caſum mortis viuente teſtatore deciſ.646.num.10.

Vulgaris operatur, vt ſubſtitutus capiat bona iure proprio, non conſiderata perſona primi ſubſtituti dec.280.num.11.

Vulgaris, quando dicatur reſtricta deciſ.74. nu.14.

Vt proinde habeatur, ac ſi omnibus inſtitutis nominatim facta fuiſſet operatur relatiuum; *Quibus* deciſ.237.n.1.

SVBSTITVTIONIS

A caſu, valde differt conditio; prout ab ipſa ſubſtitutione deciſ.562.num.5.

Imperfectio, non voluntatis percutit tantum vocationem ſubſtituti, & non aliorum quando ſunt pluries vocationes diſtinctæ deciſ.280.num.8.

Præcedentis, caſu non eueniente; ceſſat illius effectus dec.371.numer.13.

Primo gradu perempto; ſequens ſuccedit dec.810. num.4. & dec.814.n.9.

Pro excluſione, in dubio ſit interpretatio dec.648. num.25.

Pupillaris euentus attenditur deciſ.201.num.13.

SVBSTITVTIONI

Eſt locus, & conditio ſi ſine liberis deceſſerit, habet locum in perſona plurium inſtitutorum, quando Teſtator particularitèr ſubſtituit, eueniente conditione in perſona vnius dec.562. numer.2.

Pupillari non poteſt conuenire conditio, ſi ſine filijs deceſſerit deciſ.424.nu.19. ſed vide num.20.

SVBSTITVTIONEM

Ad caſum, & tempus immediatè ante expreſſum, reſtringunt verba, *eo caſu*, deciſ.777.num.3.

Exemplarem, faciendo Pater filijs mente captis, in ſuo teſtamento; reputantur duo teſtamenta, vnum Patris, & alterum filiorum, & conſequenter duo patrimonia ſeparata deciſ.450.num.8.

Faciendam fauore nominandi, cenſetur reuocaſſe Teſtator; quando illum non nominauit deciſ. 280.nu.6.

Per fideicommiſſariam ſucceditur dumtaxat in bonis teſtatoris deciſ.424.num.15.

Pupillarem expreſſam; non operatur pupillaris ętatis mentio enunciatiuè facta in inſtitutione; ſecus, quando eſt repetita in ſubſtitutione eidem facta ſub verbis, *ſed ſi ambo*, dec.448.num.6.

Pupillarem faciendo pater filio infanti, ſi diſponat quod tota hæreditas ad aliquem perueniat non detrahitur legitima pro matre, alias non tota hæreditas ad illum perueniret deciſ.424.num.26. & 27.

Pupillarem, quando certum ſit, quod voluerit facere teſtator deciſ.424.nu.17.

Pupillarem, quando dubium eſt, an pater voluerit facere matre in medio conſtituta; recurrendum eſt ad coniecturas deciſ.424.num.21.

Pupillarem, ſunt apta comprehendere verba directa ciuilia deciſ.424.num.18.

Pupillarem verbis generalibus expreſſam cenſetur feciſſe Teſtator, quando filio impreberi ſubſtituit, ne alias mentio pupillaris ętatis inutilitèr, & ſuperfluè facta dicatur deciſ.448.nu.7.

Reciprocam ad inducendam inter deſcendentes, eſt coniectura; ſi deſcendentes in conditione poſiti ſint vocati ex pluribus coniecturis deciſ.501.numer.9.

Ex digreſſu ad plures gradus ſubſtitutionum deciſ.501.num.10.

Ex vocatione cippi domus deciſ.501.num.11.

Ex impoſitione oneris in legitima dec.501.nu.12.

Vnicam tantum faciendo Teſtator per vulgarem non videtur reſpexiſſe ad conſeruationem agnationis deciſ.122.n.3.

PER SVBSTITVTIONEM

Pupillarem pater dicitur teſtari pro filio, talis ſubſtitutio capit bona, & patris, & filij deciſ.1002.numer.8.

SVBSTITVTIONE

Compendioſa ſtante, filij in conditione poſiti cenſentur vocati deciſ.487.n.13.

Facta

Facta vltimo maſculo decedente ſine filiis , filiorum appellatione veniunt fœminæ deciſ. 327. num.8.
Et quando dicta concluſio procedat habes d.nu.8. verſic. Quia non dixit.
Reciproca facta inter filios in conditione poſitos, cenſentur vocati ad portionem Patrui , quæ vt inducatur tria requiruntur copulatiuè . Primò, quod omnes ſint vocati . Secundò, quod ſubſtitutio ſit facta in tota hæreditate . Tertiò, quod illa ſit facta vltimo morienti deciſ.601.n.5.

IN SVBSTITVTIONE

Licet repetita non cenſeatur conditio ducendi vxorem appoſita in inſtitutione , attamen limitatur in primogenitura deciſ.996.n.3.& 4.
Prætendens ſe comprehenſum plenè id probare tenetur deciſ.648.n.20.
Prima appoſita conditio , quando operetur excluſionem primi non autem aliorum , ſi non fuerit adimpleta deciſ.280.n.2.
Secunda cenſetur repetita conditio ſi ſine filijs ſi ſubſtitutiones ſint coniuncta per copulam deciſ.331.num.2.
Secunda non cenſetur repetita maſculinitatis, qualitas , quando mutatur perſona illius de cuius filijs actum fuit in prima ; Quod amplia ſtante deſtrectiuo modo loquenui Teſtatoris deci.630. num.4.
Verba , non ſunt referenda ad inſtitutionem , ſi dicta relatio commodè fieri non poteſt deciſ. 186. num.2.

SVB SVBSTITVTIONE

Reciproca in defectu hæredum vniuerſalium , hæres conſtitutus in re certa & determinata compræhenditur deciſ.371.n.8.

SVBSTITVTIONES

Plures ſi omnes dependeant ab vno euentu pro vnica ſubſtitutione habentur deciſ.945.n.8.
Poſteriores quando comprehendunt omnes deſcendentes fœminas primo inſtitutorum omnes pariter cenſentur vocati in præcedentibus ſubſtitutionibus deciſ.984.n.11.
Quando ſunt vulgares , tunc ſufficit in vno verificari , nam vna impleta omnes corruunt deciſ. 3. num.14.
Sequentes poſt primam , dicuntur dependentes à præcedenti, quando fuerunt continuatæ per verba *Caſo che* deciſ.201.n.6.
Sub diuerſis orationibus perfectis dicuntur diſtinctæ , & non dependentes etiamſi ſint coniunctæ per copulam deciſ.280.n.5.
Vulgares quantumuis ſint multiplicatæ, cum nihil conferant ad conſeruandam agnationem omnes pro vna habentur deciſ.13.n.7.

SVBSTITVTIONVM

Ad plures gradus, quando Teſtator progredietur , tunc ceſſat diſpoſitio *Oldrad.conſ.21*. deciſ.50.numer.6.
Limita quando digreſſus eſt factus actiuè tantum ex parte ſubſtitutorum deciſ.50.n.7.
Quia tunc talis digreſſus non operatur vt recedatur à regula *d.conſ.21.Oldrad.* deciſ.50.n.8.
Secus quando digreſſus factus fuit actiuè , & paſſiuè deciſ.59.num.9.
Vnitarum natura eſt, vt vna aſſumat naturam alterius deciſ.331.num.4.

SVBSTITVTIONIBVS

Præcedentibus , ſi adſit maſculinitatis qualitas , quando cenſeatur repetita in ſequentibus deciſ. 46.num.16.
Sequentibus,non eſt locus quando non euenit conditio primæ ſubſtitutioni adiecta deciſ. 234. numer.5.

IN SVBSTITVTIONIBVS

Antecedentibus , & Inſtitutionibus adiecta qualitas de legitimo matrimonio non cenſetur repetita , imò conſulto omiſſa in gradu in quo illa non fuit adiecta deciſ.1004.n.6.
Quæ qualitas vt ſupra de legitimo matrimonio nunquam cenſetur repetita quoties poteſt aſſignari aliqua diuerſitatis ratio deciſ. 1004. numer.7.
Cenſentur repetitæ conditiones , quando adſunt verba *con li medeſimi oblighi , e la detta perpetua ſucceſſione di primogenito in primogenito* deciſ. 996. numer.6.
Ex vocatione actiua non infertur ad paſſiuam deciſ.50.num.4.
Præcedentibus , quam in ſequentibus eadem videtur eſſe Teſtatoris mens deciſ.630.n.3.
Semper repetita Maſculinitatis qualitas , ſuadet Teſtatorem ſub nomine filiorum voluiſſe etiam comprenendere nepotes deciſ.3.n.4.
Si plures ſint vocati alternatiuè , intelliguntur vocati ordine ſucceſſiuo deciſ.3.n.12.& 13.

SVBSTITVTVS

Capit ex pupillari decedente eo, cui fuit ſubſtitutus in pupillari ætate deciſ.201.n.14.
Dicitur acquirere ius reuocabile in bonis fideicommiſſo ſubiectis per conditionem ſuſpenſiuam purificatam deciſ.142.n.23.& 24.
Per fideicommiſſum ante conditionis euentus, dicitur interim habere ſpem in illo ſuccedendi , à iure approbatam ſaltem mortuo primo Teſtatore deciſ.705.num.17.
Per vulgarem anomolam contentam in compendioſa ſuccedit , & pupillariter per ſubingreſſum in locum præcedentis gradus deciſ.201. num.18. & 19.
Primo pupillariter, moriens ante inſtitutum , facit locum ſecundo ſubſtituto compendioſè , & ſupponit aditionem pupilli deciſ.201.n.20.
Sub conditione negatiua ſi ſine filiis inſtitutus obierit , à Teſtatore dicitur excluſus ſub contraria conditione affirmatiua ſi deceſſerit cum filijs deciſ.331.num.2.

SVBSTITVTI

In præiudicium , an admittantur filij poſtea nati , cui ſubſtituto iam fuit ius acquiſitum deciſ. 242. num.8.
In præiudicium admittitur filius conceptus, & natus poſt purificatum fideicommiſſum,ſic ſuadentibus coniecturis deciſ.24 1.n.9.

SVBSTITVTO

Ius quæſitum , an poſſit auocari per Conceptionem , & Natiuitatem ipſius , ſi filius non ſit in rerum natura & ipſe ſubſtitutus adſit deciſ. 142. num.3.
Creditio refertur ad perſonam primi inſtituti, quando cohæret illius perſonæ , & non cenſetur repetita in perſona proximioris deciſ.280.n.7.

SVBSTITVTI

Non impleta conditione inſtitutionis admittuntur per vulgarem,& habentur pro inſtitutis ſub contraria conditione,ac ſi fuiſſent primo loco,& immediatè vocati deciſ.882.n.13.

Pit-

Digitized by Google

Index Materiarum.

Primo acquirenti, quod dicantur ſucceſſores, non efficit conceſſio pro ſe & ſucceſſoribus, red reddit conceſſionem hæreditatiam deciſ.792. numer.8.

Quando plures ſunt per vulgarem, tunc vno admiſſo, ceſſat penitus ſequentium vocatio deciſ.132.num.5.

SVBSTITVTIS

In omnibus repetita cenſetur qualitas primo inſtituto adiecta quando concurrit eadem ratio, qua fuit motus Teſtator deciſ.996.n.7.& 8.

SVCCEDENDI

Ordo eſt proprius vinculorum, & fideicommiſſorum perpetuorum deciſ.3.n.2.& 3.

Quoad ius in bonis allodialibus, hodiè ſublata eſt omnis ſexus differentiam deciſ.770.n.3.

Spes, dicitur æſtimabilis etiam viuente hærede grauato cui ſuccedi debet deciſ.528.n.28.

Spes, vendi poteſt, & in contractum deduci deciſ.529.num.29.

SVCCEDERE

Non poſſunt filiæ in inueſtitura hæreditaria alio iure quam hæreditario vt poteſt quilibet alius hæres deciſ.748.n.49.

Non poſſunt filij ex perſona Patris ſi ipſe nec ſuccedere poſſet deciſ.14.n.15.

Non poteſt mulier tranſiens ad ſecunda vota, filio ſeu Nepoti, niſi quoad vſumfructum, cum proprietatem teneatur ſeruare pro filijs ex primo matrimonio procreatis deciſ.676.n.2.

Sæpè etiam cõtingit in dignitatibus Ducatus Marchionatus &c. nõ ſolum primogenitos, ſed etiam illas diuidi inter omnes deſcendentes deciſ.715. num.12.

SVCCEDERE POSSVNT ET DEBENT

Aſcendentes proximi pro æquali, cum fratre, aut ſorore defunctorum ab inteſtato ſine liberis deciſ.676.num.1.

De iure in dignitatibus Ducatus, Marchionatus, &c. ſoli primogeniti deciſ.715.n.11.

Filia etiam ſtante ſtatuto excluſiuo fœminarum in bonis matris ſi concurrunt ſolum filij maſculi alterius matris deciſ.528.n.16.

Filius Patri decedenti ab inteſtato deciſ.839.num.3. deciſ.200.num.5.

Filij, parentibus pro virili deciſ.782.n.5.

Filij primi gradus tam maſculi, quam fœminæ,

Filij pro rata, in bonis Patris ab inteſtato morientis deciſ.170.num.2.

Frater alteri fratri in eius bonis ab inteſtato morienti deciſ.170.n.2.

Fratri decedenti ab inteſtato, alij fratres, & ſorores pro virili deciſ.299.n.1.

Mater filio ab inteſtato morienti deciſ.424.n.4.

Fallit quando tranſiuit ad ſecunda vota, nam tunc non ſuccedit, niſi quoad vſumfructum extantibus filijs primi matrimonij deciſ.641. nu.2. Quibus filijs primi matrimonij non extantibus, ſuccedit filio, ſeu nepoti ab inteſtato etiam quoad proprietatem deciſ.641.n.3.

Matri, pro æquali deciſ.576.n.28.

Pro æquali, mater, & ſorores defuncti, fratri decedenti ab inteſtato deciſ.594.n.9.

Proximiores in gradu, defuncto ab inteſtato deciſ.220.num.4.

SVCCESSIBILI

In gradu ſi quis eſt, & alius non concurrit, qui prætendat ſe proximiorem habet intentionem fundatam, quod ſit proximior deciſ.417.n.6.

SVCCESSIO

Ab inteſtato non impeditur ex odio, vel ingratitudine deciſ.676.num.30.

Debetur inſtituto in caſu alienationis, non expectata morte alienantis, quando Teſtator per duos menſes ante alienationem vocauit ſucceſſuros in caſu mortis deciſ.990.n.18.

Defertur pro æquali fratri, & nepoti ex altero fratre, tam attenta iuris communis diſpoſitione, quod feudalis deciſ.839.n.2.& 3.

SVCCESSIONIS

Delatæ attenditur habilitas exiſtens de tempore deciſ.743.num.11.

Patris, eſt incapax filius natus, & conceptus poſt illius capitalem condemnationem deciſ.142. numer.1.

Tam paternæ, quam aliorum agnatorum (necnon etiam in feudalibus) eſt capax filius ſiuè legitimè natus, ſiue legitimatus per ſubſequens matrimonium deciſ.896.n.5.

AD SVSCEPTIONEM

Admittuntur æqualiter filij tam maſculi, quam fœminæ parentibus ab inteſtato decedentibus deciſ.557.n.1.& 21.

Admittitur æqualiter frater, & ſoror defuncti ab inteſtato ſine liberis, vna cum aſcendentibus illius defuncti deciſ.676.n.11.

Defuncti ab inteſtato, vocantur aſcendentes proximi pro virili, vna cum fratre aut ſorore vtrinque coniunctis ſi talis defunctus obierit ſine liberis deciſ.641.num.1.

QVOAD SVCCESSIONEM

Procedit diſpoſitio *l. fœmina C. de ſecund. nupt.* in bonis, quæ à viro prædefuncto immediatè perueniunt in filium nepotum defunctum, ſecus quo ad ſucceſſionem in bonis in quibus idem defunctus mediante perſona Patris vel alterius acquiſiuit deciſ.641.num.5.

A SVCCESSIONE

Patris vigore Statuti Vrbis excluditur filia per filios maſculos deciſ.151.n.4.

Viri, cenſetur excluſa vxor ſecundo nubendo, quando ſub generalitate verborum fuiſſet incluſa in Teſtamento, ſi vir ipſam priuauerit legato liberationis à redditione rationis caſu, quo tranſiret ad ſecundas nuptias deciſ.663.n.17.

SVCCESSOR

Et hæres idem ſunt deciſ.607.num.4.

Et prædeceſſor in dignitatibus, reputatur vna perſona, cum dignitas nunquam moriatur dec.806. num.10.

In beneficio grauato Penſione, cenſetur quaſi contrahere & obligare ſe actione perſonali ad ſolutionem Penſionis deciſ.515.n.5.

In vniuerſa hæreditate præſumitur ſibi ſoluiſse de eo, quod erat creditor defuncti deciſ. 859. n.7.

Terminus ſeu nomen eſt commune maſculo, & fœminæ non ſolum iuxtà gramaticalem declinationem, ſed etiam iuxtà legalem ſenſum deciſ.607.num.8.

SVCCESSOREM

Afficiunt in beneficio, ſententia, & executoriales emanatæ contra principalem deciſ.750.n.2.

SVCCESSORVM

Appellatio, eſt generalior appellatione hæredum deciſ.748.num.4.

SVCCESSORIBVS
Et heredibus quibuſcunque ſunt verba, de ſui natura ampliatiua & includunt perſonas in præcedentibus non expreſsas deciſ.748.n.24.
Cætera vide in verbo *Verba.*
SVMMARVM
In diſcrepantia, Rota amplectitur minorem deciſ. 868.num.6.
SVMPTVM
Extractum ab Archiuiſta Notario, cenſetur in forma probanti deciſ.762.n.13.
SVPPELLECTILIA
Veniunt appellatione maſsaritiarum deciſ.395. numer.2.
Amplia vt veniant etiam vaſa argentea, quæ ſunt parata ad quotidianum vſum, & habentur loco ſuppellectilium dec.395.n.3.
SVPPLICANS
Cenſetur fateri contenta in ſupplicatione dec. 811. num.5.
SVPPLICARI
Solet ab eo, qui habet intereſse dec.966.n.8.
SVPPLICATIO
Attenditur, tanquam matrix, ſi litteræ diſcrepant deciſ.482.num.5.
Præſumitur impetrata ab eo, ad cuius fauorem cantat, quando materia eſt difficilis conceſſionis vel concurrit impenſa notabilis dec.811. numer.7.
Præſumitur porrecta ab illo, qui nominatur Orator, quando concurrit impenſa deciſ. 966. numer.11.
SVPPOSITO
Diſpoſitionis ceſsante, ceſsat & ipſa diſpoſitio deciſ.584.num.12.
SVSPICIO
Ceſsat attenta qualitate perſonarum, & hac de Cauſa etiam reſpectu Miniſtrorum dec.719. numer.12.
Fraudis augetur quoties conſtat de ſolito faciendi contractus ſimulatos ab eiſdem perſonis deciſ. 962.num.14.
SVSPICIONIS
Allegatio de tertio perito deber ſperni, quando præcedenter, alij duo periti, pariter fuerunt ſuſpecti allegati dec.1008.n.18.

T

TABVLA
Geografica probat nedum confines, ſed etiam ſituationem loci maximè iuncta atteſtatione nationalium dec.505.num.3.
TACITVRNITAS
Creditoris prouenit vel ex negligentia, vel ex vrbanitate, & iſtarum neutra cadit in Hebræis deciſ.974.num.14.
Crediroris veram ſolutionis coniecturam præbet deciſ.974.num.12. Amplia in Hebræis & ſimilibus qui non ſolent retinere pecunias otioſas deciſ.974.num.13.
Domini conſtituentis deſeruit pro interpretatione mandati deciſ.543.n.41.
In conſtituente comprobat ita mandatum eſſe intelligendum, prout fuit à Procuratore contractum deciſ.566.n.22.
EX TACITVRNITATE
Plurium annorum non inducitur ratificatio contractus nulli, niſi data ſcientia nullitatis dec.805. num.6.
TAXAE
In Cancellaria perſolutæ conſiderantur ad effectum probandi vnionem fauore ſoluentium deciſ.911.num.9.
TAXATIO
Exceſſiua expenſarum non præſumitur, & ſic exceſſus ab allegante probari debet deciſ. 948. numer.1.
Taxationi expenſarum de partibus Rota ſolet deferre donec exaduerſo doceatur de exceſſu deciſ.723.num.8.
TAXATIVA
Progeniei appellatione non veniunt fœminæ, ſi adſint verba *maſculini generis tantum*, cum iſta taxatiua *tantum* maſculos includat, & fœminas excludat deciſ.716.num.5.
TEMPVS
Congruum Teſtamenti, cuius diſpoſitio confertur in tempus futurum eſt illud, in quo purificatur conditio deciſ.651.n.47.
Tempus præfixum in gratia quando eſt expreſſum incipit currere à die datæ Breuis deciſ. 295. numer.7.
Præteritum, vel præſens regulariter non trahitur ad futurum deciſ.548.n.17.
Quando eſt de ſubſtantia eſt per neceſſe probandum deciſ.904.num.4.
Quod attendatur ad capacitatis, vel incapacitatis effectum deciſ.376.n.12.
TEMPORIS
Adiectio in gratijs quando ſiet taxatiuè deciſ. 295. num.8.
TERMINVS
Ad reprobancum à parte peti debet deciſ.508. numer.10.
Ad videñ deliberari remanet circumductus per productionem, & admiſſionem nouorum iurium deciſ.612.n.9.
Octo dierum datus ad probandum regulariter intelligitur de currentibus, non de vtilibus deciſ.245.num.8.
Limita quando dies feriati in termino comprehenſi maiorem partem termini abſorbent deciſ.241.num.9.
TERMINI
Manutentionis nunquam competunt, quando duo creditores inſtant ſibi conſignari deciſ. 999. numer.13.
Subſtantiales funguntur vice libelli deciſ. 664.n.9.
Subſtantiales in cauſis Ordinarijs A.C. à ſcut. 200. omninò ſunt ſeruandi deciſ.139.nu.1. deciſ.357. num.1.
Suſceptio operatur vt cuicunque exceptioni renunciatum cenſeatur deciſ.215.n.2.
Ex ſuſceptione facta ab ipſo principali reſultat acceptatio obligationis factæ per Procuratorem deciſ.350.num.13.
TERMINORVM
Inculcatio reddit mandatum nullum deciſ.554.numer.2.
Subſtantialium ſeruatio in iudicio inducit reproductionem iurium alterius indicij, quod intelligè de iuribus, qui ſeruauit terminos ſubſtantiales deciſ.216.num.6.

TER-

Digitized by Google

TERMINATIONIS
In actu vicini intereſſe, vel ſaltem citari debent deciſ.520.num.3.
TERMINUS PRO CONFINE
Debet eſſe extra rem terminatam deciſ.520.nu.17.
Licet ſoleat eſſe extra rem terminatam tamen vltima linea termini poteſt eſſe terminus rei terminatæ deciſ.520.n.18.
TERMINI
Appoſitione neceſſaria non eſt in eo loco in quo prædium ab alio diuiditur fouea vel ſæpè deciſ. 520. nu.5.8. & 17. Fouea tota in prædio alicuius exiſtens, tota dicitur illius cuius eſt prædium, & poteſt pro termino eiuſdem prædij deſeruire cum vltima linea deſeruiat deciſ.520. n.17.& 18. deciſ.546. num.7. Cætera vide in verbis finis, & limites.
TERRITORIVM
Vnius loci ſæpè denominatur à contrada loci cohærentis, nec huiuſmodi promiſcua denominatio inficit identitatem, quando alij confines verificantur deciſ.609.n.11.
TERTIVS
Pro ſuo iure, & intereſſe, quando non poſſit impedire cauſæ expeditionem deciſ.80.num.6.
Veniens ad cauſam in ſtatu, & terminis, vel pro ſuo iure, & intereſſe, quando non dicatur feciſſe acta ſua deciſ.946.n.9.
Veniens ad cauſam licet verbaliter non ſit comprehenſus in commiſſione ratione tamen connexitatis in illa comprehenditur dec.59.n.3.
De iure tertij dari non poteſt deciſ.371.
TESTAMENTVM
Acceptaſſe eum omnibus ſuis qualitatibus, quando quis dicatur deciſ.141.n.7.
Caducum remanet ſi heres inſtitutus prædeceſſerit, & quando limitetur deciſ.646.n.8.
Carens inſtitutione hæredis ſubſiſtere non valet deciſ.491.num.1.
Conditum poſt donationem non comprehendit rem iam donatam deciſ.598.n.11.
Factum coram vno Parocho, & teſtibus eſt validum, licet plures Parochi eidem Eccleſiæ ſint præpoſiti deciſ.378.n.7.
Factum, quando eſt lingua vernucula, tunc attenditur communis vſus loquendi, ſecus ſi latina deciſ.46.num.28. & 29.
Filij ob preteritionem matris remanet nullum deciſ.671.
Imperfectum ratione voluntatis non ſuſtinetur deciſ. 813. num. 4. Et hæres non poteſt illud ſupplere deciſ.813.n.5.
Impugnans priuandus eſt omni commodo in teſtamento ſibi relicto deciſ.450. n.5. limita n.7.
Incipere poteſt à tacita vulgari, etiam quod teſtator vixerit poſt obitum inſtituti, ita quod aliud teſtamentum conficere potuerit deciſ. 646. n.11. & 12. & 16. Ampliatur ſi concurrat ſubſtitutio piæ cauſæ deciſ.646.n.13.
Inter liberos valet quibuſcunque verbis aut inditijs fuerit factum deciſ.491.n.17.
In quo Pater aliquem inſtituit hæredem, ſi ſe viuo filius moriatur, dicitur nullum ex cauſa præteritionis deciſ. 491.n.8.
Paternum ſemper cenſetur habere annexam clauſulam codicillarem, quamuis non fuerit expreſſa dec.491.n.25.
Probat plenè contra producentem dec.17.n.1.
Sine hæredis inſtitutione non ſuſtinetur dec. 491. num.5.
TESTAMENTI
Acceptatio, ſeu recognitio facta per auctorem Nocet, eius ſucceſſori dec.577.num.1.
Actiua factione Milites hieroſolymitani carent deciſ.476.n.6. nec poſſunt ſpurios legitimatos hæredes inſtituere etiam habentes facultatem teſtandi à magno Magiſtro dec.476.n.7.
Confectionem non impedit imbecillitas ingenij, vel memoriæ, quæ oritur ex ætate graui, cum non excludat vſum rationis dec.701.n.15.
Diſcretiua locutio facta in ſecunda parte arguit aliter teſtatorem ſenſiſſe in prima dec.487.n.24.
Impugnatio cum clauſula *ſine præiudicio iurium ſibi in eo competen.* quid operetur dec.450.n.9.
Pro excludenda validitate deputatio Curatoris nō concludit per neceſſe dementiam dec.701. numer. 15.
Series denotat teſtatorem non delirantem dec.668. num.6.
Series congrua cuilibet ſanæ mentis arguit illud factum fuiſſe tempore habili, & pendente dilucido interuallo etiam ſi doceretur de aliqua teſtatoris dementia dec.701.n.15.
Scientia inducitur ex actu iudiciali facto à tanquā vocato in teſtamento dec.925.n.11.
TESTAMENTO
Non poſſunt derogare Iudices Layci dec.477. numer.8.
TESTAMENTVM
Condendi facultatem, vel mutandi conditum nemini permittitur ſibi auferre deciſ.756.n.5.
Qui non mutauerit preſumitur ab illo noluiſſe recedere dec.79.n. 15.
TESTAMENTO
Ex eodem niſi appareat præteritionis vitium non impedit immiſſionem dec.671.num.6.
Ex reuocato non poteſt declarari illud reuocans deciſ.107.n.9.
In teſtamento hæredi ſcripto præteritus veniens ab inteſtato tenetur reſtituere hæreditatem dempta legitima ſibi debita ex vi clauſulæ codicillaris dec.671.num.7.
In aliquo qualitas non repetita cenſetur conſulto omiſſa dec.993.n.13.
Pro ſuſtentando interpretatio quælibet eſt facienda ne ex cauſa præteritionis filiorum nullum dicatur, quia viam ad ſua iudicia ſubuertenda nemo præſumitur elegiſſe dec.491. n.20.
Regula, quod cenſeatur plus dictum, & minus ſcriptum procedit ne dùm in teſtamento ſolemni, ſed etiam nuncupatiuo dec.491.n.15.
Vnius reuocato, non cenſetur reuocatum alterius etiam ſi reciprocè, & eodem contextu hæredes ſe inuicem ſcripſerint, niſi per pactum expreſſum, vel tacitum teſtamentum reciprocum fuerit confectum deciſ.756.n.6.8. & 9. Correſpectiuitatis ratio non habet locum in vltima voluntate deciſ.756.n.7.
TESTANDI
Conſtitutio Pij tollens licentias, diſpoſitiones, & indulta fauore illegitimorum, comprehendit etiam licentias teſtandi impartitas Equibus hieroſolymitanis deciſ.476.num. 19.
Facultas militibus hieroſolymitanis impartita non comprehendit licentiam diſponendi in ſpurios legitimatos dec.476.n.7.

TE-

TESTARI

Poteſt prohibitus diſponere deciſ.448.num.13.

TESTATI

Cauſa facit ceſſare cauſam inteſtati deciſ.25.num.8 deciſ.756.num.2.

TESTATOR

Agnationis conſeruationi, quando videatur proſpexiſſe deciſ.46.num.10. Agnationis conſeruandæ rationem an cenſeatur habuiſſe præferens ex fratre nepotem propriæ filiæ deciſ.233. n.2.

Agnationem conſeruandi animus colligitur ſi ſubſtituit maiorem natu deciſ.74.n.10.

Conſideraſſe ex quibus dicatur ſucceſſionem paſſiuam per ſtirpes, & non ſecundum gradus prærogatiuam deciſ.837.n.11.

Conſtituens ſe poſſidere nomine hæredis per diem ante, quando id non feciſſe dicatur animo defraudandi fideicommiſſarios, ſed ſua iura conſeruandi deciſ.993.n.15.

Diſpoſitionem ſuæ vltimę voluntatis quandocunque reuocare poteſt dec.579.n.7.

Diſpoſitione ſub vniuerſali cenſetur voluiſſe cõprehendere etiam ius fideicommiſſi ad, quod erat vocatus dec.707.n.11.

Donans aliquid legatario poſt factum prælegatum præſumitur voluiſſe præuenire hæredem in ſolutione legati, maximè ſi non fuerit expreſſa noua cauſa. eædem conditiones in vtroque actu fuerint appoſitæ cum prohibitione legatario de non petendo aliud dec.560. num.1. 2. 3. 4. & 34.

Facultatem non poteſt dare Tutoribus nuncupandi contutorem cum iſta diſpoſitio habeatur pro captatoria deciſ.25.n.2.

Fæminas proximiores non præſumitur voluiſſe excludere propter agnatos remotiores dec.46. n. 9.

Fæminas non præſumitur voluiſſe excludere ſi vſus ſit verbis aptis comprehendere maſculos, & fæminas deciſ.46.n.20.

Legando Priori Bibliam, & fratribus cappam videtur excepiſſe Priorem à numero fratrum, ilique bibliam dumtaxat tanquam Priori non autem cappam vti fratri reliquiſſe dec.731.n.8.

Loquendo diſcretiuè de re propria cum pronomine poſſeſſiuo *mea* cenſetur ſe reſtrinxiſſe ad ius proprium deciſ.910.n.26.

Mandans alienationem ſtabilium cenſetur voluiſſe debitorum ſolutionum ſine grauamine hæredis dec.910.n.17.

Maſculos ſi ſemel expeſſerit, ſi ſequens ſermo regatur ab eodem verbo, præſumitur repetiſſe qualitatem maſculinitatis deciſ.46.n.23.

Neptes, qui dotauit, & excluſit ab hæreditate, iſta ratio excluſionis non poteſt conſiderari in proneptibus non dotatis ab eo dec.74.n. 17. vbi numer. 18. 19. 20. & 21. dec. Cæſenateñ fideicommiſſi 23. Ianuarij 1628. dec.343. & dec.503.par.4 diuerſ. dec. in cauſa Fulginateñ fideicommiſſi coram Lancellotto declarantur.

Non pręſumitur in portione obuenta inſtituto voluiſſe ipſius deſcendentibus fæminis præferre deſcendentes fœminas tranſuerſalium, ſed potius ipſas deſcendentes inſtituti vocari eo ordine, quo ab inteſtato ſucceſſiſſent deciſ.984.nu. 14.

Non præſumitur voluiſſe eſſe melioris conditionis remotiores, quam proximiores dec.984.n.15.

Non ſolum de re hæredis, ſed etiam de re ipſi hæredi debita, aut reſtitutioni ſubiecta valet prout de re propria diſponere deciſ.47. num.1. Amplia quando res ſit relicta coniunctis dec.47.n.2.

Permittere poteſt, quod eius bona fideicommiſſo ſubiecta per aliquod tempus maneant in ſuſpenſo deciſ.142.n.21. & 22.

Præſumitur ſe confirmare voluiſſe cum ſtatuto, & ſic ſub nomine filiorum non fuiſſe intellectas fæminas ab eodem ſtatuto excluſas dec.837. n.5.

Hoc non procedit, quando expreſsè fæminas poſuit in conditione, & ex ſtatuto poſiti in conditione cenſentur vocati deciſ.837.n.6. vel

Quando fæminas nominatim vocauit ad excluſionem maſculorum de agnatione deciſ.853.n.7.

Præſumitur filio infanti ſubſtituiſſe pupillariter, ſi non vxorem, ſed alterum ei ſubſtituerit deciſ. 424.num.22.

Præſumitur reſpectu ſuæ ſucceſſionis voluiſſe admitti eos, qui ab inteſtato ex diſpoſitione ſtatuti vocantur dec.74.n.23.

Quamuis mandauerit pecunias retractas reinueſtiri ſi inueſtimento tempus non præfixit, & in caſu non reinueſtimenti pœnam non adiecerit caducitas non incurritur ex alienatione neceſſaria deciſ.958.num.11.

Quando deficiente linea vocauit Eccleſiam, ex hoc reſultat ſucceſſiuum, & perpetuum fideicommiſſum inter illos de linea alioquin dicta vocatio locum habere non poſſet niſi omnes de linea vocati eſſent dec.418.n.6.

Quando dicatur voluiſſe præuenire hæredem in ſolutione legati, ita quando legatarius non poſſit agere niſi pro concurrenti quantitate dec.579 num.3.

Quando filio impuberi ſubſtituit cenſetur feciſſe ſubſtitutionem pupillarem verbis generalibus expreſsam, ne alias mentio pupillaris ætatis inutiliter, & ſuperfluè facta dicatur deciſ.448.n.7.

Quando in ſubſtitutione reſpexit ad nudum factũ validi teſtamenti nil intereſt ad cuius fauorem teſtamenti effectus ſequatur dec.953.n.15.

Quando progreditur ad plures gradus ſubſtitutionum tunc ceſsat diſpoſitio Oldrad. conſ.21. dec. 50.num.6.

Limita, quando digreſsus eſt factus actiuè tantum ex parte ſubſtitutorum dec.50.n.7.

Quia tunc talis digreſsus non operatur, vt recedatur à regula d.conſ.21.Oldrad.dec.50.n.8.

Secus, quando digreſsus factus eſt actiuè, & paſſiuè dec.50.n.9.

Quando voluit creditum compenſari cum fructibus Creditor impeditur detrahere proprium creditum ex proprietate dec.910.n.18.

Si aliquid alicui reliquerit ſi filios maſculos non habuerit, ſi habeat nepotem ex filia, an deficiat conditio dec.450.n.17.

Si nominet certam perſonam ad faciendam certam eleemoſynam pauperibus cenſetur elegiſse induſtriam perſonæ dec.208.n.35. & 64.

Subſtituendo ſuperuiuentem, vel ſuperuiuentes, vel eius, vel eorum filios in ſtirpes, cenſetur vocaſse filios prædefunctorũ in locum præmortui Patris vna cum patruis ſuperſtitibus dec.837. num.9. vbi n. 10. declaratur in quibus terminis procedat Fuſar. de ſubſtit. quæſt.476. n.54.

Tempore mortis non præſumitur peierare, ac immemor eſse ſalutis æternæ dec.370.n.9.

TE-

Digitized by Google

Index Materiarum.

TESTATORIS

Animæ, & piæ cauſæ fauore lata interpretatio eſt facienda dec.814.num.3.

Aſſertio nocet eius hæredibus, & ab iſtis cauſam habentibus dec.222.n.1.

Diſpoſitio, vt eligatur incertus de certis quare ſuſtineatur dec. 208.n.38.

Diſtinctio, eſt attendenda dec.14.n.22.

Factum, hæredis factum reputatur dec.427.n.9.

Fideicommiſſum, ſeu eius prohibitio eius creditoribus nocere non poteſt dec.725.n.8.

Intentio, vt magis declaretur admittuntur verba ſuperflua, & minimè neceſſaria dec.827.n.9.

Intentio ex toto teſtamenti contextu prudenter colligi, & iuſta interpretatione adiuuari debet dec.827.num.10.

Mens talis videtur eſſe in ſequentibus, qualis in præcedentibus ſubſtitutionibus dec.630.n.3.

Mentem coniecturę debent concludere pro excluſione fæminarum à proximis de familia deciſ. 46.num.6.

Poſt obitum collata relicta plura in diuerſis diſpoſitionibus factis per viam vltimæ voluntatis, omnia debentur dec.579.n.9.

Præceptum circa priuationem à tota hæreditate non æquipollet illi, per quod filius conſequitur legitimam dec.141.n.15.

Præceptum, quod debita ſoluantur ex fructibus dicitur per modum conſilij ad commodum hęredis dec.910.n.15.

Item dicta verba intelligi poſſunt de fructibus reperiendis de tempore obitus teſtatoris iam ſeparatis à ſolo, qui cadunt ſub fideicommiſſo dec.910.num.16.

Præceptum, quod dos ſoluatur ex fructibus, & iſtis deficientibus ex certis bonis, non eſt aptum impedire dotium detractionem,& Rota tantum ſolet ab iſta opinione recedere ex coniecturis dec.910.num.14.

Stultitia vitiat illius inſtitutionem dec.491.n.22.

Voluntas attendi debet etiam non expreſſa deciſ. 828.num.6.

Voluntas determinata in conſeruandis bonis in agnatione, quando conſiderari non poſſit deciſ. 46.num.12. & ſeqq.

Voluntas declaratur ex eius vſu loquendi deciſ. 823.num.5.dec.837.n.12.

Voluntas declaratur etiam per eius Epiſtolam dec.882.num.11.

Voluntas, vt declaretur ſufficiunt duo teſtes deciſ.882.num.10.

Voluntas infringenda non eſt per ſuperſtitioſas, & rigidas verborum ſignificationes dec.814.numer.5.

Voluntas interpretari ſic debet, vt euitetur abſurdum dec.648.n.11.

Voluntas enixa in materia tutorum eſt pro lege ſeruanda dec.25.n.3. & 9.

Voluntas mutata in dubio non præſumitur, & contrarium aſſerenti incumbit onus probandi dec.579.num.2.

Voluntas pro lege eſt ſeruanda dec. 142. num.19. & 20. Vbi eſt rationabilis dec.648.n.1.

Voluntas, quando ita veniat interpretanda, vt ſubſtituito in pluribus caſibus ab eo ordinata locum haberi poſſit dec.562.n.14.

Voluntas ſeruanda de dec. 945. nu.5. Quando eſt clara dec.945.n.6. Et præcipuè ſi ſit enixa deciſ. 342. nu.1. & 7. Non proprietas verborum deciſ. 814.nu.7. Vt ſeruetur ea ſententia ſequenda eſt, quæ dictæ voluntati ſit accomodata licet verbis non conueniat dec.882.n.14.

Voluntas ſpectanda venit præcipuè in fideicommiſſis dec.648.n.2.

Cætera vide in verbo Voluntas.

TESTATORI

Qui eſt magis coniunctus ex legatariis eiuſdem nominis admittitur ad legatum, vel fideicommiſſum dec.737.n.10.

TESTATOREM

Aliter ſenſiſſe in prima arguit diſcretiua locutio facta in ſecunda parte teſtamenti dec.487.n.24.

Non præſumitur voluiſſe excludere fæminas, quādo in teſtamento non legitur expreſſa ratio cōſeruandi bona in agnatione dec.46. nu. 13. Et ad hoc non ſufficit, quod tacitè colligatur dec.46. num.14.

Præſumitur voluiſſe in ſua diſpoſitione ſe conformare cum diſpoſitione legis dec.650.n. 20.

AD TESTATOREM

Referuntur verba hæredum ſuum inſtituit, tanquam prolata in tertia perſona dec.424. num.9. vide num.11.

A TESTATORE

Alienationis ſtrictiſſima prohibitio facta inducit efficaciſſimam coniecturam perpetui fideicommiſſi dec.3.n.5.

Defuncto ius adeundi hæreditatem non agnitum non tranſmittitur ad hæredes dec.630.n.10.

Dilatio ad inueſtień pecunias conceſſa Tutoribus ſuffragari debet etiam tutori datiuo dec.442.n.6.

Nominatio perſonæ, quæ debet in hæreditate ſuccedere, demandata debet ad actum neceſſario reduci dec.823.n.4.

Proximitatis qualitas requiſita tanquam inhærens perſonæ non eſt tranſmiſſibilis dec.707.n.31.

TESTIS

Affinis non eſt integer teſtis dec.254.num.3.

Affirmare non poteſt de ſecundo niſi cognouerit primum dec.804.n.10.

Limita ſi inter primum, & ſecundum ſit aliqua diuerſitas dec.804.n.11.

Teſtis de auditu regulariter non probat dec. 254. num.4.dec.372.n.7.dec. 394.n.1.dec.961.n.13.

Limita contra producentem dec.790.n.13.

Limita mutationem ſtatus in deterius mercatoris dec.940.num.5.

Deponens de credulitate, & non de propria ſcientia non probat dec.372.n.8.dec.626.n.2. Etiam ſi dicat ſe certo credere dec.372.n.9.

Deponens de ſuo iudicio, & credulitate non probat dec.597.n.11.

De Iudicio, quando probet, ex quo agatur de minis ipſo præſente illatis dec.985. n.10.

Deponens de tractatu non probat dec.435.n.5.

Deponens de tractatu longe ante actum non eſt attendendus quoad probandum actuum correſpectiuitatem dec.649.n.6.

Deponens de facto proprio fidem meretur deciſ. 996.num.12.

De facto proprio facit pluſquam ſemiplenam probationem dec.660.n.10.

Deponens per verbum *videtur* non concludit deciſ.804.num.9.

Limita ſi reddat bonam rationem ſui dicti deciſ. 804.num.9.

Deponens

Deponeñs vera eſſe contenta in articulo probat deciſ.776.n.3.

Domeſticus, ac ſolitus verſari domo non prohibetur eſſe licet ſecus ſit reſpectu familiaris, qui viuit expenſis, ac ſalarium recipit dec.422.n.6.

Egrediens terminos teſtis, & gerens ſe pro Iudice, vel pro æſtimatore non probat deciſ.626. n.3.

Fidei integræ non eſt, ſi non careat aliqua ſuſpicione dec.649.num.8.

Frater cognati eſſe poteſt, quia non dicitur affinis dec.422.num.7.

Homicida non meretur fidem deciſ.254.n.2.

Rationem ſufficientem non reddens ſuper quantitate impenſæ erogandæ pro refectione alicuius rei Eccleſiaſticæ non attenditur dec.731. n.20.

Rationem nullam reddens ſui dicti, aut reddens ineptam, nec etiam gradum probationis facit dec.731.num.22.

Rationem non reddere, aut non bonam, & inſufficientem reddere paria ſunt deciſ.731. n.23.

Referens ſe, ad aliquam ſcripturam iſta non exhibita nihil probat deciſ.227.n.3.

Reminiſci veriſimiliter non poteſt verba decem & octo annorum antea prolata in facto minus notabili, & ad ipſum non pertinente deciſ. 829. num.12.

Sacerdos reputatur omni exceptione maior, & plus probat, quam Laycus dec.647.n.20.

Singularis non eſt attendendus deciſ.649. n.7.

Vita functus ſtat pro inſtrumento deciſ.762. n.18.

Vnicus nihil probat dec.57.n.4.dec.91.n.5.dec.395 num.6.dec.786.n.17.dec.855.n.12.

Vnicus contra producentem probat deciſ. 786. num.13.deciſ.812.n.12.

Vnicus deponens de facto proprio concurrentibus adminiculis probat dec.761.n.8.

Vnicus iuncta qualitate perſonæ, & alijs adminiculis plenè probat deciſ.697.n.18.

Vnicus omni exceptione maior facit ſemiplenam probationem dec.285.n.4.

Et iunctis alijs adminiculis facit plenam probationem dec.285.n.5.dec.203.n.4.

Vnicus in ſummariſſimo manutentionis probat deciſ.788.num.2.

TESTIS

Depoſitio venit intelligenda, vt falſitas tollatur deciſ.451.num.9.

Depoſitio ſuper interrogatorijs pluris facienda, quam ſuper articulis dec.780.n.9.

TESTI

Atteſtanti in proprium præiudicium plurimum defertur dec.285. num.6.

De facto proprio deponenti non leuis adhibetur fides dec.677.n.9.

Habenti intereſſe nõ eſt adhibẽda fides dec.697.n.9

TESTES

Ad concordiam quoad fieri poteſt ſunt reducendi deciſ.31.num.6.

Ad Perpetuam rei memoriam examinati non probant dec.598.n.22.

Faciunt adminiculum dec.727.n.6. dec.744 nu.5. dec.964.num.11.pręben t non leuem fumum veritatis dec.946.n.7.

Ad Perpetum rei memoriam litè pendente, & ſine citatione partis nullum faciunt adminiculum deciſ.647.num.21.

Ad perpetuam rei memoriam abſque citatione partis regulariter non probant dec.621.n.6.

Dicta concluſio procedit Fortius ſi agatur de probanda pertinentia Iuriſpatronatus præſumpti vſurpati deciſ.621.n.7.

Adminiculati magis probant dec.647.n.25. Et in concurſu præferendi ſunt dec.244. n.6. dec.603. num.6.

Aſſiſtentiã iuris pro ſe habentes tanquam deponentes veriſimiliora, ſunt præferendi contrarium deponentibus dec.457.n.5.

Aſſiſtentiam ſcripturarum publicarum habentes præualere debent deciſ.734.n.10.

Beneficij valorem, vt probent debent deponere de redditu deductis oneribus dec.946.n.5.

Beneficij ſuper valore deponentes de publica voce, & fama, per verbum *Fuit & eſt* plenè probant deciſ.173.n.2.

Beneficij, ſeù rei de fructibus ſimpliciter deponentes, cenſentur deponere deductis expenſis pro eorum collectione neceſſarijs deciſ. 946.n.5. Non cenſentur tamen deductis oneribus ab extra impoſitis dec.946.n.6.

Communitatis alicuius, quando non agitur principaliter de eorum intereſſe optimè probant deciſ.78.num.2.

Conſanguinei in cauſa matrimonij ratione affectionis redduntur ſuſpecti dec.296.n.3.

Conteſtes dicuntur in minori ſumma licet vnus plus dicat, quàm alter dec.334.n.3.

Conteſtes præſumuntur etiam ſi alter de altero mentionem non faciat dummodo in ſubſtantia conueniant deciſ.704.n.3.

Non conteſtes nec concordantes de ſumma deſeruiunt tamen pro adminiculo dec.89.n.3.

Contra illos inducentes bene probant deciſ. 343. num.4.dec.647.n.1. Etiam ſi eſſet vnicus, & de credulitate, vel de auditu deponeret deciſ. 647. num.2.

Contrarij inter ſe ad inuicem colliduntur, & nihil probant deciſ.864.n.13.

De Auditu non probant deciſ.372.n.7.dec.621.n.9. dec.947.num.4.

De ſolo auditu nec dicentes à quibus audiuerint probationem non faciunt dec.296.n.6.

De auditu, & auditu auditus nihil probant deciſ. 828.num.7.

De auditu probant mutationem ſtatus mercatoris in deterius deciſ.940.n.5.

De auditu cum ſimus in re facta in mari, & ſic difficilis probationis debent admitti dec.441.numer.6.

De metu cur magis probent, & in concurſu ſint præferendi dec.994.n.6.

Deponentes de concluſione contractus ante celebrationem Inſtrumenti non veniunt attendendi contra inſtrumentum poſtea rogatum deciſ.297. num.6.

Deponentes de poſſeſſione prædij non concludũt de toto deciſ.365.n.1.

Deponentes de propria opinione, & iudicio nullum gradum probationis faciunt dec.176.n.4.

Deponentes de viſu certa ſcientia, ac de publica voce, & fama ſatis probant deciſ.495.n.2. & poſſeſſionem deciſ.486.n.1.

Deponentes in genere aliquos eſſe de cippo, & caſata Teſtatoris per lineam maſculinam, & de publica voce, & fama ſufficienter eorum deſcendentiam probant ad effectum admiſſionis ad cauſam cum hoc caſu etiam ſemiplena proba-

Digitized by Google

tio ſufficiat deciſ. 311. num. 2. & 3.
Deponentes magis clarè, ſpecificè attendi debent deciſ 358.num.2.
Deponentes locum aſcendere ad 300. focos probant numeroſitatem populi dec.472.n.2.
Deponentes per eumdem præmeditatum ſermonem non probant deciſ.397.n.3.
Deponentes plures Parochianos diebus feſtis miſſam non audiuiſſe, & ſine Sacramento deceſſiſſe maioris ſeruitij neceſſitatē probant dec.472.n.3.
Domeſtici, quando ſunt adminiculati bene probant dec.993.n.60.
Duo plene probant deciſ.531.n.4.
Examinati ad vnum finem, & effectum non probant in alio Iudicio, & ad diuerſum effectum deciſ.336.n.22.
Examinati bene dicuntur ſi pars dederit interrogatoria cum ex hoc dicatur ſanata quælibet nullitas dec.974.n.3.
Examinati coram Iudice incompetenti non probant dec.812.n.7.
Examinati coram Notario ſine mandato Iudicis non probant dec.738.n.3.
Examinati ſi fuerint in alio iudicio, & eorum depoſitiones non producantur, non merentur attendi deciſ.361.n.12.
Examinati in Iudicio Criminali pro informatione Curiæ, non citata parte non probant in ciuili etiam inter eaſdem partes dec.826.n.8.
Examinati in Criminali ſuper eadem re, & mādato probant etiam in iudicio ciuili contra eoſdem inducentes deciſ.441.n.2.
Examinati in iudicio executionis ad effectum exceptionis non probant in Iudicio Ordinario deciſ.216,num.1.
Examinati in iudicio ordinario probāt in executiuo quādo probationes ſunt plenariç dec.216.n.4.
Examinati in vno Iudicio non probant in alio etiā inter eaſdem perſonas, quando examen tendit ad diuerſum finem deciſ.216.n.2.
Examinati in vno Iudicio non poſſunt dici de actis alterius Iudicij nec probant licet fuerint examinati inter eaſdem perſonas dec.139.n.4.
Examinati in vno Iudicio probant etiam in alio contra perſonam, quæ fuit in examine citata deciſ.473.num.5.
Examinati in poſſeſſorio ſuſpenſo petitorio non probant, quia ſtante ſuſpenſione Iudex non habet iuriſdictionem dec.216.n.3.
Examinati legitimè dicuntur in Hiſpanijs de ſtylo licet iurauerint in manibus Notarij deciſ.13. n.8.
Examinati non repetiti in alio iudicio non poſſunt dici de actis illius Iudicij dec.166.n.5.
Examinati nulliter dicuntur coram illo, qui præcedenter fuerat allegatus ſuſpectus deciſ. 988. num.6.
Examinati nulliter nullum gradum probationis faciunt deciſ.243.num.1.deciſ.259.num.1.deciſ. 899. num.
Examinati nulliter faciunt adminiculum dec.459. num.4. eo magis ſi deponant de facto proprio dec.459.num.5.
Examinati licet nulliter deſeruiunt pro fumo ad effectum remiſſoriæ dec.573.num.11.deciſ.687. num.9.
Examinati ſi formaliter non ſint non probant deciſ.332.num.7.
Examinati nulliter dicuntur ſine citatione ad videndum iurare teſtes, & nullum probationis gradum faciunt deciſ.135.num.12.
Examinati ſine citatione partis non merentur attendi deciſ.655.num.5.deciſ.951. num. 10.
Examinati licet ſine citatione partis faciunt ſaltem adminiculum deciſ. 596. num.4.
Examinati ſine iuramento nihil probant, nec Notario aſſerenti eos iuratos creditur niſi dixerit tactis ſcripturis deciſ.738.num.4.
Examinati ſine iuriſdictione non probant deciſ. 166. numer.2. deciſ.655. numer.4.
Examinati ſuper ſtatu perſonæ probat in quolibet iudicio deciſ.473.num.4.
Exceptionem qui patiuntur non probant deciſ. 762. num.14.
Familiares, domeſtici, viles, & malæ conditionis repelluntur deciſ.246.num.4.
In conſideratione non habentur cum non deponant de geſtis ante motam litem deciſ.426. numer.8.
Informati, & concludentes rationem proprij dicti reddentes, benè probant deciſ.959.num.3.
Magis informati, & meliorem cauſam ſcientiæ reddentes aliis præferendi veniunt deciſ. 603. num.5.
Non informati, & minus vera deponentes, non ſunt attendendi deciſ.341.num.13. Nec fidem merentur deciſ.469.num.3.
Inueriſimilia deponentes non merentur fidem deciſ.655.num.6.
Magis qualificati ſunt præferendi deciſ.647.n.24.
Manum alicuius non probant ſi deponant de auditu deciſ.7.num.3.
Negatiuam non coarctantes illam, non probant deciſ.469. num.2. deciſ. 472. num.4. deciſ. 855. num.8.
Super negatiua debent illam coarctare, remouendo actum à ſenſu alias non attenduntur dec.855 num.7.
Non admittūtur de nouo poſt dedicita teſtificata, & quando hoc ſit verum deciſ.345.num.4.
Non conteſtes, nec concordantes de ſumma deſeruiunt tamen pro adminiculo deciſ.89.num.3.
Non probant contra illum qui non fuit citatus deciſ.946.num.8.
Non probant cum agant de ſe exculpando deciſ. 441. num.4.
Non probant etiam inter eaſdem perſonas, quando qui illos examinauit excipiendo, & poſtea illis vult vti agendo deciſ.216.num.5.
Non plus probant quam ſcripturæ, ad quas habuerunt relationem deciſ.899.num.3
Obſeruantiam aliquam vt probent quid deponere debeant deciſ.326. num.28.
Obſeruantiam plenè probant Notarij, & Curiales optimam reddendo, cauſæ ſcientiam deciſ.937. num. 22.
Partes in cauſa propria non poſſunt eſſe deciſ.243. num.9.
Pauciores de ſana mente teſtatoris deponētes ſunt præferendi, & ex quo agitur de probatione eorum, quæ conſonant iuri communi, & naturali deciſ.668. num.8.
